SANCTI BONAVENTVRAE S.R.E. EP. CARD. ALBAN. EXIMII ECCLESIÆ DOCTORIS, Operum

TOMVS SECVNDVS.

QVO EXPOSITIONES IN TESTAMENTVM NOVVM, vt infra, dispositæ, continentur. Pag. V.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. III - NAPOLI -

ROMÆ

Ex Typographia VATICANA.

M. D. LXXXIX.

BIBLIOTHECA NEAPOLIS CONCEPTIONIS BIB. NOV.

Biblioteca Nova fratrum Capuc: Nap.

Digitized by Google

DE S. BONAVENTVRA

TARTARETVS.

EVTYCHIVS, qui & BONAVENTVRA dicitur, de Balneoregio natus, Ordinis Fratrum Minorum miniſter generalis, ac deinde Epiſcopus Albanenſis, et Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Alexandri de Ales quondam auditor, & diſcipulus, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, et in ſæculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio ſubtilis et clarus eloquio, vita et conuerſatione deuotus atque ſanctiſſimus; cuius ingenium dotem naturæ,& vitæ puritatem præceptor eius Alexander contemplans, dicere ſolebat: In fratre Bonauentura Adam peccaſſe non videtur. Scripſit multa & profunda & deuotiſſima opuſcula, quibus ardentia verba proferens, non minus affectum legentis in Chriſti amore accendit, quàm intellectum doctrinis ſanctis illuminat. Omnes enim ſui temporis doctores vtilitate operum facile præcellit, ſi ſpiritum diuini amoris et chriſtianæ deuotionis in eo loquentem attendas. Profundus eſt, non verboſus: ſubtilis, non curioſus: diſertus,non vanus: flammantia non inflantia verba proferens, vnde et ſecurius legitur, facilius ab amante intelligitur, vtilius frequentatur,dulcius et fructuoſius retinetur. Multi doctrinam proferunt, deuotionem prædicant multi,pauci ſcribendo libros docuerunt vtramque. Bonauentura autem et multos ſuperauit et paucos, dum eius doctrina deuotionem, deuotio inſtruit doctrinam. Si ergo et doctus vis eſſe et deuotus, illius opuſculis eſto intentus.

Digitized by Google

ARGVMENTVM
EXPOSITIONIS POSTILLARIS SANCTI BONAVENTVRAE
in Euangelium B. Lucæ.

SANCTI Bonauenturæ, eximij Eccleſiæ Doctoris eruditio ſingularis, admirandaq. doctrina cum ex ſcholaſticis multis lucubrationibus, tum ex luculentis expoſitionibus perſpici facile poteſt, quas plurimas in vetus, et nouum Teſtamentum, docte, egregieq. ſcripſit. Quos autem veteris Teſtamenti ſacros libros expoſuerit, eos ſuperiori tomo demonſtrauimus: hoc autem altero tomo complexi ſumus expoſitiones in nouum, nimirum in Euangelium S. Lucæ, et S. Ioannis: ſcripſiſſe etiam dicitur in S. Matthæum et S. Marcum in omnes B. Pauli epiſtolas, ac præterea in epiſtolas Canonicas et in Apocalypſim: ſed ea tanti Doctoris ingenij monumenta ad hanc vſque diem extare non comperimus: nec vero ab eo relicta fuiſſe, ex eorum litteris animaduertimus, qui illius expoſitiones certo indice ſigillatim notarunt quàm diligentiſſime. Expoſitiones autem in Apocalypſim nemo e veteribus ſcriptoribus ei adſcribit, ſi quæ autem eius nomini hodie aſcribuntur, id nulla probabilis coniectura, nullaq. certi argumenti ratio demonſtrat, vt a doctiſſimis viris, qui aliorum ſcripta accurate perpendunt, ſapienter iudicatum eſt. Dicemus igitur iam de expoſitione in S. Lucam, quam eius eſſe non ſolum Trithemius oſtendit, ſed plane demonſtrat exemplar vetus Vaticanum, itemq. exemplaria quattuor, in Belgio diligenter aſſeruata: quorum vnum eſt Gandauenſe, alterum Bruxellenſe, tertium Traiectinum, quartum Louanienſe: cum quibus omnibus olim a F. Matthia Dordracenſi fratrum Minorum Germaniæ inferioris Miniſtro prouinciali olim collata quàm diligentiſſime hæc expoſitio, anno M. D. XXXIX. typis Antuerpienſibus concinne impreſſa, Paulo III. Pont. Max. prodijt in lucem. Ex Antuerpienſis editionis, apte rectèq. emendatæ exemplari ſumpſimus exemplum ad editionem Vaticanam hanc, quæ melior multis partibus reddita eſt exemplaribus quoque alijs. Editio præterea Veneta, et ſi typographorum indiligentia erratorum quibuſdam notis, et mendis aſperſa eſt, vſui etiam nobis fuit propter conferendi rationem ad hanc ipſam emendationem Vaticanam, in qua ſplendor elucet non minimus doctrinæ tanti Doctoris: cui in primis lumen maximum omni ex parte afferre impenſius curauit Sixtus Quintus Pontifex ſanctiſſimus, idemq. eruditiſſimus. Huic porro expoſitioni ſummi viri et ſanctimoniæ et doctrinæ opinione præſtantes tantum tribuerunt, vt cum aliquid de Euangelio S. Lucæ dicturi eſſent,

Digitized by Google

essent, vnum sanctum Bonauenturam ceteris illius Euangelij interpretibus anteponerent: nimirum cum ad eius expositionem optimus Bonauentura interpres, omnes industrias ingenijq. sui neruos intenderit, sancta quadam æmulatione incensus. Nam Vrbanus Quartus Pontifex, S. Thomæ Aquinati maxime auctor fuit, vt ex omnibus Patrum tum Latinorum, tum Græcorum commentarijs in quattuor sanctos Euangelistas cathenã contexeret: cui etiam interpretem Græcum adiunxit, vt nihil ad perfectæ expositionis cumulum deesset, si græca desiderarentur. Id negotij sancto Thomæ a Pontifice datum, cum hic noster accepisset, quo tempore Parisijs theologiæ interpretandæ publico munere fungebatur, sanctæ æmulationis zelo ductus, quidquid temporis a publico eo interpretandi munere vacuum habuit, id omne ad scholasticas expositiones Euangelij S. Lucæ transmisit. Qua in expositione eam laudem tulit, quæ vni tantum huic scholastico theologo tributa est, alij præterea nemini, nimirum quòd is scripturam scriptura exponat, sacrarumq. sententiarum vbertate, si quem locum exponit, ita tractat, vt earum copijs nihil vberius, nihil doctrina eruditius, nihil vitæ institutis ad disciplinam accommodatius, ad expositionem vero nihil dilucidius dici possit, cum omnia etiam, quæ ad artium liberalium scientiam, ceterarumq. rerum cogitationem pertinent, ita apposite ad interpretationem adhibeat, vt cuncta sapere videatur, siquidem cum vsu venit, non modo philosophorum, tum Aristotelicæ, tum Platonicæ disciplinæ decreta, eaq. difficillima explicat, sed Rhetorum etiam præcepta, Oratorum sententias, atque adeo historiæ Romanæ annales tractat eo vberius, quo illustriores sensus afferre se posse videt ad sacrarum litterarum explicationem. Est in Euangelium sancti Lucæ cathena Græcorum Patrum præclare contexta, Leontiusq. item Græcus auctor, omnium iudicio videtur ipsius sancti Euangelistæ interpres non indisertus. Titus autem Bostrorum Episcopus, ad eiusdem Euangelistæ expositionem Græcam quamplurima adiumenta attulit. Ac præterea sunt in Latinis alij non pauci: in quibus S. Bonauentura doctrinæ suæ exquisitissimæ opes ad eiusdem Euangelistæ declarationem tantas attulit, quantas quisque maximas legendo percipiet, benignitate sanctissimi Patris Nostri Sixti Quinti, sapientissimi Pontificis: qui tanti Doctoris monumenta Ecclesiæ Dei in omnes partes vtilia, cum antea situ, et squallore iam diu obsita, tenebricosis etiam locis occulta laterent, impense curauit e tenebris in lucem emitti ad perpetuum eumq. maximum reip. Christianæ splendorem, salutaresq. omnium vtilitates.

S. BONA-

Digitized by Google

S. BONAVENTVRAE
ORDINIS MINORVM
S. R. E. CARD. EPISCOPI ALBANENSIS
Eximij Eccleſiæ Doctoris

EXPOSITIO IN CAPVT VI.
EVANGELII S. MATTHÆI.

DE ORATIONE DOMINICA.

PATER *noſter*, et cetera.] Oratio hæc priuilegiata eſt in tribus, nempe in dignitate, quia a Chriſto compoſita: in breuitate, vt citius ſciatur, melius retineatur, et frequentius dicatur: in fecunditate, quia omnes petitiones continet, et vtriuſque vitæ neceſſaria complectitur. Pater noſter diuiditur in exordium, cum dicitur. *Pater noſter:* in tractatum, cum dicitur: *Sanctificetur nomen tuum*, et cetera: vltimo in concluſionem, cum dicitur: Si enim dimiſeritis. Sed hęc concluſio non eſt de integritate orationis. In exordio datur petenti fiducia, cum dicitur: *Pater noſter*, non Domine. Domino ſeruitur timore, patri vero amore, teſte Malachia, qui ait: Filius honorat patrem ſuum, et ſeruus Dominum ſuum timebit. Si ergo pater ego ſum, vbi honor meus? et ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? In tractatu ponuntur omnia nobis neceſſaria: et in concluſione infertur neceſſaria ex premiſſis conſequentia. Deus dicitur Pater noſter generaliter, omnium per creationem, iuxta illud: Numquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, et fecit, et creauit te? Fecit in corpore, creauit in anima, et poſſedit in vtroque: Specialiter iuſtorum per adoptionem, dicente Domino: Eſtote perfecti, ſicut et pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Et in Luca: Si ergo vos cum ſitis mali, *et cetera:* Singulariter Chriſti, per æternam generationem, iuxta illud: Non ſolum ſoluebat Sabbatum, ſed et patrem ſuum dicebat Deum. Et in Matthæo: Neque patrem quis nouit, niſi filius, et cui voluerit filius reuelare. Pater eſt primo modo per impreſſam imaginem: ſecundo modo per appoſitam gratiæ ſimilitudinem: et tertio modo per æternam originem. *Qui es in cælis*, ideſt in Angelis. Vel, *in cælis*, ideſt in Sanctis. Sancti enim dicuntur cæli quadrupliciter, ſcilicet propter vitæ ſublimitatem, dicente Paulo: Noſtra conuerſatio in cælis eſt: propter bonorum operum claritatem, ipſo Apoſtolo dicente: Inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Et in Matthæo: Luceat lux veſtra coram hominibus, *et cetera*. Propter propoſiti firmitatem, dicente Pſalmiſta: Verbo Domini cæli firmati ſunt. Et denique, propter Deum in eis quieſcentē per gratiam, iuxta illud: Cælum mihi ſedes eſt. Et in Pſalmo: Dominus in cælo parauit ſedem ſuam. Dicit ergo: *Pater noſter, qui es in cælis*, ideſt in ſpiritualibus, vt ad ſpiritualem manſuetudinem, in qua habitat, feſtinare diſcamus, et cæleſtia ab eo quæramus. *Sanctificetur nomen tuum.* Terminato exordio, ſequitur tractatus, qui diuiditur in duas partes, in prima oratur pro bonis adipiſcendis, et in ſecunda pro malis amouendis, ibi: *Et dimitte nobis debita noſtra*, et cetera. Primo petitur pro bonis adipiſcendis. Sunt enim bona æterna, quæ petuntur in præmium. *Sanctificetur nomen tuum.* Petimus, quòd ipſa gloria, ſiue perfecta notitia confirmetur in nobis, et hoc erit in gloria perſeuerando. Sunt bona ſpiritualia, quę petuntur in meritum, ſiue in bonum perſeuerantiæ: *Adueniat regnum tuum*, ideſt Eccleſia, vel anima, in qua per gratiam regnas. *Adueniat*, ideſt in finem perueniat. Sunt bona itidem ſpiritualia, quæ petuntur in bonum gratiæ. *Fiat voluntas tua*, ideſt libertas noſtri arbitrij ſocietur per gratiam tuæ voluntati. Sunt denique bona temporalia, quæ petuntur in ſuſtentationem, ſiue temporale ſubſidiū: *Panem noſtrum quotidianum da nobis*, et cetera. Secundo petitur pro amouendis malis, nempe præteritis, cum dicit: *Et dimitte nobis*. Pro amouendis etiam præſentibus, cum dicit: *Sed libera nos a malo*. Demū, pro amouendis malis futuris, cum dicit: *Et ne nos inducas in tentationem*. Præterita mala ſunt dolenda, præſentia vitanda, et futura præcauenda. Septem ſunt petitiones, ſcilicet: *Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua. Panem noſtrum quotidianum. Et dimitte nobis debita noſtra. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo*. Septem ſunt dona, ſcilicet ſapientia, intellectus, conſilium, fortitudo, ſcientia, pietas, et timor. Septem etiam ſunt beatitudines, nempe regnum cælorum, poſſeſſio terræ, conſolatio, ſaturitas, miſericordiæ conſequutio, viſio Dei, et filiatio Dei. Septem virtutes ſunt contra ſeptem vitia, videlicet paupertas ſpiritus contra ſuperbiam, ſiue inanem gloriam: manſuetudo, contra iram: luctus, contra inuidiam: ſitis iuſtitiæ, contra acediam: miſericordia, contra auaritiam: munditia cordis, contra gulam: denique pax, contra luxuriam. Homo ergo, ægrotus: Deus, medicus: vitia, languores: petitiones, planctus: dona, antidota: virtutes, ſanitates: beatitudines, felicitates et gaudia. Petitionibus dona, donis virtutes, virtutibus beatitudines obijciuntur, et vitia excluduntur. *Sanctificetur nomen tuum.* Petitio, Sanctificatio, donum ſapientia, virtus pax, beatitudo filiatio Dei, et vitium, contra quod, luxuria. *Sanctificetur nomen tuum*. Nomen Dei inuenimus in ſcriptura tripliciter, ſcilicet terribile, iuxta illud Deuteronomij: Niſi timueritis nomen eius glorioſum, et terribile, hoc eſt, Dominum Deum tuum, augebit Dominus plagas tuas. Admirabile, teſte Dauid, qui ait: Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra, *et cetera*. Laudabile, ipſo etiam Dauid alibi dicente: A ſolis ortu vſque ad occaſum laudabile nomen Domini, *et cetera*. Eſt ergo nomen Dei terribile, quantum ad potentiam, quæ attribuitur Patri: eſt admirabile, quantum ad ſapientiam, quæ attribuitur Filio: eſt de-

Orationis Dominicæ diuiſio.

Mala. 1. b

Deus quo modo Pater noſter.

Deut. 32. a

Mat. 5. g
Luc. 11. b

Ioan. 5. c

Mat. 11. d

Sancti dicūtur cæli.

Phil. 3. d
Phil. 2. b

Mat. 5. b

Pſal. 32. a

Iſa. 66. a
Pſ. 102. d

Septem petuntur in oratione Dominica.

Dona ſeptem.

Beatitudines ſeptē.

Virtutes ſeptem.

Dei nomē.

Deut. 28. f

Pſal. 8. a

Pſ. 112. a

Digitized by Google

eſt denique laudabile, quantum ad bonitatem, quæ attribuitur Spiritui ſancto. Sanctificatur ergo, ideſt in nobis firmatur, nomen tuum terribile, in cognitione ſummæ poteſtatis: admirabile in cognitione primæ veritatis: et laudabile in cognitione ſummæ bonitatis. Dicit ergo: *Sanctificetur nomen tuum*, quaſi diceret, da nobis ſpiritum ſapientię, ideſt iucunditatem internam, vt guſtemus, quàm ſuauis es: et hoc generet in nobis pacem, et hoc contra luxuriam, quia dicit Propheta: Non eſt pax oſſibus meis, a facie peccatorum meorum. *Adueniat regnum tuum*. Petitio, aduentus regni: donum, intellectus: virtus, mũditia cordis: beatitudo, viſio Dei: et vitium, contra quod, gula.

Pſal. 37. a

Regnũ Dei.

Adueniat regnum tuum. Regnum Dei dicitur militans

Mat. 13. f

Eccleſia, vt habetur in Matthęo. Mittet filius hominis Angelos ſuos, et colligent de regno eius omnia ſcandala. Dicitur etiam Regnum Dei, doctrina Euangelica, dicente Luca: Lex et Prophetæ vſque ad Ioannem,

Luc. 16. d

et ex eo regnum Dei euangelizatur, et omnis in illud vim facit. Dicitur denique regnum Dei, beatitudo

Mat. 13. f

æterna, dicente, vbi ſupra, Matthæo: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. De hoc præcipue accipitur, quod hic dicitur, licet non incongrue de alijs accipi poſſit. Dicit ergo: *Adueniat regnum tuum*, quaſi diceret: Da nobis ſpiritum intellectus, quo mundati corde, intelligamus te in præſenti regnare per fidem, vt in futuro videamus te regnare per ſpeciem: et hoc

Oſea 4. c

eſt contra gulam, de qua dicitur: Vinum et ebrietas auferunt cor. *Fiat voluntas tua*. Petitio, voluntatem Dei fieri, donum conſilium, virtus miſericordia, beatitudo, miſericordiæ conſequutio, vitium, contra quod, auaritia.

Voluntas Dei.

Voluntas Dei eſt ad tria, nempe ad

Pſ. 113. b

creationem, vt dicitur in Pſalmo: Omnia quæcunque

1. Theſſ. 4. a

voluit, fecit: Ad gratificationem, dicente Paulo: Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: Et ad glorificationem, teſte Domino, qui ait: Hæc eſt voluntas patris mei, qui miſit me, vt omnis, qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam æternam. Eſt ergo voluntas Dei, creans, gratificans, de qua hic accipitur, et glorificans. Dicit ergo: *Fiat voluntas tua*, quaſi dicat: Da nobis ſpiritum conſilij, vt faciamus volũtatem tuam,

Ioan. 6. e

Miſericordia auaritiã perimit.

maxime miſericordiã, quæ perimit auaritiam, quatenus miſericordiam conſequamur, ſecundum illud:

Mat. 5. a

Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Sicut enim auaritia conſiſtit in acquirendo, et retinendo, ita miſericordia in dando et dimittendo. Quid autem prodeſt ſæpius dicere: *Fiat voluntas tua*, et nolle iuuare? Vult Deus apud te eſſe pauperes, vt per eos ſalueris, et corpore et anima. Cũ enim

4. Reg. 4. b

defuerunt vaſa, ſtetit oleum. Vos venitis voluntatem frangendo. *Panem noſtrum quotidianum*. Petitio, Panem dari, donum fortitudo, virtus, eſuries iuſtitiæ,

Panis triplex.

beatitudo ſaturitas, vitium, contra quod, acedia. *Panem noſtrum*, et cetera. Eſt panis tripliciter, ſcilicet, corporalis, vt dicitur in Geneſi: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Eſt etiam ſacramentalis, vt dicit Apoſtolus: Quicumque manducauerit panem hunc, et

Gen. 3. d

1. Cor. 11. d

biberit calicem Domini indigne, *et cetera*. Eſt quoque panis iſte æternalis, iuxta illud: Ego ſum panis

Ioan. 6. e

viuus: et ille præcipue dicitur ſuperſubſtantialis. Et

Hieron. in Matt. c. 6. tom. 6.

Hieronymus inquit: Superſubſtantialis panis eſt, qui dicit: Ego ſum panis viuus: qui videlicet vniuerſas ſuperat creaturas. Licet autem ſint multi panes myſtici, de his tamen tribus exponunt doctores, quòd

Aug. lib. 2. de ſer. Dom. in mon. c. 12. in fi. tom. 4.

hic dicitur. Vnde Auguſtinus: Panis quotidianus dictus, vel neceſſaria huius vitæ, vel ſacramentum corporis Chriſti. Oportet ergo, vt coniuncte omnia iſta tria accipiantur, vt ſcilicet panem quotidianum petamus ſimul et neceſſaria corpori, et ſacramentum viſibile, et inuiſibile verbi Dei. Vnde de his tribus poteſt

Luc. 11. a

accipi quod dicitur: Amice commoda mihi tres panes. Primus ergo panis eſt ad corporis ſuſtẽtationem, ſecundus in via ad animæ refectionem, et tertius in patria ad æternam fruitionem. Dicit ergo: *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem*, et cetera, quaſi dicat: da nobis ſpiritum fortitudinis, qui multiplici pane roborat animam, ne deficiamus in præſenti, eſuriendo iuſtitiam, per quam expellentes acediam, plena iuſtitia ſaturabimur in futuro, ſecundum illud: Beati, qui eſuriunt, et ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.

Mat. 5. a

Dimitte nobis debita noſtra. Petitio, dimitti debita, donum ſcientia, virtus luctus, beatitudo conſolatio, vitium, contra quod, inuidia. *Dimitte nobis debita noſtra*, eſt debitum offenſæ, Domino atteſtante, qui ait: Serue nequam omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me, *et cetera*. Eſt debitum bonæ vitæ, iuxta illud: Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis,

Mat. 18. d

Luc. 17. e

dicite: ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Eſt etiam debitum pecuniæ, nam ait Salomon: Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, et

Prou. 22. d

qui vades ſe offerunt pro debitis. Agitur autem hic de debito offenſæ, non pecuniæ. Debitum primum, malum: ſecundum, bonum: et tertium indifferens. Dicit ergo: *Dimitte nobis*, et cetera, quaſi dicat: Da nobis donum, ſcientiam, et virtutem, luctum, quo tam noſtra, quàm aliena peccata cogitemus, et defleamus, vt nobis debita noſtra dimittas: et ita conſolationem habeamus contra inuidiam, quæ facit hominem de alieno bono tabeſcere, vnde verſus:

Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.

Horat. li. 1. epiſt. epi. 2.

Et ne nos inducas in tentationem. Petitio, Non induci in tentationem, donum pietas, virtus manſuetudo, beatitudo, poſſeſſio terræ, vitium, contra quod, ira. *Et ne nos inducas.* Eſt tentatio irritationis, ſicut ſcriptum eſt:

Tentatio multiplex.

Vocauit Moyſes nomen loci illius tentatio, propter

Exo. 17. e

iurgium filiorum Iſrael, et quia tentauerunt Dominum dicentes: Eſt ne Deus in nobis? Eſt tentatio probationis, nam dicit Iacobus: Beatus vir, qui ſuffert

Iac. 1. b

tentationem. Et in Tobia: Hanc tentationem ideo

Tob. 2. e

permiſit Deus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut et ſancti Iob. Eſt etiam tentatio malæ perſuaſionis, vt habetur in Matthæo: Accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, *et cetera*. Et

Mat. 4. a

in Paulo: Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari,

1. Cor. 10. g

ſupra id, quod poteſtis, *et cetera*. De hac tertia intelligitur præcipue quod hic dicitur. Dicit ergo: *Et ne nos inducas*, et cetera, quaſi dicat: Da nobis ſpiritum pietatis, et manſuetudinem ſpiritus, vt per ſpiritum pietatis vincamus tentationem, exercendo nos ad pietatem, et per manſuetudinem vincamus vitium, iram, non reddendo malum pro malo: vt ita beati, poſſidea mus terram viuentium, quam per ſpiritum pietatis, et manſuetudinem obtineamus. Vnde dicitur: Beati

Mat. 5. a

mites, quoniam, et cetera. *Sed libera nos a malo.* Petitio, liberari a malo, donum timor, virtus paupertas ſpiritus, beatitudo regnum cælorum, vitium, cõtra quod, inanis gloria. *Sed libera*, et cetera. Eſt liberatio a malo culpæ, iuxta illud Apoſtoli: Liberati a peccato, ſerui autem facti Deo. A malo miſeriæ, ipſo Paulo atteſtante, qui ait: Creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem, *et cetera*. Eſt etiam liberatio a malo pœnæ æternæ, vnde dicitur: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Dicit ergo: *Sed libera nos*, et cetera, quaſi dicat: Da nobis ſpiritum timoris, vt per illum vincamus mala, per virtutem paupertatis ſpiritus bona adipiſcamur: quatenus excluſis vitijs, et contemptis terrenis, habeamus æterna, ſcilicet beatitudinem regni cælorum, quam lucifer et primi parentes per vitium inanis gloriæ amiſerunt. *Amen*. Hieronymus ait: Scire autem debemus, apud Hebræos in fine librorum vnum e tribus ſolere ſubnecti, vt aut Amen ſcribant, aut Sela, aut Salom. Amen ſignificat vere, vel fideliter: Salom ſignificat pacem: Sela ſignificat ſemper. Nota, quòd dici ſolet, quòd Amen quandoque tenetur nominaliter, vt in Apocalypſi: Hæc dicit, Amen, teſtis fidelis, et verus, qui eſt principium creaturæ Dei. Quandoque aduerbialiter, vt ibi: Amen Amen dico vobis. Quandoque verbaliter, vt hic: *Amen*, ideſt omnia prædicta fiunt nobis ex tua gratia.

Mat. 5. a

Rom. 6. d

Rom. 8. d

Oſea 13. d

Hieronym. epiſt. 128. te. 3.

Apoc. 3. e

S. BO-

Digitized by Google

S. BONAVENTVRAE
S. R. E. CARD. EPISCOPI ALBANENSIS
EXIMII ECCLESIÆ DOCTORIS
IN EVANGELIVM S. LVCAE
PROOEMIVM.

Isa. 61. a SPIRITVS *Domini super me, eo quòd vnxerit me Dominus. Ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, et prædicarem captiuis indulgentiam, et clausis apertionem.*] Considerantibus nobis verbum aliquod, quod nos introducat in Euangelium B. Lucæ, nullum magis occurrit idoneum, quàm quod ipse Beatus Lucas refert, Christum Dominum in suo prædicationis exordio assumpsisse *Luc. 4. c* verbum, scilicet propositum, quod scribitur a Luca, *Isa. 61. a* et sumptum est ex Isaia.

Hoc autem secundum generalem sui intellectum competere potest cuilibet doctori sacræ scripturæ: Secundum specialem vero, beato Lucæ Euangelistæ. Secundum singularem, ipsi Christo, qui est fons veritatis et gratiæ. Secundum autem quòd generaliter intelligitur, insinuat duplicem personam, ad opus Euãgelicę doctrinæ necessariã, scilicet doctoris, et auditoris. Secundum quòd specialiter, duplicem causam extrinsecam, scilicet efficientem, et finalem. Secundum vero quòd singulariter, duplicem causam intrinsecã, scilicet materialem et formalem. His autem sex præcognitis, aditus ad sequentia non erit difficilis. Primum igitur propositum verbum, secundum intellectum sui generalem, indicat nobis, quis et qualis debeat esse doctor huius scripturæ Euangelicæ, adiungens nihilominus, qualem debeat habere et auditorem. Doctor autem scripturæ Euangelicæ debet esse inunctus diuina gratia, institutus mera obedientia, inflammatus beneuolentia fraterna. Inunctus debet esse primo diuina gratia, et hoc notatur, cum dicit: *Isa. 61. a* Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me Dominus. In cuius rei figuram, in veteri testamento *3. Reg. 19. c* inungebantur prophetæ. Vnde dixit Dominus Eliæ: Elisæum filium Saphat, qui est de Abelmahula, vn- *1. Reg. 16. c* ges prophetam pro te. Et de Dauid dicitur, quòd postquam inunctus est, directus est Spiritus Domini in eum ab illa die in reliquum. Ideo enim inungebantur, vt Spiritum Domini acciperent, per quem nobis diuina secreta referantur. Si ergo eodem spiritu exponendæ sunt scripturæ, quo conditæ sunt, et *1. Pet. 1. d* Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, ad hoc vt quis sit doctor idoneus eorum, quæ per Christum sunt gesta, et per Spiritum sanctum scripta: necesse est, quòd sit inunctus superna gratia.

Debet etiam institutus esse mera obedientia, et hoc notatur, cum dicit: *Ad annunciandum mansuetis misit me*, exemplo Moysis, ad quem Dominus di- *Exod. 3. d* xit: Veni, mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum, filios Israel de Ægypto. Dixit Moyses *Exod. 4. c* ad Deum: Quis ego sum, vt vadam ad Pharaonem, et educam filios Israel de Ægypto? Moyses, qui fuit legislator, et eductor filiorum Israel de Aegypto, signat doctorem legis diuinæ, qui educit populum Domini de tenebris ignorantiæ et culpæ. Ad quod quidem officium, nemo debet accedere, nisi mittatur, neque quis hoc sibi procurare debet, sed recusare magis: quia nullus ad hoc officium se debet idoneum reputare. Si enim cum Domino non est locutus, indignus est: sin ei Dominus loquitur ad cor, sentit profecto se impeditioris esse, et tardioris linguæ cum Moyse effectum. Et ideo, si nescit eloqui diuina mysteria, quæ aperuit illi Dominus, non debet præsumere, vt illa doceat alios, nisi mera obedientia institutus.

Doctor scripturæ Euãgelicę qualis.

Tertio debet inflammatus esse fraterna beneuolentia, quod notat, cum dicit: *Vt mederer contritis corde, et prædicarem captiuis indulgentiam, et clausis apertionem*. Et hoc exemplo Pauli, qui de seipso ait: Facti sumus paruuli in medio vestrum, tamquam *1. Thess. 2. b* si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras. Sicut enim proles carnalis non potest generari sine amore carnali, sic nec spiritualis, sine beneuolẽtia spirituali. Vnde Gregorius: Qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium nequaquam suscipere debet. Euangelium autem Dei exponere, aut docere, est verbum diuinum prædicare: et ideo doctor debet inflammatus esse fraterna beneuolentia. Ceterum, vt doctrina euangelici doctoris suum sortiatur effectum, debet habere auditorem mitem, humilem, et fidelem.

Auditor Euãgelici doctoris.

Auditor namq. doctrinæ Euangelicæ debet esse mitis in affatu per accommodationem auditus, quod notatur, dum dicit: *Ad annunciandum*, scilicet, *mansuetis*, non discolis, *misit me*. Soli enim mansueti verba diuina et euangelica recte intelligũt. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas. Et *Eccli. 5. c* in psalmo: Docebit mites vias suas. Et propterea di- *Psal. 24. b* citur: In mansuetudine suscipite insitum verbum, *Iac. 1. c* quod potest saluare animas vestras. Doctrina etenim euangelica docet hominem esse discipulum Christi, qui dicit: Discite a me, quia mitis sum. Litigium *Mat. 11. d* vero et altercatio non conuenit discipulis Euãgelicis, *2. Ti. 2. d* sed Aristotelicis. Vnde: seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, *et cetera*. Vnde: Augustinus: Opus *August. li. 2. de doct. Christ. c. 7. tom. 3.* est miteſcere pietate, neque contradicere diuinæ scripturæ, siue intellectæ, si aliqua vitia nostra percutit: siue non intellectæ, quasi nos melius sapere, meliusq. percipere possimus. Sed cogitare potius, et credere, id esse melius et verius, quod ibi scriptum est, etiam si lateat, quàm id, quod nos per nosmetipsos sapere possemus.

Debet esse humilis in affectu per contritionem spiritus, propter quod dicit: *Vt mederer contritis corde.* Mœror enim in corde viri, humiliabit eum, vt di- *Prou. 12. d* citur. Et talis est idoneus ad discendum. Psalmista: Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam iustifi- *Ps. 118. i* cationes tuas. Et etiam Matthæus: Abscondisti hæc *Mat. 11. d* a sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis.

Debet esse postremo fidelis in assensu per captiuationem intellectus, quod notat, cum dicit: *Et prædicarem captiuis indulgentiam*. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Et *2. Cor. 10. b* hoc quidem fit per veram fidem, sine qua impossibile est documenta scripturæ Euangelicæ intelligere.

Digitized by Google

Isa. 7. b sec. lxx. Isaias, secundum aliam translationem: Nisi crediderit-
Arist. 1. Elench. cap. 2. is, non intelligetis. Sane si indiscibilibus oportet discentem credere, vt docet Aristoteles, quanto magis in diuinis? Et hæc captiuatio facit liberos a peccato. Fide purificans corda eorum. Et Ioannes:
Act. 15. c Dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui credunt
Ioan. 1. b in nomine eius. Et sic patet, quòd verbum præmissum, generaliter expositum, indicat et describit duplicem personam, scilicet boni doctoris et auditoris. Specialiter autem intellectum, secundum quòd competit beato Lucæ, indicatiuum est duplicis causæ extrinsecæ, scilicet efficientis et finalis. Efficientis in hoc, quod dicit: *Spiritus Domini super me; eo quod vnxerit me Dominus*. Finalis vero, in hoc, quod sequitur: *Ad annunciandum mansuetis*. et cetera. Causa autem efficiens exprimitur satis perfecte, quoniam insinuatur triplex causa efficiens.

Suprema quidem in hoc, quod dicitur: Spiritus
Ioan. 16. c Domini. Ipse enim est, de quo Ioannes: Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Vnde ipse est, qui loquebatur per Euangelistas, et loquutus est per B. Lucam secundum illud
Mat. 10. c Matthæi: Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Causa autem efficiens infima, in hoc, quod dicit: *Super me*, idest, super beatum Lucam, de quo dicit beatus Hieronymus, quòd obijt plenus Spiritu sancto, et ideo idoneus fuit ad Euangelium conscriben-
2. Cor. 8. c dum, secundum quòd de ipso dicit Apostolus: Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias. Vnde sibi competit illud
Eccli. 15. a Ecclesiastici: In medio Ecclesiæ aperuit os eius, *et cet.*

Causa efficiens intermedia, cum dicitur: *Eo quòd vnxerit me Dominus*. Vnctio enim gratię disponit animam ad suscipiendum documenta veritatis a Doctore
1. Ioan. 2. d summo. Vnde: Vnctio eius docet vos de omnibus. Et verum est. Spiritus enim sanctus per gratiam docuit Euāgelistam, et ille instructus docuit Ecclesiam, scribendo doctrinam Euāgelicam. Et ita in hoc opere triplex fuit causa efficiens, scilicet suprema, quæ quidem Spiritus sanctus est: infima, ipse Euangelista: et intermedia, Spiritus sancti gratia. Quas simul omnes complectitur auctoritas præscripta, secundum quòd a beato Luca proferri intelligitur. Triplex etiā insinuatur in eo, quod in themate sequitur, causa finalis, ac satis perfecte, scilicet prima, media, et postrema. Prima est manifestatio veritatis: media est curatio infirmitatis: tertia est reseratio æternitatis: Primum est gratiæ præparantis: secundum gratiæ gratum facientis: tertium est gloriæ consummantis.

Triplex causa efficiens huius operis.

Triplex causa finalis.

Principio igitur demonstratur causa finalis huius doctrinæ prima, quæ est manifestatio veritatis, in hoc, quod dicit: *Ad annunciandum mansuetis misit*
Psal. 63. b me. Secundum illud Psalmistæ: Annunciauerunt opera Dei, et facta eius intellexerunt. Vnde et ab hoc nomen sumpsit, vt Euangelium dicatur, idest bona
1. Ioan. 1. a nunciatio. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaueūrt, de verbo vitæ, et vita manifestata est: et vidimus, et testamur, et annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, et
Isa. 52. b apparuit nobis. Et: Quàm pulchri super montes pedes annunciantis, et prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem. Hoc primo fuit in sanctis Euangelistis.

Secunda vero fuit medicatio nostræ infirmitatis, quam notat, dum ait: *Vt mederer contritis corde*. Sermo enim Euangelicæ prædicationis, effectum et fructum affert curationis, secundum illud Sapien-
Sap. 16. b tiæ: Etenim neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia.
Hieron. to. 6. in epist. ad Philem. Hunc autem fructum pulchre ac merito affert Euangelium Lucæ. De quo Hieronymus: Si nouimus Lucam medicum, cuius laus est in Euangelio, animaduertimus pariter omnia verba illius, animæ languentis medicinam esse. Et hoc est secundum intentum a Beato Luca, vt scilicet per veritatis cognitionem veniremus ad infirmitatis medicamentum.

Tertia vero fuit reseratio æternitatis, quæ notatur, cum dicitur: *Vt prædicarem captiuis indulgentiam, et clausis apertionem*. Hoc autem fit in æternæ vitæ possessione, ad quam hortatur Euangelica doctrina tamquam ad vltimum finem. Hæc scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei: et vt credentes, *Ioan. 20. g*
vitam habeatis in nomine eius. Et Marcus inquit: *Mar. vlt. d*
Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ: qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit. Hoc mandatum impleuerunt præcipue Euangelistæ, qui non solum Euangelium prædicauerunt verbo, tunc quidem præsentibus, sed et scripto, tum præsentibus, tum futuris in omnes generationes: vt omnes facerent saluos. Sic ergo præmissum verbum specialiter intellectum, sub persona Beati Lucæ, duplicem demonstrat causam extrinsecam, efficientem scilicet, et finalem. At intellectum singulariter, hoc est, de Domino Iesu, de quo proprie dictum est, duplicem explicat causam intrinsecam, scilicet materialem, et formalem: quod liquet hoc modo. Certum enim est, Euāgelicam historiam totam versari circa Christum, vel inquantum Mediator est, vel Prædicator, vel Reparator, vel Triumphator. Mediator respicit incarnationis mysterium. Prædicator eruditionis magisterium. Reparator passionis remedium. Triumphator resurrectionis trophæum. Primum refertur ad Christi naturam: secundum ad doctrinam: tertium ad victimam: quartum ad victoriam. Hæc autem quattuor distincte, et ordinate tanguntur in sermone præmisso, secundum quòd competit Christo. Euangelica historia de Christo qua drifariā loquitur.

Insinuat autem Iesus Christus se Mediatorem esse, cum dicit: *Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me Dominus*. Ipse enim est mediator, de quo dicitur: Vnxit eum Deus Spiritu sancto, et virtute. *Act. 10. f* Vnxit, inquam, non sicut alios sanctos, sed supra alios secundum illud Psalmi: Vnxit te Dominus Deus *Psal. 44. b* tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. In qua vnctione facta est consummatio prophetiæ illius, quæ scribitur a Daniele: Impleatur visio et prophetia, et *Dan. 9. f* vngatur Sanctus sanctorum. Christus mediator.

Insinuat se Prædicatorem in hoc, quod subiungit: *Ad annunciandum mansuetis, misit me*. Secundum quod promiserat Dominus filijs Israel per Moysen: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, *Deut. 18. d* similem tui: et ponam verba mea in ore eius: loqueturq. ad eos omnia, quæ præcepero ei. Hic est Christus, omnium prophetarum Dominus, qui dicit: *Ioan. 15. b* Omnia quæcumque audiui a Patre meo, nota feci vobis. Et ad hoc missus est. Vnde Lucas: Alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia *Luc. 4. g* ideo missus sum. Christus prędicator.

Insinuat et se Reparatorem, in hoc, quod subdit: *Vt mederer contritis corde*. Ipse enim est, de quo dicitur: Pertransiuit benefaciendo, et sanando omnes *Act. 10. f* oppressos a diabolo. Vnde de ipso dicitur in psalmo: *Ps. 146. a* Qui sanat contritos corde, *et cetera*. Hoc autem fecit per passionis remedium. Isaias: Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit, ipse *Isa. 53. b* autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, *et ceteea*. Christus reparator.

Insinuat quarto se Triumphatorem esse, in hoc, quod dicit: *Vt prædicarem captiuis indulgentiam, et clausis apertionem*. Et hoc quidem fecit in suæ resurrectionis triumpho, secundum quòd dicitur de Christo: *Coloss. 2. c* Expolians principatus et potestates, traduxit cōfiden ter, palam triumphans illos in semetipso. Et deinde, sicut in psalmo dicitur: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. *Ephes. 4. b ex Ps. 67. d* Christus triumpator.

Quo-

Digitized by Google

Quoniam ergo Chriſtus ſub hac quadruplici conditione, eſt obiectum fidei, et ſubiectum Euangelij, recte in verbo propoſito cauſa materialis, ſeu ſubiectum deſignatur.

Ariſt. 3. de anima tex. com. 38. Iam, quoniam ſcientiæ ſecantur, vt res: et inductio formæ eſt ſecundum diſpoſitionem materiæ, cum ſubiectum Euangelij ſit ille vnus, videlicet Chriſtus, ſub quadruplici tamen conditione, et intentione, vt diximus, conſideratus: eſt neceſſe vnum librum ad vnam tantum illarum conditionum, ſeu intentionum principaliter aſpicere, ad alias ex conſequenti: totam vero euangelicam ſcripturam de his quattuor ſummatim agere. Ideo neceſſum eſt, quattuor eſſe euangelia, et quodlibet eorum quadripartitum. Ex quo colligitur, quòd iſte liber debet habere, et habet quattuor partes. In prima agit de incarnationis myſterio, vſque ad quartum capitulum: in ſecunda, de prædicationis magiſterio, vſque ad vigeſimumſecundum: in tertia, de paſſionis medicamento, vſque ad vigeſimumquartum: in quarto, de reſurrectionis trophæo, vſque in finem totius libri. Licet autem has omnes cõditiones exigat ad ſui perfectionem hiſtoria euangelica, Lucas tamen principaliter reſpicit ad Chriſti ſacerdotium, et paſſionis medicamentum, et hoc medico debebatur. Colligitur ergo ex verbo propoſito, ſecundum quod conuenit Chriſto, cauſa materialis ſiue ſubiectum, et formalis, quæ eſt formatio et ordinatio partium, et capitulorum, et agendi modus in proſecutione ſcriptorum. Hæc autem duo optime præfigurata ſunt in *Ezec. 1. c* illo animali, quod vidit Ezechiel, et quod dicit eſſe quadripartitum, et rurſus quodlibet illorum quattuor facierum, vnius tamen principaliter. Quarum prima ſimilis erat homini, per quam intelligimus Chriſti naturam. Alia leonis, per quam intelligimus victoriam. Alia bouis, per quam intelligimus victimam. Alia aquilæ, per quam intelligimus doctrinam. Hæc autem animalia, ſecundum omnes ſanctos deſignant quattuor Euangelia, quia figuraliter exprimunt eorum materiam, et formam. Nam ſicut vnum animal eſt quadriforme: ita de vno Chriſto, ſub quadruplici conditione, ſunt quattuor Euangelia: et rurſus vnumquoduis illorum eſt quattuor facierum, quia quodlibet eſt quadripartitum. Et iterum: Vnum, ſcilicet, primum, ſimile homini, licet habeat quattuor facies: quia primus, ſcilicet Matthęus, principaliter proſequitur incarnationis myſterium. Secundum, ſimile leoni, quia ſecundo ſcribens, ſcilicet Marcus, reſurrectionis trophæum tractat, et ex eadem parte, quia plurimum concordant. Tertium, ſimile bouj, quia tertio ſcribens, ſcilicet B. Lucas, proſequitur ſacerdotium, et paſſionis remedium. Quartum vero, ſimile aquilæ, quæ habet oculos lympidos, quia quarto ſcribens, ſcilicet Ioannes, proſequitur euangelicum Chriſti magiſterium, ad quod alij non potuerunt attingere, et ideo deſcribitur ſuper omnes. Et ſic patet, quomodo veritas reſpondet figuræ, patent et illa ſex præambula ad doctrinam euangelicam, ſcilicet qualis debeat eſſe doctor: qualis auditor, quæ cauſa efficiens, quis finis, quæ materia, et quæ forma, et ex his quædam totius Libri generalis intelligentia.

Quadripartita diſtinctio Euangelij.

S. BONAVENTVRAE EXPOSITIO
IN PRÆFATIONEM EVANGELII S. LVCÆ.

Auctoris intentio.

QVONIAM *quidem multi*, et cet.] Hic eſt prologus Auctoris, ſcilicet beati Lucæ, quem ſuo præmittit Euangelio, in quo ſuam manifeſtat intentionem, quantũ ad quattuor, ſcilicet quantum ad motiuũ, promotiuum, directiuum, et conſummatiuum: in quibus ſufficienter manifeſtatur principale intentum.

Primo ergo manifeſtat intentionem ſuam, quantum ad motiuum, quod quidem fuit aliorum exemplum: et hoc notat, cum dicit: *Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem.* Inter quos quidam fuerunt boni, ſicut Matthęus et Marcus, qui ante beatum Lucam ſcripſerunt: quidam vero mali: ſicut dicit Gloſſa Bedę, vt Baſilides, et Appelles, qui ſub nomine Thomæ et Matthiæ, et aliorum Apoſtolo- *2. Cor. 11. c* rum, falſa ſcripſerunt. Quia ſicut dicitur: Huiuſmodi pſeudoapoſtoli, ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. Primi conati ſunt, et perfecerunt: Secundi conati ſunt, et defecerunt. Primi mouerunt B. Lucam exemplo boni et veri. Secundi mouerunt odio mali. *Ordinare narrationem.* Id eſt ad ordinandam narrationem. *Quæ in nobis completa ſunt rerum.* Ideſt inter nos, et propter nos, ſicut myſterium Incarnationis, Paſſionis, et Reſurrectionis. *Ioan. 1. b* Vnde Ioannes: Et verbum caro factum eſt, et habitauit in nobis: et vidimus gloriam eius &c.

Secundo, quantum ad promotiuum, quod quidem fuit Apoſtolorum documentum, et hoc notat, cum dicit: *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt*, ſcilicet Apoſtoli. Vnde Ioannes: Quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, et manus noſtræ contrectauerunt, *et cetera*. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: et verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit, quia vera dicit, vt et vos credatis. Et quia viderant, ideo teſtificabantur. Vnde et ſubdit: *Et miniſtri fuerunt ſermonis.* Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum congregati ſunt in omni tempore, quo intrauit, et exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens a baptiſmate Ioannis, vſque in diem, qua aſſumptus eſt a nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Et tales erant Apoſtoli. Vnde: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, et diſpenſatores myſteriorum Dei: hic iam quæritur, *et cetera*.

1. Ioa. 1. a *Ioan. 19. f* *Act. 1. d* *1. Cor. 4. a*

Tertio, quantum ad directiuum, qui fuit ordinatus, ſufficiens, et diligens proceſſus, quem notat, cum ſubdit: *Viſum eſt et mihi*, Spiritu ſancto ſcilicet inſtigãte, ſicut dicit Hieronymus, ſacro inſtigante ſpiritu, hoc ſcripſit Euangelium. *Aſſequuto*, ideſt perfecte ſequuto, quia a principio vſque in finem. Vnde et ſubdit: *Omnia diligenter ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile.* Vbi ſimul notantur ſufficientia, ordo, & diligẽtia: et hæc quidem competunt hiſtorico narratori. *2. Mach. 2* Vnde: Intellectum colligere, et ordinare ſermonem, *g*

Digitized by Google

et curioſius partes ſingulas quaſque inquirere, hiſtoriæ competit auctori.

Quarto, quantum ad conſummatiuum, quod fuit veritatis intellectus, ſubdit: *Vt cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem,* cognoſcas ſcilicet plenius. Et hoc fuit, in quo quieuit intentio Euangeliſtæ ſcribentis. Vnde: Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguẽdum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus: et hunc finem ponit Lucas reſpectu omnium, quos intelligit in perſona Theophili, cui ſcribit. Theophilus interpretatur, amans Dominum, vel amatus a Domino, et talibus manifeſtatur veritas. Vnde: Qui autem diligit me, diligetur a patre meo: et ego diligam eum, et manifeſtabo ei meipſum. Et: Vos autem dixi amicos: quia omnia, quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Et ſic patet, quàm plene, et luculenter aperiat Euangeliſta ſuam intentionem.

2. *Tim.* 3. *d*

Theophilus quid.

Ioan. 14. *c*

Ioan. 15. *b*

Cur Lucas prologo vtitur.

Ceterum, quòd Lucas Euangeliſta præmittit ſuo euangelio prologum, quod nemo fecit aliorum Euãgeliſtarum, hoc facit ratione ſpecialis perſonæ, cui ſcribit: cum omnes alij generaliter ſine ratione ſpecialis perſonæ ſcripſerint. Suntq. ad hoc tres cauſæ, quarum prima eſt, quòd liber ipſius videretur: aliqui fortaſſis cuipiam ſuperfluus, cum iam duo Euangeliſtæ ſcripſerint: Et in ore duorum teſtium ſtet omne verbum. Vnde, vt hoc remoueat, primo aſſignat primam cauſam, declarans illum nequaquam eſſe ſuperfluum, cum ad vana, falſa, et ſuperflua reſecanda, quæ ſcripta iam fuerant per pſeudo euangeliſtas, ordinetur. Secunda eſt, quia liber poſſet videri minus authenticus, vtpote eius, qui non fuerit apoſtolus: et ideo oſtendit ſe ſcripſiſſe ſecundum documentum Apoſtolorum, et teſtimonium eorum, qui viderunt. Tertia eſt, quia cũ ſit hiſtoricus, et narratiuus diuerſarum parabolarum, poſſet videri inordinatus, et velut caſu quodam atque fortuito conſcriptus, et ideo ad hoc remouendum, oſtendit proceſſum in prologo eſſe ſufficientem, diligentem, et ordinatum. Vnde patet non eſſe curioſum inquirere et perſcrutari ordinem, diſtinctionem, et ſufficientiam in proſecutione eorum, quæ in hoc Euangelio cõſcribuntur. Nam ſi in alijs ordo fidem commendat et ſapientiam, et bonitatem eorum, quæ ſcribuntur: quanto amplius illi ſcripturæ debet competere, quæ procedit a fonte ſapientiæ, et ducit ad finem bonitatis completæ? Hæc autem eſt ſcriptura euangelica: et ideo non eſt curioſitatis, ſed vtilitatis, ſi deſcribantur in ſequentibus, diuiſio, ordo, et ſufficientia, quia hoc intenditur ab Euangeliſta.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

EXPOSITIO IN CAPVT I.

Generalis diuiſio totius operis.

EVIT *in diebus Herodis regis, &* cet.] Hoc Euangelium Lucæ, ſicut ſupra dictum eſt, habet quattuor partes principales. In quarum prima agitur de incarnationis myſterio, vſque ad tertium capitulum: In ſecũda vero, de eruditionis magiſterio, vſque ad vigeſimum ſecundum: in tertia, de paſſionis medicamẽto, ſiue remedio, vſque ad vigeſimum quartum: In quarta, de reſurrectionis trophæo, vſque in finem libri. Prima pars, quæ proſequitur incarnationis myſterium, habet tres partes. Explicat enim Chriſti natiuitatem temporalem, quæ fuit triplex, ſcilicet in vtero, quantum ad cõceptum, ex vtero, quantum ad partum, extra vterum, quantum ad baptiſmum. Primam explicat in primo capitulo, ſecundam in ſecundo, et tertiam in tertio.

Triplex Chriſti natiuitas temporalis.

Intendit igitur in primo capitulo agere de conceptione Saluatoris: ſed quia conceptum virginis præceſſit conceptus ſterilis, et ante regis conceptum præceſſit præcurſoris exordium: et quia vtrunque diuinum eſt, et de vtroque laudandus Deus: ideo præſens capitulum duas habet partes; in quarum prima agitur de ſterilis et virginis fecundatione: in ſecunda vero de gratiarum actione, ibi: *Exurgens Maria abijt in montana.* Prima pars habet duas, in quarum prima agitur de conceptu præcurſoris: in ſecunda de conceptu Saluatoris, ibi: *In menſe autem ſexto,* & cætera. Deſcribens autem Euangeliſta præcurſoris conceptum, vt oſtendat ipſum eſſe mirificum, primo declarat parentum conditionem, ſecundo explicat angelicam annunciationem, ibi: *Factum eſt cum ſacerdotio,* et cetera: tertio denunciat promiſſionis confirmationem, ibi: *Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc ſciam:* quarto mirabilem promiſſionis impletionem, ibi: *Et factum eſt, vt impleti ſunt dies officij ſui,* et cetera. Deſcribens autem parentum ipſius conditionem, quattuor explicat: primo dignitatis officium: ſecundo honeſtatis coniugium: tertio ſanctitatis meritum ſiue priuilegium: quarto ſterilitatis opprobrium.

Primo igitur oſtendit dignitatis officium, cum dicit: *Fuit in diebus Herodis regis Iudæa ſacerdos quidam, nomine Zacharias.* Sacerdotale explicat officium, adiungendo regale dominium, vt inſinuet, quòd Ioannes prænunciare debebat Chriſtum, qui erat ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, id eſt, ſimul Rex et ſacerdos. Melchiſedec, rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, *et cetera.* Vel ideo explicat regnum, vt oſtendat tempore legis regiam poteſtatem præire atque præſtare ſacerdotio: ſed nunc eſt econtra. Vos autem eſtis genus electum, regale ſacerdotium, *et cetera.* ſic in Exodo dicitur: Vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, et gens ſancta. Vel ideo explicat regnum Herodis alienigenæ, qui primus allophylorum imperauit Iudæis, vt oſtendat aduenisſe tempus aduẽtus Chriſti: et impletam eſſe illam prophetiam Iacob patriarchæ: Non auferetur ſceptrum de Iuda, et dux, *et cet.* Vel ideo nominat Herodem, vt oſtendat ipſum in malitia fuiſſe inſignem. Fuit enim triplex Herodes, ſcilicet, pater, filius, et nepos. Primus Aſcalonita, qui interfecit pueros. Secundus Antipas, qui Ioannem decapitauit. Tertius Agrippa, qui occidit Iacobum, claudens in carcere Petrum. Sed primus infamior, et inter omnes crudelior: ideo, quia

Heb. 7. *a*

1. *Pet.* 2. *b*

Exod. 19. *a*

Gen. 49. *b*

Mat. 2. *c*

Mat. 14. *a*

Act. 12. *a*

Digitized by Google

Eccli.33.b quia contra malum, bonum est. E contra nominatur
A sacerdos Zacharias, vt ostendat ipsum famigeratum
Exod.33.c fuisse in bono, et Dei amicum, secundum illud: Noui
te ex nomine, et inueniſti gratiam coram me. Nec
tantum ex nomine ipsum famatum ostendit sacerdo-
tem, sed etiam ex genere. Vnde dicitur: *De vice Abia.*
id est, de genere sacerdotum, secundum quod expo-
nit Beda in glossa, dicens: Cum Dauid cultum Dei
1.Paralip. ampliaret, sicut dicitur in Paralipom. miniſteria
24. b sacerdotum in viginti quattuor sortes diuisit: inter
quas familiæ Abias, de qua fuit Zacharias, sors octa-
ua contigit: vt præco noui testamenti in octauæ sor-
tis vice nasceretur: quia per octo, nouum testamen-
tum intelligitur, sicut per septem, vetus.

Secundo explicat honestatis coniugium in hoc,
quod dicit: *Et vxor illius de filiabus Aaron.* Et ita vter-
que erat de genere sacerdotali, et per hoc ad coniu-
Num.36.c gium apti secundum mandatum Domini. Omnes
viri ducent vxores de tribu et cognatione sua: et cun-
ctæ feminæ maritos de eadem tribu accipiant. Explic-
cat autem vxoris nomen, quia de ea frequenter ser-
monem erat facturus: *Et nomen eius Elizabeth*, vt in
conceptu, et salutatione, et partu. Explicat autem
honestatis coniugium iuxta dignitatis officium, vt
Sap.4. a ex vtroque commendabilior fiat conceptus. O quàm C
pulchra est casta generatio cum claritate, *et cetera.*

Tertio describit sanctitatis priuilegiū in hoc, quod
dicit: *Erant autem ambo iusti ante Deum.* Id est, inte-
Sap. 5. c rius in oculis Dei: Iusti in perpetuum viuent. sequi-
Ibidem. tur: Cogitatio illorum apud Altissimum: non enim
erant de genere illorum, de quibus dicitur infra: Vos
Luc.16. d estis, qui iustificatis vos, *et cetera.* sed similes Noe, de
Gen.6. b quo: Noe vir iustus atque perfectus fuit in genera-
tionibus suis, cum Deo ambulauit: Et Ezechiæ, de
4. Reg. 20. quo: Memẽto Domine, quo modo ambulauerim co-
a ram te in veritate, et in corde perfecto: secundum
1.Reg.16.b enim quod dicitur: Dominus intuetur cor. Erant et D
iusti exterius in conspectu hominum: et propterea
dicit: *Incedentes in omnibus mandatis, et iustificationi-*
Phil.2. b *bus Domini sine querela.* Omnia facite sine murmura-
tionibus, et hæsitationibus, vt sitis sine querela, &
simplices filij Dei, sine reprehensione in medio na-
tionis prauæ, et peruersæ. Et recte dicit, *In omnibus:*
Iac. 2. b quia secundum quod dicitur: Quicumque autem to-
tam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus
Ps. 118. a est omnium reus. Et ideo dicebat Propheta: Ad om-
Ibid. a nia mandata tua dirigebar. Et ibidem: Dirigantur
viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Quarto adiungit sterilitatis opprobrium in hoc, E
quod dicit: *Et non erat illis filius.* Et id erat magni
Gen.15. a opprobrij: Vnde dicebat Abraam: Domine Deus,
quid dabis mihi? Ego vadam sine liberis. Et ratio
huius redditur defectus in matre, cum dicitur: *Eò*
quòd esset Elizabeth sterilis. Quod erat opprobrium
Isa.49. f in Israel. Vnde poterat ipsa dicere illud Isaiæ: Ego
sterilis et non pariens. Et vt maius ostendatur mira-
culum, subiungitur defectus in vtroque parente: *Et*
ambo processissent in diebus suis. Quemadmodum de
Gen.18. a Abraam et Sara legitur: Postquam consenui, &
dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?
Quasi dicat: Hoc nõ est naturale, sed mirabile. Vnde:
Gen.21. a Quis auditurus crederet Abraam, quòd Sara lactaret
filium, quem peperit ei iam seni? Hoc autem sterili-
tatis opprobrium non fuit in peccati pœnam, sed ad
manifestandum Dei gloriam, secundum quod dici-
Ioan. 9. a tur de cæco nato.

Factum est autem, et cetera.] Postquam descripta est
parentum conditio, describitur hic secundo loco an-
gelica denunciatio. Primo, quantum ad circumstan-
tias, adiacentes denunciationi angelicæ: secundo,
quantum ad circumstantias, adiacentes proli denun-
ciatæ, ibi: *Erit enim magnus coram Domino*, et cetera.
Tria autem fuerunt adiacentia promissioni, scilicet
executio sacerdotalis officij, apparitio cælestis nun-
A cij, denunciatio conceptus futuri. De primo ibi: *Fa-*
ctum est autem, cum sacerdotio, et cetera. De secundo
ibi: *Apparuit autem illi Angelus Domini.* De tertio ibi:
Ait autem ad illum Angelus.

Primo ergo describitur executio sacerdotalis offi-
cij debito modo, quia secundum congruentiam or-
dinis, exigentiam consuetudinis, et assistentiam de-
uotæ multitudinis. Insinuans ergo primò executio-
nem debitam, secundum congruentiam ordinis, di-
cit: *Factum est autem, cum sacerdotio*, et cetera. Vnde
sibi competit illud, quod de Aaron dicitur: Factum *Eccli.45.c*
est illi in testamentum æternum, et semini eius sicut
B dies cæli, fungi sacerdotio, et habere laudem, et glo-
rificari populum suum in nomine suo, *et cetera.* Et di-
cit: *In ordine.* Quia illud debet maxime fieri ordina-
te. Omnia autem honeste, et secundum ordinem fiãt *1.Cor.14.g*
in vobis. Tunc autem recte seruatur ordo, quando
mens sacerdotis digne assistit conspectui diuino, et
ideo dicit: *In ordine*, secundum quod de Christo di-
citur: Quòd introiuit in ipsum cælum, vt appareat *Heb. 9. f*
nunc vultui Dei pro nobis. Insinuat et eam debitam
secundum exigentiam consuetudinis, cum dicit: *Se-*
cundum consuetudinem sacerdotij sorte exijt, vt incensum
poneret. Hæc enim consuetudo, vt non vsurpatione,
C sed sorte vel electione pontifex introiret, est recta,
quia dicitur: Nec quisquam sumit sibi honorem, *etc.* *Heb. 5. b*
Contra quod quidem dicitur de Ozia, quòd volens *2. Par. 26.*
incensum ponere, percussus est lepra: et filij Chore *d*
consumpti sunt igne. Hic autem sorte exijt. Vnde: *Num.16.c*
Dabitur enim illi fidei donum electum, et sors in tẽ- *Sap. 3. d*
plo Dei acceptissima. *Exijt*, inquam, *vt incensum pone-*
ret, ingressus in templum Domini. Assumpto thu- *Leu. 16. e*
ribulo, quod de prunis altaris impleuerit, et hau-
riens manu compositũ thymiama in incensum, vltra
velum intrabit in sancta: vt positis super ignem aro-
matibus, nebula eorum, et vapor operiat oraculum,
D quod est supra testimonium, et non moriatur. Tertio
insinuat eam debito modo esse factam, propter assi-
stentiam multitudinis, cum dicit: *Et omnis multitudo*
populi erat orans foris hora incensi. Omnes debebãt offe-
renti assistere, et pariter orare, secundum quod dici-
tur: Omnes erant perseuerantes vnanimiter in ora- *Act. 1. c*
tione. Et foris stabant propter reuerentiam, vt ille Pu-
blicanus: Publicanus a longe stans, nolebat, *et cetera.* *Luc. 18. e*
Et hoc, *Hora incensi*, quia illa erat hora apta. Oratio- *2. Mac.1.*
nem autem faciebant omnes sacerdotes, dum con- *c*
summaretur sacrificium. In quo signatur, quòd
omnis nostra oratio debet offerri per Christum, qui *Heb. 5. b*
E exauditur in omnibus pro sua reuerentia.

Apparuit autem illi angelus, et cetera. Tangitur hic
apparitio cælestis nuncij, et hoc vt venerabilis, vt ad-
mirabilis, et vt terribilis. Ostenditur autem venera-
bilis in situ, propter quod dicit: *Apparuit autem illi*
Angelus Domini stans a dextris altaris incensi. Qui scili-
cet erat locus magnæ reuerentiæ. Vnde in Leuitico: *Leu. 10. a*
Interfecti sunt Nadab et Abiu, propter loci irreuerẽ-
tiam. Et statim subditur: Sanctificabor in his, qui ap-
propinquant. *Et a dextris stabat.* Vt significaretur
quòd de cælestibus ciuibus erat. Longitudo dierum *Prou. 3. b*
in dextera eius. Et in Psalmo: Dixit Dominus Do- *Ps. 109. a*
F mino meo, *et cetera.* [*Et stabat.* non autem sedebat, vt
ostendatur, quòd nuncius erat. Vnde infra dicit: Ego *Eodem*
sum Gabriel, qui sto ante Deum. Ostenditur admira-
bilis in aspectu, et propterea dicit: *Et Zacharias tur-*
batus est videns, scilicet ex admiratione. Vidi te, Do- *Esther.15.*
mine mi, quasi angelum Dei, et conturbatum est cor *d*
meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis
es Domine: et facies tua plena est gratiarum. Aspe-
ctus namque angelicus carnalibus admirabilis est,
quia insolitus. Vnde Angelus ad Manue: Cur quæris *Iud.13. d*
nomen meum, quod est mirabile? Ostenditur terri-
bilis ex occursu. Et propterea dicit: *Et timor irruit*
super eum. In quo signatur vehementia timoris. Sicut
Daniel: Vidi autem ego Daniel solus visionem. Por- *Dan.10. b*
ro viri

Digitized by Google

ro viri, qui erant mecum, non viderunt: ſed terror nimius irruit ſuper eos, et fugerunt in abſconditum, ego autem relictus ſolus vidi viſionem grandē hāc: et non remanſit in me fortitudo. Ad hæc angeli terribiles apparebant, quia nondum erant nobis reconciliati. Vnde ſuperiores nobis erant, et vt ſuperiores apparebāt, et ideo timorem incutiebant. Ambroſius: *Amb.lib.1. in cap. 1.* Solemus turbari, et a ſenſu noſtro alienari, quando præſtringimur ſuperioris poteſtatis occurſu.

Luca to. 3. *Ait autē ad illum Angelus.* Tangitur hic tertio denūciatio futuri conceptus, vt confortatiua iraſcibilis, vt inſtructiua rationalis, et conſolatiua concupiſcibilis. Oſtenditur confortatiua in hoc, quod dicit: *Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua.* Si Deus exaudit homines, tunc ſperādum eſt in ipſo, *Gen.15. a* et ideo confitendum, non formidandum. Noli timere Abraam: Ego protector tuus ſum. Et quòd omni- *Tob.3. d* no ſit exaudita, ſignum eſt, miſſio nuncij. In illo tempore exauditæ ſunt preces amborum in conſpectu glorię ſummi Dei: Et miſſus eſt Angelus Domini ſan- *Dan.10. c* ctus Raphael, *etc.* Simile dixit Angelus Danieli: Noli metuere, Daniel: quia ex die primo, quo poſuiſti cortuū ad intelligendum, vt te affligeres in cōſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua. Deſcribitur inſtructiua rationis. Vnde pronunciat prolem, et prædicit nomē. *Et vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen eius Ioannem.* Pariet, *inquam*, tibi: quia de te, et ad tuā conſolationem. Iuxta quod promiſſum eſt Abra- *Gen.15. b* hæ: Qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis heredem. Deinde ſubiungit: *Et vocabis nomen eius Ioannem*, ſecundum illud Iſaiæ, quod dicitur ſub perſona *Iſa. 49. a* ipſius Ioannis: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei. Deſcribitur poſtremo, vt conſolatiua, in hoc, quod dici- *Prou.23. c* tur: *Et erit gaudium tibi, et exultatio.* Exultat gaudio pater iuſti, ideſt, Zacharias pater Ioannis. Et: Qui ſa- *Prou.10. a* pientem genuit, lætabitur in eo. Filius ſapiens lætificat patrem. Nec erit illud gaudium ſingulare, ſed commune. Et propterea dicit: *Et multi in natiuitate* *Prou.29. a* *eius gaudebunt.* In multiplicatione iuſtorum lætabi- *Hier.33. b* tur vulgus. Hieremias: Erit mihi in nomen, et in gaudium, et in laudem, et in exultationem cunctis gentibus terræ. *Amb.lib.2. in cap. 1.* Ambroſius: Habet ſanctorum editio lætitiam plurimorum, quia commune bonum eſt. Iu- *Luca to. 3.* ſtitia enim communis eſt virtus. Exultate ergo iuſti *Pſal.32. a* in Domino, rectos decet collaudatio. *Erit enim magnus coram Domino.* Supra notificata eſt denunciatio angelica, quantum ad circumſtantias ex parte promiſſi, commendatur enim filius naſciturus in tribus, ſcilicet, in vita, gratia, et doctrina. Et primum reſpicit actum, ſecundum reſpicit officium, tertium reſpicit intellectum. Primum, ibi: *Erit enim magnus coram Domino.* Secundū ibi: *Et Spiritu ſancto replebitur.* Tertium, ibi: *Et multos filiorum Iſrael*, et cetera. Naſciturum igitur filium, quem patris dixit eſſe gaudium, primum commendat in vita, quantum ad exiſtentiā veritatis, et quantum ad euidentiam ſanctitatis. Exiſtentiam veritatis tangit, cum dicit: *Erit enim magnus* *Iob. 1. a* *coram Domino.* Sicut Iob: Erat vir ille magnus inter omnes orientales: non inter peccatores, qui ſunt magni in conſpectu hominum, ſed inter iuſtos, ita vt in eius ortu poſſit dici illud, quod inferius ſcribitur: *Inf.7. c* Propheta magnus ſurrexit in nobis *&cet.* Vere magnus propheta, quia ſecundum laudem Saluatoris: *Mat.11. b* Ipſe erat propheta, et pluſquam propheta, et adeo magnus, vt dicat ibidem Saluator: Non ſurrexit maior inter natos mulierum Ioanne Baptiſta, *et cetera.* Euidentiam ſanctitatis tangit, in hoc, quod dicit: *Et* Vitæ auſteritas, interioris ſanctitatis ſignum. *vinum, et ſiceram non bibet.* In quo deſignatur vitæ auſteritas, quę ſignum eſt ſanctitatis interioris, ſecundum illud: Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt, *et cetera.* Per iſta autem duo excludit omnem potum, qui poteſt inebriare. Decet enim *Gal.5. d* uas, cæleſti gratiæ mancipatum, a ſæculi illecebris abſtinere. Vnde dicitur Aaron, et filijs eius: Vinum, *Leu.10. b* et omne, quod inebriare poteſt, non bibetis tu et filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini. Hoc etiam prohibebatur Nazaræis a *Num.6. a* tempore conſecrationis ſui. Magnum erat hoc in B. Ioanne, vt, cum multa innocentia, eſſet tanta abſtinentia. Secundo commendat eum in gratia, quantum ad conſummationem et acceleratione m. Propter conſummationem dicit: *Et Spiritu ſancto replebitur.* Vt de ipſo poſſit dici illud: Et implebit illum ſpi- *Eccl.15. a* ritu ſapientiæ, et intellectus, *et cetera.* Solus enim Spi- Solus ſpiritus ſanctus replet animæ capacitatem. ritus ſanctus replet animæ capacitatem. B lud: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Et hoc eſt, quod orabat Apoſtolus: Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Propter acceleratione m, dicit: *Adhuc ex vtero matris ſuæ.* In cuius rei teſti- *Sap.1. d* monium dicitur infra: Exultauit in gaudio infans *Eph.3. b* in vtero meo. Vnde Ambroſius: Nondum erat in *Infr. eod.* eo ſpiritus vitæ, et iam erat ſpiritus gratiæ: non, in- *Amb.lib.1. in cap. 1.* quam, erat ſecundum apparentiam, erat tamen ſpiri- *Luca to. 3.* tus vitalis ſecundum exiſtentiam. Simile præceſſit in Hieremia: Priuſquam te formarē in vtero, noui te: et *Hier. 1. a* antequam exires de vulua, ſanctificaui te. Tertio cōmendat eum in doctrina, quantum ad efficaciam vti- C litatis, et quantum ad eminentiam auctoritatis. Propter vtilitatis efficaciam dicit: *Et multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum.* Et hoc eſt maximæ vtilitatis. Qui conuerti fecerit peccatorem *Iac.vlt. d* ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius a morte, et operiet multitudinem peccatorum: hoc eſt, quod maxime Dominus petit, vt ad ſe conuertantur. Con- *Zac. 1. a* uertimini ad me, ait Dominus exercituum. Et ego conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Conuertimini ad me per pœnitentiam, ſcilicet et ego conuertar ad vos per indulgentiam. Conuertimini *Hier.3. f* filij reuertentes, et ſanabo auerſiones veſtras. Propter D excellentiam auctoritatis ſubdit: *Et precedet ante illum in ſpiritu et virtute Elię.* Spiritus, et virtus Elię deſcribitur: Surrexit Elias propheta, quaſi ignis: & *Eccl.48. a* verbum ipſius ſicut facula ardebat. De Ioanne dicitur: Ille erat lucerna ardens et lucens. Et ideo propter *Ioan.5. f* nimiam conformitatem dicitur Elias: Et ſi vultis re- *Mat.11. b* cipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt, *et cetera.* Et ſubditur executio auctoritatis in hoc, quod dicitur: *Vt conuertat corda patrum in filios*, ideſt, intelligentiam Patriarcharum in imitatores ipſorum. Beda: Corda patrum in filios conuertit, dum ſpiritualem ſanctorū intelligentiam populis prædicando infundit. Hoc E prædictum erat de Elia: Ecce ego mittā vobis Eliam *Mal.vlt. b* prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, et percutiam terram anathemate. Et vt oſtendatur per omnia conformis Eliæ, ſubdit: *Et incredulos ad prudentiam iuſtorum.* Id eſt, ad fidem, quæ eſt ipſorum prudentia, per quam credunt ſe iuſtificari. Arbitramur enim iu- *Rom. 3. d* ſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. Vnde: Ecce, qui incredulus eſt, non erit recta anima eius *Abac.2. a* in ſemetipſo: iuſtus autem in fide ſua viuet. Et, quia hæc conuerſio præparabat ad Chriſti aduentum ſuſci- F piendum, ideo addit: *Parare Domino plebem perfectam.* Si enim prædictum fuerat de ipſo: Vox cla- *Iſa. 40. a* mantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Quando autem ſemita recta eſt, tunc facit perfectum. Iuſtorum autem ſe- *Prou. 4. c* mita, quaſi lux ſplendens, procedit, et creſcit vſque ad perfectam diem. Ioannes autem velut lucerna lucebat, et manu ducebat populum ad videndam lucem veram, et perfectam. Auctoritas igitur Ioannis, et officium erat præcurrere, et prænunciare Chriſtum. Vnde de ipſo intelligitur illud: Ecce ego mitto Angelum *Mal.3. a* meum, et præparabit viam ante faciem meam. Vnde prędicatio eius, præfigurata fuit in prędicatione Moyſi: Eſtote parati in diem tertium. Vt accipiamus diem *Exo.19. c*

pro

Digitized by Google

pro anno, quia tertio anno post prædicationem Ioannis, Christus aperte prædicauit. Sic exorsus est Samuel: Præparate corda vestra Domino, *&c.* Sic et omnis prædicator. Vnde Beda: Qui fidem et opera prædicat, quid aliud, quàm venienti Domino ad corda audientium viam præparat?

1.Reg.7.a

Et dixit Zacharias, *et cetera.* Descripsit Euangelista conceptionem præcursoris, quantum ad parentum conditionem, et angelicam promissionem. Hic describit, quantum ad promissionis confirmationem, quam describit hoc ordine. Primo enim introducitur dubietas sacerdotis. Secundo auctoritas nuncij, ibi: *Et respondens Angelus.* Tertio signum auctoritatis, ibi: *Et ecce eris tacens.* Quarto euidentiam signi, ibi: *Et erat plebs expectans.* Introducit ergo dubitationem sacerdotis, cum dicit: *Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc sciam?* ideſt, quo signo certificabor? Iudæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt: Vnde nota, quòd quidam signa quærunt propter publicationem diuini promissi, sicut Abraam: Domine Deus, vnde scire possum, quòd possessurus sim terram? Quidam recusant propter obstinationem delicti proprij, sicut Achaz: Pete tibi signum a Domino Deo tuo, *et cetera.* Quidam vero requirunt propter hæsitationem animi, sicut Zacharias, vnde subiungit rationem dubitandi: *Ego enim sum senex, et vxor mea processit in diebus suis.* Et ita impotestas ex parte vtriusque parentis, et iam non est tempus generandi, sed potius secundum illud: Tempus est longe fieri ab amplexibus. Et ideo dubitabat, et hæsitabat. At non sic Abraam, de quo: Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum fere centum annorum esset, et emortuam vuluam Saræ. In promissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissime sciens, quia quæcunque promisit, potens est et facere. Vnde Abraam credidit, quia considerauit diuinam potentiam: sed Zacharias hæsitauit, quia considerauit solum humanam potentiam. In quo instruimur, quòd in miraculis aspiciendum est in causas superiores.

1.Cor.1.c
Gen.15.b
Isa.7.b
Eccl.3.a
Rom.4.d

Et respondens Angelus dixit ei, et cetera.] Hic notatur nuncij auctoritas, quantum ad virtutem contemplatiuam, & quantum ad administratiuã. Quantum ad contemplatiuam dicit: *Ego sum Gabriel, qui sto ante Deum.* Decies millies centena millia assistebant ei. Et inter hos erat Gabriel. Et ideo: Dixit regina Saba in figura Salomoni: Beati viri tui, et beati serui tui hi, qui stant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam. Hoc vidit Michæas: Vidi, *inquit*, Dominum sedentem super solium suum, et omnem exercitum cæli assistentem ei a dextris, et a sinistris. Notatur ergo dignitas in assistendo, et notatur in hoc auctoritas in denunciando. Quantum ad ministerium missionis, dicit: *Et missus sum loqui ad te, et hæc tibi euangelizare.* Vnde de numero illorum erat, de quibus scriptum est: Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi? *et cet.* Missus, inquam, et loqui, et explicare. In loquela enim est intelligenda expressio veritatis: Ecce vir Gabriel quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, et docuit me, et locutus est mihi. In euangelizatione vero intelligenda est denũciatio bonitatis. Euangelium enim est bona nunciatio: Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me, verba bona, verba consolatoria. Vnde debebat ei dicere illud: Ingredere, quia vir fortis es, et bona nuncians. Gabriel enim fortitudo Dei interpretatur, et ideo missus fuit confortare patidum sacerdotem. *Et ecce eris tacens, et non poteris loqui.* Hic tangitur signum auctoritatis, et pro signo pœnam infligit, propter vitium incredulitatis. Præmittit ergo taciturnitatis signum, vsque ad tempus statutum, videlicet: *Vsque in diem, quo hæc fiant.* Vt sic posset dicere illud: Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus, *et cetera.* Nec mirum, si mutus factus est propter incredulitatem propriam, cum Ezechielem mutum fecerit incredulitas aliena. Eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Et ideo subdit rationem taciturnitatis, vitium scilicet incredulitatis. *Pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.* Econtra dicitur infra de Maria: Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino. Ante pœnam non credidit, sed post, quia sicut dicitur: Et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Non ergo contemnenda sunt verba nunciorum Dei, quia Deus increpulos punit: Ecce ego mitto Angelum meum. Et sequitur: Obserua eum, et audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet, cum peccaueritis. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, et omnis præuaricatio, et inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quę cum initium accepisset enarrari per Dominum: Ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis et portentis, et varijs virtutibus, et spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Et ideo non est locus incredulitatis.

Ezec.3.g
Cap.eod.
Isa.28.e
Exo.23.d
Heb.2.a

Et erat plebs, & cetera. Hic tangitur quarta euidẽtia signi, per præsentiam multitudinis expectantis, et absentiam sermonis, primam tangit dicens: *Et erat plebs expectans Zachariam, et mirabantur, quòd tardaret in templo.* Ad populum enim pertinet expectare. Vnde Moyses, cum ascenderet in montem, dixit senioribus: Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Quia secundum quòd dicitur: Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. Plebis est etiam ad mirari diuina secreta, non perscrutari. Vnde dicitur de iusto, et potest exponi de Zacharia: Oculus Dei respexit illum in bono, et erexit illum ab humilitate ipsius, et exaltauit caput, et mirati sunt in illo multi. Quantum ad absentiam sermonis, subdit: *Egressus autem non poterat loqui ad illos.* Hoc enim solet accidere his, qui eleuantur in apicem contemplationis. Ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris et tardioris linguæ sum. Et Daniel: Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, et nihil in me remansit virium: et quo modo poterit seruus Domini mei eloqui cum Domino meo? nihil enim in me remansit virium, sed et halitus meus intercluditur. Et ideo ex hoc, tanquam ex signo, venerunt in notitiam veritatis. Propter quod sequitur: *Et cognouerunt, quòd visionem vidisset in templo.* Et ita, quòd esset verus propheta, sicut Samuel, de quo: Cognouit vniuersus Israel à Dan vsque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini. Ad perfectam autem signi euidentiam notatur loquendi impossibilitas, et diuturnitas, in hoc, quod addit: *Et ipse erat innuens illis, et permansit mutus.* Ambrosius: Sine voce actus corporales indicare moliens, nec exprimens voluntatem, permansit mutus, in signum quòd in aduentu Christi silentium debebat imponi sacerdotio legali. Omnes enim prophetę, et lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt. Ideo dicit Chrysostomus de Ioanne, quòd est Apostolorum vox, silentium Prophetarum.

Contẽplationis apex mutos facit

Exo.24.c
Thr.3.c
Eccl.11.b
Exo.4.c
Dan.10.d
1.Reg.3.d
Ambr.in 1. cap. Luc. lib. 1. to.3.
Mat.11.b

Et factum est, vt impleti sunt, et cetera. Superius descripsit Euangelista Præcursoris conceptionem, quantum ad parentum conditionem, angelicam denunciationem, et denunciationis confirmationem. Hic postremo describit, quantum ad denunciationis consummationem, siue impletionem. Circa quod quattuor nobis breuiter explicantur, scilicet mutua cohabitatio, fecunda conceptio, verecunda occultatio, et lætabunda exultatio. Primum respicit legem coniugij: secundum, virtutem miraculi: tertium, recordationem præsentis beneficij. Insinuatur ergo primo mutua cohabitatio, cum dicit: *Et factum est, vt impleti sunt dies*

Heb.1.d
Dan.9.f
Zac.1.c
3.Reg.1.f Gabriel, fortitudo Dei.
Ps.37.c

dies officij eius, abijt in domum suam. scilicet, ad cohabitandum, et reddendum debitum vxori. Vnde Chrysostomus: Quòd eadem nocte filium genuit, hoc autem
1.*Cor.*7. *a* fecit coniugij lege. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ad tempus, ex consensu, vt vacetis orationi: et iterum reuertimini in idipsum. Et ideo quàm diu Zacharias dies officij implebat, ad vxorem non accedebat. Sa-
*Exo.*19. *d* cerdotes quoque, et populus, qui accedunt ad Dominum, sanctificẽtur, ne percutiam eos. Et ex hac causa
2.*Reg.*6. *b* dicunt Hebræi: Ozam percussum, quia nocte vxorem cognouerat, quando tetigit arcam. Non enim licebat ab amplexu Liæ ad Rachelem immediate transire.
*Gen.*29. *c* Sicut dicitur ad Iacob: Imple hebdomadam dierum huius copulę. Secundo insinuatur fecunda conceptio, cum dicit: *Post hos autem diem concepit Elizabeth.*
1.*Reg.*1. *d* sicut dicitur: Post circulum dierum concepit Anna. *Post hos autem dies*, videlicet officij. In quo ostenditur,
Carnalia spiritualib⁹ postponenda. quòd carnalia postponenda sunt spiritualibus, et ideo infra: Maria optimam partem elegit. Tertio describitur verecunda occultatio, cum dicitur: *Et occultabat se mensibus quinque.* Hoc enim erat signum humilitatis et pudicitiæ. Non sicut Agar ancilla, de qua dici-
*Inf.*c.10. *Gen.*16. *a* tur: Quæ concepisse se videns, despexit dominam suã.
*Ambr.to.*5. *serm.* 8. *de Nat. Dom. et serm.* 8. *de Sanctis.* Ratio huius bene redditur in glossa Ambrosij. Sed spiritualiter erudimur, quòd sancti propositi conceptio est in principio occultanda, sicut dicitur: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro:
*Mat.*13. *f* Vbi Gregorius: Thesaurus inuentus absconditur, vt seruetur: quia studium cælestis desiderij a malignis
Gregorius hom. 11. *in Euang.* spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humana laude non abscondit. Quarto tangitur lætabunda exultatio in recognitione beneficij, ibi: Quia sic mihi fecit
*Gen.*21. *a* Dominus. Simile illud: Risum fecit mihi Deus: quicunque audierit, corridebit mihi. *In diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.* Opprobrium scilicet, sterilitatis. Concepit Rachel, et peperit filium, dicens: Abstulit Deus opprobrium meum.
*Gen.*30. *c* *Deut.*7. *c* Erat opprobrium inter homines, propter illud: Non erit apud te sterilis vtriusque sexus. Vnde dicitur:
1.*Reg.*1. *b* Quòd æmula Annę affligebat eam, et vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret, quòd Dominus conclusisset vuluam eius. Et propter hoc gaudebat, secun-
*Ps.*112. *a* dum illud: Qui habitare facit sterilem in domo, matrem, *et cetera.*

In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel, &c. Egit Auctor supra de cõceptione Præcursoris, quę fuit per fecundationem Sterilis, in hac parte agit de conceptione Saluatoris, quæ fuit per fecundationem Virginis. Hæc autem fecundatio facta est, Deo destinãte, angelo nunciante, et virgine consentiente, vt repa-
Bernardus hom. 2. *super Missus est, to.*1. ratio lapsui responderet, sicut dicit Bernardus: Placuit Deo eodem modo, et ordine, sibi reconciliare hominẽ, quo nouerat cecidisse. Ideo pars ista habet tres partes, et in prima insinuatur destinatio nuncij a Deo: in secunda, executio ministerij ab Angelo, ibi: *Et ingressus Angelus ad eam:* in tertia assecutio propositi, mediante consensu Virgineo, ibi: *Dixit autem Maria ad Angelum: Ecce Ancilla*, et cetera. Destinatio autem nuncij describitur debito modo, facta ex parte temporis, legati, loci, et personę: ad quã mittitur nuncius Dei. Congruentiam temporis insinuat, cum dicit: *In mense autem sexto*, scilicet a cõceptione Ioannis, qui fuit Mar-
Martio mẽse mundus, et homo cõditus, et redemptus. tius: in quo mense et homo, et mundus fuerat conditus: in quo etiam per Christi incarnationem erat reparandus, vt sic reparatio responderet primæ conditioni, vt impleri videatur illud:
*Isa.*66. *g* Sicut cæli noui, et terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum, nomen vestrum. Et erit mensis ex mense: et sabbatum ex sabbato: veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea. Nec etiam se-
Senarius numerus mysterio plenus. narius numerus vacat a mysterio, quia enim perfectus est, ideo homo inter cætera opera Dei perfectus, sexto die est conditus. Ideo et Christus venit sexta ætate, et sexto numero annorum, et sexto mense conceptus, et sexta feria passus, et sexta hora in cruce suspensus: vt sic significaretur aduenisse in plenitudine temporum, et perfectione: qui conceptus est sexto mense: At vbi *Gal.*4. *a* venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, *& cet.* Congruentiam legati notat, cum dicit: *Missus est Angelus Gabriel a Deo*, vt sic respondeat reparatio lapsui: vt, quemadmodum homo lapsus est per suggestionem angeli mali, sic resurgat per ministeriũ boni. Nuncius impij cadit in malum. Legatus *Prou.*13.*c* fidelis, sanitas. Respondeat etiam impletio promissioni, vt sicut per Gabrielem mysterium illud prædictum fuit Danieli: sic apertũ fuit Virgini. Ecce vir Gabriel, *Dan.*9.*e.f* quẽ videram in visione, a principio, cito volans, tetigit me in tẽpore sacrificij vespertini: et docuit me. Sequitur: Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populum tuum, et super vrbem sanctam tuam, vt consumeretur præuaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur iustitia sempiterna, et impleatur visio et prophetia, et vngatur Sanctus sanctorum. Et nota, quòd ab ipso Deo, teste *Bernardus* Bernardo, mitti perhibetur, ne cui vel beatorum spi- *hom.* 1. *su-* rituum, suum Deus, antequam Virgini, reuelasse pu- *per Missus* tetur cõsilium, excepto duntaxat Archangelo Gabri- *est*, nõ *pro-* ele: et quia a Deo erat, denunciationi diuini mysterij *cul a princ.* congruebat. Congruentiam loci notat, in hoc, *to.* 1. quod ait: *In ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.* Iuxta quod prædixerat Dominus per Isaiam: Aggra- *Isa.*9. *a* uata est via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. In hoc ergo, quòd in ciuitatem Galilææ missus est, quæ erat confinium Iudæorum et gentium, signatur, quòd illum venit annunciare, qui promissus fuerat Abraæ. Benedicentur in semine tuo omnes gentes *Gen.*22. *d* terræ. Et Iacob: Ipse erit expectatio gentium. In hoc *Gen.*49. *b* quòd ciuitas illa Nazareth vocatur, quæ flos interpretatur, signatur quòd illum veniebat nunciare, qui flos *Cant.*2. *a* est campi, et lilium conuallium. Egredietur virga de *Isa.* 11. *a* radice Iesse, et flos de radice eius ascendet, *& cetera.* Vnde hic dicit Hieronymus, quòd secundũ hebrai- *Hier. tom.* cam veritatem habetur. Et: Nazaræus de radice eius *2. epi.* 101. crescet. Igitur a Nazareth potest aliquid boni esse: *post med.* immo flos omnis boni. Congruebat in flore florem concipi, in flore nutriri, in florum tempore, idest, in vere, et Martio nunciari. Vnde Bernardus: Florige- *Bern. hom.* ram amat patriam, flos de radice Iesse. Et ideo pote- *1. sup. Miss.* rat iam decantare: Flores apparuerunt in terra no- *Cant.* 2. *a* stra. Congruentiam personæ innuit, cum dicit: *Ad Virginem desponsatam*, Cuius congruentia ostenditur pudica, cum dicit: *Virginem.* Mulier innupta, et 1.*Cor.*7.*f* virgo, cogitat quæ Domini sunt: vt sit sancta et corpore et spiritu. Bernardus: Missus est ad virginem: *Bernardus* virginem carne, virginem mente, virginem profes- *hom.* 2. *su-* sione, virginem, qualem describit Apostolus: mente, et *per Missus* corpore sanctam. Ostenditur et probata, cum dicit: *est. to.* 1. *Desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.* et cetera. Vt scilicet Ioseph vir iustus, secundum quòd dicitur, *Mat.*1. *c* esset testis castitatis ipsius, secundum illud: Vir eius *Prou. vlt. b* laudauit eam. Bernardus: Virum nominat, non quia *Bern. eadẽ* maritus eius, sed quia homo virtutis, et iustus erat: et *hom.* 2. ideo erat testis legitimus. Bernardus: Vno tali consi- *Bern. ibid.* lio secretis cælestibus, et admittitur testis, et excludi- *in fine.* tur hostis, et integra seruatur fama Virginis: alioquin quo modo pepercisset iustus adulteræ? Quia zelus et *Prou.*6. *d* furor viri, non parcet in die vindictæ. Ostenditur etiam promissa in hoc, quod dicit: *De domo Dauid.* Quod refertur ad Virginẽ et ad Ioseph: quia vterque fuit de semine Dauid, cui facta erat repromissio: Iu- *Ps.* 131. rauit Dominus Dauid veritatem, et non frustrabitur *Bern. ibid.* eam: De fructu ventris tui, *& cetera.* Bernardus: Am- *hom.* 2. *post* bo erant de domo et familia Dauid. Sed in altera *med.* completa est veritas, quam iurauit Dominus Dauid, MARIA altero tantum teste, et conscio, scilicet ipso Ioseph. stella maris. Ostenditur et prænominata, in hoc, quod dicit: *Et no-* *Bern. ibid.* *men Virginis Maria.* Maria enim stella maris inter- *in fine.* pretatur,

Digitized by Google

pretatur, et sic ostenditur impleta illa prophetia Ba-
Num.24.c laam. Orietur stella ex Iacob, et consurget virga de
Eccl.50.a Israel. Et alio loco: Quasi stella matutina in medio
Apoc.22.c nebulæ. In Apocalypsi: Ego sũ radix, et genus Dauid,
stella splendida, et matutina: ideo ergo nominat vir-
Bern. hom. 2. sup Miss. nõ procul a princ. to. 1. ginem, vt ostendatur ipsam præparatam fuisse, non
casu inuentam. Bernardus: Non est nouiter, aut for-
tuito inuenta, sed a sæculo electa, ab Altissimo præ-
Exo. 3. a cognita, sibi præparata, sibi seruata, a Patribus præ-
Num.17.c signata, a Prophetis promissa: quod enim Moysi mon
Iud. 6. g stratum est in rubo et igne: Aaron in virga, et flore,
Prou.31.b Gedeoni in vellere et rore: hoc Salomon præuidit in
Hier.31.d forti muliere et eius pretio: apertius Hieremias præ-
Isa.7. b. c cecinit de femina, et viro. Isaias de virgine et domo.
Gabriel tandem exhibuit ipsam virginem salutando:
vel ideo nominat virginem, vt nos doceat nomen
Bern. hom. 2. circa fin. super Miss. est. to. 1. ipsius in necessitatibus inuocare. Vnde Bernardus:
Quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio magis
inter procellas et tempestates fluctuare, quàm super
terram ambulare, respice stellam, voca Mariam. Si
iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis,
si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si aut
ira, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam con-
cusserit mentis: respice stellam, voca Mariam. Si
criminum immanitate turbatus, si conscientiæ fœdi-
tate cõfusus, baratro desperationis incipias absorbe-
ri, respice ad Mariam. Ipsa tenente, non corruis: ipsa
protegente, non metuis: ipsa duce, non fatigaris: ipsa
propitia, peruenis. Vel ideo nominat, vt insinuet no-
men eius mysterio plenum, secundum triplicem in-
terpretationem, per quam triplicem statum intelligi-
mus saluãdorum. Actiuos per mare amarum, con-
templatiuos per stellam, prælatos per dominium.

Et ingressus Angelus, et cetera. Postquam descripta
est destinatio nuncij: hic describitur executio mini-
sterij, quæ quidem fuit in denunciatione conceptus
futuri: in qua procedit Angelus, tamquam bonus rhe-
tor, valde ordinate, et Euangelista explicat perfecte.
Præmittitur enim primo salutationis ingressus: se-
cundo additur narrationis processus, ibi: *Et ait An-
gelus ei: Ne timeas Maria*. Subiungitur tertio conclu-
sionis terminus, ibi: *Ideoq. et quod nascetur ex te san-*
Cic. de Inuent. *ctum*. Istæ enim sunt partes principales rhetoricæ, sci-
licet exordium, narratio, et conclusio secundum Tul-
lium. Primo ergo præmittitur salutationis ingressus,
secundo additur narrationis processus, in quo intro-
ducitur primo angelus salutans, et deinde virgo au-
scultans, ibi: *Quæ cum audisset*, et cetera. Introduc-
cit ergo Euangelista angelum in suo ingressu a salu-
tatione sumpsisse exordium, in qua salutatione captat
ipsius beneuolentiam, exigit confidentiam, et exhi-
bet reuerentiam. Ostendit enim eam commendabi-
lem a bonitatis plenitudine, et ideo amabilem: a di-
gnitatis altitudine, et ideo venerabilem: a laudis am-
plitudine, et ideo prædicabilem. Et propter hæc tria
designata fuit per arcam fœderis, de qua dicitur,
Heb. 9. a quòd continebat tria, scilicet virgam Aaron, tabulas
legis, et manna. Vt sic ostenderetur, quòd ipsa erat
dulcis et amabilis per mãna, venerabilis per virgam,
prædicabilis et commendabilis per legem diuinam.
Et secundum hoc fuit in ipsa triplex excellentia, scili-
Eccli.24.b cet dignitatis, virtutis, et charitatis. Ego mater pul-
chræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ
spei. Vt ergo ostendat eam amabilem gratiositate, di-
cit: *Ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia ple-*
Esther 2. c *na*. Et ideo bene per Esther designata est, de qua di-
citur, quòd erat formosa valde, et incredibili pul-
chritudine, omnium oculis gratiosa, et amabilis vi-
Eccl.24.b debatur. Vnde de ipsa potest dici illud: In me gratiã
omnis vitæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et vir-
tutis. Nec mirum, quia illum erat conceptura, de
Ioan. 1. b quo dicitur: Vidimus gloriã eius, gloriam quasi vni-
geniti a patre, plenum gratiæ, et veritatis. Et ideo
post subditur: Et de plenitudine eius nos omnes ac-

cepimus. Vt autem ostendat venerabilem ex digni-
tate, addit: *Dominus tecum*. Discrete dictum est, quia
excellenti, et singulari modo, tamquam in proprio
tabernaculo. Qui creauit me, requieuit in tabernacu
lo meo. Et in Psalmo: Dominus in templo sancto suo,
hoc est, in virginis vtero. Et rursus: Sanctificauit ta-
bernaculũ suum Altissimus, Deus in medio eius non
commouebitur. Bernardus: Dominus tecum, illius
erat mater, cuius est Deus pater, filius paternæ chari-
tatis, erat corona tuæ castitatis. Ex quo super omnes
sortiris inæstimabilem dignitatem, et propterea Re-
gina dicitur in Psalmo: Astitit Regina a dextris tuis.
Vt ergo ostendat ipsam laudabilem ex benedictione,
subiungit: *Benedicta tu in mulieribus*, propter vniuer-
sale remedium. Dixit Dauid ad Abigael: Benedicta
tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem,
et vlciscerer me manu mea. *Benedicta*, inquam, *in*
mulieribus, idest, super omnes mulieres. Benedicta
es tu filia a Domino Deo excelso, præ omnibus mu-
lieribus super terram. Et iterum: Benedixerunt il-
lam omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Hieruſa-
lem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi no-
stri, quia fecisti viriliter, et cõfortatum est cor tuum,
eo quòd castitatem amaueris, et post virum tuum, al-
terum nescieris, ideo et manus Domini confortauit
te, et ideo eris benedicta in æternum. Vel *Benedicta a*
mulieribus: Viderũt illam filiæ, et beatissimam prædi-
Cant. 6. c cauerunt, reginæ et concubinæ: et laudauerunt eam.
Quæ cum audisset, et cetera. Introduxit prius angelum
salutantem, introducit hic virginem auscultantem, in
qua auscultatione ostendit virginem esse commẽda-
bilem tripliciter: in auditu scilicet, affectu, et cogi-
tatu. In auditu commendatur modestia, cum dicit:
Quæ cum audisset, Idest silentio, et taciturnitate au-
scultasset, secundum illud: Audi tacens, et pro reue-
Eccl.31.b rentia accedet tibi bona gratia. Et sic prompta fuit ad
audiendum, licet non ad loquendum, secũdum illud:
Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus
Iac. 1. c autem ad loquendum. Et propterea dicit: *Audisset*,
idest, perfecte audientiam præbuisset. Auris enim
Eccl. 3. d bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.
In affectu commendatur verecundia, cum dicitur:
Turbata est in sermone eius, scilicet verecundia. Be-
Beda in 1. c. Luca ex Ambr. ibid. Abac. 3. d da: Decet trepidare virginem, et ad omnes viri in-
gressus pauere, omnis viri aspectus vereri. Audi-
ui, et conturbatus est venter meus: a voce contre-
muerunt labia mea. Vt posset dicere spiritus eius il-
lud Iob: A facie eius turbatus sum: et considerans
Iob 23. eum, timore solicitor. Exemplum huius Esther: Vidi
Esther 15. d te Domine quasi angelum Dei, et conturbatum est
cor meum, præ timore gloriæ tuæ. In cogitatu lau-
datur prudentia, cum dicit: *Et cogitabat, qualis esset*
ista salutatio. Et hæc erat magna prudentia. Conti-
nebat enim profunditatem sapientiæ, de qua: Cogi-
Sap. 6. c tare de illa, sensus est consummatus. Vnde: Daniel,
Dan. 4. c cuius nomen Balthassar, cœpit intra semetipsum taci-
tus cogitare, quasi vna hora, et cogitationes eius con-
turbabant eum. Cogitationes autem Virginis, et si
turbabant propter pudorem innocentiæ, non tamen
Bern. hom. 3. cir. med. super Miss. turbabant propter splendorem intelligentiæ. Bernar-
dus: Turbata est, sed non perturbata. Immo secun-
Psal. 76. dum illud Psalmi: Turbatus sum, et non sum locu-
tus. Cogitaui dies antiquos, *et cetera*.

Et ait Angelus ei, et cetera. Postquam præmissus
est salutationis ingressus; hic, secundo loco sequitur
narrationis tractatus, siue processus, in quo primo
introducit Euangelista Angelum narrantem: secun-
do Virginem interrogantem, ibi: *Dixit autem Maria*
ad Angelum: Quomodo fiet istud, et cetera. Narrans au-
tem Angelus, denunciat id, propter quod venerat, et
hoc quidem facit hoc ordine. Primo enim exprimit
diuinæ acceptionis beneplacitum: secundo salutife-
ræ fecundationis beneficium, ibi: *Ecce concipies*. Ter-
tio vero nascituræ prolis fastigium: *Hic erit magnus,*
et filius

Digitized by Google

et filius Altiſſimi vocabitur, et cetera. Exprimens igitur Angelus diuinæ acceptionis beneplacitum, confortat Virginis animum, et nominat: *Ne timeas Maria.* Ne timeas, *inquam*, ſed gaudeas: quia nomen tuum ſcriptum eſt in cælo, ſecundum quòd infra dicitur ad
Luc. 10. d Apoſtolos: Gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Et rationem reddit: *Inueniſti enim gratiam apud Deum.* Gratiam, ſcilicet electionis, ſicut Moy-
Exod. 33. c ſes: Inueniſti gratiam coram me, et teipſum noui ex nomine, ſicut dicitur Virgini Mariæ. Gratiam etiam
Gen. 6. b perfectionis, ſicut Noe: Noe inuenit gratiam coram Deo. Et paulo poſt: Noe vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, coram Deo ambulauit. Gratiam deſponſationis, vt fieret ſponſa Dei, et ma-
Eſther 2. c ter filij Dei. Habuit Eſther gratiam, et miſericordiam coram Aſſuero, ſuper omnes mulieres, et poſuit diadema regni in capite eius. Inuenit autem gratiam propter nimiam humilitatem, et manſuetudi-
Iac. 4. b nem. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat
Eccl. 3. c gratiam. Et alibi: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo inuenies gratiam. Exprimens et ſalutiferæ conceptionis, ſeu fecundationis beneficium, oſtendit ipſum eſſe proximum, cum dicit: *Ecce concipies in vtero, et paries filium.* Vt ſic im-
Iſa. 7. c pleatur in te illud Iſaiæ: Ecce virgo concipiet, et pariet filium. Et ſignanter dicit: Ecce concipies in vtero, vt oſtendat hoc ipſum eſſe magnum, et mirum, et nouum, vt concipiat intra, nihil recipiendo ab ex-
Hier. 31. d tra. Creauit Dominus nouum ſuper terram. Femina circundabit virum. Et quia conceptum ſine libidine, ſequitur partus ſine parturitione et dolore: ideo
Iſa. 66. c addit: *Et paries filium*, ſecundum illud: Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit maſculum. Quis audiuit vmquam tale, et quis vidit huic ſimile? Et quia partum ſine dolore, ſequitur fructus vteri cum ſalute, ideo ſubdit: *Et vocabis*
Act. 4. b *nomen eius Ieſum.* Quia ſecundum quòd dicitur: Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Huius nominis præ-
Eccl. 46. a figuratio præceſſit in Ieſu filio Naue. Vnde: Fortis in bello Ieſus Naue ſucceſſor Moyſi in prophetis, qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum, maximus in ſalutem electorum Dei. Huius et præfiguratio præceſ-
Gen. 41. f ſit in Ioſeph, de quo dicitur, quòd Pharao vertit nomen illius, et vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. Poſtremo exprimens naſcituræ prolis faſtigium, oſtendit ipſum magnum eſſe, cum dicit: *Hic erit magnus.* Oſtendit autem magnitudinem eius excellentiſſimam eſſe, propter gratiam ſingularem, propter excellentiam regalem, propter potentiam æternalem. Singularem gratiam tangit, cum dicit: *Et filius Altiſſimi vocabitur*, ſcilicet per gratiam vnionis: filius, inquam, vnigenitus, ſecundum il-
Ioan. 1. b lud: Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre. Et ita æqualis erit Altiſſimo, ſecundum il-
Pſal. 96. lud: Tu Dominus altiſſimus ſuper omnem terram.
Phil. 2. b Quis eſt hic, niſi Chriſtus Dominus, de quo: Donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, *et cetera*. Hoc autem nulli alij dedit, quia in ſolo filio Virginis eſt gratia vnionis. Regalem excellentiam inſinuat, cum dicit: *Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius.* Ideſt regale ſolium, ſecundum quòd Dauid erat pro-
Pſ. 131. miſſum. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem
Hier. 23. a tuam. Et ſecũdum quòd per Hieremiam prophetam promiſſum fuit: Ecce dies veniunt, dicit Dominus. Et ſuſcitabo Dauid germen iuſtum: et regnabit rex, et ſapiens erit: hoc etiam poſt oſtenſum fuit de filio
Dan. 7. d hominis, de quo dicit, quòd antiquus dierum dedit ei poteſtatem, et honorem, et regnum: et omnes populi, et tribus, et linguæ ipſi ſeruient. Æternalem potentiam notat, cum dicit: *Et regnabit in domo Iacob in æternum*, ſecundum quòd promiſſum erat Dauid,
2. Reg. 7. b ſecundum illud: Suſcitabo ſemen tuum poſt te, quod

A egredietur de vtero tuo, et firmabo regnum eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo, et ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. Hoc ipſum apud Danielem: Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ *Dan. 7. d*
non auferetur: et regnum eius, quod non corrumpetur. Vt autem oſtendat, quòd æternitas iſta eſt proprie dicta per carentiam finis, addit: *Et regni eius non erit finis.* Vt ſic impleatur illud Iſaiæ: Super ſolium *Iſa. 9. b*
Dauid, et ſuper regnum eius ſedebit. Vt confirmet illud, et corroboret in iudicio et iuſtitia, amodo, et vſque in ſempiternum. Et ideo recte dicit: Regnum *Pſ. 144.*
B tuum, regnum omnium ſæculorum, et dominatio tua in omni generatione et generationem.

Dixit autem Maria ad Angelum: Introduxit prius Euangeliſta Angelum narrantem, et ſubiungit hic prudentiſſimam Virginem percunctantem, in qua percunctatione tria nobis explicantur, ſcilicet dubitatio cõueniens, ratio mouens, et ſolutio ſatisfaciens. Conueniens dubitatio notatur, cum dicitur: *Quo modo fiet iſtud.* Cum enim triplex ſit concipiendi mo- Triplex cõcipiendi modus.
C dus, ſcilicet vnus carnalis, alius ſpiritualis, tertius admirabilis, et ſingularis. Quæro, quo iſtorum modorum fiet? Sic Nicodemus quærebat, cum audiret, quòd oportebat eum renaſci denuo. Quo modo, *in-* *Ioan. 3. a*
quit, poſſunt hæc fieri? Et nota, quòd non quærit modum ſciendi, ſeu ſignum, quod fidem faciat, ſicut Zacharias, qui punitus fuit, vt ſupra, dicens: Vnde *Cap. eodẽ.*
hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, et vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Sed quærit modum faciendi, vt conſentiat ſecundum illud: Oculi tui recta videant, *Prou. 4. d*
et palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Rationem
D mouentem tangit, cum dicit: *Quoniam virum non cognoſco.* Id eſt, non cognoſcituram me propono, et ita ſum virgo, et mente, et carne, et propoſito, vt ſibi recte competat illud Rebeccæ, quòd erat puella de- *Gen. 24. c*
cora nimis, virgoq. pulcherrima, et incognita viro. Et ſecundum Apoſtolum: Iam non cogitabat, quæ *1. Cor. 7. f*
carnis erant, ſed quæ Domini ſunt, vt ſancta eſſet et corpore, et ſpiritu. Et ideo non irrationabiliter quærebat, quo modo debebat prolem concipere, quæ non proponebat virum cognoſcere, vt, ſi poſſet eſſe quòd haberet ſimul virginitatem, et fecunditatem, tunc conſenſum præberet. Et quoniam dubitatio ſua rationem habebat recte mouentem: ideo meruit reſponſionem ſatisfacientem, quæ notatur, ibi: *Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi:* Quaſi dicat An-
E gelus, queris, quo modo concipies? Ad hoc reſpõdeo, quòd fecundaberis ſine corruptione, concipies ſine libidine, paries ſine dolore: quia non ex virili ſemine, ſed ex Spiritus ſancti virtute, ita dictum eſt: *Quod* *Mat. 1. c*
enim in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt, et cetera. Et recte dicit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*. Id eſt, deſurſum veniet. Vnde dicitur: Omne datum optimum, *Iac. 1. c*
et omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum. Propter hoc dicitur: Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos. *Act. 1. b*
Et ita non erit corruptio, quia de Spiritu ſancto: nec etiam erit libido, quia *virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, ſcilicet ne ſentias æſtum concupiſcentiæ, ſecun-
F dum illud: Sub vmbra illius, quem deſideraueram, *Cant. 2. a*
ſedi: et fructus eius dulcis gutturi meo. Et nota trium præcedentium triplicem præceſſiſſe figuram, quia ſine virili ſemine in virga Aaron fuit figurata, quæ *Num. 17. b*
floruit. Et apud Iſaiam: Flos de radice eius aſcendet, *Iſa. 11. a*
et cetera. Quia ſine libidine, in rubo et igne. Quia *Exo. 3. a*
rubus ardebat, et non comburebatur. Quia partus ſine dolore deſignabatur in rore et vellere Gedeonis. *Iud. 6. g*
Vellus enim, vt dicit Hieronymus, cum ſit de corpore, neſcit tamen corporis paſſionem, et ideo in Pſalmo: Deſcendet ſicut pluuia in vellus. *Pſal. 71.*

Ideoq. et quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei, et cetera. Poſtquam deſcriptus eſt ingreſſus ſalutationis, et proceſſus narrationis: ponitur hic vltimo terminus

terminus concluſionis, et concluſio eſt, quòd virgo Maria cõcipiat, et ex ea naſcatur filius Dei. In hac autem concluſione, primo præmittit Angelus conditionem, et deinde approbationem, et poſtremo vtriuſque ſubiungit rationem: conditionem infert, cum dicit: *Ideoq. et quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei*. Quia enim fecundaris virtute Spiritus ſancti, non prolem viri generabis, ſed prolem Dei: non
Dan. 9. f peccatorem, ſed ſanctum. Impleatur viſio et prophetia: et vngatur Sanctus ſanctorum. Si enim quem-
Ioan. 3. a admodum dicitur: Quod natum eſt ex carne, caro eſt: et quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt, ergo quod naſcitur de Spiritu ſancto, neceſſario ſequitur,
Bern. hom. 4. ſup. Miſſ. ante med. to. 1. eſſe ſanctum. Bernardus: Si diceret, ſancta caro, vel ſanctus homo, parum dixiſſe videretur: poſuit ergo indefinite ſanctum, quia quidquid fuit, quod Virgo genuit, ſanctũ proculdubio, ac ſingulariter ſanctum
Epheſ. 2. a fuit: et quia filij hominum naſcuntur polluti: Omnes eramus natura filij iræ: ideo iam non filius viri, ſed
Iſa. 9. b filius Dei vocabitur. Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, *et cetera*. Vocabitur ab ipſo Deo: Hic eſt filius meus chariſſimus, et
Mar. 9. a *Mat. 17. a* Matthæus: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Vocabitur ab ipſis
Idem. 16. c credentibus: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Et alibi:
Rom. 1. a Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute. Vocabi-
Mat. 27. f tur ab omnibus, ſicut dixit Centurio: Vere filius Dei erat iſte. Approbationem autem ſiue confirmationem adiungit, cum dicit: *Et ecce Elizabeth, cognata tua, et ipſa concepit filium in ſenectute ſua*. Si ergo Deus dedit cõceptum ſeni, dare poteſt et iuueni, licet iſtud
Gen. 21. a nouum, illud iam factum. Vnde in Geneſi: Concepitq. Sara, et peperit filium in ſenectute ſua. Et vt hoc melius conſtet Virgini, additur: *Et hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis*. Et ita cum manifeſta fuerit eius ſterilitas, iam eſt manifeſtata eius fecun-
ditas. Iam ergo incipiunt ſigna et mirabilia fieri in
Eccl. 36. a terra, ſecundum illud: Innoua ſigna, et immuta mirabilia. Et ideo firmum et certum eſt, quòd et tu Virgo iam concipies ſupra naturam, et hoc eſt, quod di-
Beda. cit Beda in gloſſa: Ne Virgo ſe parere poſſe diffidat, accepit exemplum ſterilis anus parituræ, vt diſcat omnia Deo eſſe poſſibilia, etiam quæ naturæ ordine videntur eſſe contraria. Et ideo Dominus tot ſterilium conceptus præmiſit, vt iſtum ſcilicet conceptum figurarent, et figurando prænunciarent, et prænunciando teſtimonium darent, et credibilem facerent. Rationem autem huius ſubiungit, cum dicit:
Eccl. 8. a *Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*. Omne, quod voluerit, faciet, et ſermo illius poteſtate
Mat. 19. d plenus eſt. Apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt,
Gen. 18. a ſicut dictum eſt Saræ: Numquid Deo quidquam
Bern. hom. 4. ſup. Miſſ. circa med. tom. 1. eſt difficile? Bernardus: Apud Dominum idem eſt facere, quod loqui, et loqui quod velle. Merito ergo noueris non eſſe impoſſibile omne verbum: et ideo cum aliquid promittit Deus, ſine dubitatione credendum eſt, quia cum omnia poſſit, et mentiri non poſſit, neceſſe eſt, vt fiant illa, quæ et quo modo promit-
Num. 23. c titur. Non eſt Deus, quaſi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, et non faciet? Locutus eſt, et non implebit? Et ſic oſtendit Angelus concluſionem ſuam neceſſariam, vt Virgo iam nec dubitare poſſit, nec valeat diſſentire.

Dixit autem Maria, et cetera. Hic vltimo ponitur aſſecutio propoſiti, quod fuit in conſenſu Virginis, per quem mox concepit filium Dei. Hunc autem cõſenſum deſcribit debite et ordinate factum: quia ex humilitate prædiſponente, et charitate perficiente, et credulitate pronunciante. Introducit ergo primo pronunciationem ex credulitate, cum dicit: *Dixit autem Maria*. Quia enim Angeli dictum credidit eſſe verum, ideo dat expreſſe reſponſum conſentaneum.
Rom. 10. b Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit
Pſ. 115. a ad ſalutem. Et in Pſalmo: Credidi, propter quod locutus ſum. Dixit autem verbo fidei: Prope eſt verbum in ore tuo, et in corde tuo, hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus. Quia ergo corde percepit verbum fidei, ventre concepit filium Dei. Infra dicit: Beata, quæ credidiſti, *et cetera*. Et alibi: Beatus venter, qui te portauit, et vbera, quæ ſuxiſti. Deinde ſequitur præparatio ex humilitate, cum dicitur: *Ecce Ancilla Domini*. Simile reſponſum dedit Abigael mulier prudens, cum Dauid vellet eam in vxorem accipere: Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. Et illa Ruth, quæ deſignat beatam Virginem: Vnde mihi hoc, vt inueni-
rem gratiam ante oculos tuos? Et poſt: Locutus es ad cor ancillę tuæ, quę non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum. Et quia ſe virgo Maria humiliauit, ſe ad gratiam præparauit. Bernardus: Humilitas reſpondetur, vt ſedes præparetur. Et quia ſingularis humilitas, ideo et ſingularis fuit gratia. Vnde Bernardus: Nõ eſt magnum eſſe humilem in abiectione: magna prorſus et rara virtus humilitas honorata: hoc eſt luminare, quod minuitur in conſummatione. Poſtremo ſubditur conſenſus perfectus ex charitate, cum dicitur: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*. Fiat, vt dicit Bernardus, eſt deſiderij ſignũ, non dubitationis nota.
Etiam eſt ſignum aſſertionis, ſicut in Pſalmo dicitur: Dicet omnis populus: Fiat, fiat. Eſt item affectionis, vt in Pſalmo: Fiat manus tua, vt ſaluet me. Idem enim eſt verbum et manus patris. Et poteſt eſſe orationis verbum, vt ſit deſideratoriũ, quia ex charitate: oratoriũ, quia ex humilitate: aſſertorium, quia ex credulitate. Hæc eſt vox dulciſſima hominibus, Angelis, et ipſi Sponſo: Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua
Cant. 2. d dulcis. Quod fecit, cum dixit Angelo: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*. Verbum, quod erat in principio
Ioan. 4. a apud Deum, fiat caro de carne mea, ſecundum verbum tuum. Vnde Bernardus: Fiat mihi, obſecro, ver-
Bern. hom. 4. ut ſupra. bum, non prolatum, vt tranſeat: ſed conceptum, vt maneat. Fiat verbum non tantum audibile auribus, ſed et viſibile oculis, palpabile manibus, geſtabile humeris, vt verbo virtutis ſuæ me portet. Porro mul-
Heb. 1. d tifariam multisq. modis locutus eſt olim Deus patri-
Deus multis modis locutꝰ eſt. Ex Bern. hom. 4. ut ſupra. bus in Prophetis. Et alijs in corde, alijs in aure, alijs in ore, alijs in viſu, alijs in manu, mihi, oro, vt fiat iuxta verbum tuum: nec volo, vt fiat mihi tantum declamatorie prædicatum, aut figuraliter ſignatum, aut imaginaliter ſomniatum, ſed ſimpliciter inſpiratum, perſonaliter incarnatum, corporaliter inuiſceratum, verbum caro factum. Et ſi ita fiat, tunc potero
1. Reg. 17. d dicere tibi, quæ dixit mulier Sareptana Eliæ: Nunc in iſto cognoui, quoniam vir Dei es tu, et verbum Domini in ore tuo verum eſt. Et quoniam in tali conſenſu conceptus eſt filius Dei, et propoſitum ſuum aſſequutus eſt Angelus, ideo ſequitur: *Et diſceſſit ab illa Angelus*. Sic enim oſtendebat facto, quod Raphael
Tob. 12. b Tobiæ dicebat verbo: Tempus eſt ergo, vt reuertar
Act. 12. b ad eum, qui me miſit. Et de Petro dicitur, quòd ipſo educto de carcere, continuo diſceſſit Angelus ab eo. Ab ea ergo diſceſſit Angelus, ſed in ea remanſit Dei filius: diſceſſit quantum ad apparentiam, ſed remanſerunt multi, quantum ad cuſtodiam. En lectulum
Cant. 3. c Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael. Iſti ſunt Angeli beatiſſimi, qui cuſtodiebant eam tamquam locum diuinæ habitationis electiſſimum, vnde etſi beneficium cuſtodiæ ſibi impenderent propter infirmitatem carnis, cultus tamen reuerentiæ exhibebant, propter dignitatem matris, et ſic quodam modo per ipſam aſcendebant, et deſcendebant. Vnde deſignata fuit per illam ſcalam, cui Dominus erat innixus, et Angeli per illam aſcendebant
Gen. 28. b. c et deſcendebant, quam vidit Iacob. Et poſt ſequitur: Non eſt hic aliud niſi Domus Dei, et porta cæli, quia nullus poteſt iam cælũ intrare, niſi per Mariam tranſeat, tamquam per portam. Sicut enim Deus ad nos venit per ipſam, ita per ipſam nos oportet redire ad Deum.

Digitized by Google

Deum. Et ideo dicitur domus, porta, et ſcala: domus propter Chriſti conceptionem, porta propter Chriſti partum, et ſcala propter aſcenſum ad Deum. Non ergo diſcedamus ab ea, ſed eius pedibus prouoluti, ſemper eam ſalutemus: Aue gratia plena, vt per eam, quæ inuenit gratiam et miſericordiam ſuper omnes mulieres in conſpectu illius magni Aſſueri, *Heb. 4. d* nos gratiam inueniamus, et miſericordiam conſequamur in auxilio opportuno.

Exurgens autem Maria, et cetera. Terminata parte illa, in qua egit de ſterilis, et Virginis fecundatione, hic ſequitur pars ſecunda, in qua agit de gratiarum **Diuiſio.** actione. Et iuxta hunc duplicem modum: pars iſta habet duas partes, in quarum prima fit gratiarum actio, et laudis decantatio propter conceptum Saluatoris. In ſecunda propter conceptum et partum præcurſoris, ibi: *Elizabeth autem impletum eſt tempus*, et cetera. Ad hoc autem, vt laudis decantatio fiat ex integro, et perfecto affectu, exigitur certificatio veritatis in intellectu, et exhibitio charitatis in affectu. Alterum vt præcedens, alterum vt conſequens. Ideo prima pars habet tres, in quarum prima præmittitur teſtimonium prophetiæ, in ſecunda ſubditur canticum lætitiæ, ibi: Et ait *Maria: Magnificat anima mea*, et cetera. In tertia obſequium beneficentiæ, ibi: *Manſit autem Maria cum illa*, et cetera. Primum aſtruit fidem, ſecundum exigit ſpem, tertium oſtendit charitatem. In deſcriptione autem teſtimonij prophetiæ procedit Euangeliſta hoc ordine: Nam primo introducit opportunitatem teſtificandi: ſecundo teſtimonij veritatem, ibi: *Et vnde hoc mihi*, et cetera. Ad opportunitatem autem teſtificandi, tria concurrunt, ſcilicet Virginis ſalutantis occurſus, virgineæ ſalutationis effectus, et Elizabeth reſalutationis affectus. Primum, ibi: *Exurgens Maria*, et cetera. Secundum ibi: *Et factum eſt, vt audiuit*, et cetera. Tertium ibi: *Et repleta eſt Spiritu ſancto*, et cetera.

Primo igitur introducitur virginis ſalutãtis occurſus, vt feſtinus, et familiaris. Propter feſtinationem ait: *Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda.* Quaſi dicat, non tar- *Cant. 2. d* dauit, ſed diluculo ſurrexit, ſecundum illud: Surge, propera amica mea, formoſa mea, et veni. Vnde ſibi *Prou. 31. b* competit illud Prouerbiorũ, quod dicitur de muliere forti, quæ de nocte ſurrexit, deditq. prædam domeſticis ſuis, et cibaria ancillis ſuis. Surrexit enim, vt miniſtraret Elizabeth ſeni et debili, vnde nec eam retardauit aſperitas itineris, ſecundum quòd dicitur in gloſſa, et littera deſignat, quia *abijt in montana*, et hoc, *cum feſtinatione*, ad veritatem explorandam, ſicut illi *Ioſue 2. c* exploratores Ioſue: Ad montana conſcendite. Vel *Cant. 2. b* etiam cum ipſo ſponſo: Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Non etiam retardauit viæ prolixitas, quod notatur, cum dicitur: *In ciuitatẽ Iuda*, id eſt Hieruſalem, vt iam poſſit ipſa clamare cum *Iſa. 2. a* Iſaia: Venite aſcendamus ad montem Domini, et ad *Gen. 29. b* domum Dei Iacob. Nec in itinere fecit moram, quia *cum feſtinatione*, ſicut Rachel, quæ, viſo Iacob, feſtinans nunciauit patri ſuo. Spiritualiter autem datur ex hoc nobis intelligi, quòd neceſſaria eſt ei feſtinatio, qui vult ad perfectionem attingere. Feſtinemus ingredi in illam requiẽ, vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum. Et ad Corinthios: Sic currite, vt comprehendatis. Diuerſum dicitur de fatuis *Mat. 25. a* virginibus. Et in Eccleſiaſtico: Non tardes conuerti *Eccli. 5. b* ad Dominum, et ne differas de die in diem. Occurſus Virginis fuit feſtiuus, et familiaris, propter quod dicit: *Et ipſe intrauit in domum Zachariæ, et ſalutauit Elizabeth*. Intrauit, inquam, vt familiariter cohabita- *Sap. 8. c* ret. Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa. Non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam, et gaudium. Intrabat, non ſtabat foris, ſicut illa mulier va- *Prou. 7. b* ga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere

Necessaria eſt feſtinatio volenti in requiem ingredi. *Heb. 4. 1. Cor. 9. d*

pedibus ſuis. Intrauit etiam, non vt litigaret, ſed vt ſalutaret, ſecundum quòd moris eſt ſanctis. Salutate in- *Rom. 16. c* uicẽ in oſculo ſancto. Salutauit, inquam, non ſolum optando, ſed etiam ſalutem in Hieruſalem apportando, vt impleatur illud, quod dictum eſt: Propter Sion *Iſa. 62. a. d* non tacebo, et propter Hieruſalem non quieſcam, donec egrediatur, vt ſplendor, iuſtus eius: et Saluator eius, vt lampas, accendatur. Et poſt: Dicite filiæ *Ibid. d* Sion: Ecce Saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, et opus eius coram illo. Et nota, quòd Virgo prius domum intrauit, et poſtea ſalutauit: quia iam incipiebat virgo mandatis Euangelicis conſentire. Nam infra dicitur: Neminem per viam ſalutaueritis. Et *Cap. 10.* poſtea ſubditur: In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Quod etiam fecit Virgo beata.

Secundo vero introducitur ſalutationis effectus, quæ fuit excitatio matris, et lætificatio prolis, propter matris excitationem. Vnde dicitur: *Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth.* Salutationem nãque Virginis Elizabeth audiuerat, quia eam amabat. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant, fac me *Cant. 8. d* audire vocem tuam. Et Ioannes: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Item: Cum accepiſſetis a nobis ver- *Ioan. 8. f* bum auditus Dei, accepiſtis illud, non vt verbum ho- *1. Theſſ. 2. c* minum, ſed, ſicut eſt vere, verbum Dei. Audiuit vtique verbum ſalutis ab ea, quæ conceperat verbum incarnatum, in quo ſalus eſt, ſecundum illud: In man *Iac. 1. c* ſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Fuit ergo mater, verbo Virginis excitata, fuit et proles lætificata. Vnde dicit: *Exultauit infans in vtero eius.* In quo oſtẽditur, quòd Ioannes erat amicus ſponſi præcipuus, ſecundum quòd de ipſo ſcribitur: Amicus autem ſponſi, qui ſtat, et *Ioan. 3. d* audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. *Exultauit*, inquam, præ deſiderio, ſicut etiam patres. Abraam pater veſter exultauit, vt videret diem *Ioan. 8.* meum: vidit, et gauiſus eſt. *Exultauit*, ad præſentiam Domini Saluatoris, quaſi geſtiens ſalutare, et aſſurgere iam incœpit Domino ſuo, cuius erat præcurſor. Vnde dicitur in gloſſa Bedæ, quia lingua non Beda. poterat, ideo, animo exultante, ſalutat, et ſuæ præcurſionis officium inchoat. Ecce apparet, quòd An- Nec propoſitum, nec amor abſcondi poteſt. gelus dixerat: Spiritu ſancto replebitur, adhuc ex vtero maris ſuæ. Ex quo datur ſpiritualiter intelligi, quòd propoſitum ſanctum non poteſt latere: quin ſe manifeſtet, et amor interior prorumpat in opus. Vnde Gregorius: Numquam amor Dei eſt otioſus. *Greg. hom. 30. in Euang.*

Tertio ſubiungitur Eliſabeth ſalutãtis affectus magnus, et benignus. Propter magnitudinem dicitur: *Et repleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth, et exclamauit voce magna.* Magnitudo namque vocis, ſignum eſt magnæ affectionis, quia voces* ſunt notæ paſſionum. Adimplebit eum Spiritu ſapiẽtiæ et intellectus. Et iterum: *Eccl. 15. a* Ipſe tamquam imbres mittet eloquia ſapiẽtiæ ſuæ, et *Eccli. 39. a* in oratione confitebitur Domino. Ideo autem voce magna clamabat, quia illum continebat in vtero, qui erat vox verbi, ſecundum quòd de ipſo dicitur: Vox *Iſa. 40. a.* clamantis in deſerto: parate viam Domini. Cui etiam dicitur ibidem: Super montem excelſum aſcende tu, *Ibid. 6. e* qui euãgelizas Sion: exalta in fortitudine vocẽ tuam, qui euangelizas Hieruſalem, exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus veſter, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet. Nec tam fuit vox eius clamoſa, quàm deuota. Vnde ad exprimendam benignitatem affectus, ſubdit dicens; *Et dixit: Benedicta tu* Benedictio. *inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.* Benedicit Elizabeth Virgini ſimul et proli, vt compleat Angelicam ſalutationem. Benedictionem ſibi optat, et iam benedictam annunciat ea benedictione, quam Dominus Abraæ promiſerat. Benedicam tibi, et ma- *Gen. 12. a* gnificabo nomen tuum, erisq. benedictus. Benedicã benedicẽtibus tibi, et maledicã maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuerſę cognationes terræ.

Ariſt. li. 1. Periherm. cap. 1.

Hanc

Digitized by Google

Hanc benedictionem prædixit Isaac in figura agri. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Hanc benedictionem confirmauit Iacob: Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum et vuluæ: benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium æternorum. Hanc desiderabat, et hanc imprecabatur Moyses: Benedictus fructus ventris tui, et fructus terræ tuæ. Et ideo cantemus cum Dauid: Benedixisti Domine terram tuam. Completum est etiam in Maria illud: In multitudine electorum habebit laudem, et inter benedictos benedicetur. Benedicta fuit Iahel: Benedicta inter mulieres Iahel. Benedicta fuit Ruth: Benedicta es a Domino filia, benedicta Abigail. Benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, et vlciscerer me. Benedicta Iudith: Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Inter has mulieres, et super has mulieres benedicta est virgo Maria, quia illarum benedictiones impletæ sunt in hac.

Gen. 27. d *Gen. 49. e* *Deut. 28. a* *Psal. 84. b* *Eccl. 24. a* *Iud. 5. e* *Ruth 3. b* *1. Reg. 25.* *Iudith 13. e*

Et vnde hoc mihi, vt veniat, et cetera. Præmissa opportunitate testificandi, subditur hic veritas testimonij, ad cuius explicationem tria introducit Euangelista. Primum est præconium admiratiuum: Secundũ est signum approbatiuum: tertium vero testimonium affirmatiuum. Primum tenet rationem propositionis: secundum, assumptionis: et tertium, cõclusionis.

Introducit ergo præconium admiratiuũ, cum dicit Elizabeth: *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Hoc enim est valde laudabile, et etiam admirabile, quòd mulier sit mater Dei. Vnde poterat dicere, sicut dixit Areuna regi Dauid: Quid causæ est, vt veniat Dominus meus Rex ad seruum suũ: Ex quo enim facta est mater Dei, summa Domini omnium eluxit dignatio, vt qui suis pedibus alienum hospitiũ visitare non abhorruit. De quo quidem Virgo gloriatur, dicens: Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei. Quia propter dignitatem maternam, est virgo Maria diligenda, veneranda, et cum omni fiducia adeunda, tanquam summæ misericordiæ mater.

2. Reg. vlt. d *Eccl. 24. b*

Secundo subdit iudicium approbationis, cum dicit: *Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo*. Et hoc est signum, quòd diffusa est gratia in labijs tuis, et propterea certum est, quòd benedixit te Deus in æternũ. Et ex quo infans sic supra naturam exultauit, certum est, quòd Dominus naturæ sibi occurrerit. Et, ex quo infantulus respondet ex vtero, certum est, te concepisse illum, qui vocat ab vtero, secundum illud: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei, *& cetera*. Et rursus: Ex quo puer exultauit tam mirabiliter, certum est, iam consummatum esse veraciter, quod in Isaia dicitur: Exulta, et lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Et illud: Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus, et Saluator. Ex quo igitur mirabiliter exultauit Præcursor, iam certum habebat iudicium, quòd venerit Saluator: et quia certum habebat iudicium, ideo veritati subditur testimonium, siue oraculum affirmatiuum, cum dicitur: *Et beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino*. Fides enim beatam fecit. Beatus es Simon Bariona, quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed Pater meus, qui in cælis est. Et Ioannes: Beati, qui non viderunt, et crediderunt. Facit etiam fides bonos, quia inchoando meritum disponit ad præmij consummationẽ. Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, vsque in diem Iesu Christi perficiet, et hoc merito: et sic factum est Mariæ. Nota, quòd beatificantur in scriptura non solum credentes, sed etiam sperantes: Beatus

Psal. 44. c *Isa. 49. a* *Isa. 12. b* *Zach. 9. b* *Mat. 16. e* *Ioan. 20. g* *Phil. 1. a* *Psal. 39. d*

vir, cuius est nomen Domini spes eius. Item diligentes: Beati sunt, qui te viderunt, et in amicitia tua decorati sunt. Item timentes: Beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei. Et rursus in Psalmo: Beatus vir, qui timet Dominum. Item operantes: Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Et infra: Beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. Item sustinentes: Sed et siquid patimini propter iustitiam, beati: Et Matthęus: Beati estis, cũ maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Item contemplantes: Beati viri tui, et beati serui tui hi, qui stant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam. Ex his causis fuit virgo Maria beata, ex causa etiam singulari, fuit beatissima, quia concepit filium Dei. Infra: Beatus venter, qui te portauit, et vbera, quæ suxisti. Et propterea ipsamet dicit hic infra: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Beata ergo, quæ credidisti*, quia credendo concepisti, et concipiendo beatitudinem omnibus, quantum ad sufficientiam, protulisti. Huius figura habetur in Genesi, vbi dixit Lia: Hoc pro beatitudine mea, beatam quippe me dicent omnes mulieres.

A B *Eccl. 48. b* *Eccl. 25. e* *Psf. 111. b* *Ioan. 13. b* *Inf. c. 11.* *2. Pet. 3. c* *Mat. 5. a* *3. Reg. 10. b* *Inf. ca. 11.* *Cap. eod.* *Gen 30. b*

Et ait Maria, et cetera. Post testimonium prophetiæ, sequitur cantus lætitiæ, in quo beatissima virgo Maria laudat diuinam clementiam, propter excellentissimam gratiam sibi collatam. In hoc autem cantico tria notantur. Primum est laudantis affectio, quam notat ibi: *Magnificat anima mea*, et cetera. Secundum est laudandi ratio, quam notat, cum subdit: *Quia respexit*, et cetera. Tertium diuinæ laudis ampliatio, quam notat ibi: *Et misericordia eius a progenie*. Non enim est perfecta laus, nisi adsit debitus affectus, debita causa, et debitus modus.

C

Insinuatur ergo primo laudantis affectio, vt grata, magnificando diuinam virtutem, cum dicit: *Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum*, idest diuinam virtutem. Magnus enim Dominus noster, et magna virtus eius: et ideo magno affectu debet collaudari, quia magna operatur. Ego Nabuchodonosor laudo, et magnifico, et glorifico Regem cæli: quia omnia opera eius vera. Et ad hoc inuitat animam deuotam: Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius in idipsum. Tunc anima nostra vere Dominum magnificat, quando sub ipso seipsam captiuat, et humiliat. Quoniam magna potentia Dei solius, et a solis humilibus honoratur. Vnde virgo Maria, quia præ cæteris seipsam humiliauit, ideo cæteris altius Dominum magnificauit. Et ideo a magnificatione incepit, quia hoc competebat humilitati Virginis decantantis. Competebat etiam dignitati Dei, cuius summa humilitas non cognoscitur, nisi dignitas præcognoscatur. Vnde: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Competebat etiam intentione cantantis, quæ est, vt Dominus perfecte laudetur. Glorificantes Dominum, quantumcumque potueritis, superualebit adhuc, et admirabilis magnificentia eius. Competebat etiam Marię cantanti, quia de magnis, immo de maximis beneficijs erat. Vnde: Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum, et aperientur labia mea, vt recta prędicent. Et infra: Quia fecit mihi magna, *et cetera*. Competebat et ordinato progressui, qui est a timore inchoando. Vnde: Initium sapientiæ timor Domini. Timor autem reuerentiæ Dominum magnificat.

D E F *Psf. 146. a* *Dan. 4. g* *Psal. 35. b* *Eccl. 3. e* *Phil. 12. a* *Eccl. 43. d* *Prou. 8. a* *Psf. 110. b*

Insinuatur etiam laudantis affectio, vt iucunda, exultando in diuina salute, cum subditur: *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo*. Idest in Deo Saluatore, vt possit dicere illud: Anima mea exultabit in Domino, et delectabitur super salutari suo. Et rursum: Cor meum et caro mea exultauerunt in Deum viuum. Vere iam dicere poterat illud: Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus et lætabimur in te,

Psal. 34. b *Psal. 83. a* *Cant. 1. a*

Digitized by Google

memores vberum tuorum ſuper vinum. Recti diligunt te. Iam verificatum eſt in Maria, quod optabat.
Pſal.39.d Exultent, et lætentur in te omnes quærentes te, et dicãt ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum. Quoniam ergo virgo Maria Dominum quæſiuit, et ſalutare dilexit: ideo anima eius Dominum magnificat, et ſpiritus eius in ſalutari Dei exultauit. Vnde ſibi illud Annæ competit: Exultauit cor
1.Reg.2.a meum in Domino, et exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, quia lætata ſum in ſalutari tuo. Et nota, quòd
Mal.2.d ſpiritus accipitur pro ſubſtantia animæ. Cuſtodite ſpi-
Rom.8.e ritum veſtrum, et nolite deſpicere. Et: Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Alibiq.: Nam
1.Cor.14.e ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, *et cetera*. Hic autem accipitur pro anima ſecundum ſuum ſupremum, et anima accipitur in comparatione ad corpus, ſicut:
1.The.5.d Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, et anima, et corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruetur. Quia enim ſpiritus interius exultauerat, ideo anima in voce magnificabat; et ideo exultationem de præterito, et magnificationem de præſenti ponit: quia exultatio eſt natura prior.

Quia reſpexit humilitatem, et cetera. Poſtquam deſcripta eſt laudantis affectio, ſiue deuotio: ſubditur laudandi ratio, quæ ſumitur ex duplici cauſa. Prima eſt beneficium gratię, quæ fecit ipſam amabilẽ Deo. Secunda eſt, quòd fecit ipſam laudabilem hominibus, quia amabilem Deo: Dicit ergo: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*. Præceſſit huius figura in Lia,
Gen.29.d quæ in conceptu prolis dixit: Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus. Et humili-
Iſa.66.a tas fuit diſpoſitio ad reſpectum gratiæ: Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, et contritum ſpiritu, et trementem ſermones meos? Quia ſicut dicitur in
Pſ.137.b Pſalmo: Excelſus Dominus: et humilia reſpicit, et
Eccl.11.b alta a longe cognoſcit. Vnde de viro iuſto: Oculus Dei reſpexit illum in bono, et erexit eum ab humilitate
Pſal.24.c ipſius. Et ideo orabat Propheta in Pſalmo: Reſpice in me, et miſerere mei: quia vnicus, et pauper ſum ego.

Fecit et laudabilem hominibus illud gratiæ beneficium, et proptera addit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*, tam viri, quàm mulieres. Sur-
Prou.31.d rexerunt filij eius, et beatiſſimam prædicauerunt. Vir eius et laudauit eam. Fuit autem virgo Maria beata
Pſ.118.a propter meritum caſtitatis: Beati immaculati in via.
Apoc.16.c Et: Beatus, qui vigilat, et cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem eius. Et: Fe-
Sap.3.c lix eſt ſterilis et incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto. Fuit etiam beatior propter conſilium vir-
1.Cor.7.g ginitatis. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium. Fuit et beatiſſima propter priuilegium fecunditatis, ob quod ceteræ mulieres beatiſſimam eam prædicant: Viderunt eam filiæ, et beatiſſimam prædicauerunt.
Can.6.c

Secunda ratio laudandi, eſt miraculum potentiæ, quod fuit magnum et pium. Fuit magnum, propterea dicit: *Quia fecit mihi magna qui potens eſt*. Hoc refer-
Beda. tur ad incarnationis myſterium, ſicut dicit Beda in
Iob 5.b Gloſſa. Et de hoc dicitur: Qui facit magna, et inſcrutabilia, et mirabilia abſque numero. Incarnationis myſterium eſt magnum, et imperſcrutabile, et ideo
Aug. epiſt. 3. ad Voluſ. tom.2. admirabile, et hoc fecit, *Qui potens eſt*. quia in rebus mirabilibus, vt dicit Auguſtinus, tota ratio facti, eſt potentia facientis. Omne, quod voluerit, faciet, et ſermo illius poteſtate plenus eſt, nec dicere ei quiſquam
Eccls.8.a poteſt: Quare ita facis?

Fuit etiam pium, et propterea dicit: *Et ſanctum nomen eius*. Vnde ſancta et pia facit, vt ſanctificatio no-
Dan.3.e minis ipſius oſtendatur. Benedictum nomen gloriæ
Pſal.110.b tuæ ſanctum. Et Pſalmus: Sanctum et terribile nomen eius. Et ratio huius præponitur: Redemptionem miſit populo ſuo. Et quia nomen eius decet ſanctitudo, ideo oramus: Sanctificetur nomen tuum. Et rurſus: Domũ
Mat.6.b tuam decet ſanctitudo, Domine, in longitudine die-
Pſal.92.b rum. De his duobus, ſcilicet magnitudine et pietate, manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum, quod
1.Tim.3.d manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. Magnũ quippe, ratione diuinitatis: ſanctum, ratione aſſumptæ humanitatis. Supra eod. cap. *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei*. Et ideo Virgo in conceptione
Pſal.45.a fuit magnificata, et ſanctificata. Sanctificauit tabernaculũ ſuum Altiſſimus. Et hæc duo reſpondent duobus præmiſſis, quia magnificata et ſanctificata, ideo magnificauit et exultauit: ideo optime rationẽ reddit.

Et miſericordia eius, et cetera. Poſtquam deſcripta eſt laudantis affectio, et laudandi ratio: ſubditur hic tertio diuinæ laudis ampliatio. Et hoc conſiſtit in cõmendatione diuinæ miſericordiæ, quantum ad opus redemptionis humanæ, iam in conceptione Virginis inchoatæ. Opus autem redemptionis noſtræ, eſt declaratiuum miſericordiæ et potentiæ: quia eſt manifeſtatiuum largitatis et veritatis. Miſericordiæ, in reparatione hominis lapſi: potentiæ, in proſtratione diaboli: largitatis, in miſſione Spiritus ſancti: veritatis, in adimpletione promiſſi.

Primo igitur laudat Dominum ſuum in opere redemptionis, ſecundum quòd eſt manifeſtatiuum miſericordiæ, vnde dicit: *Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum*. Deus autem, qui diues eſt
Eph.2.a in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, et cum eſſemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos Chriſto. Et in Pſalmo: Miſericordia
Pſ.102.c autem Domini ab æterno, et vſque in æternum, ſuper timentes eum. Hoc enim fit ſuper omnes, quantum ad beneficium conſeruationis, ſecundum illud: Miſeratio hominis circa proximum ſuum: miſeri-
Eccl.18.b cordia autem Dei ſuper omnem carnem. Miſericordia tamen liberans, et ſaluans, ad ſolos timentes ſe extendit, ſicut ſcriptum eſt: Quàm magna multitudo
Pſal.30.a dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Ideo: Qui timetis Dominum, ſperate in illũ.
Eccl.2.b

Secundo laudat eum in hoc opere, ſecũdum quòd eſt manifeſtatiuum potentiæ in deiectione dæmonũ ſuperborum, et diuitum iniquorum. Propter primum dicit: *Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui*. In hoc eſt laus Dei ſpecialis: Diſperge ſuperbos furore tuo, et reſpiciens om-
Iob 40.a nem arrogantem humilia. Et ſic impletur illud: Se-
Eccl.10.b des ducum ſuperborum deſtruxit Deus, et ſedere fecit mites pro eis. Et dicitur hæc feciſſe, *In brachio*, ideſt in filio. Ecce Dominus Deus in fortitudine ve-
Iſa.40.c niet, et brachium eius dominabitur. *Superbos* autem *mente cordis*, vocat illos, qui ſuperbiunt in intellectu per præſumptionem, et in affectu per ambitionem, ſicut lucifer, et eius ſequaces. Omne ſublime videt,
Iob 41.d et ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Et ſic eſt ſenſus: *diſperſit*, eos, qui ſuperbiunt, *mente cordis*. Vel aliter: *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui*, ſecundum quòd dicit: Quia ſuperbi iuſto Dei iudicio habent cor diſperſum. Dum putant ſe latere in obſcuris pec-
Sap.17.a catis, tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt. Vel: *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui*, ideſt, diffinitione conſilij ſui: Si habes brachium ſicut Deus, et ſi
Iob.40.a voce ſimili tonas? circumda tibi decorem, et in ſublime erigere, et eſto glorioſus, et ſpecioſis induere veſtibus. Diſperge ſuperbos in furore tuo, et reſpiciẽs omnem arrogantem humilia: reſpice cunctos ſuperbos, et confunde eos. Dæmones ſuperbientes diffinitiue proiecit, ſed non ſic homines, Vnde: Non
Thr.3.d enim humiliauit ex corde ſuo, et abiecit filios hominum. Laudatur ergo potentia in deiectione ſuperborum dęmonum, et etiam tyrannorum potentium, cũ ſubdit: *Depoſuit potentes de ſede, et exaltauit humiles*. Dicitur de Nabuchodonoſor: Quos volebat, interfi-
Dan.5.a ciebat

Digitized by Google

ciebat: et quos volebat, percutiebat: et quos volebat, exaltabat: et quos volebat, humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius, et spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni
Eccl.10. b sui, et gloria eius ablata est. Et: Radices gentium superbarum arefecit Deus, et plantauit humiles ex ipsis
Inf.cap.18 c gentibus. Et ratio huius redditur: Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabi-
1.Reg.2.b tur. Et in hoc est laus diuinæ potentię. Dominus pauperem facit, et ditat: humiliat, et subleuat. Suscitat de puluere egenum, et de stercore eleuat pauperem:
1. Reg.16. vt sedeat cum principibus, et solium glorię teneat.
Esther 1.et 2. Exemplum de Saul, et Dauid: Vasthi, et Esther.

Tertio laudat Dominum in prædicto opere secundum quòd est manifestatiuum largitatis, cum dicit: *Esurientes impleuit bonis, et diuites dimisit inanes*. Quia vera largitas est, dare pauperibus, non diuitibus. Iu-
Prou.13.d stus comedit, et replet animam suam. Venter autem
Psal.33. b impiorum insaturabilis. Et rursus: Diuites egerũt, et esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Et Isaias: Ecce serui mei come-
Isa.65. c dent, et vos esurietis. Ecce serui mei bibent et vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, et vos confunde-
1.Cor.1. d mini. Quia sicut dicitur: Non multi sapientes secũdum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quę stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia et ignobilia mundi: et contemptibilia elegit Deus, et ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu
Psal.32. d eius. Et: Non saluatur rex per multam virtutem, et gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.

Quarto, laudat Deum in prædicto opere, secundum quòd est manifestatiuum veritatis, promissi, cũ dicit: *Suscepit Israel puerum suum memorari misericordiæ suæ*. Vbi primo præmittitur promissionis impletio, quam promissionẽ fecit diuina benignitas, et im-
Psal.84. c pleuit diuina Veritas, vnde: Misericordia et veritas obuiauerunt sibi, iustitia et pax osculatæ sunt. Et hoc factum est, quãdo carnem nostrã suscepit. Nusquam
Heb. 2. d enim angelos apprehendit: sed semen Abraę appre-
Isa.42. a hendit. Isaias: Ecce seruus tuus suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus pro-
Osea 11. a feret. Et Oseas: Quia puer Israel, et dilexi eum: et ex Aegypto vocaui filium meum. Et hoc: *Recordatus*
Psal.76. b *misericordiæ suæ*, cuius non potest obliuisci: Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua mi-
Isa.49. d sericordias suas? Et: Nũquid obliuisci potest mulier infantem suũ, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Deinde subditur vera promissio, cum dicitur: *Sicut locutus est ad patres nostros, Abraam, et semini eius in sæcula*. Et debet ista littera construi sic: *Sicut locutus est ad patres nostros*, locutus, inquam, ipsi Abraæ scilicet specialiter, *et semini eius*: vbi tangit statum naturæ et legis scriptæ. Vel aliter, vt construatur cum præcedenti. *Suscepit Israel, recordatus misericordiæ*, et hoc dico Abraæ, et semini eius, sicut locutus est ad pa-
Psal.97. a tres. Simile habetur in Psalmo: Recordatus est misericordiæ suæ, et veritatis suæ domui Israel. Inter patres specialiter nominat Abraam, quia ei primo fa-
Gen. 12. a cta est repromissio. Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi, atque in te bene-
Gen.22. a dicentur vniuersæ cognationes terræ. Et iterum: Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, et velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia
Gal. 3. c obedisti voci meæ. Abraæ dictæ sunt promissiones,
Rom.9. d et semini eius. Semen eius sunt credentes. Non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promssio-
Cap.3. b nis, æstimantur in semine. Vnde infra: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ. *In-*

culą. Idest, in æternum. A sæculo, et vsque in sæculum, tu es Deus. Vnde Virgo beata canticum incipit a magnitudine summi principij, et canticum finit, in
Apo.1. b æternitate finis: laudat enim eum, qui est A, et O, principium et finis. Et quidem satis recte, quia in hoc cantico ostendit consummationem esse factam omnium beneficiorum promissorum, et ideo consummatiuum est omnium laudum, et canticorum, et scripturarum.
Psal.89. a

Mansit autem Maria, et cetera. Post testimonium prophetiæ, et canticum lætitiæ, subditur obsequiũ beneuolentiæ, quod exhibuit virgo Maria Elizabeth cognatæ suæ, in quo commendatur a tribus, scilicet a sedulitate obsequij, a longanimitate propositi, ab honestate contubernij.

Propter sedulitatem obsequij, dicit: *Mansit autem Maria cum illa*. Scilicet cum cognata prægnante. Non statim abscessit, sed fecit secundum quòd Dominus discipulis suis præcepit: In eadem autem domo ma-
Mat.10.b nete, donec exeatis. Manebat autem Maria in domo, et non egrediebatur, sicut Dina, de qua: Egressa est,
Gen. 34. a vt videret mulieres regionis illius. Et sequitur postea quòd oppressa fuit. Manebat autem sicut sedula obsequutrix, non circuibat sicut curiosa inuestigatrix de viduis adolescentibus. Otiosæ discunt circuire
1.Tim.5.b domos: non solum otiosæ, sed et verbosæ, et curiosæ, loquentes, quæ non oportet. Contra quod ait Seneca: Indicium mentis bene constitutæ est, secum posse morari, et secum posse consistere.

Propter longanimitatem propositi, subdit: *Quasi mensibus tribus*. Id est, vsque ad tempus partus, secundum quòd dicit Beda in glossa: Tam diu mansit
Beda to. 4. lib. 1. in 1. cap. Luca. Maria, donec Elizabeth partus tempore completo, præcursoris Domini sui, propter quam maxime venerat, natiuitatem videret. Et hoc signatum est libro regum: vbi dicitur, quòd arca Domini mansit in domo Obededon Gethæi tribus mensibus: et bene-
2.Reg.6. b dixit Dominus Obededon, et omnem domum eius. Mystice vero tribus mensibus designatur profectus trium virtutum. Secundum quòd in glossa dicitur, anima casta, quæ spiritualis verbi desiderium concipit, necesse est, vt alta cælestis exercitus iuga subeat, et quasi trium mensium dies ibidem demoretur: quousque fidei, spei, et charitatis luce radiet, perseuerare non desistat.

Propter honestatem contubernij, subditur: *Et reuersa est in domum suam*, vt habitaret cum sponso, virginitatis suæ custode. Vnde dicere poterat illud: Be-
Gen.30. c nedixit tibi Deus ad introitum meum. Iustum est igitur, vt aliquando prouideam etiam domui meæ. *Reuersa est in domum suam*, quia sponsus et familia sua reditum eius desiderabant, secundũ illud: Reuertere, re-
Cant.6. d uertere Sunamitis, reuertere reuertere, vt intueamur te. Sic ergo Virgo Maria dat exemplum omnibus imitandũ, sicut dicit Ambrosius: Discite, inquam, a Maria religiositatem, longanimitatem, et honestatem.

Elizabeth autem impletum est tempus, et cetera. Post gratiarum actionem de conceptu Saluatoris, sequitur hic gratiarum actio pro ortu Præcursoris. Agitur autem laus de Præcursoris ortu, magis, quàm de conceptu: quia conceptus fuit in peccato, sed natus fuit plenus spiritu sancto. Christus autem tam in conceptu, quàm in ortu fuit sanctissimus. Ideo ante ortum, et post ortum, ipsius laudes decantantur. Habet autem hæc pars tres partes. In quarum prima describitur Præcursoris origo. In secunda vero, pro ipso subditur laus et gratiarum actio, ibi: *Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto*: vbi ponitur canticum Zachariæ. Tertio ad materiam maioris laudis subditur Præcursoris educatio, ibi: *Puer autem crescebat*, et cetera. Ad describendum autem ortum Præcursoris tria concurrunt, quæ ab Angelo prænunciata fuerunt. Primũ est partus sterilis, secundum est circumcisio infantis, quæ describitur, ibi: *Et factum est in die octauo*: tertiũ

Digitized by Google

eſt apertio oris ſacerdotalis, ibi: *Apertum eſt autem illico os eius*. Partus autem oſtenditur fuiſſe opportunus in matre, perfectus in prole, iucundus in vicinitate.

Opportunus itaque oſtenditur partus in matre, ratione temporis, propter quod dicit: *Elizabeth autem impletum eſt tempus pariendi*, et cetera. Opportunum
Eccl. 3. a erat, vt pareret præcurſorem. Quia Eccleſiaſtes dicit: Omnia tempus habent, et ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cælo. Impletum eſt, inquam, ſecundū com-
Sup. cap. eodem. minationem verbi Angelici, vt dictū eſt ſupra: Et ecce eris tacēs, et noñ poteris loqui vſque in diem, quo hæc fiant; pro eo quòd non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. Vel impletum eſt, quia
Gal. 4. a iam venerat plenitudo temporis, in quo debebat venire Chriſtus. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, *& cetera*.

Perfectus etiam fuit in prole, ratione ſexus virilis,
1. Reg. 1. b propter quod dicit: *Et peperit filium*, non filiam. Talem prolem petebat Anna: Domine exercituum ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, et recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq. ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, et nouacula non aſcendet ſuper caput eius. Peperit etiam virtute perfecta, nullo ſibi præſtāte impedimento. Cuius oppoſitum dicitur: Venerūt
4. Reg. 19. a filij vſque ad partum, et vires non habet parturiens. Peperit etiam filium perfectum ſuperna gratia, ita vt
Sap. 4. c conueniat ei illud: Conſummatus in breui compleuit tempora multa. Iucundus etiam fuit in vicinitate, ratione famæ celebris, et communis. Propter quod dicit: *Et audierunt vicini, et cognati eius, quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, et congratulabantur ei*. Et ſic impletum eſt illud, quod prædixerat
Sup. eod. cap. 6. Angelus: Et in natiuitate eius multi gaudebunt, ſcilicet vicini et cognati: quia talium maxime eſt congra-
Inf. c. 15. tulari. Infra: Mulier, quæ inuenit drachmam perditam, conuocat amicas et vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdide-
Ioan. 16. e ram. *Et congratulabantur*. Nam et ipſa pariter gaudebat, ſecundum illud: Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam non meminit præſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum, et ideo congratulantur. *Quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa*. Ideſt miſericordiam magnā præſtitit ei Do-
Pſal. 85. minus. Vnde poterat dicere illud: Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in æternum. Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me. Magnificauit autem Dominus eos, quos
Sap. vlt. d diligit. In omnibus magnificaſti populum tuum, Domine, et honoraſti, et non deſpexiſti in omni tempore, et in omni loco aſſiſtens eis. *Et factum eſt in die octauo*. Poſt partum ſenis, ſequitur circumciſio infantis. In qua iuxta conſuetudinem facta eſt impoſitio nominis. Primo ſecundum appellationem humanam a conſanguinitate. Secundo vero, ſecundum reuelationem propheticam a matre. Tertio ſecundum affirmationem authenticam ab ipſo patre.

Introducitur ergo circumciſio cum appellatione humana, cum dicitur: *Et factum eſt in die octauo, venerunt circumcidere puerum*, vt ſcilicet implerent legis
Gen. 17. b præceptum: Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne maſculinum in generationibus veſtris. Et poſtea: Maſculus, cuius præputij caro non circumciſa fuerit: delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit. *Et vocabant eum nomine patris ſui Zachariam*. Secundum conſuetum modum, quia filij conſueuerunt appellari nomine ſuorum pa-
Tob. 1. b trum. Tobias genuit filium, nomen ſuum imponens ei, vt in hoc ſignaret patrem in tam nobili filio viue-
Eccl. 30. a re. Secundum illud: Mortuus eſt pater eius, et quaſi non eſt mortuus. Similem enim reliquit ſibi poſt ſe. In vita ſua vidit, et lætatus in illo.

Sed quoniam in Ioanne non habebat locum denominatio ſecundum appellationem humanam, ideo ſequitur denominatio ſecundum reuelationem propheticam per Elizabeth, cum dicitur: *Et reſpondens mater eius, dixit: Nequaquam, ſed vocabitur Ioannes*. Et hoc quidem dicebat edocta a Spiritu ſancto. Vnde *Ambr. in 1. cap. Luca. lib. 2. to. 3.* Ambroſius: Spiritu prophetiæ didicit, quod non dicerat a marito. Quia enim non virtute naturæ conceptus fuerat, ſed virtute gratiæ: non debebat vocari Zacharias a patre, ſed Ioannes a dono gratiæ, vt nouo modo natus, nouo nomine nuncupetur. Vocabi-
Iſa. 62. a tur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Et quia cognati carnaliter ſapiebant, nomen gratiæ non acceptabant, ideo ſubditur: *Et dixerunt ad illam: quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine*. *Ambr. in 1. cap. Luca. lib. 2. to. 3.* Sed eorum inſtātia nulla erat, quia ſicut dicit Ambroſius, hoc nomen non eſt generis ſed vatis. Habent enim hoc merita ſanctorum, vt a Deo nomen accipiāt.
Gen. 32. f Sicut Iacob. Iſrael dicitur: Quia Deum vidit. Sic de
2. Reg. 12. f Salomone: Vocauit nomen eius, amabilis Domino, eo quòd diligeret eum Dominus. Et quoniam contētio erat hic inter gratiam et naturam, inter appellationem humanam, et reuelationem propheticam: ideo requirebant ſententiam paternam, vt ipſe aſſertionem authenticam proferret, propterea ſequitur: *Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum*. Innuebant, in-
Ambr. in 1. cap. Luca. lib. 2. to. 3. quam, ſurdo et muto, quia ſicut dicit Ambroſius: Incredulitas affatū ei ſurripuerat, et auditū. Et tamen requirebāt, quia penes ipſum reſidebat auctoritas nominandi, tum quia pater, tum quia ſacerdos, tum quia ortum ſuum diuina reuelatione præſciuerat. Et quia non poterat voce reſpondere, manu et litteris eſt locutus. Et ideo ſubditur: *Et poſtulans pugillarem, ſcripſit dicens: Ioannes eſt nomen eius*. Quaſi dicat, nomen nō impono, ſed impoſitum declaro. Supra eodem: Vocabis nomen
Sup. eod. b eius Ioannem. Secundū illud: Dominus ab vtero vo-
Iſa. 40. a cauit me, de vētre matris meæ recordatus eſt nominis mei. Et recte dicitur ſcriptum, propter firmitatem indelebilem, vt oſtendatur nomen eius ſcriptum in libro vitæ, ſicut diſcipulorum Chriſti: Gaudete au-
Inf. 10. d tem, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. De hac ſcriptura dicitur: Qui vicerit, faciam illum columnam
Apoc. 3. c in templo Dei mei, et foras non egredietur amplius, et ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, et nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalem, quæ deſcendit de cęlo a Deo meo, et nomen meum nouum. Et rurſus: Da-
Apoc. 2. c bo illi calculum candidum, et in calculo nomen nouū ſcriptum: quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Et quia cauſam huius nominis neſcierunt, ratio ſequitur: *Et mirati ſunt vniuerſi*. propter conſonantiam patris et matris: vt iam in ore duorum teſtium ſtaret illud verbum: vel etiam mirati ſunt in puero tantam prærogatiuam. Dicitur de viro iuſto: Oculus Dei reſpexit il-
Eccl. 11. b lum in bono, et erexit eum ab humilitate ipſius, et exaltauit caput, et mirati ſunt in illo multi, et honorauerunt Deum. Vnde ipſe poterat dicere illud: In cō-
Sap. 8. c ſpectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me. In quo docemur, quòd diuinorum priuilegiorum prærogatiuæ magis ſunt humiliter et ſobrie annunciandæ, quàm procaciter perſcrutandæ. Spiritualiter, nota quòd per Zachariam intelligitur Expoſitio myſtica. vetus ſacerdotium, et per Ioannem nouum: et quia vetus et nouum differunt ſicut memoriale muneris, et ipſum munus: ideo ille recte denominatur a memoriali, iſte vero a munere gratiæ: et hoc quidem ſatis recte, quia memoria Dei generat in nobis effectus virtutis et gratię. Nam qui vult eſſe Ioannes per gratiam, oportet quòd ſit Zacharias prius per diuinam memoriam. Zacharias enim memor Dei interpretatur. Me-
Pſ. 110. moriam fecit mirabilium ſuorum, *etc.* Altare de terra
Exo. 26. d facietis mihi, et offeretis ſuper eo holocauſta et pacifica veſtra, oues veſtras et boues in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, et benedicam tibi. Debet autem quilibet eſſe memor ſacramentorum Dei, ad credendum, et confitendum.

In Exodo

Digitized by Google

Exo. 13. b In Exodo dicitur de agno paschali: Erit quasi signũ in manu tua, et quasi monumentum ante oculos tuos. Sequitur: *Custodies huiusce modi cultum statuto tempore à diebus in dies*. Beneficiorum ad regratiandum: Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Ægypto, vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ. Iudiciorum ad formidandum: Memento iræ in die consummationis, et tempus retributionis in cõuersatione faciei, *et cet.*

Deut 16. a

Eccl. 18. c

Psal. 11. c Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine.

Eccl. 11. c Promissorum ad expectandum: In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum non immemor sis bonorum.

Psal. 102. Mandatorum ad faciendum: Iustitia illius in filios filiorum, his, qui seruant testamentum eius, & memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.

Ioan. 15. c Exemplorum ad imitandum: Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, et vestrum seruabunt. Suppliciorum ad compatiendum:

Thr. 3. c Recordare paupertatis et transgressionis meæ, absynthij et fellis. Memoria memor ero, et tabescet in me anima mea. Solatiorum ad congaudendum:

Cant. 1. a

Psal. 76. Exultabimus et lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum. Operum ad laudandum: Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, et in adinuentionibus tuis exercebor. Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus, qui facis mirabilia. Item: Mementote mirabilium eius, quæ fecit: prodigia eius, et iudicia oris eius.

Psal. 104. a

Isa. 26. b Charismatum ad postulandum: In semita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te: nomen tuum et memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea

Isa. 62. c desiderauit te in nocte. Et Isaias: Qui reminiscemini Domini, ne taceatis, et ne detis silentium ei, donec stabiliat, et donec ponat Ierusalem laudem in terra.

Apertum est autem illico os eius, et cetera. Post partũ sterilis, et circumcisionem infantis, sequitur: apertio oris sacerdotalis, secundum dictum nuncij cæleſtis. Hoc autem miraculum erat ostẽsiuum prærogatiuæ, et excellentis magnificentiæ in Ioanne, vt merito ostenderetur, ipsum vocari hoc nomine. In huius autem miraculi descriptione insinuantur tria, scilicet, miraculi euidentia, ipsius reuerentia, et eiusdem intelligentia. Nam apparitio miraculi parit admirationem, admiratio cognitionem, siue inquisitionem.

Præmittitur ergo primo miraculi euidentia, cum dicit: *Apertum est autem illico os eius, et lingua eius, et loquebatur benedicens Deum*. Apertum est autem non

Sap. 10. d virtute naturæ, sed supernæ potentiæ: Sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit disertas. Ille, inquam, fecit, de quo admirabantur turbæ, dicentes: Bene omnia fecit, et surdos fecit audire, et mutos loqui, scilicet Christi Dei virtus et sapientia. Et, vt ostenderetur miraculũ verum, dicitur:

Mar. 7.

Amb. in 1. e. Luca lib. 2. to 3. *Illico*, vt enim dicit Ambrosius, Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Et, vt ostenderetur plenum et perfectum, subditur: *Et loquebatur benedicens Deum*. Recognoscens beneficium, sicut Tobias: Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum. In quo instruimur, quòd debemus os apertũ

Tob. 13. a

Psal. 50. habere ad diuinam laudem, cum oramus: Domine labia mea aperies, et os meum annunciabit laudem tuam. Et maxime post beneficium nostræ redemptionis. Tũc saliet sicut ceruus claudus, et aperta erit lingua mutorum. Sed contra dicitur de malis: Aperuerunt super me ora sua, exprobrantes, percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Quia secundum quòd dicitur in Psalmo: Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant.

Isa. 35. b

Iob 16. b

Psal. 5.

Secundo subdit miraculi reuerentiam, cum dicit: *Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudæa diuulgabantur omnia verba hæc*. Turbabuntur gentes, et timebunt qui habitant terminos a signis tuis. Vnde poterant decantare illud: Quis similis tui in fortibus domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate? Et quia reuerentiam miraculi sequitur magnificentia præconij, ideo dicit: *Super omnia montana Iudæa diuulgabantur omnia verba hæc*, et cetera. Et recte, quia Sacramentum regis abscondere, bonum est, opera Dei reuelare, et confiteri, honorificum est. Et ideo: Confitemini Domino, et inuocate nomen eius. Et post: Narrate omnia mirabilia eius.

Psal. 64.

Exod. 15. b

Tob. 12. b

Psal. 104. a

Tertio subiungit miraculi intelligentiam, cum dicit: *Et posuerunt omnes, qui audierunt in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit?* Beatus, qui in istis

Eccl. 50. d versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Et Prouerbiorum: Per agrum hominis

Prou. 14. d pigri transiui, et per vineam viri stulti: et ecce totum repleuerant vrticæ, operuerunt superficiem eius spinæ: et maceria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinam. *Posuerunt*. scilicet per attentionem intellectiuam et memoratiuam, et per magnitudinem miraculi cognoscebant magnitudinem pueri, vnde dicebant? *Quis, putas, puer iste erit?* Quasi dicerent,

Sup. cap. eod. b magnus erit, secundum illud angeli: Erit enim magnus coram Domino. Sic dicebant de Christo: Quis,

Mar. 4. d putas, est iste. Recte de Christo dicebant: Est iste, tamquam de Creatore, cuius est manere. De Ioanne vero dicebant: Erit, tamquam de præcursore, cuius erat pertransire. Et reddunt rationem. *Etenim manus Domini erat cum illo*. Manus enim Domini erat

Ezech. 3. c mecum confortans me. Sic et cũ Ioanne erat manus Domini dextera conseruans et confortans eum. Fiat

Psal. 79. d manus tua super virum dexteræ tuæ, et super filium hominis, quem confirmasti tibi. Et sic intelligebant illum esse, de quo scribitur: Posuit os meum, quasi

Isa. 49. a gladium acutum, in vmbra manus suæ protexit me, et posuit me sicut sagittam electam.

Et Zacharias pater eius, et cetera. Postquam descripta est Ioannis origo: subiungitur hic gratiarum actio pro redemptionis beneficio iam inchoato in ortu Præcursoris, et consummando in ortu Saluatoris. Hãc igitur gratiarum actionem dupliciter Euangelista describit: Primo ex parte motiui: Secundo ex parte modi, ibi: *Benedictus Dominus*. Circa motiuum nota, quòd illud, quod mouit Zachariam ad laudandum, fuit spiritus diuinus, non suus. Propter quod præmittit eum Spiritu sancto fuisse afflatum et impletum. Et tangit hic: Quis impleatur, nempe Zacharias, qui fuit vir iustus. De quo supra, etiam

Cap. eod. b dicitur, quòd erat incedens in omnibus mandatis, et iustificationibus Domini sine querela. Et in hoc innuitur, quòd memoria Dei impletur diuino spiritu. Quoniam memor fuit Domini in toto corde suo,

Tob. 1. b dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis. Quare impleatur ostendit: quia *Pater eius*, scilicet Ioannis, vnde sicut mater spiritum prophetiæ

Sup. eod. d habuit propter filium, sic et pater. Exultat gaudio

Prou. 23. c pater iusti, et qui sapientem genuit, lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus, et mater tua: et exultet quæ genuit te. In quo intelligitur allegorice, quòd lex vetus et sacerdotium, non habebat Spiritum sanctum, nisi ratione noui testamenti, quod præfigurabat. Quo modo impleatur, declarat, propter quod dicit: *Repletus est Spiritu sancto*. Num inuenire poterimus

Gen. 41. e talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Et in Ecclesiastico: Exaltauit illum apud proximos suos, et in

Eccl. 15. a medio Ecclesiæ aperiet os eius, et adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus. In quo instruimur, quo

Digitized by Google

Epheſ.5.a quo debemus impleri. Impleamini Spiritu ſancto loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, Hymnis, Canticis, ſpiritualibus. Ad quid impletur, demonſtrat: *Et prophetauit dicens*. Laudando et prædicando. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, et cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Et Amos: Dominus Deus locutus eſt, quis non prophetabit? Et Petrus: Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.

Act. 2.a
Amos.3.b
2.Pet.1.d

Benedictus Dominus Deus Iſrael, et cetera. Hic deſcribitur gratiarum actio, quantum ad modum in hoc cantico, cuius ſunt quattuor partes. In quarum prima fit gratiarum actio et laudis decantatio pro beneficio noſtræ redemptionis: ſecundum quòd conſummanda erat per Chriſtum diſpenſatio remediatiua. Secundo in quãtum erat promiſſa per prophetas ſanctos vaticinio, ibi: *Sicut locutus eſt per os ſanctorum*. Tertio inquantum promiſſa Patriarchis veritatis iuramento, ibi: *Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris*, et cetera. Quarto ſecundum quòd iam eſt inchoata in præcurſore, prophetali Præconio, ibi: *Et tu puer propheta Altiſſimi vocaberis*. Agens autem gratias pro beneficio redemptionis conſummando in Chriſto, ponit præteritum pro futuro, more prophetico. In quo tangitur myſterium incarnationis, pretium redemptionis, trophæum reſurrectionis. In quibus eſt remedium noſtræ ſalutis. Introducit ergo primo Zachariam in gratiarum actione, per Spiritum ſanctum prophetantem: quia gratias agit de futuro beneficio, cum dicit: *Benedictus Dominus Deus Iſrael*. Similiter dicitur: Benedicimus te, Domine, Deus Iſrael: quia non cõtigit nobis, quemadmodum putabamus. Feciſti enim nobiſcum miſericordiam tuam. Et primo Paralipomenon: Benedictus es Domine Deus Iſrael patris noſtri ab æterno in æternum. Et nota, quòd Dominus nominat maieſtatem benedicendam cum timore: Si Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Et ideo dicitur: Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit, niſi vt timeas Dominũ Deum tuum? Pſalmiſta: Domine, Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Deus Iſrael nominat benignitatẽ benedicẽdam cum amore: Et dabo tibi theſauros abſconditos, et arcana ſecretorũ, vt ſcias, quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Iſrael propter ſeruum meum Iacob, et Iſrael electum meum. In Exodo: Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraam, et Deus Iſaac, et Deus Iacob miſit me ad vos. Hoc nomen mihi eſt in æternum, et hoc memoriale meum in generatione et generationem. Ideo autem hic Iſrael, potius nominatur, quàm Iacob, quia nomen electionis eſt, et gratię. Porro huius benedictionis primum motiuum eſt incarnationis myſterium, quod notat, cum dicit: *Quia viſitauit*, ſcilicet per incarnationem. Viſitans viſitaui vos, et vidi omnia, quæ acciderunt vobis in Ægypto, et dixi, vt educam vos de afflictione Ægypti, *et cetera*. Hoc petebat Propheta: Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo. Hoc autem fuit, quando carnem ſumpſit ex Virgine: Viſitaſti terram, et inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam.

Tob. 8.c
1.Par. 29.c
Dominus.
Mal.1.b
Deut.10.c
Pſal. 8.a
Iſa. 45.a
Exod. 3.e
Exod. 3.f
Pſ.105.a
Pſal.64.b

Secundum motiuum eſt redemptionis pretium, quod tangit, cum dicit: *Et fecit redemptionem plebis ſuæ*. Vt impleatur illud: Redemptionem miſit Dominus populo ſuo. Et vere: Quia apud Dominum miſericordia, et copioſa apud eum redemptio. Et prima Petri: Non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, et incõtaminati. Et hoc eſt, quod dicitur: Gratis venundati eſtis, et ſine argẽto redimemini. Et Pſalmus: Redemiſti in brachio tuo populum tuum.

Pſ. 110.b
Pſal. 129.
1.Pet.1.c
Iſa. 52.a
Pſal. 76.c

Tertium motiuum, eſt reſurrectionis trophæum, quod tangit, cum dicit: *Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui*. In quo intelligitur poteſtas Chriſti reſurgentis. Dominum formidabunt aduerſarij eius, ſuper ipſos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ, et dabit imperium regi ſuo, et ſublimabit cornu Chriſti ſui. Et hoc fuit in reſurrectione: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo et in terra. Et quia poteſtas illa erat durabilis, et ideo per cornu ſignificatur, et in huius rei figuram vas, quo inunctus fuit Salomon, cornu fuit. Vas autem, quo inunctus fuit Saul, fuit lenticula, hoc eſt, vas figuli, proin et fragile. Et dicitur: *Cornu ſalutis*: quia per illud Iſrael ſaluatus eſt in Domino, ſalute æterna. Et addit: *In domo Dauid pueri ſui*. Secundum illud: Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Et alibi: Dominus fortis meus, ſperabo in eum: ſcutum meum, et cornu ſalutis meæ. Eleuator meus et refrigerium meum, ſaluator meus, de iniquitate liberabis me. Hoc autem dicitur propter incarnationem. Siquidem infra dicitur, quòd Maria et Ioſeph erant de familia Dauid.

1.Reg. 2.b
Mat.28.d
3.Reg. 1.e
1.Reg.10.a
Iſa. 45. c
Pſ. 131. d
2.Reg. 22. a
Inf. 2. a

Sicut locutus eſt per os ſanctorum. Hic agit gratias, et laudes decantat pro noſtra redemptione, ſecundum quòd fuit per Prophetas promiſſa Spiritus ſancti vaticinio. Et primo præmittit vaticiniũ propheticum: ſecundo vero ſubiungit vaticinatum beneficium: et tertio beneficij complementum. Hæc enim tria excitant ad benedicendum.

Primo igitur præmittit vaticinium in hoc, quod dicit: *Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui a ſæculo ſunt prophetarum eius*. Et debet iterari: Benedictus Dominus Deus, qui erexit, *et cetera*. Sicut locutus eſt: Nunc Domine, ſermo, quem locutus es famulo tuo, et ſuper domum eius, confirmetur in perpetuum, et fac ſicut locutus es. Permaneatque, et magnificetur nomen tuum vſque ad ſempiternum, et dicatur: Dominus exercituum domus Iſrael, et domus Dauid ſerui eius permanens coram eo. Hoc optabant ſancti præcedentes Chriſti aduentum: Suſcita precationes, quas locuti ſunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedem ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur: quod etiam factum eſt: Ecce aſcendimus Hieroſolymam: et conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Quia non faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Secundo, ſubiungit beneficium, quod prophetæ promiſerunt, cum dicit: *Salutem ex inimicis noſtris*. Et debet repeti hoc verbum, *Fecit*, vel, *erexit*. De hac enim locuti ſunt prophetæ: De qua ſalute exquiſierunt atque ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt. Hæc autem ſalus eſt in liberatione ab inimicis, ideſt a dæmonibus: Eripe me de inimicis meis Deus meus, et ab inſurgentibus in me, libera me. Et: Eripuit nos de poteſtate tenebrarum, et tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem et remiſſionem peccatorum. Et ſubdit tertio beneficij complementum, cum dicit: *Et de manu omnium, qui oderunt nos*, ideſt de manu, ſiue poteſtate omnium perſequẽtium, ſiue dæmonum, ſiue hominum. Clamabunt ad Dominum a facie tribulantis, et mittet eis Saluatorem, et propugnatorem, qui liberet eos. Iob: Diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum quod cæperant. Et de tanto beneficio laudandus eſt Dominus Deus: De magnis periculis a Deo liberati, magnifice gratias agimus ipſi. Et Pſalmus: Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, et ab his, qui oderunt me. Et Pſalmus: Eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapſu.

1.Paralip. 17. d
Eccl.36.e
Inf. 18. f
Amos.3.b
1.Pet.1.b
Pſal.58.a
Coloſſ.1.b
Iſa. 19. d
Iob 5. b
2.Mach. 1. c
Pſal.17. b
Pſ. 114. a

Ad faciendam miſericordiam, et cetera. Hæc eſt tertia pars principalis cantici, in qua gratias agit pro noſtra reparatione ſecundum quòd patribus promiſſa eſt ſub iureiurando. Et in hac parte primo præmittit principium,

Digitized by Google

principium, ad promittendum, mouens. Secundo, iuramentum ſtabiliens. Et tertio, remedium ſubſequens.

Principium autem mouens ad promittendum, fuit diuina miſericordia, ex qua ortum habuit teſtimonium Patrum, et hoc tangit, cum dicit: *Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris.* Et debet iterari verbum prius poſitum, ſcilicet, benedictionis et erectionis: Benedictus Deus, qui erexit cornu ſalutis, vt
Exo.20. a faceret miſericordiam. Faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, et cuſtodiunt præ-
Tob.3. c cepta mea. Et Tobias: Benedictum eſt nomen tuum, Deus patrum noſtrorum: qui cum iratus fueris, miſericordiam facis, et in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui te inuocant. Et libro: Re-
2. Reg.22. d gum: Magnificans ſalutes regis ſui, et faciens miſericordiam Chriſto ſuo Dauid, et ſemini eius in ſempiternum. Et fecit miſericordiam promittendo, quod fecit debitum per pactum, ideo ſubdit: *Et memorari*
Pſ.104.a *teſtamenti ſui ſancti.* Memor fuit in ſæculum teſtamēti ſui, verbi, quod mandauit in mille generationes. Quod diſpoſuit ad Abraam: et iuramenti ſui ad Iſaac. Et nota, quòd vetus teſtamentum fuit ſanctum per figurationem, nouum vero per continentiam et impletionem, vnde ſanctum teſtamentum, vocat teſtamentum nouum, quod ſanctificauit ſanguine ſuo.
Zac.9.c Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vin-
Heb.9.c ctos de lacu, in quo non eſt aqua. Et Hebr. Si enim ſanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emūdabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti? Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt, morte intercedente, in redemptionē earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hereditatis. Et hoc eſt, quod ante promiſe-
Heb.8.c rat, ſicut dicitur: Conſummabo ſuper domum Iſrael, et ſuper domum Iuda teſtamentum nouum.

Secundo ſubdit iuramentum ſtabiliens, cum ait: *Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraam patrem noſtrum.*
Gen.22. g Et debet ſemper iterari verbum præmiſſum. Per memetipſum iuraui, dicit Dominus, quia feciſti hāc rem, et non pepercifti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, et multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli, et velut arenam, quæ eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, et benedicētur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Quod
Heb.6.c introducens Apoſtolus, inquit: Abraæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem, iurauit per ſemetipſum, dicens: Niſi benedicens benedicam te; et multiplicans multiplicabo te. Et ſequitur: In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt, mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem. *Abrae*, promiſit, ſcilicet, *daturum ſe nobis*, filijs eius, videlicet per
Ioan.3.c repromiſſionem, vnigenitum ſuum. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in ipſo, non pereat, ſed habeat vi-
Rom.8. f tam æternam. Et Rom. Qui proprio filio non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Huius habe-
Gen.5. d tur figura: Semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti, vſque ad fluuium magnum Euphratem. Deinde ſubiungit beneficium, ſiue remedium ſubſequens, cum dicit: *Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi.* Illud enim eſt remedium, quod aſſecuti ſumus per Chriſtum, nobis do-
Rom.6.d natum. Nunc vero liberati a peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum in ſanctificatione, finem vero vitam æternam. Qui conuerſus eſt, non per hoc, *Sap.16. a*
quod videbat, ſanabatur, ſed per te omnium Saluatorem. In hoc autem oſtendiſti inimicis tuis, quia tu es, qui liberas ab omni malo. Illos ſcilicet, qui te audiunt, credendo et obediendo. Qui autem me au- *Prou.1.d*
dierit, abſque terrore requieſcet, et abundantia perfruetur, timore malorum ſublato. Et iſti ſunt, qui ſeruiunt Domino. Præparate corda veſtra Domino, et *1.Reg.7.a*
ſeruite ei ſoli, et eruet vos de manu Philiſthijm.

Et quia non omnis modus ſeruiendi Deo, eſt ipſi Deo acceptus: ideo ſubdit modum, ſcilicet ſancte, quoad ſeipſum: iuſte, quoad proximum: ſimpliciter, quoad Deum: Perſeueranter, quoad omnia prædicta. Propter ſanctitatem dicit: *In ſanctitate*, ſcilicet ſeruiamus, quia ſecundum quòd dicitur: Ambulans in via immaculata, hic mihi mi- *Pſal.100.b*
niſtrabat. Et ideo in Exodo: Sanctificabis Aaron *Exo.28. g*
et filios eius, vt ſacerdotio fungantur mihi. Et poſt: Vt miniſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Et Petrus: Propter quod ſuccincti lum- *1.Pet.1. c*
bos mentis veſtræ, ſobrij perfecti ſperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam. Et deinde: Sed ſecundum eum, qui vocauit vos, ſanctum, vt et ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis, quoniam ſcriptū eſt: Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. *Leu.11. g*

Propter iuſtitiam, quoad proximum, dicit: *Et iuſtitia.* Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire *Rom.6. c*
immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem: ita nūc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Vt ſic poſſitis dicere illud: Ego autem in iu- *Pſal. 16.d*
ſtitia apparebo conſpectui tuo.

Propter ſimplicitatem, dicit: *Coram ipſo*, ſcilicet Deo: quod fit per ſimplicem intentionem, ſicut Ezechias: Obſecro Domine, memento quæſo, quo mo- *4.Reg.20.*
do ambulauerim coram te in veritate, et corde perfecto, et quod placitum eſt coram te, fecerim. Sic *a*
puer Samuel miniſtrabat Domino coram Heli: et *1.Reg.2. c*
Scio Deus meus, quòd probes corda, et ſimplicita- *1.Par.29.*
tem diligas. Et Sap. Et in ſimplicitate cordis quæri- *d*
te illum, quoniam inuenitur ab his, qui non ten- *Sap.1. a*
tant illum. Propter perſeuerantiam ſubdit: *Omnibus diebus noſtris*, ſicut Apoſtolus: Vos ſcitis a prima *Act.20. d*
die, qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens Domino cum omni humilitate, et lacrymis, et tentationibus, quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorum. Et: Adhæ- *Ioſue 22. a*
reatis Deo, et ſeruiatis ei in omni corde, et in omni anima veſtra.

Et tu puer propheta Altiſſimi vocaberis, et cetera. Hæc eſt quarta pars cantici, in qua recolit beneficium noſtræ redemptionis, ſecundum quòd iam inchoatum erat in Præcurſore, et hoc prophetali præconio, quod commendat tripliciter, ab auctoritate prophetiæ, ab vtilitate doctrinæ, et a proximitate diuinæ præſentiæ.

Commendat igitur Ioannes præconium, noſtræ redemptionis inchoatiuum, ab auctoritate prophetiæ, conuertens ſermonem ad puerum. *Et tu puer propheta Altiſſimi.* Tu puer et ætate, et puritate. Fra- *1.Cor.4. d*
tres nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote. *Vocaberis propheta.* Etiam dico vobis, et pluſquam prophetam. *Mat.11.*
Et propheta Altiſſimi, ideſt Chriſti, ratione diuinitatis. Numquid Sion dicet, homo, et homo natus eſt in ea: *Pſal.86. a*
et ipſe fundauit eam Altiſſimus? *Præibis enim ante faciem Domini.* Ratione humanitatis: Oſtende faciem *Pſal.79.d*
tuam, et ſalui erimus. Et Malach. Ecce ego mitto *Mal.3. a*
Angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam. *Parare vias eius.* Pluraliter dicit vias, ideſt, viam cognitionis in fide, et affectionis in charitate. De prima Iob: Caligauit ab indignatione oculus *Iob 17. b*
meus, et membra mea, quaſi in nihilum redacta ſunt. Stupebunt iuſti ſuper hoc, et innocens contra hypocritam ſuſcitabitur, et tenebit iuſtus viam ſuā, et mun-

Digitized by Google

Rom.1. e *1.Cor. 12. d* *Inf.3. b* *Ioan.5. f*

et mundus manibus addet fortitudinem : Iuſtus autem ex fide viuit . De via charitatis : Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro, *et cetera*. Viam fidei præparauit Ioannes, ſecundum quòd vox: Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini . Viam charitatis , ſecundum quòd lucerna: Ille erat lucerna ardens, et lucens .

Mat.10.a *Prou.2. a* *Dandam* , inquam , *ſcientiam* , non quamcunque , ſed *ſalutis* . Quia ſine ſcientia non eſt ſalus . Propterea cap-

Iſa.5. d *Oſee 4. b* tiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſciẽtiam . Hanc debet habere omnis rector populi . Quia

Iſa.33. a tu ſcientiam repulisti , repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi . Diuitiæ ſalutis , ſapientia et ſcientia. *Salutis* , inquam, non cuiuſcunque, ſed ſpiritualis. Propter

Beda in 1. cap. Luca lib.1. to.4. quod ſubdit: *In remiſſionem peccatorum eorum* . Beda : Ne temporalem , carnalemque promitti ſalutem putares : in remiſſionem, inquit, peccatorum eorum.

Mat.1. d *Mar.1. a* Et ideo de Saluatore dicitur: Ipſe ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Et: Fuit Ioannes in deſerto baptizans , et prædicans baptiſmum pœnitentiæ, in remiſſionem peccatorum .

Commendat etiam Ioannis præconium a proximitate diuinæ præſentiæ , cum dicit: *Per viſcera miſericordia Dei noſtri*. Et hãc deſcribit tripliciter. Primo , vt viſitantem ad conſolandum affectum: ſecundo , vt illuminantem ad docendum intellectum, ibi: *Illuminare his*. Tertio, vt dirigentem ad rectificandum effectũ, ibi: *Ad dirigendos pedes*. Deſcribit ergo primo diuinam præſentiam coniunctam prophetiæ Præcurſoris , cum dicit: *Per viſcera miſericordia Dei noſtri , in quibus viſitauit nos oriens ex alto* . Et debet continuari ad præcedens , ſic : Præibis ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius , in remiſſionem peccatorum . Quæ quidem fuit per viſcera miſericordiæ Dei , quæ accelerauit diuinã præſentiam in carne , in qua nos viſitauit : *Viſcera miſericordia* , ſunt nimia dilectio , et nimia compaſſio .

Eph.2. a Deus autem, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam , qua dilexit nos , et cum eſſemus mortui peccatis , conuiuificauit nos Chriſto , cu-

Iſa.63. d ius gratia ſaluati eſtis . Et Iſaias: Vbi zelus tuus et fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum et miſerationum tuarum? ſuper me continuerunt ſe . Ac poſtquã filius Dei incarnatus eſt , verificatum eſt illud Ioſeph:

Gen. 43. b Commota ſunt viſcera eius ſuper fratre ſuo. Ad cuius

Col. 3. b exemplum : Induite vos ergo ſicut electi Dei , ſancti et dilecti , viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem , modeſtiam , patientiam . Per hæc viſcera

Mal.4.a miſericordiæ , *Viſitauit nos oriens ex alto* . Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, et ſanitas

Zach.6. c in pennis eius . Et Zacharias : Ecce vir oriens nomen eius : et ſubter eum orietur , et ædificabit templum

Ioan. 3. d Domino. *Ex alto*. Secundum illud: Qui de cęlo venit, ſuper omnes eſt . In quo mira fuit dignatio : Quid eſt

Pſal. 8. b homo, quòd memor es eius ? aut filius hominis , quoniam viſitas eum ? Hæc enim viſitatio ſuperni ſolis, fuit non ſolum cauſa conſolationis , verum et illuminationis : et propterea ſubdit : *Illuminare his, qui in tenebris et in vmbra mortis ſedent*. Et debet conſtrui: Viſitauit illuminare, ideſt ad illuminandum his , qui in

Iſa.9. a tenebris ſedent, ideſt gentibus errantibus . Populus , qui ambulabat in tenebris , vidit lucem magnam : habitantibus in regione vmbræ mortis , lux orta eſt

Iſa. 42. b eis . Et rurſus : Dedi te in lucem gentium , vt aperires oculos cæcorum , et educeres de concluſione vinctũ , de domo carceris ſedentes in tenebris . Et ideo Ioan-

Ioan.9. g nes: In iudicium ego in hunc mundum veni , vt qui non vident, videant : et qui vident, cæci fiant. Et quia per illuminationem ducimur ad dilectionem , ideo

Prou.16. b ſequitur : *Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis*. Cor hominis diſponit viam ſuam , ſed Domini eſt dirige-

A re greſſus eius. Et : Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuæ . In omnibus vijs tuis cogita illum , et ipſe diriget greſſus tuos . Et in Pſalmo : Spiritus tuus bonus deducet me in terram *Prou.3. a*

Pſal.142.c rectam , vbi eſt regnum pacis ſine labore . Iuſtum de- *Sap. 10. c* duxit per vias rectas , et oſtendit illi regnum Dei . De quo regno dicitur in Pſalmo: Lauda Hieruſalẽ Domi- *Pſal.147.a*

nũ , quoniam confortauit ſeras portarum tuarũ, benexit filijs tuis in te . Quoniam poſuit fines tuos pacem. Hieruſalem enim interpretatur viſio pacis : Ad quam Hieruſalẽ

ducimur per ducatum Chriſti , et per viam mandato- quid.

rum , quæ ducit ad pacem. Pax multa diligentibus le- *Pſal.118.c*

B gem tuam . Et Iſaias : Vtinam attendiſſes mandata *Iſa. 48.a* mea, facta fuiſſet, ſicut flumen , pax tua .

Nota , quòd Dominus viſitat . Ad corrigendum delinquentes, vt legatus prouinciam : Auditum audi- *Abd.1.a*

uimus a Domino, et legatum ad gentes miſit. Surgite, et conſurgamus ad eum in prælium. Pſalmus: Viſitabo *Pſal. 88.c*

in virga iniquitates eorum . Ad iuſtificandum pœnitentes , vt medicus ægrotum : Non neceſſe habent *Mar.2. c*

ſani medico : ſed qui male habent . Ad docendum ignorantes , vt magiſter diſcipulum , ſicut hic : *Viſitauit nos, Illuminare* , et cetera . Et Pſalmus: Viſitaſti ter- *Pſal.64. c*

ram , et inebriaſti eam. Sequitur : Flumen Dei repleC tum eſt aquis . Ad excitandum negligentes , vt princeps populum : Fratres tuos viſitabis, ſi recte agant, et *1.Reg.17.b*

cum quibus ordinati ſunt, diſce. Et in Actibus: Reuertentes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates, in quibus prædicauimus verbum Domini, quo modo ſe habeant . Ad promouendum operantes, ſicut vinitor *Act.16. g*

vineam ſuam . Pſalmus: Reſpice de cælo, et vide , et *Pſal.79.c* viſita vineam iſtam. Iſaias : Vinea enim Domini exer- *Iſa.5. b*

cituum domus Iſrael eſt. Ad conſeruandum obedientes , ſicut paſtor gregẽ. Ezechiel: Viſitabo oues meas, *Ezec.34.c*

ſicut viſitat paſtor gregẽ ſuum. Et poſt : Quod pingue, et forte cuſtodiam, *& cetera* . Ad fecundandum conD templantes , vt ſponſus ſponſam : Viſitauit Dominus *Gen.21.a*

Saram , et concepit . Et Iudith: Ioachim ſummus Põtifex de Hieruſalem venit in Bethuliam cum vniuerſis *Iudith 15. c.d*

presbyteris ſuis , vt videret Iudith . Quæ cum exijſſet ad illum , benedixerunt eam omnes vna voce , dicentes : Tu gloria Hieruſalem . Et poſt: Eo quòd caſtitatem amaueris . Ad adiuuandum pugnantes , vt rex exercitum . Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, et *Gen.50. d*

aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram , quam iurauit Abraam, Iſaac, et Iacob . Et Lucas : Vos autẽ ſe- *Luc.24. g*

dete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Ad conſolandum patientes , vt ſanus infirmum . Iob : *Iob 10.b*

E Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Et Iob : Con- *Iob 2. c*

dixerant enim, vt pariter venientes , viſitarent eum, et conſolarentur. Et Iacobus: Religio munda et immacu- *Iac. 1. d*

lata apud Deũ, et patrem, hæc eſt: viſitare pupillos, et viduas in tribulationibus eorũ. Et in Eccleſiaſtico: Nõ *Eccl. 7. d*

te pigeat viſitare infirmum , ex his enim in dilectione firmaberis. Ad remunerandum operarios ſicut perſeuerantes paterfamilias : Voca operarios , et redde *Mat.20. b*

illis mercedem . Et Iſaias : Ponam viſitationem tuam *Iſa. 60. c*

pacem, et præpoſitos tuos iuſtitiam .

Puer autem creſcebat , et cetera. Poſtquam deſcripta eſt Præcurſoris origo , et pro origine gratiarum actio ,

F hic tertio ſubditur eius educatio , in qua eſt diuinæ laudis ampliatio . Deſcribitur autem educatio, quantum ad profectum ætatis in carne : et virtutis in mente , et religioſitatis in conuerſatione . Quantum ad profectum ætatis, dicit : *Puer autem creſcebat* , ſcilicet, corpore , ſecundum quòd dicitur de Samuele : Puer *1.Reg. 2. c*

autem proficiebat, atque creſcebat, et placebat tam Deo, quàm hominibus. Inuenerat enim benedictionẽ, ſicut dicitur de Ioſeph : Filius accreſcens Ioſeph, filius *Gen.49.c*

accreſcens , et decorus aſpectu . Sed contrarium dicitur de Ruben: Effuſus es, ſicut aqua , non creſcas, quia *Ibidem a*

aſcendiſti cubile patris tui . Vnde ſibi competit illud Iſaac : Iſaac proficiens , atque ſuccreſcens, donec ma- *Gen.26.e*

gnus vehementer effectus eſt .

Quan-

Digitized by Google

Quantum ad profectum virtutis in mente dicit: *Et confortabatur spiritu*, scilicet diuinæ virtutis, de quo
Ezec. 3. d Ezechiel: Spiritus leuauit me, et assumpsit me, et abij amarus in indignatione spiritus mei. Manus enim Domini erat mecum confortans me. Vnde po-
Phil. 4. e terat dicere illud Apostoli: Omnia possum in eo, qui me confortat. Hic autem est Spiritus sanctus, qui dat
Psal. 32. b virtutem ceteris sanctis. Psalmus: Verbo Domini cæli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quantum ad profectum religiositatis in conuersatione, subdit: *Et erat in desertis*, scilicet, vt ibi religiosam duceret vitam, secundum quòd de ipso
Hymnus in festo S. Io. Bapt. ad Matut. cantatur in hymno Ecclesiastico:

Antra deserti teneris sub annis,
Ciuium turmas fugiens petisti,
Ne leui saltem maculare vitam,
Famine posses, et cetera.

Iac. 1. d Vnde Iacobus: Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Et ideo faciebat illud pro-
Psal. 54. b pheticum in Psalmo: Ecce elongaui fugiens, et mansi in solitudine. Expectabam eum, qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus, et tempestate. Præcipita Domine, et diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, et contradictionem in ciuitate. Qui autem vult perfecte viuere, debet, relictis vrbibus, petere
1. Mac. 2. c deserta. Descenderunt multi cum Matathia, quærentes iudicium et iustitiam in desertum: et sederunt ibi ipsi, et filij eius, et mulieres eorum, et pecora eorum, quoniam inundauerunt super eos mala. Et quia religiositas non est laudabilis, nisi sit perseuerãs, ideo subdit: *Vsque in diem ostensionis sua ad Israel*, cum scilicet ostendit se in prædicatione virtuosa. Iuxta
1. Cor. 2. a quod dicit Apostolus: Sermo meus, et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapiẽtiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis. Vnde prius vixit sibi occulte per longum tempus, vt postmodum per suam ostensionem viueret ad salutem aliorum, secun-
Iac. 3. c dum illud: Quis sapiens, et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. In hoc erudiuntur omnes prædicatores, vt prius vacent perfectioni propriæ, et deinde ædificationi alienæ, quia cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.
Prædicator prius debet habere rationẽ proprię salutis.
3. Reg. 19. b. c. Huius figura præcessit in Elia, qui prius abijt in desertum, et peruenit ad montẽ Dei in Oreb, vbi edoctus est: et post sequitur, quòd vnxit reges, et prophetas ad regimen populi Dei.

A B C D E F

CAP. SECVNDVM.

Vniuersalis totius secundi capitis partitio.

FACTVM est autem in diebus illis, et cetera.] Terminata parte illa, in qua agitur de conceptu Saluatoris in vtero, sequitur pars secunda, in qua agitur de ortu Saluatoris ex vtero, et hoc facit in præsenti capitulo. Habet autem hæc pars duas partes. In quarum prima determinatur natiuitatis Christi veritas: in secunda determinatur nascentis humilitas. Quia enim Christus in natiuitate sua factus est ex muliere: et factus est sub lege per humilitatem: ideo vtrumque pertinet ad Euangelistam determinare. Et incipit secunda pars, ibi: *Et postquam consummati sunt dies octo*, et cetera. Prima pars habet tres partes, in quarum prima ostenditur, qualiter Christi natiuitas fuit consummata: in secunda, qualiter ab angelis annunciata, ibi: *Et pastores erant in regione*: in tertia qualiter per pastores manifestata et diuulgata, ibi: *Et factum est, vt discesserunt*, et cetera. Prima pars habet tres partes, quoniã ad natiuitatem Saluatoris exprimendam, oportet assignare tempus et locum, et pariendi modum. Describit ergo Euangelista in prima parte tempus debitum: in secunda locum idoneum, ibi: *Ascendit autem et Ioseph a Galilæa*: in tertia vero Virginis partum, ibi: *Factum est autem, cum essent*. Tempus autem idoneum natiuitatis Christi, fuit tempus vniuersalis imperij describendi, quia, vt dicit Gregorius, ille veniebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate. In hac autem descriptione vniuersalis imperij, triplex notatur excellentia, scilicet potentiæ in præcipiendo, sapientiæ in discernendo, et iustitiæ in prosequendo: quia hæc tria futura erant in
Greg. hom. 8. in Euãg.
Hier. 23. a Christo, secundum illud Hieremiæ: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo Dauid germen iustum: et regnabit rex: ecce potentia. Et sapiens erit: ecce sapientia. Et faciet iudicium et iustitiam in terra: ecce iustitia, vt sit in eo omnimoda perfectio. Quantum ad excellentiam in præcipiendo, dicit: *Exijt edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis*. Cæsar iste Augustus proprio nomine fuit Octauianus, sed a Iulio Cæsare, qui antea imperauerat, Cæsar est cognominatus, a quo omnes Imperatores Romani postea Cæsares dicti sunt. Iste etiam dictus est Augustus, quia rem publicam auxit. Et ab isto omnes alij dicuntur Augusti. Et iste protulit vniuersale edictum, quia vniuersale habebat dominium, non in omnes et singulas, sed in principales vniuersi partes. Vnde imperium suum fuit magnum, secundum illud Danielis: Et regnum quartum erit velut
Dan. 2. f ferrum. Quo modo ferreum comminuit et domat omnia, sic comminuet, et conteret omnia hæc. Hoc fuit Romanorum imperium, quod designatum fuit per imperium Nabuchodonosor: de quo Hieremias:
Hier. 27. a Ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, et seruient ei omnes gentes. Gens autem, et regnum, quod non seruierit Nabuchodonosor, visitabo super gentem illam, dicit Dominus. In his diebus, scilicet huius regni, erat
Dan. 2. g tempus aduentus Christi, quia dicitur: In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur: et regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem et cõsumet vniuersa regna hęc, et ipsum stabit in æternum. Istius solius plena est oris descriptio secundum illud
Psal. 23. a Psalmi: Domini est terra, et plenitudo eius: orbis terrarum, et vniuersi, qui habitant in eo. Et ideo dicitur, quod habet in vestimento, et in femore suo scriptum: Rex regum, et Dominus dominantium. Quia
Apoc. 19. e
Eccls. 5. b sicut dicit Ecclesiastes: Excelso excelsior est alius, et super hos quoque eminentiores sunt alij, et insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti. Quantum ad excellentiam sapientiæ in discernendo subdit: *Hæc descriptio prima facta est a Præside Syriæ Cyrino*. Quia hęc fuit, vt dicit Ambrosius, prima descriptio generalis,
Ambr. in 2. cap. Lucæ lib. 2. to. 3. quæ inchoata est a Cyrino. Vel primo facta, idest, primo inchoata, secundum Bedam, ab illo, qui præsidebat in Syria, quæ est vmbilicus terræ habitabilis.
Beda. Et sic fiebat dicta descriptio distincte et ordinate. Et sunt hęc duo indicia sapientię in principe, secundum quòd dicitur de Salomone: Videns autem Regina
3. Reg. 10. a. b Saba, omnem sapientiam Salomonis, et domum, quam ædificauerat, et cibos mensæ eius, et habitacula seruorum, et ordines ministrantium, vestesque eorum, et pincernas, et holocausta, quæ offerebat in domo Domini, non habebat, vltra spiritum. Hæc autem descriptio facta est, non propter vanitatem, sicut illa Dauid, propter quam percussus est populus, sed propter imperij vtilitatem, vt sciretur quantitas tributi, et hoc est discretionis, non elationis. Vbi
2. Reg. 24. b
Eccli. 42. a manus multæ sunt, claude: et quodcumque trades, numera, et appende: datum vero et acceptum omne describe. Sed non est cuiuscumque singulorum regum tributa describere, sed nascentis Christi. Vnde Psalmus: Et in libro tuo omnes scribẽtur: dies formabuntur, et nemo in eis. Quantum ad excellentiam iustitiæ in prosequẽdo, subditur: *Et ibant omnes, vt profiterẽtur, singuli in suam ciuitatem*. Faciebant ergo regis imperium, et nullus occupabat alienum: et ita subiectionem
Psal. 138. g

Digitized by Google

ctionem habebant ad regem in profeſſione, et pacem ad inuicem in quiete, et iuſtitiam in cohabitatione,
Rom. 13. b ſecundum illud: Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: nemini quidquã debeatis, niſi, vt inuicẽ diligatis. *Vt profiterentur*, ſcilicet ſe ſubiectos eſſe Romano imperio, et hoc, reddendo
Mat. 22. b cenſum. Et illud erat iuſtum, ſecundum illud: Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: et quæ ſunt Dei, Deo. Et quia iam Iudæa facta erat tributaria, ſignatur, quòd tempus aduenerat natiuitatis Chriſti, ſecundum il-
Gen. 49. b lud in Geneſi: Non auferetur ſceptrũ de Iuda, et dux de femore eius: donec veniat qui mittendus eſt, et B ipſe erit expectatio gentium: *Ibant*; etiam nullo præſtante impedimento: quo oſtenditur, quòd iſtud imperium erat pacatiſſimum. Et ideo tempus erat,
Epheſ. 2. c vt veniret Chriſtus, pacis annunciator, de quo: Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Et ita
Mic. 4. b iam completum erat illud: Concident gladios ſuos in vomeres, et haſtas ſuas in ligones. Non ſumet gens aduerſus gentem gladium, et non diſcent vltra belligerare. Quia omnes populi ambulabũt, vnuſquiſque in nomine Dei ſui: nos autem ambulabimus in nomine Dei noſtri in æternum, et vltra. Et hoc eſt, quod
Beda. dicit Beda: Pacatiſſimo tempore voluit naſci Chri- C ſtus: quia pacem magnopere quæſiuit, et amauit, et amatores pacis ſemper inuiſit.

Aſcendit autem et Ioſeph, et cetera. Poſtquam deſcripſit tempus debitum, deſcribit hic locum idoneum, et hoc, quia locus ille conueniens erat prophetali vaticinio, conueniens erat diuino promiſſo, et conueniens erat etiam imperiali edicto. Oſtenditur ergo cõueniens prophetali vaticinio, in hoc, quod dicit: *Aſcendit autem et Ioſeph a Galilæa de ciuitate Nazareth.* Quia ſecundum vnam prophetiam Nazareth
Iſa. 11. a competebat conceptioni. Secundum aliam litteram, Nazaræus de radice eius aſcendet, *et cetera*. Secun- D dum aliam vero, Bethlehem natiuitati: Ideo ſubdit: *In Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem.*
Mic. 5. a Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael: et egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis. Vnde dicitur, quòd Herodi quærenti, vbi Chriſtus naſce-
Mat. 2. a retur, reſponderunt Scribæ: In Bethlehem Iudæ, ſic enim ſcriptum eſt per prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Et hæc fuit ciuitas Dauid, quia inde ſumpſit E
1. Reg. 16. a originẽ. Dixit Dominus ad Samuelem, veni vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filijs eius mihi regem. Et nota, quòd alibi natus eſt Chriſtus, alibi cõceptus, et alibi educatus, vt Herodem, et alios impios lateret et incarnationis myſterium. Vn-
Ioan. 7. f de Ioãnes: Numquid a Galilæa venit Chriſtus: Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, et de Bethlehem caſtello, vbi erat Dauid, venit Chriſtus? Oſtenditur etiam locus ille conueniens diuino promiſſo,
Bern. hom. 2. ſup. Miſſ. non procul a fine to. 1. cum ſubditur: *Eo quòd eſſet de domo, et familia Dauid*, ipſe ſcilicet, et ſponſa ſua virgo Maria. Vnde dicit Bernardus, quòd in altera completa eſt promiſſio F
2. Reg. 7. b facta Dauid, altero tantum teſte, et conſcio. Hæc promiſſio facta eſt Dauid, per Nathan: Hæc dicit Dominus: Requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis: prædicitq. tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus. Cumq. completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, et firmabo regnum eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo, et ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. Et
Pſ. 131. c rurſus: Iurauit Dominus Dauid veritatem, et non fruſtrabitur eum. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Oſtenditur poſtremo conueniens imperiali edicto, cum ſubditur: *Vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante.* Hoc enim proceſſe-

A rat ex imperiali edicto. Et licet ante iam concepiſſet Virgo Regem cæli et terræ: tamen imperiali edicto etiam prægnans voluit obedire, vt poſſet cum filio dicere illud: Sic enim decet nos implere omnem iu- *Mat. 3. d*
ſtitiam: et per hoc exemplum dare nobis obtemperandi omni poteſtati ſuperiori, ſecundum illud: Su- *1. Pet. 2. c*
biecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ, propter Dominum, ſiue regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tamquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. In hoc autem apparet, quo modo humanum imperium famulatur diuino. Præcipiente enim Cæſare, vt omnes in ciuitatem ſuam irent, et obedientibus eius imperio, Maria et Ioſeph, B factũ eſt, quòd neuter intendebat, ſcilicet quòd Chriſtus naſceretur in Bethlehem, ſecundum quòd erat æternaliter diſpoſitum, et temporaliter promiſſum et vaticinatum, et prophetatum. Et ideo non eſt contemnendum mãdatum præpoſitorum aliquo modo. Mãdatum præpoſiti nullo modo contemnendum.

Factum eſt autem, cum eſſent ibi, et cetera. Deſcripſit prius Chriſti natiuitatem, quantum ad tempus debitum, et locum idoneum. Hic tertio deſcribit, quantum ad partum, quem deſcribit quantum ad tria, ſcilicet quantum ad opportunitatem pariendi, nouitatem partus, et paupertatem parientis. Ex quibus C oſtenditur Chriſti partus admirabilis, inauditus, et commendabilis. Primo igitur oſtendit opportunitatem pariendi, cum dicit: *Factum eſt autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies, vt pareret*. Iuxta quod dictum eſt *Sup. c. 1. f*
ſupra proximo capitulo: Elizabeth impletum eſt tempus pariendi. Vere impletũ, quia in plenitudine temporis, ſicut Chriſtus conceptus, et natus. At vbi venit *Gal. 4. a*
plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. Ideo conuertetur popu- *Pſal. 72. b*
lus meus hic, et dies pleni inuenientur in eis.

Inſinuat etiam nouitatem partus, cum dicit: *Et peperit filium ſuum primogenitum.* Hoc vero dicit per priuationem prioris, quia enim virgo ipſum conceperat: ideo hic primogenitus eius erat. Ecce virgo con- *Iſa. 7. c*
cipiet, et pariet filium, *et cetera*. Et ideo partus nouus fuit, ſicut et conceptus: quia ſicut conceptus ſine pudore, ſic et partus ſine dolore. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit maſculum. Quis audiuit vmquam tale? et quis vidit huic ſimile? Et poſtea: Numquid ego, qui alios pàrere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus? Si ego qui generationem ceteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus? Talis partus decebat Chriſtum, de quo Apoſtolus: In quo habemus redemptionem, et re- *1. Col. 1. c*
miſſionem peccatorum, qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. Vnde, ſicut eſt primogenitus patris, ita etiam primogenitus matris: ſicut etiam vnigenitus patris, ita vnigenitus matris. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Pa- *Ioan. 1. b*
tre. Vnde non dicit hic, *primogenitus*, ordinem reſpectu poſterioris, ſicut dicebat Eluidius hæreticus: ſed priuationem reſpectu prioris, quia nullum habuit ante illum, vt oſtendatur, quòd ipſe Domino totaliter erat dedicandus. Primogenita enim omnia erant Deo offerenda: Sanctifica mihi omne primogeni- *Exo. 13. a*
tum, quod aperit vuluam in filijs Iſrael, tam de hominibus, quàm de iumentis; mea ſunt enim omnia. Inſinuat autem tertio paupertatem parientis, quia egens operimenti, lecti, et hoſpitij erat. Propter defectum operimenti, dicit: *Et pannis eum inuoluit*, non vna veſte, ſed multis: vt pannoſus pauper poſſet dici. Et exemplo monſtraret illud Apoſtoli: Ha- *1. Tim. 6. b*
bentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti ſimus. Et hoc correſpondet illi prophetiæ, vbi dicitur: Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis. Bernar- *Zac. 3. a*
dus: Agnoſcas Ieſum ſacerdotem magnum, ſordidis *Bern. ſerm. 4. de Natiu. Dom. to. 1.*
indutum veſtibus, dum altercaretur cum diabolo. At vbi exaltatum eſt caput noſtrum ſuper inimicos noſtros, mutauit veſtem, decorem induit, amictus lumine, ſicut veſtimento. Vtilior ſiquidem eſt in conflictu

Digitized by Google

ſtictu lorica ferrea, quàm ſtola linea, licet illa ſit oneri, iſta honori. Et in hoc reprehẽditur cultus veſtium
Mat.11.b pretioſarum, propter quod dicit: Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Et: In veſtitu ne
Eccl.11.a glorieris vmquam. Propter defectum lecti ſubdit: *Et reclinauit eum in præſepio*, non in cubili, ita vt verificaretur illud: Vulpes foueas habent, et volucres
Mat.8. c cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. In præſepio ponitur Chriſtus, vt
Ioan. 6. c oſtendatur illud: Ego ſum panis viuus, qui de cælo
Iſa.1.a deſcendi. Et vt verificaretur illud: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, et aſinus præſepe Domini ſui. Et illud:
Abac.3.a Conſideraui opera tua, et obſtupui: in medio duo-
Senſus myſticus. rum animalium cognoſceris. In hoc autem ſecundum myſticum intellectum, quòd natus eſt in Bethlehem, intelligitur, quòd eſt panis viuus: Bethlehem domus panis interpretatur. In hoc quòd in præſepio poſitus, notatur quòd eſt cibus ſimplicium et humi-
Iſa. 40. b lium, ratione carnis aſſumptæ. Omnis caro fenum, et omnis gloria eius, quaſi flos agri. In hoc, quòd in medio duorum animalium, ſignatur quòd in hoc paſtu et paſtore vniri debebant pecora duplicis ouilis. Alias oues habeo, quæ nõ ſunt ex hoc ouili, et illas
Ioan. 10.c oportet me adducere, vocem meam audient, et fiet vnum ouile, et vnus paſtor. Moraliter et ad litteram, in hoc damnauit Chriſtus lectos delicatos, contra
Amos 6.b quos: Væ vobis, qui dormitis in lectis eburneis, et laſciuitis in ſtratis veſtris. Propter defectum habitaculi ſubdit: *Quia non erat ei locus in diuerſorio.* Diuerſo-
Iſidorus li. 15. Etymo. cap. 2. rium namque ſecundum Iſidorum, dicitur eo quòd diuerſi ibi conueniant, et ſic eſt locus patens. Secundum Bedam vero, eo quòd diuerſa habeat orificia: nam eſt platea vacua inter duos vicos, habens introitum et exitum ad vtrumque, et propter intemperiem aeris ſuperius cooperta, et vbi ciues ad colloquendum venire poſſunt. Hic peperit virgo Maria, quia non habebant domum, in qua poſſent hoſpitari: ſiue quia pauperes erant, ſiue quia tarde venerant. Et quia artus erat locus, vel etiam alijs repletus, nõ habebant locum niſi artiſſimum, inter bruta ani-
Pſal.72. c malia. Vnde poterat Chriſtus dicere illud: Ego ad nihilum redactus ſum, et neſciui, vt iumentum factus ſum apud te: et ego ſemper tecum. Et verificatum eſt illud Hieremiæ: Expectatio Iſrael Saluator
Hier.14.b eius in tempore tribulationis. Quare quaſi colonus futurus es in terra, et quaſi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, vt fortis, qui non poteſt ſaluare? Tu autem in nobis es, Domine, et nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos, *et cet.* Et in hoc damnatur ædificiorum amplitudo ſecun-
Iſa. 5. b dum illud Iſaiæ: Væ qui coniungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis vſque ad terminum loci. Auguſtinus: Non erat illi, niſi anguſtia in terris,
Luc.9. g vt tu ei locum cordis tui ſibi proprium dilatares. Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet, et tu ampla palatia, et ingentes porticus metiris. Sic ergo Chriſtum paupercula mater pauperem peperit: vt nos ad paupertatem inuitaret, et ſua inopia
2.Cor.8.b ditaret, ſecundum illud: Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. Et ſecundum hanc omnimodam indigentiam dam-
Bern. to.1. ſerm.3. de Nat. Dom. nauit auaram opulentiam. Vnde Bernardus: Elegit filius Dei pauperem matrem, quæ vix pannos habebat ad inuoluendum, et præſepe ad reclinandum, locum ad reponendum, non eſt tale iudicium mundi. Aut iſte fallitur, aut mundus errat: ſed diuinam falli eſt impoſſibile ſapientiam: elegit ergo, qui non fallitur, quod carni moleſtius eſt: id ergo melius, id vtilius, id magis eligendum. Simus ergo cum Chri-
2.Cor.6. c ſto, ſicut dicitur: Sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, et omnia poſſidentes. Ex hoc inſinuatur nobis, quòd iſte erat vere Saluator mundi, qui in ſui ortus primordio, exemplum virtutis præbuit, et viam ſalutis oſtendit: habendo enim lectulum vilem, et humilem, et pauperem, iam incipiebat oſtendere, quòd mundus iſte contemnendus eſt, ſecundum tria in eo contenta. Iam incipiebat ſtatum perfectionis, exemplo monſtrare, qui conſiſtit in humilitate, auſteritate, et paupertate. Oſtendit etiam in hoc Dominus ſummæ dignationis affectum, quia non tantum paruulus, ſed pauperculus, et deſpectus pro nobis eſt factus, ita vero poſſet dicere illud: Pauper ſum ego, et in labo-
Pſal.87. d ribus a iuuentute mea.

Et paſtores erant, et cetera. Deſcripſit ſuperius Euangeliſta, qualiter Chriſti natiuitas fuit conſummata. Hic ſecundo deſcribit, qualiter fuit denunciata. Ad denunciationem autem natiuitatis Chriſti perfecte faciendam tria concurrunt. Primum eſt diſpoſitio præparans ad audiendum. Secundum, annunciatio inuitans ad exultandum, quod deſcribit ibi: *Et dixit illis Angelus*. Tertium, confirmatio certificãs ad credendum, et hoc deſcribit ibi: *Et hoc vobis ſignum*. Quantum ad primum, notandum quòd diſpoſitio præparans ad audiendum, fuit paſtorum attentio, quæ ortum habuit a duplici cauſa, ſcilicet ex proprię ſolicitudinis vigilantia, et ex Angelici luminis circumfulgentia. Quantum ad vigilantiam propriæ ſolicitudinis dicitur: *Et paſtores erant in regione eadem vigilantes* Hoc igitur ſpectat ad paſtorale officium. Vnde Iacob paſtor ouium Laban dicebat: Die noctuq. æſtu vrgebar et gelu, fugiebatq. ſomnus
Gen. 31.e ab oculis meis. Et ad maioris attentionis inſinuationem, ſubdit: *Et cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum*. Nocte enim potiſſimum vigilandum eſt propter hoſtilem incurſum repellendum luporum, ſcilicet et latronum. Per hoc autem inſinuatur ſpiritualis vigilantia, quæ debet eſſe in prælatis. Vnde: Tu vero vigila: in omnibus labora, opus fac Euan-
1.Tim.4.a geliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto. Et ideo: Obedite præpoſitis veſtris, et ſubiacete eis. Ipſi
Heb. 13.d enim peruigilant quaſi rationẽ pro animabus veſtris reddituri. Quia: Qui præeſt in ſolicitudine. Vigila-
Rom. 12.b re etiam debet quilibet contra hoſtem ſpiritualem, ſecundum illud: Conſurge, lauda in nocte in prin-
Thr. 2. f cipio vigiliarum: effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt fame in capite omnium compitorum. Vigilare etiam debet in contemplatione. In Pſalmo: Et dixi, forſitan
Pſ. 138. b tenebræ conculcabunt me, et nox illuminatio mea in delicijs meis. Et Iſaias: Anima mea deſiderauit te in
Iſa. 26. b nocte, ſed et ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Et hoc eſt, quia talis hora competit diuinę inſpirationi. Talis etiam hora conueniebat diuinæ natiuitati, ſecundum illud: Cum quie-
Sap. 18. c tum ſilentium contineret omnia, et nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus, Domine, exiliens de cælo, a regalibus ſedibus venit. Et ſignanter dicit: *Super gregem ſuum*. Secundum illud: Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſq. greges
Prou.27.d conſidera. Contra quod dicitur: O paſtor et idolum
Zac.11.d derelinquens gregem. Et Hieremias: Vbi eſt grex,
Hier.13.d qui datus eſt tibi, pecus inclytum tuum? Quid dices, cum viſitauerit te? Tu enim docuiſti eos aduerſum te: et erudiſti in caput tuum.

Quantum ad circumfulgentiam angelici luminis, ſubditur: *Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos*, et cetera. In hoc, quòd iuxta ſtetit, oſtendit familiaritatem, et humilitatem miniſterij, quo Angelus condeſcendit homini, et aſtat illi modo, vt adiutor, ſecundum illud: Conſurgit Michael, princeps magnus,
Dan.12.a qui ſtat pro filijs populi tui. Modo vt eruditor et il-
Sup.cap.1. b luminator, ſecundum illud: Apparuit ei Gabriel, ſtans a dextris altaris incenſi. Simili modo et hic. Vn-
Amb. to.3. lib.2. in 2. cap. Luca. de Ambroſius: Angelus Mariam, Angelus Ioſeph, Angelus paſtores edocet. In cuius rei ſignum ſubditur:

Digitized by Google

tur: *Et claritas Dei circumfulſit illos*, ideſt fulſit circa illos. Simile dicitur de Angelo, qui apparuit Petro: *Act.12. a* Ecce Angelus Domini aſtitit, et lumen refulſit in habitaculo, ſcilicet carceris. Ideo autem Angelus hic *Ioan. 1. b* lumen attulit, quia filius lucis fuit: et quia eum annunciare venerat, qui eſt lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et ideo nocte lumen attulit: vt ſignificetur impleri illud *Iſa.9. a* Iſaiæ: Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Ex hac autem claritate paſtores ſolicitos reddidit, propter quod ſubditur: *Et timuerunt timore magno*, ſicut et Zacharias in conſpectu Angeli: *Sup.cap.1. b* Et Zacharias turbatus eſt videns, et timor irruit ſuper eum. Et nota, quòd Angelus magis apparuit paſtoribus, quàm alij generi hominum, tum quia *Pſal. 11. c* pauperes, propter quos veniebat Chriſtus. Propter miſeriam inopum, et gemitum pauperum nũc exurgam, dicit Dominus. Bernardus: Quàm multa ho- *Bern. to.1. ſerm. 4. de* die auro et gemmis fulgent altaria, putas ad hæc di- *Nat. Dom.* uertent Angeli, et pannoſos homines declinabunt? Si ita eſt, cur magis paſtoribus ouium apparuerunt, quàm regibus terræ, quàm ſacerdotibus templi? Tũ *Prou. 3. a* etiã, quia ſimplices: Abominatio Domini eſt omnis illuſor, et cũ ſimplicibus ſermocinatio eius. Et Mat- *Mat.11.d* thæus: Abſcondiſti hæc a ſapientibus, et prudentibus, et reuelaſti ea paruulis. Tum etiam, quia vigiles: *Prou.8. b* Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilauerint *Sap.6. b. c* ad me, inuenient me. Sapientia: Sapientia præoccupat, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. Et ſequitur: Cogitare ergo de illa, ſenſus eſt conſummatus, et qui vigilauerit propter illam, cito ſecurus erit. Siue propter myſterium, vt inſinuetur, quòd doctrina veritatis debet a prælatis peruenire ad ſubditos. Vnde gloſſa: Illi præ cæteris ſublimia videre *Gloſſa.* merentur, qui fidelibus ſolicite præſunt.

Et dixit Angelus, et cetera. Hic ſecundo deſcribitur annunciatio inuitans ad exultandum. In qua præmittitur exhortatio ad fiduciam, et ad lætitiam. Et ſubditur annunciatio, exprimens lætitiæ cauſam. Exhortans igitur Angelus ad fiduciam dixit illis: *Nolite timere.* Non enim venerat Angelus nunciare rem terribilem, ſed potius deſiderabilem, ſicut et ille, qui *Mar.16.b* reſurrectionem annunciauit mulieribus: Nolite expaueſcere: in quo tribuit ſperandi fiduciam. In hoc agnoſcitur differentia inter Angelum lucis, et tenebrarum, quia bonus Angelus aſſecurat, ſed malus finaliter terret. Et quod plus eſt, inuitat ad lætitiam, propter quod addit: *Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum.* Hoc optabat Raphael, cum dicit: *Tob.5.b* Gaudium ſemper ſit tibi. Propter hoc gauiſi ſunt *Mat.2. b* Magi: Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et dicitur, *Magnum*, ad differentiam *Iob 20. a* gaudij hypocritarum, quod eſt momentaneũ. Gau- *Iob 21. b* dium hypocritæ ad inſtar puncti. Et Iob: Tenent tympanum, et citharam, et gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, et in puncto ad inferna deſcendunt. Magnum eſt etiam, quia amplum, quod notat, cum ſubdit: *Quod erit omni populo*, et hoc ad differentiam gaudij mundanorum, quod non eſt *Ioan.16. c* vniuerſale. Mundus gaudebit, vos autem contriſta- *Inf. 13. d* bimini. Contra quod dicitur infra: Et omnis populus gaudebat in vniuerſis, quæ glorioſe fiebant ab eo. Et quia nemo gaudet perfecte, niſi ex cauſa et ratione, ideo ſubditur denunciatio exprimens lætitiæ cauſam, cum dicitur: *Quia natus eſt vobis hodie Saluator:* Vobis, ideſt, ad vtilitatem veſtram, ſcilicet ho- *Iſa.9. a* minum. Paruulus enim natus eſt nobis, et filius datus eſt nobis. Et vere ad vtilitatem, quia Saluator. *Iſa. 45. c* Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael, Saluator. *Idem 19.d* Et Iſaias: Clamabunt ad Dominum a facie tribulantis, et mittet eis Saluatorem, et propugnatorem, qui *Act.4. c* liberet eos. Et vere Saluator, ſecundum illud: Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. In hoc autem inſi-

Angeli lucis, et tenebrarum differens appatitio.

A nuatur cauſa gaudendi prò natiuitate. Et orietur vobis, timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ. Nec tantum gaudendum ratione vtilitatis, verum etiam dignitatis, et ideo ſubinfertur: *Qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid.* Et ſic reparabit regnum Iſraeliticum ſecundum Illud: Super ſolium Dauid, et ſuper regnum eius ſedebit: vt confirmet illud, et corroboret in iudicio et iuſtitia, amodo et vſque in ſempiternum: Et ideo recte additur, *Dominus*, quia *1.Tim.6. c* ipſe eſt Rex regum, et Dominus dominantium. Et Apocalypſis: Habet in veſtimento, et in fœmore ſuo *Apo.19. c* ſcriptum: Rex regum, et Dominus dominantium.

B Et ideo: *in ciuitate Dauid*, ideſt, in Bethlehem, vnde ortus fuit Dauid.

Et hoc vobis ſignum. Poſt diſpoſitionem præparantem ad audiendam denunciationem inuitantem ad exultandum, ſubditur hic tertia confirmatio certificans ad credendum. Et quoniam in ore duorum teſtium ſtare debet omne verbum: ideo dupliciter cõfirmantur paſtores, per viſum, et auditum. Iſti enim duo ſenſus potiſſime nobis deſeruiunt ad cognoſcendum. Primo ergo certificantur per ſignum probabile: deinde per teſtimonium credibile. Quantum ergo ad ſigni probabilis perſuaſionem dicitur: *Et hoc*

C *vobis ſignum.* Nam ſecundum quòd dicitur: Iudæi *1.Cor.1. d* ſigna petunt. Et hoc maxime petebat propheta Dauid: Fac mecum, *inquit*, ſignum in bonum, vt vi- *Pſal. 85. d* deant qui oderunt me, et confundantur: quoniam tu Domine adiuuiſti me. Hoc ſignum petendum erat: Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo. Hoc etiam *Iſa. 7. b* promittebat: In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum *Idem 11. b* populorum, ipſum gentes deprecabuntur. *Et hoc vobis ſignum. Vobis*, inquam, pauperibus, quòd venerit pauperes liberare, ſecundum illud: Liberabit *Pſal.71. c* pauperem a potente, et pauperem, cui non erat adiutor. *Quia inuenietis infantem, pannis inuolutum*, et

D pauperem, et mendicum. Ecce Rex tuus veniet tibi *Zac.9. b* iuſtus et Saluator. Ipſe pauper, et aſcendens ſuper aſinam. Bernardus: In ſignum poſiti ſunt panni tui, *Bern. to.1.* Domine Ieſu, ſed in ſignum, cui hodie a multis cõ- *ſerm. 4. de* tradicitur. Multi enim ſunt vocati, pauci vero ele- *Nat. Dom.* cti; et ideo nec ſignati. Erit etiam vobis humilibus *Mat.20.b* ſignum, quòd venerit liberare humiles, ſecundum illud: Populum humilem ſaluum facies. In hoc, *Pſal. 17. c* quod ſubditur: *Et poſitum in præſepio.* Ecce mira humilitas, quòd Dominus cælorum inclinauit ſe vſque ad præſepe animalium brutorum. Vidimus eum, *Iſa. 53. a* et non erat aſpectus, et deſideraui mus eum: deſpectum, et nouiſſimum virorum, *etc.* Vnde in Pſalmo:

E Ego autem ſum vermis, et non homo: opprobrium *Pſal. 21. a* hominum, et abiectio plebis. Et nota, quòd paſtores erant pauperes, ſimplices, et contemptibiles. Ideo ne timerent accedere, datum eſt eis in Chriſto infantiæ ſignum, paupertatis, et humilitatis. Et in hoc ſignificatur, qualiter, et a quibus inuenitur Chriſtus. Vnde: Videte vocationem veſtrã, fratres, quia non multi ſa- *1.Cor. 1. d* pientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quę ſtulta ſunt mundi elegit Deus, *etc.* Et ideo infra: Poſitus eſt hic in ruinã, et in reſur- *Inf.eod.ca.* rectionem multorum in Iſrael, et in ſignum, cui con-

F tradicetur. Et hoc, quia per iſta ſigna non fuit cognitus a carnalibus, et ſuperbis. Vnde: Dixerunt in *Pſal.73. b* corde ſuo cognatio eorum ſimul: Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei a terra: Signa noſtra non vidimus, iam non eſt propheta, et nos non cognoſcet amplius. Et iterum poſuerunt ſigna ſua ſigna: Et non cognouerunt ſicut in exitu ſuper ſummum. Quantum vero ad teſtimonij credibilis perſuaſionẽ ſubditur: *Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo.* Facta eſt, ſcilicet ad confirmandum pariter dictum angelicum, et ad venerandum paruulum natum, ſecundũ illud: Cum iterum introducit primogenitum in or- *Heb. 1. b* bem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ſignanter dicitur: *Multitudo*, ſecundum illud:

Acceſſi-

Digitized by Google

Heb.12. f Accessistis ad Sion montem, et ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem, et multorum millium Angelorum frequentiam. *Militia cælestis.* Secundum
Iob 25. a illud Iob: Numquid est numerus militum eius? et
4.Reg. 6. c super quem non surget lumen illius? Et ideo: Nolite timere, dixit Elisæus, plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis, et hoc apparet in ortu eius, secun-
Apoc.6. a dum illud in Apocalypsi: Ecce equus albus, et qui sedebat super eũ, vocabatur fidelis, et verax. Et postea: Et exercitus, qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis. Et hæc tota multitudo ad confirmationem verbi angelici prorumpit in decãtationem cantici. Propter quod dicitur: *Laudantium Deum, et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Iob: Vbi eras cum me laudarent
Iob 38. a simul astra matutina, et iubilarent omnes filij Dei?

Gloria in excelsis Deo, et cetera. Nota quòd glorificãdus est Deus in incarnatione, quia vt dicit Daniel: In hoc opere demõstratur sublimis bonitas, sapiẽtia, potentia, et iustitia Dei. *Gloria ergo in excelsis Deo.* Pro bonitate, qua non despexit proprij plasmatis infir-
Gal. 1. d mitatem. Dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam, secundum voluntatem Dei et Patris nostri, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Pro sapientia, quia inuenit difficillimi solutionem
Rom. 11. d decentissimam. O altitudo diuitiarum sapientiæ, et scientiæ Dei. Et sequitur: Ipsi honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Pro potentia, quid enim potentius, quàm Deum
Rom. 4. d fieri hominem? Abraam confortatus est fide dans gloriam Deo plenissime sciens, quia quæcumque
Ephes.3. d promisit Deus, potens est et facere. Et item: Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus, aut intelligimus, ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Iesu in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen.

Apoc.6. d Pro iustitia, quia simile simili re saluauit. Sedenti in throno et agno, benedictio, et honor, et gloria, et potestas in sæcula sæculorum. Et ideo cantatur: Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine. Et nota, quòd gloriam Deo attribuunt, quia Dominus si-
Isa. 42. b bi illam reseruauit. Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo. Pacem ve-
Ioan.14. d ro optant nobis in terris, quia ait Dominus: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et recte di-
Isa. 57. d cit: *Bonæ voluntatis*, quia secundum illud: Non est pax impijs, dicit Dominus Deus. Et præmittit gloriam Dei paci nostræ: quia nullus pacem habere po-
Bern. to.1. test, qui nititur gloriam Dei vsurpare. Bernardus:
serm. 4. de Displicet hominibus angelica partitio, qua Deo glo-
Nat. Dom. ria, et pax hominibus nunciatur. O stulti filij Adam, qui contemnentes pacem, et gloriam appetentes, et pacem perdunt et gloriam: certe qui gloriam appe-
Iob 9. a tit, Deo resistit. Sed dicitur: Quis restitit ei, et pacem habuit? Acquiesce igitur ei, et habeto pacem: et per
Iob 22. c hæc habebis fructus optimos, sicut dicitur in Iob,
Phil. 4. b pacem scilicet pectoris, de qua dicitur: Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Iesu, *et cetera*. Et pa-
Isa. 66. d cem æternitatis, de qua Isaias: Declinabo super eam
Ps.147. a quasi fluuium pacis. Psalmus: Qui posuit fines tuos pacem, et adipe frumenti satiat te. Nota etiam, quòd pax optatur hominibus et denũciatur, quia per Chri-
Isa. 27. b stum pacificatur homo cum Deo. Faciet mihi pacẽ,
Coloss.1. c pacem faciet mihi. Pacificatur cum angelis: Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, si-
Ephes.2. c ue quæ in cælis sunt. Pacificatur cum homine: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Pacificatur
Iob 5. d in se: Scies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum.
Iosue 21. d In horum figura dicitur: Dataq. est ab eo pax in omnes per circuitum nationes. Hanc Apostolus semper
Mat.10.b optat, et Christus præcipit: Intrantes autem in domum, salutate eam dicentes: Pax huic domui.

A *Et factum est, vt discesserunt angeli*, et cetera. Postquam descripsit Euangelista, qualiter Christi natiuitas fuit consummata, et qualiter per angelos denunciata: hic iam tertio describit, qualiter per pastores fuit diuulgata: quod quidem factum est diligentia pastorali. Et hæc pastorum diligentia ab Euangelista ostenditur commendabilis in tribus. Primo, scilicet a solicitudine inquisitionis: secundo a certitudine inuentionis, ibi: *Et inuenerunt Mariam*, et cetera. Tertio vero a gratitudine deuotionis, ibi: *Et reuersi sunt.* Solicitudo autem inquisitionis in pastoribus cõmendatur a tribus, scilicet a vicissitudine exhortationis, a
B rectitudine intentionis, et a promptitudine executionis. Quantum ad vicissitudinem mutuæ exhortationis dicitur: *Et factum est, vt discesserunt ab eis angeli in calum, pastores loquebantur ad inuicem*, scilicet se mutuo cohortando, secundum illud: Videte fratres, *Heb. 3. c*
nequando sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi a Deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, *et cetera*. Et hoc recte: quia ferrum ferro acuitur, et homo exacuit faciem *Prou.27.c*
amici sui.

Quantum vero ad rectitudinem intentionis, subdit secundo: *Transeamus vsque in Bethlehem, et videa-*
C *mus hoc verbum, quod factum est*. Ideo volebant transire, vt viderent, sicut Moyses: Vadam, et videbo visio- *Exod. 3. a*
nem hanc magnam. *Et videamus hoc verbum, quod factum est*, idest, rem dignam verbo, vel certe, verbum carnem factum, secundum illud: Verbum caro fa- *Ioan. 1. b*
ctum est, et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius. *Factum*, inquam, non ab homine, sed a Deo. Vnde addit: *Quod fecit Dominus*, idest, tota Trinitas. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus: descendi- *Isa. 64. a*
sti, et a facie tua montes defluxerunt. A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus
D te. Nec tantũ fecit, sed: *et ostendit nobis*. Hoc orabat Dauid, dicens: Ostende nobis, Domine, misericor- *Psal.84. b*
diam tuam, *et cetera*. Et Dominus promittit: Osten- *Psal.90. d*
dam illi salutare meum.

Quantum autem ad promptitudinem executionis, subiungitur: *Et venerunt festinantes*. Et hoc est, quod dicitur: Da sapienti occasionem, et addetur ei sapien *Prou. 9. b*
tia. Doce iustum, et festinabit accipere. Festinantia, signum erat promptitudinis interioris, qua diuino conspectui volebant præsentari. Vidisti virum velo- *Prou. 22.d*
cem in opere suo, coram regibus stabit. Vnde dicebant intra se illud: Festinemus ergo ingredi in illam *Heb. 4. c*
E requiem, *et cetera*. Nota, quòd volenti spiritualiter Volenti
Christum inuenire, hæc tria sunt necessaria, scilicet Christũ inuenire, tria
colloqui per meditationem scripturarum. Cum sa- sunt necessaria.
pientibus et prudentibus tracta: et omnis enarratio
tua sit in præceptis Altissimi. Transire per cõtemplationem creaturarum: Surgam et circuibo ciuitatem, *Eccl. 9. d*
per vicos et plateas quæram, quẽ diligit anima mea. *Cant.3. a*
Sequitur: Paululum cum pertransissem eos, inueni
quem diligit anima mea. Transite ad me omnes, qui *Eccli.24.c*
concupiscitis me, a generationibus meis adimplemini. Festinare per gratiarum actionem: Surge amica *Cant.2. c*
mea, speciosa mea. Et post: Ostende mihi faciem
F tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua decora. Et: Pessulum ostij mei *Cant.5. b*
aperui dilecto meo, *et cetera*. Et ideo supra, de Ma- *Sup.cap.1*
ria dicitur, quòd abijt in montana cum festinatione. *Et inuenerunt Mariam*, et cetera. Hic secundo cõmen datur pastorum diligentia a certitudine inuentionis, cuius laus ex tribus colligitur: scilicet quia fuit certitudinaliter comprobata, celeriter diuulgata, et memoriter conseruata. Primo quidem fuit certitudinaliter comprobata, quia per probabilia signa et euidentia, propter quod dicitur: *Et inuenerunt Mariam, et Ioseph, et infantem positum in præsepio*. Ideo inuenerunt, quia solicite quæsiuerunt, et absque fictione. Vnde dicitur: Sentite de Domino in bonitate, et in *Sap.1. a*

Digitized by Google

simplicitate cordis: quærite illum, quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum. Et nota, quòd inuenitur cum Maria Virgine, et Ioseph viro iusto, et in præsepio, quia eum, qui vult Christum inuenire, oportet habere munditiam cordis, respectu sui: iustitiam respectu proximi: humilitatem et reuerentiam respectu Dei. Et ista sunt tria munera, quæ offerunt reges Christo infanti, et ideo ab eis voluit inueniri. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, et procidentes adorauerunt eum, et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham. In hoc etiam instruimur, si volumus Christum inuenire, prius ad Mariam debemus accedere, de ipsa enim dicitur supra: Inueniſti gratiam apud Deum. Ipsa ergo inuenit gratiam et misericordiam coram Assuero super omnes mulieres, sicut dicitur: Et ideo accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt misericordiam consequamur, et gratiam inueniamus in auxilio opportuno, et quia hoc signum datum est ab angelo, ideo subditur: *Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc*, scilicet, quòd esset verum. Vnde iam poterant dicere illud Samaritanorum ipsi angelo: Iam non propter loquelam tuam credimus, ipsi enim audiuimus, et scimus, quia hic est vere Saluator mundi. Vere cognouerunt, quia de ouibus erant illius pastoris, qui dicit: Cognosco meas, et cognoscunt me meæ. Hoc desiderabat Iob: Quis mihi tribuat, vt cognoscam, et inueniam illum, et veniam vsque ad solium eius? Non solum fuit certitudinaliter comprobata, sed et celeriter diuulgata, propterea subditur: *Et omnes, qui audierant, mirati sunt*, scilicet de paruulo nato. Et: *De his, quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos*, quæ scilicet audierant ab Angelo. Vnde de viro iusto dicitur: Et mirati sunt in illo multi, et honorificauerunt Deũ. Videbantur enim verba pastorum non contemnenda, sed admiranda. Ambrosius: Nec contemnenda putes quasi vilia verba prophetarum: a pastoribus etiam Maria fidem colligit. A pastoribus populus ad Dei reuerentiam congregatur, plebem enim Dominus simplicem requisiuit, quę phalerare audita, et fucare nesciret. Hæc ille. Mirati sunt etiam, quia paruulus non videbatur eis contemptibilis, sed admirabilis. Vnde Isaias: Paruulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius: et vocabitur nomen eius admirabile, *et cetera*. Vbique enim admirabilis Christus apparet, non solum nascens, sicut hic, sed et proficiens. Infra eodem: Et stupebant super prudentia et responsis eius. Admirabilis etiam docens. Infra: Mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius. Admirabilis tacens: Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. Admirabilis in actione: Quis putas hic est, quia et ventis, et mari imperat, et obediunt ei? Admirabilis in passione. Pilatus autem mirabatur, si iam obijsset, *et cetera*. Admirabilis in resurrectione: Petrus videns linteamina sola posita, abijt, secum mirans quod factum fuerat. Admirabilis in Ascensione: Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Admirabilis in extremo examine: Acutus inueniar in iudicio, et in conspectu potentium admirabilis ero.

Fuit tertio memoriter conseruata, vnde subditur: *Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo*. Tamquam prudens et discreta, secundum illud: Misericordia et veritas te non deserant: Circũda eas gutturi tuo, et describe in tabulis cordis tui. Et in Ecclesiastico: Qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Vnde dicitur de fatuo: Cor fatui quasi vas confractum, et omnem sapientiam non tenebit. Vnde virgo fuit arca continens diuinorum eloquiorum arcana. Et ideo per arcam Moysi designatur, de qua dicitur, quòd continebat tabulas legis diuinæ. Et quia non solum conseruabat, sed etiam intelligebat, ideo additur: *Conferens ea in corde suo*, ita vt posset dicere illud: In corde meo abscondi eloquia tua. *Et reuersi sunt pastores*, et cetera. Hic commendatur diligentia pastorum a gratitudine deuotionis. Ad hoc autem, quòd deuotio Deo sit accepta, necesse est, quòd similiter resonent, et concordent manus, mens, et lingua. Manus operando, lingua laudando, mens rectificando. Laudabilis ergo erat pastorum deuotio propter debitam operationem, propter quod dicitur: *Et reuersi sunt pastores*, scilicet ad custodiam gregis commissi. In quo erudiuntur deuoti, vt post contemplationem Saluatoris reuertantur ad exercitium actionis. Animalia ibant, et reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Et infra: Redi in domum tuam, et narra, quanta fecit tibi Deus. Huius figura habetur in Iosue: Reuersi sunt, et descenderunt exploratores de monte, et transmisso Iordane, venerunt ad Iosue. In quo signatur, quòd tempore tentationis reuertendum est ad orationem, et postmodum redeundum est ad actionem. Laudabilis etiam fuit propter debitam gratiarum actionem, ratione cuius subditur: *Glorificantes, et laudantes Deum*. Glorificãtes Dominum, quantumcunque potueritis, superualebit adhuc, et admirabilis magnificẽtia eius. Benedicentes Dominum, exaltate illum, quantum potestis, maior enim est omni laude. Contrarium dicitur de sapientibus mundanis: Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerũt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum, *et cetera*. Et ideo qui non vult excæcari, necesse habet Deo de beneficijs suis regratiari. Ideo dicitur: Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, gratias agentes Deo. Fuit etiam laudabilis propter debitam recognitionem, ratione cuius subiungitur: *In omnibus, quæ audierant, et viderant, sicut dictum est ad illos*. Vnde poterant dicere illud Psalmi: Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Dei nostri. Tunc verificatum est istud Psalmi: Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis siluæ. Et nota, quòd dicitur: *In omnibus, quæ audierant, et viderant*. In quo ostenditur plenitudo gratitudinis. Impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo et Patri. Et nota ordinem, quo dicit: *In omnibus, quæ audierant*, et cetera. Quia secundum aliam litteram, Nisi credideritis, non intelligetis, sed fides ex auditu. In intelligentia autem ex visu: Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Iob: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.

Et postquam consummati, et cetera. Supra descripsit Euangelista veritatem natiuitatis Christi, per quam ostenditur, qualiter Christus factus est de muliere: hic secundo describitur humilitas Christi nascentis: per quam declaratur, qualiter factus est sub lege. Quoniam autem legis præcepta sunt in triplici differentia, quædam sunt sacramentalia, quædam cæremonialia, et quædam moralia: ideo hæc pars habet tres. In quarum prima ostenditur, qualiter Christus factus est sub lege sacramentali in circumcisione. In secunda vero, qualiter factus est sub lege cæremoniali in sui oblatione, ibi: *Et postquam impleti sunt*, et cetera. In tertia, qualiter factus est sub lege morali in Dei honoratione, ibi: *Puer autem crescebat*, et cetera. Quantum ad primum notandum, quòd omnis, qui se humiliat, exaltabitur: Ideo præmittitur humiliatio secundum legis præceptum, cum dicitur: *Et postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer*, et cetera. Ita enim erat præceptum: Infans octo dierum

Que habere debeat, qui velit Christum inuenire.

Deuotio Deo accepta.

Mat. 2. b
Sup. c. 1. d
Esther 2. c
Ioan. 4. f
Ioan. 10. c
Iob 23. a
Eccli. 11. b
Ambr. to. 3. lib. 2. in 2. c. Luc.
Isa. 9. a. b
Christus in omnib⁹ admirandus atque stupendus.
Inf. eod. g
Inf. c. 4. d
Mar. 15. d
Inf. 8.
Mar. 15. d
Inf. c. vlt.
Psal. 8. a
Sap. 8. b
Prou. 3. a
Eccli. 50. a
Eccli. 21. c
Hebr. 9. a
Ps. 118.
Exec. 1. e
Inf. c. 8. f
Iosue 2. d
Eccli. 43. d
Rom. 1. c
Coloss. 3. d
Psal. 47. b
Ps. 131. b
Ephes. 5. a
Isa. 7. b
Rom. 10. c
Inf. c. 10. a
Iob vlt. a
Gen. 17. b

Digitized by Google

tum circumcidetur in vobis. Et recte dicuntur dies isti consummati, propter perfectionem humilitatis, et inchoationem nostræ salutis. Cum consummauerit homo, scilicet octo dies, tunc incipiet nos scilicet liberare. Iam enim octaua die incipiebat pro nobis sanguinem suum fundere. Bernardus: Audiuimus congruam lectionem de verbo abbreuiato. Abbreuiatum est in carne, amplius abbreuiabitur carnis susceptа circumcisione. Et post: Quem nemo potest arguere de peccato, ipse peccati remedium sustinet humile pariter, et austerum. Voluit autem Dominus circumcidi, tum propter legis approbationem, et impletionem, de qua dicit: Non veni legem soluere, sed adimplere: tum etiam propter humanitatis, ac humilitatis ostensionem. Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Alia littera, vias latronis. Bernardus: Qui sine peccato est, non dedignatur peccator reputari, immo latronis cauterio est signatus. Tumetiam propter spiritualis circumcisionis introductionem. Circumcidimini Domino, et auferte præputia cordium vestrorum, viri Iuda. Tum etiam propter conformitatis, et concordiæ commendationem. Debuit per omnia fratribus similari. Bernardus: Amator communitatis, et commendator Iesus quo modo illam desereret?

Deinde additur clarificatio propter nomen impositum, cum subditur: *Vocatum est nomen eius Iesus*, ideſt Saluator, vt scilicet ipso nomine scias, quòd non accepit circumcisionem propter necessitatem sui curationis, sed propter dispensationem nostrę salutis. Ipse erit Saluator meus. Hoc autem est nomen dignum omni veneratione. Humiliauit semetipsum, *et cetera*. Propter quod et Deus exaltauit illum, et donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Hoc autem nomen competit ipsi Christo vere et proprie. Vere secundum illud: Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Proprie, secundum illud: Non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

Postremo subditur impositi nominis approbatio per præconium angelicum, cum subditur: *Quod vocatum est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur*. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit. Et Ecclesiastes: Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius, et scitur, quòd homo sit. Et hoc quidem factum est nunc. Vocabis nomen eius Iesum. Hoc vero nomen diuinum et angelicum, quod desiderat Sponsa in canticis: Oleum effusum nomen tuum. Aridus est omnis cibus animæ, si non isto oleo infundatur. Insipidus est, si non hoc sale condiatur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum. Si disputes aut conferas, non sapit, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Et ideo dicitur: Nomen tuum, et memoriale tuum, in desiderio animæ.

Interpretatio spiritualis.

Spiritualiter nota, quòd per octo dies intelliguntur octo ætates: quarum sex sunt in decursu mundi, secundum sex distinctiones notabiles, septima inquiete aliarum, quæ currit simul cum sexta, et non habet vesperam, octaua in resurrectione, in qua fit circumcisio ab omni culpa et miseria. Et ideo circũcisio fiebat in octauo die ad illius circumcisionis designationem. Secundum tropologiam autem, et allegoriam simul, intelligitur per septem dies, virtus spiritus septiformis, et octauus est perseuerantia finalis, quæ numquam deficit. Prima ergo pertinet ad lucem fidei, quia prima die facta est lux. Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, et crescit vsque ad perfectam diem. Secũda vero ad firmitatem spei, in qua factum fuit firmamentum. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositã spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, *et cetera*. Tertia ad viriditatem charitatis, quando terra germinat. Iusti, quasi virens folium, germinabunt. Gregorius: Non habet aliquid viriditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis. Quarta ad luminosam discretionem prudentiæ, quæ viget in virili ætate. Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuę, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, et appropinquent anni, de quibus dicas: non mihi placent. Lucetis sicut luminaria in mundo. Quinta ad fortitudinem potentiæ, quæ probatur in aquis tribulationis. Saluũ me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam. Misit de summo, et accepit me, et assumpsit me de aquis multis. Sexta ad rectitudinem iustitiæ, propter seueritatem respectu bestialium motuum: et pietatem, respectu hominũ: Scies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum, et visitans speciem tuam, non peccabis. Septima ad sanctificationem temperantiæ: Vade ad populum, et sanctifica illos hodie, et cras: lauentq. vestimẽta sua. Et in Exodo: Memento, vt diem sabbati sanctifices. Octaua ad consummationem finalis perseuerantiæ: Erunt feriæ tabernaculorum septem diebus. Octauus dies erit celeberrimus, atque sanctissimus: quia erit de transitu huius vitæ ad gloriam supernam. Vnde etiam: Domine, ne in furore tuo arguas me, intitulatur Psalmus pro octaua.

Et postquam impleti sunt, et cetera. Hic ostẽdit Euangelista, qualiter Christus factus sit sub lege cæremoniali, et habet hæc pars tres partes. In prima præmittitur Christi humiliatio secundum legis præceptum. In secunda vero subditur Christi clarificatio per veritatis testimonium, ibi: *Et ecce homo erat in Hierusalem*, et cetera. In tertia consummatio prædictorum, ibi: *Et cum perfecissent omnia*, et cetera. Circa primum, scilicet Christi humiliationem, quattuor sunt considerandа, quæ tangit Euangelista: describit enim Christi oblationem, quantum ad tempus statutum, quantum ad locum designatum, quantum ad mandatum scriptum, et quantum ad pretium oblatum.

Primo igitur, quantum ad tempus statutum dicitur: *Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi*, ideſt quadraginta dierum: Mulier si susceperit semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, *et cetera*. Ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. In hoc autem, quod dicit: Si, susceperit semine, pepererit, ostenditur, quòd beata virgo non fuit illi legi necessitate subiecta, sed humilitate obediens. Bernardus: Putas dicturus Moyses, mulierẽ, quæ peperisset masculum, immundam esse, non timuerit super matrem Dei blasphemiæ crimen incurrere, et idcirco præmiserit, susceperit semine? Et post: Vere o beata Virgo, non habes causam, nec tibi opus est purificatione: sed numquid filio tuo opus erat circumcisione? Vnde potest dici, quod dixit Assuerus: Non propter te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

Secundo, quantum ad locum designatum, subditur: *Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino*. Is enim erat locus electus ad diuinum cultum. Elegi Hierusalem, vt sit nomen meum in ea. Et in hoc loco partus debebat Deo præsentari. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit.

Tertio, quantum ad mandatum scriptum, subditur: *Sicut scriptum est in lege Domini, quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur*. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Israel, tam de hominibus, quàm de iumentis, *et cetera*. Sed secundum illud, non videtur conuenire Virgini Mariæ, quæ est porta clausa ante partum, post partum, et in partu. Et ideo potest dici, sicut supra dictum est de lege purificationis: vel certe adapertio vuluæ intelligitur, quantum ad fecundationem, non quantum ad clausstri apertionem.

Eccli. 18. a — *Bern. to. 1. serm. 1. de Circumcis. Dom. in princ.* — *Mat.* 5. b — *Psal.* 16. a — *Bern. ibid. vt supra. et serm.* 3. — *Hier.* 4. a — *Heb.* 2. d — *Ioh* 13. c — *Phil.* 2. b — *Mat.* 1. d — *Act.* 4. b — *Isa.* 62. a — *Eccls* 6. d — *Sup. c.* 1. d — *Cant.* 1. d — *Bern. to. 1. serm. 15. super Cantic. post med.* — *Isa.* 26. b — *Prou.* 4. c — *Heb.* 6. d — *Prou.* 11. d — *Gregor. homil. 27. in Euang.* — *Eccls* 12. a — *Phil.* 2. b — *Psal.* 17. b — *Ioh* 5. d — *Exod.* 19. b — *Exo.* 20. b — *Leu.* 23. c — *Psal.* 6. a — *Leu.* 12. a — *Bern. to. 1. serm. 3. de Purificatione in prin.* — *Esther* 15. c — 2. *Par.* 6. a — *Deut.* 16. c — *Exo.* 13. a

Digitized by Google

Gen.29. d Aperuit Dominus vuluam Lię, ſorore ſterili permanente. Et: Exprobrabat æmula Annæ, quòd concluſiſſet Dominus vuluam eius, quia ſterilis erat.

1.Reg. 1. b

Quarto, quantum ad pretium oblatum, additur: *Et vt darent hoſtiã ſecundum quòd dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum*. Hæc

Leu.12. d enim erat oblatio pauperum. Quod ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum: ſumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum, et alterum pro peccato: orabitq. pro eo ſacerdos, et ſic mundabitur. Ecce mira paupertas in parentibus Chriſti, qui agnũ non habebãt. Et nota, quòd ſub diſiunctione ponit vtramque B oblationem, vt oſtendatur vtraque Domino conuenire. Per columbam igitur, intelligitur vita actiua, ſed per turturem ſoliuagum, contemplatiua, quarum vtraque reddit hominem Deo acceptabilem, ſicut dicit Beda. Et nota tres oblationes circa hoſtiam noſtram, quæ eſt Dominus Ieſus. Prima eſt oblatio ipſius a parentibus, quæ inuitat ad humilitatem. Secunda eſt oblatio auium pro ipſo, quæ nos inuitat ad paupertatem. Tertia eſt oblatio in cruce pro omnibus, quæ nos inuitat ad pietatem. De primis duabus habetur hic: de tertia Iſaias: Oblatus eſt, quia ipſe voluit: et non aperuit os ſuum, *et cetera*. C

Ter Chriſtus oblatus legitur.

Iſa.53. b

Spiritualiter autem notanda ſunt tria, ſcilicet, myſterium purgationis Mariæ, ſacramentum delationis dominicæ, ſignificantia oblationis factæ. Quantum ad primum, nota quòd Maria, quæ interpretatur ſtella maris, vel amarum mare, deſignat animã, ſiue ſit in lumine vitæ contemplatiuæ, ſiue in amaritudine vitæ actiuæ, et vtrique neceſſaria eſt purgatio. Animæ namque contemplatiuæ neceſſe eſt purgari a ſuperbia, quod quidem fit per timorem: Cum ſublatus fuerit, ſcilicet Behemoth, timebunt Angeli, et territi purgabuntur. Animæ actiuæ neceſſaria eſt purgatio a negligentia, quæ fit per rigorem et laborem. De negligentia tua purga te cum paucis. Quantum ad ſacramentum delationis dominicæ, notandum, quòd legimus puerum Ieſum delatum in Hieruſalem: legimus etiam delatum in Aegyptum. In quo aperitur nobis, quòd proles mentis noſtræ, quæ eſt intelligentia, modo eleuanda eſt ad contemplationem æternorum, quę per Hieruſalem deſignatur: Hieruſalem enim interpretatur viſio pacis: modo reprimenda eſt ad conſiderationem defectuum noſtrorum, qui per Aegyptum deſignantur. Aegyptus enim interpretatur, tenebræ. Et hoc eſt, quod dicit in Pſalmo: Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Et Iob: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, *et cetera*.

MARIA, ſtella maris

Iob.41. c

Eccli.7. d

Mat.2. e

Hieruſalem quid.

Ægyptus.

Pſal. 17.

Iob 42. *a*

Quantum ad ſignificantiã oblationis nota, quòd oblatio indeterminate intelligitur de turture, et columba, vtraque enim auis gemitum habet pro cãtu: ſed gemitus turturis competit contemplatiuis, Et hic geminatur, vnde dicitur; *par turturum*. Primus gemitus eſt amoris. Nos ipſi primitias ſpiritus habentes, et ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis noſtri. Secundus eſt deuotionis: Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe ſpiritu poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et: Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Gemitus autem columbæ, competit actiuis: et hic etiam eſt duplex. Vnus pro peccatis proprijs: Afflictus et humiliatus ſum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. Iſaias: Rugiemus quaſi vrſi omnes, et quaſi columbę meditantes, gememus. Secundus gemitus eſt pro peccatis alienis: Omnes portæ eius deſtructæ, ſacerdotes eius gementes, virgines eius ſqualidæ, et ipſa oppreſſa amaritudine. Naum: Miles captiuus abductus eſt: et ancillæ eius minabantur, gementes, vt columbæ, murmurantes in cordibus ſuis. In hac ergo purgatione, delatione, et oblatione ſignificatur, quòd qui purgatus eſt a ſuperbia, et negligentia, diſpoſitus eſt, vt aſcendat ad contemplationem Dei, et deſcendat ad conſiderationem ſui, et ſurſum aſcendẽs, gemat ex amore, et deuotione: et deorſum rediens, gemat ex contritione et compaſſione: et in his conſiſtit perfectio animæ ſanctæ, et Deo deuotæ. A

Gemitus turturis.

Rom. 8. *d*

Ibidem.

Cant. 2. *c*

Gemitus columbæ.

Pſ. 37.

Iſa. 59. *c*

Thr. 1. *b*

*Naum.*2. *b*

Et ecce homo erat in Hieruſalem. Poſtquam deſcripta eſt Chriſti humilitas ſecũdum legis præceptum: hic ſecundo deſcribitur eius clarificatio per veritatis teſtimoniũ. Et quoniam teſtimonium ad hoc, quòd ſit firmum, debet procedere ex ore plurium, ideo introducitur teſtimonium duorum ſexuum, ſcilicet virilis et muliebris, vtrumque tamen authenticum: quia vtrumque propheticum, et vtrumque fide dignum, propter merita ſanctitatis. Et præmittitur teſtimonium viri, tamquam dignioris, et ſubditur teſtimonium mulieris, tamquam inferioris, et hoc ibi: *Et erat Anna prophetiſſa*. Circa Simeonis teſtimonium tria introducuntur. Primum teſtificantis meritum ſolidans ad credendum: ſecundum eſt teſtificantis præconium, eleuans ad admirandum. Et hoc ibi: *Et benedixit Dominum, et ait*. Tertium eſt præconij temperamentum, inclinans ad compatiendum, ibi: *Et benedixit illis Simeon*. Quantum ad primum nota, quòd perfectio meriti Simeonis in duobus explicatur, ſcilicet in habitu virtutis, et ſpiritu veritatis, ibi: *Et reſponſum acceperat*. Et hæc duo reddunt hominem in ſanctitate perfectum. Habitus autem, ſeu vſus virtutis conſiſtit in tribus perfecte, ſcilicet in fama, vita, et gratia. Primum eſt ab extra: ſecundum ab intra: tertium a ſupra. Quantum ad famam dicitur: *Et ecce, homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeon*: quæ ſcilicet ciuitas erat regalis et ſacerdotalis, vbi potiſſime vigebat cultus Dei, ſecundum obſeruantiam legis, vnde ſancta dicitur: Ex quo datur intelligi, quòd magnæ honeſtatis erat homo, qui in tali ciuitate habebat famam. Et hoc deſignat Euangeliſta, ipſum nomẽ eius explicando, vnde ſibi poteſt competere illud: In medio Eccleſiæ aperuit os eius, et adimplebit illum Dominus ſpiritu ſapientiæ. Et poſt ſubditur: Et nomine æterno hereditabit illum. Vnde recte iſte deſignatur per Simonem filium Oniæ, de quo: Simon Onię filius, ſacerdos magnus. Et poſt ſubditur, quibuſdam interpoſitis: Circa illum corona fratrum, et quaſi plantatio cedri in monte Libano. Quantum ad vitam ſubditur: *Et homo iſte iuſtus*. Vbi oſtenditur perfecte ordinatus in vita, quantum ad eligenda. Iuſtitia namque eſt rectitudo voluntatis, quæ facit hominem per rectam viam incedere, propter quod dicitur: Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, et oſtendit illi regnum Dei, *et cetera*. Et hic maxime iuuat recta intentio. Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius. Et iterum: Simplicitas iuſtorum diriget eos. Et quantum ad fugienda: Ideo ſequitur: *Et timoratus*. Timor enim expellit peccatum. Pet timorem Domini declinat omnis a malo. Iob: Vir erat in terra Hus, nomine Iob: et erat vir ille ſimplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo. Et quantum ad expectanda, vnde addit: *Expectans conſolationem Iſrael*. Secundum illud: Salutare tuum expectabo Domine. Et Iudith: Expectemus humiles conſolationem eius. Vnde ſibi maxime dicebat Spiritus ſanctus illud: Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, et non tardabit. Quantum ad gratiam ſubditur: *Et Spiritus ſanctus erat in eo*, ſcilicet per gratiam et charitatem, ſecundum illud: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Et: Qui manet in charitate, in Deo manet. Vnde de ipſo poterat dici illud, quod dicitur de Stephano, quòd erat plenus fide et Spiritu ſancto. De quo: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. B C D E F

Habitus virtutis.

Timor.

Et re-

Sap. 10. *c*

*Prou.*11. *a*

*Prou.*15. *d*

Iob 1. *a*

Gen. 49. *c*

Iudith 8. *c*

Abac. 2. *a*

Rom. 5. *a*

1. *Ioan.*4. *c*

*Act.*6. *b*

1. *Cor.*16. *d*

*Eccl.*15. *a*

Eccl. 50. *a b*

Digitized by Google

Et responſum acceperat. Hic ſecundo commendatur a ſpiritu veritatis, vt inducente ad expectandum ex diuino reſponſo: quantum ad hoc dicit: *Et responſum acceperat a Spiritu ſancto*, ſcilicet per reuelationẽ.

Iſa. 30. d Ad vocem clamoris tui ſtatim, vt audierit, reſpondebit tibi. Reſponſum acceperat conſolatorium, ſecũ-

Zac. 1. c dum illud: Reſpondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria. Et propterea ſubditur: *Non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini*. Vnde poterat dicere cum Iob:

Iob 19. d In carne mea videbo Deum: ita quòd determinatio in carne reſpiciat videntem et viſum. Et etiam cum

Pſal. 117. propheta poterat cantare: Non moriar, ſed viuam.

1. Cor. 2. c Poterat etiam dicere cum Apoſtolo: Nos ſpiritum huius mundi non accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ a Deo donata ſunt nobis.

Secundo commendatur a ſpiritu veritatis, vt deducente ad occurrendum in templo: quantum ad illud dicitur: *Et venit in ſpiritu in templum*. Venit itaque tamquam Spiritu ſancto ductore. Quicunque

Rom. 8. c ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Venit itaque ad obſequendum, et venerandum Dominum, vt

Pſal. 5. poſſet dicere illud: Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Et

Pſ. 135. iterum: Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius. Poſtremo commendatur a ſpiritu veritatis, vt perducente ad comprehendendum cum gaudio. Et hoc, cum dicitur: *Et cum inducerent puerum Ieſum parentes eius*,

Mal. 3. a ſcilicet in templum, ſecundum illud: Statim veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quæritis, *et cetera*. [*Inducerent*, inquam, *vt facerent ſecundum*

Phil. 2. b *conſuetudinem legis pro eo*. Quia ſicut dicitur: In ſimilitudinem hominum factus eſt, et habitu inuentus, vt homo. *Et ipſe accepit eum in vlnas ſuas*. Ecce deuotio ſenis ad comprehendendum paruulum, qua Chriſto expoſuit ſe totum, vt poſſet dicere illud ſpõ-

Can. 1. a ſæ: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Volebat enim implere il-

Cant. 8. b lud: Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Immo ſuper duo brachia tua, vt oſtendat, quòd fortiter comprehen-

Cant. 3. b dendus eſt. Inueni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Oſtendit etiam, quòd vtraque manu, et tota virtute noſtra debemus Domino famulari. Sicut illi, qui vna manu pugnabant, et alia

Nehe. 4. c faciebant opus. Non ſicut illi, qui imponunt onera grauia et importabilia, digito autem ſuo nolunt

Mat. 23. a ea mouere.

Et benedixit Deum, et dixit. Poſt ſanctitatis meritũ, ſubditur hic veritatis præconium, eleuans ad admirandum. Vnde in admiratione concluditur, cum dicitur: *Et erant mirantes pra magnitudine*, ſcilicet præconij. Huius autem præconij excellentia colligitur ex tribus, ſcilicet ex præambula benedictione, ex deuota Chriſti laude et magnitudine, ibi: *Nunc dimittis*, in cantico Simeonis. Et ex parentum admiratione, ibi: *Et erant pater eius, et mater*. Præmittitur ergo dicta benedictio, cum dicitur: *Et benedixit Deum*, ideſt, benedicendo, gratias egit, ita vt diceret cum

Pſal. 102. Pſalmo: Benedic anima mea Domino: et omnia

2. Mach. 10. g quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. In hymnis et confeſſionibus benedicebant Dominum, qui magna

Eccli. 32. c fecit in Iſrael. Et in Eccleſiaſtico: Benedicito Dominum, qui fecit te, et inebriantem te ab omnibus bonis ſuis.

Nunc dimittis, et cetera. Hic ſubditur deuota Chriſti magnificatio, facta a Simeone, impleto Spiritu ſancto. Et primo in hoc cantico præmittitur ſpiritualis conſolatio ſenis. Secundo ſubditur ſublimis commendatio infantis, ibi: *Quia viderunt oculi mei*. Oſtendit igitur Simeon ſenex, ſe conſolatum in preſentia Chriſti ex ratione triplici. Propter dignationem maieſtatis, propter quam dicit: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine*. Quia Dominus venerat ad ſeruum. Quid cauſæ eſt, vt veniat Dominus Rex ad

2. Re. 24. a ſeruum ſuum? Quid eſt homo, quia innotuiſti ei: aut

Pſal. 143. filius hominis, quia reputas eum? Propter impletionem veritatis, propter quam dicit: *Secundum verbum tuum*. Verbum, ſcilicet promiſſum. Ver-

Iſa. 55. c bum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum. Et ideo illud dicere poterat: Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine, ſe-

Pſal. 114. cundum verbum tuum. Propter adeptionem tranquillitatis, propter quam dicit: *In pace*. Iam enim aduenientе illo, qui dicit: In me pacem habebitis.

Ioan. 16. d Iuſtus dicebat ſe in pace mori. Iam pro vera conſolatione poterat dicere illud, quod dixit Iacob ad Ioſeph: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, et

Gen. 46. d ſuperſtitem te relinquo. Et hoc petebat Tobias: Et

Tob. 3. a nunc Domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum, et præcipe in pace recipi ſpiritum meum. Hoc iam præſtiterat ipſi Simeoni, ſicut promiſerat. Vnde poterat dicere illud: In pace in idipſum dormiam,

Pſal. 4. et requieſcam. Quia nihil aliud expectabat.

Quia viderunt oculi mei, et cetera. Hic ſecundo additur Chriſti magnificatio ſecundum triplicem excellentiam pietatis, ſapientiæ, et maieſtatis. Ex pietate, et clementia venit ſalus. Ex ſapientia fulget lux. Ex maieſtate gloria et laus. Salus ſcilicet omnibus populis: lux gentibus: gloria Iſraelitis. Quantum ad ſalutem clementiæ, dicitur: *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum*. Vnde poterat dici Simeoni illud: Videbis faciem eius in iubilo. Et Baruch: Poſt

Iob 8. d hæc in terris viſus eſt, et cum hominibus conuerſa-

Barus 3. d tus eſt. Hæc autem ſalus non erat particularis, ſed vniuerſalis. Et ideo ſubdit: *Quod paraſti ante faciem omnium populorum*. Secundum illud Iſaiæ: Videbunt

Iſa. 52. c omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Iam verificatum videbant illud: Notum fecit Dominus ſalutare

Pſal. 97. ſuum in conſpectu gentium. Sequitur: *Viderunt omnes fines terra ſalutare Dei noſtri*. Iſaias: Parum eſt, vt

Iſa. 49. b ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, et fæces Iſrael conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Et quantum ad lucem ſapientiæ, propter quod addit: *Lumen ad reuelationem gentium*. Habitantibus in regione vmbræ

Iſa. 9. a mortis, lux orta eſt eis. Et hoc lumen gentibus reuelauit gloriam Dei. Reuelabitur gloria Domini, et vi-

Iſa. 40. a debit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt. Ipſe reuelat profunda, et abſcondita, et nouit in

Dan. 2. d tenebris conſtituta: et lux cum eo eſt. Quantum ad ſublimitatem gloriæ ſubditur: *Et gloriam plebis tua Iſrael*. Quia de Iſrael natus eſt ſecundum carnem. Erit germen Domini in magnificentia, et gloria, et

Iſa. 4. a fructus terræ ſublimis, et exultatio his, qui ſaluati fuerunt de Iſrael. Et tunc impletum eſt illud, quod dicitur: Iudęis noua lux oriri viſa eſt, gaudium, et ho-

Eſther 8. d nor, et tripudium. Magnificatur ergo Chriſtus ſub ratione ſalutis omnium, lucis gentium, et gloriæ Iudæorum. Primum clementiam, ſecundum ſapientiam, tertium vero potentiam manifeſtat ſub ratione pacis, ex conſolatione ſenis. Vnde laudatur in hoc cantico vt pax, vt ſalus, vt lux, vt gloria. Pax eſt, quia Mediator: ſalus, quia Redemptor: lux, quia Doctor: gloria, quia Præmiator. Et in his quattuor conſiſtit perfecta Chriſti commendatio, et magnificentia. Immo totius Euangelicæ hiſtoriæ quædam breuiſſima comprehenſio, quantum ad incarnationem in pace, prædicationem in luce, redemptionem in ſalute, reſurrectionem in gloria. Et quia canticum illud ſic continet laudis Chriſti plenitudinem, et ſenis mortis conſolationem: ideo ſub ſero diei cantatur in completorio. Vnde iſta tria Cantica ſunt ordinata, Mariæ, Zachariæ, et Simeonis, in Eccleſia decantanda, primum veſperi, ſecundum mane, tertium ſero, quia ſequens incipit, vbi terminatur præcedens. Significatur etiam in hoc, quòd

Canticũ Simeonis cur canitur in cõpletorio.

de in-

de incarnatione omnis status debet laudare Deum, scilicet virginum, coniugatorum, et viduarum, contemplatiuorum, prelatorum, actiuorum: laici, clerici, et religiosi, qui etiam Domino debent esse cõsecrati.

Et erant pater eius, et mater, et cetera. Hic tertio subditur ex hoc consurgens parentũ admiratio, cum subditur: *Et erant pater eius et mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo*, scilicet super quattuor prædictis. Nam Christus admirabilis est, secundum quòd *Esther 15. d* Mediator: Valde mirabilis es, Domine, et facies tua plena est gratiarum. Admirabilis etiam secundum quòd Saluator in clementia, propter quod in psal- *Psal. 67. d* mo dicitur: Mirabilis Deus in sanctis suis. Quoniã *Sap. 4. c* gratia et misericordia in sanctos eius, et respectus in *Psal. 92. a* electos illius. Admirabilis secundum quòd Doctor in sapientia: Mirabilis in altis Dominus. Et in Exo- *Exo. 15. b* do: Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate? terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia. Et ideo non est mirum, si pater putatiuus, et mater vera mirabantur super his, quæ dicebantur.

Et benedixit illis Simeon, et cetera. Post testificantis meritum, et testificationis præconium, subiungitur hic tertio præconij temperamentum, humilians ad compatiendum, vnde in compassione terminatur. *Psal. 74. b* Etenim calix in manu Domini, vini meri plenus mixto. Ideo post Christi dignitatem subiungit infirmitatem. In hoc autem temperamento, primo præmittitur propheticæ benedictionis solatium. Deinde additur dominicæ passionis mysterium. Tertio subiungitur maternæ compassionis martyrium.

Cur Simeõ parentibus Iesu benedixerit.

Quantum ad solatium benedictionis propheticæ præmittitur: *Et benedixit illis Simeon*, ideſt, benedictos prædicauit: Mariam, quia concepit: et Ioseph, quia educauit. Vnde poterat eis dicere illud Dauidi- *Ps. 113. d* cum: Benedicti vos a Domino, qui fecit cælum, et terram. Benedicuntur enim parentes in filio, et pro *1. Reg. 2. d* filio, secundum illud: Benedixit Heli Elcanæ, et vxori eius, scilicet pro Samuele optimo puero. Nota, quòd præmittitur hic benedictio tum ad consolationem, tum ad confortationem, tum etiam ad commendationem, ne passio prædicenda turbet, ne terreat, ne credatur culpa proximorum parentum esse in causa. Vel ideo benedixit, vt signaret, quòd *Gen. 12. a* in illo impletæ sunt benedictiones patrum. Benedicam benedicentibus tibi. Vel ideo, vt insinuet per passionem Christi, nos ab omni maledicto liberatos. *Gal. 3. b* Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

Quantum ad mysterium dominicæ passionis, additur: *Et dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel.* *Ioan. 9. g* Et hoc diuino iudicio. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: et qui vident, *Isa. 8. c* cæci fiant. Et erit vobis Dominus in sanctificationem. In lapidem autem offensionis, et in petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum, et in ruinam habitantibus Hierusalem. Et ideo dicitur posi- *1. Pet. 2. b* tus, scilicet diuino iudicio. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem, lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est lapis offensionis, et scandali, his, qui offendunt verbo. Et hoc pro cul- *2. Cor. 2. d* pa ipsorum. Simile dicitur de Apostolis: Christi bonus odor sumus Deo: alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam. Et ratio huius est contradictio erroris, propter quod additur: *Thr. 3. b* *Et in signum, cui contradicetur*. Tetendit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam. Hoc dicitur *Heb. 12. a* propter contradicentes: Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem. Et ista contradictio fuit occasio ruinæ, *Isa. 41. c* et causa in multis: Peribunt viri, qui contradicunt ti- *Eccli. 4. d* bi. Et ideo dicitur: Non contradicas verbo veritatis vllo modo.

Quantum ad martyrium maternæ compassionis, dicitur: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius*, id est tui ipsius gladius compassionis. Vnde ipsi competit illud: Ferrum pertransijt animam eius. Dolores, *Ps. 104. b* quos pariens effugit, tempore passionis sustinuit. Vnde Bernardus: Dum perforatur lancea ille tuus Iesus, *Bern. to. 1. serm. de B. Virg. circa finem.* omniũ quidem, sed specialiter tuus, tuam ipsius animam mundam gladius pertransiuit, quia iam ille expirauerat, vnde te plusquam martyrem prædicamus. Et Hieronymus: Quia mente passa est, plusquam *Hieron. ad Paulam. et Eustoch. to. 9. epist. 20. post med.* martyr fuit. Vnde, quia ipsa veraciter diligebat, ex affectu intimo vehemẽter compatiebatur. Alij vero, qui corde non diligebant, exultabant. Et ideo additur: *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*. Vt, est hic consecutum, quia hoc consecutum est ad passionem Christi, quia videlicet Iudæorum carnalium et hypocritãrum, fuit cordis iniquitas reuelata. Cum *Osea 7. a* sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, et malitia Samariæ. *Mat. 10. c* Quia, sicut dicitur, nihil est opertum, quod non reueletur: et occultum, quod non sciatur. Hoc autem maxime erit in iudicio. Nolite *1. Cor. 4. a* ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, *et cetera*. Nota spiritualiter, quòd ex consideratione passionis Christi debet triplex gladius spiritualis animam pertransire. Primus gladius est discretionis rectæ fidei: Et gladium spiritus, quod est verbũ Dei. Secundus gladius est discretionis seueri iudicij: De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. Tertius est gladius diuisionis humani desiderij: Non veni pacem mittere, sed gladium. Pertransit autem animas primus gladius per veram fidem: Viuus est sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, *et cetera*. Secundus per rigorem pœnitentię: Gladij ancipites in manibus eorum. Tertius per ardorem beneuolentiæ: En lectulum Salomonis: Et post: Omnes tenentes gladios. Alius est gladius spiritualis etiam triplex, sed pessimus. Primus est gladius rancoris: Arripuit Saul gladiũ suum, *1. Reg. 31. b* et irruit super eum. Secundus, detractionis: Filij homi- *Psal. 56. a* num, dentes eorum arma et sagittæ: et lingua eorum gladius acutus. Tertius, hæresis, qui est diuisio ab vnitate fidei, sub metaphora meretricis: Nouissima il- *Prou. 5. a* lius amara, quasi absynthium: et lingua eius acuta, quasi gladius biceps. Et in Psalmo: Gladium euagi- *Psal. 36. b* nauerunt peccatores. Sequitur: Vt trucident rectos corde. Primus gladius spiritualis est emendus: Qui *Luc. 22. d* non habet, vendat tunicam suam, et emat gladium. Alius vero est in vaginam remittendus: Conuerte *Mat. 26. c* gladium tuum in locum suum: et ratio huius est, quia primus occidit vitam carnalem, secundus vero vitam spiritualem.

Et erat Anna prophetissa, et cetera. Post testimonium sexus virilis, sequitur hic testimonium sexus muliebris: decebat enim Christi aduentum testimonium habere ab omni genere personarum, vt inexcusabiles sint, qui non credunt Euangelio. Vnde Christus habuit testimonium angelicum et humanum: et iterum quantum ad simplices, et quantum ad perfectos: et iterum perfectorum in vtroque sexu, vt ostendatur, quòd vterque sexus ad redemptionem spectabat, sicut vterque ceciderat. Vnde, vt nihil desit ad firmitatem testimonij, Christus natus habuit testimonium septiforme, scilicet a natura cęlesti, videlicet stellam: Vidimus stellã eius in oriente. A supercælesti, *Mat. 2. a* scilicet angelica: Facta est cum angelo multitudo cæ- *Sup. eod. b* lestis exercitus, *et cetera*. A natura subcælesti, scilicet virili, simplici, vt erant pastores. Et reuersi sunt pasto- *Sup. eod. c* res, *et cetera*. A virili sapiente: Ecce Magi ab Orien- *Mat. 2. a* te venerunt, *et cetera*. Senili in sexu masculino, sicut erat Simeon. Et hic venit in spiritu in templum. Se- *Sup. eod. e* nili in sexu femineo, vt hic: *Et erat Anna prophetissa*, et cetera.

Ex meditatione passionis dominicæ, triplex gladius animã nostrã penetrare debet.

Digitized by Google

et cetera. Infantuli, qui non loquendo, ſed morien-
Mat.2. c do confeſſi ſunt: Mittens occidit omnes pueros, *et ce-*
Pſal. 8. a *tera*. Et tunc impletum eſt illud: Ex ore infantium, et lactentium perfeciſti laudem: et ſic omnis natura omnis ſexus, omnis ætas Chriſto naſcenti teſtimonium perhibuit, quia ipſe debebat reparare omnia. Vnde et pueris in templo clamantibus, et Phariſæis
Infra.19.f reclamantibus dictum eſt: Si hi tacuerint, lapides clamabũt. Ad huius autem teſtimonij fidem aſtruendam tria inducuntur. Primum eſt prophetantis auctoritas: Secundum eſt teſtificantis ſanctitas, ibi: *Et vixerat cum viro ſuo annis ſeptem*, et cetera. Tertium eſt teſtimonij celebritas, ibi: *Et hæc, ipſa hora ſuperueniens*, et cetera. Auctoritas autem prophetantis colligitur ex duobus, ſcilicet ex munere prophetali, et origine naturali. Ratione muneris prophetalis, dicitur: *Et erat Anna prophetiſſa*. Anna interpretatur gratia, in quo oſtenditur, quòd recte decebat hanc mulierem prophetare, quæ erat habitaculum gratiæ.
Annæ interpretatio.
Prou.11.b Mulier gratioſa inueniet gloriam: vnde ipſa poterat
1.Cor.15.b dicere illud: Gratia Dei ſum id, quod ſum. Ideo non
Sap. 7.d eſt mirum, ſi Anna erat prophetiſſa, quia dicitur de ſapientia, quòd in animas ſanctas ſe transfert, et amicos Dei, et prophetas conſtituit. Ratione vero originis naturalis additur: *Filia Phanuel de tribu Aſer*. Et ſic erat de genere Iſrael, de cuius genere erant reges, ſacerdotes, et prophetæ, et Chriſtus Dominus.
Rom. 9. a Dicitur de Iſraelitis: Quorum adoptio eſt filiorum, et gloria teſtamentum, et legiſlatio, et obſequium, et promiſſa, quorum patres, ex quibus eſt Chriſtus, ſecundum carnem, *et cetera*. Et ſpecialiter erat de tri-
Deut.33.a bu Aſer. Cui data eſt benedictio in filijs: Benedictus in filijs Aſer, ſit placens fratribus ſuis. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita et ſenectus tua. Et hoc ſpecialiſſime dicitur de filia Phanuel, qui interpretatur facies Domini. In quo oſtenditur, quòd erat de genere illo-
Pſ. 104. a rum, ad quos dicitur: Quærite faciem eius ſemper. Nihil ergo deerat ratione originis ex parte dignitatis parentum, neque ratione antiquitatis dierum, quæ facit ad dignitatem, et auctoritatem quantum ad po-
Prou.16.d pulum. Corona dignitatis ſenectus, quæ in vijs iuſtitiæ reperietur. Et ideo ſubditur: *Et hæc præceſſerat*
Iob. 29. c *in diebus multis*. In nidulo meo moriar, et ſicut palma, multiplicabo dies.

Et vixerat cum viro ſuo, et cetera. Hic ſecundo deſcribitur teſtificantis ſanctitas, quantum ad perfectionem vitæ actiuæ, et contemplatiuæ. Quantum ad vitam actiuam, quæ conſiſtit in regimine domus propriæ, dicitur: *Et vixerat cum viro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua*. Et ſic fuit virgo, antequam cognoſceretur a marito. Et hæc erat vidua vſque ad annos octogintaquattuor. Et ita habuit continentiam virginalem, vidualem, et coniugalem pro loco et tempore. Vnde laudabilis fuit in cuſtodia corporis, pro-
Iudith 15. d pter quod ei competebat illud: Feciſti vtiliter, et confortatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem amaueris, et poſt virum tuum, alterum neſcieris. Et ideo
1. Tim. 5. a. et b vidua honoranda, ſecundum illud: Viduas honora, quæ vere viduæ ſunt. Et iterum: Vidua eligatur, non minus ſexaginta annorũ, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habens. Talis fuit Anna, in qua apparet, quòd habebat perfectionem vitæ actiuæ. Quantum ad perfectionem vitæ contemplatiuæ, dicitur: *Quæ non diſcedebat de templo*. To-
Gloſſa. ta viuebat in contemplatione deuote. Gloſſa: Exemplum datur viduis, quæ ſunt in Eccleſia, vt dicant
Pſ.131. d cum Pſalmo: Hæc requies mea in ſæculum ſæculi.
1.Tim.5.b Contra illas viduas, de quibus dicit Apoſtolus, quòd otioſæ diſcunt circuire domos: et non ſolum otioſæ, ſed et verboſæ, et curioſæ, loquentes quæ non oportet. Vacabat etiam officioſe, vnde et additur: *Ieiunijs*
Iudith 8.a *et obſecrationibus ſeruiens*. Sicut illa bona vidua Iudith: quæ in ſuperioribus domus ſuæ fecerat cubiculum ſecretum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur: habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ. Et hoc optime, quia ſicut dicitur: Vidua, quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt: et bene iungit ieiunium, et orationem, quia ieiunio ſanantur peſtes corporis, et oratione peſtes animæ. Bona eſt oratio cum ieiunio, et eleemoſyna,
Iob. 12. b *et cetera*. Vacabat etiam continue, vnde dicitur: *Die, ac nocte*. Secundum formam Apoſtoli: Quæ vere vi-
1.Tim.5.a dua eſt et deſolata: ſperat in Deo, et inſtat obſecrationibus et orationibus die ac nocte.

Et hæc, ipſa hora, et cetera. Hic tertio deſcribitur teſtimonij celebritas, tum ratione temporis congruentis, tum ratione multitudinis conſentientis. Ratione temporis congruẽtis, dicitur: *Et hæc, ipſa hora ſuperueniens, confitebatur Domino*. In quo apparet, quòd diuino inſtinctu factus eſt iſte concurſus, et ideo feſtum Puri-
Feſtum Purificationis. ficationis dicitur feſtum obuiantium. Quia Simeon et Anna obuiauerunt Ioſeph et Mariæ ſine aliqua conuocatione. Et ideo in die illo vniuerſaliter fit proceſſio. Vnde ſicut eodem ſpiritu venit, quo Simeon, ita et eodem ſpiritu prophetauit, et impletum eſt illud: Et prophetabunt filij veſtri, et filiæ veſtrę: ſenes veſtri
Ioel 2. g viſiones videbunt, *et cetera*. Attamen Simeonis teſtificatio explicite deſcribitur, et per modum prædicationis, Annę vero implicite, et per modum confeſſionis, quia docere in Eccleſia non eſt mulierũ, ſed virorum. Docere autem, mulieri non permitto in Eccle-
1.Tim.2.d ſia, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Et nota, quòd de Chriſto prophetauerat Simeon, et Zacharias, et Maria Virgo, et Elizabeth copulata coniugio, et ideo congruum, vt prophetaret et vidua, ne aliqua profeſſio deſit, aut ſexus. Ratione vero multitudinis conſentientis ſubditur: *Et loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Iſrael*. Illi enim
Iſa. 25. c libenter audiebant, vnde dicebant illud: Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum, et ſaluabit nos. Iam
Pſ. 110. b poterat decantare: Redemptionem miſit Dominus populo ſuo. Omnibus loquebatur, quia in hoc pendebat ſalus omnium: Et ſciet omnis caro, quia ego
Iſa. 49. g Dominus ſaluans te, et Redemptor tuus, fortis Iacob. Et nota, hic ſpiritualiter, quòd in oblatione Domini, quattuor perſonæ offerunt, ſcilicet Ioſeph, Maria, Simeon, et Anna: quia anima, quæ verum ſacrificium vult offerre Deo, debet habere comitatum quattuor virtutum cardinalium. Per Simeonem namque, qui interpretatur audiens, intelligitur prudentia. Audiens ſapiens, ſapientior erit. Per Annam
Prou. 1. a vero, quæ interpretatur gratia, intelligitur temperantia: Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis,
Heb.13.b *et cetera*. Per Ioſeph virum iuſtum, qui interpretatur augmentum, intelligitur iuſtitia: Multiplicabit
2.Cor.9.c ſemen veſtrum, et augebit incrementa frugum iuſtitię veſtræ. Per Mariã, quæ interpretatur dominatrix, intelligitur fortitudo: Melior eſt patiẽs viro forti. De
Prou.16.a his quattuor virtutibus, in laudem ſapientiæ ſcribitur: Prudentiam docet, et iuſtitiam, et virtutem. Et
Sap.8. b hæc deſignatur per quattuor prophetiſſas mulieres, de quibus fit mentio in ſcriptura. Quarum prima eſt Maria ſoror Moyſi, Delbora, Holda, et Anna, ſicut
Exo.15. e hic. Per Annam, ſicut dictum eſt, intelligitur tem-
Iudith 5.a perantia. Per Holdam, quæ interpretatur diſcretio,
4.Reg. 22. c intelligitur prudentia. Per Delboram, quæ interpretatur apis habens aculeum, intelligitur iuſtitia, quantum ad ſeueritatem, et clementiam. Per Mariam,
Maria. quæ interpretatur dominatrix, et amarum mare, intelligitur fortitudo, quantum ad magnanimitatem et patientiam. Et hæ quattuor virtutes intelliguntur per quattuor filias Philippi prophetiſſas. Huic erant
Act. 21. b quattuor filiæ virgines, prophetantes. Per Philip-
Philippus. pum, qui interpretatur os lampadis, intelligitur ſapientia, quæ docet, et generat quadruplicem virtutem prædictam.

Et vt perfecerunt, et cetera. Poſtquam deſcripta eſt Chriſti humiliatio ſecundum legis præceptum, et clarifi-

Digitized by Google

clarificatio per veritatis teſtimonium: ſequitur vltima particula huius partis, in qua deſcribitur prædictorum conſummatio, et hoc primo reſpectu legalis præcepti: deinde reſpectu prophetalis vaticinij. Quantum ad legalis præcepti conſummationem dicitur: *Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem Domini.*

Mat. 5. b *Ibidem.* Quia ſecundum quòd dicitur: Non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Et rurſus: Iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Quantum autem ad prophetalis vaticinij completionem, ſubditur: *Reuerſi ſunt in Galilæam, in ciuitatem ſuam*

Mat. 2. b *Nazareth.* Admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galileæ. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum eſt per

Matt. 2. d *Iſa. 9. a* prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur. Iſaias: Aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilæę. Sed

Ioan. 7. g hoc non cognouerunt Scribæ, qui dixerunt: Scrutare ſcripturas, et vide, quia a Galilæa propheta non

Aug. lib. 2. de conſenſ. Euang. c. 5. 6, to. 4. ſurgit. Et nota quòd ſecundum Auguſtinum: Puer Ieſus ante perlatus eſt a Iudæa in Ægyptum, quàm deſcenderet in Galilæam, quia propter perſecutionem Herodis deſcenderunt in Ægyptum, et propter timorem Archelai ſeceſſit in partes Galilææ, rediens de Ægypto.

Vniuerſa morum diſciplina, tribus abſoluitur.

Puer autem creſcebat, et cetera. Supra deſcripſit Euangeliſta, qualiter Saluator factus eſt ſub lege ceremoniali: hic deſcribit, qualiter factus eſt ſub lege morali. Sed quoniam tota morum ordinatio principaliter attenditur circa tria, ſcilicet circa cultum maieſtatis, et ſtudium veritatis, et officium pietatis: quia per primum ſubijcitur homo ſuo Creatori, per ſecundum doctori, per tertium genitori: Ideo pars iſta habet tres partes. In quarum prima oſtenditur, qualiter Chriſtus factus eſt ſub lege morali, quantum ad maieſtatis cultum: in ſecunda, qualiter factus eſt ſub lege morali, quantum ad veritatis ſtudium, ibi: *Et factum eſt poſt triduum.* In tertia qualiter factus eſt ſub lege morali, quantum ad pietatis obſequium, ibi: *Et dixit mater eius ad eum*, et cetera. Ad perfectam deſcriptionem cultus diuini duo introducuntur. Primum, eſt excellentia virtutis propriæ: ſecundum, eſt reuerentia maieſtatis diuinæ, ibi: *Et ibant parentes eius per omnes annos*, et cetera. Excellentia autem virtutis in Chriſto oſtenditur ex parte mentis, quamuis eſſet defectus ætatis ex parte carnis: propter quod præmittit profectum ætatis in carne, et ſubiungit perfectionem virtutis in mente. Quantum autem ad profectum ætatis in carne dicitur: *Puer autem creſcebat*, ſcilicet in corpore, ſicut exponit Beda, in quantum puer erat, ideſt, homo fragilis, creſcere poterat ſicut ceteri homines, non in quantum verbum.

Perfectus Dei cultus.

Beda.

Perfectio virtutis mẽtalis in tribus cõſiſtit.

Quantum autem ad perfectionem virtutis in mente ſubditur: *Et confortabatur ſpiritu.* Perfectio autem virtutis mentalis conſiſtit in tribus, ſcilicet in vigore potentiæ reſpectu iraſcibilis, in ſplendore ſapientiæ reſpectu rationalis, et feruore gratiæ reſpectu concupiſcibilis. Quantum ergo ad vigorem potentiæ iraſcibilis dicitur: *Et confortabatur ſpiritu.* Manus Domini erat mecum confortans me. Et: Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Quantum ad ſplendorem

Ezech. 3. c *Coloſſ. 2. a* ſapientiæ in rationali ſubditur: *Plenus ſapientia.* Nam

Iſa. 11. a in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ et ſcientiæ abſconditi. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ et intellectus. Quantum vero ad feruorem gratiæ in concupiſcibili, ſubditur: *Et gra-*

Eccli. 24. c *tia Dei erat in illo.* In me gratia omnis vitæ et veritatis, in me omnis ſpes vitæ. Et vidimus gloriam eius,

Ioan. 1. b gloriam quaſi vnigeniti a patre, plenum gratiæ et veritatis.

Et ibant parentes eius, et cetera. Hic deſcribitur reuerentia maieſtatis diuinæ, quæ conſiſtit in cultu religionis, et oſtenditur in Chriſto ſecundum parentum ducatum, et ſecundum proprium inſtinctum. Quantum ad parentum ducatum dicitur: *Et ibant parentes eius per omnes annos in Hieruſalem.* Nam ita mandatum erat in lege: Tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis. Et credẽdum eſt, quòd etiam ducerent Ieſum, quia ibidem ſubditur: Ter in anno apparebit omne maſculinũ tuum coram Domino Deo, et hoc in Hieruſalem, ſecundum præceptum: Ad locum, quem elegerit Dominus Deus veſter, de cunctis tribubus veſtris venietis. Et iſte locus erat Hieruſalem, ſecundum quòd dicitur: Elegi, et ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum. Et iſtum cultum maxime in paſchate faciebant, et ideo ſubditur: *In die ſollemni Paſcha.* Habebitis hanc diem in monumentum, et celebrabitis eam ſollemnem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno.

Exo. 23. c *Ibid. d* *Deut. 12. a* *2. Par. 7. c* *Exo. 12. c*

Quantum autem ad proprium inſtinctum, etiam diuino cultui vacabat puer Ieſus, quantum ad hoc dicitur: *Et cum factus eſſet annorum duodecim.* In quo oſtenditur, quòd puer Ieſus diuino cultui vacabat, ſine parentum conſortio, ſine conſilio, ſine complacito. Sine conſortio quidem, quia licet eò cum conſortio parentum aſcenderit: tamen ſine eis remanſit, propter quod dicitur: *Aſcendentibus illis in Hieruſalem, ſecundum conſuetudinem diei feſti*, ſcilicet ad orandum, ſicut infra: Duo homines aſcendebãt in templum, vt orarent. Et: Petrus et Ioannes aſcẽdebant in templum. *Conſummatisq. diebus, cum rediſſent*, ſcilicet ad propria, ſecundum illud Iudith: Celebrata feſtiuitate, vnuſquiſque redit ad ſua. Et cum omnes redirent, non tamen Ieſus. Vnde ſubditur: *Remanſit puer Ieſus in Hieruſalem.* Et ita ſolus, ſine parentum conſortio. Huius figura præceſſit in puero Samuele, de quo dicitur, quòd abijt Elcana in domum ſuam: puer autem erat miniſter in conſpectu Domini. Vnde ſolus remanſerat, vt melius orationi vacaret. Sedebit ſolitarius, et tacebit. Et ita remanſit proprio inſtinctu, ſine parentum conſortio. Remanſit etiam ſine conſilio, vnde ſubditur: *Et non cognouerunt parentes eius.* Cuius figura præceſſit in Samſone, qui noluit patri, et matri indicare, quòd mel de corpore leonis aſſumpſerat. In quo etiam præbuit exemplum, quòd in diuino obſequio faciendo non eſt a parentibus carnalibus conſilium requirendum. Qui dixerit patri ſuo, et matri ſuæ, neſcio vos: et fratribus ſuis ignoro illos: hi cuſtodierunt eloquium tuum, et pactum tuum ſeruauerunt. Et ne putes, quòd iſta ignorantia fuerit ex negligentia, propter quam eſſet reprehenſibilis Maria, ſubdit cauſam: *Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei.* Quia cum viri irent cum viris, et mulieres cum mulieribus ſeorſum: probabile erat patri, quòd puer eſſet cum matre: et probabile matri, quòd eſſet cum patre. Et ideo fuerunt decepti. Nõ erat puer de genere illorum, de quibus dicit Iob: Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, et nepotum in conſpectu eorum erat, ſicut ille, de quo in Pſalmo: Conſiderabam ad dexteram, et videbam, et non erat qui cognoſceret me. Et ſic remanſit ſine parentum conſilio. Remanſit etiam ſine complacito, quia cum dolore quærebant, quẽ amiſerant, vnde ſubditur: *Et requirebãt eum inter cognatos et notos.* Et tamen non inuenerunt, quia tales elongantur ab ipſo. Noti mei quaſi alieni receſſerũt a me. Et ideo ſequitur: *Et non inuenientes eum, regreſſi ſunt in Hieruſalem.* Sed quem non poterant inuenire in conſortio cognationis, inuenerunt in loco orationis, ſecundum illud: Ecce audiuimus eã in Ephrata, inuenimus eam in campis ſiluę. Et poſt: Introibimus in tabernaculum eius. *Reuerſi ſunt*, inquam, *requirentes eum.* Secundum illud: Surgam, et circuibo ciuitatem, quæram quem diligit anima mea. Ita dicebat Virgo Maria. Et iterum: Quæſiui, et nõ inueni illum: vocaui, et non reſpondit mihi. Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum,

Exo. 23. c *Ibid. d* *Deut. 12. a* *2. Par. 7. c* *Exo. 12. c* *Luc. 18. b* *Act. 3. a* *Iudith 16. a* *1. Reg. 2. c* *Thr. 3. d* *Iudith 14. b* *Deu. 33. b* *Iob. 21. a* *Pſal. 141.* *Iob 19. a* *Pſal. 131. b* *Cant. 3. a* *Cant. 5. b*

Digitized by Google

meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo. In hoc autem admonemur, vt ab ipsa infantia diuino cultui mancipemur. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus Ephot lineo. Et maxime ab anno duodecimo, quia tunc incipit tempus discretionis conuertendi ad bonum. Vnde de sancto Martino legimus, quòd cum esset annorum duodecim, eremum concupiuit. Similiter dicitur de beato Benedicto. Ideo Euangelista hanc ætatem exprimit. Admonemur etiam, vt nullatenus propter amorem parentum, diuinum cultum intermittamus. Vnde Hieronymus: Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine, et scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat, mater ostendat: licet in limine pater iaceat: per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem: Dicitur enim: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus.

1.Reg.2. d — *S. Martinus.* — *S. Benedictus.* — *Mat.10.d*

Et factum est post triduum, et cetera. Superius ostendit Euangelista, qualiter Christus Dominus factus est sub lege morali, quantum ad cultum diuinæ maiestatis: Hic secundo ostendit, qualiter factus est sub eadem, quantum ad studium veritatis. In quo primo describit Euangelista eius humiliationem, in assumendo discipuli formam: Secundo vero eius clarificationem in aperiendo sapientiæ prærogatiuam, ibi: *Stupebant autem*, et cetera. Formam autem discipuli, ostendit, Saluatorem assumpsisse, cum dicitur: *Et factum est: Post triduum inuenerunt illum in templo sedentem.* Sessio designat quietem, et humilitatem.

CHRISTVS discipulus.

Prou.21. b Sciebat enim, quòd melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, et in domo communi. *Sedentem*, inquam, *in medio doctorum*. In

Eccli.15. b medio Ecclesiæ aperuit os eius, et adimpleuit illum spiritu sapientiæ, et intellectus, *et cetera*: Sciebat

Prou.13. d enim scriptum esse: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur. Et in hoc docet consortium studentium diligendum, et auscultandum, non ad litigandum, sed conferendum, propter quod subditur: *Audientem illos, et interrogantem.* Hoc enim est exercitium addiscentis, vt

Eccli.32.b audiat, et interroget de dubijs. Audi tacens, et pro reuerentia accedet tibi gratia bona, quia auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Et ideo

Ioan. 8. f dicitur: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Et quia audire solum non sufficit, ideo subditur: *Et interro-*

Iob.8. b *gantem.* Interroga generationem pristinam, et diligenter inuestiga patrum memoriam. Et in Deuteronomio: Interroga patrem tuum, et annunciabit tibi,

Deut.32. b *et cetera.* Interrogabat autem, non vt doceretur, sed magis vt doceret. Hieronymus: Duodecim annos Saluator impleuerat: et in templo sacerdotes interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat. In hoc autem spiritualiter est intelligendum, quòd Christus docet nos, quòd ante debeamus discere,

Eccli. 18.c quàm docere, secundum illud: Antequam loquaris, disce. Et ideo voluit in medio doctorum inueniri, et in templo: quia in scripturarum lectione, et

Varijs in locis inuêtus est Christ⁹. in oratione veritas inuenitur. Vnde nota, quòd Chri-

Sup. eod. b stus inuentus est in præsepio. Et hoc vobis signum, ideſt, in studio sacræ scripturæ, quia secundũ quòd

Prou.14. a dicitur: Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est.

1.Cor.9. a Boues sunt prædicatores, teste Paulo: Non alligabis os boui trituranti, *et cetera.* Inuentus est in domo,

Mat. 2. b Intrantes domum, ideſt, in scrutinio conscientiæ

Sap.8. d quietæ. Intrans domum meam, conquiescam cum illa. Inuentus est et in templo, sicut hic: ideſt in con-

Ps. 10 a sortio sanctæ Ecclesiæ, quia Dominus in templo sancto suo. Non enim inuenitur in monumento Do-

Luc.24. a ctrinæ erroneæ. Mulieres venerunt ad monumentũ, et non inuenerunt corpus Domini Iesu. Nec etiam

Cant.3. a in lectulo conscientiæ inquietæ. In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea, quæsiui illum, et non inueni. Nec inuenitur in consortio vi-

tæ mundanæ. Sapientia vbi inuenitur? Et post: Non *Iob 28. b*
inuenitur in terra suauiter viuentium.

Stupebant autem, et cetera. Hic post humiliationem, subiungit clarificationem, cum dicitur: *Stupebant autem omnes, qui eum audiebant super prudentia et responsis eius.* Pro eo, quòd prudentissime respondebat supra æstimationem. Stupor est enim ex insolita, et magna imaginatione. Stupor et mirabilia facta sunt in terra. Iob.: Adducit consiliarios in stultum finem, et iudices in stuporem. Et sic impletum *Hiere.5.g* *Iob 12. c*
est illud: Habebo per hanc claritatem ad turbas, et *Sap.8.c.*
honorem apud seniores iuuenis: et acutus inueniar in iudicio, et in conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me. Hoc in Christo nunc impletum est. Huius figura præcessit, cum dicitur, quòd videns regina Saba sapientiam *3.Reg.10.a*
Salomonis, non habebat vltra spiritum propter nimiam admirationem. Et non solum illi extranei stupebant, sed etiam parentes. Vnde subditur: *Et videntes admirati sunt.* Et admirabantur turbæ super *Mat.7. d*
doctrina eius. Et vere mirabile, quòd respondebat, quæ non didicerat. Mirabantur Iudæi dicentes: *Ioan.7.*
Quo modo hic litteras scit, cum non didicerit?

Et dixit mater eius, et cetera. Hic tertio ostendit, qualiter factus est sub lege morali, quantum ad officium pietatis. In quo præmittitur primo humiliatio, et subditur clarificatio, ibi: *Et mater eius conseruabat omnia verba hæc.* Humiliatio autem ostenditur hic in duobus, scilicet, in subiacendo corripienti, et in obsequendo præcipienti. Subiecit enim se Christus matri corripienti, propter quod dicitur: *Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic?* Ipsa fiducialius loquitur, et interrogat causam dimissionis, cum sciat se honorari debere ab eo, secundum illud: Ho- *Exo.20. b*
nora patrem tuum, et matrem tuã. Et in Prouerbijs: *Prou.6. c*
Conserua fili mi præcepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ. Sed tu, inquit, conturbasti nos? Vnde subdit: *Pater tuus*, et cetera, scilicet putatiuus, vel adoptatiuus, siue educatiuus. *Et ego dolentes quærebamus te*, simul dicentes illud: Heu heu me, *Tob.10. b*
fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solãtium vitæ nostræ, *et cetera.* Sequitur: *Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire a nobis.* Et nota, quòd ad quæstionem respondet humiliter, et sapienter. Vnde et subditur: *Et ait ad illos: Quid est quòd me quærebatis?* quasi absentem, cum ego essem vobis præsens. Numquid non cælum, et terram ego *Hier.23.e*
impleo? Et hic ostendit, quia filius erat æterni patris. Vnde subditur: *Nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Descendi de cælo, non vt fa- *Ioan.6.*
ciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Vnde non debetis mirari, si vos dimisi propter æternum Patrem. Quia sic dicitur: Obedire *Act. 5. e*
oportet Deo magis, quàm hominibus. Et quia verbũ erat occultum, ideo subditur: *Et ipsi non intellexerunt.* Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ *1.Cor.2. b*
abscondita est. Et Tobias: Sacramentum regis ab- *Tob. 12. b*
scondere, bonum est. In hoc autem, quòd correptus, humiliter se excusauit: et inuitatus a matre, vt miraculum faceret, respondit dure; dedit nobis exemplum et formam humilitatis, vt malimus corripi, quàm laudari. Melius est a sapiente corripi, *Eccli.7. a*
quàm stultorum adulatione decipi. Etiam hic insinuat, quòd pietas ad Deum præferenda est pietati respectu parentum.

CHRISTI humilitas.

Subiecit se etiam Dominus præcipienti, propter quod subditur: *Et descendit cum eis, et venit Nazareth.* Modo impletum est illud: Post hæc in terris visus *Baruch. 3. d*
est, et cum hominibus conuersatus est. *Descendit*, inquam, quod est signum humilitatis: Descendi in *Cant. 6. c*
hortum meum, vt viderem poma conuallis, ideſt, humiles. Quia in excelsis Dominus, et humilia respicit, scilicet de propinquo, et alta a longe cognoscit, ideo

Digitized by Google

ideo ſubditur: *Et erat ſubditus illis.* Bernardus: Quis? Quibus? Deus hominibus. Deus, inquam, ſe hominibus ſubdit. Et tu dominari geſtiens, tuo te præponis Creatori? Quoties enim hominibus præeſſe deſidero, toties Deum meum præire contendo, vt tale mihi aliquid Dominus reſpondeat. Vade poſt me Satana, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt. Vnde ipſe vere dicere poterat illud ad Corinthios: Cum eſſem liber, *etc.* Omnibus, omnium me ſeruum feci. Et nos omnibus amore ipſius debemus eſſe ſubiecti. Subiecti eſtote omni humanæ creaturę propter Dominũ.

Et mater eius, et cetera. Hic deſcribitur eius clarificatio. Et hoc per duo, ſcilicet per matris teſtimonium, et per propriæ virtutis indicium. Quantum ad matris teſtimonium dicitur: *Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc*, vt pro loco et tempore teſtimonium perhiberet, ſicut dicit Beda in gloſſa. Sic dictum eſt: Tu autem Daniel claude ſermones, et ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum. Et quia hoc intelligebat, ideo dicitur: *In corde ſuo.* Secundum illud: Tempus ad reſponſionem cor ſapientis intelligit. Et dicitur de transfiguratione Domini, quòd diſcipuli verbum continuerunt apud ſe. Nondum enim venerant Apoſtoli, quibus datum erat noſſe myſterium regni Dei, ſicut dicitur: qui etiam mutuo conferrent, ſecundum illud: Contuli cum illis Euangelium, quod prædico in gentibus.

Quantum autem ad propriæ virtutis indicium, ſubditur: *Et Ieſus proficiebat ætate*, ſcilicet ex parte corporis, ſicut Samuel: Puer Samuel proficiebat, atque creſcebat, et placebat tam Deo, quàm hominibus. Et iſte profectus erat ſecundum exemplar, ſed interior profectus erat ſecundum euidentiam, de quo dicitur: *Et ſapientia*, ſcilicet in intellectu. *Et gratia*, in affectu. *Apud Deum*, ſcilicet honorandum: *et homines*, ædificandos. Nec eſt contrarium ei, quod dicitur ſupra, quod erat plenus ſapientia. Vnde Gregorius: Proficiebat ſapientia non per acceſſum temporis accipiendo, quod non habebat, ſed dona gratiæ, et ſapientiæ, quæ habebat, ceteris pandendo, et hoc ad ædificationem aliorum. Prouidemus bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Vnde ad noſtram ædificationem, ſapientiam ad tempus abſcondit, vt oſtendat, quòd nos debemus tacere vſque ad tempus ſecundum illud: Eſt tacens, non habens ſenſum loquelæ: et eſt tacens, ſciens tempus apti temporis. Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus: laſciuus autem et imprudens non ſeruabit tempus. Etiam ad noſtram ſalutem oſtendit, ſecundum illud: Ne retineas verbum in tempore ſalutis. Vnde, quia non quærebat gloriam ſuam, ſed Dei, non ſuum commodum, ſed noſtram ſalutem: ideo coram Deo et hominibus gratiam inueniebat. Primum erat iuſtitiæ, ſecundum miſericordiæ, propter quod dicitur: Miſericordia et veritas te non deſerant, et inuenies gratiam, et diſciplinam bonam coram Deo, et hominibus. Ex prædictis igitur colligere poſſumus, qualiter intendere debemus cultui diuinæ maieſtatis, ſtudio veritatis, et obſequio pietatis. Nam cultus diuinæ maieſtatis præoccupari debet ab infantia, præferri debet cæteris pro reuerẽtia diuina. Studium veritatis debet eſſe cum debita ſocietate, ſcilicet peritorum, et debito ordine, vt prius ſit diſcipulus, quàm magiſter. Obſequium pietatis attenditur in hoc, quòd ſubijciamur patri ſpirituali, ſiue corripienti, ſiue præcipienti. Et ſi hoc ſeruamus, tunc ſequitur illud, quod vltimo ponitur, quòd proficimus apud Deum et homines.

CAPVT TERTIVM.

Anno autem quintodecimo imperij, et cetera. Supra egit Euangeliſta de myſterio incarnationis Chriſti, quantum ad natiuitatem in vtero, et ex vtero: Hic quantum ad natiuitatem extra vterum, ſecundum illud Ambroſij, qui dicit illum renatum eſſe ſacramentis, ſcilicet, quando baptizatus eſt. Et hæc habet tres partes, in quarum prima agit de baptiſmo, et prædicatione Ioannis in generali, reſpectu totius populi: In ſecunda vero in ſpeciali reſpectu ſpecialium perſonarum, ibi: *Et interrogabant eum*, et cetera. In tertia in ſingulari, reſpectu Chriſti: *Et factum eſt, dum baptizaretur.* Et ordo patet, quia generale dirigit ad ſpeciale, ſpeciale ad ſingulare. Quantum ad primum, notandum, quòd doctrina et prędicatio Ioannis commendatur a tribus. Primo a temporis opportunitate, ſecundo vero ab officij auctoritate, ibi: *Factum eſt verbum Domini*, et cetera. In tertio vero a zeli ſolicitudine, ibi: *Dicebat ergo ad turbas*, et cetera. Primũ reſpicit, quod eſt extra, ſecundum, quod ſupra, tertium, quod eſt intra. Et ſic per omnem modum eſt eius prædicatio et doctrina perfecta. Quantum ad primum, nota quòd opportunitas temporis colligitur ex tribus, ſcilicet ex vnione imperij Romani, et ex partitione regni Iudaici, et ex diuiſione ſacerdotij Leuitici. Ex quibus colligitur opportunitas temporis, quia illum annunciabat Ioannes, qui ſynagogã Iudæorum diſpergebat, et gentium varietates in vnitatem Eccleſiæ congregabat. Quantum ad vnionem imperij dicitur: *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris*, in quo ſcilicet iam erat tempus aduentus Chriſti: quia ſcilicet ante Tiberium fuit Iulius, et Pompeius: Et Iulius contriuit Pompeium: et poſt hos ſucceſſit Tiberius. Et ita iam verificatum erat illud de quarto regno, ſcilicet Romanorum, quod fuit ex parte ſolidum, et ex parte contritum, et ideo erat tempus verificationis illius, quod ſequitur ibidem: In diebus regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, et poteſtas eius alteri populo non tradetur. Quantum autem ad partitionem regni Iudaici, ſubditur: *Procurante Pontio Pilato Iudæam*, ſub quo ſcilicet Dominus eſt crucifixus, ſecundum quòd narrat hiſtoria omnium Euangeliſtarum. *Tetrarcha autem Galilææ Herode*, iſte fuit, ſub quo etiam Dominus crucifixus eſt. Et qui interfecit Ioannem Baptiſtam, ſecundum quòd dicitur, quòd dicebat ei: Non licet tibi habere vxorem Philippi fratris tui: de quo Philippo additur: *Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ et Trachonitidis regionis.* Et ita iam verificatum illud erat: Regionem veſtram coram vobis alieni deuorãt. Et in Prouerbijs. Propter peccata terræ multi principes eius. Et ideo ſubditur: *Et Lyſania Abilinæ Tetrarcha*, ideſt, alterius regionis, quæ erat quarta pars regni: dicitur enim a tetra, quod eſt quattuor, et archos, quod eſt princeps. Archelao enim filio Herodis magni, propter ſuperbiam ſuam in exilium apud Lugdunum deportato, regnum in quattuor tetrarchias eſt diuiſum, vt ſic minueretur ſuperbia Iudæorum. Vnde Beda: Tres tetrarchias regebant tres filij Herodis magni, ſub quo Dominus natus eſt. Pilatus verò procurator erat alterius tetrarchię. Et nota, quòd fuerunt duo Lyſanię: alter filius Hircani, de quo Ioſephus: alter Herodis, de quo Beda loquitur.

Quantum vero ad diuiſionem ſacerdotij ſubditur: *Sub principibus ſacerdotum, Anna et Caiphæ*, qui ambitione moti, vt dicit Beda, ſummum ſacerdotium emebant a Romanis. Vnde quia iam ſecundum Bedam et Ioſephum, ſacerdotes non inſtituebãtur per vnctionem, ſed per terrenam poteſtatem: ideo ceſſauerat vnctio ſacerdotalis, et vnctio regalis. Iam ergo tempus aduenerat, vt Chriſtus adueniret, ſecundum illud: Non auferetur ſceptrum de Iuda, *et cet.* Item iã ceſſauerat vnctio ſacerdotij Leuitici, et ideo tempus erat, vt veniret ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, vt impleretur illud, quod dictum eſt dę Sacerdotio Leuitico, et ſacerdotio Chriſti: Expellam

Bern. to. 1. hom. 1. ſuper Miſ. eſt.
Mat. 16. d
1. Cor. 9. c
1. Pet. 2.
Beda.
Dan. 12. b
Eccl. 8. a
Mar. 9. b
Mat. 13. b
Gal. 2. a
1. Reg. 2. f
Sup. cap. 1
2. Cor. 8.
Eccli. 20. a
Eccl. 4. a
Prou. 3. a
Dan. 2. f
Ibid. g
Luc. 23. a
Mar. 6. c
Iſa. 1. b
Prou. 28. a
Tetrarcha quid.
Beda.
Ioſeph lib. 2. de bello Iud. c. 11.
Gen. 49. b

Digitized by Google

Isa.22.e Expellam te de statione tua, et de ministerio tuo de-
Ibid. f ponam te. Et post de Christo, sub figura Eliacim: Et
erit in die illa, vocabo seruum meum Eliacim, et in-
Ibidem duam illum tunica tua. Et infra: Et dabo clauē do-
mus Dauid super humerum eius. In quo ostenditur,
quòd iste Eliacim debet esse rex et sacerdos, quod
solum in Christo est impletum, qui fuit sacerdos se-
cundum ordinem Melchisedech, qui simul rex et sa-
Heb.7.a.c cerdos fuit, secundum illud: Translato enim sacerdo-
tio, necesse est, vt et legis translatio fiat. Iam erat tem-
pus Euangeliū prædicandi, et in tali tempore a præ-
dicatione Ioannis debuit Euangeliū inchoari, ac prę-
dicari. Patet ergo, quàm sufficienter secundum scti-
pturas constituit Euangelista opportunitatem in ad-
uentu Christi, et prædicatione Præcursoris, quod
Hiere.8.c Iudæi cæci non viderunt. Ideo Hieremias: Miluus
in cælo cognouit tempus suum: turtur, et hirundo,
et ciconia custodierunt tempus aduentus sui, popu-
lus autem meus non cognouit iudicium Domini. Et
Inf.c.12.g infra: Hypocritæ, faciem cæli, et terræ nostis pro-
bare, hoc autem tempus quo modo non probatis?
Poterant autem hoc tempus cognoscere non solum
per scripturas, sed etiam per ipsas res in temporibus
gestas, secundum quòd dicit Gregorius. Liquet,
quòd ad finem Iudæa venerat, quæ tot regibus diui-
sa subiacebat: et cum iam subditi essent alieno impe-
rio, iam tempus erat, vt Dominus regnum Israeliti-
cum reuelaret, quod promiserat omni modo sta-
bilire in sempiternum. Patet etiam, quàm rationa-
biliter Euangelista, licet de sacerdotio Christi inten-
dat, tamen regum et sacerdotum tempus enunciet,
vt ostendat Christi sacerdotium simul et regnum
esse coniunctum: et per vtrumque probat tempus
aduentus eius, et simul regnum eorum, ideſt, Iu-
dæorum et Gentium, quia vtrumque simul venerat
copulare in vnum. Item hoc, ideſt, Iudæorum, di-
uisum, et illud, ideſt Gentium vnum: quia Gentium
plenitudo debebat intrare, et Iudæorum multitudo
dispergi propter peccatum incredulitatis.

Factum est verbum, et cetera. Hic commendatur
Ioannis prædicatio ab officij auctoritate, quam pri-
mo commendat Euangelista ex se ipsa. Secundo ve-
ro ex attestatione prophetica, ibi: *Sicut scriptum est*,
et cetera. Quantum ad primum, notandum, quòd
auctoritas Ioanni commissa, commendatur a tribus,
ideſt a dono cælestis gratiæ, a ministerio humilis
obedientię, et a signo sacramentalis medicinæ. Quā-
tum ad donum cælestis gratiæ, dicitur: *Factum est*
verbum Domini super Ioānem Zachariæ filium in deserto.
Factum est, scilicet per inspirationem supernam, et
2.Pet.1.d ideo dicitur: *Super Ioannem*. Quia Spiritu sancto
inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Vnde su-
Isa.61.a perſignat auctoritatem, secundum illud: Spiritus
Domini super me, ad annunciandum mansuetis mi-
sit me. Et ad hoc erat dignus ratione doni diuini mu-
neris. Ideo dicitur: *Super Ioannem*. In quo, scilicet,
Sap.7.d est gratia, quia dicitur, quòd sapientia in animas
sanctas se transfert. Dignus etiam ex merito patris,
et ideo dicitur: *Zachariæ filium*. Vnde poterat ei di-
Tob.7.b cere illud: Benedictio sit tibi, fili mi: quia boni et
optimi viri filius es. Dignus etiam ex merito pro-
priæ virtutis: vnde dicitur: *In deserto*, in loco aspe-
Deut.32.b ro, et duro. Inuenit eū in terra deserta, in loco horro-
Osea 2.c ris, *et cetera*. Et in Osea: Ego cognoui te in deserto, in
terra solitudinis: in qua terra consueuit fieri ver-
Exo.3.a bum Dei ad hominem, sicut ad Moysem: Vocauit
eum de medio Rubi, *et cetera*, quando minauit gre-
Osea 2.c gem ad interiora deserti. Oseas: Adducam eam in
solitudine, et loquar ad cor eius. Quantum ad mi-
Chrys.to.2 nisterium humilis obedientiæ, subditur: *Et venit*
hom.3.in *in omnem regionem Iordanis*. Vnde Chrysostomus: Ve-
3.ca.Mat. nit Ioannes, quasi magni regis præparator, et nūcius
comm.2. fidelis. Et tunc impletum est illud: Ecce ego mitto
Malac.3. Angelum meum: et præparabit viam ante faciem

A meam. Et signanter dicit: *In omnem regionem*, vt si-
gnetur vera obedientia, quæ nihil excipit, sed ad
omnia est prompta. Ad omnia, quæ mittam te, ibis, *Hiere.1.*
et cetera. Quantum autem ad signum sacramentalis
medicinæ, subditur: *Prædicans baptismum pœnitentiæ*,
sicut dicitur: Ioannes baptizauit baptismo pœnitē- *Act.19.a*
tiæ populum. Propterea baptismum pœnitentiæ vo-
cat, quia ad pœnitentiam informabat. Exibat ad *Mat.3.b*
eum Hierosolyma, et omnis Iudæa, et omnis regio
circa Iordanem, et baptizabantur ab eo in Iordane,
confitentes peccata sua. Sed licet ad pœnitentiam in-
formaret, tamen remissionem peccatorum non fa-
B ciebat, sed ad baptismum illum præparabat. Et ideo
subditur: *In remissionem peccatorum*, ideſt, in baptismū
Christi, in quo est remissio. Vnde: Baptizetur vnus- *Act.2.f*
quisque vestrū in nomine Iesu Christi, in remissionē
peccatorum vestrorum. Et de hoc dicebat Zacha-
rias: Erit fons patens domui Dauid, et habitantibus *Zach.13.*
Hierusalem, in ablutionem peccatoris, et menstrua-
tæ. Et Ezechias: Effundam super vos aquam mun- *Exec.36.e*
dam, et mundabimini, ab omnibus inquinamentis
vestris, *et cetera*.

Sicut scriptum est, et cetera. Hic commendatur au-
ctoritas Ioannis ex attestatione prophetica, in qua
C Ioannes prædicans ostenditur habere officium excita-
ndi, commonendi, et consolandi. Ostenditur, in-
quam, primo habere officium excitandi per exclamationem, et ideo dicitur: *Sicut scriptum est in libro*
sermonum Isaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto. Hoc
enim scribitur capite quadragesimo. Dicitur autem
Ioannes, vox, quia sicut vox verbum præit, sic Ioan- Ioānes vox
nes Christum. Et vox clamantis, quia excitat dor- cur dicatur
mientes, vt ad lucem euigilent, secundum illud: Cla- *Isa.58.a*
ma, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Et
Iob: Tonabit voce magnitudinis suæ, et non inue- *Iob 38.a*
D stigabitur, cum audita fuerit vox eius. Hæc est vox,
de qua in Psalmo: Vox Domini super aquas, Deus *Psal.28.*
maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas,
vox Domini in virtute, vox Domini in magnificen-
tia, vox Domini confringentis cedros, *et cetera*. Vn-
de Ioannes respondet quærentibus: Ego vox cla- *Ioan.1.a*
mantis in deserto: dirigite viam Domini, sicut dixit
Isaias propheta. Vox igitur est signum expressiuum
verbi. Vnde prophetiæ aliorum fuerunt quasi nutus
respectu Christi, sed Ioannis fuit, quasi vox respectu
verbi, quia ipsum visibiliter ostendit. Ostenditur
secūdo habere officium cōmonendi per excitationē,
cum subditur: *Parate viam Domini*, per obseruantiam
E scilicet mandatorum. Viam mandatorum tuorum *Psal.118.*
cucurri. Et Baruch: Si in via Dei ambulasses, habi- *Bar.3.b*
tasses vtique in pace super terram. *Rectas facite semi-*
tas eius, per obseruantiam consiliorum: Viam sapiē- *Prou.4.b*
tiæ monstraui tibi, et duxi te per semitas æquitatis:
quas cum ingressus fueris, non artabūtur gressus tui:
et currens non habebis offendiculum. Isaias: Semita *Isa.26.b*
iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.
Psalmus: Dirige me in semita mandatorum tuorum. *Psal.118.*
in Prouerbijs: In omnibus vijs tuis cogita illū: et ipse *Prou.3.a*
diriget gressus tuos, ne sis sapiens apud temetipsum.
Time Dominum, et recede a malo. Et sequitur: Viæ
F eius, viæ pulchræ, et omnes semitæ eius pacificæ.
Et in Psalmo: Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et *Psal.118.*
semitas tuas edoce me, *et cetera*. [*Rectas facite*, scilicet
intentiones. Iob: Et erat vir ille simplex, et rectus, *Iob 1.a*
ac timens Deum. Cogitationes. Psalmista: Inno- *Psal.24.*
centes et recti adhæserunt mihi. Et Ecclesiast. Hoc *Eccls.7.d*
inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum. Affe- *Cant.1.a*
ctiones: Recti diligunt te. Et in Psalmo: Quàm bo- *Psal.72.*
nus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Locutiones.
Prouerb. Iusti sunt omnes sermones mei, recti sunt *Prou.8.a*
intelligētibus. Actiones. In Prouerbijs: Ex studijs suis *Prou.20.b*
intelligitur puer, si munda et recta sint opera eius.
Iob: Si mundus et rectus incesseris, statim euigila- *Iob 8.b*
bit ad te. Passiones. Iob: Recordare, obsecro te, *Iob 4.b*

Digitized by Google

quis vmquam innocens perijt? aut quando recti de-
Prou.11.a leti ſunt? Retributiones: Prouerb. Iuſtitia rectorũ liberabit eos.

Tullius de Inu. et alibi. Eſt enim iuſtitia ſecundum Tullium, conſtans et perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuẽs. Qui per has rectitudines incedunt, intelliguntur per illa animalia, de quibus Ezechias: Pedes eorum recti, *etc.*

Ezec. 1. b Oſtenditur tertio habere officium conſolandi per promiſſionem, cum ſubditur: *Omnis vallis*. et cetera. In quo prędicit effectum Aduentus Chriſti reſpectu humilium iuſtorum, reſpectu peccatorum, et reſpectu vniuerſorum, quia exaltabit humiles, propter quod dicitur: *Omnis vallis implebitur*. ideſt,
Pſal. 64. humilis. Pſalmus: Valles abundabunt frumento. Supra:
Sup. 1. c Exaltauit humiles. Infra: Omnis, qui ſe humi-
Inf. 18. c liat, exaltabitur. Hoc figuratur, vbi Eliſæus impleuit
4. Reg. 4. a vaſa vacua. Humiliauit ſuperbientes, propter quod ſubditur: *Et omnis mons, et collis humiliabitur*.
Iſa. 45. a Iſaias: Ego ante te ibo, et glorioſos terræ humiliabo.
Iob 40. a Iob: Reſpiciens omnem arrogantem humilia. Rectificabit deuiantes, propter quod additur: *Et erunt*
Beda in Luc. cap. 3. *prauа in directa*. Beda, ideſt, malorum corda per iniu-
To. 5. Ex Greg. homi. 20. in Euã. ante med. ſtitiam diſtorta, erunt in directa, ideſt, ad regulam iuſtitiæ dirigentur. Prouerb. Reuela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ. Hoc autem eſt
Prou. 16. a contra hypocritas, qui a Domino abſcondunt conſilia ſua. Apoſtolus ad Theſſ. Dominus autem diriget
2. Theſſ. 2. a corda veſtra, *et cet.* Mitigabit tumultuantes, propter
Beda ibid. quod dicit: *Et aſpera in viam planas*, ideſt mentes iracundiæ in manſuetudinem conuertentur. Habita-
Iſa. 11. b bit lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit: vitulus, et leo, et ouis ſimul morabuntur. Illuminabit omnes accedentes, ideo adiungit: *Et videbit omnis caro ſalutare Dei*, ideſt de omni carne, vt fiat diſtributio pro generibus ſingulorum, ſecundum il-
Pſa. 97. a lud pſalmi: Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei
Iſa. 40. a noſtri. Iſaias: Et videbit omnis caro pariter quod
Idem 52. c os Domini locutum eſt. Item: Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Et nota, quòd idem ipſe, qui eſt os, vel verbum Patris, ſecundum deitatem, eſt ſalutare ſecundum humanitatem. *Dicebat ergo ad turbas*, et cetera. Hic commendatur prædicatio Ioannis a zeli ſeueritate. Et quia ſeueritati debet adiungi pietas, ideo præmittitur increpatio: ſecundo vero adiungitur exhortatio, ibi: *Facite ergo dignos fructus panitentiæ*. Tertio vero ſubinfertur cõminatio, ibi: *Iam enim ſecuris ad radicem*, et cetera. Increpatio eſt culpæ: admonitio pænitentiæ, ſed comminatio pœnalis vindictæ. Increpatio autem eſt de duobus, ſcilicet de certa malitia culpæ, et de ignorantia, ſiue inconſideratione pœnæ. Increpat igitur de certa malitiæ culpa ſub metaphora viperæ, cum
Vipera pro proprietates. dicitur: *Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant, vt baptizarentur ab ipſo: Genimina viperarum*, et cetera. Nota, quòd viperis eos comparat ob triplicem proprietatem: vipera enim cum momorderit hominem, ſtatim currit ad aquam. Sic iſti, peccata mortifera cõfitentes, currebant ad aquam baptiſmi. Contra quos
Eccli. 34. d dicitur: Qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? Item genimina viperarum, rumpendo viſcera materna, naſcuntur: ſic iſti perſequendo prophetas, materna viſcera
Mat. 23. d violabant. Teſtimonio eſtis vobis ipſis, quia filij eſtis eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. Serpentes, genimina viperarum, quo modo fugietis a iudicio gehennæ? Item foris ſunt ſpecioſæ et quaſi pictæ, ſed
Mat. 23. c intus veneno repletæ: ſic et iſti. Matthæus: Similes eſtis ſepulchris dealbatis, quæ àforis parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum.

Greg. hom. 20. in Euã. ante med. Increpat enim de inconſideratione pœnæ, cũ addit: *Quis oſtendit vobis fugere a ventura ira?* Gregorius: Ventura ira eſt animaduerſio vltionis extremæ, quã tunc peccator fugere non valet, qui nũc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit. Tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, et non effugient. Item Apoc. Dicunt montibus: Cadite ſuper nos, et abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronum, et ab ira Agni. Hieremias: Facta eſt terra eorum in deſolationem a facie iræ columbæ, et a facie iræ furoris Domini, propterea Iob: Fugite a facie gladij. Quo ibo a ſpiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? Non in Tharſis cum Iona (Tharſis enim interpretatur exploratio gaudij) ſed cum propheta in deſerto pœnitentiæ. Pſalmiſta: Elongaui fugiens, et manſi in ſolitudine. Matthæus: Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hieme, vel ſabbato. *Facite ergo fructus dignos panitentia*. et cetera. Hic ponitur exhortatio de duobus, ſcilicet de humilitate ſatisfactionis, et de cautela præſumptionis. Quantum ad humilitatem ſatisfactionis dicit: *Facite ergo fructus dignos panitentia*. vt ſit ſatisfactio condigna. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ et iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem. Quia dicitur: Pro menſura peccati, erit et plagarum modus. Vnde Gregorius: Non eſt par fructus boni operis eius, qui parum aut nihil peccauit, et eius, qui grauiter cecidit. Neceſſe eſt enim, vt tanto maiora ſibi quis inferat lamenta per pœnitentiam, quanto grauiora ſibi intulit damna per culpam. Quantum autem ad cautelam præſumptionis ſubditur: *Et nolite cœperitis dicere: Patrem habemus Abraam*, ſecundum illud Ioannis: Semen Abraæ ſumus, et nemini ſeruiuimus vnquã. Ad Romanos: Neque qui ſemen Abraæ ſunt, omnes filij, niſi etiam patrem imitẽtur. Ioannes: Si filij Abraę eſtis, opera Abraæ facite. Iſaias: Attendite ad Abraam patrem veſtrum, et ad Saram, quæ peperit vos. Et rationem reddit, cum ait: *Dico enim vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraæ*. Ad litteram potens, quia ſubeſt tibi, cũ volueris, poſſe. Vel de lapidibus, ideſt de gentibus. Gregorius: Lapides recte dicuntur gẽtes, quia lapides colunt, iuxta illud Pſalmi: Similes illis fiant, qui faciunt ea. Ambroſius: Comparant gentes lapidibus, quia deformes ad vſum, nudi ad ornatum, ſteriles ad fructum, irrationabiles ad profectum. Et ex his ſuſcitati ſunt filij Abraæ. Si autem vos Chriſti ſemen, ergo Abraæ eſtis. Ad Romanos: Non qui filij carnis, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Tales imitantur Abraam per fidem. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et ideo propter fidẽ Centurionis gentilis, dicitur: Multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraam, et Iſaac, et Iacob in regno cælorum.

Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Hic tertio ſubditur comminatio, quæ duplex eſt, ſcilicet de præſenti, et de futuro. Quantum ad comminationẽ de præſenti dicitur: *Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt*. Vnde gloſſa: Securis eſt ſeueritas iudiciaria ad penitus extirpandas infructuoſas arbores, in quantum infructuoſæ ſunt. In canonica Iudæ: Arbores autumnales infructuoſæ, bis mortuæ. Et tales deſignati ſunt per illam ficum, quam arefecit Dominus. Vbi dicitur, quòd maledixit ficui, et continuo aruit: et ratio huius fuit, quia non inuenit in ea fructum. Et tamen dicit alius Euangeliſta, ſcilicet Marcus, quòd non erat tempus ficorum. In quo inſinuat, quòd omni tempore requirit Dominus fructum a nobis. Bonum autẽ facientes, nõ deficiamus: tempore enim ſuo, *et cetera*. Quantum autem ad comminationem de futuro additur: *Omnis arbor non faciens fructum bonum*, ideſt, omnis homo inutilis ſine acceptione perſonæ. Zelus et furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet, *et cet.* [*Excidetur.*

1. Theſſ. 5. a *Apoc. 6. d* *Hier. 25. b* *Iob 19. d* *Pſ. 138. a* *Ion. 1. a* *Pſal. 54. b* *Mat. 24. b* *Rom. 6. c* *Deut. 25. a* *Greg. hom. 20. in Euã. non procul a medio.* *Ioan. 8. d* *Rom. 9. b* *Ioan. 8. c* *Iſa. 51.* *Greg. hom. 20. in Euã. vt ſup.* *Pſal. 113.* *Amb. to. 3. in cap. 3. Luce.* *Gal. 3. d* *Rom. 9. b* *Ioan. 1. b* *Mat. 8. b* *Gloſſa.* *Iuda 3.* *Mat. 21. b* *Mar. 11. b* *Gal. 6. b* *Prou. 6. d*

per

Inf.c.13.b per mortem. Infra: Succide illam, vt quid etiam
Dan. 4. a terram occupat? Et Daniel: Succidite arborem, et
præscindite ramos eius, excutite folia eius et dispergite fructus eius. Arbor ergo succiditur non solum propter defectum fructus, sed etiam boni fructus. *Et in ignem mittetur*, scilicet per æternam damnationem. Ioannes dicit de palmite infructuoso: Colligent eum, et in ignem mittent, *et cetera*. Discedite
Isa. 66. g a me maledicti in ignem æternum. Et Isaias: Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur. *Et interrogabant eum turbæ*: Postquam commendauit Euangelista prædicationem Præcursoris in generali, hic commendat in speciali secundum eruditionem, respectu specialium personarum populi. Commendatur autem doctrina eius in parte ista. Primo in comparatione ad exigentiam populi in admirando doctrinam sanam. Secundo in comparatione ad excellentiam Christi in vitando gloriam falsam, ibi: *Existimante autem populo*, et cetera. Tertio in comparatione ad perfidiam tyranni, in sustinendo pœnam inflictam. ibi: *Multa quidem, et alia*. In primo commendatur Ioannis prudentia, in secundo Ioannis innocentia, in tertio patientia. Quantum ad primum, notandum, quòd secundum triplicem differentiam personarum audientium, diuersas instructiones administrat. Primo ad turbas, quæ gerunt personam subditorum: secundo ad publicanos, qui gerunt personam ministrorum: tertio ad milites, qui gerunt personam rectorum, siue præpositorum. Et in qualibet istarum partium, primo præmittitur quæstio, deinde additur responsio. Primo ergo turbis interrogantibus dat documentum de eleemosynis faciendis, propter quod dicitur: *Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus?* Ex quo necesse est, dignos fructus pœnitentiæ facere, igitur doce nos. Soliciti erant simplices addiscere magis, quàm
Ioan. 7. g mundi sapientes. Vnde: Numquid ex principibus aliquis credidit in eum? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt. Licet autem ab hominibus reputentur maledicti et reprobi, non tamen
Mat. 11. a apud Deum. Vnde dicitur: Abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis.
Prou. 3. d In Prouerbijs: Et cum simplicibus sermocinatio eius. Tales interrogabant Ioannem, tamquam prophetam magnum: Interroga patrem tuum, et annunciabit tibi, *et cetera*. Et quia humilem proponunt interrogationem, ideo vtilem audiunt responsionem, cum subditur: *Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti*. Optimum consilium, quia sicut dicit Salua-
Inf. 11. f tor: Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt
Iob 31. b vobis. Sic faciebat Iob: Si despexi pereuntem, eò quòd non habuerit indumentum, et absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, et de velleribus ouium mearum calefactus est? Et nota, quàm discrete doceat, vt: *Qui habet duas tunicas*, ideſt, alteram necessariam, alteram superfluam: quod sibi est superfluum, donet alteri, cui est necessarium. Vnde Beda: De duabus tunicis diuidendis
Beda to.5. in Luc.v.3. datur præceptum, quia si vna diuiditur, nemo vestitur: nam nudus remanet, et qui dedit et qui accipit.
Ex Gregor. homil. 20. in Euang. Quod autē dixit de vestimento, respectu defectus extrinseci dixit: de alimento vero respectu intrinseci, postea subdit: *Et qui habet escas, similiter faciat*. Sci-
Iob 31. b licet, si habet vltra necessitatem. Sic Iob: Si comedi
Tob. 4. c buccellam meam solus. Et Tobias: Panem tuum cum esurientibus, et egenis comede. Et de duobus
Isa. 58. b prædictis simul habetur in Isaia: Frange esurienti panem tuum, *et cetera*. Et post: Cum videris nudum, operi eum. Et nota hic, quòd per tunicam, et escam intelliguntur omnia, de quibus debet, et potest fieri eleemosyna. Vnde Hieronymus: Quidquid corpori nostro sufficere poterit, et humanæ imbecillitati succurrere, vna tunica appellanda est, nos enim nudos natura profudit: et quidquid in præsentibus alimentis necessarium est, hoc vnius diei victus appellatur.

Nota etiā, quòd in modo docendi exprimit, qualiter danda sit eleemosyna, et quales conditiones debeat habere. Prima est, vt sit de propria substantia, propter quod dicit: *Qui habet*. Honora Dominum de tua substantia, *et cetera*. Secunda est, quòd sit de re aliquantulum necessaria, non omnino superflua: Et ideo: *Duas tunicas*. Vnde Beda: Per hoc, quòd tunica plus est necessaria vsui nostro, quàm pallium, ad fructum dignæ pœnitentiæ pertinet: vt non solum exteriora quæque, et minus necessaria, sed ipsa valde nobis necessaria diuidere quidem cum proximis nostris debeamus, scilicet vel escam, qua carnaliter viuimus, vel tunicam, qua vestimur. Vnde laudatur illa vidua paupercula: quæ de penuria sua omne, quod habuit, misit in gazophylacium: sed alij ex eo, quod eis abundabat. Tertio, nota quòd debet esse gratuita: quod notatur in hoc, quod dicitur: *Det vnam*. Tobias: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Et Matthæus: Gratis accepistis, gratis date. Quarto notatur, quòd sit indigenti tribuenda, cum additur: *Det non habenti*. Infra: Cum facis conuiuium, voca pauperes, *et cetera*. Et nota, quòd verbum præmissū a quibusdā expositoribus dicitur esse præceptum, a quibusdam esse consilium: et hoc, quia superfluum, quod notatur in altera tunicarū, & est duplex, prius respectu naturæ, sed non personæ; et hoc dare, perfectionis est et consilij: alterū est superfluum naturæ et personæ: et hoc dare, cum locus et tempus adest, et videt hominem egentem, nisi reseruet magis egenti, est præceptum, secundum illud: Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, *et cetera*.

Eleemosyna qualis.
Prou. 3. a
Beda to.5. in Luc. 3. Ex Gregor. homil. 20. in Euang.
Mat. 19. c
Tob. 4. b
Mat. 10. a
Inf. c. 14. c
Ioan. 3. c

Secundo vero Publicanis, quærentibus doctrinam, dat documentum de legibus seruandis, cum ait: *Venerunt autem et Publicani, vt baptizarentur*. Publicani autem dicebantur illi, qui publica vectigalia exigebant, siue qui conductores erant vectigalium fisci, vel rerum publicarum: vel qui vectigalia regia accipiebant ad summam. Et isti iam veniebant ad Ioannem, quasi desiderantes salutem magis, quàm Scribæ. Publicani et meretrices præcedent vos in regnum Dei. Et exprimitur eorum diligentia, cum subditur quæstio: *Et dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus?* Bene quidem in hoc faciebant secundum consilium Isaiæ: Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Et secundum illud Ieremiæ: State super vias, et videte, et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, et ambulate in ea. Et quia discrete quærunt, ideo fructuose erudiuntur, cum subditur: *At ille dixit ad eos: Nil amplius, quàm quod constitutum est vobis, faciatis. Constitutum*, inquam, secundum legem diuinam. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, neque auferetis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri. Sic respondit Dominus adolescenti diuiti: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quia secundum illud: In custodiendis illis retributio multa. Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali: Et nota prudentiam ipsius, qua vnicuique præcipit secundum posse suum: videns enim illos infirmos, non apponit grauia, sed quantum potest, mitigat sarcinam, secundum illud: Infirmum autem in fide, assumite. Vnde Ioannes, qui sibi erat rigidissimus, publicanis infirmis factus est benignus, vt posset dicere illud Apostoli: Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, *et cetera*. Et nota, quòd hic Ioannes videbatur publicanorum officium sustinere, cum tamen de Matthæo publicano instruatur officium illud infame, et propterea intelligendum est, quòd ad hoc, quòd tributa debite exigantur, requiritur debita auctoritas, debita causa, et debita mensura, et hoc notat, cum dicit: *Nihil amplius*: ecce mensura: *Quàm quod constitutum est*: ecce auctoritas. *Vobis*, ideſt ad vtilitatem communitatis: ecce causa. Et quia

Publicani.
Mat. 21. c
Isa. 1. c
Hier. 6. d
Deut. 4. a
Mat. 19. c
Psal. 18. c
Eccli. 8. a
Rom. 14. a
1. Cor. 9. d
Inf. 5. f.
Debita exactio qualis.

Digitized by Google

hæc raro conſeruantur, ideo tales conſueuerunt eſſe peccatores et infames: non quia nullo modo bene poſſit fieri officium illud: ſed quia difficile, et rarum eſt, vt non excedat conſtitutum.

Tertio vero, militibus percunctantibus dat documentum de rapinis vitandis, cum ſubditur: *Interrogabant autem eum et milites, dicentes: Quid faciemus et nos?* Et recte ſecundum conſilium Tobiæ: Conſilium ſemper a ſapiente perquire. Et in hoc magna apparet virtus in Ioanne prædicante, quòd ad ſe trahat homines, qui maxime videntur mundani. Vnde Gloſſa: Magna vis in ſermone Ioannis: qui et publicanos, et milites ad conſilium ſuæ ſalutis cogit. Et nota, quòd quærunt: *Quid faciemus*, ſecundum illud adoleſcentis: Magiſter, quid faciens, vitam æternam poſſidebo? Non ſic Phariſæi, ſed curioſe requirunt: Miſerũt Iudęi ab Hieroſolymis ſacerdotes et Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et poſt: Qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis, et interrogauerunt eum: Quid ergo baptizas? Et quoniam ſalutare conſilium quærebant, et verbum in tempore ſalutis non eſt retinendum, ideo reſponſum ſalutiferum audierunt, cum ſubditur: *Et ait illis*. In quo documento illicita prohibet, cum ait: *Neminem concutiatis*. ideſt per vim potentiæ, *Neque calumniam faciatis*, ſub ſpecie iuſtitiæ. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nam e diuerſo malis malum comminatur Dominus: Rapina pauperis in domo veſtra: quare atteritis populum meũ, et facies pauperum commolitis? Per rapinam conſueuerunt milites peccare: et ideo illam docet tamquam illicitam cauere: ſed ne hoc videatur eis graue, ideo licita concedit, cum ſubdit: *Et contenti eſtote ſtipendijs veſtris*, ſtipendijs, ideſt, pro defenſione Reipublicæ, ſtatutis a ſuperioribus veſtris: quia talis miles Deo acceptus eſt. Vir ſi fuerit iuſtus, et hominem non contriſtauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, *et cetera*, vita viuet. Talis enim contentus eſt ſtipendijs ſuis. Sed non ſunt tales exactores, de quibus Iſaias: Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt. Et ideo Auguſtinus de Verbis Domini, ait: Quiſquis militiæ ſuæ cingulo vtitur, et ſtipendia ſibi publice decreta conſequitur, ſi amplius quærit, tamquam calumniator eſt, et concuſſor. Ideo enim militibus ſtipendia conſtituta ſunt, ne dum quæſtus quæritur, prædo graſſetur. Et nota, quòd videtur beatus Ioannes hic militare officium approbare, cum tamen videatur repugnare mandatis, de quibus præcipit Dominus, vt nullo modo ſe vindicet quis, nec propellat iniuriam, immo dicit: Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram. Et ideo nota, quòd vſus militiæ poteſt eſſe licitus et illicitus. Ad licitum autem vſum militiæ oportet, quòd concurrat conueniens perſona, et cauſa. Perſona, ſcilicet, indicentis bellum: in qua requiritur, quòd habeat poteſtatem. Item perſona agentis bellum, quę debet eſſe laicus, et ſecularis, non clericus vel religioſus. Item perſona patientis bellum, quæ talis ſit inſolentiæ, vt per bellum ſit compeſcenda. Cauſa autem conueniens eſt, cum eſt pro tutela patriæ, vel pacis, vel fidei. Quando ergo hæc cõcurrunt, tunc licitum eſt militare: ſed quando deficit aliquod horum, vtpote, quia defectus eſt ex parte perſonæ, vel cauſæ: vtpote cum, vel clericus, uel uir religioſus, qui debet eſſe perfectus, vult bellum gerere: uel quando propter gloriam hominum, uel uindictam, tunc eſt illicitum. Quod autem obijcitur de mandato euangelico, dicendum, quòd intelligitur de patientia habenda in animo, non de corporali exhibitione, ſicut Auguſtinus oſtendit in ſermone Domini in monte. Vel dic, quòd illud dictum eſt perfectis: quorum non eſt uinci a malo, ſed uincere in bono malum. Dictum eſt etiam ſubditis, non prælatis, uel principibus, et eorum officialibus: quia cum ipſi ſint miniſtri legis, non ipſi puniunt, uel occidunt, ſed lex.

Exiſtimante autem populo, et cetera. Commendata eſt prædicatio Ioannis in comparatione ad exigentiam populi. Hic ſecundo commendatur in comparatione ad excellentiam Chriſti, in hoc quòd gloriam Chriſto debitam non uſurpat. Vnde ſicut ſupra adminiſtrabat doctrinam ſanam, ita hic uitat gloriam non ſuam. Ad quod explicandum tria introducuntur: primum eſt, falſitatis exiſtimatio in plebe: ſecundum eſt, ueritatis confuſio in Ioanne: tertium eſt, ſublimitatis commendatio in Saluatore. Quantum ad exiſtimationem falſitatis in plebe dicitur: *Exiſtimante autem populo, et cogitantibus omnibus in cordibus ſuis*, exiſtimatione falſa et cogitatione erronea de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus, in lege, ſcilicet promiſſus: nec tantum exiſtimantibus, ſed et quærentibus exterius: Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes et leuitas ad Ioannem, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et hoc, quia ſuſpicabantur eum eſſe Chriſtum. Vnde ſupra: Quis putas puer iſte erit? Non autem debebant eum exiſtimare Chriſtum, ſed eius miniſtrum, ſecundum illud: Sic nos exiſtimet homo, ſicut miniſtros Chriſti *et cetera*. Et ideo in tali cogitatione errabant. Vnde Beda: Mira cæcitas Iudæorum, quòd in Ioanne ſponte credebant, hoc in Saluatore tantis ſignis et uirtutibus approbato, et ipſo etiam Ioanne atteſtante, non credere. Vnde non immerito cæci, et duces cæcorum uocantur. Quia ponebant tenebras lucem, et lucem tenebras. Vnde Ioannes: Non erat ille lux.

Quantum ad ueritatis confeſſionem in Ioanne ſubditur: *Reſpondit Ioannes, dicens omnibus*, ideſt publice: quia omnes errabant. *Ego quidem aqua baptizo vos*, et tantum, ſicut dicit Ambroſius, corpora tingo. Ac per hoc nõ ſum Saluator animarum, quem vos me arbitramini eſſe. Vnde ipſe dixit: Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendẽtem, et manentẽ ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto. Vnde cũ quæreretur a Iudæis, quis eſſet? Confeſſus eſt, et non negauit. Et confeſſus eſt: quia non ſum ego Chriſtus. Et ideo poterat dicere illud: Parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et nota, quòd eſt baptiſmus fluminis, flaminis, et ſanguinis. Baptiſmus fluminis eſt duplex, quidam in aqua tantum, vt beati Ioannis, in Actibus: In quo baptizati eſtis? Qui dixerunt: In Ioannis baptiſmate. Quidam in aqua et ſpiritu, vt baptiſmus Chriſti: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu ſancto, *et cetera*. Baptiſmus flaminis ſimiliter duplex eſt: quidam in dono gratiæ: Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto. Quidam in verbo doctrinæ: Dentes tui, ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, per quas prædicatores intelligimus. Et Ioannes: Vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Baptiſmus ſanguinis etiam duplex eſt: Quidam in tribulatione. Iſaias: Si abluerit Dominus ſordem filiarum Sion, et ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, et ſpiritu ardoris. Quidam in morte: Baptiſmo habeo baptizari, et quo modo coartor, vſque dum perficiatur?

Quantum autem ad commendationem ſublimitatis in Saluatore ſubditur: *Venit autem fortior me*. Commendat autem Ioannes Chriſtum, quantum ad myſterium incarnationis, quantum ad ſacramentum reparationis, et quantum ad iudicium retributionis. In primo eſt noſtræ ſalutis initium: in ſecundo incrementum: in tertio complementum. Quantum ad myſterium incarnationis dicit: *Venit autem fortior me*, fortior, dignior, et excellentior. Iſaias: Vocabitur nomen eius admirabilis. Quia, quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus. Et hoc quidem non modi-

Tob. 4.
Iuſ. 18. d
Ioan. 1. c. a
Leu. 19. c
Iſa. 3. c.
Ezech. 18. b
Iſa. 3. e
Aug. ſerm. 19. de Ver. Dom. to. 10
An militia probanda.
Mat. 5. f
Ad militię vſum licitũ quæ requirantur.
Aug. & de Mendacio c. 15. to. 4. & lib. 22. cõtra Fau. cap. 76. 79. to. 6.
Rom. 12. c
A
B
C
D
E
F
Sup. c. 1. f
1. Cor. 4. a
Mat. 15. b
Ioan. 1. a
Amb. lib. 2. in 3. cap. Luc. to. 3.
Ioan. 1. e
Ioan. 1. c
2. Cor. 12. b
Baptiſmus triplex.
Act. 19. a
Ioan. 3. a
Act. 1. a
Cant. 4. a
Ioan. 15. a
Iſa. 4. a
Luc. 12. g
Iſa. 9. b
1. Cor. 1. d

Digitized by Google

Mat.3.c modicum, sed incomparabiliter, ideo subditur: *Cuius non sum dignus soluere corigiam calceamentorum eius*. Ad litteram potest hoc esse, vt tantum se humiliet, quòd non sit dignus seruire ei in humillimo mi-
Matt.3 c nisterio. Vnde etiam et in Matthæo: Cuius non sum dignus calceamenta portare. Vel spiritualiter per calceamentum intelligitur humana natura assumpta, se-
Psal.59. b cundum illud: In idumæam extendam calceamentum meum. Per corigiam intelligo ipsam vnionem.
Beda to.1. in Luc.3. Est ergo sensus secundum Bedam: *Cuius non sum dignus*, et cetera, ideſt incarnationis mysterium explicare: quia dicitur in Apocalypsi: Nemo inuentus est dignus aperire librum, et soluere signacula eius, nisi
B solus agnus. Aliter intelligitur tertio modo, sic: *Non sum dignus*, et cetera, ideſt euangelicam prædicationem per mundum portare. Vnde Beda: Calceamentum nuptiale, est euangelica prædicatio, qua calceati fuerunt apostoli: Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis. Aliter etiam quarto modo exponitur, vt sit sensus: *Non sum dignus soluere*, ideſt, ipsum secundum morem legis discalciare, et vxorem
Ioan.3.d eius mihi copulare. Vnde Ioannes: Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi stat, *et cetera*. Sed secundum primum sensum maius videtur habere testimonium. In quo mira exprimitur beati Ioan-
C nis humilitas: cum enim reputatur a Deo maximus,
Eccli.3. c ipse reputat se minimum, secundum illud: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo inuenies gratiam.

Quantum ad sacramentum reparationis, subditur:
Act.1. a *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto*. Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu
Ioan.3. a sancto. Alioqui: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et hoc quidem erat interius. *Et igni*: Hoc dicitur quantum ad signum exterius. De quo dicitur,
Act. 2. quòd apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam D ignis. Et hoc, quia Spiritus sancti amor recte per
Inf. 12. f ignem designatur, secundum quòd dicitur: Ignem veni mittere in terram, *et cetera*. Vel *igni*, scilicet tribulationis, purificantis a sequela peccati, secundum
Soph. 3. b illud: In igne zeli mei deuorabitur omnis terra. Vel *igni*, scilicet purgatorio, in quo purgabitur scoria
1.Cor. 3.c peccati: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per
Psal.16. a ignem. Vel *igni*, tentationis: Igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas.

Quantum ad iustitiam retributionis, subdit: *Cuius ventilabrum in manu eius*. Hic autem iustitia retributionis commendatur quantum ad tria, scilicet quan-E tum ad iudicium discretiuum meritorum, quantum ad præmiationem bonorum, et quantum ad punitionem reproborum. Quantum igitur ad iudicium discretiuum, dicitur: *Cuius ventilabrum in manu eius*. Hoc dicit ad potestatem iudiciariam, qua discernuntur boni a malis: sicut per ventilabrum purgantur
Hier.15.b frumenta a scorijs: Dispergam eos ventilabro in portis terræ. Et dicitur: *In manu eius*, ideſt plenaria po-
Ioan. 5. a testate, secundum illud: Pater omne iudicium dedit
1.Pet.5. b filio. Et ideo dicitur: Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: Ecce
Mal.3. a venit dicit Dominus exercituum, et quis poterit co-F gitare diem aduentus eius? Et quoniam potestatis iudiciariæ est sequestrare bonos a malis, vt bonos glorificet, et malos affligat: ideo quantum ad discretionem, et sequestrationem dicitur: *Et purgabit aream*
Iohel vl.d *suam*. Mundabo sanguinem eorum, quos non mundaueram: et Dominus commorabitur in Sion. Quia vero boni permixti sunt modo malis occultis: ideo
Psal.18. d dicitur in Psalmo: Ab occultis meis munda me, in persona Ecclesiæ. Hoc fiet quando implebitur illud:
Isa.26. b Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Et alibi: Foris canes, et venefici, et impudici, et homicidæ, et idolis seruientes. Et nota, quòd Ecclesia militans intelligitur per areolam propter artitudinem hu-

A militatis. In Cãticis: Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum. Sed per aream *Cant. 6. a*
Ecclesia triumphans, propter latitudinem charitatis.
Ponam hoc vellus lanæ in aream *et cetera*. Hæc mun- *Iudith 6.*
datur in fine, secundum illud: Sic enim erit in con- *Mat.13.g*
summatione sæculi, exibunt angeli, et separabunt malos de medio iustorum.

Quantum autem ad præmiationem bonorum, dicitur: *Et congregabit triticum in horreum suum*. Et hoc est, quando Sancti in gloria in vnum reducuntur. Hæc ait Dominus Deus, qui congregat dispersos
Israel. Adhuc cõgregabo ad eum congregatos meos. *Isa.56. c*
B Et recte electi, ratione fructuositatis, comparantur tritico, secundum illud: Nisi granum frumenti ca- *Ioan.12.d*
dens in terram mortuum fuerit, *et cetera*. Iob: Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur *Iob 21. c*
acerus tritici in tempore suo.

Quantum vero ad punitionẽ reproborũ, subditur: *Paleas autẽ comburet igni inextinguibili*. Paleas reprobos vocat, quia sunt materia combustionis: Quid pa- *Hier.23.f*
leis ad triticũ, dicit Dominus? Vnde Iob: Erunt, sicut *Iob 21. c*
paleæ, ante faciem venti, et sicut fauilla, quam turbo dispergit. Psalmus: Deus meus pone illos, vt rotam, et sicut stipulam ante faciem venti. Et ita paleæ *Psal. 82. c*
C sunt in pabulum ignis sempiterni, qui nec extinguitur nec extinguit. Et ideo Isaias: Vermis eorum *Isa.vlt. g*
non morietur, et ignis eorum non extinguetur. Et in Deuteronomio: Ignis succensus est in furore meo, *Deut.32.b*
et ardebit vsque ad inferni nouissima. Hæc autem palearum adustio longe erit a tritico cõgregato, quia isti erunt in inferno, boni autem in paradiso, in qua congregabuntur in gloria, quia hic congregati fuerunt in gratia. Ideo intelligendum, quòd triplex est congregatio, scilicet ad studium veritatis. Ap- *Eccli.51.d*
propiate ad me indocti, et congregate vos in domum disciplinæ. Ad exercitium virtutis: Canite *Iohel 2. b*
D tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, cõgregate populum, sanctificate Ecclesiam, *et cetera*. Ad præmium felicitatis. Psalmus: Principes popu- *Psal.46. b*
lorum congregati sunt cum Deo Abraam. Ad exercitium virtutis, videlicet in oratione: Cum orasset, motus est locus, in quo erant congregati. In *Act.4. f*
prædicatione: Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati. Et postea: Testem resurrectionis *Act.1. d*
eius nobiscum fieri vnum ex istis. In conuersatione, Matthæus: Vbi sunt duo, vel tres congregati in no- *Mat.18.c*
mine meo, ibi sum in medio eorum. Ad studium veritatis, ad cognoscendum diuina præcepta: Con- *Deut.4.b*
E grega ad me populum, vt audiant sermones meos. Ad cognoscendum diuina sacramenta: Psalmus, *Psal.49.*
Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Ad cognoscendum diuina promissa: Congregamini ad me filij Iacob, vt annun- *Gen.49. a*
ciem quæ ventura sunt vobis. Ad præmium felicitatis per cohærentiam pacis, Matthæus: Mittet *Mat.24.c*
filius hominis Angelos suos. Et postea: Et congregabunt electos eius a quattuor ventis, *et cetera*. Per
refulgentiam lucis, Isaias: Omnes isti congregati *Isa.60. a*
sunt, venerunt tibi. Per consonantiam laudis: Sal- *Psal.105.g*
F uos nos fac Domine Deus noster: et congrega nos de nationibus, vt confiteamur nomini sancto tuo.

Multa quidem et alia, exhortans, euangelizabat, et cetera. Supra commendauit prædicationem Ioannis in comparatione ad exigentiam populi, et excellentiam Christi. In hac parte commendat in comparatione ad perfidiam tyranni. In qua laudatur eiusdem patientia, quia doctrina viri per patientiam *Prou.19. b*
noscitur. In hac ergo parte, primo introducitur Ioannes, exhortans populum obedientem: secundo corripiens principem præuaricantem: tertio sustinens aduersarium persequentem.

Quantum ergo ad exhortationem populi obedientis dicitur: *Multa quidem et alia, exhortans, euangelizabat populo*. Sed tamen omnia erant ad bonum.

Digitized by Google

1.Cor.6.a Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, *et cetera*. Et ad Theſſalonicenſes: Exhor-
1.Theſſ.2.a tatio noſtra non de errore, neque de immunditia, neque in idolo: ſed ſicut probati ſumus a Deo, vt crederetur nobis Euangelium. Et ratio ſubditur:
Iſa.52.b *Euangelizabat*, ideſt, bona annunciabat. Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, et prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem! *et cetera*. Quantum ad correptionem principis præuaricantis, ſubditur: *Herodes autem Tetrarcha*,
Sup.eod.a de quo habitum eſt ſupra, *cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui*. Dicebat enim illi Ioanes:
Mat.14.a Non licet tibi habere eam, *et cetera*. [*Et de omnibus*
Eccli.10.c *malis, quæ fecit Herodes*. Et ita non parcebat ei. Gloria diuitum, et honoratorum, et pauperum, timor Dei eſt, non deſpicere hominem iuſtum pauperem, et non magnificare virum peccatorem diuitem. Vnde
Eccli.48.b ſibi competit illud, quod dicitur de Eliſæo: In diebus ſuis non pertimuit principem, et potentia nemo vicit illum, nec ſuperauit illum verbum aliquod. Et quia publice peccabat, publice arguebat, ſecundum
1.Tim.5.c illud: Peccantes coram omnibus argue, vt et ceteri timorem habeant: et hoc quidem audacter. Ad Ti-
Tit.2.d tum: Hæc loquere, et exhortare, et argue cum omni imperio. Quantum ad tolerantiam aduerſarij perſequentis, ſubditur de Herode: *Adiecit et hoc ſuper omnia, et incluſit Ioannem in carcerem*. Et ſic verificatum eſt illud: Cor nequam grauabitur in doloribus,
Eccli.3.d et peccator adiecit ad peccandum. Et hoc iuſto Dei
Apo.22.c iudicio. Apocalypſis: Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat
Amos 5.c adhuc: Et ſic verificatum eſt illud Amos: Odio habuerunt corripientem in porta. Sicut Achab Mi-
3.Reg.22. cheam: ſicut Sedechias Hieremiam: ſicut alius He-
Act.12.a rodes Petrum. Propter quod: Alij ludibria et ver-
Heb.11.g bera experti, inſuper et vincula et carceres, ſecti ſunt, *et cetera*.

Factum eſt autem, cum baptizaretur, et cetera. Poſtquam commendauit Euangeliſta Præcurſoris prædicationem, et officij executionem in generali et ſpeciali, hic commendat in ſingulari reſpectu Chriſti, ad quem principaliter tota prædicatio ordinata fuit.
Ioan.1.d Sicut enim dicit ipſe Baptiſta: Vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans. Deſcribitur ergo hic ſpiritualis regeneratio Chriſti, quæ principaliter intenta eſt in toto capitulo. Habet autẽ hæc pars, duas. In prima determinatur Chriſti regeneratio ſacramentalis: in ſecunda vero Chriſti genealogia temporalis, ibi: *Et ipſe Ieſus erat incipiens*, et cetera. Quantum ad primum, duo introducuntur: primum eſt, humiliatio per ſuſceptionem ſacramenti in aſſumpta humanitate: ſecundum eſt, clarificatio per exhibitionem teſtimonij a tota Trinitate, ibi: *Apertum eſt calum*, et cetera. Circa ſuſceptionẽ ſacramenti in forma ſerui, notandum, quòd triplex
Chriſti humilitas. deſignatur humiliatio in Chriſto: Prima reſpectu populi aſſociantis: ſecunda reſpectu miniſtri baptizantis: tertia reſpectu Dei exaudientis. Humiliatio autẽ reſpectu populi aſſociantis, notatur, cum dicit: *Factum eſt autẽ, cum baptizaretur omnis populus*. Per populũ plebs humilis intelligitur: inter quos Chriſtus humilis eſſe non dedignatur, quoniam ſecundum
Pſal.112. Pſalmiſtam: Excelſus Dominus, et humilia reſpicit. Ratione cuius humilitatis dicitur infra: Ego autem
Inf.22.c in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Et alibi
Ioan.1.d dicitur: Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Et nota, quòd, *Omnis populus*, idem eſt, quod
Inf.7.d multi de populo, quia infra dicitur: Phariſæi autem et legiſperiti conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſo, nõ baptizati ab eo. Et ſic accipitur apud Matthæum:
Mat.3.d Exibat ad eũ Hieroſolyma, et omnis Iudæa, et omnis regio circa Iordanem, et baptizabantur ab eo. *Et Ieſu baptizato*, ſcilicet a Ioanne, quæ fuit mera humilitas, vt Dominus vellet baptizari baptiſmo ſerui. Vn-
Ibidem. de dicitur, quòd Ioannes dixit: Ego a te debeo baptizari. Et ſequitur: Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam, ideſt perfectam humilitatem, qua non tantum ſuperiori et pari, ſed et inferiori ſubiecit ſe. Baptizatus autem eſt Chriſtus, nõ vt ſanctificaretur baptiſmo, ſed vt vim regeneratiuã aquis conferret. Vnde Chryſoſtomus: Peccatorum remiſſionem non accepit, ſed aquas baptizandis omnibus ſanctificauit. Baptizari etiam voluit, vt alijs exemplum et formam daret, quia ſecundum quòd dicitur: Cœpit Ieſus facere et docere. Vt etiam ſuo baptiſmo innoteſceret, ſicut dicitur: Vt manifeſtetur in Iſrael, *et cetera*. Baptizatus eſt etiam, vt baptiſmum Præcurſoris approbaret, et oſtenderet Phariſæis, quòd Ioannis teſtimonio credendum erat, ſicut cæleſti. Ad quos Matthæus: Baptiſmus Ioannis vnde erat, e cælo, an ex hominibus? Humiliatio autem reſpectu Dei exaudientis notatur, cum dicitur: *Et orante*. ſcilicet ad Dominum, ſecundum illud: Subditus eſto Domino, et ora eũ. Ad Hebræos: Preces, ſupplicationeſq. ad Dominum offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Vnde: Pater, gratias ago tibi, quoniam exaudiſti me: ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter populum, qui circumſtat, dixi, vt credant, quia tu me miſiſti. In omnibus inuenitur Dominus orans, ſiue in baptiſmi ſuſceptione, ſiue in ſolitudine, ſiue in prædicatione, ſiue in miraculorũ operatione, et paſſione, et ſacramenti diſpenſatione, et animæ commendatione, vt
Inf.18.a oſtendat illud, quod infra dicitur: Oportet ſemper orare, et non deficere. In baptiſmi ſuſceptione, ſicut hic: *Et factum eſt, Ieſu baptizato, et orante*, vt daret formam orandi accedentibus ad baptiſma. In
Inf.5.a deſerti ſolitudine, Infra: Ipſe ſecedebat in deſertum,
Inf.6. et orabat: vt formam daret contemplantibus. In prædicatione, infra: Factum eſt autem in diebus illis, exijt in montem, vt oraret, vt formam daret prædicatoribus. In miraculorum operatione: Pa-
Ioan.11.f ter, gratias ago tibi, *et cetera*. vt daret formam ope-
Mat.26.d rantibus. In paſſione: Progreſſus cecidit in faciem ſuam: vt formam daret ſuſtinentibus. In corporis
Inf.22.b Chriſti adminiſtratione, infra: Accepto calice, gratias egit, vt formam daret ſacerdotibus. In ſpiritus
Inf.23.f commendatione, infra: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, et hæc dicens expirauit: vt formã daret morientibus. Et in omnibus eſt orandũ.

Cur Chriſtus baptizari voluerit.

Act.1.d
Ioan.1.d

Pſal.36.
Heb.5.

Ioan.11.f

Orauit Chriſtus in omnibus actis.

Apertum eſt calum, et cetera. Poſt humiliationem in ſuſceptione ſacramenti, ſubditur clarificatio in exhibitione teſtimonij. Et, vt teſtimonium ſit firmum, ideo oſtenditur eſſe, trium perſonarum omni acceptione maiorum, ideſt perſonæ Filij, et Spiritus ſancti, et Patris: adeſt enim lux, columba, et vox. Lux ad ſignificandam perſonam Filij, columba Spiritus ſancti, vox vero perſonã Patris æterni. Ad ſignificandam igitur filij perſonam dicitur: *Apertum eſt calum*. In qua ſcilicet apertione fulgor magnus apparuit. Ipſe enim filius dicit de ſe:
Ioan.8.b Ego ſum lux mundi. Et Ioannes: Erat lux vera. Et
Ioan.1.b ad Hebræos: Qui cum ſit ſplendor gratiæ, et figura
Heb.1.a ſubſtantiæ eius. Dum ergo cæli aperti dant ſplendorem, verificatur illud Pſalmiſtæ: Cæli enarrant gloriam Dei, ideſt, filij, qui eſt ſplendor. In hoc enim
Pſal.18. deſignatum eſt, quòd virtute baptiſmi Chriſti aperitur ianua cæli, ad intrandum, baptizatis, ſecundum illud Pſalmiſtæ: Notas mihi feciſti vias vitæ, *et cetera*. Apparuit etiam ipſe filius in natura aſſumpta. Ad
Pſalm.15. Titum: Benignitas et humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus
Tit.3.b nos. Sequitur: Vt iuſtificati gratia ipſius, heredes
Ioan.2.b ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Quia enim nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, ideſt niſi ſit membrum Chriſti, qui deſcendit de cælo: nec hoc fieri poteſt, vt ſit membrum Chriſti, niſi per ſacramentum regenerationis, ideo in baptiſmo aperti ſunt cæli. Et ſicut per Adæ carnalem generationem

Digitized by Google

tionem clauditur cælum: ita per regenerationē ſpi-
Gen.3. d ritualem aperitur. Et ſicut propter concupiſcentiæ
ardorem poſitus eſt flammeus gladius ad cuſtodiam
ligni vitæ; ſic per humorem gratiæ, mitigantis con-
cupiſcentiam, in baptiſmo amouetur romphæa, et
Dan.3. a aperitur porta. Angelus Domini deſcendit in forna-
cem, et fecit medium fornacis, quaſi ventum roris
Ioan.5. a flantem. Et hic eſt Angelus, de quo: Angelus Do-
mini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam, et
mouebatur aqua, et ſanabatur vnus.

Rurſus ad deſignandam Spiritus ſancti perſonam,
additur: *Et deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie*
Ioan. 1. c *ſicut columba in ipſum*. Super quem videris ſpiritum
deſcendentem, et manentem ſuper eum, hic eſt,
qui baptizat, *et cetera*. Deſcendit autem in ſpecie
columbæ, ratione ſignificationis, quia, ſicut dicit
Chryſoſt. Chryſoſtomus: Auis iſta præ omnibus cultrix eſt
ſer. de Spir. maximæ charitatis. Vnde apparuit Chriſto in perfe-
Sanc. ante cto animali, ſed diſcipulis in linguis, vt ſignificetur
med. to. 3. quòd in Chriſto fuit ſecundum omnimodam ple-
nitudinem, in alijs per partes. Vnde dicitur: Non
Ioan. 3. d ad menſuram dat Deus ſpiritum. Apparuit etiam
Act. 2. a ſuper diſcipulos in igne, ſed ſuper Chriſtum in co-
Gregorius. lumba, quia ſicut dicit Gregorius: Chriſtus nos per
homil. 30. manſuetudinem venit colligere: et ideo ſuper ipſum
in Euang. apparuit in columba, ſed ſuper diſcipulos in igne:
circa med. ad quos, ad conſumendam rubiginem, quam in ſe-
metipſis habebant, et vt eos accenderet, veniebat.
Et optime competit baptiſmo apparitio Spiritus ſan-
cti in columba, propter innocentiam, quam baptiſ-
Gen. 8. b mus reſtituit. In cuius rei ſignum dicitur, quòd
columba poſt diluuiū attulit virentis oliuæ ramum.
1. Pet. 3. d Per illud diluuium, in quo, ſicut dicit Petrus, paucæ,
ideſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, *et ce-*
Spiritus S. in triplici ſpecie apparuit. *tera*, intelligitur baptiſmus. Vnde per columbam
reducentem ad arcam ramum virentis oliuæ, intel-
ligitur innocentia manſuetudinis, cum gratia vnctio
Mat. 17. a nis. Et nota, quòd Spiritus ſanctus apparuit in tripli-
Act. 2. ci ſpecie, ſcilicet in columba in baptiſmo: in nube,
in transfiguratione: in igne, ſuper diſcipulos. Et re-
ſpondent hæc tribus ſtatibus. Incipientibus enim il-
labitur, vt columba, quia reddit eos gementes, et
Iſa. 59. b meditantes. Quaſi columbæ meditantes, gememus.
Idem 38. c Et: Sicut pullus hirundinis, ſic clamabo, et medita-
bor, vt columba. Proficientibus vt nubes, quia co-
namine mentis facit eos ſurſum aſcendere, de virtu-
te in virtutem, vſquequo eleuet ad cælum, vt ibi vi-
Pſal. 83. a deatur Deus deorum in Sion. Perfectis in igne,
quia illos inflammat, vt ſurſum tendant per deſide-
rium: et etiam proximos accendant per benefacta.
Inf. 12. f Infra: Ignem veni mittere in terram, et quid volo,
niſi vt accendatur? In cuius rei ſignum dicitur, quòd
4. Reg. 2. b Elias aſcendit in cælum in curru igneo. De quo
Thr. 1. d igne: De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, et
erudiuit me.

Poſtremo ad ſignificandam perſonam Patris, ſub-
ditur: *Et vox de cælo facta eſt*. Et tunc verificatum eſt
Pſal. 28. a illud: Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis in-
Deut. 4. f tonuit. Et illud: De cælo te fecit audire vocem
ſuam. Et quòd hæc vox eſſet in perſona Patris, oſten-
ditur, cum adiungitur: *Tu es filius meus*, ſcilicet,
Pſal. 2. b vnigenitus, ab æterno genitus. Pſalmus: Dominus
dixit ad me: Filius meus es tu. Et in hoc perhibuit ei
Ioan. 8. c Pater teſtimonium ſecundum illud: Ego ſum, qui
teſtimonium perhibeo de meipſo, et teſtimonium
1. Io. 5. b perhibet de me, qui miſit me, Pater. Vnde: Si te-
ſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei
maius eſt, quod teſtificatus eſt de filio ſuo. *Tu*: Ergo
hic diſcretiue accipitur, quia nullus alius. Vnde vni-
Ioan. 1. b genitus dicitur: Deum nemo vidit vmquam: vnige-
nitus Dei filius, qui eſt in ſinu Patris, *et cetera*,
Pſ. 109. a quia ſecundum illud: Ex vtero ante luciferum ge-
nui te. Et quia iſtum ſumme diligit, ideo additur:
Eph. 1. b *Dilectus*, per quem et alij odioſi diliguntur. Gratifi-

A cauit nos in dilecto filio ſuo. Et iterum: Tranſtulit *Col. 1. b*
in regnum filij dilectionis ſuæ. Et ad maiorem ex-
preſſionem, additur: *In te complacuit mihi*, omne
ſcilicet, quod placet, et hoc propter perfectiſſimum
nexum amoris, qui eſt inter Patrem et Filium, quaſi *Prou. 3. b*
Pater in Filio complacet ſibi. Ad Coloſſenſes: In ipſo *Col. 1. c*
complacuit plenitudinem omnem inhabitare, paci-
ficans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris,
ſiue quæ in cælis ſunt, et ideo dicitur: Qui miſit me, *Ioan. 8. c*
mecum eſt, et non reliquit me ſolum, quia quæ
placita ſunt ei, facio ſemper. Sic ergo perhibitum
eſt teſtimonium Chriſto in voce a Patre, a Spiritu
B ſancto in columba, a Filio in luce: et ſic firmum eſt
teſtimonium, quia in ore trium teſtium ſtare debet
omne verbum. Et ſic verificatum eſt illud: Tres ſunt,
qui teſtimoniū dant in cælo, Pater, Verbum, et Spi- *1. Io. 5. b*
ritus ſanctus, *et cet.* Et nota, quòd apud Matthæum di
citur de hac voce: Hic eſt filius meus dilectus, in quo *Mat. 3. d*
mihi complacui, ſed Marcus: Tu es filius meus dile- *Mar. 1. a*
ctus, in te complacui. Lucas hic: *Tu es filius meus di-*
lectus: in te complacuit mihi. In his autem non eſt con- *Auguſt. lib.*
trarietas, quia non ſonum verborum, ſed ſententiam *2. cap. 14.*
exprimunt, ſicut dicit Auguſtinus. Ideo autem fit *to. 4. de cō-*
differenter, quia vox iſta, Patris, eſt ſignificatiua, *cor. Euan.*
C quòd Chriſtus ſit verbum Patris ſimillimum et ex-
preſſum, et ideo placidiſſimum. Quoniam pater ſe
dicit verbo in ſe et in nobis, per quod ſe alijs decla-
rat: dicit etiam omnia verbo, quæcumque dicit, et
hoc perfectiſſimum eſt. Et quia non poterat nobis
hoc ſimplici verbo Euangeliſta exprimere, licet illa
vox cæleſtis totum hoc inſinuaret, ideo Euangeliſtæ
expreſſerunt diuerſimode: ita quòd Matthæus in-
ſinuat complacentiam patris, reſpectu verbi, in quan
tum dicit ſe in ſe. Et ideo dicit: In quo mihi compla *Mat. 3. d*
cui. Lucas reſpectu verbi, in quantum Pater verbo
omnia dicit: Et ideo ait: *In te complacuit mihi*, gene-
D raliter ſcilicet, quidquid placet. Marcus reſpectu
verbi, in quantum pater verbo ſe dicit nobis, et com- *Mar. 1. b*
placet alijs, et ideo dicit: In te complacui.

Et ipſe Ieſus erat, et cetera. Poſt regenerationem
ſacramentalem, in qua etiam declarauit generatio-
nem æternalem, ſubiungit hic genealogiam tempo-
ralem, circa quam tria introducuntur conſideranda.
Primum eſt tempus procedentis ad excludendum
intellectum fantaſticum. Secundum, eſt modus pro-
cedendi ad excludēdum intellectum carnalem. Ter-
tium, eſt proceſſionis gradus, ſiue progreſſus ad for-
tificandum intellectum fidelem. Primo igitur inſi-
E nuat tempus ætatis, vt illi conuincantur, qui cre-
dunt Chriſtum verum hominem non fuiſſe, pro-
pter quod dicit: *Et ipſe Ieſus erat incipiens, quaſi anno-*
rum triginta. Incipiens ſcilicet alijs ſe manifeſtare et
prædicare. Dicit autem: *quaſi annorum triginta*: quia
ſecundum quoſdam erat viginti nouem annorum, Ætas Chri-
et tredecim dierum: ſecundum alios, habebat tri- ſti, cum cœ
ginta annos, et tredecim dies. In quo etiam præbuit pit prædica
exemplum, vt nullus debeat docere ante ætatem re.
adultam, quantamcumque habeat ſapientiam. Vn-
de: Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus. Et ideo *Eccli. 20. a*
dicitur: Adoleſcens loquere in tua cauſa vix, cum *Ibid. 32. b*
F neceſſe fuerit. Vnde: Filij Gerſon non niſi a triginta *Num. 4. c*
annis vſque ad quinquaginta numerabantur ad por-
tandum onera tabernaculi. Licet autem ita ſit de le-
ge communi: tamen aliquando aliter facit Domi-
nus de priuilegio ſpeciali, ſicut legitur de Hiere-
mia: Noli dicere: Puer ſum. Et Daniel, de quo dici- *Hier. 1. b*
tur, quòd ſuſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris. *Dan. 13. c*
Ideo dicitur, quòd ſapientia aperuit os mutorum, *Sap. 10. d*
et linguas infantium fecit diſertas. Et in Pſalmiſta:
Ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem. *Pſal. 8. a*
Attamen priuilegia paucorum non ſunt trahenda ad
conſequentiam, nec diuinæ operationi et gratiæ eſt
lex imponenda, quia ſicut dicitur: Cani ſunt ſenſus *Sap. 4. b*
hominis, et ætas ſenectutis, vita immaculata. Et
iterum:

Digitized by Google

iterum: Conſummatus in breui expleuit tempora multa.

Deinde ſcribit modum proceſſus, cum dicit: *Vt putabatur filius Ioſeph.* In quo oſtendit, quòd ſecundum generationem temporalem non habebat patrem verum, ſed putatiuum, quia de virgine natus. Ioſeph namque putabant homines eius patrem, *Infrà .4.d* ſecundum quòd dicitur: Nonne hic eſt filius Ioſeph? Sed ex hoc videtur, quòd genealogia ſequens nihil faciat ad Chriſtum, ſecundum veritatem. Ad quod *Beda.* reſpondet Beda per Hieronymum, quòd non eſt conſuetudinis ſcripturarum, vt mulierum in generationibus ordo taxetur. Deinde et Ioſeph et Mariam ex eadem tribu dicit eſſe generatos. Vnde et lege tenebatur eam accipere, vt propinquam. Cuius etiam ſignum eſt, quòd ſimul in Bethlehem cenſentur, ſicut habetur ſupra. *Sup.2.a* Et ideo generationis ſeries vnius, ad alterum pertinet: ex quo apparet, quàm parum in ſcriptura de Maria ſit ſermo: ſi enim de ipſa non fit ſermo in Chriſti genealogia propter ſeruandum morem ſcripturarum, cum tamen videatur quaſi neceſſarium: multo minus fieri debet circa proprios actus. Non fit autem ſermo de mulieribus in ordine genealogiarum, tum propter defectum ex parte naturæ, quia femina eſt vir vel mas occaſionatus: tum propter defectum ex parte ſignificantiæ, quia non Chriſtum, ſed Eccleſiam ſignificat: non ſuperiorem portionem rationis, ſed inferiorem. Tum propter defectum ex parte officij, quia nec docere, nec præſidere eis competit. Tum propter defectum ex parte remedij, quia ei competit non remediare, ſed remediari. Tum propter defectum principij, quia non vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. Tum propter memoriam primi peccati: *1.Tim.2.d* Adam non eſt ſeductus: mulier autem, *et cetera*. Et hac ratione non fit decurſus per mulieres, nec eſt mos in ſcripturis, nec fit mentio magna de Maria, *Mar.1.a* quia Euangelia inceperunt a præcurſore. Marcus: Initium Euangelij Ieſu Chriſti, *et cetera*. Et etiam propter prædictas rationes: ſcriptum tamen in veteri teſtamento fuit, quod eſſe poterat figura virginis in aliquibus mulieribus, quæ Mariæ et Eccleſiæ figuram geſſerunt.

Cur in genealogijs ſacris nõ fiat mulierum recenſio. *Auer.1.phyſic.com.81. Et Ariſt. li. 2. de gener. animal.c.3. Et li.4.c.6.*

Tertio adiungit gradus proceſſionum, cum addit: *Qui fuit Heli*, et cetera. Sed huic videtur contrairi illud Matthæi, vbi dicitur, quòd Iacob genuit *Mat.1.b* Ioſeph, qui deſcendit per Salomonem. Si ergo impoſſibile eſt, quòd aliquis ſimul a duobus generetur, aut iſta genealogia, aut illa Matthæi eſt omnino erronea. Ad cuius rei euidentiam eſt notandum, quòd Matthat, qui deſcendit a Dauid per Nathan: et Matthan, qui deſcendit a Dauid per Salomonem, habuerunt ſucceſſiue vnam et eamdem vxorem, ex qua Matthan genuit Iacob, et Matthat genuit Heli. Et ita Heli et Iacob fuerunt duo fratres vterini. Heli autem, accepta vxore, mortuus eſt ſine liberis, et ideo ſecundum legem, Iacob frater eius illam accepit, vt ſuſcitaret ſemen fratri ſuo, et ex illa genuit Ioſeph, virum Mariæ. Ioſeph ergo ſecundum carnem fuit filius Iacob, qui deſcendit per Salomonem: ſed ſecundum legem fuit Heli, qui deſcendit per Nathan. Et quoniam ad perfecte ſcribendam genealogiam Saluatoris, oportuit eam ſcribi et ſecundum legem, et ſecundum naturam: ideo Spiritus ſanctus hoc fecit per duos Euangeliſtas: quia Matthæus ſcripſit carnalem, et Lucas legalem. Hoc autem non eſt factum ſine cauſa rationabili: Matthæus namque proſequitur Chriſti regnum, et humanitatem ſecundum quòd ſucceſſit Dauid: loquitur enim de deſcenſu eius ad noſtræ carnis ſuſceptionem. Et quia hæc ſuſceptio fuit primo promiſſa ipſi Abraæ, et repromiſſa ipſi Dauid: ideo incipit genealogiam Saluatoris ab Abraam deſcendendo per Dauid et Salomonem, qui ſucceſſit ei in regno. Hinc eſt etiam, quòd deſcendendo, ſolum quadraginta inter medias generationes ponit, quia per illum numerum vniuerſitas temporis deſignatur, ſecundum quòd dicit Auguſtinus: generatur enim ſi denarius ducatur per quaternarium. *Aug. lib.2. de concor. Euan.c.4.* Vel ſecundum alium modum computandi, interſerit quadraginta duas generationes, ſecundum quadraginta duas mãſiones filiorũ Iſrael. *to.4.* Ita quòd Iechonia bis computetur, ad deſignandum *Num.33.* lapidem angularem Chriſtum. Et generatur hic numerus ex ſenario, ducto per ſeptenarium. In quo deſignatur præſentis temporis ſtatus. Et quia Chriſti generatio ſecundum carnem deſcribitur per Matthæum: ideo ponitur in principio libri. Lucas autem proſequitur ſacerdotium Chriſti, per quod in adoptionem filiorum reconciliamur a ſtatu peccati, quod quidem fit per ſacramentalem regenerationem: ideo proſequitur filiationem Chriſti adoptiuam ſiue legalem, aſcendendo vſque ad Deum. Et hoc per ſeptuaginta ſeptem gradus, quia per illum numerum, vt dicit Auguſtinus, peccatorum vniuerſitas deſignatur: generatur enim per vndenarium *Auguſt. ibidem. vt ſupra.* ductum per ſeptenarium. Ideo etiam genealogiam iſtam, non in principio libri, ſed poſt baptiſmum Chriſti ponit. Quoniam igitur finis imponit neceſ- *Ariſt.2.phyſic.tex.4. et 2. Metaph. tex.8. & li. 1. de part. anim.c.1.* ſitatem his, quæ ſunt ad finem, et Lucas principalis intentionis oculum dirigebat ad Chriſti ſacerdotium: Matthæus vero ad Chriſti regnum: hinc eſt, quòd genealogiã Chriſti aliter atque aliter ſunt proſecuti, quam, a Spiritu ſancto ducti, non caſu contrario, atque fortuito, ſed varietate quadam conſona, et articulata deſcripſerunt.

Lucas et Matthæus, dum Chriſti deſcribunt genealogiam, in quibus differant.

Ex his apparet cauſa ſeptiformis differentiæ inter Lucam et Matthæum, ſcilicet in perſonis, per quas, propter duplicem modũ paternitatis ſecundum naturam et legem: primum, Matthæus: ſecundum, Lucas: primo modo per Salomonem: ſecundo per Nathan. In progreſſu, quia Matthæus deſcendendo, Lucas vero aſcendendo: et hoc quia natura eſt principium propagandi, ſed gratia reducendi. In modo, quia Matthæus dicit: Genuit: Lucas: Qui fuit: quia ille generationem naturalem, hic deriuationem legalem. In tempore, quia Matthæus ab exordio. Lucas ab anno triceſimo, quia ille exordium naſcendi, hic reconciliandi. In ſitu, quia Matthæus a principio: Lucas a baptiſmo, quia ille generationem, iſte regenerationem principaliter attendit. In ſtatu, quia Matthæus vſque ad Abraam, Lucas ad Deum: quia ille naturam, iſte gratiam, quæ filios ſanctificat. In numero, quia Matthæus in ſeptuaginta duabus generationibus, et quadraginta perſonis, vna bis computata ad deſignandam vniuerſitatem peregrinationis, ad quam deſcendit Lucas ſeptuaginta ſeptem, per numerum trãſgreſſionis, quam Chriſtus per baptiſmũ expiauit. Spiritualiter notandum, quòd omnia nomina, quæ exprimuntur in genealogia Saluatoris, aliquid myſterij important, quod valeat ad ſalutem. Propter vitandum tamen faſtidium et curioſitatem, attendenda ſunt loca dumtaxat inſigniora, et principaliora in his gradibus deſignata, ſcilicet primus, ſeptimus, decimus, decimus ſeptimus, ſeptuageſimus, ſeptuageſimus ſextus: et vltimus. Et ita ſeptem loca inſignia. Ita vt in primo ſit noſtræ ſalutis initium: In vltimo complementum, et in intermedio profectus incrementum.

Ieſus. Primo loco ponitur Ieſus, qui interpretatur Saluator, quia ſaluat et liberat a ſeruitute peccati. Et *Mat.1.d* vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Et hoc eſt initium noſtræ ſalutis, a malo recedere. Pſalmiſta: Quis eſt *Pſal.33.c* homo, qui vult vitam, et diligit dies videre bonos. Diuerte a malo, *et cetera*. Septimo loco Ianne, qui *Ianne.* interpretatur dextera: quia peccato remiſſo transferimur de ſiniſtra ad dexteram. Ad Coloſſenſes: Eri- *Coloſſ.1.b* puit

Digitized by Google

puſit nos de poteſtate tenebrarum, et tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, id eſt, de ſiniſtra ad dextram. Matthæus: Statuet oues a dextris ſuis, hœdos autem a ſiniſtris. Decimo loco Amos, qui interpretatur onerans, quia tranſlati in gratiam, inuitamur ad onera legis portanda. Matthæus: Venite ad me omnes. Sequitur: Tollite iugum meum ſuper vos, *et cetera*. De quo iugo et onere dicitur: Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, *et cetera*. Decimoſeptimo loco Ioſeph, qui interpretatur augmentum, quia ſeruando et portando onus legis augmentamur in gratia. Ad Epheſios: Veritatem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, *et cetera*. Ad Coloſſenſes: Ambuletis digne Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes. Septuageſimo loco Enoch, qui interpretatur dedicatio, quia proficiendo in merito et charitate peruenimus ad mentis quietem, in qua habitat Deus, ſicut in templo dedicato. Ioannes: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, et pater meus diliget eũ, et ad eum veniemus, et manſionem apud eum faciemus. Et hoc templum ſurſum formatur in cælo per contemplationem, ſicut Enoch, de quo: Ambulauit cum Deo, et non apparuit: quia tulit eum Deus. Et Sapientia: Placens Deo, *et cetera*. Dein: Raptus eſt, ne malitia mutaret animum eius. Septuageſimoſexto loco Adam, qui interpretatur homo, quia perfectio quietis, et contemplationis, reformat in nobis imaginem Dei, ad quam factus eſt homo. Faciamus hominem ad imaginem et ſimilitudinem noſtram, *et cetera*. Hanc reformat contemplatio. Nos vero omnes, reuelata facie, gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem. Et poſtmodum: Licet is, qui foris eſt, noſter homo corrũpatur, *et cetera*. Poſtremo loco ſubiungitur Deus, ad quem tẽdimus in quo eſt quies, et finis omnium laborum. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te, ſolum Deum verum, et quem miſiſti Ieſum Chriſtum, *etc.* Et ad Corinthios: Deinde finis: cum tradiderit regnũ Deo et Patri, cum euacuauerit omnem principatum, et poteſtatem et virtutem. Et poſt: Vt ſit Deus omnia in omnibus. Nunc enim eſt verum illud, quod dicitur: Omnis viri caput, Chriſtus eſt: caput autem mulieris, vir: caput vero Chriſti, Deus. Tunc autem verum erit illud, quod dicitur: Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. Quoniam ex ipſo, et per ipſum, et in ipſo ſunt omnia: ipſi Deo trino, et vni, omnis honor, et gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Mat.25.c — Amos. — *Mat.11.d* — *Thr.3.d* — Ioſeph. — *Eph.4.c* — *Col.1.b* — Enoch. — *Ioan.14.c* — *Gen.5.c* — *Sap.4.b* — Adam. — *Gen.1.d* — *2.Cor.4.d* — *Ioan.17.a* — *1.Cor.15.d* — *1.Cor.11.a* — *1.Cor.3.d* — *Rom.11.d*

CAPVT QVARTVM.

IESVS *autem plenus Spiritu ſancto*, et cet. Supra determinauit Euangeliſta de incarnationis myſterio, ſiue de Chriſti Natiuitate. In hac parte agit de prædicationis magiſterio, ſiue doctrina. Et quoniam duplex eſt opus ſapientis in docendo, ſcilicet, non mentiri de ijs, quæ nouit, et mentientem manifeſtare poſſe: ideo pars iſta habet duas. In prima explicat veritatẽ: in ſecunda confutat falſitatem, infra: Erat Ieſus ejiciens dæmonium, *et cet.* Prima pars, in qua explicat veritatem doctrinæ, habet quattuor. In quarum prima doctrina Chriſti demonſtratur anthentica. In ſecunda determinatur diſcipulorum vocatio, infra: Factum eſt, cum turbæ, *et cet*. In tertia vocatorum inſtitutio, infra: Factum eſt in illis diebus, *et cet.* In quarta inſtitutorum delegatio, infra: *Et conuocatis duodecim Apoſtolis, dedit illis*, et cetera. Ordo et ſufficientia partium per ſe apparet. Prima igitur pars, in qua agitur de doctrinæ Chriſti auctoramento, continet præſens capitulum: et habet tres partes: quoniam doctrina Chriſti tripliciter oſtenditur authentica, aut ex ipſo merito vitæ, aut ex teſtimonio ſcripturæ, aut ex miraculo potentiæ. Ideo in prima parte oſtẽditur auctoritas doctrinæ Chriſti ex vitæ merito: in ſecunda, ex ſcripturæ teſtimonio, ibi: *Regreſſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus*. In tertia ex potentiæ miraculo, ibi: *Et deſcendit in Capharnaum*, et cetera, vbi determinantur miracula. Meritum autem conſiſtit in victoria tentationum, vt dicitur: Militia eſt vita hominis ſuper terram. Et ideo deſcribit Euangeliſta, qualiter tentationem diabolicam ſuperauit. Ad cuius integram deſcriptionem tria ſunt opportuna, ſcilicet, tentationis occaſio, tentandi modus, quem tangit, ibi: *Dixit autem illi diabolus*. Et tertium tentationis conſummatio, quam ibi exprimit: *Et conſummata omni tentatione*, et cetera. Tentandi autẽ motiuum ſumpſit diabolus ex quattuor conſideratis in Chriſto. Primum eſt gratiæ plenitudo: ſecundum, loci ſolitudo: tertium eſt, ſuſpicio diuinitatis, propter mirabilem abſtinentiam: quartũ eſt, inſpectio infirmitatis propter apparentẽ indigentiam. Conſideratio plenitudinis gratiæ peruinidiam mouit diaboli voluntatem ad tentandum: conſideratio ſolitudinis præſtitit tentandi malignitatem: ſuſpicio diuinitatis mouit tentandi curioſitatem: inſpectio neceſſitatis, præbuit tentandi opportunitatem.

Introducit ergo plenitudinem gratiæ in Chriſto, dicens: *Ieſus autem plenus Spiritu ſancto, regreſſus eſt a Iordane*, nõ quia ibi primo impletus fuerit, ſed quia tunc primo plenitudo eius apparere cœpit, in alios redundando, ſecundum illud: Et vidimus gloriam eius. Et poſt: De plenitudine eius accepimus omnes: *Plenus*, inquam, non ſolum ſufficienter, ſed et ſuperabundanter, vnde: In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare: Et ſecundo: In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Deinde adiungit loci ſolitudinem, quia in deſerto, ideo addit: *Et agebatur in Spiritu in deſerto*, a Spiritu ſcilicet ſancto. Agere enim benignitatis eſt. Vnde: Quicũque Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Hinc dicit Gregorius: Conuenienter accipitur, vt a Spiritu ſancto ductus credatur, vt illuc eum ſuus ſpiritus duceret, vbi ad tentandum malignus ſpiritus inueniret. Vnde in deſertum adduxit, vbi conſueuit Deus animæ familiariter colloqui, ſecundum illud: Ducam eam in ſolitudinem, et loquar ad cor eius. Et ideo in pſalmo: Ecce elongaui fugiens, et manſi in ſolitudine. Sic et Dauid: Morabatur in deſerto, manſitq. in domo ſolitudinis. Et determinatur tempus, ſcilicet: *Diebus quadraginta*, vt ſic veritas reſpondeat figuræ, ſic Moyſes: ſic Elias. Vt ſic Chriſti ieiunium tam à lege, quàm a prophetis habeat teſtimonium. Et ne credas ibi Chriſtum ad requiem declinaſſe, additur: *Et tentabatur a diabolo*, non interius, ſed ſolum exterius. Sicut enim dicit Gregorius: Mentẽ eius peccati dulcedo nõ momordit. Ad Hebræos: Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Et nota ſpiritualiter, quòd hic dicitur Chriſtus agi in Spiritu, et a Matthæo dicitur duci: et a Marco dicitur expelli. In quo ſignificatur, quòd ad deſertum pœnitentiæ venitur tripliciter, ſcilicet timore ſeueritatis, cuius eſt expellere a malo ad bonum: Timor Domini expellit peccatum, *et cetera*. Splendore veritatis, cuius eſt ducere: Duxi te per ſemitas æquitatis, dicit ſapientia, *et cetera*. Amore bonitatis, cuius eſt agere: Quicumque Spiritu Dei aguntur, *et cetera*. Siue per comminationes, admonitiones, et promiſſiones, quæ tria reſpondent, in nobis, tribus viribus animæ, ſcilicet iraſcibili, rationali, et concupiſcibili.

Tertio introducit mirabilem abſtinentiam, cum adiungit: *Et nihil manducauit in diebus illis*, ſcilicet quadraginta. Ex quo diabolus eſt ſuſpicatus eum Deum,

Sapiẽtis opus duplex in docẽdo. — *Inf.c.11.b* — *Inf.ca.5.a* — *Inf.6.* — *Inf.9.*

Ioan.1.b — *Col.1.c* — *Col.2.b* — *Rom.8.c* — *Greg. hom. 16. in Euã gel.* — *Oſea 2.c* — *Pſal.54.b* — *1.Reg.23.a* — *Exo.24.d* — *3.Reg.19.b* — *Greg. hom. 16. in Euã.* — *Heb.4.d* — *Mat.4.a* — *Mar.1.b* — *Luc.4.b* — Ad deſertũ pœnitentiæ quot modis veniatur. — *Eccl.1.c* — *Prou.4.b* — *Rom.8.c*

Diabolus vnde anſam ſumpſerit tentandi Chriſtum.

Digitized by Google

Deum, quia ieiunabat supra potestatem humanam, quæ vltra triduum communiter non procedit. Vnde
Mat.15.d dicitur de turbis per triduum ieiunantibus: Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant, *et cetera*. Et nota hic, quòd Saluator ieiunauit ante tentationem, et co-
Inf.24.f medit post resurrectionem ad nostram instructionē.
1.Pet.2.b Ieiunat enim Christus ante mortem carnis: quo cla-
1.Cor.9.d mabat, Abstinere vos a carnalibus desiderijs, dum estis in agone. Comedit post resurrectionem, quasi diceret: dum habetis corpus mortale, spe immortalitatis iam pascamini: quia dum viam Domini carpimus, et a vanitate sæculi ieiunare, et refici debe-
Psal.16.d mus promissione futuri, vt semper dicamus: Satiabor, dum apparuerit gloria tua.

Postremo addit apparentem indigentiam, cum subiungit: *Et consummatis illis, postea esurijt.* Noluit enim amplius abstinere, ne diabolus posset percipere. Vn-
Amb. to.3. lib. 4. in c. 4. Luce. de Ambrosius: Esurit, ne innotescat sublimis Deus: fames enim Domini pia fraus est, ne caueat tentare diabolus, et impediatur triumphus. Et nota, quòd esuriuit in tentatione, sicut hic dicitur: Et sitiuit in
Ioan.19.f passione, sicut dicit Ioannes, vt ostenderet se habere veram humanitatem: et vt inuitaret ad paupertatem
2.Cor.11.f et pœnitentiæ pœnalitatem. Vnde Apostolus: In fame et siti, in ieiunijs multis, in frigore et nuditate. Esuriuit autem, et sitiuit non sibi, sed nobis, quibus promeruit refectionem spiritualem corporis et san-
Ioan.6.f guinis sui, quibus reficimur et potamur. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.

Dixit autem illi diabolus, et cetera. Postquam descripsit occasionem tentationis: hic describit modū tentandi, et hoc secundum triplex motiuum. Motiuum enim, peccatum est ad commutabile bonum: quod est in triplici differentia: aut enim est inferius, hoc est carnis: aut exterius, et hoc est mundi: aut interius, et hæc est excellentia animi. Ex primo efficitur homo voluptuosus, ex secundo curiosus, ex tertio præsumptuosus. Primo ergo modo infert tentator suggestionem per bonum inferius, quod est carnis, vt alliciat ad gulam. Secundo per bonum exterius, quod est mundi, vt alliciat ad auaritiam, et hoc ibi: *Et duxit eum diabolus in montem.* Tertio vero per bonum interius, quod est excellentia animi, vt alliciat ad pompam siue superbiam, ibi: *Et duxit illū in Hierusalem*, etc. Et hæc tria respondent tribus, quibus tentauit, et vicit hominem primum: et habēt istæ tentationes ordinatum processum ab inferiori ad superius: quia per primam impetitur, quantum ad actū vegetabilis: per secundam, quantum ad actum sensibilis: per tertiam vero, quantum ad actum rationalis. Quantum ergo ad primam tentationem, nota diabolum suggerentem, et deinde Dominum respondentem. Suggerentem diabolum introducit, cum ait: *Dixit autē illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic, vt panis fiat.* Quod dicit, vt ipse de eo sumat experientiā, et vt incitet ad gulam. Quia enim homo es esuriens, dic, vt reficiaris. Non quia de refectione Christi ali-
Prou.23.a quid pertineat ad eum. Comede et bibe, dicet tibi, et mens eius non est tecum. Sed si filius Dei es, hoc ipsum dicas, nempe lapidi, vt panis fiat, vt si fiat,
Eccls.8.a omnipotens cognoscaris. Omne, quod voluerit, faciet, et sermo illius potestate plenus est. Vnde nota dolum diaboli in tentando, quia cum videret Christi infirmitatem, et dubitaret de diuinitate, voluit diuinitatem cognoscendo, cauere: et humanitatem seducendo, deijcere. In quo simul erat fraudulentia
Iob 41.d et superbia, secundum illud: Omne sublime videt, ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.

Huic autem tentationi malitiosæ et superbæ obuiat responsio Dei, humilis, et discreta, quia celat diuinitatem et vitat carnalitatem, vnde subditur: *Et respondit ad illum Iesus: Scriptum est: Quia non in pane*
Sap.16.d *solo viuit homo*. Non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus, hos, qui in te crediderint, conseruat. *Sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Hoc scriptum est in Deuteronomio: Afflixit te penuria, et dedit tibi cibum, manna, quod ignorabas tu, et patres tui, vt ostenderet tibi, quòd non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod egredietur de ore Domini. Vnde Ioannes: Verba, quæ ego lo-
Ioan.6.g cutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Et nota, quòd Christus se defendit per scripturam: in quo celat suā sapientiam, et occultat potentiam, et conseruat iustitiam: et sic diabolus suggestio omnino irritata est, quia nec de Deo sumpsit experientiam, nec hominem pertraxit ad gulam. Vnde verificatum est illud
Iob 26.d Iob: Prudentia eius percussit superbum, videlicet diabolum; et ex hoc apparet nobilitas scripturæ, qua Christus in tentatione, velut clypeo se defendit, secūdum illud: Omnis sermo Domini ignitus clypeus
Prou.30.a est sperantibus in se. Vnde ad Ephesios: In omnibus
Eph.6.c sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: et galeam salutis assumite, et gladium spiritus: quod est verbum Dei.

Et duxit illum diabolus, et cetera. Hic describitur secunda tentatio, circa quam duo sunt attendenda. Primum est, diabolica suggestio: et secundum est, Dominica responsio, quæ notatur ibi: *Et respondens Iesus, dixit illi*, et cetera. Circa suggestionem diaboli nota ductionem, ostensionem, promissionem, suasionem. Ductio autem fit, quasi impotenti, cum tamen dicatur: Subest tibi, cum volueris, posse. Vnde dicit:
Sap.12.c *Et duxit illum diabolus in montem excelsum.* Duxit, inquam, tamquam infirmum, non tamen inuoluntarium, sicut Petrum, de quo Ioannes: Cum senueris,
Ioan.21.c alius te cinget, et ducet quo tu non vis: sed duxit tamquam humiliter permittētem ad eum modum, quo dicit Isaias: Sicut ouis ad occisionem ducetur,
Isa.53.b et quasi agnus coram tondente se, obmutescet, *et cetera*. Si ergo hoc sustinuit a membris diaboli: quid mirum, si patienter sustinuit a capite malorum? *Et duxit in montem:* quia cum sit superbus, semper alta petit: Super astra Dei exaltabo solium meum, et se-
Isa.14.c debo in monte testamenti. Et quia in loco eminente facile ruit homo, vnde: Vidi cunctum Israel dispersum in montibus. Ostensio fit quasi ignoranti, cum
3.Reg.22.c in ipso sint omnes thesauri sapientiæ, et scientiæ ab-
Col.2.a sconditi. Vnde addit: *Et ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.* Et nota, quòd ostendisse dicitur omnia regna mundi, non singulariter, sed generaliter, vt dicit quidam, idest, omnes partes. Vel secundum Bedam, ostendit omnia concupiscibilia
Beda to.5. li.2.in Eu. Luc.c.4. mundi, in quibus homines regnant, vnde signanter dicitur in Matthæo: Ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum. Ostendit autem, non quòd visum ei ampliaret: sed vanitatem humanæ pompæ,
Mat.4.b *quam amabat*, quasi spatiosam ostendens, facere volebat amari. Et quia hæc non durat, sed cito transit: ideo in breui tempore ostendit, propter quod adiungit: *In momento temporis.* Vnde Beda: Non enim tā
Beda ibid. ex Amb. li.4. in 4. Luce, to.3. cōspectus celeritas indicatur, quàm caducæ fragilitas potestatis exprimitur. In momēto enim cuncta illa prætereunt: et sæpe honor sæculi abijt, antequam venerit, hæc ille. Vnde Isaias: Ecce gentes quasi stil-
Isa.40.d la situlæ, et quasi momentum stateræ reputatæ sunt.

Et: Tamquam momentum stateræ, sic est ante te
Sap.11.d orbis terrarum: quoniam vno momento, quæ erat, præclarior natio illorum, exterminata est, sicut dicitur: Vidi impium superexaltatum, *et cetera*. Et transiui, et ecce non erat.
Sap.18.c *Psal.36.d*

Promissio vero fit ei, quasi indigenti, cū tamen eius sit orbis terrarū, et plenitudo eius, propter quod addi-
Psal.23.a tur: *Et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, et gloriam illorum.* etc. vt scilicet habeas dominium potestatis, et præconium laudis: quasi vero aliquid magni promitteret, cum potestas et gloria mundi, qua-
Isa.40.b si nulla sit, secundum illud: Omnis caro fenum, et
1.Mac.2.g omnis gloria eius quasi flos agri: Et: Gloria viri peccatoris,

Commutabile bonum triplex est, ad quod abstrahimur, et allicimur, dum peccamus.

Digitized by Google

Oſee 4. b catoris, ſtercus et vermis eſt. Et illud: Gloriam eorũ in ignominiam commutabo. Et vt promiſſioni oſtẽdat adhibendam eſſe fidem, adiungit: *Quia mihi tradita ſunt, et cui volo, do illa.* Terra data eſt in manibus impij, ideſt, terrena poteſtas. Hoc autem intelligitur permiſſiue, non ſimpliciter, ſed ad tempus, ſicut dicitur: Faciet iuxta voluntatem ſuam rex, et eleuabitur, et magnificabitur aduerſus omnem Deum. Et poſtea: Et multiplicabit gloriam, et dabit eis poteſtatem in multis, et terram diuidet gratuito. Et in Apocalypſi dicitur, quòd draco dedit poteſtatem beſtiæ. Hoc autem permittit Deus iuſto ſuo iudicio. Qui transfert regna, atque conſtituit. Vel ſicut dicit Beda: Hoc dicit ex arrogantia, non quòd in toto mũdo habeat poteſtatem, vt poſſit omnia regna dare diabolus, cum ſolus Dei filius vere dicat: Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo. Et rurſus: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, et in terra, *et cetera.* Sed quia ipſi omnis inordinatio poteſtatis adſcribitur, ideo, vt ſuperbus, arrogat ſibi totum. Vnde omnis poteſtatis ordinatio a Deo eſt. Sed inordinatio a diabolo, vnde: Qui facit peccatum, ex diabolo eſt. Quarto vero fit ſuaſio, quaſi appetenti, cum tamen ipſe ſit, qui dat omnibus affluenter. Vnde dicit: *Tu ergo procidens, ſi adoraueris coram me,* et cetera. In qua ſuaſione nititur inclinare ad diuinam adorationem, ob falſam promotionem. Vnde illud: Incuruare, vt tranſeamus. Non enim poteſt ſuper hominem aſcendere, niſi homo ei procidat voluntarie. Honorem autem adorationis requirebat, contra illud: Noli adorare Deum alienum. Et vt pertrahat ad illicitum obſequium, promittit falſum præmium, cum addit: *Erunt tua omnia.* Falſam ſpondet potentiam, vt ad veram pertrahat ſeruitutem, quia, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et qui ſeruus eſt, dominium ſui non habet: ac per hoc non ipſi omnia, ſed ipſe omnibus eſt ſubiectus tamquam ſeruus. Et: A quo quis ſuperatus eſt, huius ſeruus eſt.

Oſee 4. b *Dan. 11. f* *Apo. 13. a* *Dan. 2. c* *Beda to. 5. li. 2. c. 8 Euã. Luc. c. 4.* *Mat. 11. d* *Idem vl. d* *Rom. 13. a* *1. Ioan. 3. b* *Iac. 1. c* *Iſa. 51. g* *Exo. 34. b* *Ioan. 8. a* *2. Pet. 2. d*

Et reſpondens Ieſus dixit illi. Hic poſt ſuggeſtionem diabolicam, ſubiungit reſponſionem Dominicam: quæ per teſtimonium ſacræ ſcripturæ elidit diabolicam ſuaſionem, cum ait: *Scriptum eſt: Dominum Deũ tuum adorabis.* Hoc, inquam, ſcriptum eſt in Deuteronomio. Et merito ſcripturæ huius recordatur Saluator, quia ſecundum illud: Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, et corripiendum: et illa potiſſime, in qua docetur diuinus cultus. Vnde et Dominus dicitur ſcripſiſſe legem digito proprio: in qua præceptum adorationis eſt primum et præcipuum, et maxime in mente habendum. Vnde Baruch: Viſa turba de retro, et ab ante adorãtes, dicite in cordibus veſtris: Te oportet adorari, Domine, *et cetera:* te ſcilicet, et nõ alium. Et ideo additur: *Et illi ſoli ſeruies.* ſcilicet ſeruitute latriæ. Præparate corda veſtra Domino, et ſeruite illi ſoli. Solus non excludit ibi omnem perſonam reſpectu cuiuſcumque ſeruitij, cum dicatur ad Galatas: Per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem: ſed excludit quantum ad ſeruitutem latriæ, quæ eſt cultus ſoli Deo debitus. Vel excludit ſeruitia alijs impenſa, non propter Deum, ſed contra Deum, quaſi diceret illi ſoli, et non idolis, de quo: Si is, qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, *et cetera,* cum huiuſmodi nec cibum ſumere, *et cetera.* Sic enim ſeruitur diabolo, et etiam peccato: ſed aliter iuſtitiæ: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra, *et cetera.* Item illi ſoli ſeruies, non ventri proprio. Huiuſmodi enim, Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Item illi ſoli ſeruies, non mundo, quia infra dicitur: Non poteſtis Deo ſeruire, et mammonę, ſed ſoli Deo. Vt poſſitis dicere cum Dauid: Quoniã ego ſeruus tuus ſum.

Dan. 11. f *Apo. 13. a* *Dan. 2. c* *Beda to. 5. li. 2. c. 8 Euã.* *Luc. c. 4.* *Mat. 11. d* *Idem vl. d* *Rom. 13. a* *1. Ioan. 3. b* *Iac. 1. c* *Iſa. 51. g* *Exo. 34. b* *Ioan. 8. a* *2. Pet. 2. d* *Deut. 6. b* *2. Tim. 3. d* *Exo. 32. d* *Baruc 6. a* *1. Reg. 7. a* *Gal. 5. b* *1. Cor. 5. d* *Rom. 6. c* *Rom. 16. c* *Inf. 16. d* *Pſal. 141.*

Et duxit illum in Hieruſalem, et cetera. Hic deſcribitur tertia tentatio, circa quam etiam duo ſunt attendenda. Primum eſt ſuggeſtio diaboli: ſecundum eſt reſponſio Chriſti, ibi: *Et reſpondens Ieſus dixit.* Circa ſuaſionem diaboli tria attende. Nam primo eligit congruũ locũ ſuaſionis: ſecundo exprimit ſuaſionẽ præcipitationis: tertio per auctoritatem pſalmographi excludit timorem læſionis. Quantum ergo ad loci congrui electionem dicitur: *Et duxit illum in Hieruſalem,* tamquam ad locum celebrem, et cõmunem. Ductus autem fuit ex permiſſione, non ex imbecillitate. Vnde Chryſoſtomus dicit, quòd in Chriſto non fuit infirmitas, ſed patientia: in diabolo vero nõ eſt virtus, ſed ſuperbia. Et dicit gloſſa ſuper illud Matthæi, quòd hæc viſio corporeis ſenſibus eſt completa. Chryſoſtomus vero dicit, quòd diabolus ſic eum aſſumebat, vt ab omnibus videretur: Chriſtus autẽ, diabolo neſciẽte, inuiſibiliter ſic agebat, vt a nemine videretur. Vnde, vt melius videri poſſit, ſubditur: *Et ſtatuit eum ſuper pinnam templi.* Ille erat locus altus, et celebris, vbi doctores et ſacerdotes conſueuerunt loqui ad plebem. Et ſecundum aliquos expoſitores, erat ſummitas tecti templi, quod dicitur tabulatum. Vel ſecundum alios, erat quoddam deambulatoriũ ſupra portam templi, vbi aſcendebatur per gradus. Secundum alios vero, dicitur inibi fuiſſe tectum cũ quadam appodiatione muri: quia in Palæſtina domus habent tecta plana, et templum habuit tectum planum, vt tabernaculum, et in talibus conſueuerũt ſtare doctores, et prædicatores, ſecundum illud Matthęi: Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

Chryſ. hõ. 5. in ca. 4. Mat. to. 2. comm. 2. *Chryſ. ibid.* *Pinna.* *3. Reg. 6. a* *Mat. 10. c*

Quantum ad ſuaſionem præcipitationis ſubditur: *Et dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorſum.* Quia diabolus deorſum ceciderat, libenter omnes deorſum traheret. Infra: Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem. Sed Chriſtus poterat dicere diabolo et angelis eius, illud, quod dixit Iudæis: Vos de deorſum eſtis: ego de ſupernis ſum. Vnde non erat eius deſcendere, ſed aſcendere. Sed diabolus hoc ſuggerebat, vt deſcendendo corporaliter, faceret eũ ſuperbire ſpiritualiter, vt ſimul eſſet aſcenſus vanus, et deſcenſus verus. In quo erudimur, quòd ſemper coniuncta ſunt humiliatio, et exaltatio ſecundum illud: Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur: et qui ſe humiliat, exaltabitur. Et in prouerbijs: Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, et antequã glorificetur, humiliatur: Et nota ſuggerendi modum, cum dicit: *Mitte te.* Chryſoſtomus: Non impulit, nõ tetigit, non appropinquauit, ſed tantũ dixit: *Mitte te hinc deorſum,* vt ſciamus, quia omnis, qui obaudit diabolo, ipſe ſe deponit deorſum. Et Hieronymus: Satis eſt debilis, qui nulli nocere poteſt, ni ipſe ſe deorſum poſuerit. Et ideo ſanum eſt conſilium: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locũ tuum ne dimiſeris, nec præſumẽdo, nec deſperando.

Inf. 10. c *Ioan. 8. c* *Inf. 18. c* *Prou. 18. b* *Chryſ. te. 2. hõ. 5. circa med. in ca. 4. Mat. comm. 2.* *Eccli. 10.*

Quantum ad excluſionem timoris, adiungit: *Scriptum eſt enim, quòd Angelis ſuis mandauit de te.* Hoc ſcriptum eſt in Pſalmo: Ideo ſcripturam allegat, quia videbat, quòd Chriſtus ſemper per ſcripturam ſe defendebat. Vnde dicit Leo Papa: Ibi occaſiones tẽtandi inuenit, vbi homines viderit vehementius occupari. Vnde ſcriptum eſſe aſſerit, vt inducat credulitatem, et etiam ſcripturam inducit, quæ excludat puſillanimitatem, propter promiſſionem adiutorij angelici, tam in proſperis, quàm in aduerſis. Propter adiutorium in proſperis dicit: *Vt conſeruent te.* Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, et cuſtodiat te in via. Sic enim cuſtodiuit Angelus Tobiã, ſicut dicitur: Sic et Iudith, ſicut dicitur. Sic etiam cuſtodiunt omnes viros iuſtos, ſecundum illud: Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterĩ miſſi, *et cetera.* Et totam Eccleſiam, ſecundum illud: Super muros tuos, Hieruſalem, conſtitui cuſtodes: Chriſtus vero non indigebat cuſtodia: et ideo diabolus auctori-

Pſal. 90. *Leo Papa.* *Exo. 23. d* *Tob. 12. a* *Iudith 13. c* *Heb. 1. d* *Iſa. 62. b*

Digitized by Google

auctoritatem iſtam depraua bat, et ſiniſtre adducebat. Propter adiutorium vero in aduerſis ſubiungit: *Et quia in manibus tollent te*, quaſi portatores, ſecundum quod legitur, Angelum portaſſe Abacuch. *Ne forte offendas ad lapidem pedē tuum*, ideſt, vt nulla poſſis læſione offendi, ſicut dicitur: Cum lapidibus regionum pactum tuum, et beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi. Et nota, quòd diabolus tamquam verſutus non addidit, quod ſequitur: Super aſpidem et baſiliſcum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem: quia hoc erat contra eum. In quo oſtenditur, quòd vitiū diabolicum eſt auctoritates truncare, et ad partem ſuam contrahere. Vnde in Apocalypſi: Si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ.

Dan. vlt. g *Ieb 5. d* *Apoc. vl. d*

Et reſpondens Ieſus, et cetera. Hic poſt peſtiferam ſuaſionem, addit Dominicam reſponſionem breuē, et efficacem, cum dicit: *Et reſpondens Ieſus, ait illi: Dictum eſt*, ſcilicet in Deuteronomio: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Et Eccl. Noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum. Vnde vituperantur filij Iſrael, quibus dicit Dominus: Tentauerunt me iam per decem vices. Tentare autem Deum, ſicut dicit Beda, eſt, cum homo habet, quid faciat, diuinæ potentiæ quærere experimentum. Et quia non indigebat Chriſtus hoc experimento potentiæ diuinæ, nolebat Deum tentare, nec diabolo conſentire, ſed per auctoritatem reſpondit auctoritati oppoſiti, vt clauus retunderetur virtute claui.

Deut. 6. e *Eccl. 18. c* *Num. 14. d*

Et conſummata omni tentatione, et cetera. Poſtquā deſcripſit Auctor tētationis occaſionem, et tentandi modum: hic deſcribit tertio tentationis conſummationem, circa quam tria inſinuantur. Primum eſt manifeſtatio perfectionis ex parte Chriſti reſiſtētis, et quantum ad hoc, dicit: *Et conſummata omni tentatione.* Quia ſicut prius dictum fuit, omnis tentatio reducitur ad tres prædictas. Vnde: Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, *et cetera*. Hanc conſummauit, quia patienter tolerando ſuperauit, ſecundum illud: Decebat eum, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummari: quia dicitur in Deuteronomio: Dei perfecta ſunt opera.

1. Ioan. 2. e *Heb. 2. c* *Deut. 22. a*

Secundum eſt, confutatio præſumptionis, ex parte diaboli recedentis, quantum ad hoc dicit: *Diabolus receſſit ab illo*. Secundum illud: Reſiſtite diabolo, et fugiet a vobis. Receſſit, ſcilicet conſenſus, quod deſignatum eſt in rege Aſſyriorum. Recedens, abijt, et reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, *et cet.* Sennacherib autem interpretatur, tollens deſerta: quia diabolus maxime proſequitur eos, qui viuunt in auſteritate vitæ.

Iacobi 4. b *4. Re. 19. g*

Tertium vero eſt præfinitio temporis diſtincti a Deo, propter quod addit: *Vſque ad tempus*, ſcilicet receſſit, quia ille malignus non poteſt tentare, niſi pro tempore, quo Deus permittit, licet ſemper malam habeat voluntatem. Si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Et ideo conſilium eſt: Fili, conſerua tempus, et deuita a malo. Et ad Epheſios: Videte, quo modo caute ambuletis, redimētes tempus, quoniam dies mali ſunt. Vnde cum diabolus dupliciter tentet, nempe vt leo, et vt draco. Prius tentauit vt draco ad ſeducendum, poſtmodum vt leo ad frangendum ſcilicet in paſſione. Prius enim tentat emollire per blanditias, ſed poſt videns ſe modicum tempus habere, tentat frangere per pœnas. Vnde in Apocalypſi: Deſcendit diabolus ad vos, habens irā magnam, ſciens, quòd modicum tempus habet. Et ideo ad conſummationem tentationis non peruenerunt illi, de quibus dicitur: quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt.

Eccl. 19. d *Ibid. 4. c* *Eph. 5.* *Apo. 12. c* *Inf. 8. b*

Diabolus tentat dupliciter.

Et regreſſus eſt Ieſus, et cetera. Oſtendit ſuperius Euāgeliſta auctoritatem doctrinæ Chriſti ex merito vitæ: hic ſecundo oſtendit teſtimonio ſcripturæ. Introducit ergo primo teſtimonium authenticum, ad eruditionem credentium, ſecundum vero teſtimonium authenticum ad confutationem detrahentium ibi: *Et dicebant: Nonne hic eſt filius Ioſeph?* In explicatione autem teſtimonij prophetici, quattuor introducuntur a beato Luca. Primū eſt, celebritas in prædicando: Secundum eſt, opportunitas in teſtificando: *Et venit Nazareth.* Tertium eſt congruitas in teſtimonio, ibi: *Spiritus Domini ſuper me*, et cetera. Quartum eſt credulitas in populo, et hoc notatur ibi: *Et cum plicuiſſet librum*, et cetera. Quantum ad primum nota, quòd celebritas prædicationis Chriſti, ex quattuor colligitur, ſcilicet ex plenitudine gratię, ex latitudine famæ, ex certitudine doctrinæ, et ex magnitudine efficaciæ.

Quantum ad plenitudinē gratiæ dicitur: *Et regreſſus eſt Ieſus in virtute Spiritus, in Galilæam. Regreſſus*, ſcilicet ad prædicandum in virtute, quia ſecundum quòd dicitur: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et licet infirmitatē aſſumpſiſſet ex nobis, virtutem tamen oſtendebat ex ſe, ſecundum illud: Virtutem enim oſtendis tu, qui nō credideris eſſe in virtute conſummatus. Et ſignanter dicitur: *In virtute Spiritus.* Talis enim debet eſſe prædicatio perfecta, vt ſit virtute ſpirituali coniuncta, ſecundum illud: Sermo meus et prædicatio mea non fuit in perſuaſibilibus humanæ ſapiētiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus et virtutis: vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominis, ſed in virtute Dei.

Pſal. 67. *Sap. 12. e* *1. Cor. 2. a*

Quantum ad latitudinem famæ dicitur: *Et fama exijt per vniuerſam regionem de illo.* Secundum illud Iob: Auribus noſtris audiuimus famā eius. Loquitur de ſapientia Chriſti, quæ eſt Dei virtus et ſapientia. Huic concordat alius Euangeliſta: Abijt opinio eius in totam Syriam. Huius autem figura præceſſit in Salomone, de quo dicitur, quòd omnes reges terrarum deſiderabant videre faciem Salomonis. De quo in Eccleſiaſtico: Ad inſulas longe diuulgatum eſt nomen tuum.

Iob 28. d *Mat. 4. d* *2. Par. 9. f* *Eccli. 47. c*

Quantum ad certitudinem doctrinæ, ſubditur: *Et ipſe docebat in ſynagogis eorum*, non in occulto ſicut homines, qui habent ſuſpectam doctrinā. Ego palam loquutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagoga, et in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, et in occulto locutus ſum nihil. At e diuerſo dicit ſapientia hæreticorum terrena, animalis, diabolica, quæ deſignatur per mulierem malam: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, et panis abſconditus ſuauior. Vnde Chriſtus implebat illud: Deriuentur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas diuide. Et ideo dicitur: Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, *et cetera*.

Ioa. 18. c *Prou. 9. a* *Prou. 5. c* *Prou. 1. c*

Quantum ad magnitudinem efficaciæ, ſubditur: *Et magnificabatur ab omnibus.* Quia omnes magnitudinem efficaciæ ſentiebant: adeo, vt poſſent dicere illud: Magnificata eſt vſque ad cælos miſericordia tua, et vſque ad nubes veritas tua, ſcilicet in prædicatione. Nec mirum, quia ipſe erat ille, qui deſignatur per illum Salomonem, de quo magnificatus eſt Salomon ſuper omnes reges terræ prędiuitijs et gloria. Infra: Propheta magnus ſurrexit in nobis.

Pſal. 56. *2. Par. 9. e* *Inf. 7. c*

Et venit Nazareth, et cetera. Hic vero notatur opportunitas in teſtando, quæ attenditur in circunſtātijs concurrentibus ad hoc, quòd Chriſtus legeret in conſpectu ſynagogæ. Vnde hic quattuor notantur. Dicitur enim intraſſe, ſurrexiſſe, librum accepiſſe, et acceptum reuoluiſſe. Hæc quattuor introducuntur ad inſtructionem quadriformem hominum perſcrutantium veritatem, ſcilicet vacationis ad meditandum, promptitudinis ad legendum, manſuetudinis ad diſcendum, certitudinis ad iudicandum. Ad inſtructionem igitur vacationis ad meditandum, dicitur Chriſtus ſynagogam intraſſe, cum ait Euangeliſta: *Et venit Nazareth, vbi erat nutritus: et intrauit*

ſecundum

Digitized by Google

secundum consuetudinem suam in die sabbati in synagogam. Hæc enim erat consuetudo approbata ex lege Moysi, et conuersatione Christi. Hinc dicitur, quòd Paulus secundum consuetudinem apud Thessalonicam intrabat in synagogam, et per sabbata tria, disserebat eis de scripturis. Illud enim erat tempus, quo debebant vacare legi Dei: in quo erudimur, quòd quando volumus Domino sabbatizare, debemus congregari interius, et ibi quiescere. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa. Si enim sabbatum exterius agatur, est irrisio dæmonum, secundum illud Threnorũ: Viderunt eam hostes, et deriserunt sabbata eius. Et huiusmodi sabbatum, Deo non placet, secundum illud Isaiæ: Neomeniam et sabbatum, et sollemnitates alias non feram. Et ratio huius est, quia non intrabant interius, sed exterius, et carnaliter sapiebant.

Act. 17. a *Sap. 8. d* *Thr. 1. e* *Isa. 1. d*

Ad instructionem vero promptitudinis ad legendum subditur: *Et surrexit legere*. Surrectio ipsa promptitudinem, et vigilantiam importat, quæ necessaria est perscrutanti verba diuina. Vnde dicitur: Fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar tecum. Hinc est, quòd dicitur animæ sanctæ: Surge illuminare Hierusalem, *et cetera*. Et apud Apostolum: Surge qui dormis, et exurge a mortuis: et illuminabit te Christus. Simul etiam cum promptitudine designat humilitatem: *Quia surrexit legere*, tamquam minister, vt exerceret lectionis officium. Vnde Beda: Qui venerat ministrare, et non ministrari, lectionis officium non dedignatur suscipere.

Ezech. 2. a *Isa. 60. a* *Eph. 5. c* *Beda. to. 5. lib. 2. in Luc. c. 4.*

Ad instructionem autem mansuetudinis ad discendum, additur: *Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ*, quem scilicet cum mansuetudine suscepit, non dedignans vti testimonio scripturæ, et auctoritate.

Apoc. 10. d Sic et Ioannes: Accepi librum de manu angeli, et deuoraui illum, et erat in ore meo tamquam mel dulce. Liber autem sacræ scripturæ debuit ei tradi secundum illud Apocalipsis: Dignus es, Domine, accipere librum, et aperire signacula eius, quia nullus alius poterat. Et Liber Isaiæ, quia sicut dicit Isaias: Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati. Ideo signanter dicitur: *Traditus est illi liber Isaiæ propheta*.

Apoc. 5. c *Isa. 29. d*

Postremo ad instructionem certitudinis ad iudicandum, subiungit: *Et vt reuoluit librum*. In quo significatur diligens discendi inquisitio: quæ præuenire debet iudicium certũ, propter quod dicitur: Interroga generationem pristinam, et diligenter inuestiga patrum memoriam. Non enim ex abrupto procedendum est ad iudicium, sed cum maturitate, propter quod dicitur: Causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Et præcipiens Iosaphat iudicibus, ait: Cum diligentia, cuncta facite. Et quoniam qui diligenter quærit, inuenit, ideo additur: *Inuenit locum, vbi scriptum erat: Spiritus Domini*, et cetera. Hoc inuenitur in Isaia. Nec mirum, quia secundum quòd dicitur: Hic est Deus noster: et non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ. Ante ipsum quærebatur, sed non inueniebatur. Vnde: Sapientia vbi inuenitur? et quis est locus intelligentiæ? *et cetera*. *Spiritus Domini super me*, et cetera. Hic notatur congruitas in testimonio. Exprimit enim quattuor conditiones excellentiæ, quæ sunt in Saluatore nostro. Est enim Mediator, Eruditor, Reparator, et Retributor. Et hæc quattuor insinuantur in sermone proposito: Primo igitur insinuatur esse Mediator per incarnationis mysterium, cum dicit: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me*, et cetera. *Me*, demonstrat ibi personam Christi in natura assumpta, supra quam Spiritus sanctus requieuit, secundum illud: Et requiescet super eum spiritus Domini. Et Ioannes: Super quem videris spiritum

Iob 8. b *Iudicium cum maturitate.* *Iob 29. c* *2. Par. 19. b. c* *Isa. 61. c* *Baruch. 3. d* *Iob 28. b* *Isa. 11. a* *Ioan. 1. e*

descendentem, et manentem super eum, hic est, qui baptizat, *et cetera*. Et ideo dicit Petrus: Vos scitis, quòd factum est verbum per vniuersam Iudæam, incipiens enim a Galilea post baptismum, quod prædicauit Ioannes, Iesum a Nazareth, quo modo vnxit eum Deus Spiritu sancto, *et cetera*. Vnde hic est Sanctus sanctorum, in cuius vnctione impleri debet prophetia: Impleatur visio, et prophetia, et vngatur Sanctus sanctorum. Et nota, quòd humana natura in Christo per virtutem Spiritus sancti fuit concepta, et per eius gratiam diuinæ naturæ vnita. Et propter hæc duo dicit, spiritum Domini super eum esse, et eundem vnxisse. Vel certe dicitur esse super eum, quantum ad superexcellentiam gratiæ singularis. Propter quod dicitur: Non ad mensuram dat Deus spiritum. Dicitur vero eum vnxisse, quantum ad prærogatiuam sacerdotalis et regalis dignitatis. Hæc respiciunt assumptam naturam in Christo. Et præfigurabatur in vnctione regum, et sacerdotum in veteri testamento.

Act. 10. f *Dan. 9. f* *Ioan. 3. d*

Secundo insinuatur esse Eruditor per prædicationis magisterium, in hoc, quod sequitur: *Euangelizare pauperibus misit me*. Euangelium namque est bona nunciatio, vnde in nostra translatione dicitur: *Ad annunciandum mansuetis misit me*. Et hinc concordat illud: Ecce super montes, pedes euangelizantis et annunciantis pacem. Et Isaias: Quàm pulchri supra montes pedes annunciantis, et prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem. Hanc autem dicitur maxime pauperibus annunciare, quia ad pauperes inchoat sermonem. Beati pauperes spiritu. Et per pauperes paupertatem alijs prædicauit. Pauperes euangelizantur. Nec mirum, quia dicitur: Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam, *et cetera*. His annunciat salutem, quia alibi ait: Parcet pauperi et inopi, et animas pauperum saluas faciet, *et cetera*. Et propter hoc dicitur a Spiritu et Domino missus. Dominus Deus misit me, et Spiritus eius. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus.

Euangeliũ. *Nahũ. 1. a* *Isa. 52. b* *Mat. 5. a* *Matt. 11. a* *Psal. 11. a* *Psal. 71. c* *Isa. 48. c* *1. Ioan. 4. b*

Tertio insinuatur Reparator per passionis remedium, cum additur: *Sanare contritos corde*. Quod quidem liberat a malo culpæ actualis, et originalis, a cæcitate rationis, et enormitate voluntatis. Vtique a malo actualis culpæ liberat, propter quod dicitur: *Sanare contritos corde*, misit scilicet me ad curationem actualis culpæ. Necessaria enim est cum passione Christi contritio pœnitentiæ. Qui sanat contritos corde. Vel hoc dicitur, quia ipsa culpa actualis totum robur animæ frangit. Magna velut mare contritio tua, *et cetera*. Et alibi: Lingua, quæ immoderata est, conteret spiritum. Liberat etiam a malo culpæ originalis, propter quod additur: *Prædicare captiuis remissionem*. Merito, causa originalis culpæ, captiuum detinebatur genus humanum a diabolo. Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia Sion. Quia hæc dicit Dominus: Gratis venundati estis, et sine argento redimemini, *et cet.* Vnde: Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu, *et cetera*. Et hoc est, quod dicitur ab Isaia: Dedi te in fœdus populi. Et post: Vt diceres his, qui vincti sunt: Exite: et his, qui in tenebris: Reuelamini. Et post: Equidem captiuitas a forti tolletur. Quia ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Et hæc remissio in Cyro præfigurata fuit, qui dimisit captiuitatem filiorum Israel. Captiuitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus. Liberat etiam a cæcitate rationis, ideo subditur: *Et cæcis visum*, misit scilicet me prædicare, quod et fecit, sicut dicitur: Euntes, renunciate Ioanni, quæ audistis, et vidistis: cæci vident, *et cetera*. In quo significatur interior illuminatio. Vnde Ioannes: In iudicium ego in hunc

Isa. 49. c *Eph. 4. b* *Isa. 45. b* *Mat. 19. a* *Ioan. 9. g*

Digitized by Google

in hunc mundũ veni, vt qui non vident videant, ideſt gentiles, ſecundum illud Iſaiæ : Dedi te in lucem gentium. Et hoc eſt, quod dicitur : Audient in die illa ſurdi verba libri, et de tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt. Et hoc petebat Dauid : Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte, *et cetera*. Liberat etiam ab infirmitate voluntatis, propter quod ſubiungitur : *Dimittere confractos in remiſſionem*, miſit ſcilicet me. Confracti ſunt, quorum voluntas per peccatum infirmata eſt ad bonum, ſicut ſunt fatui peccatores. Cor fatui, quaſi vas confractum, *et cetera*. Et in Iſaia: Dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos. Hæc autem confractio eſt reparabilis, dum hic viuimus, ſed irreparabilis efficitur in morte ſecundum illud : Comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli, contritione perualida, et non inuenietur de fragmentis eius teſta, in quà portetur igniculus de incendio. Quia non erit ſuſceptibilis gratiæ, et hoc erit in iudicio, ſecundum illud : Reges eos in virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes eos. Sed modo remiſſionem facit, quod figuratum eſt in Machabæis, vbi dicitur, quòd ſub Ionatha fratre Simonis ſunt multæ remiſſiones factæ Iudæis.

Iſa.49.b *Iſa. 29. f* *Pſal. 12. a* Confracti qui. *Eccli.21. c* *Iſa.58.b* *Iſa.30. c* *Pſal.2. b* *1. Mach. 10.c*

Poſtremo inſinuatur Remunerator per retributiones in iudicio, in quo bonis ſit vniuerſalis boni collatio. Propter quod dicit : *Prædicare annum Domini acceptum*, ſcilicet bonis, de quo : Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, *et cetera*. Hic eſt annus ſignificatus in Iubileo : Anno iubilei reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam. Vel etiam in ſeptimo : Septimo anno facies remiſſionem. Hic annus ſuperat annum meriti : quia ſupra condignum remunerabuntur boni. Quare dies diem ſuperat, et iterum lux lucem, et annus annum a ſole ? In hoc etiam iudicio malis fiet ſempiterna damnatio, ideo additur : *Et diem retributionis*. In quo retribuet vnicuique ſecundum opera ſua : Dies vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. De hac die dicitur : Dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet : cum enim dixerint, pax et ſecuritas, *et cetera*. Hanc, vt dicit Gregorius, debemus tanto ſolicitius formidare, quanto eam non poſſumus præuidere.

Pſal.64. c *Leu. 25. b* *Deut.15.a* *Eccli.33.a* *Iſa.63. a* *1.Theſ.5.a* *Greg.lib.7. Moral.cap. 24. Fit Ho mil. 12. in Euang.*

Et cum plicuiſſet librum, et cetera. Hic quarto loco, poſtquam deſcripta eſt congruitas in teſtimonio, notatur credulitas in populo. Ad quam exprimendam inſinuatur in docente maturitas. In plebe adſiſtente audiendi auiditas. In eruditione veritas. In eruditis credulitas. Ad exprimendam igitur maturitatem in docente dicitur : *Et cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, et ſedit*. Prius ſtans legerat accipiendo librum, cum humilitate. Nunc reddit, et ſedit cum auctoritate. Sedere enim, eſt indicium Doctorum, et Regum. Vnde : Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ et Phariſæi. Et Iob : Voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus, cumq. ſederem quaſi rex, circumſtante exercitu: eram tamen mœrentium conſolator. Et nota: hic per plicationem libri debemus intelligere diuinorum myſteriorum occultationem, quia non omnia ſunt omnibus reuelãda, ſecundum quòd dicit Beda. Plicatum librum miniſtro reddidit, quia non omnibus omnia dicenda, ſcilicet pro captu audientium verbum doctori diſpenſandum, ſuo præmonebat exemplo, cum ait: Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo. Vade Daniel, quia clauſi ſunt, ſignatiq. ſermones, vſque ad præfinitum tempus. Vel ideo plicatum miniſtro reddidit, quia ſecundum illud : Vſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum.

Sedere. *Mat.23.a* *Iob 29 d* Plicatio libri myſteriorum occultationẽ ſignificat. *Beda. to.5. lib. 2. in Luc.c.4.* *Dan.12. c* *2.Cor.3.d*

Ad exprimendam vero auiditatem in plebe audiendi verbum, ſubditur : *Et omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum*, quaſi deſiderantes eum audire ſicut ſapientem. Vnde dicit ſapiens : In conſpectu potentium admirabilis ero : et poſt tacentem me ſuſtinebunt, et loquentem me reſpicient, *et cetera*. Et Iob : Qui me audiebant, expectabant ſententiam, et intenti tacebant ad conſilium meum. Quia ſicut dicitur : Auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam.

Sap.8. c *Iob 29. d* *Eccli. 3. d*

Ad inſinuandam vero veritatem, ſiue firmitatem doctrinæ, ſubditur : *Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris*. Ideo dicitur impleta ſcriptura illa tunc fuiſſe, quia cum verba illa ad Chriſtum pertineant, nullus in propria perſona poterat verbum præmiſſum vere dicere, niſi Chriſtus, qui illud legit in auribus eorum. Hæc ſunt verba, quę locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, et prophetis, et pſalmis de me. Vnde Chriſtus adimpleuit omnem iuſtitiam, quantum ad morum honeſtatem, ſecundum illud : Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Impleuit etiam omnem ſcripturam, explicando et exponendo Dei veritatem. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas : non enim veni ſoluere, ſed adimplere. Et ideo dicitur : Quia omnia in omnibus adimpleuit. Vnde verba et ſigna veteris legis vacua, impleuit veritate et gratia. In cuius ſignum Ioannis ſecundo in primo ſigno dicitur : Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum.

Inf. 24. f *Mat. 3. d* *Mat. 5. b* *Eph. 1. d* *Ioan. 2. a* *Mat. 5. d*

Ad denotandum vero credulitatem in multitudine aſſiſtente, ſubditur : *Et omnes teſtimonium illi dabant*. Omnes, ideſt, aliqui de omnibus teſtificabantur ſanctitatem et innocentiam ipſius. Auris audiens beatificat me, et oculus videns teſtimonium reddebat mihi. Et quoniam verbis non poterant eius gratiam explicare, ideo ſubditur : *Et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius* : Sic et doctores mirabantur ſuper prudentia et reſponſis eius. Et dicuntur verba gratiæ ſecundum illud : In labijs ſenſati inuenietur gratia. Et maxime huius, ad quem Petrus dicebat : Verba vitæ æternæ habes. Et ipſe de ſe : Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus et vita ſunt. Et ideo in Pſalmo : Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Iob 29. d *Sup. 2. g* *Eccli. 10. c* *Ioan. 6. g* *Ibidem.* *Pſal. 44. a*

Et dicebant : Nonne, et cetera. Poſtquam introduxit teſtimonium propheticum ad eruditionem credentium : hic introducit exemplum authenticum ad confutationem detrahentium. Et quia detractores, cum confutantur, fiunt deteriores, nam efficiũtur perſecutores : ideo in hac parte ſunt duæ partes. In quarum prima ponitur confutatio detrahentium : in ſecunda vero declinatio perſequentium, ibi : *Et impleti ſunt omnes in ſynagoga*, et cetera. Prima pars habet duas. In prima proponuntur detrahentium conuitia : in ſecunda vero introducuntur exempla prophetica, detractores confutantia, ibi : *Ait autem : Amen dico vobis : quia nemo propheta*, et cetera. Exprimit autem conuitia detrahentium tripliciter, ſcilicet per modum apertæ contumeliæ, per modum occultæ ironiæ, per modum inuectionis expreſſæ. Per modum, inquam, apertæ contumeliæ, exprimit, cum ait : Et dicebant : *Nonne hic eſt filius Ioſeph ?* Filium Dei vocabant filium fabri, conceptum de Spiritu ſancto in vtero virginali, dicebant genitum concubitu coniugali. Vnde dicitur, quòd dicebant : Nonne hic eſt fabri filius ? Beda : Quanta Nazaræorum cæcitas, qui eum, quem in verbis factisq. Chriſtum eſſe cognoſcunt, ob generis tantum notitiam contemnunt. Huic ſimile dicebatur de Saul : Quæ nam res accidit filio Cis ? Num et Saul inter prophetas ? Et : Non eſt nobis pars in Dauid, nec hereditas in filio Iſai. Hoc autem dicebant, non omnes, ſed mali, ſcilicet Scribæ et Phariſæi. Vnde non contradicit ei, quod prius dictum eſt, quòd omnes teſtimonium illi dabant. Similis modus loquendi eſt in ſcriptura : Cum occideret eos, quærebant

Mat.13.g *Beda. to. 5. lib. 2. in Luc.c.4.* *1.Reg.10.c* *2. Reg. 20. a* *Pſal.77. d*

Digitized by Google

Consuetudo malorũ. bant eum, non mortui, sed alij. Hæc est autem consuetudo malorum, vt quando aliquem laudari audiunt, statim se opponunt, et si non possunt ex parte morum et scientiæ, saltem ex parte naturæ, secundum illud: Bona in mala conuertens insidiatur, et in electis imponet maculam. Vel etiam illi ijdem, quem prius laudabant, post despiciebant, secundum illud Psalmistæ: Laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt, obliti sunt operum eius. Vel aliter intelligi potest, vt licet immediate hic narretur, non tamen fit immediate, sed post factum est.

Eccli. 11. d

Ps. 105. b

Per modum occultæ ironiæ exprimit, cum adiungit: *Et ait illis: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem.* Hoc enim videbat eos occulte cogitare. Dixit ergo hoc ironice, proponitis contra me, quod occulte in cordibus vestris concepistis, quia secundum quòd dicitur: Ex abundantia cordis os loquitur. Proponitis hanc, scilicet, similitudinem per ironiam: *Medice, cura teipsum.* Quod consueuit dici medicis infirmãtibus, cum sibi subuenire non possunt, vel nesciunt, aut negligunt: quod est ipsorum derisorium verbum: sic et tu te ipsum, id est, infirmos tuos, id est patriæ tuæ, cura. Quod dicebant potius ex incredulitate, et derisione, quàm ex humilitate et deuotione, sicut dicitur, quòd non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum. Vnde Beda dicit in glossa: Frustra opem misericordiæ cælestis expectas, si alienis virtutibus, inuides. Aspernator enim est Dominus inuidorum, et ab his, qui beneficia diuina in alijs persequuntur, miracula suæ potentiæ auertit. Et nota, quod ironice vocant medicum, quem veraciter deberent confiteri medicum, secundum illud: Ipse vulnerat, et medetur. Despiciunt quem deberent colere, et honorare secundum illud: Honora medicum propter necessitatem. Et post: Altissimus creauit de terra medicinam, et vir prudens, non abhorrebit illam.

Mat. 12. c

Mat. 13. g

Beda. to. 5. lib. 2. in Luc. c. 4.

Iob 5. c

Eccli. 38. a

Per modum vero inuectionis expressæ exprimit, cum subiungit: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum*, scilicet opera miraculosa. Vnde: Et tu Capharnaum numquid vsque in cælum exaltaberis? Et postea: Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi. Sed quo modo hæc audierunt facta in Capharnaum, cum Euangelista nondum expressérit aliqua miracula ipsum fecisse? Qua propter attendendum, quòd Euangelista non prosequitur ordinem rei gestæ, sed ordinem intentionis suæ, et hoc quidem facit pluries: et ideo, cum Euangelista narrat post, quod alius ante, non est repugnantia, quia non intendunt dicere eo ordine esse facta, quo sunt scripta, sicut dicit Augustinus. Patet, quia Lucas cum alijs duobus Matthæo et Marco nihil narrat de primo aduentu Christi in Galilæam, sed de secundo. De primo autem determinat solus Ioannes. Ex fama ergo miraculorum factorum in terra aliena arguebant eum, quia non faciebat in terra propria. Vnde additur: *Fac et hic in patria tua*, et cetera. Secundum illud: Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Et ad Timotheum: Si quis autem suorum, et maxime domesticorum, curam non habet, fidem negauit: et dicitur etiam: Mandauit illis, vnicuique de proximo suo.

Mat. 13. g

Aug. lib. de cõsensu Euangelistarum.

Eccli. 14. a

1. Tim. 5. a

Eccli. 17. b

Ait autem: *Amen dico*, et cetera. Hic post detrahentium conuitia, subiunguntur exempla prophetica, detractores confutantia. Ad plenam autem ipsorum confutationem præmittitur generale prouerbium: secundo speciale exemplum in Elia, propheta eximio: tertio in Elisæo discipulo ipsius. Primum est ad commouendum: secundum ad confutandum: tertium ad confirmandum. Generale igitur prouerbium in omni propheta, et populo præmittit, cum dicit: *Ait autem*, scilicet Christus: *Amen dico vobis*, idest certitudinaliter: quia Amen, signum est affirmationis. Et vere, quia sicut ipse dicit: Cælum et terra transibunt: verba autem mea non præteribunt. *Quia nemo propheta acceptus est in patria sua*, scilicet nec quoad doctrinam, nec quoad vitam, in quibus prophetæ consueuerunt habere excellentiam. Et ideo non est mirum, si in patria sua non faciat miracula, quæ pro ingratis et indignis non sunt facienda. Huic Saluatoris prouerbio accedit, quòd Ioseph a fratribus venditur: ab Ægyptijs honoratur. Sic Moyses ab Aaron, et Maria contumeliam patitur: et a contribulibus obiurgatur. Sic Abraam a compatriotis in Chaldæa patitur. Vnde dicitur ei: Egredere de terra tua et de cognatione tua. Rationem autem huius assignat Beda in glossa: ceteri prophetæ minores in patria, quàm in exteris ciuitatibus habiti sunt. Quia propemodum naturale est, ciues semper ciuibus inuidere. Non enim considerant præsentia viri opera, sed fragilem recordantur infantiam, quasi non et ipsi per eosdem ætatis gradus ad maturam ætatem venerint.

Mat. 24. c

Gen. 37. f

Gen. 41. c

Num. 12. a

Gen. 12. a

Beda. to. 5. lib. 2. in Luc. c. 4.

Speciale vero exemplum in Elia nobili propheta adiungit, cum dicit: *In veritate dico vobis.* Sermo tuus veritas est. Etiam veritatem dicebat, cui erat credendum, et tamen non credebant. Vnde Ioannes: Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Et illud Iob: Quare detraxistis sermonibus veritatis, *et cetera.* Et hæc est veritas certa, quia sumitur de scriptura. Vnde additur: *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel*, quæ scilicet erant in necessitate constitutæ. Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris. Erant autem in necessitate constitutæ, propter defectum pluuiæ cælestis, addit: *Quando clausum est cælum annis tribus, et mensibus sex*, sicut Dominus comminatus fuerat: Sin autem nec sic obedieritis, *et cetera.* Et postea: Dabo vobis cælum desuper, sicut ferreum. Et in Deuteronomio: Sit cælum quod supra te est, æneum: et terra, quam calcas, ferrea. Et sic factum est propter peccata eorum. Vnde in Hieremia: Polluisti terram in fornicationibus tuis, et in malitijs tuis. Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, et serotinus imber non fuit. Erant in necessitate constitutæ propter defectum terrestris alimoniæ: et ideo additur: *Cum facta esset fames magna in omni terra.* Sicut dicitur: Erat fames vehemens in Samaria, *et cetera.* Vnde verificatum erat de filijs Israel illud Psalmographi: Famem patientur vt canes, et circuibunt ciuitatem. Quia circuibat rex et dispensator domus suæ ad inuenienda pascua. Et licet essent in tanta necessitate, subiungitur: *Et ad nullam illarum missus est Elias*, vt eas per miraculum releuaret a penuria famis, vt sic verificaretur in eis illud: Esurientes, et sitientes: anima eorum in ipsis defecit. Sed extraneam releuauit, vnde additur: *Nisi in Sarephta Sidonia, ad mulierem viduam.* Secundum quod scribitur: Dictum est Eliæ: Surge, et vade in Sarephta Sidoniorum: et manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te: immo ipsa pet te. Aliud exemplum ad confirmationẽ prædictorum de Elisæo introducitur, cum ait: *Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta.* Vnde dicitur, quòd tempore Elisæi erant quattuor viri leprosi iuxta introitum portæ Samariæ. Et multi alij in necessitate consimili. *Et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.* Dicitur, quòd Naaman descendit, et lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei: et restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, et mundatus est. Et hoc, iusto Dei iudicio, quia non erant digni. Et a simili etiam, secundum imitationem prædecessorum, ostendebat eos indignos ad miraculorum susceptionem. Simile habetur in Matthæo: Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Et in Act. Dura ceruice, et incircumcisi cordibus, et auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut patres uestri, et vos:

Ioan. 17. c

Ioan. 8. f

Iob. 6. d

Hier. 15. b

Leu. 26. c

Deut. 28. c

Hier. 3. a

1. Reg. 18. a

Psal. 58. b

3. Reg. 18. a

Ps. 106. a

3. Reg. 17. b

4. Reg. 7. a

4. Reg. 5. d

Mat. 23. d

Act. 7. f

et vos. Quem prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? *et c.* Et ſic manifeſte ſunt conuicti, quia defectus miraculorum non erat imputandus impotentiæ vel negligentiæ Chriſti, ſed potius ipſorum inuidiæ, et incredulitati: et ſic digni erant, qui miraculis priuarentur, ſicut priuati etiam fuerant patres ipſorū. Et nota, hic ſpiritualiter, quòd his duobus exemplis oſtendit indignitatem Iudæorum reſpectu gentiliū: quantum ad vniuerſalē defectum pœnitentię, et vniuerſale contagium malitiæ: quod in Iudęis remanſit non curatū, ſed in gētilibus eſt ſanatum per Chriſtū.

Senſus ſpiritualis.

Clauſura cæli.

Clauſura enim cęli deſignat defectum gratiæ, et doctrinæ. Cauete, ne forte decipiatur cor veſtrum, et recedatis a Domino. Et deinceps: Iratusq. Dominus, claudat cælum, et pluuiæ non deſcendant, nec terra det germen ſuum. De qua pluuia in Pſalmo: Pluuiam voluntariā ſegregabit Deus hereditati tuæ, *et cetera.* Et ex hoc fit fames, et indigentia omnis boni. Iob: Attenuetur fame robur eius, et inedia inuadat coſtas illius. Et nota, quòd dicitur ſubtracta eſſe pluuia annis tribus et menſibus ſex, quia tribus annis et dimidio, quibus Dominus prædicauit, non receperunt pluuiam gratiæ, exigētibus peccatis ſuis, quamuis enim ſuper ſe veniret imber, Iudæa tamen non recepit. Terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, et germinans herbam opportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo: proferens autem ſpinas ac tribulos, reproba eſt, et maledicto proxima, *et cetera.* Interea autem temporis mittitur verus Elias prædicator ad viduam in Sarepta Sidonis, quæ recte deſignat gentilitatem, ſicut oſtendit Beda in Gloſſa. Saluata enim eſt gentilitas, populo Iudæorum derelicto, ſecundum illud: Quoniam repellitis verbum Dei, et indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes. Infectio autem lepræ, deſignat corruptionem malitiæ, quæ fuit in omnibus ante aduentum Chriſti, ſecundum illud Pſalmi: Corrupti ſunt, et abominabiles facti ſunt, *et cetera.* Ab hac non eſt curata Iudæa. Mundare te volui, et non es mundata a ſordibus tuis: ſed nec mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam in te. Sed Naaman a lepra mundatur, qui interpretatur decor. Et deſignat gentium populum ſacramento baptiſmi decorum factum, et omni feditate mentis, et corporis expurgatum. Et Oſeas: Vſquequo non poterunt emundari? Secundū illud Ezechiæ: Effundam ſuper vos aquam mundā, et mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Et ſic ſecundum vtrumque intellectum fuit hic confutatio infidelium Iudæorum.

Beda to. 5. li. 2. i Euā. Luc. c. 4. *Act. 13. g* Lepra quid ſignificet. *Pſal. 13. a* *Ezec. 24. d* Naaman. *Bed. vt ſu.* *Oſea 8. b* *Ezec 36. c*

Et repleti ſunt omnes, et cetera. Poſtquam deſcripta eſt confutatio detrahentium, ſubiungitur hic declinatio perſequentium. Habet autem hæc pars, duas. In prima deſcribitur malignantium perſecutio: in ſecunda vero perſequentium declinatio, ibi: *Ipſe autem tranſiens*, et cetera. Ad deſcriptionē ergo perſecutionis malignantium tria introducuntur, ſcilicet iracundia mentis, violentia operis, et perfidia ex parte finis intenti. Inſinuat ergo iracundiam mentis, in hoc, quod dicit: *Et repleti ſunt omnes, in ſynagoga, ira, hæc audientes.* Vnde verificatum eſt illud: Odio habuerunt corripientem in porta, *et cetera.* Propter quod dicitur in Prouerbijs: Noli arguere deriſorem, ne oderit te: Argue ſapientem, et diliget te. Vnde ex auditu veritatis non ſunt eruditi, ſed potius irritati: contra quod dicitur: Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. Et Iob: Vere ſtultū interficit iracundia: quia ſicut dicitur, ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor.

Amos 5. c *Prou. 9. b* *Eccls. 7. b* *Iob 5. a* *Prou. 27.*

Violentiam autem operis inſinuat, cum addit: *Et ſurrexerunt, et eiecerunt illum extra ciuitatem*, tamquam blaſphemum: ſic enim erat præceptum: Educ blaſphemum extra caſtra. Et poſt: Et lapidet eū populus vniuerſus. Et ſic verificata eſt illa parabola, in qua dicitur, quòd filium patrisfamilias eiecerunt coloni extra vineam. Vinea enim Domini exercituum, domus Iſrael eſt: Sic fecerunt Stephano: Impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem, lapidabant, *et cetera.* Vnde Saluator poterat eis dicere illud: Nonne vos eſtis, qui odiſtis me, et eieciſtis de domo patris mei?

Leu. 24. c *Mat. 21. d* *Iſa. 5. b* *Act. 7. g* *Iud. 11. b*

Perfidiam autem ex parte finis intenti explicat, cū adiungit: *Et duxerunt illum vſque ad ſupercilium montis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata.* Ad locum præruptū ducebant ad præcipitium. Vnde poterat dici populo illi inſano, illud ſapientis mulieris: Quare præcipitas hereditatem Domini? In hoc autem quòd præcipitare eum volebant, peiores diabolo erant: ſicut dicit Beda. Quia quod ille tantum dixit verbo: Mitte te hinc deorſum, hoc iſti conati ſunt facto: ſed non valuerunt, quia ipſe habebat poteſtatem ponendi animam ſuam: nemo autem tollendi ab eo, ſicut dicitur. Vnde Beda: Non a Nazaræis præcipitari, non a Hieroſolymitis lapidari, non inter pueros Bethleemitas ab Herode perimi: nō alia vel alia voluit morte conſummari, ſed crucis expectare voluit triumphum. Ipſa enim eſt typus monarchiæ ſingularis. Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur. Et hinc eſt, quòd cacumina crucis cęlos oſtendunt, ima petunt inferos, cornua terram tegunt.

2. Reg. 20. f *Sup. eod.* *Ioan. 10. d* *Beda to. 5. lib. 2. in Lucam cap. 4.* *Phil. 2. b*

Ipſe autem tranſiens, et cet. Hic notatur declinatio perſequentium perfecta, quia fuit ſine detentione, ſine impulſione, ſine portatione. Vnde non poterant ei violentiam facere, nec trahendo, nec impellendo, nec portando. Ad oſtendendum igitur, quòd non fuit violentia detentionis dicitur: *Ipſe autem tranſiens.* Vnde Ambroſius: Quod capitur, a paucis et tenetur, voluntatis eſt. Quòd a populo modo non tenetur, ſed tranſit, maieſtatis eſt. Vnde nihil poterat actum virtutis ſuæ retardare. Ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles. Fuit autē iſte tranſitus a virtute propria, ſed Petri in virtute aliena. Qui tranſeuntes primam, et ſecundam cuſtodiam, venerunt, *et cetera.*

Amb. to. 3. lib. 4. in Lucam c. 4. *Cant. 2. b* *Act. 12. b*

Ad oſtendendum, quòd non fuit violentia impulſionis, ſubditur: *Per medium eorum*, quaſi diceret: Cernis, quòd non poſſit ab aliquo ſuperari. Vnde poterat dicere illud: Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Simile dicitur: Quærebant eum apprehendere, ſcilicet ad lapidandum, et exiuit de manibus eorum. Per medium vadit, quia mediator Dei et hominum, ſemper diligit medium. Vnde: Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.

Pſal. 26. *Ioan. 10. g* *Ioan. 1. d*

Ad oſtendendum vlterius, quòd non fuit violentia vectionis, ſubditur: *Ibat:* ſcilicet propria virtute, ſicut animalia, de quibus in Ezechia dicitur, quòd ibāt, et reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. *Ibat*, ſcilicet non in præceps, ſed deſcendebat, vt dicit Beda, ſub rupem, illi cedente petra, et ipſum ſuſcipiente, vt illi ad eum non poſſint attingere, vnde poterat dicere illud: Quæretis me, et non inuenietis: et vbi ego ſum, vos non poteſtis venire. In quo oſtenditur ſimul Domini potentia, quia non poterant illum lædere: ſed et lapides obediebant ei. Oſtēditur et patientia, quia ceſſit, nec eos læſit, ſicut dicitur, quòd Iudæi tulerunt lapides, vt iacerent in eū: Ieſus autem abſcondit ſe, et exiuit de templo. Nota hic, quòd quattuor modis eſt Domino Ieſu mors tentata. Quidam tentauerunt gladio perimere, ſicut Herodes. Quidam præcipitio, vt hic. Quidam lapidatione, ſicut Iudæi. Quidam crucifixione. Spiritualiter enim Chriſtus crucifigitur in noſtra redemptione. Vnde dicitur de his, qui prolapſi ſunt: Ruſus ſibimetipſis crucifigentes filium Dei, *et cetera.* Lapidatur autē in obduratione: Hieruſalem, Hieruſalem, quę occidis prophetas, et lapidas eos, *et cetera.* Vbi oſtenditur obduratio Iudæorum. Præcipitatur autē in deſperatione: Succident electas cedros tuas, et præci-

Ioan. 7. e *Ioan. 8. g* *Mat. 2. c* *Ioan. 8. g* *Mat. 27.* *Heb. 6. b* *Mat. 23. d* *Hier. 22. b*

Digitized by Google

et præcipitabunt in ignem. Et hoc est in desperatione. Sed gladio perimitur in blasphematione, secundum illud: Filij hominum, dentes eorum arma et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus. *Psal. 56. a*

Et descendit in Capharnaum, et cetera. Postquam ostendit doctrinam Christi authenticam ex merito vitæ, et testimonio scripturæ, hic modo ostendit ex miraculo potentię, vt in ore trium stet firmum auctoritatis testimonium. Habet autem hæc pars, tres. In prima proponitur communicatio doctrinę Christi. In secunda, confirmatio virtutum miraculi, ibi: *Et in synagoga erat*, et cetera. In tertia, acceptio eiusdem a multitudine populi, ibi: *Facta autem die, egressus ibat*, et cetera. Circa autem communicationem doctrinę Christi quattuor exprimuntur, scilicet locus, tempus, effectus, et virtus. Ex his autem quattuor colligitur doctrina Christi fuisse humilis, celebris, admirabilis, et sublimis. Humilis, inquam, ostenditur ex situ loci, quem notat, cum dicit: *Descendit in Capharnaum ciuitatem Galilæ*. Descensus enim in Christo signum est humilitatis, sicut ascensus in superbis signum est elationis. Vnde: Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallis. Ad quod etiam designandum, dicitur: quòd descendit Spiritus corporali specie, *et cetera*. Et ideo ipse dicebat: Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, *et cetera*. Et hæc magna est humilitas, et hanc docuit verbo: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Exemplo: Si ego laui pedes vestros, *et cetera*, exemplum enim dedi vobis. Huic etiam competit quòd ciuitas illa erat in confinio gentium et Iudæorum in finibus Zabulon et Nephtalim, vt sic ostenderet se non despicere gentiles, ratione culpæ aut idolatriæ. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, et terra Nephtalim, et nouissime aggrauata est via maris trans Iordanem Galilęæ Gentium. Huc accedit, quòd istæ duæ tribus, prius cæteris migrabant, sicut dicitur. Et ideo tamquam despectiores, primo fuerant visitandæ.

Christi descensus humilitatem significat. *Cant. 6. d* *Sup. 3. e* *Ioan. 6. d* *Mat. 11. d* *Ioan. 13. b* *Isa. 9. a* *4. Reg. 15. f*

Celebris autem ostenditur ex tempore sollemni, cū additur: *Ibiq. docebat illos sabbatis*. Tunc enim populus veniebat ad audiendam legem, quia cessabant ab omni opere seruili, sicut præcipitur. Et ideo Baruch: Legite librum istum, quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die sollemni, et in die opportuno. Sic etiam Paulus sabbatis docebat, secundum quod dicitur: Moyses a temporibus antiquis, habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbatum legitur. In quo erudimur secundum consilium: Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, et qui minoratur actu, sapientiam percipiet. Et etiam erudimur in diebus sollemnibus, et in conspectu multitudinis, maxime intendere diuinis laudibus, et prædicationibus. Vnde in Psalmo: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Et rursus: In Ecclesijs benedicite Deo de fontibus Israel.

Sabbatis vacandum legi diuinę. *Leu. 23. a* *Baruch 1. c* *Act. 15. d* *Eccli. 38. c* *Psal. 21. c* *Psal. 67. e*

Admirabilis autem ostenditur ex stupore populi, cum additur: *Et stupebant in doctrina eius*, et hoc, quia aliquid magnum, et insolitum in ea imaginabantur. Sic et in doctrina Apostolorum, post Spiritus sancti Aduentum: Stupebant autem omnes, et mirabantur ad inuicem, *et cetera*. Iob: Adducit consiliarios in stultum finem, et iudices in stuporem. Nec mirū, quia sicut dixerunt ministri: Numquam sic locutus est homo.

Act. 2. b *Iob 12. c* *Ioan. 7. g*

Sublimis vero ostenditur ex virtute singulari, et hoc notat, cū addit: *Quia in potestate erat sermo ipsius*. Siue quia loquebatur, vt Dominus omnipotens, secundum illud: Admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos, sicut potestatem habens. Siue quia sermoni iuncta erat virtus, faciens mirabilia, secundum illud: Sermo illius potestate plenus est. Et infra: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere, et sermone. Siue etiam, quia verba eius spiritualem virtutem sapiebant, secundū illud Psalmi: Dabit voci suæ vocem virtutis. Sic et Apostolus: Sermo meus, et prædicatio mea non in suasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis. Nec mirum si sermoni eius erat virtus coniuncta, quia ipse est Dei virtus, et sapientia. Et ideo dicitur: Portans omnia verbo virtutis suæ.

Mat. 7. d *Eccli 8. a* *Inf. 24.* *Psal. 67. d* *1. Cor. 2. a* *1. Cor. 1. c* *Heb. 1. a*

Et in synagoga erat, et cetera. Post communicationem doctrinæ Christi, sequitur hic comprobatio per virtutem miraculorum. Ostenditur autem hæc virtus admirabilis in Christo docente, tripliciter. Primo respectu sexus virilis. Secūdo respectu muliebris ibi: *Surgens autem Iesus*. Tertio respectu omnis sexus, et ætatis, ibi: *Cum autem sol occidisset*. Rursus alia differentia est ex parte naturæ, quia primum miraculum consistit in liberatione hominis a dæmone: secundum in liberatione mulieris a febre: tertium in liberatione ab vtrisque indifferenter. Rursus, primum est in loco eruditionis, quia in synagoga: secūdum vero in loco refectionis, scilicet in domo Simonis: tertium in loco requietionis, quia post solis occasum. Postremo, primum horum ostenditur factum fuisse mane: secundum circa meridiem, quia hora commestionis: tertium circa solis occasum. Ex his autē omnibus claret, quòd Christus habet posse super omnem personam, et super omnem naturam, et in omni loco, et in omni tempore: ac per hoc sufficienter ostenditur authentica doctrina eius per virtutem multitudinis miraculorum. Præmittitur autē primo miraculum hominis dæmoniaci curati. Circa cuius quidem curationem, notanda sunt quattuor concurrentia, quæ faciunt ad manifestandam Christi potentiam: ex parte dæmoniaci, status manifestæ miseriæ: ex parte dæmonis, sentimen diuinæ præsentiæ: ex parte Christi, operatio immensæ potentiæ: ex parte populi, exhibitio debitæ reuerentiæ: quæ omnia conuenientissime describuntur ab Euāgelista ad præsentis miraculi magnificentiā. Ex parte igitur dæmoniaci ostenditur status manifestæ miseriæ, cum dicitur: *Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum*, quia in communi apparebat omnibus, quòd erat a dæmone obsessus. Vnde in loco communi erat, quia in synagoga, vbi multi conueniebant, secundum illud: Ego semper docui in synagoga, et in templo, quo omnes Iudæi conueniunt. In hac erat homo habens spiritum immundum ab effectu, quia immundum facit. Spiritum immundum auferam de terra. Immundus iste spiritus dicitur: quia semper immunditiam suggerit. Vnde in Apocalypsi: Et vidi de ore draconis, et de ore bestiæ, et de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarū.

Christi potestas maxima. *Ioan. 18. c* *Zac. 13. a* Spiritus immundus ab effectu. *Apoc. 16.*

Ex parte vero dæmonis, ostenditur sentimen diuinæ præsentiæ, cum dicitur: *Et exclamauit voce magna*, et cetera, vt ex vi clamoris ostenderetur in dæmone passio doloris. Ecce, serui mei laudabunt præ exultatione cordis, et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ contritione spiritus vlulabitis. Vnde colligitur ex clamore, quòd in dęmone fuit dolor, et tremor, ex sentimento præsentię Christi. Vnde Augustinus: Vtinam sicut Deum dæmones iudicē, sic homines agnoscerent Saluatorem: dęmones viderunt, et contremuerunt, homines vero viderunt, et occiderunt. O quanta infelicitas, homines peiores dęmonibus inueniri. Vnde ipse timor compulit veritatē cōfiteri, scilicet, quòd Christus esset destructor dęmonū, et sanctificator hominum. Propter primū additur, dicens: *Sine, quid nobis et tibi Iesu Nazarene? veniſti perdere nos. Sine*, ideſt, cessa ab afflictione, et nostra persecutione, quia importabilis est. Manum tuā longe fac a me, et formido tua non me terreat. Vel, *Sine*, ideſt permitte me elongari a te, quid nobis, et tibi, quasi

Isa. 65. c *Iob 13. c*

bi, quasi diceret, nulla conuentio : et ideo simul esse
2.Cor.6. c non possumus. Quę participatio iustitię cum iniquitate ? Aut quę societas luci ad tenebras. Quę autem conuentio Christi ad Belial ? Et quòd non sit communicatio, ostẽdit, cum adiungit: *Venisti perdere nos.*
Prou. 24. Repente consurget perditio eorum. Vnde : In hoc
1.Ioan.3.b apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Et nota, quòd duplex est perditio dęmonum. Vna scilicet
Perditio dęmonum est gemina. propter peccatum superbię, qua perditi sunt ab initio. Perdidi te, o Cherub, protegens, de medio lapidum ignitorum. Alia propter peccata superaddita ;
Ezec.28.d ob quę perdentur in extremo iudicio, cum auferetur omnis potestas, et infligetur omnis pœna debita. De
Deut.32.e qua : Iuxta est dies perditionis. Et hęc perditio non
Mat.8. d fiet omnino ante diem iudicij, vnde : Venisti huc ante tempus torquere nos ? Sed tantum a tempore
Ioan.12. d Christi inchoata est. Nunc iudicium est mundi, nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Non solum autem confitetur ipsum destructorem dęmonum, sed etiam satisfactorem hominum, cum adiungit : *Scio te, quia sis sanctus Dei*, ille scilicet, de quo Daniel :
Dan. 9. f Vngatur Sanctus sanctorum. Hoc autem non scie-
1.Cor.2. b bat certa scientia, cum dicatur : Si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed
Prou.23.a cognoscebat coniecturando. In similitudinem arioli et coniectoris ęstimat quod ignorat. Existimabat enim hoc per pœnam, quam sentiebat.

Ex parte autem Christi ostenditur operatio immensæ potentiæ, cum adiungitur : *Et increpauit illum Iesus, dicens : Obmutesce*, tamquam enim omnipotens dæmoni sola increpatione silentium imponit.
Zac.3. a Ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum. Et sequitur : Increpet Dominus in te, satan, et increpet Dominus in te qui elegit Hierusalem. Licet autem vera diceret, tamen silentium imponebat, quia vt
Eccl.15.b dicitur : Non est speciosa laus in ore peccatoris. Vn-
Psal.49. c de et in Psalmo : Peccatori autem dixit Deus : Quare tu enarras iustitias meas ? Vel ideo prohibuit, quia dolose loquitur, et immiscet frequenter falsa veris.
Mar.1. d Vnde super illud : Non sinebat ea loqui, dicit glossa, ne, dum viderent vera loquentem, sequerentur errantem. Et ideo in Psalmo : Muta fiant labia dolosa,
Psal. 30. c *et cetera*. Ostendit autem hic vanam gloriam esse vitandam, vt in vanis et falsis laudibus nemo quærat
Act.16. d laudari. Exemplum est de Paulo. Non autem solum imponit silentium increpando, verum etiam expellit præcipiendo, cum additur : *Et exi ab eo*. Iam im-
Abac.3. a pletur illud Abacuc : Egredietur diabolus ante pedes eius. Et ideo sequitur : *Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo.* In quo ostenditur iracundia diaboli, quia inuitus exijt, et cum murmure.
Mar.1.c Vnde Marcus : Discerpens enim, *et cetera*, exijt ab eo. Hoc autem facit diabolus, cum videt se perdere,
Apoc.12.c quod male possidet. Descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, *et cetera*. Sed ira eius non læsit, Domino prohibente. Vnde subditur : *Nihilq. nocuit*. Non nocebunt, et non occident in vniuerso
Isa.11.b monte sancto meo. Ex hoc autem colligitur, quòd
Diabolus semper habet nocendi voluntatem. diabolus habet semper voluntatem nocendi, quia hanc habet a semetipso, sed potestatem nocendi non
Rom.13. semper, nisi quantum, et quando permittitur a Deo
1.Pet.3. b iusto modo. Vnde : Non est potestas nisi a Deo. Et ideo Petrus : Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis ?

Postremo ex parte populi ostenditur exhibitio debitæ reuerentiæ, cum subditur : *Et factus est pauor in omnibus*. Hoc dicitur, quantum ad reuerentiam se-
Iob 26. c cundum actum cordis. Nec mirum, quia columnæ cæli contremiscunt, et pauent ad nutum eius. Vnde
Idem 4. c Iob : Pauor tenuit me, et tremor, et omnia ossa mea perterrita sunt. Et hoc ad aspectum tanti miraculi :
Psal.138.c Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es :
Hier.10.a mirabilia opera tua, *et cetera*. Et in Hieremia : Quis non timebit te, o rex gentium ? Quantum vero ad

A actum oris, adiungitur : *Et colloquebantur ad inuicem dicentes*, scilicet alter ad alterum conferendo. *Quod est hoc verbum*, idest, res digna verbo, sicut accipitur : Non fuit verbum, quod non monstraret eis Verbũ, pro re digna verbo.
Ezechias in domo sua. *Quia in potestate et virtute imperat immundis spiritibus, et exeunt* potestate præcipiente, et virtute faciente. Nec mirum : Potestas, et 4. Reg. 20. a
Iob. 25. a terror apud Deum est, qui facit concordiam in sublimibus. Sed hoc imperium non est humanum, nec etiam angelicum. Vnde in canonica Iudæ dicitur : cum Michael Archangelus cum diabolo disputans
Iuda 1. b altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit : Imperet tibi
B Deus. Et quia hoc magnum et inusitatum erat, non reticendum, sed cum reuerentia diuulgandum. Ideo sequitur : *Et diuulgabatur fama de illo, in omnem locum regionis*. Sic de Salomone dicitur : Ad insulas longe
Eccli. 47. e diuulgatum est nomen tuum. Sic de Dauid : Diuul-
1.Par.14.d gatum est nomen Dauid in vniuersis regionibus, et Dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.
Sic de Ozia : Diuulgatum est nomen eius vsque ad
2. Par.26. a introitum Ægypti, propter crebras victorias. Nota, quòd fuit diuulgatum nomen Dauid ratione iustitiæ : nomen Salomonis, ratione sapientiæ : no-
C men vero Oziæ, ratione potentiæ : nomen Christi, ratione omnis et excellentiæ et dignitatis, et supereminentiæ.

Surgens autem Iesus de synagoga, et cetera. Post miraculosam curationem sexus virilis a dæmone, sequitur hic miraculosa curatio sexus muliebris a febre. Quæ ab Euangelista describitur hoc ordine : Primo notatur ipsius febris incommodum : secundo vero intercessionis adiutorium : tertio curationis remedium : quarto perfectæ liberationis indicium. Hæc enim quattuor concurrunt ad præsens miraculum consummandum. Quantum igitur ad ipsius febris
D incommodum, dicitur, quòd compellebat socrum Simonis iacere in domo. Vnde dicitur : *Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis*, scilicet, vt potestas eius, quæ communiter manifestata fuerat coram omnibus, in domo secretius manifestaretur coram simplicibus, et coram suis imitatoribus. In domo enim erat mulier curanda, non in synagoga, ad insinuandum quod dicitur : Docere au-
1.Tim.2.d tem, mulieri non permitto. Ad hunc ingressum mouebat misericordia, propter mulieris miseriam releuandam, quam exprimit, cum dicit : *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus*. In quo designatur
E infirmitatis grauitas, quæ disponit ad gratiam iuxta illud : Infirmitas grauis sobriam facit animam. Licet
Eccli.31.a autem esset grauis, poterat tamen de ea dici illud : Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria
Ioan.11.a Dei : quam gloriam non solum debuit in altero sexu ostendere, sed in vtroque, quia sicut vterque lapsus fuerat, ita et vterque pertinebat ad redemptionem. Vnde in Christi natiuitate fuit Ioseph cum Maria, in
Sup. 2. a Christi prædicatione discipuli et mulieres, secundum quod dicitur : In passione Maria, et Ioannes :
Inf.8. a In resurrectione discipuli et Magdalena. Sic vir et
Ioan.19.g mulier ad Dei gloriam ostendendam curantur, et a
Ioan.20.a F grauiori mulier, quàm vir, quia pluribus pœnis est subiecta. Multiplicabo ærumnas tuas, et conceptus
Gen.3. d tuos : in dolore paries filios, et sub viri potestate eris.

Quantum vero ad intercessionis suffragium, subditur : *Et rogauerunt illum pro ea*. Discipuli, et illi, qui aderant, quamuis enim Dominus velit dare, nihilominus vult rogari, secundum illud : Et inuoca me
Psal.80. b in die tribulationis : eruam te, et honorificabis me. Inuocabis, et Dominus exaudiet te : clamabis, et di-
Isa.58.c.d cet : Ecce adsum. Et in fine : Os enim Domini locutum est. Et nota, quòd Dominus alium curauit
Sup.eod. f sine precibus, sicut dæmoniacum prius : alium precibus alienis, vt hic : alium precibus proprijs, vt le-
Inf.5. c prosum. In quo signatur, quòd tripliciter animas pec

catrices

Digitized by Google

catrices curat gratia Saluatoris, nunc intercedẽte sola
Rom.2.a benignitate suæ clementiæ. Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Nunc interueniente oratione Ecclesiæ. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei saluabit infirmum. Nunc vero interueniente proprio gemitu: Ego audiui gemitum filiorum Israel. Audiui orationem tuam, et vidi lacrymam tuam, ecce sanaui te. Et ideo dicebat anima
Psal.29.a sancta: Domine Deus meus clamaui ad te, et sanasti me, *et cetera.*

Quantum ad curationis remedium, adiungitur: *Et stans super illam, imperauit febri: et dimisit illam.* Imperat autẽ tamquam Dominus, et Rex. Sic: Insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti. Et quia non
Ps.148.a est ei impossibile omne verbum: Ideo ipse dixit, et facta sunt. Vnde ad præceptum eius, *dimisit illam*, scilicet febris, secundum illud: Præceptum posuit, et non præteribit. Nec mirum: quia omnia, quæcumque voluit Dominus, fecit in cælo et in terra,
Hiere.5.a in mari, et in omnibus abyssis. Me ergo non timebitis, ait Dominus, et a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit. Vnde miro modo in hoc arguitur, et reprehensibilis ostenditur peruicacia humanæ voluntatis, quia omnis creatura sensibilis, et quod plus est, defectus pœnalis, obedit diuinis imperijs, quibus homo miserabilis cõtradicit.

Postremo quantum ad perfectæ liberationis indicium, subditur: *Et continuo surgens ministrabat illis.* Hoc autẽ est certum perfectæ curationis indicium, quia nullæ remanserunt reliquiæ, quia statim facta est potens ad motum, et potens ad obsequium. Surrexit enim, et ministrabat eis, tamquam bona matrona, et quasi altera Martha, de qua infra: Martha
Inf. 10. autem satagebat circa frequens ministerium. Et tales merentur diuinum beneficium. Dicit puer Elisæus Sunamiti: Ecce sedule in omnibus ministrasti
4.Reg.4.c nobis, quid vis, vt faciam tibi? Talem viduam dicebat Apostolus esse eligendam: Vidua deligatur non
1.Tim.5.b minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsequuta est.

Sensus allegoricus. Notandum autem, quantum ad sensum allegoricum, quòd curatio viri a dæmone, significat curationem gentilis populi ab errore, in cuius rei figu-
Isa.34.d ram dicitur: Occurrent dæmonia, onocentaurus, et pilosus clamabit alter ad alterum. Hoc dicitur de Idumæo, sub figura gentilitatis. Hoc dæmonium
Mar.vl.d eijcitur per fidem Christi, secundum illud: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, *et cetera.* Serpentes, inquam, diffundentes virus erroris, qualis fuit, de quo Apo-
2.Cor.11. stolus: Timeo autem, ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate, quæ est in Christo. Per curationem socrus Simonis a febre, significatur curatio synagogæ ab æstu carnalis concupiscentiæ, quo inar-
Osee 7.b descit ille populus carnalis. Omnes adulterates, quasi clibanus succensus a coquente. Et ideo præmittitur curatio viri, quia sicut dicitur: Donec plenitudo
Rom.11.d gentium intraret, et sic omnis Israel saluus fieret.

Sensus moralis. Secundum sensum moralem, curatio hominis a dæmone significat curationem a peccatis spiritualibus, secundum quod dicitur: Exagitabat eum, scili-
1.Reg.16. cet Saul, spiritus nequam, a Domino. Et infra: Cũ
Inf.11. immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquosa, quærens requiem, et non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui,
Eccli.23.c *et cetera.* Curatio mulieris a febre est curatio animæ a peccatis carnalibus: Anima calida, quasi ignis ardens, non extinguetur, donec aliquid glutiat. Vnde Beda: Homo a dæmonio liberatur, cum animus ab *Beda to. 5.*
immunda cogitatione purgatur. Femina a febribus, *li. 2. in ca.*
cum caro a feruore concupiscentiæ refrenatur. *4. Luca.*
Et ideo homo in medio synagogæ eliditur, quia qui spiritualibus peccatis detinetur, indiget humiliari in conspectu hominum. Psalmus: Custodiens paruulos *Ps. 114.a*
Dominus, humiliatus sum, et liberauit me. Ista vero liberatur, Domino stante super eam in domo, quia
est cum diuina gratia custodia disciplinę. In filia non *Eccli.26.b*
auertente se, firma custodiam, ne, inuenta ocasione, vtatur se. Et ideo: Castigo corpus meum, et in ser- *1.Cor.9.d*
uitutem redigo, *et cetera.*

Cum autem sol occidisset, et cetera. Hic post curationem sexus virilis et muliebris, subiungitur curatio vniuersalis respectu omnis sexus, ætatis, et infirmitatis. In qua manifestatur admirabilis potentia Christi ex quattuor, scilicet, ex varietate languorum, ex facilitate curationum, ex confessione dæmonum, ex cohibitione spirituũ immundorum. Primo ergo introducitur varietas languorum in hoc, quod dicit: *Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum*, vt scilicet curaret, et merito, quia: Vere languores nostros ip- *Isa.53.a*
se tulit, *et cetera.* Et in Actis: Pertransijt benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo. Et sine di- *Act.10.f*
stinctione, quia super omnia potest æqualiter. Vnde: Neque herba, neque malagma sanauit eos, sed *Sap.16.b*
tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia. Vnde et
Matthæus dicit: Circuibat Iesus, *et cetera.* dein, sa- *Mat.4.d*
nans omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo. Et nota, quòd adducebant post solis occasum, vt ostenderetur, quòd Christus non tantum interdiu, sed etiam noctu solicitus et potens erat circa salutem humani generis, quod figuratũ est in Iacob:
Die noctuq. estu vrgebar, et gelu, fugiebatq. somnus *Gen.31.e*
ab oculis meis. Et in Sapientia: In omnibus magnifi- *Sap.19.d*
casti populum tuum Domine, et honorasti et non despexisti in omni tempore, et in omni loco adsistẽs eis. Vel ideo post solis occasum, vt ostenderet vitandam esse gloriam hominum. Vnde reprehendit pharisæos: Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab *Mat.23.a*
hominibus. Aut ideo post solis occasum, vt designetur per passionem, acquirendum esse generale remedium. Christus enim sol est, secundum illud: Orie- *Mal.4.a*
tur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, et sanitas in pennis eius. Iste occubuit in passione. Vnde Amos: Occidet sol in meridie. Et tunc plus sa- *Amos 8.c*
nati sunt, quod signatum est in morte Samsonis, qui *Iud. 16.g*
interpretatur sol eorum. Vnde Beda: Solis occubi- *Beda to. 5.*
tus est passio Christi, per quam plures sanantur dæ- *li. 2. Luc.*
moniaci, et ægroti, quàm ante. *cap.4.*

Secundo additur facilitas curationum, cum additur: *At ille singulis manus imponens, curabat eos.* Faciliter curabat, quia sine interpellatione, sed sola manus impositione sanabat. Nec mirum, quia secundũ quòd dicitur: Non est abbreuiata manus Domini, vt *Isa.59.a*
saluare nequeat. Et nec solum poterat hoc per se, sed etiam alijs communicare, secundum illud: Super *Mar.16.*
ægros manus imponent, et bene habebunt. Et nota, quòd singulis imposuisse dicitur sine exclusione, sicut dicitur in Actis: Non est personarum acceptor *Act.10.*
Deus. Et ideo in Psalmo: Aperis tu manum tuam, *Psal.44.*
et imples omne animal benedictione. Et hoc est, quod dicitur: Pusillum et magnũ ipse fecit, et æqua- *Sap.6.b*
liter cura est illi de omnibus. Et ideo dicitur: *Curabat eos.* et cetera, scilicet omnes ad se venientes, quia
dicitur: Eum, qui venit ad me, non eijciam fo- *Ioan.6.d*
ras. Nec mirum, nam idem Dominus omnium, dies in omnes, qui inuocant illum. *Rom.10.e*

Tertio subditur confessio dæmonum, cum ait: *Exibant autem dæmonia a multis clamantia*, scilicet præ dolore, et timore, et admiratione. Clamabitis præ *Isa.65.e*
dolore cordis, et præ contritione spiritus vlulabitis.

Sed

Psal.17. d Sed cassus erat eorum clamor. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret. Vel clamantia, propter publicam veritatis annunciationem. Et ideo subditur vera cõfessio. *Et dicentia: quia tu es filius Dei.* Hoc autem non dicebant ex certitudine, sed ex coniecturatione propter potentiæ magnitudinem. Et ideo prius di-
Sup.eod. f xit dæmon: *Scio te, quia sis Sanctus Dei*, nunc quòd filius Dei, quia per maiora experimenta in cognitione profecerat: hoc autem, quod ex coniectura confitebantur dæmones, non confitebantur corde, de-
1. Cor. 12. a quo: Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Cui dicere, respondet verbum, quod est cum amore dicere. Non etiam opere confitebantur,
1. Ioa. 4. b de quo: Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. Sed solum ore di-
Tit. 1. d cebant, et corde odiebant, et opere negabant. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Nec mi-
Psal.6. a rum, quia secundum quòd dicitur in Psalmo: In inferno autem quis confitebitur tibi? nullus, scilicet,
Sap. 5. a cõfessione meritoria, sed omnes confessione extorta, et necessaria. Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes, *et cetera*.

Postremo additur cohibitio spirituum immundorum, cum subiungitur: *Et increpans non sinebat ea loqui*, vt verificetur illud: Ab increpatione tua fugiẽt,
Psal.105.a a voce tonitrui tui formidabũt. *Non sinebat ea*, et cet. Frequenter Dominus obicem ponit malignantibus.
2. Mac.6. Vnde: Etenim non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Vel ideo non sinebat, quia per dæmones manifestari nolebat, vnde subditur: *Quia sciebant ipsum esse Christum*, idest, probabiliter conijciebant.
Aug. lib.8. de Ciu. Dei ca.21. to.5. Non enim innotuit dæmonibus, vt dicit Augustinus, vt splendor et lux, sed per quandam virtutis suæ efficaciam. Nolebat autem Dominus sui nominis cognitionem per dæmones diuulgari, tum quia indigni erant, tum etiam quia odiosi, tum etiã quia fraudulenti: et ideo talis confessio nec conueniebat Deo, nec congruebat dæmoni, nec proderat homini.
Beda to. 5. lib. 2. in Luca cap.4. Beda: Improbus enim magister est diabolus, qui falsa veris sæpe permiscet, vt specie veritatis testimonium fraudis obtexat. Ex quo nobis datur intelligi, quòd qui in prædicando Christum, veris falsa per-
1. Cor. 5. b miscent, omnino sunt cohibendi, sicut hæretici. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Si quis autem vera prædicent, non tamen intentione recta, sustinendi sunt: et de talibus
Phil.1. c dicitur: Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur: et in hoc gaudeo, sed et gaudebo? Si autem prædicant vera et bona, et tamen non faciunt, nihilominus
Mat.23.a sunt audiendi. Super cathedram Moysi sederunt scribæ et pharisæi. Et tales designati sunt per illũ, de
Inf.9. f quo dicitur, quòd prædicabat Christũ non sequens eum, quem Dominus noluit prohiberi. Ex prædictis liquet, quòd Saluatoris potestas per omnem modũ est manifestata.

Facta autem die, et cetera. Post communicationem doctrinæ Christi, et confirmationem ipsius per operationem miraculorum, subiungitur hic tertio acceptatio eiusdem a multitudine populi. Ad hoc autem,
Doctrina auditoribus accepta. quòd doctrina aliqua debito modo auditoribus fiat accepta, oportet quòd sit immunis ab ostentatione, ab ambitione, ab adulatione, et a personarum acceptione. His enim modis quattuor consueuit doctrinæ acceptatio deprauari. Primo ergo ab acceptatione doctrinæ Christi excluditur ostentatio, cum dicitur: *Facta autem die, egressus ibat in desertum locum*, volens se magis humiliter occultare, quàm impu-
Psal.54. b denter ostentare, secundum illud: Ecce elongaui fugiens, et mansi in solitudine. Huius figura præcessit
3. Reg. 19. a in Elia: de quo dicitur, quòd relicto puero suo, solus perrexit in desertum, postquam fecerat miraculum ignis, consumentis holocaustum. Huius etiam figura præcessit in Dauid, qui dixit ad Ionathan: Dimitte me, vt abscondar in agro vsque ad vesperam diei
1. Re. 20. a tertiæ, idest, vsque ad resurrectionem. Ob quam etiam causam, dixit discipulis: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Et:
Mat. 17. b Hæc locutus est Iesus, et abijt, et abscondit se. Illud
Ioan. 12. f autem iter in desertum, et egressus de ciuitate, significat egressum vitæ secularis, et ingressum religionis.
Desertum. Desertum enim est locus paupertatis, asperitatis, et vtilitatis, contra tria, quæ sunt in mundo, secundum
1. Ioan. 2. c illud: Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ.
Votum triplex. Contra hæc statuit Dominus desertum religionis, in quo vouetur triplex votum, prædictis oppositum, scilicet continentiæ, paupertatis, et obedientiæ. Et ideo merito dicitur desertum. In hoc deserto moratus est Ioannes: Vnde Matthæus: Quid existis in de-
Mat. 11. a sertum videre? Arundinem vento agitatam? in qua designatur humilitas, quæ non delectatur in vento laudum: nec deijcitur in vituperio detractionum, et conuitiorum. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum: in quo ostenditur paupertatis asperitas. In hoc deserto fuit Christus, cuius figura præcessit: Morabatur Dauid in deserto in locis fir-
1. Re. 23. b missimis, mansitq. in monte solitudinis Ziph. Quia altissimam religionem tenuit Christus. Vnde Augu-
Aug. to. 1. de ver. rel. cap. 17. stinus de vera religione: Omne peccatum prouenit, aut quia appetimus, quæ Christus contempsit, aut fugimus, quæ sustinuit. Satellites enim diaboli diuitias appetunt, Christus pauper esse voluit. Honoribus inhiant, rex esse noluit. Delicias cupiunt, crucifigi voluit.

Secundo excluditur ambitio, in hoc, quod sequitur: *Et turba requirebant eũ, et venerunt vsque ad ipsum.* Non ipse se ingerebat ex ambitione, sed illi quærebant cum deuotione. Vnde dicitur: Qui cum cogno-
Ioan. 6. b uisset, quòd venturi essent, vt raperent eum, et facerent eum regem, fugit. In quo docuit, quòd honoris officium non est assumẽdum, nisi homo requiratur.
Heb. 5. b Vnde: Nec quisquam assumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, quemadmodum Aaron. In hoc etiã commendatur deuotio populi, quia latere volentem requirebat, cum tempus esset. Isaias: Quærite Do-
Isa. 55. b minum, dum inueniri potest. Et Oseas: Tempus re-
Osea 10. d quirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos
Psal.26. c iustitiam. Et anima sancta in Psalmo: Exquisiuit te facies mea. Et quòd deuote requirerent eum, apparet, quia scilicet; *Venerunt vsque ad ipsum*, secundum
Isa. 21. illud Isaiæ: Si quæritis, quærite, conuertimini, et ve-
Mat. 11. d nite. Vnde: Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, *et cetera*. Igitur quia deuote quęsierunt,
Sap. 1. a inuenerunt, secundum illud: In simplicitate cordis quærite illum. Et quia perfecta deuotio non solum facit quærere, sed detinere inuentum, ideo subditur: *Et detinebant illum, ne discederet ab eis*, secundũ illud
Can. 3. d Cantici: Inueni, quem diligit anima mea: tenui eũ,
Pro. 3. c nec dimittam, *et cetera*. Nec mirum, quia: Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam: et qui tenuerint eam, beati. Vnde poterant dicere illæ animæ sanctę:
Psal. 37. d Ne derelinquas me, Domine, Deus meus: ne discesseris a me. In quo ostenditur, quòd Christus nec ambiebat honorem, antequam offerrent: nec etiam iam oblatum, quia quasi violente detinebatur. Huius figura præcessit: Dimitte me, iam enim ascendit au-
Gen. 32. f rora. Quod dixit Angelus ad Iacob.

Tertio excluditur adulatio in hoc, quod additur: *Quibus ille ait: Quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei.* Non blanditur eis, sed ostendit se æqualiter curare de omnibus. Vnde poterat dicere illud: Neque enim aliquando fuimus in sermone
1. Thess. 2. adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, Deus testis est, nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab alijs. Non enim quærebat hominibus placere, sed Deo, et ideo dicit: *Oportet me*

Digitized by Google

tet me euangelizare, quia hæc est voluntas Patris. Vnde subdit: *quia ideo missus sum*. Ad annunciandum mansuetis misit me. Et ideo oportebat, quia dicitur: *Isa. 61. a* *Ioan. 14. d* Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Missus autem fuerat pauperibus euangelizare, secundum quòd habetur in auctoritate præmissa Isaiæ. Missus etiam fuit euangelizare regnum Dei, sicut dicitur hic. Et ideo colligitur, quòd missus fuerat euangelizare pauperibus regnum Dei. Vnde: *Mat. 5. a* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorũ. *Mat. 19. c* Et vere ipsorum, quia ait: Scriptum est: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cęlorum. Quia nemo potest habere illud regnum, nisi contemnat terrenum. Et difficile pecuniæ ab habẽtibus contemnuntur: Ideo difficile acquirunt, quod pauperibus est promissum.

Quarto vero excluditur personarum acceptio in hoc, quod sequitur: *Et erat prædicans in synagogis Galilææ*, scilicet omnibus indifferenter. Circuibat Iesus *Mat. 9. d* omnes ciuitates, et castella, docens in synagogis eorum. Hoc decet facere bonum prædicatorem, propter illud: *Prou. 5. c* Deriuentur fontes tui foras, et in plateis *Isa. 32. d* aquas tuas diuide. Et: *Inf. 8.* Beati, qui seminatis super omnes aquas. Semen autem est verbum Dei. Bonus prædicator, et imitator Christi, debet esse communis persona, vt Paulus: *Rom. 1. b* Græcis et Barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum: ita quod in me promptum est, et vobis, qui Romæ estis, euangelizare. *Zac. 6. a* Quod significatum fuit a Zacharia, in equis deferentibus quadrigam, ideſt legem euangelicam, de quibus dicitur, quòd isti sunt, quos misit Dominus, *Mat. vl. a* vt perambulent terram. Vnde in fine Matthæi dicitur prædicatoribus: Euntes ergo docete omnes gentes. *Mar. vlt.* Et in fine Marci: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Ex prædictis colligitur, si prædicator bonus, est acceptus hominibus, vt sit acceptus Deo et Angelis eius, debet esse immunis ab ostentatione in signo, ab ambitione in animo, ab adulatione in verbo, a personarum acceptione in facto, siue exercitio. Et hæc quattuor tangit Apostolus: *2. Cor. 2. d* Non, inquit, sumus, sicut plurimi adulterantes verbum Dei (Quod fit quattuor modis prædictis) sed ex sinceritate, sine personarum acceptione: sicut ex Deo, sine ambitione: coram Deo, sine ostentatione: in Christo loquimur, sine adulatione. *Ioan. 14. a* Nam Christus veritas est.

A quibus animi morbis debeat liber esse verus præco Christi.

CAPVT QVINTVM.

ET FACTVM *est, cum turba*, et cetera. Supra egit Euangelista de doctrinæ Christi confirmatione: In hac parte agit de discipulorum vocatione. Et habet pars ista, duas, in quarum prima describitur vocatio discipulorum de statu iustitiæ, in secunda de statu culpæ. *Post hæc exijt, et vidit*, et cetera. Prima pars habet duas. In prima proponitur discipulorum vocatio. In secunda vero vocatorum confirmatio per operationem miraculorum. *Et factum est, cum esset in vna ciuitate*, et cetera. Ad vocationem autem discipulorum tria introducutur: primum est eruditio populi: secundum, operatio miraculi, ibi: *Vt cessauit autem loqui*, et cetera. Tertium est vocatio Petri, ibi: *Quod cum videret Simon Petrus.* Primum horum spectat ad profunditatem sapientiæ, per quam alios docebat: secundum ad sublimitatem potentiæ, per quam miracula faciebat: tertium ad immensitatem clementiæ, qua piscatores pauperculos ad suum consortium attrahebat. Et habent se ista per ordinem adinuicem, quia circumstantiæ instructionis populi fuerunt introductiua occasio operationis miraculi, et operatio miraculi fuit ratio motiua conuersionis Petri et filiorũ Zebedæi. Describitur ergo eruditio populi sub quattuor circumstantijs, quæ inducunt ad captionem piſclum. Prima est importunitas plebis: Secunda opportunitas nauis: tertia obedientia Simonis Petri: quarta affluentia sermonis Dominici. Primo ergo tãgitur importunitas plebis irruentis in eum propter doctrinam, cum dicitur: *Factum est autem, cum turba irruerent in eum, vt audirent verbum Dei*. Ideo irruebant, quia quilibet appropinquare volebat. Nec immerito, quia: Qui appropinquant pedibus eius, *Deut. 33. a* accipient de doctrina illius. Nec tantum volebant ignorantes appropinquare, propter doctrinam siue scientiam, sed etiam infirmi propter sanitatem recuperandam. Omnis turba quærebat eum tangere: *Inf. 6. c* quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Nec hi solum, sed et peccatores propter veniam. Vnde: Erant appropinquantes ei publicani et peccatores, vt *Inf. 15.* audirent illum. Et vehementi desiderio mouebantur, ideo irruebant, considerantes magis Domini bonitatem, quàm maiestatem. Vnde dicit quidam Expositor: Magni meriti est apud Deum, desiderium verbi Dei, quod ipsam quoque irreuerentiam turbæ irruentis in eum excusat. Vnde Dominus ad hoc præcipue inuitabat: Omnes sitientes ve- *Isa. 55. a* nite ad aquas, scilicet, sapientiæ salutaris. In cuius rei signum erat iuxta aquas. Vnde et subditur: *Et ipse stabat secus stagnum Genezareth*, vt ad aquas sapientiæ inuitaret, sicut dictum est: Stabat Iesus, et cla- *Ican. 7. f* mabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Et nota, quòd hoc stagnum aquæ diuersis nominibus appellari consueuit, scilicet, mare Cenereth, Vnde: In diuisione sortium dicitur, quod a Reblatha *Num. 34. b* peruenient contra orientẽ ad mare Cenereth. Glossa, Stagnum Tiberiadis mare dicitur, secundum consuetudinem Hebræorum, qui quamlibet congregationem aquarum appellant mare, iuxta illud: Con- *Gen. 1. b* gregationesq. aquarum appellauit maria, *et cetera*. Et quia postea ciuitatem istam appellauit Herodes Tiberiadẽ, quia ipsam in honorem Tiberij Cæsaris rædificauit, ideo vocatur mare Tiberiadis. Posthæc *Ioa. 6. a* abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Et quia originem trahit a Iordane, ideo dicitur lacus Iordanis. Et quia in Galilææ regione est, ideo mare Galilææ, et quia inundationes fiunt, et aura ibi generatur, ideo dicitur: *Stagnum Genezareth*, ideſt generans auras. Idem etiam dicitur lacus saliuarum. Et iuxta illud stagnum stabat Iesus, vt qui miracula fecerat in terra, faceret etiam in aquis. Vnde secundum quòd ex diuersis colligitur locis, Dominus in illo stagno multa miracula operatus fuit. In captione piscium, in sedatione tempestatum, in calcatione vndarum, *et cetera*.

Secundo subditur opportunitas nauis subleuantis in aquam, cum subditur: *Et vidit duas naues*, opportunas, scilicet ad ferendum, tũ quia propinquæ, propter quod dicitur: *Stantes secus stagnum*, tum etiam, quia otiosæ et vacuæ. Vnde et addit: *Piscatores autem descenderant, et lauabant retia.* Et ita opportunæ erant ad ministrandum. Has autem naues piscatorum pauperum sibi propinquas vidit, quia secũdum quòd in Psalmo dicitur: Excelsus Dominus, *Psal. 137.* et humilia respicit, et alta a longe cognoscit. Et has sibi opportunas vidit in obsequium, secundum illud: Magna potentia Dei solius, et ab humilibus ho- *Eccli. 3. c* noratur. Vnde et ipse se humiliat, vt quia omnia portat, a naue portetur. Tua autem, pater, prouidentia *Sap. 14. a* ab initio cuncta gubernat, quoniam dedisti et in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam, ostendens: quia potens es ex omnibus sanare, etiamsi sine rate aliquis adeat mare.

Tertio additur obedientia Simonis separantis a turba, cum subditur: *Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Symonis*, ipsum tamquam pauperem et humilem præeligendo secundum illud: Nõne Deus *Iac. 2. a* elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, et heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Ascen-

Ascendit autem. Non tyrannice opptimendo, sed humiliter supplicando. Vnde addit: *Rogauit eum a terra recedere pusillum*, vt scilicet parum sequestraret se a turba, et subleuaret a terra: qui enim vult alios docere, debet interiori affectu terrena contemnere, et exterioribus actibus turbas præcellere. Vnde dicitur: *Exo. 23. a* Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, *et cetera*. Nota hic humilitatem Domini, quia rogabat Petrum seruum suum, exemplum relinquens prælatis, vt et ipsi rogent subditos. Vnde Apostolus: *1. Thes. 4. a* Rogamus vos, et obsecramus in Domino Iesu, *et cetera*. Tum quia, vt dicit Ambrosius, *Amb. to. 5. in serm. de Sanctis per annũ, serm. in festo S. Basilij.* Coacta seruitia Deo non placent. Tum quia, vt dicit Seneca, generosus est animus hominis, et facilius ducitur, quàm trahitur.

Dominus rogat Petrũ.

Postremo subditur affluentia sermonis Christi, docentis de nauicula, cum additur: *Et sedens docebat de nauicula turbas*. Sedere autem spectat ad auctoritatem personæ docentis: Cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Ad personam etiam iudicantis: *Mat. 5. a* Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam. Hęc namque sessio auctoritatem designat iudicialem, quia in thronis residet, ad iudicandum, Deus. Dicitur autem rursus in Psalmo: *Psal. 9. a* Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim, *et cetera*. *Psal. 79. a* Quia Cherubin plenitudo scientiæ interpretatur: et qui sedet in loco doctoris, debet esse sapientia, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi discipuli. Et de hac plenitudine accipiebat turba. Vnde dicitur: *Docebat turbas*. Filij Sion exultate, et lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ, et descendere faciet ad vos imbrem matutinum, et serotinum, sicut in principio. Et ideo super mare stabat, quia de profundo incomprehensibili, quasi rorem paruum sapientiæ ad nos transmittit. Iob: Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? *Docebat autem turbas*, id est simplices et humiles, quia: Cum simplicibus sermocinatio eius. Quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Et ratio huius est, quia turbæ non requirebant subtilia, sed vtilia, et talium est Dominus doctor. Ego dominus Deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via, qua ambulas.

Iobel. 2. e *Iob 26. d* *Prou. 3. a* *Mat. 11. d* *Isa. 48. c*

Moraliter autem notandum est, quòd in Christo docente datur forma prædicatori. Introducitur enim, vt stans, vt videns, vt ascendens, et vt sedens. Veri enim et boni prædicatoris est stare per rectitudinem intentionis. Dictum est Ezechieli in persona prædicatoris: Sta super pedes tuos, et loquar tecum. Est videre, per certitudinem discretionis. Sic enim dicitur, Diligenter agnosce vultũ pecoris tui, tuosq. greges considera. Est ascendere per exercitium perfectæ actionis. Isaias: Super montem excelsum ascende tu, qui Euangelizas Sion. Est sedere, per otium contemplationis. Sedebit solitarius, et tacebit, quia leuauit super se. De his quattuor simul dicitur: State super vias: ecce rectitudo intentionis. Et videte, et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona: ecce solicitudo discretionis. Et ambulate in ea, per exercitium actionis: et inuenietis refrigerium animabus vestris, per otium contemplationis.

Bonus prędicator.

Ezech. 2. a *Prou. 27. d* *Isa. 40. h* *Thr. 3. d* *Hier. 6. d*

In turba autem irruente, datur forma auditori. Propter quod nota, quòd Euangelista introducit turbas in comparatione ad Iesum. Primo requirentes: secundo venientes: tertio detinentes: et de his tribus supra in fine præcedentis capituli: quarto irruentes, sicut hic: quinto comitantes: Ibant autem turbæ multæ cum eo: sexto subsequentes, infra: Sequebatur illum multa turba populi, et mulierum, *et cetera*. Boni enim auditores debent quærere sapientiam, Christum, studio meditationis. Hanc amaui, et exquisiui eam a iuuentute mea. Debent venire ad ipsum desiderio affectionis, secundum illud: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, *et cetera*. Debent detinere instantia orationis, secundum illud Cantici: Tenui eum, nec dimittam. Sed heu verificatum est illud: Non est qui inuocet nomen tuum: qui consurgat, et teneat te. Debent irruere impetu deuotionis. Ezechiel dicit de sanctis animalibus, vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Debent comitari conformitate bonæ operationis, sicut Henoch. Ambulauitq. cum Deo, et non apparuit: quia tulit eum Deus. Debent etiam sequi imitatione passionis. Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt sequamini vestigia eius. Talibus promittitur gloria. Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede, *et cetera*. Ac deinde: Et omnis, qui reliquerit domum, *et cetera*. Et tandem subiungitur: Centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.

Psal. 41. a *Cant. 3. b* *Isa. 64. c* *Ezech. 1. e* *Gen. 5. d* *1. Pet. 2. d* *Mat. 19. d*

Vt cessauit autem loqui. Post eruditionem populi, subditur operatio miraculi. Circa huius descriptionem quattuor, introducuntur. Ex parte Christi, altitudo potentiæ: ex parte Petri, certitudo fiduciæ: ex parte miraculi, multitudo copiæ: ex parte consortij, promptitudo auxilij. In Christo igitur insinuatur altitudo potentiæ ad miraculum faciendum, cum dicitur: *Vt cessauit autem loqui*, scilicet per veritatis magisterium: quia Domini est confirmare sermonem sequentibus signis. Ideo: *Dixit ad Simonem*, per potestatis imperium, cui per omnia obediendum est, secundum consilium Virginis in primo miraculo: Quodcumque dixerit vobis, facite. Et sequitur imperium: *Duc in altum*, id est, in profundum mare, vbi scilicet est multitudo piscium, sicut diuinitatis oculis aspiciebat. Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, et profundum abyssi. Et ideo subdidit: *Et laxate retia vestra ad capturam*. Sic post resurrectionem: Mittite in dexteram nauigij rete, et inuenietis. Hoc imperando dicit, vt ostendat, quòd omnia subiecit Deus pedibus eius, volucres cæli, et pisces maris, *et cetera*.

Mar. 16. d *Ioan. 2. a* *Eccli. 23. c* *Ioan. 21. a* *Psal. 8. b*

In Petro autem insinuatur certitudo confidentiæ, ad miraculum impetrandum, cum subditur: *Et respondens Simon dixit illi: Præceptor*, et cetera. Non solum doctorem, sed etiam præceptorem vocat, credens non solum eum habere scientiam ad docendum, sed etiam potentiam ad faciendum. Nec irrationabiliter Petrus piscator tali nomine Christũ appellat: quia dicit Isaias: Ecce testem populi dedi eum ducem, ac præceptorem gentibus. Et alibi: Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, et aures tuæ audient verbum post tergum monentis. Et quoniam confidentia vera non innititur proprijs viribus, sed diuinis, ideo subdit: *Per totam noctem laborantes nihil cœpimus*. Et ita non innitendo tuis viribus, sed industria propria confisi, laborantes nihil cœpimus. Vnde dicere poterat illud Isaiæ: Sine causa, et vane fortitudinem meam consumpsi. Et Iob: Ego habui menses vacuos, et noctes laboriosas enumeraui mihi. Nunc autem non in meis, sed de tuis viribus confido: et ideo infert: *In verbo autem tuo laxabo rete*. Nec immerito, quia ipse dicit: Verbũ meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quæcumque volui, et prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Vnde de Petro potest dici illud: In repromissione Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, plenissime sciens, *etc.*

Isa. 49. a *Iob 7. a* *Isa. 55. a* *Rom. 4. d*

In miraculo vero insinuatur multitudo copiæ ad ipsius miraculi euidentiorem magnitudinem, cum subditur: *Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam*. Et sic verificatum est illud: Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciã. Ecce iam credulitas Petri impetrabat miracula.

Ioan. 14. a

Vnde

Vnde ipſe a ſtæ fidei fundamento, Petrus a firmitate petræ meruit appellari. Vnde paulo poſt addit Euãgeliſta: *Quod cum videret Simon Petrus.* et cetera. Et
Inf. 22. *d* ideo infra dicitur ei: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et quoniam copia multitudinis non ſolum fuit ſufficiens, ſed etiam excellens, ideo ſubditur: *Rumpebatur autem rete eorũ*, ſcilicet præ nimia multitudine. Et attende, quòd Dominus eodem miraculo, quo potuit piſces in retia congregare, potuit et retia conſeruare, ſicut et fecit, cum dicitur:
Ioan. 21. *b* Et cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Sed hoc factum eſt propter figuram, quia miracula Dei, vt dicit Gregorius, ſemper nobis aliquid inſinuant diligentius attendendum. Illa enim captura piſcium ſignificat congregationẽ electorum poſt reſurrectionem in gloria. Iſta vero, ante reſurrectionem vocatorum ad Eccleſiam. Et quia in illa nullus ingreditur, qui egrediatur: de hac multi egrediuntur: ideo hic rumpitur, ibi vero minime. Hinc eſt, quòd dicitur illa fuiſſe in dextera nauigij, iſta vero non: diſcernit illa in numero determinato, iſta vero non. Hic etiam iunguntur naues propter multitudinem tentationum: ibi in terra requieſcunt. Hic Chriſtus in naui, ibi, in littore requieſcit.

Greg. ho. 2. in Euang. non procul a princ. Et hom. 24.

In conſortio autem inſinuatur promptitudo auxilij, ad miraculum manifeſtandum, cum ſubditur: *Et annuerunt ſocijs, qui erant in alia naui*, ideſt pernutum oſtenderunt, ſiue ſignificauerunt. Quia:
Tob. 12. *a* Opera Dei reuelare, et confiteri, honorificum eſt. Vnde dicit auctor quidam: Nullius boni ſine ſocio iocunda poſſeſſio eſt, ſecundum illud Eccleſiaſtes:
Eccls. 4. *c* Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. In cuius rei ſignum, ſubditur: *Vt venirent, et adiuuarent eos*, quia
Pro. 18. *a* ſecundũ illud Prouerbiorũ: Frater, qui adiuuatur a fratre, quaſi ciuitas firma. Et certe ſicut dicitur ibi-
Ibid. d dem: Vir amicabilis ad ſocietatem, magis amicus erit, quàm frater. Et hoc manifeſte probatur, per ipſorum promptitudinem in adiuuando, et ideo additur: *Et venerunt, et impleuerunt ambas naviculas.*
Prou. 10. *c* Et ſic verificatur illud Prouerbium: Benedictio Do-
Tob. 12. *a* mini diuites facit. Vnde dicere poterant illud: Bonis omnibus per eum repleti ſumus. Hæc autem impletio, vt tactum eſt, ſignificat impletionẽ Eccleſiæ.
Mat. 13. *f* Vnde: Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, et ex omni genere piſcium congregãti, *et cet.* Et ideo additur: *Ita vt pene mergerentur*. Quia mali adeo multiplicantur, quòd pene omnes ſubmergi-
Mat. 24. *a* mur, ſecundum illud: Quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum, *et cetera*. Sed tamen nauis Petri non ſubmergitur, quamuis Paulus
2. *Cor.* 11. *f* dicat: Ter naufragium feci.

Expoſitio moralis

Moraliter hic notãdum eſt, qui ſint iſti piſcatores, quæ naues eorum, quæ retia, et quæ capiendi via.

Piſcatores.

Piſcatores ſunt prædicatores. Vnde infra: Ex hoc iã
Inf. eod. b homines eris capiens. Et: Faciam vos fieri piſcato-
Mat. 4. *c* res hominum. Et hoc dicitur: Ecce ego mittam pi-
Hier. 16. *c* ſcatores multos, dicit Dominus, et piſcabuntur eos. Et diabolus cõtra, habet piſcatores ſuos malos, et hæ-
Abac. 1. *d* reticos, et ſeductores. Abacuch: Facies homines quaſi piſces maris, et quaſi reptile non habens principem. Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, et congregauit in rete ſuum. Et certe nũc adeo mali piſcatores præualent, vt boni vix habeãt
Iſa. 19. locum. Et impletum eſt illud Iſaiæ: Mœrebunt piſcatores, et lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, et expandentes rete ſuper faciem aquarum emarceſcent.

Naues.

Naues autem, per quas tranſitur mare, ſunt duæ, ſcilicet obedientia et patientia: quarũ altera exercet in labore, altera ſuſtinet in dolore. Et
Sap. 14. *a* de prima poteſt intelligi illud: Exiguo ligno committunt homines animas ſuas, et tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt, *et cetera*. Hæc eſt obedientia, quæ cum ſit exigua, producit ad terram beatam. De ſecunda poteſt intelligi illud: Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis. Dicitur de
Act. 27. *f* his, qui in tempeſtate erant, quia: Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, reportetis
Heb. 10. *g* promiſſionem. Ibi tanguntur hæ duæ naues, de quibus ſimul in Pſalmo dicitur: Qui deſcendunt mare
Pſal. 100. in nauibus, facientes operationem, quod eſt obediẽtiæ. In aquis multis, ſcilicet tribulationis, quod eſt
Act. 14. *d* patientiæ. Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Retia autem ſunt diſcretio et locutio, quæ viciſſim debent connecti ad inſtructionem populi, per artificium Spiritus ſancti.

Retia.

Thr. 1. *e* De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, et eruditit
Coloſſ. 4. me: expandit rete pedibus meis, *et cetera*. In ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt, tempus redimentes. Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis, quo modo oporteat, *et cetera*. Hęc autem retia contexuntur, quando ex ſacræ ſcripturæ verbis in vnam ſeriem congregatis, ſermones componuntur. In quibus magis eſt vtilitas, quàm ſubtilitas attendenda. Vnde curioſis comminatur Dominus: Con-
Iſa. 19. *b* fundentur, qui operabantur linũ, plectentes et texentes ſubtilia. Per hæc retia facilius capiuntur ſimplices laici, quàm clerici eruditi. Vnde in Prouerbijs:
Prou. 1. *b* Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum: ſed tales in rete capiuntur ſententiæ mundanæ. Item:
Prou. 7. *c* Irretiuit eum multis ſermonibus, et blanditijs labiorum protraxit illum. Modus capiendi, eſt naues ducere in altum, id eſt, aſcendere ad vitæ perfectionem. Et laxare retia in capturam per prædicationẽ: quæ duo debent eſſe coniuncta ſecundum exemplum Saluatoris: Cœpit Ieſus facere, et docere: quia
Act. 1. *a* dicit Gregorius: Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. Vnde ad illos ſpectat potiſſime retia in prædicatione laxare, qui ad perfectionis apicem poſſunt aſcendere. Et ideo ad Romanos dicebat Apoſtolus: Non audeo aliquid loqui
Rom. 15. *d* eorum, quæ per me non efficit Chriſtus.

Modus capiendi.

Quod cum videret Simon Petrus. Poſt eruditionem populi, et operationem miraculi, ſubditur vocatio Petri et filiorum Zebedæi: ad cuius perfectionem quattuor oſtenduntur concurriſſe, ſcilicet humiliatio Petri habilitans ad gratiam: admiratio eleuans ad intelligentiam: alleuiatio Chriſti ſtabiliens ad confidentiam: imitatio magiſtri perducens ad abũdantem iuſtitiam. Primo ergo præponitur humiliatio Petri, habilitans ad gratiam, cum dicitur: *Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu*. Viſo miraculo humiliatus eſt magnificando diuinam maieſtatem. Et recte, quia dicitur: In nomine Ieſu omne genu flectatur, *et cetera*. Et Iſaias: Mihi curuabitur omne genu, et iurabit omnis lingua. Et hoc fecit Petrus quaſi inuitans alios ad faciendum ſimiliter. Ac ſi diceret illud Pſalmiſtæ: Venite adoremus, et
Phil. 2. *b*
Pſal. 94. procidamus, *et cetera*. Humiliatus etiam fuit reſiliẽdo in propriam paruitatem. Vnde et ſubdit dicens: *Exi a me Domine, quia homo peccator ſum*, quaſi diceret: non ſum talis, vt ego ſim dignus eſſe ſimul tecum: hoc ex fide et reuerentia dicebat, ſicut ille Centurio: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meũ.
Mat. 8. *a* Ideo hoc autem dicebat Petrus, quia videbat potentiam, et non percipiebat clementiam, quia dixit: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Vnde Auguſtinus: Vt piſcator loquitur Petrus, Deum ac Dominum ſalutis ſecum habebat, et dicebat, exi a me: ac ſi infirmus medico curare volenti diceret: Recede a me, quia ægroto. Et Gregorius dicit: Petre, immo ſi te peccatorem conſideras, oportet, vt a te Dominũ non expellas. Sed certe ſic humiliando non expellebat, ſed attrahebat. Ad quem reſpiciam, niſi ad pau-
Mat. 9. *b*
Iſa. 66. *a* perculum, et contritum ſpiritu, et trementem ſermones meos?

Secundo vero ſubditur admiratio eleuans ad intelligentiam, quæ erat ratio humiliationis in Petro: et hoc

et hoc notat, cum dicit: *Stupor enim circumdederat eum*. In circumdatione autem notatur vehementia ſtuporis. Iſaias: Ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi et ſtupendo. Et ne credas ipſum ſolum admirari, ſed et alios eſſe teſtes miraculi, ſubditur: *Et omnes, qui cum illo erant, in captura piſcium, quam ceperant*, id eſt propter capturam magnam et inſolitam, omnes mirabantur: ſecundum illud Pſalmi: Qui deſcenderunt mare in nauibus. Et ſubditur: Ipſi viderunt opera Domini et mirabilia eius in profundo. Et quia alij diſcipuli eum Petro fuerunt vocati, ideo ſubditur: *Similiter autem Iacobum, et Ioannem filios Zebedæi*, ſcilicet ſtupor circumdederat, qui erant ſimiliter piſcatores. Vnde ſubditur: *Qui erant ſocij Simonis*. Vnde, ſicut ſocij fuerunt exercitio piſcationis, ſic et in dignitate vocationis. Ego Ioannes frater veſter, et particeps in tribulatione, et regno. Ad Corinthios: Scientes, quòd ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis et conſolationum. Et nota, quòd ſicut ij tres fuerunt ſocij in piſcatione, ſic etiam fuerunt in vocatione: et ſicut ſimul vocati, ſic ſimul electi et aſſumpti ad miraculorum operationem. Infra dicitur: Non permiſit introire ſecum quemquam, *et cetera*, niſi Petrum, et Iacobum, et Ioannem, *et cetera*. Qui ſimul aſſumpti ad transfigurationem. Infra: Aſſumpſit Petrum, et Iacobum, et Ioannem, *et cetera*. Simul etiam aſſumpti ſunt ad orationem: Et aſſumpto Petro, et duobus filijs Zebedæi, cœpit contriſtari, et mœſtus eſſe.

Tertio ſubditur alleuiatio Chriſti, ſtabiliens ad confidentiam, cum dicitur: *Et ait ad Simonem Ieſus: Noli timere*. Non excludit timorem reuerentiæ et humilitatis, quia ipſe eſt principium ſapientiæ, et de illo dicitur: Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Sed excludit timorem puſillanimitatis, qui opponitur confidentiæ, de quo: Noli timere Abraam: ego protector tuus ſum. Et Ioſue: Noli metuere, et noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus. *Noli timere, quia ego tecum ſum*. Et vt non expaueſcat minora, promittit maiora, cum addit: *Ex hoc iam homines eris capiens*. Quod multo magis eſt, quàm capere piſces. Gloſſa: Nondum in apoſtolatum eligitur, ſed prædicitur quòd aliquando ſit eligendus. Venite poſt me, et faciam vos fieri piſcatores hominum. Et ſpecialiter alloquitur Petrum, quia ipſi ſpecialiter hæc cura committitur. Vnde: Tibi dabo claues regni cælorum, *et cetera*. Et nota, quòd dicit: *capies homines*, non aurum, ſecundum illud: Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Et ad Philip. Non quia quæro datum, ſed requiro fructum abundantem in rationem veſtram.

Quarto ſubditur perfecta imitatio Magiſtri, perducens ad perfectam iuſtitiam, cum ſubditur: *Et ſubductis ad terram nauibus*, vt ibi eas relinquerent. Vnde ſequitur: *Relictis omnibus*. Omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Signanter dicit, *omnibus*, quia dicit Gregorius: Tãta a ſequentibus dimiſſa ſunt, quanta a non ſequentibus concupiſci poterant. Et quia omnia poterant concupiſci, ideo omnia ſunt dimiſſa. Vnde idem: Multum reliquit, qui ſibi nihil retinuit: multum reliquit, qui etiam cum re, quam habuit, voluntatem habendi dereliquit. Et quia non ſufficit relinquere ſua, quia hoc aliqui fecerunt philoſophi, ſubditur: *Secuti ſunt eum*. Vnde Petrus: Ecce, nos reliquimus omnia, et ſecuti ſumus te, *et cetera*, ſcilicet per conſilia. Iob: Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus. Quia gloria magna eſt ſequi Dominum: Sic Eliſeus fuit ſecutus Eliam. Et nota, quòd contrarietas videtur inter Lucam, Matthæum, et Ioannem, quantum ad locum, quantum ad tempus, quantum ad modum. Quia Ioãnes iuxta Iordanem, et ante aduentum in Galilæam, et ſigillatim illos vocatos dicit: Matthæus vero et Lucas poſt aduentum in Galilæam, et ſimul vocatos dicunt. Et propterea intelligendũ, quòd diſcipuli iſti vocati fuerunt ſemel in ſimplicem notitiam: et de hac vocatione Ioannes loquitur. Secundo in familiaritatem, et de hac dicitur hic, quia adhuc reuerſi ſunt ad propria, vt dicit gloſſa. Tertio in diſcipulatum fuerunt vocati, ſiue Apoſtolatum. Et de hac dicitur a Matthæo, et Marco: et ideo nulla eſt contrarietas, ſiue diuerſitas in locis, et temporibus, et alijs circumſtantijs.

Et factum eſt, cum eſſet in vna ciuitatum, et cetera. Poſt diſcipulorum vocationem ſubiungit hic eorundem confirmationem per miracula. Et habet hæc pars, duas. In prima enim introducitur miraculum de curatione leproſi: in ſecunda vero de liberatione paralytici, ibi: *Et factum eſt in vna dierum*, et cetera. Circa miraculum autem de curatione leproſi tria introducuntur: Primum eſt operatio miraculi. Secundum eſt eruditio leproſi ibi: *Et ipſe præcepit ei*, et cetera. Tertium eſt ædificatio populi, ibi: *Perambulabat autem magis ſermo de illo*, et cetera. Circa operationem miraculi tria ſunt attendenda, ſcilicet mirabilis infectio morbi, commendabilis deuotio ægri, et admirabilis operatio medici. Primo igitur tangitur miſerabilis infectio morbi, cum dicitur: *Et factum eſt, cum eſſet in vna ciuitatum*, et cetera: quia morbus erat publicus et perpetuus. Publicus, quia in ciuitate, vbi multi conueniunt, et ita multis nota erat infirmitas. Et attendendum, quòd dicitur fuiſſe in ciuitate, quia erat prope ciuitatem. Nam dicitur de hoc leproſo, quòd curauit eum in deſcenſu de monte. Vnde poteſt hic accipi, ſicut infra: Non capit prophetam perire extra Hieruſalem. Quia ſicut dicitur ad Hebræos: Chriſtus extra portã paſſus eſt. Erat etiam morbus perpetuus. Vnde et ſubdit: *Ecce vir plenus lepra*, quæ eſt infirmitas incurabilis, maxime cum eſt radicata. Vnde poterat ei conuenire illud Iſaiæ: A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas. Similis etiam erat Iob, de quo dicitur: Satan percuſſit Iob vlcere peſſimo, a planta pedis vſque ad verticem eius, qui teſta ſaniem radebat.

Secundo vero inſinuatur commendabilis deuotio leproſi, cum dicitur: *Et videns Ieſum*, quia videndo adorauit et collaudauit. Adorauit ſigno, cum ait: *Et procidens in faciem ſuam*, quod eſt adorantium, vt in Pſalmo: Venite adoremus et procidamus, *et cetera*. Et hoc requirebat diabolus: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Vnde hoc ſigno profeſſus eſt ipſum eſſe filium Dei: ſicut ille cæcus, de quo Ioannes: Tu credis in filium Dei? quis eſt, *et cetera*. Et poſt ſequitur: Credo Domine. Et procidens adorauit eum. Et nota, quòd dicitur procidiſſe in faciem, quod eſt bonum ſignum: ſicut dicitur de Moyſe et Aaron, quod corruerunt proni in terram. Non ſicut Heli, qui cecidit de ſella retrorſum, *et cetera*. Collaudauit etiam ſiue profeſſus eſt verbo, quod notatur, cum ſubditur: *Domine ſi vis, potes me mundare*. In hoc, quòd rogat, inſinuat largitatem. Iob: Rogabis eum, et exaudiet te. In hoc, quod dicit: *Domine*, inſinuat dignitatem. Eſther: Domine in ditione tua cuncta ſunt poſita. In hoc, quod addit: *potes me mundare*, inſinuat potentiæ facilitatem. Subeſt enim tibi, cum volueris, poſſe. Et hoc eſt, quod dicebat Iob Domino: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es? Et ideo poterat dicere: Aſperges me Domine hyſſopo, et mundabor, *et cetera*.

Tertio ſubditur admirabilis operatio medici, cum dicitur: *Extendens manum, tetigit eum, dicens*, et cetera, quæ quidem fuit admirabilis, tum ratione clementiæ, tum ratione potentiæ, tum ratione efficientiæ. Propter clementiam dicit: *Tetigit eum*, licet enim poſſet curare ſolo verbo, maluit tangere, vt oſtenderet ſuam benignitatem. Vnde in Prouerbijs: Manum ſuam aperuit inopi. Vnde iam non poterat hic

Iſa. 29. c *Pſ. 106. c* *Apoc. 1. b* *2. Cor. 1. b* *Inf. 8. g* *Inf. 9. d* *Mat. 26. d* *Eccli. 1. c* *Gen. 15. a* *Ioſ. 1. b* *Mat. 4. c* *Mat. 16. c* *2. Cor. 12. e* *Philip. 4. d* *Inf. 14. g* *Mat. 19. d* *Iob 33. c* *1. Reg. 19. d* *Ioan. 1. e* *Mat. 4. c* *Ioan. 1.* *Mat. 4. c* *Mar. 1. b* *Mat. 8. a* *Inf. 13. g* *Heb. 13. b* *Iſa. 1. b* *Iob 2. e* *Pſal. 94. a* *Mat. 4. b* *Ioan. 9. g* *Num. 20. a* *1. Reg. 4. d* *Iob 22. d* *Eſther. 13 c* *Sap. 12. c* *Iob 14. a* *Pſal. 50. b* *Prou. 31. e*

Digitized by Google

hic murmurare de Christo, sicut Naaman de Eliseo:
4.Reg. 5. e Putabam, quòd egrederetur ad me. Et postea: Et tangeret manu sua locum lepræ, et curaret me. Sed certe non est repugnantia prophetæ et Domini, quia propheta subiectus erat legi, et ideo noluit tangere, ne secundum legem fieret immundus: Saluator vero supra legem erat, et ideo secundum legem, immundiciam non contrahebat, et legem euacuare poterat, et ideo tangebat. Ad insinuandum vero potentiam additur, dicens: *Volo: Mundare.* In quo se asserit velle, et præcipit, vt mundetur, quia tantæ est potentiæ, vt
Isa. 46. e velle sit ei posse facere. Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet. Volebat autem eius mundiciam non tam corporalem, quàm spiritualem. Vn-
1.Thess. 4. a de: Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Ad insinuandum vero efficaciam, subdit: *Et confestim lepra discessit ab illo*, vt nihil esset medium inter dictum et factū: Dixit enim, et facta sunt. Verbo igitur et tactu curauit, vt ostenderet se verbum carnem factum: verbo etiam et tactu curauit, vt curaret interius et exterius. Vnde:
Ioan. 7. d Totum hominem sanum feci, *et cet.* Et in huius rei testimonium concurrunt ad sacramentum, verbum pariter, et elementum.

Et ipse præcepit illi, vt nemini diceret. Post curationem morbi, subiungit hic Euangelista eruditionem curati. Docet autem Christus leprosum curatum, et in eo quemlibet alium, tria: Primum est, quòd non est quærendum præconium laudis: secundum, quòd non est contemnendum officium sacerdotis: tertium, quòd non est prætereundum mandatum legis. Primum horum dirigit intentionem: secundum, affectionem: et tertium regulat operationem. Erudit igitur primo, quòd præconium laudis non est quærendum, cum dicit:

Et ipse præcepit illi, vt nemini diceret. Hoc non dicit, quia vellet, quòd ille non diceret, cum ille vbique
Mar. 1. d prædicauerit hoc, sicut dicit Marcus: sed instruit
Beda lib. 2. in c. 5. Luca. suo exemplo laudem vitare. Vnde Beda: Dat exemplum, vt sui in magnis, quæ faciunt, latere velint: sed
Amb. lib. 5. in Luc. c. 5. tom. 3. vt prosint alijs, prodantur inuiti. Hoc etiam dicit Ambrosius in Glossa. Vnde nota, quòd est præceptum executionis, sicuti: Honora patrem tuum, *etc.* Et probationis præceptum, vt Abraæ de immolan-
Exo. 20. b do filio. Et præceptum instructionis, sicut hic. Vnde non peccauit hic, cū nomen eius diuulgauit. Chrysostomus tamen dicit, quòd præceptum fuit, sed ad
Gen. 22. a tempus, propter cautelam: ne si forte sacerdotes audirent ipsum per Christum curatum, non reciperent eum tamquam mundum, si eum a Christo curatum ante audiuissent, quàm se eis præsentasset, propter odium, quod habebant ad Christum. Primus tamen modus rectior videtur: quia hoc præcepit etiam alijs infirmis, qui tamen illud non obseruabant, secun-
Mat. 7. d dum quòd dicitur de surdo et muto curato: quanto autem eis præcipiebat, tanto plus prædicabant. Et
2. Cor. 12. recte quia secundum quòd dicitur: Ego a vobis debui commendari, se autem nemo debet laudare, nisi necessitate alienæ salutis compulsus. Vnde Apostolus: Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ideo dicebat se insipientem factum, quia contra consilium
Prou. 27. a sapientis fecisse videbatur. Laudet te alienus, et non os tuum, extraneus, et non labia tua.

Erudit secundo, quòd officium sacerdotis non est contemnendum, cum addit: *Sed vade, ostende te sacerdoti.* Quia eorum erat officium secundum legem, leprosos eijcere, et mundatos recipere, secundū quòd
Leu. 13. et 14. dicitur in Leuitico. Ideo autem hoc officium lepræ discernendæ sacerdotibus est commissum, licet magis videatur esse medicorum: quia eis vulnera peccatorum mortalium, quæ per lepram designantur, tempore veritatis reuelata, ostendenda sunt, secun-
Eccli. 18. c dum illud Ecclesiastici: In tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam: quia secundum quòd di-
Prou. 28. b citur: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, misericordiā consequetur. Vnde quamuis Dominus mundet per interiorem contritionem: nihilominus ligat ad sacramentalem confessionem. In hoc autem mandato instruit sacerdotale officium esse omnibus venerandum: et id esse ad curationem peccatorum necessarium. Et hæc ratio præcipua huius mandati fuit. Sūt tamen et aliæ, vt scilicet ad bonum possint promoueri, viso miraculo de curatione certa leprosi. Et vt testes sint miraculi: et ne videretur eis aduersari: et vt innotescat eis sacerdotalis dignitas Christi, et gratia noui testamenti, et sacerdotij, quæ non tantum potest curatum ostendere, sed etiam curare.

Docet tertio præceptum legis non esse prætermittendum, cum subdit: *Et offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses*, sicut dicitur in Leuitico: Lepro-
Leu. 14. a. b. c. d si mundati iubentur offerre duos passeres viuos, et tres decimas simile consparsas oleo, *et cetera*. Hæc autem cæremonialia erant: et tamen voluit Saluator, ea offerri, vt ostenderet legem esse bonam, et diuinitus latam. Contra Manichæorum perfidiam:
Rom. 7. b Lex quidem sancta, et mandatum sanctum, iustum et bonum. Et hoc, quia adhuc manebant, cum non esset veritas reuelata. Vnde Glossa interlinearis di-
Glossa interlinearis eod. loc. cit: quòd non debent auferri signa, nisi prius venerint signa. Illa autem signa legis sanitatem non dabant, sed ostendebant, et testimonio confirmabant. Et ideo addit: *In testimonium illis*, quod potest legi dupliciter: Offeres illis in testimonium, scilicet tuæ curationis: vel offeres, vt hoc sit illis in testimonium, quòd tu curatus es: et vt tibi vltra non possint nocere, cum a te acceperint munera testimonialia. Et nota, quòd hoc, quod dicit, *in testimonium illis*, non refertur ad præceptū Moysi, sed Domini. Vnde Chry-
Chrysost. hom. 17. in Mat. to. 2. sostomus: Non sic intelligas, quia Moyses præcepit in testimonium illis, sed tu vade, et offer in testimonium illis: vt scilicet assumeret ab eis testimoniū
1.Tim. 3. b apud plebem. Nam sicut dicitur: Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt. Vnde et opus Christi mirabiliter debebat testimonio insidiantium comprobari, ad perfectam solidationem fidei, et eiusdem roborationem.

Perambulabat autem multo magis, et cetera. Postquā descripsit Euangelista curationem morbi, et eruditionem curati, hic tertio subiungit manifestationem nominis Christi, vt ex his omnibus discipuli confirmentur in fide et amore Christi. Describitur igitur magnificatio nominis Christi, vt famosa, vt fructuosa, vt virtuosa. Primo igitur describitur hic magnificatio nominis Christi, vt famosa, cum dicitur: *Perambulabat autem magis sermo de illo*, scilicet Christo, sermo laudis suæ quantum ad scientiam et virtutes. Nec mirum, si fama Magistri diffundebatur, cum de discipulis eius dicatur: In omnem terrā exi-
Psal. 18. a uit sonus eorum, *et cetera*. Huius figura præcessit in Iuda Machabæo, de quo scribitur, quòd similis
1. Mac. 3. a factus est leoni in operibus suis. Et post subditur: *Et nominatus est vsque ad nouissimum terræ.*

Deinde ostenditur nominis Christi magnificatio fructuosa, cum additur: *Et conueniebant turbæ multæ, vt audirent*, et hoc, scilicet propter instructionem mentis, quia scriptum est: Audi consilium,
Prou. 19. e et suscipe disciplinam, vt sis sapiens. Et Iacobus:
Iac. 1. c Scitis fratres dilectissimi: Sit autem omnis homo velox ad audiendum. Et conueniebant etiam propter curationem ex parte corporis, et ideo addit:
Isa. 53. a *Et curarentur ab infirmitatibus suis.* Propter quod prædicabat Isaias: Vere languores nostros ipse tulit, et
Eccl. 38. a dolores nostros ipse portauit. Et ideo recte faciebant secundum consilium sapientis: Fili, in tua infirmitate non despicias te ipsum, sed ora Dominum, et ipse curabit te. Hæc ergo erat perfecta vtilitas ex parte
1. Cor. 1. e animæ et corporis, quæ veniebat ex fama nominis Christi. Ipse enim Christus est Dei virtus, et Dei sapientia.

pientia. Et ideo, qui ad ipſum conueniunt, illuminantur per ſapientiam, et curantur per virtutem.

Pſal. 33.a Et ideo dicitur in Pſalmo: Accedite ad eum, et illuminamini: et facies veſtræ non confundentur. Et

Iſa. 49. b ideo Iſaias: Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.

Poſtremo oſtenditur virtuoſa: cum ſubditur: *Ipſe autem ſecedebat in deſertum, et orabat*. Quia humanã gloriam et famam non quærebat, ſed fugiebat, ſecũ-

Mat. 14.c dum illud: Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare. In quo dabat nobis formam recedendi a mundo, et appropinquandi ad Deum: propter

Gal. 1. b quod dicebat Apoſtolus: Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Et ideo ad hoc,

Oratio. quòd oratio ſit Deo placita, non debet eſſe publica

Mat. 6. a in foro, ſed occulta in deſerto. Vnde Matthæus: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, et clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito. Et hoc

Ber. in cã. ſer. 40. prope fin. eſt, quod dicit Bernardus in Canticis: O ſancta anima, ſola eſto, vt ſoli Deo omnium ſerues te ipſam, quem tibi ex omnibus elegiſti. Fuge publicum, fuge et ipſos domeſticos, ſecede ab amicis et intimis, et ab illo, qui tibi miniſtrat. An neſcis te verecundum habere ſponſum, et qui nequaquam velit tibi ſuã indulgere præſentiam præſentibus ceteris? Secede ergo, ſed mente, non corpore: ſed intentione, ſed deuotione, ſed ſpiritu: quamquam et corpore interdum nõ otioſe te ſeparas, præſertim in tempore orationis.

Ad prędicti autem miraculi euidentiam duo ſunt hic intelligenda. Nam primo oportet latentium aperire ſpiritualem intelligentiam: deinde diſſoluere apparentem controuerſiam. Circa hoc autem miraculum tria conſideranda occurrunt. Primum eſt, quid intelligitur per morbum lepræ: ſecundum quid per tactum manus dominicæ: tertium, quid

Morbus lepræ. per præceptum legis implendæ. Morbus lepræ deſignat recte peccatum mortale: quia ſicut lepra inficit et deformat carnem, ſic peccatum maculat et de-

Thr. 4. b format animam. Vnde: Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, et non ſunt cogniti in plateis: adhęſit cutis eorum oſſibus: aruit et facta eſt quaſi lignum. Lepra etiam eijci facit extra caſtra, ſic pec-

Ezec. 28.c catum mortale a caſtris gloriæ. Peccaſti, et eieci te de monte Dei. Hic autem morbus quadruplicem

Leu. 13.a. b.c habet differentiam, ſecundũ quòd dicitur: Eſt enim lepra in carne, lepra in pilis, lepra in veſtibus, lepra in habitaculis. Lepra in carne, ſignificat peccatum carnale. Lepra in pilis, ſignificat peccatum ſpirituale, quia per pilos cogitationes intelliguntur. Lepra in veſte, peccatum in conuerſatione. Lepra in domo, peccatum in congregatione. Ille ergo eſt plenus lepra, qui omnibus his criminibus infectus eſt. De

Leu. 13. his differentijs lepræ dicitur in Leuitico. In huius fi-

4. Reg. 7. a guram etiam dicitur, quòd quattuor viri erant leproſi iuxta introitum portæ, ad has quattuor differentias deſignandas. Ideo autem voluit Dominus peccatum mortale per lepram deſignari, quia ſicut lepra inficit in ſe, et in conſortio, ſic et peccatum. Per tactum manus dominicæ intelligimus

Pſal. 143.b viſitationem diuinæ gratiæ, quam petebat prophe-

Rom. 7. d ta dicens: Emitte manum tuam de alto, et eripe me. Quia ſicut dicitur ad Romanos: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Per Chriſtum enim tangit nos manus diuina, quo modo

Cant. 5. dicitur in Canticis: Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, ideſt, gratiam ſuam per foramen lateris Chriſti. Vnde profluunt ſacramenta, et venter intremuit: quia hæc gratia primo parit contritio-

Pſ. 103. d nem. Vnde in Pſalmo: Qui reſpicit terram, et facit eam tremere: qui tangit montes et fumigant, quia contritio fletum parit. Sed ad hoc, vt ad ſtatum iſtũ

1. Cor. 13. d perueniat peccator, oportet quòd cum leproſo videat eum per fidem: Videmus nunc per ſpeculum

A in ænigmate. Oportet, quòd procidat per timorem: Coram illo procident Æthiopes, ideſt peccatores. *Pſal. 71. b*
Oportet quòd confidat per ſpem: Qui ſperat in Domino, ſubleuabitur. Et ad Romanos: Spe ſalui facti ſumus. Et hæc tria pariunt contritionem. Iſaias: *Pro. 29. d* *Rom. 8. d*
A facie tua Domine concepimus, et quaſi parturiuimus, et peperimus ſpiritum ſalutis. Per præceptum legis obſeruandæ intelligimus ſuſceptionem ſacramenti pœnitentiæ. Vnde attende, quòd quattuor præcepit, ſcilicet ire, tacere, oſtendere, et offerre. Ire cum dicit: *Vade*. Tacere: *Nemini dixeris*. Oſtẽdere: *Oſtende te*. Offerre: *Offer pro emundatione tua*. *Iſa. 26. c* Præceptum legis obſeruandæ.

B Vade ſcilicet deſerendo peccata. Sic adulteræ: Vade, et iam amplius noli peccare. Tacere præcepit bona, ne ſit ſicut ille Phariſæus, qui dicebat: Non ſum, ſicut ceteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus: Ieiuno bis in ſabbato: decimas do omnium, quæ poſſideo. Oſtendere præcepit mala, ſicut Iob: Si abſcondi, quaſi homo, peccatum meum, et celaui in ſinu meo iniquitatem meam? ideſt non abſcondi, nec celaui peccatum meum, aut iniquitatem. Pſalmus: Delictum meum cognitum tibi feci, et iniuſtitiam meam non abſcondi. Offerre præcepit opera ſatisfactoria: Pſalmus: *Ioa. 8. b* *Luc. 18. b* *Iob 31.* *Pſal. 31. a* *Pſal. 65. c*

C Introibo in domũ tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerũt labia mea. Ad Romanos: Exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctã Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Hęc autem quattuor concurrunt neceſſario ad ſacramentum pœnitentiæ perfectæ recipiendum, ſcilicet peccati deſertio, peccatoris humiliatio, peccati oſtenſio, et ſatisfactionis oblatio. *Rom. 12. a*

Deinde diſſoluenda eſt apparens controuerſia inter Matthæum et Lucam, quia hoc miraculum dicit Matthæus eſſe factum poſt ſermonem Domini in monte: et hic Lucas narrat longe ante ſermonem. Concordãtia Euangeliſtarum.

D Ad quod eſt duplex via diſſoluendi controuerſiam. Siue quia alius ſermo fuit, quem narrat Lucas: alius quem Matthæus. Cuius ſignum, quia multa dicuntur in vno ſermone, quæ non dicuntur in altero: ſiue quia idem ſermo fuit differens ſecundum maiorem explicationem et minorem. Vnde attendendum eſt, quòd Euangeliſtæ non ſeruant omnino ſeriem rei geſtæ, ſed eo modo narrant, quo magis facit ad ſuæ intentionis proſecutionem. Vnde Auguſtinus: Quid intereſt, quis quo ordine ponat, ſiue quod ex ordine inſerit: ſiue quod omiſſum recolit: ſiue quod poſtea factum, ante præoccupat: dum tamen non *Aug. lib. 2. c. 21. de cõſord. Euãg. to. 4.*

E aduerſetur, eadem vel alia narrãti, vel ſibi vel alteri? Satis enim probabile eſt, quòd vnuſquiſque Euangeliſtarum eo ordine didicit narrare debuiſſe, quo voluiſſet Deus, ea ipſa, quæ narrabat, eius recordationi ſuggerere, et in eis duntaxat rebus, quarum ordo, ſiue iſte, ſiue ille, nihil minuit auctoritati veritatiq. euangelicæ. Et per hoc patet omnis diſſolutio contrarietatis, quæ videtur prouenire ex ordine differentẽ.

Et factum eſt in vna dierum. Confirmatis diſcipulis per curationem leproſi, ſic ad maiorem firmitatem confirmat eoſdem per mirabilem ſanationem paraSanatio paralytici.

F lytici. Cuius mirabilem ſanationem deſcribit Euangeliſta hoc ordine: Primo introducitur opportunitas miraculi faciendi. Secundo vero, integritas miraculi perfecti, ibi: *Quorum fidem*. Tertio vero celebritas miraculi publicati, ibi: *Et ſtupor apprehendit*, etc. Opportunitas autem miraculi faciendi colligitur ex quattuor, ſcilicet ex multitudine populi aſſiſtentis, ex promptitudine virtutis ſanantis, ex grauedine morbi opprimentis, ex ſolicitudine fidei offerentis. Primo ergo ad deſignandam multitudinem populi aſſiſtentis, cui cõmunicanda erat doctrina veritatis, dicitur: *Et factũ eſt in vna dierum, et ipſe ſedebat docens*. et cet. Sedebat, inquam, tamquam Magiſter et Doctor præcipuus propter multitudinem ſapientiæ, ſicut Iob:

Digitized by Google

Iob 29. d ent Iob: Si volùissem ire ad eos, sedebam primus. Cumq. sederem, quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator, *et cetera*. Hoc vtique modo sedebat Christus in medio multorum. Vnde et subditur: *Et erant pharisæi sedentes, et legis doctores*. Nam pharisæi inter alios sunt excellentiores in obseruando, et legis doctores in erudiendo. Et propterea ipsi etiam dicuntur sedentes: Vnde in Mat
Mat. 23. a thæo super cathedram Moysi sederũt scribæ et pharisæi. Et quia in multitudine plebis est gloria principis, ideo subdit, quòd erant multi, cum dicit: *Qui venerant ex omni castello Galilææ, et Iudææ, et Hierusalem*. Et nota, quòd in his tribus, primo exprimit regionem propinquam, scilicet in *Galilæa*. Vnde et
Act. 2. a discipulos inde elegit secundum, quòd dicitur: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? Exprimit et præcipuam in *Iudæa*, in qua habitabat tribus Iuda, cui promissus erat Christus, secundum il-
Ps. 77. g lud Psalmi: Et tribum Ephraim non elegit: sed ele-
Psal. 77. f git tribum Iuda. Tangit et ciuitatem regiam: in *Hierusalem*. Vbi maxime habitabant doctores, secundũ
Isa. 2. a illud Isaiæ: De Sion exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem. Et signanter hæc tria nominat, quia
Luc. 1. d in Galilæa Christus concipitur, sicut supra: in Iudæa
Sup. 2. a nascitur, sicut supra: Sed in Hierusalem crucifigitur,
Inf. 23. c sicut infra. Et ideo habitatoribus horum trium locorum erat Christus promissus: et ipsi eum expectabant, et ideo ad ipsum conueniebant.

Secundo vero ad denotandum promptitudinem virtutis liberantis, adiungit: *Et virtus Domini erat*, scilicet prompta, *ad sanandum eos*, scilicet infirmos, quia ipsi erant prompti ad audiendum. De qua vir-
Heb. 1. a tute: Portans omnia verbo virtutis suæ. Quæ quidem virtus est Christus, qui est verbum patris. Præ-
1. Cor. 1. b dicamus Christum crucifixum. Et addit Matthæus
Mat. 1. d Dei virtutem, et Dei sapientiam. Et hæc virtus apta est ad sanandum, non ad perdendum. Et ideo nomen eius Iesus, id est Saluator. Vnde anima sancta
Ps. 139. a in Psalmo: Domine Deus virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli, *et cetera*. Et
Act. 10. f ideo: Vnxit eum Deus Spiritu sancto et virtute, id est, virtute Spiritus sancti, qui pertransiuit benefaciendo, et sanando omnes oppressos, *et cetera*. Hanc virtutem promptam reddit fides credentium. Vnde
Inf. 6. c infra: Descendens Iesus, stetit in loco campestri, et turba discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis. Sequitur: Qui venerant, vt audirẽt eum. Et subiungitur: Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Sed di-
Mat. 13. g uersum dicitur de ciuitate sua a Matthæo: Non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorũ.

Tertio vero ad ostendendum grauedinem morbi, adiungit: *Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus*. Et ita omnino impotens, quia paralysis omnino dissoluit membrorum virtutem, sicut
1. Mac. 9. f legitur de Alcimo: Occlusum est os eius, et dissolutus est paralysi, nec vltra potuit loqui verbum. Magna vere infirmitas et miseranda, quæ motum tollit et verbum. *Et in lecto portabatur*, non, inquam, in lecto quietis, sed potius laboris et doloris. Vnde de
Psal. 40. a eo orari poterat et dici illud psalmi: Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Propterea misericorditer agebant viri, qui eum portabant, secun-
Gal. 6. a dum documentum Apostoli: Alter alterius onera portate. Vnde poterat eis competere illud: Illi viri
Eccli. 44. b misericordiæ sunt, quorum pietates non defecerunt.
Isa. 49. f Et iam verificatur in hoc facto illud Isaiæ: Afferent filios tuos in vlnis: et filias tuas in humeris portabũt.

Quarto vero ad insinuandam solicitudinem fidei offerentium, subiungit: *Et quærebant eum inferre, et ponere ante eum*, vt scilicet ex eius præsentia sanaretur. Vnde volebant implere exhortationem Psal-
Ps. 104. a mistæ: Quærite Dominum, et confirmamini: quærite faciem eius semper. Nec immerito, quia Iob inquit: Libera me, et pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. Et quia quærenti per fidem impedimenta frequenter occurrunt: ideo subditur: *Et non inuenientes, qua parte illum inferrent præ turba*: quæ solet impedire aduentum ad Christum, sicut dicitur, quòd turbæ increpabant eum, vt taceret. Sic et Zachæus infra: Quærebat videre Iesum, quis esset, et non poterat præ turba. Sed certe veram fidem impedimenta non retrahunt, sed accendunt. In cuius testimonium subditur: *Ascenderunt supra tectum, et per tegulas submiserunt illum cum lecto*.

Iob 17. a Per fidem quæréti impedimenta occurrunt.
Mat. 10. d
Mar. 10. g
Inf. 19. a

Sic et Zachæus fecit, sicut dicitur infra, quòd ascendit in arborem Sycomorum, vt Iesum transeuntem videret, quem præ turba videre non poterat. Talibus adiutoribus indigebat ille languidus, qui dicebat: Domine, hominem non habeo, vt, cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Tales adiutores sunt viri simplices, secundum quòd dicitur: Accipientes discipuli Paulum nocte, per murum dimiserunt eum, submittentes in sporta. Tales sunt viri spirituales, qui infirmos per orationem Domini conspectui repræsentant: Effunde sicut aquam cor tuum in conspectu Domini. Leua ad eum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum, qui defecerunt fame in capite omnium compitorum. Et ideo præsentauerunt eum conspectui Domini, vt eum videret: et situi, vt eum tangeret. Et propterea subdit: *In medium ante Iesum*: quia Saluator semper medium quærit. Vnde: Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Et infra: Ego autem in medio vestrum sum. Et ideo in Psalmo: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

Inf. 19. a
Act. 9. d
Thr. 2. f
Ioan. 1. d
Inf. 22.
Psal. 47. b

Quorum fidem vt vidit. Præmissa est miraculi faciendi opportunitas: hic vero subiungitur ipsius in faciendo integritas, quia Christus simul et corpus infirmi, et animam curat: animam a peccato, et corpus a morbo. Consistit autem huius miraculi integritas perfecta in quattuor, quæ sunt supra virtutem humanam, scilicet in remissione peccatorum, discretione cogitationum, confutatione errorum, et consolidatione membrorum paralyticorum. Hæc enim quattuor miraculum reddunt perfectum. Præmittitur ergo remissio peccatorum ex merito fidei offerentium, cum dicit: *Quorum fidem vt vidit*, quia sicut dicitur: Homo videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Vidit, inquam, oculo misericordiæ, sicut in Exodo: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto. Ad quam visionem fides disponit. Hieremias: Domine oculi tui respiciunt fidem. Et quoniam sicut dicitur: Per misericordiam, et fidem purgantur peccata, ideo subditur: *Dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua*. In hoc, quod dicit, *homo*, inuitat ad considerationem propriæ miseriæ. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Et rursus: Homo putredo, et filius hominis vermis. In hoc, quod adiungit: *remittuntur*, inuitat ad spem diuinæ gratiæ: Gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. Vnde dicitur: Remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Hæc autem remissio peccatorum inchoata fuit a fide aliena, sed in propria consummatur. Vnde Beda: Multum valet vnicuique fides propria, cum per alienam homo sit interius et exterius saluatus: sed hoc non sine propria subsequente. Vnde dicitur paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata. Et nota, quòd peccata dicuntur remitti, dicuntur dimitti, dicuntur mundari, dicuntur sanari, dicuntur tegi, dicuntur redimi. Dicuntur remitti, quantum ad reatum pœnæ. Infra: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Dicuntur dimitti ratione offensæ: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater cælestis delicta vestra. Dicun-

Iob 17. a
Ioan. 3. b
Act. 9. d
Thr. 2. f
1. Reg. 16. b
Exo. 3. b
Hier. 5. a
Prou. 15. d
Iob 14. a
Idem 25. b
Eph. 1. b
1 Io. 2. b
Beda to. 4. lib. 2. in Luc. c. 5.
Mat. 9. a
Peccata quot modis dicãtur remitti.
Inf. 7. g
Mat. 6. e

Pſal. 50. *a* tur mundari ratione maculæ: Amplius lauа me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me: et
Iſa. 6. *e* Iſaias: Auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum
mundabitur. Dicuntur ſanari, quantum ad vulne-
Io. 5. *c* rationem naturæ. Vnde: Ecce ſanus factus es, iam
Pſal. 40. *a* noli peccare. Et in Pſalmo: Sana animã meam, quia
peccaui tibi. Dicuntur tegi propter ſpoliationem vir
Pſal. 31. *a* tutis gratuitæ: Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquita-
tes, et quorum tecta ſunt peccata. Quod fit per cha-
1. *Pet.* 4. *b* ritatem: Charitas operit multitudinem peccatorum.
Dicuntur redimi quantũ ad captiuitatem ſeruitutis
Dan. 4. *f* diabolicæ: Peccata tua eleemoſynis redime. In Pſal-
Pſal. 71. *e* mo: Ex vſuris et iniquitate redimet animas eorum.
Additur autem ſecundo, diſcretio cogitationum in-
animo blaſphemantium, cum dicitur: *Et cœperunt*
cogitare Scriba et Phariſæi, cogitationes vanas et no-
Rom. 1. *c* xias. Euanuerunt in cogitationibus ſuis, et obſcura-
tum eſt inſipiens cor eorum. Et ſequitur cogitatio-
num expreſſio, cum addit: *dicentes*, ſcilicet in cor-
Pſal. 4. *a* dibus ſuis, ſecundum illud Pſalmi: Quæ dicitis in
cordibus veſtris, et in cubilibus veſtris compungi-
mini. *Quis eſt iſte, qui loquitur blaſphemias?* in qua co-
gitatione deſpiciũt Saluatorem, quaſi vilem in hoc,
Eccli. 13. *d* quod dicunt: *Quis eſt iſte*. Pauper locutus eſt, et di-
cunt: Quis eſt hic? Contra illud, quod dicitur: Ne
Eccli. 11. *a* ſpernas hominem in viſu ſuo. Redarguunt vt peccatorem, in hoc quòd imponunt blaſphemiam. Eſt au-

Blaſphema re quid, et quot modis.

tem blaſphemare, Deo iniuriam irrogare. Quod fit tripliciter: vel cum attribuitur Deo, quod ſibi non conuenit: vel cum remouetur ab eo, quod ſibi conuenit: vel cum creaturæ attribuitur, quod proprie Deo conuenit. Vnde quando Chriſtus attribuebat ſibi diuinitatem, credebant eum blaſphemare: Quid
Mar. 14. *g* adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam.
Ioan. 10. *g* Saluator dixit Iudæis: Quem Pater ſanctificauit, et miſit in mundum: vos dicitis, quia blaſphemas, quia dixit: Filius Dei ſum? Similiter credebant eum blaſphemare, quando attribuebat ſibi propriũ Dei, ſcilicet peccata dimittere. Vnde ſubditur: *Quis poteſt peccata dimittere, niſi ſolus Deus?* Et in hoc verum di-
Iſa. 43. *d* cunt. Iſaias: Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me. Sed certe dum ipſi Chriſto imponebant blaſphemiam, in ſuis cordibus blaſphe-
Idem 46. *b* mabant. Cui aſſimilaſtis me, et adæquaſtis, et comparaſtis, et feciſtis ſimilem? Et quoniam hæc cogitando blaſphemabant, ideo reprehenduntur et arguuntur, cum ſubditur: *Vt cognouit autem Ieſus cogi-*
Eccli. 23. *c* *tationes eorum*, tamquam Deus, quia: Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, et profundũ abyſſi, et hominum corda intuentes in abſconditas partes. Nec mirum, quia eſt verbum Dei, de quo ad
Heb. 4. *c* Hebræos: Viuus eſt ſermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et diſcretor cogitationum, et intentionum cordis. Nec ſolum reprehendit et diſcernit, ſed etiam redarguit: *Reſpondens dixit*
ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris? quaſi dicat
Iſa. 1. *c* illud: Auferte malum cogitationum veſtrarum ab
Hier. 4. *d* oculis meis. Ipſe enim videbat, et arguebat: Vſque quo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Tales
Sap. 1. *a* enim ſunt cogitationes peruerſæ: de quibus: Peruerſæ enim cogitationes ſeparant a Deo. Ideo Iſaias:
Iſa. 29. *e. f* Væ qui profundi eſtis corde, vt a Domino abſcondatis conſilium. Et ſequitur: Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio, quaſi ſi lutum contra figulum cogitet, et dicat opus factori ſuo: Non feciſti me. Et figmentum dicat fictori ſuo: Non intelligis. Certe poteſt
Sap. 2. *d* dici de eis illud: Hæc cogitauerunt, et errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum.

Adiungitur autem tertio confutatio eorum male cogitantium, in hoc, quod ſequitur: *Quid eſt facilius dicere*, et cetera. Facit enim argumentum, in quo oſtendit, verum Deum eſſe, et peccata dimittere poſſe, ac per hoc, illos curare. Et eſt argumentum tale: Omnis, qui poteſt paralyticum ſolo verbo curare, ſolo verbo peccata poteſt dimittere: ſed filius Dei poteſt paralyticum ſolo verbo curare, ergo, *et cetera*. Huius autem rationis præmittit maioris propoſitionis probationem, ſubiungit aſſumptionem, et interponit concluſionem. Maioris propoſitionis probationem præmittit in hoc, quod dicit: *Quid eſt facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge et ambula?* Quaſi diceret, æqualis facilitatis ſunt: ergo qui poteſt vnum, poteſt et reliquum: et hæc erat propoſitio maior. Vnde gloſſa: Per remiſſionem pœnæ, remiſſionem culpæ intellige. Intelligitur autem hoc per illud tamquam per ſimile, et per notius. Et hoc eſt, quod dicitur: Non erit tibi difficile omne verbum, qui facis miſericordiam in millibus. Vnde in Sapientia: Sed miſereris omnium, quia omnia potes. Concluſionem autem interponit in hoc, quod adiungit: *Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata*. Hoc enim eſt, quod intendit concludere finaliter, et eſt verum, vt teſtatur Ioannes: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Et in Apocalypſi: Dilexit nos, et lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Aſſumptionem ſubiungit, cum addit: *Ait paralytico: Tibi dico ſurge, tolle lectum tuum*, et cetera. Et nota, quòd verba præcedentia ſunt Saluatoris, et ſequentia. Sed hoc verbum, quod dicit: *Ait paralytico*. Eſt verbum Euangeliſtæ, quod interponit, quia prima verba erant Domini ad Phariſæos, ſcilicet, propoſitio, et concluſio: ſed aſſumptionem dixit, conuertendo ſermonem ad paralyticum, cui imperat actum, qui non poteſt competere, niſi ſano, ſcilicet ſurgere, cum dicit: *Surge*. Sicut Petrus claudo: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, et ambula, præcepit tollere lectum, cum ait: *Tolle lectum tuum*, ſiue, vt Marcus habet: Tolle grabatum tuum. Grabatum autem eſt lectus pauperum infirmorum, vbi nihil ſternitur, niſi ad caput. Vnde dicitur a graba, quod eſt caput. Sic Ioannes: Præcepit illi languido 38. annorum: Surge, tolle grabatum et ambula. Præcepit ambulare, et in domum ire, cum ſubdit: *Et vade in domum tuam*. Vt ſcilicet cum tuis congratuleris, ſicut Marcus: Vade in domum tuam ad tuos, et annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, et miſertus ſit tui. In his tribus concluditur perfecta ſanitas contra tria mala, quæ facit ægritudo paralyſis. Reddit enim inhabilem ad ſtandum, et inhabiliorem ad operandum, et inhabiliſſimum ad ambulandum. At contra, imperat ei Dominus rectitudinem ſtatus, fortitudinem actus, et promptitudinem motus, quibus obtentis efficitur perfecte ſanus.

Argumentum.

Grabatum.

Paralyſis.

Ioan. 1. *d*
Apoc. 1. *b*
Act. 3. *a*
Ioan. 5. *b*
Mar. 5. *b*

Subiungitur vltimo conſolidatio membrorum languentium, in hoc, quod ſequitur: *Et confeſtim conſurgens coram illis*, et cetera. Conſolidata enim ſunt verbo Chriſti membra paralytici, quantum ad virtutem ſuſtentatiuam, operatiuam, et motiuam. Surrexit enim, iam non indigens ſuſtentamento lecti, aut baculi, et hoc virtute manus Dei omnipotentis. Manus tetigit me, et erexit me ſuper genua mea, et ſuper articulos manuum mearum. Et ſequitur: *Tulit lectum, in quo iacebat*. Iam non indigens ab aliquo portari, et ſic videtur adimpletum illud Amos: Eruẽtur filij Iſrael, qui habitant in Samaria, in plaga lecti, et Damaſci grabato. *Et abÿit in domum ſuam, magnificans Deum*, iam valens faciliter moueri, ſicut et ille claudus a Petro curatus: Intrauit cum eis in templum ambulans, et exiliens, et laudans Deum. Vnde magnificabat Deum, et ipſe ſimul laudando, et eius miracula enarrando, et ad laudandum, alios inuitando. Vnde poterat dicere: Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius in idipſum. Poterat et canticum Virginis canere: Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, *et cetera*.

Dan. 10. *b*
Amos. 3. *c*
Act. 3. *b*
Pſal. 33. *a*
Sup. 1. *c*

Et ſu-

Digitized by Google

Et ſupra, *apprehendit omnes*, et c. Hic tertio poſt miraculi faciendi opportunitatem, et facti integritatem ſubiungit eiuſdem publicam celebritatem, per quã clarificata eſt diuina virtus in Chriſto, quoniam ex præſentis miraculi conſideratione, oſtenſa eſt Chriſti virtus admirabilis, venerabilis, formidabilis, et prędicabilis. Admirabilis, inquam, oſtenſa eſt ex impoſſibilitate comprehendendi, propter quod dicit: *Et ſtupor apprehendit omnes*, ſcilicet innocentes, ad credendum. Stupebunt iuſti ſuper hoc, et innocens contra hypocritam ſuſcitabitur. Nam phariſæi hypocritæ ſunt confuſi: et Chriſtus admirabilis eſt effectus. Apprehendit malignantes, ad cõfundendum: Adducit conſiliarios in ſtultum finem, et iudices in ſtuporem. Et Iudith: Et cum audiſſent viri illi verba eius, conſiderabant faciem eius, et erat in oculis eorum ſtupor, *et cetera*. Venerabilis vero oſtenſa eſt ex impoſſibilitate imitandi, propter quod dicitur: *Et magnificabant Deum*, ſcilicet in opere ſuo, vt poſſent dicere illud Pſalmi: Quàm magnificata ſunt opera tua Domine? omnia in ſapientia feciſti. Et Iſaias: Magnificatus eſt Dominus, quoniam habitauit in excelſo, et impleuit Sion iudicio et iuſtitia. Sic illi tres pueri aſpectu miraculi. Hi tres, quaſi ex vno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant Deum. Formidabilis vero oſtẽditur virtus in Chriſto ex impoſſibilitate euadendi, vnde additur: *Et repleti ſunt timore*, conſiderantes immenſitatem potẽtiæ, quam nemo poteſt effugere. Infra: Oſtendam vobis quem timeatis: timete eum, qui poſt quam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Hanc potentiam timebat Iob: Semper quaſi tumẽtes ſuper me fluctus, timui Deum, et pondus eius ferre non potui. Prædicabilis vero oſtenditur ex impoſſibilitate contradicendi, propter quòd ſubditur: *Dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie*. Et ideo iam non eſt locus contradicendi. Vnde: Videntes Petri conſtantiam et Ioannis, comperto quòd homines eſſent ſine litteris et idiotæ, admirabantur, et cognoſcebant eos, quoniam cum Ieſu fuerant, hominem quoque videntes ſtantem cum eis, qui curatus fuerat, et nihil poterant contradicere. Vnde Petrus et Ioannes dicebant: Non poſſumus quæ vidimus, et audiuimus non loqui. Qui ergo poſt viſionem horum ſignorum Domino contradicit, excluditur a populo Dei, et hereditate regni, ſecundũ illud: Omnes homines, qui viderunt maieſtatem meam, et ſigna, quæ feci in Ægypto, *et cetera*. Non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum.

Tria ſpiritualiter cõſideranda.

Spiritualiter autem tria ſunt hic attendenda, quis ſit hic morbus, qui curatur: quæ domus, in qua fit curatio: et quis modus curandi. Morbus iſte paralyſis deſignat culpam originalem, ſicut lepra, actualem. Vnde paralyſis aufert ſenſum, et motum, ſic originale aufert ſenſum cognitionis per ignorantiam Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, et lumen cæli non video? Aufert etiam motum rectũ affectionis, per concupiſcentiam, quæ reddit tremulum, ſic paralyſis. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Vnde et ſubditur: Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, *et cetera*. Vnde Hugo: Vitium humanæ corruptionis dupliciter naturã infecit humanam ſcilicet ignorantia, mentem, et concupiſcentia carnem. De ijs duobus in Pſalmiſta: Dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum meorũ, et ipſum non eſt mecum. Et in Exodo: Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti tribus diebus. Nemo vidit fratrẽ ſuũ, nec mouit ſe de loco, in quo erat. Domus, in qua fit curatio, eſt Eccleſia. De qua dicitur: Sapientia ædificauit ſibi domũ, excidit columnas ſeptẽ. Hæ columnæ ſeptem, ſunt ſeptẽ ſacramenta. Huius domus ianua eſt ſacerdotalis poteſtas, cuius poteſtatis auctoritas reſidet penes Petrum. Vnde: Tibi dabo claues regni cælorum. Hæc ianua, ſi quando impletur turbis terrenarum ſolicitudinum, tunc non præbet aditum ad Ieſum, quia non curant turbæ illæ de animabus, quæ ſunt Chriſti, ſed de promotione proprij commodi. Omnes quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ ſunt Ieſu Chriſti. Modus curandi eſt per alienum ſuffragium, et Domi nicum imperium: quo ad curationem ab originali, concurrit virtus alienæ fidei, et virtus Dominici ſacramenti. Vnde portatores deſignant ſuſceptores, qui afferunt. Iſaias: Afferent filios tuos in vlnis, et filias tuas ſuper humeros portabunt. Chriſtus vero, imperio ſanans, deſignat ſacramenti officium, per quod fit remiſſio culpæ, cum dicitur: *Remittuntur tibi peccata tua*. Baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum. Vnde ſequitur perfecta curatio, ibi: *Surge, et tolle lectum tuum*, et cetera. Angelus dixit ad Petrum iacẽtem in compedibus: Surge velociter. Et confeſtim ceciderunt catenæ de manibus eius. *Surge*, id eſt, ſurſum te erige ad videndum lumen contra ignorantiam. Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Chriſtus. Iſaias: Surge, illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum. *Tolle lectum tuũ*. Contra infirmitatem: Venite ad me omnes, qui laboratis, *et cetera*. *Et ambula*. Contra malitiam: Ambula coram me, et eſto perfectus. Ad Epheſios: Ambulate in dilectione, ſicut et Chriſtus dilexit nos, *et cetera*. *Vade in domum tuam*. Contra concupiſcentias: Præcurre autem prior in domum tuam, et illic auocare, et illic lude, et age conceptiones tuas, et non in delictis, et verbo ſuperbo. In domum ſuam vadit, qui amat bona interiora. Sapientia: Intrans in domum meam conquieſcam cum illa, *et cetera*. In domum alienam, qui concupiſcit mundana. In Eccleſiaſtico: Vita nequam hoſpitandi de domo in domum, *et cetera*.

Domus, in qua fit curatio, eſt Eccleſia.

Et poſt hæc exijt, et cetera. Supra egit Euangeliſta de vocatione diſcipulorum, de ſtatu licito, ſiue iuſtitiæ: hic agit de vocatione ipſorum, de ſtatu periculoſo, ſiue iniuſtitiæ. Vbi oſtendit, quo modo vocauit Matthæum ſedentem ad Telonium. Habet autem pars iſta, duas, in quarum prima agit de vocationis perfectione: in ſecunda vero de vocatorum defenſione. *Factum eſt autem in ſabbato*, et cetera. Circa vocationis perfectionem, introducuntur tria. Primum eſt, vocatio peccatorum. Secundum eſt, cõfutatio ſuperborum, ibi: *Et murmurabant Phariſæi*, et cetera. Tertium eſt, conſolatio infirmorum, ibi: *At illi dixerunt ad eum*, et cetera. Vocatio autem publicanorum oſtenditur perfecta ex tribus, ſcilicet, ex parte diuini doni præuenientis: et ex parte liberi arbitrij conſentientis: et ex parte deuoti obſequij cõſequentis. Primo ergo oſtenditur perfecta, ex parte diuini doni præuenientis nos, cum dicitur: *Et poſt hæc exijt. et vidit Publicanum*, et cetera. Et notandum, quòd dicitur exire, videre, et vocare. *Exijt*, quidem, vt requirat: *Videt*, vt attrahat: *Vocat*, vt ad ſe conuertat. Exijt quidem per ſolicitudinem requirendi opus ſuum, ſicut in Pſalmo dicitur: Exibit homo ad opus ſuum, et ad operationem ſuam vſque ad veſperam. Vnde ſignificatur per patremfamilias, de quo dicitur: Exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Hic eſt vero Dominus Ieſus, qui dicit de ſeipſo: Exiui a patre, et veni in mundum, quia de ſecreto veni in manifeſtum. Nec tantum exijt, ſed: *Et vidit publicanum*, vt per reſpectum miſericordiæ attrahat ad ſeipſum, ſicut petebat ille videri, in pſalmo: Vide humilitatem meam, et laborem meum, *et cetera*. Et hoc modo vidit iſtum, quia licet eſſet peccator in facto, erat tamen electus in diuino propoſito. Gratia Dei, et miſericordia in ſanctos eius, et reſpectus in electos illius. Vnde dicitur infra: Conuerſus Dominus, reſpexit Pe-

Vocatio Matthæi.

Digitized by Google

xit Petrum: et egressus foras Petrus, fleuit amare. Hoc respectu: *Vidit Iesus publicanum nomine Leui*, hoc est, Matthæum, qui, vt dicit Hieronymus, fuit binomius. A Luca autem et Marco, propter honorem Euangelistæ, nomen tacetur vulgare. Sed Matthæus in sermonis principio accusator sui factus, Matthæum se et publicanum nominat. Et nota, quòd publicani dicebantur, qui publice peccabant, sicut accipitur infra: Duo homines ascendebant in templum, vt orarent, vnus Pharisæus, et alter publicanus. Vel, qui merces vendendo, omnibus publicabant, sicut mercatores facere solent, sicut accipitur supra. Vel qui publica vectigalia exigebant, et sic videtur proprie accipi hic. Vnde sequitur: *Sedentem ad telonium*. Secundum Bedam, Telos Græce, Vectigal Latine. Secundum Isidorum, Locus est, vbi merces nauium, nautarumq. emolumenta conuertuntur. Secundum Ambrosium, æquiuoce potest accipi, vt referatur ad vectigal, vel ad domum, in qua redditur. Vnde dicit: Ille prius auara de mercedibus, dura de laboribus, periculisq. nautarum emolumenta conuertens, verbo vocatus, propria derelinquit, qui rapiebat aliena: ac vile illud sedile destituens, toto post Dominum vestigio mentis incedit. Hæc Ambrosius. Nemo igitur, vt dicit Glossa Bedæ, de immanitate peccatorum conuersus desperet, cum Matthæus de Publicano in Apostolum, de Telonario in Euangelistam sit repente mutatus. Nec tantum vidit, vt attraheret, sed et allocutus est eum, vt conuerteret, cum subditur: *Et ait illi: Sequere me*, scilicet per omnium temporalium abrenunciationem, quia secundum quòd dicitur: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Et in Ecclesiastico: Gloria magna est sequi Dominum: *Sequere me*, discrete dicitur, non lucra temporalia: quia, quasi qui apprehendit vmbram, et sequitur ventum. Sic et qui attendit ad visa mendacia. *Sequere me*, non desideria carnalia. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. Et in Prouerbio: Eam sequebatur, sicut bos ductus ad victimam. *Sequere me*, non flagitia mundana, sicut illi, de quibus: Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalon. Et Oseas: Ephraim pascit ventum, et sequitur æstum: tota die mendacium, et vastitatem multiplicat. Tales sunt vane glorioſi, qui pascunt ventum mundanæ vanitatis.

Secundo autem ostenditur perfecta, ex parte liberi arbitrij consentientis, obtemperando, cum subditur: *Et relictis omnibus, surgens, secutus est eum*. In quo designatur perfectus consensus liberi arbitrij, et quoad recessum a malo, et perfectum in bono, et consummationem in statu perfecto. Ideo dicitur, quòd omnia reliquit, quòd surrexit, et quòd Christum secutus est, vt posset dicere illud Petri: Ecce, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te. Et hoc est, quod hortatur Apostolus: Deponentes omne pondus, et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus, *et cetera*. Et nota, quòd sub ista distributione includuntur omnia, quæ impediunt ad hoc, vt homo perfecte Christum sequatur, quæ sunt septem: criminale flagitium, corporale solatium, temporale negotium, particulare litigiũ, populare consortium, paternale hospitium, et puerile desiderium. Relinquendum est criminale flagitium: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Secundo corporale solatium, sicut Tobia: Relinquens prandium, ieiunus venit ad corpus, *et cetera*. Tertio temporale negotium, sicut Ioseph palliũ in manu mulieris Ægyptiacæ, qui relicto in manu eius pallio, fugit. Sic Eliseus, boues et aratrum. Sic apostoli retia, sicut dicitur: Relictis retibus, secuti sunt eum. Per retia recte intelliguntur terrena: quia qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, *et cetera*. Quarto relinquendum est particulare litigium: Relinque proximo tuo nocenti te: et tunc deprecanti tibi peccata

Mier. to. 6. in c. 9. Mat.
Prou. 18. c
Mat. 9. b
Luc. 18. b
Sup. c. 3.
Beda.
Telonium.
Amb. to. 3. edit. Rom. lib. 5. in Luc. c. 5.
Beda to. 5. lib. 2. in Luc. cap. 5.
Ex Hieron. to. 6. in c. 9. Matth.
Ioan. 8. b
Eccli. 23. d
Ibid. 24. a
Ibid. 5. a
Prou. 7. d
2. Reg. 15. c
Osea 12. a
Mat. 19. d
Heb. 12. a
Septem impedimenta ad perfecte Christũ sequendum.
Prou. 28. b
Tob. 2. a
Gen. 39. c
3. Reg. 19. d
Mat. 4. d
1. Tim. 6. b
Eccli. 28. a

soluentur. Quinto populare consortium: Relinquite ciuitates, et habitate in petra. Sexto paternale hospitium: Reliqui domum meam, et dimisi hereditatem meam. Septimo puerile desiderium: Relinquite infantiam, et viuite, *et cetera*. Qui hæc omnia relinquit, ille est, qui bene surgit, qui designatur per Paulum conuersum. De quo: Surrexit autem Paulus de terra, apertisq. oculis, nihil videbat. Quia homini ad Christum conuerso, et luce eius illuminato, nihil videtur esse terrenum. Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Et qui sic expeditus surgit, potest per viam perfectionis sequi, vt possit dicere illud Iob: Vestigia eius secutus est pes meus: et velociter hæc fecit, sciebat enim, quòd nocuit differre paratis, vnde nolebat facere contra illud Prouerbiorũ: Nec dicas amico tuo: vade, et reuertere, et cras dabo tibi, cum statim possis dare. Secundum illud Prouerbiorũ: Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit. Verumtamen hic arguit eum Porphyrius hæreticus, quia statim sine deliberatione secutus est Dominum, tamquam stultus. Ad quod respondet Glossa, quòd non leuitate aliqua, sed virtute operum ductus, sequutus est eum: viderat enim Christi miracula. Vnde ibidem dicitur, quòd fulgor diuinitatis occultæ, quæ in humana facie Christi relucebat, extemplo ad se, videtes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide, et succinis hæc vis esse dicitur, vt annulos, et stipulas, et ferrum sibi copulent, quanto magis creaturarum Dominus ad se trahere poterat, quos volebat? Iuxta quod dicit sponsa in Canticis: Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Tertio vero ostenditur vocatio perfecta ex parte deuoti obsequij, subsequentis in ministrando, cum dicitur: *Et feci conuiuium magnum Leui in domo sua*. Faciebat secundum propositum sapientis, qui dicebat: Proposui hanc adducere mihi ad conuiuandum, sciens quoniam mecum communicabit de bonis. Iam in eo impletum erat desiderium Christi, secundum illud: Ecce sto ad ostium, et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, et cænabo cum illo, *et cetera*. Magnum etiam est gaudium Patris æterni, de quo infra: Epulari, et gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, et reuixit: perierat, et inuentus est. Et quoniam magnitudo conuiuij requirit multitudinem conuiuantium, ideo subditur: *Et erat turba multa publicanorum, et aliorum, qui cum illis erant discumbentes*. Inuitauerat enim illos Matthæus, vt, sicut fuerant socij in culpa, sic et essent in pœnitentia, secundum illud: Qui audit, dicat, veni. Videbant publicani eum a peccatis ad meliora conuersum, locũ inueniſſe pœnitẽtiæ: et ob id, etiam ipsi non desperãt salutem. Attendebant autem, quòd melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatũ cum odio, vt dicitur in Prouerbijs. Hæc autem turba publicanorũ ad conuiuium Christi vocata, designat illud implendum, quod dicitur: Multi ab oriente, et occidente venient, et recumbent cum Abraam et Isaac, et Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Vnde: Publicani et meretrices præcedunt vos in regnum cælorum. Et in huius figuram dicitur infra, quòd mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domũ suam, et huic erat soror, nomine Maria. Sed huic videtur obuiare illud: Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere. Sed illud dicitur infirmis, ne ex mala communicatione corrumpantur, quia dicitur: Qui communicauit superbo, induet superbiam. Vel certe dicitur de publicanis obstinatis, et conuictis, secundum quòd dicit Glossa. Hi autem poterant, et volebant ad bonum, propter præsentiam Christi

Hier. 48. d
Ibid. 12. b
Prou. 9. a
Act. 9. b
Ephes. 5. c
Prou. 3. d
Prou. 22. d
Hiero. to. 6. in cap. 9. Matth.
Hier. ibid.
Cant. 1. a
Sap. 8. b
Apoc. 3. d
Inf. 15. a
Apo. 22. d
Hier. to. 6. in c. 9. Mat.
Prou. 15. b
Mat. 8. b
Mat. 21. c
Inf. 10. g
1. Cor. 5. d
Eccli. 13. a

Digitized by Google

Hier. to. 6. in c. 9. Mat. Christi trahi. Vnde Hieronymus: Ibat Iesus ad conuiuia peccatorum, vt occasionem haberet docendi, et spirituales inuitatoribus suis præberet cibos. Denique cum frequenter ad conuiuia pergere describatur, nihil aliud inuenitur, nisi quid ibi fecerit, quid docuerit: et vt humilitas Domini eundo ad peccatores, et potentia doctrinæ eius, in conuersione pœnitentium demonstraretur.

Hier. ibid.

Et murmurabant, et cetera. Supra egit de vocatione peccatorum. In hac parte agit de confutatione superborum, quoniam sicut dicit Apostolus: Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, et ignobilia mundi: et contemptibilia elegit Deus, et ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Describitur ergo confutatio Pharisæorum, superbientium de proprijs meritis, et ceteros contemnentium, hoc ordine: nam primo, eorum superbia detegitur: secundo, retecta redarguitur: tertio, redarguta deijcitur. Detegitur ergo primo, ex murmure loquacitatis propriæ, et hoc notatur, cum dicitur: *Et murmurabant Pharisæi, et scribæ eorum*. contra consilium Sapientis:

1. Cor. 1. d

Sap. 1. c Custodite vos a murmuratione, quæ nihil prodest, et a detractione parcite linguæ. Quod isti non faciebant, vnde subditur: *Dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis, et peccatoribus manducatis, et bibitis?* Vnde nō poterant mordere in proprio peccato, mordebant tamen ex alieno. Hoc est enim hominis iniqui: Bona in mala conuertens insidiatur, et in electis imponet maculam. In hoc manifestatur Pharisæorum superbia, qua se non reputabant peccatores. Vnde Glossa: Dupliciter peccant, et quia se putant esse iustos, cum sint superbi, et illos reos, cum iam pœniteant. Vnde erant similes illi Pharisæo, de quo

Eccli. 11. d

Inf. 18. e infra: Non sum, sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Et ideo

Luc. 16. infra dicebat Dominus: Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus. Deus autem nouit corda vestra.

Isa. 65. a De talibus Isaias: Qui dicunt: Recede a me, non appropinquas mihi, quia immundus es. Propter talium verba, et oblocutiones, non debet homo deuitare opera misericordiæ. Vnde dictum est: A verbis

1. Mac. 2. g viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius, stercus et vermis est. Hieronymus: Non potest fieri, vt absque morsu hominum, huius vitæ curricula quis pertranseat: malorum solatium est, bonorum vitam carpere, et de peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum.

Redarguitur vero secundo ex lumine veritatis perspicuæ, cum additur: *Respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent, qui sani sunt, medico, sed qui male habent*. Hoc est, per se notum, quia secundum quòd dicitur:

Eccli. 38. a Honora medicum propter necessitatem, etenim illū creauit Altissimus. Si medicina est propter ægritudinem, igitur non est redarguendus ægrotus, qui confugit ad medicum, nec medicus, qui accedit ad ægrotum: sed magis illi redarguendi sunt, qui hoc redarguunt. Vocat autem Christus peccatores infirmos, quoniam peccatum infirmum facit, secundum

Psal. 37. illud: Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, et non est sanitas in carne mea. De tali infirmo dici-

Rom. 14. a tur: Infirmum autem in fide assumite. Et item:

Ibidem. c Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere. Se autem vocat medicum, quia:

Isa. 53. b Liuore eius

Isa. 61. a sanati sumus. Et alibi: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me Dominus: et subditur: Vt mederer

Act. 10. f contritos corde. Et in Actis: Pertransijt benefaciendo, et sanando omnes oppressos a diabolo.

Deijcitur autē tertio ex rectitudine æquitatis fraternæ, quia magis condescendit humili peccatori, quàm superbo iusto, et ideo subdit: *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam*, iustos, id est, qui se reputant iustos. Glossa: Qui iustitiæ suæ confidunt.

Beda to. 5. Vnde Beda: Sanos autem et iustos appellat eos, qui ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, qui ex lege præsumentes, euangelij gratiam non quærunt. Tales enim non uenit vocare, sed magis iusto iudicio excæcare. Vnde Ioannes: In iudiciū ego in hunc mundum veni, vt qui non vidēt, videant, et qui vident, cæci fiāt. Venit autē Dominus omnes vocare ad pœnitentiam, quia sicut dicitur: Non est iustus quisquā, non est intelligens, nō est requirens Deū. Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Vnde ibidē: Omnes peccauerunt, et egent gloria Dei. Et ideo a pœnitentia incœpit prædicare, secundum quòd dicit Matthæus. De hac vocatione dicit Isaias: Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, et ad planctum, ad caluitium, *et cetera*. Sed hanc vocem non audierunt, qui se reputabant iustos. Contra quos Iob: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendere, prauū me comprobabit. Sed hanc audiunt peccatores quàm plurimi, infra: Et omnis populus audiens, et publicani, iustificauerunt Deum, baptizati, baptismo Ioānis. Pharisæi autem et legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. Et sic patet, quomodo in hoc facta est confutatio superborū: vnde diuino iudicio peiores reputantur illis, quos despiciunt.

Rom. 3. b *Psal. 13. a* *Rom. 3. c* *Mat. 4. c* *Isa. 22. c* *Iob 9. c* *Luc. 7. d*

At illi dixerunt ad eum. Postquam descripta est vocatio peccatorum, et confutatio superborum, subiungitur hic tertio, consolatio infirmorum, in hoc quòd non imponuntur ipsis discipulis onera grauia, et difficultates ieiuniorum. Introducitur ergo consolatio discipulorum manuductoria, vt dissonans seueritati legalis obseruantiæ, et consonans benignitati diuinæ præsentiæ, vt expediens ruditati imperfectionis humanæ. Primo ergo introducitur, vt dissonans seueritati legalis obseruantiæ in quæstione Pharisæorum, cum dicitur: *At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunāt frequenter, et obsecrationes faciunt, similiter autem et Pharisæorum*, et cetera. Dicitur autem, quòd hoc discipuli Ioannis quæsierunt, sed, vt dicit Augustinus de concordantia Euangelistarum, non est contrarietas, quia vtrique quæsierunt, sed discipuli Ioannis volebant discere veritatem, Pharisæi vero volebant eorum explorare libertatem, sicut illi, de quibus dicitur: Propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram. Hoc autem non quærebant, quia discipulos Ioannis approbarent, sed vt comparatione eorum Christi discipulos reprehenderent. Vnde et subditur: *Tui autem edunt et bibunt*. Et ideo conquerebatur Dominus Deus: Venit Ioannes neque manducans, neque bibens: et dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, et bibens, et dicunt: Ecce homo vorax, et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus. Et ideo spernebant Pharisæi discipulos Domini, tamquam discordes a legali, et populari obseruatione, sed male, quia ab Isaia dicitur: Nolite ieiunare, sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester: numquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Numquid contorquere *et cetera*. Et ad Romanos: Is, qui manducat, non mā-

Mat. 9. b *Aug. to. 4. lib. 2. c. 27.* *Gal. 2. a* *Mat. 11. c* *Isa. 58. b* *Rom. 14. a*

ducantem non spernat: et qui non manducat, manducantem non iudicet, quia, sicut ibidem subditur: Non est regnum Dei esca, et potus.

Ibidem. c

Secundo vero introducitur, vt conueniens benignitati diuinæ præsentię in dissolutione obiectorū, cum dicitur: *Quibus ipse ait: Non possunt filij sponsi ieiunare*, et cetera. Secundum Bedam hæc est littera: *Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare?* Sponsus iste Christus est, de quo Ioannes; Qui habet sponsam sponsus est: vt in psalmo: Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. Filij sponsi sunt Apostoli, vnde Isaias: Ecce, ego et pueri

Beda to. 5. li. 2. in Luc. cap. 5. *Ioa. 3. d* *Psal. 18.* *Isa. 8. d*

Digitized by Google

pueri mei, quos dedit mihi Dominus. Et in Pſalmo: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, *et cetera*. Iſti non poſſunt, nec debent nunc ieiunare ieiuniũ mœroris, et afflictionis, quamdiu cum illis eſt ſpõſus, quia tunc eſt tempus gaudij, propter quod dicitur: Egredimini, et videte filiæ Sion Regẽ Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua. Et Iſaias: Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis, et indumẽto iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, et quaſi ſponſam ornatam monilibus.

Pſal. 44. d Sponſus Chriſtus, Filij Sponſi, Apoſtoli. *Cant. 3. d* *Iſa. 61. d*

Vnde tunc erat tempus gaudij, nõ mœroris, quia ſicut dicitur: Amicus ſponſi, qui ſtat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi: et ideo diſcipulorum conſolatio eſt conueniens præſentiæ ſponſi Chriſti: ſicut deſolatio abſentiæ, propter quod ſubdit: *Venient autem dies, et cum ablatus fuerit ab illis ſponſus*, ſcilicet per mortem et paſſionem. Oſeas: Vadent ad quærendum Dominum, et non inuenient: ablatus eſt ab eis. *Tunc ieiunabunt in illis diebus*, eo ſcilicet tempore. Quia: Plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium, et tunc erit tẽpus mœroris et ieiunij. Vnde in Tobia: Manducauit panem cum luctu et tremore, memorans illum ſermonem, quẽ dixit Dominus per Amos prophetam: Dies feſti veſtri conuertentur in lamentationem et luctum. In Threnis: Idcirco ego plorans, et oculus meus deducens aquas: quia longe factus eſt a me conſolator, conuertens animam meam.

Ioan. 3. d *Oſea. 5. b* *Ioan. 16. a* *Tob. 2. a* *Amos. 8. c* *Thr. 1. f*

Tertio autem introducitur, vt expediens ruditati imperfectionis humanæ, cum dicitur: *Dicebat autem et ſimilitudinem ad illos*. Vbi oſtendit diſcipulos ad ieiunium non eſſe artandos, tum propter vetuſtatem conuerſationis, tum propter fragilitatem carnis, tum etiam propter diſſuetudinem affectionis. Hanc diſcipulorum conſolationem exprimit Euangeliſta ſub tripartita metaphora, ſcilicet veteris veſtis, veteris viri, et veteris vini. Expediens igitur erat, rudes adhuc diſcipulos fouere, non ieiunijs aggrauare, propter vetuſtatem conuerſationis, propter quam ſubdit: *Quia nemo commiſſuram*, id eſt, particulam, quæ coniungit. *A veſtimento nouo*, ſcilicet ablatam. *Immittit in veſtimentum vetus*, quia duplex ſequitur inconueniens, et ideo addit: *Alioquin et nouum rumpit*. Quod eſt damnoſum. *Et veteri non conuenit commiſſura a nouo*, quia indecorum. Sic ſpiritualiter intelligendum, quòd non ſunt imponendæ nouæ obſeruantiæ, conuenientes nouæ conuerſationi, quamdiu homo non eſt priora exutus, vti non eſt exutus mox in principio adhuc ſuæ conuerſionis. Et ideo dicebat Apoſtolus: Edocti eſtis, *et cetera*. Sequitur: Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Et poſtea: Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, et ſanctitate veritatis. Item ad Coloſſenſes: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, et induentes nouum, *et cetera*. Alioquin erit monſtruoſum. Et ideo in figura huius prohibita eſt in lege commixtio diuerſorum. Non indueris veſtimento, quod ex lana, linoq. contextum eſt. Quia hinc contemnitur: Dominus ait: Numquid auis diſcolor hereditas mea mihi?

Spiritualiter. *Eph. 4. d* *Coloſ. 3. b* *Deut. 22. b* *Hier. 12. c*

Secundo, ipſum erat expediens propter fragilitatem carnis, propter quam dicit: *Et nemo mittet vinum nouum in vtres veteres*. Quia ex hoc ſequitur duplex inconueniens, ſcilicet effuſio vini, propter quod dicit: *Alioquin rumpet vinum nouum vtres, et vinum effundetur*. Aliud inconueniẽs, perditio eſt vtris, vnde addit: *Et vtres peribunt*. Et ideo nouo vino eſt nouũ vas prouidendum, propter quod dicit: *Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum eſt: et vtraque conſeruabuntur.*

A Sic ſpirituales obſeruantiæ ſunt ſpiritualibus, non carnalibus imponendæ, qui deſignantur per vtres veteres, ſecundum illud Pſalmi: Factus ſum ſicut vter in pruina. Vnde deſignãtur per vtres Gabaonitarum ruptos et ſolutos. Vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti ſunt, atque ſoluti. Et ita ad continendum vinum inepti. Et ideo ad Corinthios: Et ego fratres non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tamquam paruulis in Chriſto. Lac vobis potum dedi, non eſcam. Antequam ergo eis ſpiritualia iniungantur, neceſſe eſt, vt corda eorum renouentur. Iuxta illud Ezechielis: Et dabo vobis cor

Pſ. 118. *Ioſue 9. b* *1. Cor. 3. a*

B nouum, et ſpiritum nouum ponam in medio veſtri. Quia Apoſtolus ait: In Chriſto Ieſu, neque circumciſio aliquid valet: neque præputium, ſed noua creatura. Et ideo petit Dauid: Cor mundum crea in me Deus, et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis, *et cetera*. Quod fit in viris ſpiritualibus: Licet is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur: tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem.

Ezec. 36. a *Gal. 6. d* *Pſal 50. c* *2. Cor. 4. d*

Hoc etiam ipſum inchoantibus expediens erat, propter diſſuetudinem affectionis, propter quam deſignandam dicit: *Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum*: et rationem huius reddit per iudicium ſenſus, cum ait: *Dicit enim: Vetus melius eſt*. In quo perſimile, in delectatione potus vini vult oſtendere, quòd affectus noſter non ſtatim delectatur in nouis ſeruandis, niſi paulatim manuducatur. Et ideo dicebant quidam: Niſi circumcidamini ſecundum morem Moyſi, non poteritis ſaluari. Hanc autem affectionem innouat charitas, ſecundum illud: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Hæc facit noua ſapere, vt vetera. Vnde: Non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio. Mandatum vetus eſt verbum, quod audiſtis. Iterum mandatum nouum ſcribo vobis,

C

D quod verum eſt, et in ipſo, et in vobis. Vere hoc eſt nouum mandatum, quod vetera euacuat, et quod facit ſapere noua. Siqua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Quia ſicut dicitur: Vetera, nouis ſuperuenientibus, proijcietis. Sic ergo propter ruditatem diſcipulorum: tum ex parte conuerſationis, tum ex parte carnis, tum ex parte mentis, erant diſcipuli benigne tractandi, nondum ad ieiunium artandi, maxime ad ieiunium exultationis, quod non conuenit, niſi renouatis per gratiam Spiritus ſancti. Vnde ex

Act. 15. a *Ioan. 13. d* *1. Io. 2. a* *2. Cor. 5. d* *Leu. 26. b*

Diſcipuli Chriſti non erant artandi ad ieiunia.

E præmiſſis colligitur, quòd diſcipuli Chriſti non erant artandi, nec ad ieiunium mœroris, propter præſentiam ſponſi, nec exultationis propter abſentiam Spiritus ſancti: et ita erant benigne conſolandi, tamquam adhuc tenelli et infirmi. Ex præmiſſis igitur ſufficienter apparet, quo modo a Domino ſunt peccatores miſericorditer vocati: et ſuperbi rationabiliter confutati: et infirmi ſuauiter conſolati.

CAPVT SEXTVM.

F TRACTVM *eſt autem in ſabbato*. Supra egit Euangeliſta, de diſcipulorum vocatione: in parte iſta agit de ipſorum defenſione: quia boni paſtoris eſt, non ſolum oues congregare, ſed etiam a lupis defendere. Et habet hæc pars, duas. In prima defendit eos, teſtimonio ſcripturæ: in ſecunda vero miraculo potentiæ, ibi: *Factum eſt autem et in alio ſabbato*. Ipſe enim Chriſtus eſt Dei virtus, et Dei ſapientia. Vnde diſcipuli vocabant eum: Magiſter et Domine: Et ideo defendit, vt Magiſter per teſtimonium authenticum, ſecundo vt Dominus per opus miraculoſum. Circa primum modum defendendi, tria introducuntur: primum eſt criminandi occaſio, ſecundum eſt criminis obiectio, tertium eſt criminatorum confutatio. Criminandi igitur occaſionem dedit diſcipulorum

Ioan. 13. b

Digitized by Google

rum necessitas, propter quam vellebant spicas in sabbatis. Et hanc notat, cũ dicit: *Factum est in sabbato secundo primo*. ideſt, ſabbato a primo, ideſt, immediate ſequente ſabbatum præcedens. De quo habitũ eſt
Sup. 4. f ſupra, cum curauit dæmoniacum. Vel, ſicut dicit
Chryſ. to. 2. hom. 40. in 6. 12. Matt. in princ. Chryſoſtomus, in ſabbato ſecundo primo, ideſt, bis primo, ſiue principali, propter duplicem ſollemnitatem concurrentẽ, quia Sabbatum ex ſe ſollemne erat, et etiam ratione neomeniarum, quæ tunc erãt.
Beda to. 5. lib. 2. in Luc. cap. 5. Vel ſecundum Bedam: Secundo primo, eſt vna dictio compoſita, ex integro, et corrupto, vt ſecundo primum dicatur, hoc eſt ſecundo prælatũ, ideſt, ſuperius et dignius illo ſabbato legali, quia iam tunc incipiebat ſabbatum nouum, in quo feriandum eſt a vitijs, non ab operibus neceſſarijs. Et hoc patet per ipſorum diſcipulorum exemplum, de quibus ſubditur: *Cum tranſiret per ſata*. Pertranſibat, ſcilicet ipſe
Act. 10. f Chriſtus, quia viator erat. Vnde: Pertranſijt benefaciendo et ſanando oĩnes oppreſſos. Tranſitu autem ſuo deſignat omnia eſſe tranſitoria, ſecundum illud:
Mat. 24. c Cælum et terra tranſibunt. Tranſibat autem, non manebat, et diſcipuli eius ſimiliter. Vt ipſi etiã hoc confiterentur, quia, non habemus hic manentem
Heb. 13. c ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Quia vero per hæc tranſeundo, non debemus immorari, ſed indigemus ſuſtentari: ideo addit: *Vellebant diſcipuli eius ſpicas, et manducabant, confricantes manibus*. Vellebant, ideſt, auellebant, a ſtipula diſcerpentes, ſecun-
Amos 7. d dum quòd dicitur: Armentarius ego ſum vellicans ſycomoros. *Vellebant*, dicit, non metebant: quia illud ſecundum legem erat cõceſſum, hoc inhibitum.
Deut. 23. d Si intraueris ſegetẽ amici tui, franges ſpicas, et manibus conteres: falce autem non metas. Et hoc quidem faciebant, famis neceſſitate compulſi. Sicut: Diſcipuli eius eſurientes, cœperunt vellere ſpicas, et manduca-
Mar. 2. d re. Et Marcus: Diſcipuli cœperũt prægredi, et vellere ſpicas. Phariſæi autem dicebant: Ecce, quid faciunt diſcipuli tui ſabbatis, quod non licet? Nec mirum
Prou. 27. a quia in Prouerbijs ſcriptum eſt: Anima ſaturata calcabit fauum: et anima eſuriens etiam amarum pro
Iob 6. b dulci ſumet. Et Iob: Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia, cibi mei ſunt. Vnde humana neceſſitas excuſabat, quæ hoc facere compel-
Beda to. 5. li. 2. in Luc. cap. 6. lebat, et hanc rationem aſſignat Beda: Non habentes, inquit, diſcipuli ſpacium manducandi propter importunitatem turbarum, eſuriebant vt homines, ſed vellentes ſpicas, inediam conſolabantur. Alia ra-
Paupertas. tio eſt, neceſſitas paupertatis, quia aſſumptæ: adeo erant inopes, vt nec ſufficienter haberent panem,
Ioan. 6. a vt apertiſſime liquet ex Ioanne. Vbi cum conueniſſent quinque millia virorum aut circiter, abſque mulieribus, et paruulis: inter vniuerſos apoſtolos non eſt inuenta vel mica panis, ſed tantum erat puer vnus in medio turbarum, qui habebat quinque panes or-
2. Cor. 11. f deaceos, et duos piſces. Vnde Apoſtolus: In fame et ſiti, in ieiunijs multis, in frigore et nuditate. Tertia ratio eſt auſteritatis exemplum, quo docebant nos, ſicut dicit Ambroſius, non præparatas eſcas, ſed ſimplices quærere cibos. Iſaias: Dabit vobis Dominus
Iſa. 30. e panem artum, et aquam breuem. Quarta ratio eſt,
Sabbatum legale ſpiritualiter eſt obſeruandũ vt oſtendant, quòd non ad litteram, ſed ſpiritualiter debemus legale ſabbatum obſeruare, contra hæreticos poſtea futuros. Relinquitur ſabbatiſmus populo
Heb. 4. b *Iſa. 58. d* Dei. Quinta ratio eſt ſpiritualis intelligentia. Per ſabbatum enim intelligitur otium diuinæ contemplationis. Si auerteris a ſabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die ſancto meo, et vocaueris ſabbatum delicatum, et ſanctum Domini glorioſum, et glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, *et cetera*.
Spicæ. Spicæ ſunt purgationes dulcedinis interne, quę aſperitatibus ſunt permixtæ, et ideo manibus confricantur, vt granum purum eliciatur, ſicut Ruth, quæ col-
Ruth 2. a ligebat ſpicas poſt terga metentium. Sexta ratio eſt ex parte dulcedinis verbi Chriſti, qua fortiter illecti obliuiſcuntur manducare. Vnde: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Et Ioan.
Pſal. 118. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus et vita ſunt.
Ioan. 6. b

Criminis vero obiectionem intulit Phariſæorum peruerſitas, qua libẽter inſultabant diſcipulis. Quod notat, cum dicit: *Quidam autem Phariſæorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet in ſabbatis?* Quia præ-
Exo. 16. c. et 35. a ceptum erat in lege, ſabbatum diligentiſſime obſeruari. Et ideo arguebant eos, tamquam legis diuinæ
Leu. 23. a tranſgreſſores: ſicut etiã Magiſtrum eorum: Non eſt
Ioan. 9. c hic homo a Deo, qui ſabbatũ non cuſtodit. Vnde eos morte dignos reputabant, quia ſecundum illud: Ir-
Heb. 10. c ritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur. Et maxime quantum ad mandãtum de ſabbato, quod erat præcipue obſeruandum. Vnde ille, qui inuentus eſt colligere ligna in ſabbato, interfectus eſt, ſicut dicitur:
Num. 15. d Morte moriatur homo iſte, obruat eum lapidibus omnis turba extra caſtra. Hæc autem criminatio partim veniebat ex ignorantia legis, partim ex ſuperbia mentis, partim ex ſimulatione hypocriſis, partim ex ſuperſtitione traditionis. Ex ignorantia legis, quia non prohibebatur ſumptio neceſſitatis, ſed occaſio ſeruitutis. Et ideo de talibus dicitur: Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. Ex ſuperbia mentis, quia reliquos deſpiciebant, ſicut infra dicitur, de phariſæo, qui ſeipſum iactabat dicens: Deus, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut ceteri hominum, *et cetera*. Ad Romanos: Ignorantes iuſtitiam Dei, et ſuam quærentes ſtatuere: iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Ex ſimulatione hypocriſis ſecundum illud: Væ vobis ſcribæ et phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentam, et anethum, et cyminum, et reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium, et miſericordiam, et fidem. Ex ſuperſtitione traditionis, in qua maiorem vim faciebant, quàm in lege. Vnde dicitur: Quare et vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Hæc autem criminatio potiſſime veniebat ex ignorantia legis, ex qua inflammabatur phariſæorũ peruerſitas.

Mat. 22. c *Inf. 18. c* *Rom. 10. a* *Mat. 23. c* *Mat. 15. a*

Criminatorum autem confutationem ſubiecit veritatis auctoritas, et hanc notat cum ſubdit: *Et reſpõdens Ieſus ad eos dixit*. Confundit autem phariſæos, et defendit diſcipulos auctoritate ſcripturæ, et etiam propria. Per auctoritatem ſcripturæ oſtendit, quòd mandatum de ſabbato non obligabat in caſu neceſſitatis. Et hoc oſtendit exemplo Dauid: quod inſinuat, cum dicit: *Nec hoc legiſtis*, et ſi legiſtis, non intellexiſtis. Iob: Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Vel ſi legiſtis, non meminiſtis, ſecundum illud: Peribit lex a ſacerdote, et conſilium a ſenioribus eius: quaſi diceret: vos, qui eſtis legis æmulatores, deberetis legiſſe, non ignorare, ne poſſet vobis dici illud: Tu es magiſter in Iſrael, et hæc ignoras? Et vere debebant legiſſe, quia valde erat notabile factum. *Quod fecit Dauid cum eſuriſſet ipſe, et qui cum illo erat*. Sed contrarium huius dicti videtur illud: Quare tu ſolus, et nullus tecum? ſed dicit, quia non habebat nobilem ſocietatem, cum eſſet gener regis, et magnus eius princeps. Vnde ſubditur ibidem: Fuerunt vaſa puerorum ſancta. Societatem igitur habuit, licet non ita magnam vel notabilem. Et illi fuerunt ſocij eius in facto, vt non poſſint dicere factum eſſe priuilegij ſpecialis. Vnde addit: *Quo modo intrauit in domum Dei*, ideſt, in tabernaculum, quia domus Dei, ideſt, templum, nondum erat ædificata. Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum. Neque enim manſi in domo, ex quo eduxi Iſrael de Ægypto vſque in diem hanc. Nec tantum in domum, ideſt, tabernaculum introiui, ſed quod plus eſt; *panes propoſitionis ſumpſit*, ſcilicet a ſacerdote. *Et manducauit*. Et de ijs panibus dicitur: Panes

Ioan. 3. b *Iob 4. d* *Hier. 18. c* *1. Reg. 21.* *1. Reg. 18.* *2. Reg. 21.* *1. Par. 17. a* *Exo. 25. c*

ſuper

Digitized by Google

super mensam pones propositionis in conspectu meo semper: qui ideo propositionis dicuntur, quia per singula sabbata super mensam proponebantur. Et quod plus est: *Manducauit ipse, et qui cum eo erant*, sicut dicitur: Dedit sacerdos Dauid sanctificatum panem. Neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis. Vnde dicitur: Inquilinus sacerdotis et mercenarius non vescentur ex eis. Sed alio loco dicitur de panibus propositionis: Eruntq. Aaron et filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorũ est de sacrificijs Domini iure perpetuo. Si ergo Dauid non peccauit, quia necessitas eũ excusauit ab illo præcepto: pariter et ij, qui sunt necessitate compulsi, non sunt reprehendendi: quia per necessitatem famis sunt excusati. Et ne quid desit auctoritati scripturæ, subiungit suam auctoritatẽ, per quam cum eis voluit, et poterat totaliter dispensare. Quod notat cum subdit: *Et dicebat illis: Quia Dominus est filius hominis, etiam sabbati.* Vocat autem se filium hominis, quantum ad humilitatem humanitatis assumptæ: et dicit se Dominum sabbati et legis, quantum ad sublimitatem diuinitatis occultæ. Vnde in Apocalypsi dicitur, quòd habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum et dominus dominantium. Et ideo dicit in Psalmo: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Dicitur hoc de filio hominis, paululum minorato ab angelis propter ignominiam passionis. Et ideo tamquam Dominus cum eis dispensabat ad tempus, qui postmodum obseruantiam eorum ablaturus erat.

Factum est autem, et in alio sabbato, et cetera. Supra defendit discipulos, vt Magister, auctoritate siue testimonio scripturæ: hic defendit, vt Dominus virtute potentiæ in miraculo. In quo sanando hominem in sabbato, ostẽdit se Dominum esse sabbati, et quòd non oportet in sabbato ab omni opere abstinere, sed a malo solum. Circa huius miraculi descriptionem tria insinuantur. Primum est opportunitas miraculosi operis. Secundum est, sublimitas miraculi operatoris, ibi: *Ipse autem sciebat cogitationes eorum.* Tertium est peruersitas miserabilis plebis, ibi: *Ipsi autem repleti sunt insipientia.* Quantum autem ad opportunitatem miraculosi operis, notandum quòd ipsa colligitur ex tribus, scilicet ex confirmatione doctrinæ propriæ, ex releuatione humanæ miseriæ, et ex confirmatione Iudaicæ perfidiæ. Primum erat sapientiæ: secundum clementiæ: tertium iustitiæ: quæ sunt in Christo omnipotente. Erat igitur doctrina propria primo confirmanda, quam publicabat sabbatis: propter quod dicit: *Factum est autem et in alio sabbato, vt intraret in synagogam, et doceret*: quia sicut dicit: Ego semper docui in synagoga, et in tẽplo, quo omnes Iudæi cõueniunt. Quia illud Isaiæ, debebat in Christo impleri: Ponam omnes filios tuos doctos a Domino. Vnde hic erat, de quo in Ecclesiastico: Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ: et in lege testamenti Domini gloriabitur. Docebat enim iustitiam, quæ est communis virtus. Vnde Oseas: Tempus requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos iustitiam.

Erat humana miseria releuãda propter penuriam infirmitatis, ob quam dicit: *Et erat ibi homo, et manus eius dextera erat arida*, et ideo ineptus erat ad omnia opera, quia fortiorem manum, et melius membrum amiserat. Vnde iste, vere erat homo ille, de quo Iob: Breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Vnde iam in isto impletum erat illud Zachariç: Brachium eius ariditate siccabitur. Et ideo iam potuit gemere et dicere Domino: Aruit tamquam testa virtus mea. Et propterea releuanda per diuinam potentiam.

Erat nihilominus Iudaica perfidia confutanda propter obseruantiæ malignitatem, ratione cuius dicit: *Obseruabant autem Scribæ et Pharisæi, si in sabbato curaret.* Vnde impletum est in eis illud psalmi: Aduersum me omnes cogitationes eorum in malum, inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt. Obseruatio ista erat insidiosa, quod spectat ad malignum animum, iuxta illud: In ore suo pacem cum amico suo loquitur, et occulte ponit ei insidias. Et ideo subditur: *Vt inuenirent, vnde accusarent eum.* Vnde isti intra se dicebant illud Babyloniorum: Non inueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui. In hac igitur die præcipue eum obseruabant, sicut dicit Beda, vt si non curaret, crudelitatis vel imbecillitatis: si autem curaret, transgressionis arguerent. Sed certe neutrum inueniunt, quia dum curat, ostendit se misericordem et iustum. Vnde: Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam. Et ideo Hieremias: Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt se a me? quasi diceret, nihil, quia ipse est de quo: Peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Propterea dicebat ipse: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

Ipse vero sciebat cogitationes eorum. Post opportunitatem miraculosi operis, subditur hic sublimitas mirabilis operatoris, scilicet quantum ad tria, quantum ad sapientiam discernendi in corde, prudentiam interrogandi in sermone, et efficaciam curandi in operatione. Primo igitur per sapientiam in corde deprehendit eorum cogitationes, quod nota, cum dicit: *Ipse vero sciebat cogitationes eorum.* Et vere quia Dominus sapientissimus: Vnde in psalmo: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt, et ideo oculis Dei erant cogitationes eorum apertæ, propter quod dicitur: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Vnde et Ioannes: Dicebant ei discipuli: Nunc scimus, quia scis omnia, et non est opus tibi, vt quis te interroget. Nec mirum, quia ipse est ille, de quo Hieremias: Ego Dominus scrutans cor, et probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam. In cuius rei testimonium, vt ostendat se cognitorem cordium, iubet hunc curandum surgere in medium, cum subdit: *Et ait homini, qui habebat manum aridam*: propter quem illi cogitationes superbas cogitabant, ita vt posset eis dici illud: O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia, et dolositate illius? *Surge, et sta in medium*, vt omnes cognoscant cogitatus suos esse deprehensos, iuxta illud: Ne accesseris ad illum duplici corde, *et cetera*, et postea, ne reuelet Deus abscondita tua, et in medio synagogæ eliditat te: quia secundum quòd dicitur: Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio. *Et surgens stetit*, non timens indignationem Pharisæorum. Dicebat enim illud Iob intra se: Libera me Domine, et pone me iuxta te, et cuiusuis manus pugnet contra me. Et rursus illud: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Vnde ad Domini imperium stetit securus, et confortatus. Nec mirum, quia ipsi recte potest dici illud: Ecce docuisti multos, et manus lassas roborasti: Vacillantes confirmauerunt sermones tui, et genua trementia confortasti. Vnde poterat hic dicere illud Danielis: Cumq. loqueretur mecum, conualui, et dixi: Loquere Domine mi, quia confortasti.

Secundo vero per prudentiam in sermone declinabat eorum machinationes, propter quod additur: *Ait autem ad illos Iesus: Interrogo vos.* Sed contrarium huius videtur dici a Matthæo, qui dicit, quòd ipsi interrogabant Dominum, si licet sabbatis curare? Ad quod respondet Augustinus de concordia Euangelistarum, quòd primo ipsi interrogauerunt, et Dominus eis replicauit. Vel potest esse, quòd cogitationem interiorem sequitur interrogationis forma. Matthæus itaque intelligit, quòd in auribus Dei, cogitare est loqui, et dubitare, est interrogare.

Proinde

1. *Reg.* 21. b
Leu. 22. b
Leu. 24. b
Apo. 10. a
Psal. 8. b
Ioan. 18. c
Isa. 14. e
Eccli. 39. a
Osea. 19. d
Iob. 14. a
Zach. 11. d
Psal. 21. b
Psal. 55. b
Hier. 9. b
Dan. 6. b
Beda to. 5. li. 2. in Luc. c. 6.
Ioan. 9. f
Hier. 2. a
1. *Pet.* 2. d
Ioan. 8. f
Psal. 93. b
Isa. 1. e
Ioan. 19. d
Hier. 16. b
Eccli. 37. a
Eccli. 1. d
Prou. 26. d
Iob 17. a
Psal. 26. a
Iob 4. a
Dan. 10. d
Mat. 10. a
Augustin. de concor. Euã. lib. 2. c. 35. to. 4.

Christus mirabilis opifex.

Sensus spiritualis.

Digitized by Google

Proinde proponit Dominus interrogationis formã, et dicit: *Si licet sabbatis bene facere, an male? animam saluam facere, aut perdere?* Hoc quærit non tamquam dubium, sed tamquam indubitanter verum, vt altera pars concedatur. Constat enim, quòd licet sabbatis benefacere, vel non benefacere, saluare animam, vel non saluare, quia inter contradictionem oppositam non est medium. Sed non benefacere, cum est locus et opportunitas, est negligere bonum, et hoc est malefacere. Igitur hoc ipsum disiunctum est certum et euidens, cuius necesse est, concedere alteram partem. Sed hanc non possunt concedere: licet malefacere, vel animam perdere. Restat ergo ex hac interrogatione ipsos esse conuictos, quòd licet sabbatis benefacere, et curare, et sic non poterant respondere. Vnde impletum est illud: *Si repente interroget, quis respondebit ei? aut quis dicere ei poterit, Cur ita facis?* Et ideò ad Romanos: O homo tu quis es, qui respondeas Deo. Vnde Iob dicit, quòd non poterit ei respondere vnum pro mille. In Matthæo autem istud disiunctum non sic proponitur, sed altera pars quæritur et probatur a minori, per liberationem ouis a fouea, multo igitur fortius liberandus est homo. De quo in Psalmo: Omnia subiecisti sub pedibus eius, *et cetera*.

Contradictio opposita nõ habet medium.

Iob 9. b

Rom. 9. a

Mat. 12. a

Psal. 8. b

Tertio autem per efficaciã in opere deijciebat eorum præsumptiones, propter quod subiungitur: *Et circumspectis omnibus*, tamquam iam confusis, vt iam posset dicere illud Iob: Omnes igitur vos conuertimini, et venite, et non inueniam in vobis vllum sapientem. Et quia nullus poterat contradicere, ad veritatis confirmationem subditur: *Dixit homini: Extende manum tuam*, et cetera. Et quoniam sermo eius potestate plenus est, sicut dicit Ecclesiastes, ideo subditur: *Et extendit, et restituta est manus eius.* In quo ostendebat Dominus se esse legis, et sabbati Dominum. Nam ipse erat, qui Moysi sanauit manum per solum imperium. Ipse etiam erat, qui Hieroboam idololatræ regis Israel manum siccauit, et iterum sanauit, sicut dicitur: Ipse, inquam, est ille, de quo Iob dicit, quòd vulnerat, et medetur: percutit, et manus eius sanabunt. De quo in psalmo: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Et hoc solo sermone, vt manifestetur, quòd ipse est ille solus, de quo in Sapientia: Neque malagma sanauit eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia. Sicut et pater per verbum increatum omnia fecit, ita per verbum incarnatum, vt dicit Augustinus, omnia refecit.

Ecclꝭ. 8. a

Exo. 4. b

3. Reg. 13.

Iob 5. c

Psal. 102. a

Sap. 16. b

Ipsi autem repleti sunt insipientia. Hic tertio tangitur peruersitas miserabilis plebis, quæ inde obstinata est in malo, vnde debuit releuari ad bonum. Hæc autem peruersitas ostenditur in tribus, scilicet in excæcatione cordis, conspiratione oris, et persecutione operis. Quantum ad excæcationem cordis dicitur: *Ipsi autem repleti sunt insipientia.* Et hoc cæcitate malitiæ: Hæc cogitauerunt, et errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum. Hac quippe fuerunt repleti, et stulti facti sunt iusto iudicio Dei secundũ illud: Tradidit illos Deus in reprobum sensum, *etc.* Sequitur: Repletos, omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate. Hac quippe inuidia erant excæcati, quia sapiens est ille, cui sapiunt res, prout sunt. Inuidus autem aliena felicitate torquetur, tales erant ij. Vnde eis competebat illud Baruch: Quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Hæc autem plenitudo insipientiæ est vera vacuitas: quia diuitiæ salutis, sapientia et scientia. Igitur ab oppositis, insipientia est inopia. Et ideo dicitur: Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquẽs labia sua, et insipiens.

Sap. 2. d

Rom. 1. d

Bar. 3. c

Prou. 19. a

Quantum autem ad conspirationem oris, additur: *Et colloquebantur ad inuicem*, mutuo sermone seipsos prouocantes ad malum, sic fecerunt: Collegerunt Pontifices et Pharisæi consilium, et dicebant: Quid facimus, *et cetera*. Hæc conspiratio figuraliter præcessit in fratribus Ioseph: Mutuo loquebantur: Ecce somniator venit, venite occidamus eum, *et cetera*. Hoc consilium erat impium. Ideo Gen. In consilium eorum non veniat anima mea. Hieremias: Tu autẽ Domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitatibus eorum.

Ioa. 11. f

Gen. 37. d

Gen. 49. a

Hier. 18. d

Quantum ad persecutionem operis subditur: *Quid nam facerent Iesu*, id est, quo modo eum morti tradere possent, quod et fecerunt, licet non statim, secũdum illud: Nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. Sed tantum post fecerunt, sicut dicitur: Petistis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitæ interfecistis. Vnde ipse Saluator dicere poterat illud: Tu autem Domine demonstrasti mihi, et cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, et non cognoui: quia cogitauerunt consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius.

Ioa. 8. c

Act. 3. c

Hier. 11. d

Spiritualiter autem intelligendum, quòd ariditas in anima est defectus vigoris, propter absentiam gratiæ, secundum illud: Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, et arescet. Hæc autem ariditas septem de causis introducitur, secundum septem capitalia peccata. Vnde nota, quòd est ariditas superbiæ, siue ex superbia proueniens. Radices gẽtium superbarum arefecit Deus. Secundo est ariditas inuidiæ: Exortus est sol cum ardore, et arefecit fenum. Et in psalmo: Fiant sicut fenum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. Tertio est ariditas iræ, de qua Marcus de dæmoniaco, qui spumat et stridet dentibus suis, et arescit. Quarto est ariditas accidiæ: Spiritus tristis exsiccat ossa. Et in Numeris: Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man. Quinto est ariditas auaritiæ: Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam. Sexto est ariditas gulæ. Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium, consumentur, quasi stipula ariditate plena? Septimo est ariditas luxuriæ. Psalmus: Ossa mea sicut cremiũ aruerunt. Percussus sum vt fenum, et aruit cor meũ: quia oblitus, *etc.* Omnis caro fenũ, *etc.* Et Iob: Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt præ caumate. Sic igitur ex septem causis accipitur ariditas spiritualis, quæ etiam est septiformis.

Ariditas in anima.

Ioa. 15. a

Eccl. 10. b

Iac. 1. b

Psal. 128. a

Mar. 9. c

Prou. 17. d

Num. 11. b

Eccli. 14. b

Nahum 1. c

Psal. 101. a

Isa. 40. b

Iob. 30. d

Est enim ariditas cordis, ad bene cogitandum: Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me. Est ariditas oris ad desiderandum: Sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis. Est verbi ad docendum: Da eis vuluam sine liberis, et vbera arentia. Est brachij ad operandum: Brachium eius ariditate siccabitur. Est ariditas manus ad largiendum. Antequam dies eius impleãtur, peribit: et manus eius arescit. Est cutis ad conuersandum: Cutis mea aruit, et contracta est. Est postremo ariditas virtutis ad sustinendum: Aruit tamquã testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis: et in puluerem mortis deduxisti me, *et cetera*. Hic autem ægrotus, habens manum aridam, significat ariditatẽ auaritiæ: quæ sanatur diuino imperio, cum manus extẽditur ad eleemosynam largiendam, secundum illud: Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Et illa extensio impetrat vigorem gratiæ, secundum illud: Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, et gratiam hominis, quasi pupillam conseruabit. Exemplum autem et experimentum apparet manifeste in quodam Rege Angliæ, qui faciebat eleemosynas largas, cuius manus et brachium adhuc manet integrum, et incorruptum,

Isa. 21. a

Iudit 7. d

Osee 9. d

Zac. 11. d

Iob 15. d

Iob 7. b

Psal. 21. b

Prou. 31. c

Eccl. 17. c

Rex Angliæ eleemosynarius.

Digitized by Google

ptum, dicente sibi quadam die quodam Episcopo, cum extendisset manum suam, vt daret pauperi scutellam argenteam, quam ante se habebat, numquam manum eius esse siccandam: quod verbum impletum dicitur esse vsque in præsentem diem.

Factum est autem: in illis diebus exijt, et cetera. Postquam ostensa est doctrinæ Christi auctoritas, et discipulorum vocatio determinata, hic subditur tertia pars, in qua fit vocatorum instructio. Et quoniam discipulorum instructio duplex est, scilicet communis et specialis: communis scilicet in doctrina eorum, quæ requiruntur ad salutem omnium: specialis in doctrina mysterij scripturarum. Ideo pars ista habet duas partes. In quarum prima parte eruditur Apostoli in veritate explicata, et præceptis apertis: in secunda instruuntur in explicandis parabolis, et parabolice dictis. *Et factum est deinceps, et ipse iter faciebat*, et cetera. Prima pars habet duas: in prima exprimitur veritas doctrinæ: in secunda vero ad confirmationem doctrinæ declaratur sublimitas in Doctore: *Cum autem implesset omnia verba sua*, et cetera. Prima pars, quæ continet præsens capitulum, habet tres: quia enim doctrina non debet communicari indignis, et fastidiosis, sed idoneis et studiosis: ideo primo præmittitur segregatio discipulorum: secundo vero attentio auditorum, ibi: *Et descendens cum illis de monte*: tertio vero explicatio documentorum, ibi: *Et ipse, eleuatis oculis*, et cetera. Circa segregationem autem discipulorum, quattuor introducuntur, quæ ipsam perficiunt, scilicet oratio diuina impetratiua doni, electio insinuatiua meriti, institutio impositiua officij, denominatio discretiua consortij. Præmittitur ergo diuina oratio impetratiua doni ipsis discipulis eligendis, cum dicitur: *Factum est autem: in illis diebus exijt in montem orare*, et cetera. *Exijt*, scilicet de ciuitate et consortio turbarum, vt esset eius oratio quieta. Hinc dicitur de Iudith, quòd petijt, vt daretur ei copia, nocte, et ante lucem egrediendi foras ad orationem, et deprecandi Dominum. Et de Christo dicitur, quòd plus est, nempe quòd exijt in montem, scilicet ascendendo, vt ostenderet, quòd oratio debet esse eleuata, et orans eleuatus a terrenis. Quia, sicut dicit Damascenus: Oratio est ascensus mentis in Deum. Huius figura præcessit in Moyse, vt est in Exodo, vbi dicitur, quòd Moyses, et Aaron, et Hur ascenderunt in verticem collis. Cumq. leuaret Moyses manus, vincebat Israel. De his duobus, scilicet de recessu a turbis, et ascensu in montem, dicitur, quòd dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Horum duorum figura præcessit in Abraam, de quo dicitur, quòd dixit ad pueros suos: Expectate hic cum asino, scilicet in valle: ego autem et puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Per hunc etiam modum debet adorare anima sancta, cuius informatio apparet in Iudith: de qua dicitur, quòd exibat noctibus in vallem Bethuliæ, et baptizabat se in fonte aquæ, et vt ascendebat, orabat ad Dominum Deum Israel. Et quia non sufficit oratio quantumcumque deuota, nisi etiam sit assidua, ideo subditur: *Et erat pernoctans in oratione Dei.* Ita vt posset dicere cum Dauid: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Vnde et Moyses ascendit in montem, et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus. Per hunc modum debent spirituales viri facere, iuxta quod dicitur: Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Hinc est, quòd dicitur de illa Sara deuota, quòd perrexit in superius cubiculum domus suæ, et tribus diebus, et tribus noctibus non manducauit, neque bibit, sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum.

Secundò vero subditur electio insinuatiua meriti in discipulis promouendis, cum subditur: *Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, et elegit duodecim ex ipsis*. In die vocat, quia sicut dicitur: Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt, scilicet Christum, qui est lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum. Et alibi: Qui de tenebris vos vocauit, in admirabile lumen suum. Nota, quòd discipulos vocat, vt eligat: quia discipuli Christi digni erant honorari, secundum illud Psalmi: Nimis honorificati sunt amici tui Deus, et hoc quia discipuli. Ad discipulatum enim Christi requiritur perfecta humilitas: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Item perfecta paupertas, infra: Omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Item perfecta charitas: In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Et nota, quòd duodecim elegit, ad significandum abundantem perfectionem meriti, quia duodecimus numerus, est primus numerus abundans. Vnde Christus ait: Nisi abundauerit iustitia vestra plus, quàm Scribarum, et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Hic autem numerus designatur in duodecim filijs Iacob: in duodecim lapidibus: in duodecim principibus plebis Israel: in duodecim exploratoribus missis a Moyse: in duodecim fontibus aquarum: in duodecim lapidibus de Iordane extractis: in duodecim bobus sustentantibus mare æneum: in duodecim horis diei: in duodecim fundamentis ciuitatis Fuerunt enim Apostoli figuris plurimis designati propter multiplicem dignitatem. Fuerunt enim Patriarchæ, filiorum spiritualium procreatione: Lapides pretiosi virtutum varietate: Principes multitudinis prælationis sublimitate: Exploratores contemplationis subtilitate: Fontes aquarum sapientiæ profunditate: Lapides Iordanis fidei fundatione: Boues prædicationis exercitatione: Horæ diei exemplorum honestate: Fundamenta ciuitatis totius Ecclesiæ supportatione.

Tertio adiungitur institutio impositiua officij in electis, cum subditur: *Quos et Apostolos nominauit*, id est missos. In quo auctoritatem dedit præcipuam prædicandi: Quo modo prædicabunt, nisi mittantur? Vnde conqueritur Dominus de malis Prophetis: Non mittebam prophetas, et ipsi currebant: non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant. At non tales fuerunt apostoli, de quibus dicitur: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Hos autem misit ad Ecclesiam Dei, fundandam, et ciuitatem construendam, super illum lapidem, de quo Isaias: Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem, lapidem probatum, pretiosum, in fundamento fundatum. Vnde in Apocalypsi: Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum agni. Et ideo dicitur: Vos estis ciues sanctorum, et domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum, et prophetarum ipso summo angulari lapide, Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, in quo et vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto.

Quarto subiungitur denominatio discretiua consortij in Apostolis iam promotis. Quod notatur, cum dicitur: *Simonem, quem cognominauit Petrum, et Andream fratrem eius*, et cetera. Nominat Apostolos binos et binos, secundum quòd Dominus associauit eos. Vnde infra subditur, quòd misit eos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locũ, quo erat ipse venturus. Et nota, quòd hic ponit nomina omnium, sed non omnium ponit cognomina, sed illorum, qui habent nomina æquiuoca, vt Simonis Petri, et Simonis Zelotis, et Iudæ Iacobi, et Iudæ Iscariothæ. Et nota, quòd associat fratrem fratri, vt Petrum

Discipulorũ Christi institutio.

Inf. 8. a

Inf. 7. a

Iudith. 12. b

Oratio debet esse solitaria, et eleuata.

Damascenus lib. 3. orth. fid. c. 24.

Exo. 17. c

Mat. 14. c

Gen. 22. a

Iudit. 12. b

Oratio debet esse assidua.

Ps. 118. b

Exo. 24. d

Thr. 2. f

Tob. 3. b

Ioan. 11. b

Ioan. 1. a

1. Pet. 2. b

Ps. 138. c

Mat. 11. d

Inf. 14. g

Ioan. 13. d

Quare electio duodecim.

Mat. 5. e

Gen. 46. b. c

Exo. 28. c

Num. 20.

Num. 13. c

Exo. 15. g

Ios. 4. a

3. Reg. 7. d

Ioan. 11. b

Apo. 21. d

Rom. 10. c

Hier. 23. d

Mat. 10. b

Isa. 28. d

Apo. 21. d

Eph. 2. d

Apostoli bini nominantur.

Inf. 10.

Digitized by Google

Petrum Andreæ, et Ioannem Iacobo ad commendandam concordiam, et fraternitatem mutuam, se-
Eccli.25.a cundum illud Ecclesiastici: In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, et hominibus. Concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier bene sibi consentientes. Nam
Prou.18.c sicut dicitur: Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Postremo autem Apostolo, scilicet Iudæ addit non solum cognomen, sed etiam crimẽ, cum dicit: *Qui fuit proditor.* In quo designatur, quòd Dominus in eligendo eum, non ignorauit qualis futu-
Ioa.6.g rus erat. Vnde: Nonne ego vos duodecim elegi, et ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariothæ: Hic enim erat traditurus eũ,
Cur Dominus Iudam elegerit. cum esset vnus ex duodecim. Licet autem hic esset futurus pessimus, tamen eum Dominus elegit, quia hoc competebat suæ humilitati, quæ ex hoc elucebat, quòd non recusarit consortium sui proditoris: et suæ benignitati, quia non solum bonis, sed etiam malis benignum se ostendebat. Vnde et fecit eum
Ioan.12.a dispensatorem suum, sicut dicitur: Fur erat, et loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Congruebat etiam statui præsentis Ecclesiæ, in qua mali
Mat.13.d permiscentur bonis, secundum illud Matthæi: Sinite vtraque crescere vsque ad messem. Et simile est, sicut dicitur, regnum cælorum sagenę missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti: quam, cum impleta esset, educentes, et secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Expediebat etiam hoc eruditioni nostræ, vt non diffidamus, si quos, qui videntur stare, cadere videamus: et ne propter aliquot malos bonorum consor-
1.Ioa.2.c tium despiciamus, iuxta illud quod dicitur: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum, sed vt manifesti sint: quoniam non sunt omnes ex nobis. Vt etiam non præsumamus, si ad dignitates eliga-
Bern. epiſt. 9.to.2. mur. Vnde Bernardus in epistola ad Colonienſem Archiepiscopum sic ait: Si cunctos, qui vocantur ad ministerium, constat eligi ad regnum, profecto securus est Colonienſis Archiepiscopus. Quod si etiam et Saulem in regno, et Iudam in sacerdotio legitur elegisse, non alius quàm ipse Deus, et reprobasse, et non potest solui scriptura quæ hoc asserit, timeat necesse est et Colonienſis Archiepiscopus.
Mat.22.b Vnde valde terribile est illud Matthæi: Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Et ideo ad Romanos
Rom.11.c dicitur: Noli altum sapere, sed time, *et cetera*.

Spiritualis sensus. Spiritualiter per has sex combinationes duodecim Apostolorum, intelliguntur sex gradus profectus virtutum, quibus peruenitur vsque ad charitatem perfectam, vel vsque ad pacem, vel vsque ad sapientiam.

De primis sex gradibus, quibus ad charitatem
2.Pet.1.b peruenitur, dicitur: Vos autem curam omnem subinferentes ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiã, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autẽ fraternitatis charitatem. Et illi sex gradus recte correspõdent istis combinationibus, si nominũ interpretationes attendantur. De gradibus, quibus
Mat.5.a peruenitur ad pacem, dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites, quoniã ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, et sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur. De gradibus vero,
Isa.11.a quibus ad sapientiam peruenitur, dicitur: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilij et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, Et replebit eum spiritus timoris Domini, vbi incipit a supremo horum et descendit vsque ad vltimũ gradum. Horum figura pulcherrima est in throno Salomonis, vbi dicitur, quòd erant sex gradus, et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc et inde. Per leonem intelligitur potestatis auctoritas, per sex gradus sex combinationes, spiritualibus gradibus aptissime correspondentes. *3.Reg.10.c*

Moraliter etiam per nomina Apostolorum, sic cõbinata insinuatur perfectio prælatorum, specialiter Episcoporum, qui ceteros debent præcellere in tribus: in vita, in doctrina, in exemplo, siue conuersatione bona. Vnde Apostolus instruens Timotheum
1.Tim.4.c dicit: Præcipe hæc, et doce. Ecce doctrina. Nemo adolescentiã tuam contemnat. Ecce vita. Sed exemplum esto fideliũ in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Ecce exemplũ seu conuersatio bona. Idẽ Titum instruens dicit: Tu autẽ loquere,
Tit.2.a quæ decent sanam doctrinam: Ecce doctrina. Nemo te contemnat: Ecce vita. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, *et cetera*. Ecce exemplum seu conuersatio bona. Vnde Hieronymus dicit: Si episcopi tantum sit sancta vita, sibi potest prodesse, sic viuens. Porro si doctrina, et sermone fuerit eruditus, potest se ceterosq. instruere: et non solum instruere, et docere suos, sed aduersarios repercutere: qui nisi refutati fuerint atque conuicti, facile queũt simplicium corda peruertere.

Moralis sensus.

Quattuor ergo prima nomina designãt perfectionem vitæ: quattuor alia perfectionem doctrinæ: alia vero quattuor perfectionem exempli, siue conuersationis bonæ. Dicit ergo Euangelista: *Simonẽ*, supple vocauit, qui interpretatur Obediens. *Quem cognominauit Petrum*, qui interpretatur agnoscens. In quo designatur virtus prudentiæ, quæ cognominari debet Petrus, ideſt, agnoscens ex Simone: quia ex humilitate debet procedere cognominatio prudentiæ, vt secundum quod dicitur in Prouerbijs, prudentiæ suæ ponat modum: et ne innitatur prudentiæ suæ. Et sic non erit prudens apud semetipsum, quod Paulus optat. Sed in omnibus se prudenter habebit, vt de Dauid dicitur: In omnibus vijs suis Dauid prudenter agebat, et Dominus erat cum eo. *Et Andreã*, qui interpretatur virilis. In quo exprimitur virtus iustitiæ. Alioquin noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extremiscas faciem potentis, et ponas scandalum in agilitate tua. *Et Iacobum*, qui interpretatur supplantator, vel luctator. Per hoc insinuatur virtus fortitudinis, quæ fortiter aggreditur aduersa, et contra vitia reluctatur. Vnde ad Ephesios: Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Sic Episcopus debet esse leo fortissimus bestiarum, vt ad nullius paueat occursum. Etiã contra Deum, vt ei dicatur illud, quod Iacob dictũ est: Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis cõtra homines prævalebis? *Et Ioannem*, qui interpretatur in quo est gratia: per quam intelligitur virtus temperantiæ, siue continentiæ, quæ ex gratia Dei est, secundum illud: Non possum esse continens, nisi Deus det: maxime quia Ioannes virgo a Domino est electus, et virgo in æuum permansit. Et in Ecclesiastico: Gratia super gratiam, mulier sancta, et pudorata. Per mulierem potest spiritualiter intelligi anima secundum configurationem istarum quattuor virtutum. Vidit Ezechias species quattuor animalium, et manus hominis sub pennis eorum, in quattuor partibus, et facies et pennas per quattuor partes habebant. Iunctæq. erant pennæ eorũ alterius ad alterum, in præfiguratione quattuor virtutum, quę exiguntur ad regimen prælatorum, quia his vtilius nihil est in vita hominibus.

Simon. Petrus. *Prou.23.a* *Rom.12.* *1.Reg.18* Andreas. *Eccli.7.a* Iacobus. *Eph.6.b* Episcopus qualis. *Prou.30.d* *Gen.32.f.* Ioannes. *Sap.8.d* *Eccli.26.c* *Ezec.1.b* *Sap.8.b*

Digitized by Google

Apostolorũ nomina ad doctrinam pertinentia.

Sequitur de nominibus apostolicis, quæ pertinẽt ad doctrinam, cum dicit: *Philippum*, qui interpretatur os lampadis. In quo insinuatur, quòd doctrina Episcopalis debet esse lucida, quantum ad intellectum audientium, vt sit aspectus eorum, ideſt, Episcoporum docentium, quasi aspectus lampadarum: vt ponatur lampas super candelabrum, non sub modio, vt dicitur infra. Sed sicut de Elia dicitur: Verbum ipsius, quasi facula ardebat. *Et Bartholomæum*, qui interpretatur filius suspendentis aquas. In quo intelligitur doctrina deuota, quantum ad affectum, vt ex deuotione suspendat, et eleuet lacrymas vsque ad oculum, de quo dicit Dominus ad Iob: Numquid eleuabis ad nebulam vocem tuam? scilicet in deuotione, seu compunctione in docendo: et impetus aquarum operiet te? in lacrymando, quod facit Dominus, qui ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, et eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: et fulgura in pluuiam facit, id est comminationes. *Matthæum*, qui interpretatur, donatus. Per quod insinuatur, quòd doctrina debet esse ædificatoria ad operandum. Nam post habitam deuotionem, quòd quis verbum salutis auditum impleat per bonam operationem, hoc est ab illo specialiter a quo, omne datum optimum, et omne donum perfectum. Ipsum enim verbum prædicatoris confert virtutem, siue gratiam prædicationis, et ædificationis. Vnde Isaias: Primus ad Syon dicet: Ecce adsum, et Ierusalem Euangelistam dabo. *Et Thomam*, qui interpretatur abyssus. Per quod intelligitur profunditas eruditionis credendorum, vt sit consilium illius in abysso magna, vt dicitur. Vnde quæritur a Iob: Numquid in nouissimis abyssi deambulasti? Et Apostolus ad Romanos exclamat, dicens: O altitudo diuitiarum sapientiæ, et scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius. Quia vt dicitur in psalmo: Iudicia tua abyssus multa. Et hæc quattuor pertinent ad doctrinam, vt sic sint quattuor rotæ: quæ per quattuor partes earum euntes, ibant, et non reuertebantur cum ambularent, vt dicit Ezechiel.

Ezech.1. c *Mat.5.b* *Inf.11. d* *Eccli.48.a* Bartholomæus. *Iob 38. d* *Hier.10.b* *Ps.134. b* Matthæus. *Iac.1. c* *Isa. 41. g* Thomas. *Eccli.24.d* *Iob 18. b* *Rom.11. d* *Ps.35. a* *Ezec. 1. d*

Nomina ad exemplum pertinentia. Iacobus. *Greg. Homil. 32. in Euang.* *Ps. 54.b* *3.Reg.19.a* Simon. *1.Pet. 1. d* *Eccli.3. a* Iudas. *Mat. 5. b* *Tob.12. b* *Deut.33.a* *Iud.1.a*

Sequitur de illis nominibus, quæ pertinent ad exemplum: *Iacobum*, qui interpretatur, Luctator. *Alphæi*, qui interpretatur, fugiens. In quo exprimitur exemplum perfectæ paupertatis. Vnde Gregorius: Qui ad certamen, inquit, cum diabolo properat, vestimenta abijciat, ne succumbat. Quid autem sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta? Vnde volentem in paupertate luctari oportet temporalia contemnere, et fugere, secundum quòd dicitur: Ecce elongaui fugiens, et mansi in solitudine. Sic Elias in figura: Fugit a facie Iezabel, quæ interpretatur, fluxus sterquilinij. Per quod designatur temporalium fluxibilitas: *Et Simonem*, qui interpretatur, obediens. *Qui vocatur Zelotes*, id est, æmulator. In quo exemplum exprimitur perfectæ humilitatis cum æmulatione ordinatæ charitatis. Vnde dicitur: Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentius. Et Ecclesiasticus: Filij sapientiæ, ecclesia iustorum, et natio illorum obedientia, et dilectio. *Et Iudam*, qui interpretatur confitens. *Iacobi*, vt sit in exemplum fraternitatis in agendo. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Hinc Tobias: Benedicite Deum cæli, et coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Hinc est quòd in benedictione Iudæ dicitur: Manus eius pugnabunt pro eo, et adiutor illius contra aduersarios eius erit. Vnde ipse ascendit ante alios in prælium. *Et Iudam Iscariotem*, qui interpretatur memoria mortis. In quo intelligitur exemplum mortificationis carnis. Vnde Beatus Gregorius dicit: Nihil adeo valet ad domanda carnis vitia, quàm cogitare, qualis caro nostra post mortem sit futura. Et hoc debent facere, ne cum alijs prædicauerint, ipsi reprobi efficiantur, secundum quòd dicit Apostolus: Castigo corpus meum, et in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Propter quod dicitur infra: Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris. Sed quia multi decipiuntur, et traduntur occasione mortificatæ carnis, quia inde gloriantur, vt hypocritæ, qui ore confitentur se nosse Deum, factis autem negant, secundum quòd ad Titum dicitur: Caueant, ne cum proditore Iudæ numerentur, de quo hic subditur: *Qui fuit proditor*. Hinc est quòd dicit Apostolus: In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi. Et sequitur: Proditores, proterui, tumidi et voluptatum amatores magis quàm Dei. Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hæc pertinent ad exemplum, et hi sunt quattuor paralytici portitores. Et in hunc modum nominum apostolicorum designatur mysterium, et sic terminatur hæc pars.

Greg.lib.3. Moral.cap. 17. *1.Cor.9. d* *Inf. 12. e* *Tit.1. d* *2.Tim.3.a* *Sup.5.d*

Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, et cetera. Post discipulorum segregationem, subiungit hic Euangelista auditorum attentionem, quam describit Euangelista, quantum ad quattuor: quantum ad discipulos comitantes, quantum ad populos concurrentes, quantum ad causas incitantes, et quantum ad efficacias subsequentes. Quantum ad discipulos comitantes, dicitur: *Et descendens cum illis*, id est duodecim iam electis, qui ipsum semper comitabantur, secundum quòd infra dicitur: Vos autem estis qui permansistis mecũ in tentationibus meis. *Stetit in loco campestri*, id est plano et communi, vt omnes possent accedere ad audiendam sapientiam, et dicere illud Psalmistæ: Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis siluæ. Et sic impletum est illud: Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua. Ad huius sapientiæ clamorem attrahebantur, præcipue discipuli. Vnde subditur: *Et turba discipulorum eius*, scilicet stetit cum eo. Hoc dicit, quantum ad alios discipulos, apostolis inferiores. Nam perfectis discipulis fecerat sermonem in montis cacumine, sicut dicitur: Videns Iesus turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Istis vero tamquam imperfectis condescendens, sermonem fecit in descensu montis, vnde dicuntur: *Turba*, quia multi erant, multi etiam propinqui. Multiplicabantur enim discipuli Christi, sicut dicitur: Audierunt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit, et baptizat quàm Ioannes. Istis non erant omnia secreta communicanda, quia imperfecti ex auditu secretorum scandalizantur. Vnde dicitur, quòd ex verbo quod dixerat, multi discipulorum eius abierunt retro, et iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Numquid et vos vultis abire? cum istis scilicet discipulis. Dicitur Iesus stare, sed cum alijs perfectis sedere. In quo ostendit, quòd nos firmos debemus imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis placere. *Et descendit cum illis*, ad exemplum humilitatis, secundum illud: Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Vnde sua benignitate omnes attrahebat, et adiuuabat, sicut gallina pullos suos: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti? Nec immerito, quia de ipso dictum est: Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, et vastæ solitudinis: circumduxit eum, et docuit, et custodiuit quasi pupillam oculi

Mat. 5. a *Ioan.4. a* *Ioan. 6. g* *Rom.15. a* *Eccli.32.a* *Mat.23.a* *Deut.32.b*

Digitized by Google

oculi sui. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans expandit alas suas, et assumpsit eum atque portauit in humeris suis.

Quantum ad populos concurrentes, subditur: *Et multitudo copiosa plebis*, scilicet stetit cum eo: qui scilicet ex diuersis locis conuenerant: conuenerant autem tam de locis propinquis, quàm remotis. De propinquis dicit: *Ab omni Iudæa, et Samaria et Hierusalem*, quæ intra regnum Israel erant. Iudæa nomen est regni. Samaria principalior ciuitas in regno decem tribuum. Et Hierusalem principalior in regno duarum tribuum. Ab his omnibus cõfluebant ad Christum, secundum illud Isaiæ: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et eleuabitur super colles: et fluent ad eum omnes gentes, *et cetera*. De locis autem remotis, subdit: *Et maritima, et Tyri, et Sidonis*. Et debet iterari multitudo copiosa plebis maritima, et multitudo copiosa, *Tyri*, idest de Tyro. *Et Sidonis*, idest, de Sidone. Et hæc erant loca remota, sicut dicit Beda in glossa, quòd *maritima* non a proximo mari Galilææ, sed a mari magno cognominatur. Tunc videbis et affluues, et mirabitur, et dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Hoc autem præfiguratum fuit in Salomone, de quo dicitur, quòd omnes reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent sapientiam, quam dederat Deus in corde eius.

Iudæa. Samaria. Hierusalé. *Isa.1.a* *Beda in Luc.c.6.* *Isa.60.a* *3.Par.9.f*

Quantum ad causas incitantes subiungitur: *Qui venerant, vt audirent eum*. Quantum ad illustrationem veritatis in mente: *Vt sanarentur a languoribus suis*, scilicet quantum ad curationem salutis in carne. Et hæc erat recta intentio, secundum illud Oseæ: Venite, et reuertamur ad Dominum: quia ipse cœpit, et sanabit nos: percutiet, et curabit nos. Et post: Et viuemus in conspectu eius: Sciemus, sequemurq. vt cognoscamus Dominum. In hoc oportebant isti, quòd erant de ouibus Christi, quia ad ipsum concurrebant, ad veritatem et salutem percipiendam. Oues meæ vocem meam audiunt: et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam æternam do eis. Amor igitur veritatis intelligendæ, et sanitatis obtinendæ attrahebat eos vt venirent ad Christum, sicut ad magistrum, et ad medicum. Ad primum inuitat Saluator, et Psalmista: Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. Ad secundum: Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis: et ego reficiam vos.

Oseæ 6.a *Ioan.10.e* *Psal.33.c* *Mat.11.d*

Quantum ad efficacias sequentes subinfertur: *Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur*. In quo tangitur efficacia sanitatis, respectu spirituum immundorum: Spiritum immundum auferam de terra. Isti spiritus immundi vexant eos, quos possident. Matthæus: Filia mea male a dæmonio vexatur. Hæc vexatio compellebat eos fugere ad Christum, quia secundum quòd dicitur: Tantummodo fola vexatio intellectum dabit auditui. Secundum quod dicit Gregorius: Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellũt. Certe cum ad Deum compellunt, ad bonam dispositionem deducunt, secundum illud Sapientiæ: In paucis vexati, in multis bene disponentur. Nec tantum efficacia erat in animam, sed et in corpus per ipsius Christi corpus, quod notatur, cum subditur: *Et omnis turba quærebat eum tangere*, ex fide scilicet et deuotione, sicut illa mulier, de qua dicitur: Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. Et merito deuoti erant. Vnde subditur: *Quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes*, idest, operatio virtutis. Ego noui virtutem de me exijsse. Tunc virtus exit, quando latens in se, manifestatur in opere, secundum illud Sapientiæ: Virtutem ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus. Tunc etiam exit, quando alijs communicat, secundum illud Isaiæ: Qui dat lasso virtutem, et his qui non sunt, fortitudinem, et robur multiplicat. Et magna erat hæc virtus, quæ in omnes poterat, secundum illud Sapientiæ: Potens es ex omnibus sanare. Qui conuersus est, non per hoc quod videbat, sanabatur, sed per te omnium Saluatorem. Et hoc maxime attrahebat omnes ad Christũ, sicut dicitur: Sequebatur eum multitudo magna: quia videbant signa, quæ faciebat super his qui infirmabantur.

Zach.13.a *Mat.15.e* *Isa.28.e* *Greg.lib.6. Regist.ri ep. 27.* *Sap.3.a* *Mat.9.c* *Inf.8.g* *Sap.12.c* *Isa.40.g* *Sap.14.a* *Ioan.6.a*

Spiritualiter nota hic, quòd auditores, qui veniunt ad Christum attrahuntur de sex locis: de tribus scilicet Iudæorum, et tribus gentilium. Per loca Iudæorum signantur iusti: per loca gentilium peccatores. Tria autem ponuntur loca Iudæorum secundum statum triplicem iustorum. Iudæa enim interpretatur confitens, et signat statum actiuorum qui Christum bonis operibus confitentur. Arabit Iudas, et confringet sibi sulcos Iacob. Tobias: Confitemini illi, regemq. sæculorum exaltate in operibus vestris. *Samaria*, quæ interpretatur custodia, signat statum Prælatorum. Nam illis dicitur: Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. *Hierusalem*, quæ interpretatur visio pacis, signat statum contemplatiuorum. Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum. Apud Tobiam dicitur de Hierusalem: Beati omnes qui diligunt te, et gaudent in pace tua.

Spiritualis sensus. Iudæa. Samaria. *Oseæ 10.a* *Tob.13.b* *3.Reg.20.g* *Isa. 60.a* *Tob. 13.d*

Tria etiam ponuntur loca gentilium, secundum triplicem statum peccantium. *Maritima* enim quæ ventosa est, et frequenter turbulenta, signat vanitatem, et turbulentiã superborum. Impij autem, quasi mare feruens quod quiescere non potest. *Tyrus*, quæ interpretatur angustia, signat anxietatem, et angustiam cupidorum. Inter medium venditionis, et emptionis angustiabitur peccatis. Ideo in Ecclesiastico: Noli esse anxius in diuitijs iniustis. *Sidon*, quæ interpretatur venatio, signat desiderium et concupiscentiam carnalium. Vnde in Psalmo: Conuertentur ad vesperam, et famem patientur, vt canes, et circuibunt ciuitatem. Omnes hi cõcurrunt ad Christum, sed iusti tamquam ad magistrum, vt doceantur sapientiam, quia secundum illud: Doce iustum, et festinabit accipere. Et in Deuteronomio: qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Sed peccatores, vt ad amicum, vt assequantur misericordiam. Erant appropinquantes ad Iesum publicani et peccatores vt audirent illum. A quibus primo ejiciuntur dæmones per culpæ expulsionem. Secundo sanantur in tactu per curationem sequelæ. Iuxta quod dicitur in psalmo: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. *Et ipse, eleuatis oculis in discipulos suos.* Post electionem discipulorum et auditorum attentionem, subditur hic explicatio documentorum. Est autem pars ista tripartita secundum tria, quorum notitia est ad salutem necessaria, scilicet præmiorum, suppliciorum, præceptorum. Prima igitur pars est de præmijs: secunda de supplicijs, ibi: *Verumtamen væ vobis diuitibus*. Tertia de præceptis, ibi: *Sed vobis dico, qui auditis*. Prima pars continet promissiones præmiorum: secunda comminationes pœnarum, siue suppliciorum: tertia vero leges præceptorum. In promissis præmijs docemur, quid sperandum: in comminatis supplicijs, quid timendum: in præceptis vero, quid operandum. Circa promissionem autem beatitudinũ, nota quòd quattuor promittit, scilicet regnum, quod consistit in participatione diuinæ potestatis: secundo saturitatem, quæ consistit in gustu diuinæ bonitatis: tertio risum, qui consistit in contemplatione diuinæ veritatis: et quarto mercedẽ multam, quæ consistit in duratione æternitatis. Et hęc quattuor designantur in Epistola ad Ephesios: Vt possitis, inquit, comprehendere cum

Tyrus. *Eccli.27.a* *Eccl. 5.b* *Sidon.* *Psal. 58.b* *Prou.9.b* *Deut.pen.b* *Inf.15.d* *Ps. 102.a* *Eph. 3.d*

Digitized by Google

cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profunditas. Longitudo, scilicet, æternitatis, latitudo bonitatis, sublimitas potestatis, et profunditas sapientiæ, siue veritatis. Hæc autem quattuor, promittit quattuor generibus meritorum erigentium nos ad Deum, et rectificantium liberum arbitrium nostrum. Regnum enim opulentiæ promittitur contemnentibus bona temporalia, cuiusmodi sunt pauperes. Conuiuium abundantiæ desiderantibus spiritualia: et hi sunt esurientes. Risus iocunditatis detestantibus mala culpæ: et hi sunt flentes. Multitudo mercedis sustinentibus mala pœnæ, et hi sunt patientes. In his quattuor clauditur perfecta oratio voluntatis humanæ respectu duplicis boni, et respectu duplicis mali. Primo ergo promittit Dominus pauperibus regnum opulentiæ, propter contemptum temporalium, et tales erat discipuli, et ideo dicit:

Paupertas. *Psal.* 33. c — *Et ipse, eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes.* Eleuãdo oculos dicit beatos, quia: Oculi Domi
Eccl. 11. b — ni super iustos, et maxime super pauperes. Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, et abundans paupertate, et oculus Dei respexit illum in bono. Ideo autem vocat beatos hos pauperes, quia sunt ad beatitudinem præparati. Et ideo addit:
Quia vestrum est regnum Dei. Quod quidem est valde
Ps. 144. c — magnũ. Nam dicitur in psalmo: Regnum tuum, regnum omniũ sæculorum. Hoc dicit esse pauperum,
Iac. 2. a — quia illius pauperes heredes, secũdum illud: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, et heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Melior est ergo pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua. Et nota quòd dicit: *Est*, de præsenti, siue propter certitudinem promissionis, siue etiam, quia vere pauperes nunc quodam modo incipiunt esse reges, secun-
Prou. 19. a — dum illud: Tamquam nihil habentes, et omnia possidentes. Altissima enim paupertas eorum abunda-
2. Cor. 6. c — ui in diuitias simplicitatis eorum, sicut dicitur. Vnde
2. Cor. 8. a — iam quasi felices sunt, non miseri reputandi pauperes Euangelici, siue voluntarij. Seneca: Nemo nascitur diues, quisquis exit in lucem, iussus est pane, et
Seneca. — lacte esse contentus, et nemo in hoc pauper est. Inter quæ si quis desiderium suum clauserit, cum Ioue poterit de felicitate contendere.

Amb. lib. 2. in ca. 6. Luc. 2. 3. — Et nota quòd a paupertate incipit, quia sicut dicit Ambrosius: Paupertas est prima parens virtutum: qui contempserit sæcularia, merebitur æterna, æmu-
2. Cor. 8. b — lus illius pauperis, qui cum diues esset, factus est propter nos egenus.

Fames iustitiæ. — Secundo promittit esurientibus conuiuium abũdantiæ, propter desiderium spiritualium. Et hoc notat, cum subdit: *Beati qui nunc esuritis*, scilicet cibum iustitiæ, secundum quod dicitur in Glos-
Amb. lib. 5. in ca. 6. Luc. to. 3. — sa. *Quoniam saturabimini*, per conuiuium abundantiæ. Ambrosius: Qui esurit, virium, quærit augmentum, secundum illud: Qui edunt me, adhuc
Eccl. 24. c — esurient: et qui bibunt me, adhuc sitient. Illi iusti-
Ioan. 4. d — tiam esuriunt qui possunt dicere cũ Iesu illud: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Illi etiam iustitiam esuriunt, qui amore iustitiæ libenter esuriem patiuntur. Et hi possunt dicere cum
2. Cor. 4. e — Apostolo illud: Vsque in hanc horam et esurimus, et sitimus. Tales fuerunt illi sancti patres, de quibus
Heb. 11. g — dicitur ad Hebræos: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, *et c.*
Apoc. 7. d — tales a Domino saturabuntur, quia: Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus, quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos. Et hoc erit in diuina gloria, secũ-
Psal. 16. d — dum quòd in Psalmo dicitur: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Et iterum: Inebriabuntur ab vber-
Psal. 35. b — tate domus tuæ: et torrente voluptatis tuæ potabis
1. Reg. 2. a — eos. Et sic impletum est illud: Famelici saturati sunt.
Isa. 25. f — Nec mirum, quia: Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium; conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatę. Et rursus, secundum illud: Ci-
Psal. 80. d — bauit eos ex adipe frumenti, et de petra melle saturauit eos.

Tertio promittit flentibus risum iocũditatis propter pœnitentiam de malo culpæ, cum adiungit: *Beati qui nunc fletis*, scilicet pro malis commissis, sicut
Isa. 38. a — Ezechias conuersus ad parietem, fleuit fletu magno,
Mat. 26. g — sicut dicitur: sicut et Petrus, de quo: Post negationẽ dicitur, quòd egressus foras fleuit amare. Et Iob:
Iob 30. — Versa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flentium. Vel, pro peccatis alienis, sicut
2. Reg. 1. c — Dauid super Saulem. Sic Christus super Hierusalẽ.
Inf. 19. f — Infra: Videns ciuitatem, fleuit super illam. Vel, *Qui nunc fletis*, scilicet pro alienis miserijs. Iob: Flebam
Iob 30. d — quondam super eo, qui afflictus erat. Ad Romanos:
Rom. 12. d — Flere cum flentibus. Vel, *Qui nunc fletis*, pro euadendis peccatorum tentationibus, et sequelis. Vnde dicitur, quòd cum loqueretur Angelus Domini hęc
Iudic. 2. a — verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, et fleuerunt: et vocatum est nomen loci illius, flentium et lacrymarum. Et hic locus est status vitæ præsentis, qui non durat nisi ad nunc. Et ideo dicit:
1. Pet. 1. b — *Qui nunc fletis*. Modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, *et cetera*. Vel, *Qui nunc fletis*, scilicet desiderio æternorum, et hic est proprius intellectus. Plorabitis et flebitis vos: mundus autẽ gau-
Ioan. 16. c — debit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et in Psalmo: Fuerunt mihi la-
Psal. 41. a — crymę meę panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Istis dicit: *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis*, risu spirituali, qui consistit in iocun-
Risus spiritualis. — ditate mentis, propter contemplationẽ veritatis. Iob:
Iob 8. d — Impleatur risu os tuum, et labia tua iubilo. Et sicut
Prou. 31. d — dicitur in Prouerbijs: Fortitudo et decor indumentũ eius, et ridebit in die nouissimo. Hic risus erit de
Gen. 21. a — bonis proprijs et alienis, secundum quòd dicitur de Sara: Risum fecit mihi Deus, quicumque audierit, corridebit mihi.

Quarto vero promittit patientibus magnitudinẽ mercedis, propter tolerantiam in malo pœnæ, cum
Tolerantia. — subdit: *Beati eritis, cum vos oderint homines*, scilicet, quantum ad actum cordis. Optime dicit: *Homines*, ideſt, animales et bestiales, quia homo cum in ho-
Psal. 48. b — nore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis. Et ad Corin-
1. Cor. 3. a — thios: Cum sit inter vos zelus, et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis? secundum illum videlicet hominem, de quo dicitur:
Eccli. 28. a — Homo homini reseruat iram. Isti oderunt seruos Christi. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Et in
Mat. 10. c — Matthæo: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Quantum ad actum operis addit:
Et cum separauerint vos, scilicet ejiciendo extra synagogas, secundum illud: Iam enim conspiraverant
Ioan. 9. e — Iudæi, vt, si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Et ita in opprobrium separaretur ab alijs, etiam ab ipsis domesticis. Quod quidem prædicabat Dominus venturum esse suis discipulis: Veni separare hominem aduersus patrem suũ,
Mat. 10. d — et filiam aduersus matrem suam, et nurum aduersus socrum suam: et inimici hominis, domestici eius. Quantum ad actum oris, subiungit: *Et exprobrauerint*, vobis conuitiando. *Et eiecerint nomen vestrum tamquam malum*, detrahendo. Si exprobramini in
1. Pet. 4. — nomine Christi, beati eritis. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum est super vos:
Iac. 2. b — quia bonum dicunt malum, secundum illud: Et di-
Mat. 5. a — xerint omne malum aduersum vos, mentientes; propter me. Et quia martyrem non facit qualiscunque hæc pœna, nisi adsit debita causa, ideo subdit:
Pœna nõ facit Martyrẽ.

Propter

Digitized by Google

2.Cor.1.d *Propter filium hominis*, Siquid patimini propter iu-
1.Pet.3.c ſtitiam, beati eritis, ideſt, propter Chriſtum, qui factus eſt nobis ſapientia et iuſtitia, et ſanctificatio, et
Act.21.c redemptio. Sic volebat pati Paulus: Ego non ſolum alligari, ſed et mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Ieſu. Sic patientes lætificat per præmium, cum ſubdit: *Gaudete in illa die et exultate: ecce merces veſtra multa eſt in cælo*. Gaudete, ſcilicet,
Rom.12.c ob retributionem bonam. Ad Romanos: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Quod impletum
Act.5.q eſt: Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliam pati. Ad hæc autem inducit mercedis conſideratio.
Hier.31.c Quieſcat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis, quia eſt merces operi tuo. *Merces*, inquam, *multa*
Pſal. 118. *eſt*, quia: Pax multa diligentibus legem tuam. Et
Sap.5.c perpetua, quia *in cælo*. Iuſti autem in perpetuum viuent, et apud Dominum eſt merces eorum. Et hoc
Beda lib.2. in ca.6. Luc. 1. eſt, quod dicit Beda: Inter odia cordium, inter probra linguarum, inter manus perſequentium, æquali, immo lætiori corde verſemini, intuitu ſuper nę mercedis. Et quia hoc opus eſt arduiſſimum, ſcilicet gaudere in tribulationibus: ideo non ſolũ ſpondet præmium, ſed adiungit exemplum, cum ſubdit: *Secundũ hæc enim faciebant prophetis patres eorũ*. Secun-
Mat.23.d dum quod dicitur: Teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum, qui Prophetas occiderunt. Et
Act.7.f in Actis: Dura ceruice, et incircumciſi cordibus et auribus. Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis: ſicut patres veſtri, et vos. Quem prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iuſti. Hos proponit in exẽ-
Iac.5.c plum propter ipſorum conſtantiam. Exemplum accipite fratres laboris et patientiæ, per prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini. Qui a veritate pro-
Eccl.48.b pter flagella non mouebantur. Vnde de Eliſæo: In diebus ſuis non pertimuit principem, et potentia nemo vicit illum, nec ſuperauit illum verbum aliquod. Hæc omnia mala ſufferebant prophetæ,
Eccl.36.c propter mercedem, quam alijs promittunt. Da mercedem ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur. Vnde eximius ille propheta Ioãnes poſt omnes tribulationes Eccleſiæ ſubiungit in
Apo.22.c perſona Chriſti: Ecce venio cito, et merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua.

Diuerſa præmia promittit ſcriptura.

Vnde: Nota quòd diuina ſcriptura inſinuat nobis differentias præmiorum ſecundum diuerſitates meritorum. Vnde inuenitur merces ſalua, merces magna, digna, plena, temporanea, feſtina, fidelis, copioſa, perpetua. Merces ſalua eſt, angelis miniſtrãtibus nobis. Magna datur prælatis, ſiue præſidentibus. Digna obedientibus. Plena contemplantibus. Temporanea datur operantibus. Feſtina proficientibus. Fidelis perficientibus. Multa, ſiue copioſa patientibus, ſed perpetua perſeuerantibus.

Vnde de ſalua mercede Angelorum, quia ob miniſterium, quod habent erga nos, a ſuo præmio non
Tob. 5. a fraudantur, dicitur: Inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum ſalua mercede ſua.

De mercede magna præſidentium a Domino di-
Gen.15.a citur ad Abraam, qui typum gerit prælatorum: Ego protector tuus ſum, et merces tua magna nimis. De
Eſther.16. a mercede digna obedientium, dicitur: In poſterum cognoſcantur omnes, qui Perſis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem. De mercede plena con-
Ruth. templantium, dicitur ad Ruth, quæ typum gerit contemplatiuorum, quæ cuncta reliquit propter Deum, et interpretatur ouis vel videns, vt ouis dicatur propter mititatem affectus anima contemplatiua, ſed videns propter illuminationem intellectus. Vnde dicit
Ruth 2.c ei Booz: Reddat tibi Dominus pro opere tuo, et plenam mercedem recipias a Domino Deo Iſrael, ad ad quem veniſti, et ſub cuius confugiſti alas. De
Eccli.vl.d mercede temporanea operantium dicitur: Opera-

A mini opus veſtrum ante tempus, et dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo. De mercede feſtina proficientium dicitur: Benedictio Dei in mercedem *Eccli. 11.c*
iuſti feſtinat. De mercede fideli perfectorum, vt prædicantium, vel talium dicitur: Seminanti iuſti- *Prou.11.c*
tiam merces fidelis. De mercede patientium copioſa ſiue multa, dicitur hic, et apud Matthæum: Ecce *Mat.5.a*
enim merces veſtra copioſa eſt in cælis. De mercede vero perpetua, quæ congruit perſeuerantibus: Non veneris vſque ad mortem iuſtificari, quoniam *Eccli.18.c*
B merces Dei manet in æternum. Sic ergo ſecundum diuerſitates meritorum appropriantur differentiæ præmiorum: et ſic reddet Deus iuſtis mercedem la- *Sap.10.d*
borum ſuorum.

Veruntamen væ vobis diuitibus. Poſt promiſſiones beatitudinum, ſubiungit comminationes ſuppliciorum. Et quia contra bonũ eſt malum, quattuor ponit cõminationes, quattuor beatitudinibus ex oppoſito reſpondentes, ſcilicet deſolationẽ in amiſſione boni temporalis: eſurię in amiſſione boni ſpiritualis: fletũ in afflictione mali corporalis: confuſionem in paſſione opprobrij ſempiternalis. Et hæc ſunt quattuor væ, quæ comminatur quattuor generibus hominũ, oppoſitis viris Euangelicis prædeterminatis, ſcilicet,
C cupidis, guloſis, laſciuis, et vane glorioſis. Cupidis ergo cõminatur væ, ſempiternæ deſolationis, cũ dicit: *Veruntamen væ vobis diuitibus*. Aduerſatiue dicit diuitibus, ideſt, diuitias amãtibus, quia tales inhiant ad diuitias congregandas. Væ oi, qui multiplicat non ſua, *Abac.2.b*
ideſt, bona terrena, quæ non ſunt noſtra, quia nec nobiſcum veniunt, nec nobiſcum recedunt: terreni tamen homines reputant eſſe ſua. Væ, væ, væ habi- *Apoc.8.d*
tantibus in terra. Tales ſunt cupidi, contra quos dicit Dominus: Nolite theſaurizare vobis theſauros in *Mat.6.c*
terra, vbi ærugo et tinea demolitur. Quoniam ad diuitiarum iſtarum multiplicationem neceſſe eſt ſequi inopiam, et ad conſolationem ſequi deſolationem. Ideo ſubdens rationem dicit: *qui habetis conſolationem veſtram*, ſcilicet de præſenti, ſed non de futuro. Vnde: Agite nunc diuites, plorate, vlulantes *Iac.5.a*
in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis. Ideo conſolatio iſta vana et falſa eſt, quia deſolationem inducit. Somniatores locuti ſunt fruſtra, et vane conſo- *Zac.10.a*
labantur. Vere fruſtra, quia: Dormierunt ſomnum *Pſal.75.a*
ſuum: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Et præterea etiam cum propheta Dauid: Renuit cõſolari anima mea: Memor fui Dei, *Pſal.76.a*
et delectatus ſum. Hæc mihi ſit conſolatio, vt affli- *Iob.6.b*
E gens me dolore, non parcat: vt per deſolationem viæ perueniatur ad conſolationem patriæ. De qua: Quo- *Iſa.66.d*
modo ſi cui mater blandiatur, ita ego cõſolabor vos. Hanc debemus expectare, non præoccupare. Expe- *Iudith 8.c*
ctemus humiles conſolationem eius.

Guloſis comminatur væ perpetuæ famis, cum ſubdit: *Va vobis, qui ſaturati eſtis*, et cetera, vacando ſcilicet crapulæ et ebrietati. Cui væ? cuius patri væ? *Prou.23.d*
cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffoſſio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, et ſtudent calicibus epotandis? Væ, qui po- *Iſa.5.c*
tentes eſtis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Et ideo ſubditur: *Quia eſurietis*,
F Saturitas hæc inducet perpetuam famem, ſecundũ illud: Cum ſatiatus fuerit, artabitur, æſtuabit, et *Iob 20.c*
omnis dolor irruet ſuper eum. Et Iſaias: Ecce ſerui *Iſa.65.b*
mei bibent, et vos ſitietis. Vnde de malis dicitur: Manducauerunt et ſaturati ſunt nimis. *Pſal.77.c*

Laſciuis comminatur væ ſempiterni fletus, cum dicit: *Va vobis qui ridetis nunc: quoniam lugebitis et flebitis*, ideſt, in hoc momento temporis. Gaudium *Iob 20.a*
hypocritę ad inſtar puncti. Et in Prouerbijs: Riſus *Prou.14.b*
dolore miſcebitur, et extrema gaudij luctus occupabit. Melius eſt certe, quòd fletus riſum antecedat, quàm econtrario. Et propterea dicitur: Tempus flẽ- *Eccli.3.a*
di, ſcilicet prius in hoc tempore, et tempus ridendi

Digitized by Google

poſt, in æternitate. Sed fatuus non vult nunc continere a riſu. Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam: vir autem ſapiens vix tacite ridebit. Immo in Eccleſiaſti co: Riſum reputaui erroré: et gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis? Stulti ergo ſunt, qui nunc rident, et ſapientes, qui nunc lugent ſecundum illud: Cor ſapientium, vbi triſtitia eſt: et cor ſtultorum, vbi lætitia. Propter quod dicitur ſtultis et mundanis: Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ contritione ſpiritus vlulabitis, ſcilicet in inferno. Ibi erit fletus, et ſtridor dentium.

Eccli. 12. c
Eccli. 2. a
Eccli. 7. a
Iſa. 65. c
Mat. 13. g

Contra vane glorioſos.

Vane glorioſis comminatur væ, ſempiterni contemptus, cum ſubdit: *Væ vobis, cum benedixerint vobis omnes homines*, vanis ſcilicet laudibus extollendo. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de nocte conſurgens maledicenti ſimilis erit. Quia ſicut dicitur: Erunt qui beatificant populum iſtum ſeducétes: et qui beatificantur, præcipitati. Præcipitantur enim ex vanis laudibus in opprobrium ſempiternũ, dum ex illis extolluntur, ſecundum illud Iob: Eleuaſti me quaſi ſuper ventum ponens, ſcilicet vanæ laudis, eliſiſti valide. Et quia difficile eſt huiuſmodi laudes vitare, ſubiungit exemplum: *Secundum hanc enim faciebant Prophetis patres eorum*. Prophetis inquam, non veris, ſed falſis. Vnde gloſſa: Benedicebant pſeudo prophetis, qui ad captandum fauorem vulgi de corde ſuo prophetabant. Stupor et mirabilia facta ſunt in terra, prophetæ prophetabant mendacium, et ſacerdotes applaudebant manibus ſuis: et populus meus dilexit talia. In hoc ergo quòd oſtendit malos homines laudari a pſeudoprophetis, oſtendit omnino contemnendum eſſe fauorem popularem. Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. Hoc autem dictum eſt non de his, qui bona exempla, et laudabilia populis oſtendunt ad Deum glorificandum, cum dicatur: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, et glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt. Sed de his, qui propriam gloriam in placendo hominibus, et in eorum laudibus quærunt, dicitur: Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.

Prou. 27. q
Iſa. 9. e
Iob 30. e
Hier. 5. g
Pſal. 52. b
Mat. 5. b
Gal. 1. b

Nota hic de diuerſitate inter Matthæum, et Lucam, quòd Lucas ponit promiſſiones, et comminationes: Matthæus autem ſolas promiſſiones ponit. Propter quod videtur, vel quòd alter dixerit diminute, vel alter ſuperflue. Sed certe poteſt reſponderi ſecundum quòd Gloſſa innuit, et Auguſtinus dicit, quòd alius fuit ſermo hic, et alius apud Matthæum. Cuius diuerſitas ex locis colligitur, et perſonis, et præceptis. Nam ille factus eſt diſcipulis, iſte turbis. Ille ſedendo, iſte ſtando. Ille in monte, iſte in loco campeſtri. Ille plura documenta continet, quàm iſte. Ille ſeptem beatitudines, iſte quattuor. Ex quibus omnibus colligitur quòd fuit alius, atque alius. Nec immerito, quia alijs, et alijs perſonis, aliter et aliter eſt loquendum. Diſcipulis enim tamquam perfectioribus perfectiori modo debuerunt mandata Euangelica explicari: turbæ vero non poſſunt ad altiora conſcendere. Ideo non adeo perfecte explicatur verbum Dei turbis, ſicut Apoſtolis. Et quia perfecti mouentur amore, imperfecti vero non ſolum amore, ſed ſimul comminationis timore: ideo in ſermone Apoſtolorum ponuntur beatitudines, et non Væ: in ſermone turbarum, et beatitudines, et væ. Rurſus quia perfecti conformes efficiuntur Chriſto per ſeptiformem ſpiritum, qui requieuit ſuper eum: ideo ſeptem ponuntur beatitudines, ſeptem donis Spiritus ſancti, ſcilicet concordantes. Hic notantur quattuor beatitudines correſpondentes quattuor virtutibus cardinalibus, vt habetur in Gloſſa. Paupertas, temperantiæ: eſuries boni ſpiritualiter, iuſtitiæ: fletus, prudentiæ: paſſio malorum, fortitudini, ſiue patientiæ, ſicut dicit gloſſa Bedæ. In his tamen quattuor aliæ continentur implicite. Vnde non ita exprimit Lucas ſpiritualem intellectum in huiuſmodi promiſſionibus, vt Matthæus. Dicit enim: Beati pauperes ſpiritu. Hic ſolum: Beati pauperes. Ille: Beati qui eſuriunt, et ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Hic autem: Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Et iterum in Matthæo proponuntur pluraliter in tertia perſona, quia alloquitur intelligentes: in Luca particulariter, et in ſecunda perſona, quia alloquitur ſenſuales. Ex his colligi poſſunt rationes aliarum diuerſitatum, quia pro diuerſitate audientium diuerſimodus eſt ſermo doctorum, ſecundum illud Apoſtoli: Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis quo modo oporteat vos vnicuique reſpondere. Et hoc faciebat ille doctor gentium: Ego cum veniſſem ad vos, fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Poſt ſequitur: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sic faciebat Saluator, qui turbis loquebatur in parabolis: ſeorſum autem, diſcipulis ſuis differebat omnia. Quia ſicut dicitur Eis datum erat noſſe myſteria regni cælorum.

Bed. lib. 2. in cap. 6. Luce te. 5.
Col. 4. a
1. Cor. 2. a
Mat. 13. a

Sed vobis dico, qui auditis. Poſt promiſſiones præmiorum, et comminationes ſuppliciorum, ſubdit hic tertio Euangelici præceptoris leges, ſiue documenta dirigentia, et habet partes duas. In quarum prima ponit documenta propria, et expreſſa: in ſecunda vero ſimilitudinaria et tranſlata, ibi: *Dicebat autem illis et ſimilitudinem*, et cetera. Circa prima documenta auditoribus commendanda, hoc modo procedit Chriſti doctrina. Primo nãque promulgat legem Euangelicam ſub perfectione conueniente: ſecundo vero probat ex conditione deficiente, ibi: *Et ſi diligitis eos, qui vos diligunt*. Tertio vero reſumit cum ratione mouente, ibi: *Verumtamen diligite inimicos veſtros*. Quarto concludit per retributionem ſufficientiæ, ibi: *Eſtote ergo miſericordes*. Circa documentorum promulgationem notandum eſt, quòd ad hoc, quòd homo ſit perfectus, neceſſe eſt ipſum eſſe beneuolum, perfecte pacificum, et perfecte beneficum. Primum reſpicit affectionem, ſecundum vero paſſionem, et tertium operationem. Dat ergo primo mandatum perfectæ beneuolentiæ, cum ait:

Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos veſtros.

Hoc namque mandatum eſt auditoribus, ideſt credentibus et obedientibus proponendum, in quibus habitat Deus, quia dicitur: Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. Et talis audit mandatum charitatis, non ſolum aure corporis, ſed cordis, ſecundum illud: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Hunc auditum Dominus excitabat: Audite audientes me, et comedite bonum, et delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, et venite ad me, audite, et viuet anima veſtra. Viuet vtique per mandatum dilectionis, quia ſicut dicitur: Qui non diligit, manet in morte. Et ante illud: Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Ad hanc Apoſt. inuitat: Ambulate in dilectione, ſicut et Chriſtus dilexit nos, et tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, et hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Quoniam cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus per mortem filij eius. Et ita nos debemus inimicos diligere. Et quoniam non ſufficit diligere verbo, neque lingua ſolum, ſed opere et veritate, ideo ſubdit: *Benefacite his, qui oderunt vos*, vt ſit dilectio ſine ſimulatione. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitiuerit, da ei aquam bibere. Idem dicitur ad Romanos: Et quia verbum melius eſt quàm datum, et ſermo declarat affectum, ideo ſubdit: *Benedicite maledicentibus vobis*, in ſermone publico. *Et orate pro calumniantibus vos*, in ſermone priuato. *Benedicite*, inquam ſermone ma-

1. Io. 4. d
Ioan. 8. f
Iſa. 55. d
2. Io. 3. c
Eph. 5. a
Rom. 5. b
Prou. 25. e
Rom. 12. d

Digitized by Google

Rom.12.c ne manifesto. Ad hoc hortatur Apostolus: Benedicite persequentibus vos, benedicite, et nolite maledicere. Et: Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed econtrario, benedicentes. *Orate*, etiam in sermone secreto, exemplo illius, de quo Isaias dicit: Pro transgressoribus orauit. Et exemplo illius protomartyris: Positis autem genibus clamauit voce magna: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Sed huic contrariari videtur quod Elisæus iratus legitur pueris irridentibus: et Elias quinquagenarijs: et Paulus sacerdoti summo. Ad quod respondet Beda, quòd ista non sunt vota optantium, sed prædicationes futurorum. Vel non irascebantur contra naturam, sed contra vitium. Vt enim dicit Augustinus: Sic homines sunt diligendi, vt tamen eorum non diligantur errores. Sic igitur dat mandatum perfectæ beneuolentiæ, quæ non solum consistit in corde, sed et opere, et sermone indicari debet. Vnde Gregorius: Ad dilectionem conditoris, lingua, mens, et manus requiritur. De hoc autem mandato beneuolentiæ in summa notandum est, quòd quantum ad affectum, astringit vniuersos: quantum ad signum, astringit perfectos, non imperfectos: quantum ad effectum in articulo necessitatis, omnes astringit. Circa necessitatem non astringit imperfectos, nisi quantum requirit debitum alicuius præcepti. Perfectos autem a statu prælationis astringit, quantum requirit debitum officij assumpti. Perfectos a statu perfectionis, quantum requirit debitum boni exempli. Perfectos autem a perfectione virtutis, quantum requirit vnio charitatis.

1.Pet.3.b *Isa.55.d* *Act.7.g* *4.Reg.2.d* *4.Reg.1.b* *Act.23.a* *Beda.* *August.lib. qui.Sententia.inscribitur.sent.1. to.3.*

Secundo dat mandatum de perfecta patientia, cum subdit: *Et qui te percusit in maxillam vnam*, inferendo scilicet iniuriam in persona. Et ponit maxillam pro parte corporis nobiliori, quæ cum percutitur, præcipua iniuria irrogatur. Aperuerunt super me ora sua, et exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. De tali ac tanta iniuria non est exigenda vindicta, sed exhibenda patientia. Vnde subdit: *Præbe illi et alteram*, scilicet maxillam, ideſt, paratus sis aliam percussionem sustinere, exemplo Magistri, de quo: Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Dabit vtique, non inuitando ad percussionem, sed non opponendo defensionem, secundum illud: Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindicta, et ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malũ. Vnde in hoc mandato prohibetur libidinosa defensio, sed non charitatiua correptio, cũ dicatur: Si peccauerit in te frater tuus, vade, et corripe eum, *et cetera*. Et exemplum huius in Christo: Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Et subdit: Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Vnde Augustinus in quodam sermone de verbis Domini, ait: Si iniuriam pateris, et taces, et proximum non corripis, plus peccas negligendo, quàm ille affligendo. Per hoc etiam mandatum non arcentur personæ sæculares laicæ a sui, vel aliorum defensione. Vnde Paulus petijt milites, vt illæsus seruaretur. Vnde Augustinus primo de Ciuitate Dei exponens illud præceptum Exodi: Non occides, dicit quòd contra hoc præceptum non fecerunt qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publicæ potestatis, secundum eius leges, hoc est iustissimæ rationis imperium sceleratos mor te punierunt. Vnde Canon dicit, et est verbum Ambrosij: Fortitudo, quæ vel bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena iustitiæ est. Ista præceptа patientiæ sunt semper in cordis præparatione continenda: ipsa namque beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in cordibus voluntate complenda est. Agenda autem sunt multa cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis, quorum potius est vtilitati consulendum, quàm voluntati. Sic igitur intelligendum est mandatum de exhibenda patientia iniurianti ipsi personæ. Exhibenda est patientia etiam iniurianti in re possessa, propter quod additur: *Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum*, scilicet exterius per iniuriam, sicut illi, de quibus ait Iob: Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Et Micheas: Desuper tunicã pallium sustuliſtis. Tali sic iniurianti exhibenda est patientia, vnde subdit: *Etiam tunicam noli prohibere*, scilicet rixando, vel contradicendo, exemplo Saluatoris, de quo in psalmo: Diuiserunt sibi vestimenta mea, *et cetera*, sine repugnantia scilicet, et contradictione. In hoc etiam mandato intelligendum est, prohiberi contentionem, vel libidinem vindicandi. Vnde Augustinus ad Marcellinum: Cauendum est ne vindicandi cupiditate amittatur ipsa patientia: quæ plurisi habenda est, quàm omne bonum, quod potest inimicus inimico auferre. In summa hic tenendum est de præcepto patientiæ, quòd non prohibetur hic correptio proximi, seu impeditio vel prohibitio mali, vel punitio sceleris perpetrati ab eo, qui potest, et debet præpedire, cuiusmodi est legis minister: sed prohibetur et cohibetur hic vlciscendi libido, et quantum ad manum, et quantum ad signum, et quantum ad animum. Vnde hic addit Euangelista super legem, quam perficit, et consummat secundum spiritualem intelligentiam.

Iob 16.b *Thr.3.d* *Rom.12.d* *Deut.32.c* *Prou.25.c* *Rom. vbi supra.* *Mat.18.b* *Ioan.18.c* *Aug.serm. 16.to.10.* *Act.23.b* *Exo.20.c* *Aug. 1. de Ciu.ca.21. to.5.* *23.q.3.c. Fortitudo.* *Amb.lib.1. de off.c.27. to.4.* *Iob 24.b* *Mich.2.c* *Psal.21.d* *Aug. epist. 5. circa med.to.2.* *Isa.58.c* *Coloss.3.b* *Eccli.18.b* *1.Tim.ult. d* *Eccli.12.b*

Supra egit de mandato beneuolentiæ, et de mandato patientiæ: hic tertio dat mandatum de perfecta beneficientia, cum subiungit: *Omni autem petenti te tribue*. Hoc est mandatum generale respectu omnis personæ, et omnis dati, siue obsequij, siue mutui, siue alterius muneris. Est proximo dandum munus exterioris releuationis, secundum illud: Ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno et pauperi. Et in Exodo: Si videris asinũ odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Est et munus internæ compassionis: Cum effuderis esurienti animam tuam, et animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et ad Colossenses: Induite vos, sicut electi Dei, sancti et dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, et donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut et Dominus donauit vobis, ita et vos. Super omnia autem hæc, charitatem continuam habete, quod est vinculum perfectionis: et pax Christi exultet in cordibus vestris. Et etiam munus dulcis locutionis: Nonne ardorem refrigerabit ros? sic et verbum melius, quàm datum. Nonne ecce verbum super datum bonum, et vtraque cum homine iustificato. Ad duo subsequentia omnes obligantur. Ad primum autem obligantur præcipue diuites, siue qui habent, vnde possint alienam necessitatem releuare, vnde dicitur: Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Obligat etiam respectu omnis personæ, considerata natura et necessitate, non autem pensato vitio, vnde non contrariatur ei quod dicitur: Da bono, et non receperis peccatorem. Benefac humili, et non dederis impio. Hoc dicit in quantum peccator, vel impius. Vnde non dandum

Beneficẽtia

A quib⁹, et quibus dari debeat eleemosyna.

dandum histrionibus, ratione sui ministerij: quia Hieronymus dicit: Mimis et histrionibus dare, nihil aliud est, quàm dæmonibus immolare. Si tamen in necessitate sint constituti, dandum est eis, quia sunt ad imaginem Dei creati, et quia fratres nostri. Vnde dicitur: Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quo modo charitas Dei manet in eo? Et quia hoc mandatum beneficentiæ se extendit ad omnes sine exceptione, ideo specificat etiam de iniuriantibus, cum subiungit: *Et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.* Glossa: Cum litigio vel contentione, quæ venit ex cupiditate. Vnde dicitur: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, et ad contentiones ieiunatis. Et alibi: Verba improperij non dicas illi, scilicet proximo: et non premas illum in repetendo. Maxime autem tunc premit, quãdo coram iudice alieno, vel infideli in causam trahit. Propter quod dicitur: Frater cum fratre iudicio cõtendit, et hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Hoc autem dicit, non quia nullo modo liceat repetere, sed vt ostendat, quòd magis debemus diligere proximum, et eius salutem, quàm rem temporalem. Vnde Gregorius: Cum pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, apparet, quòd plus res quàm proximus amatur. Vnde hic nota, quòd repetere contingit tripliciter, scilicet ex cupiditate, ex zelo iustitiæ, ex timore casus. Primum est malorum, non iustorum, charitatem habentium, secundum illud: Charitas non quærit quæ sua sunt. Glossa: Non repetit ablata, scilicet ex amore cupiditatis ad rem. Secundo contingit repetere zelo iustitiæ: et hoc modo licet perfectis, qui habent proprium in communi, nomine communitatis. Perfectis vero, qui nec in communi, nec in speciali habent proprium, non licet eis repetere, sed eis solum licet, qui habent proprietatem illarum rerum, quarum ipsi vsum habent. Ille zelo iustitiæ repetit, qui intendit consulere saluti rapientis, et refrenationi cupiditatis alienæ, et paci vniuersalis Ecclesiæ. Vnde Gregorius: Non solum debet esse cura, ne nostra rapiant: sed ne rapientes non sua, semetipsos perdant. Ille zelo iustitiæ repetit, qui intendit ius suum defendere, vel personæ vel Ecclesiæ, seu ali cuius communitatis adiunctæ, maxime cum illud ex causa teneatur defendere. Est tertio repetere timore casus, scilicet ne propter paupertatem, et indigentiam cadat in culpam. Et sic spectat ad infirmos. Vnde orabat Sapiens in persona talium: Mendicitatem et diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, et dicam: Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, et periurem nomen Dei mei. Vult ergo in hoc mandato dicere, quòd homo sit paratus ad benefaciendum omnibus, non tantum benefactoribus suis, sed etiam prædicatoribus. Ad perfectionem etiam beneuolentiæ exigitur, quòd homo benefaciat in omnibus. Vnde subditur: *Et prout vultis vt vobis faciant homines, et vos facite illis similiter.* Et nota, quòd non dicit, prout faciunt, sed prout vultis, quia quilibet vult, cum indiget, sibi benefieri, et in omni necessitate releuari. Ne dicas: Quo modo fecit mihi, sic faciam ei: reddam vnicuique secundum opus suum. In hoc mandato est conseruatio legis naturalis, cuius altera pars videlicet negatiua ponitur: Et implicatur hic scilicet: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Vult ergo, quòd semper bonum, quando possumus, cuilibet faciamus, sicut prompti sumus pro nobis bona recipere, secundum illud: Bonum autem facientes, non deficiamus, tempore enim suo metemus, non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Et nota, quòd non dicit, facite prout volunt homines, sed prout vultis. Tum, quia voluntas nostra nobis notior est. Tum etiam, quia magis nos mouet consideratio nostri. Tum etiam, quia loquitur ad eos, qui voluntatem habent ordinatam, et secundum illam est operandum. In summa tenendum est de præcepto beneficentiæ in generali, quòd tantum astringit, quantum explicatur per speciales obligationes præceptorum. Et ideo supra legem naturæ addita est lex scripta, vt per eam sciret homo ad quid astringeretur ex iustitia.

Et si diligitis eos, qui vos, et cetera. Postquam promulgauit leges Euangelicas sub perfectione conueniente: hic secundo probat ex conditione deficiente, vbi ostendit quòd præcipere debuit secundum modum præmissum: alioquin nullum est meritum apud Deum. Vnde ostendit hic tria, scilicet quòd non sufficit ad meritum esse beneuolum respectu amantium, nec beneficum solum respectu retribuentium, nec communicatiuum respectu recompensantium. Et in hoc ostendit, quòd perfecta beneuolentia, et beneficentia non tantum debet se extendere ad amicos, verum etiam ad aduersarios, iuxta formam superius promulgatam. Est ergo primo notandum, quòd non sufficit esse beneuolum solum respectu diligentium, quia hoc est peccatorum, propter quod ait:

Et si diligitis eos, qui vos diligũt: id est, quia vos diligunt. *Quæ vobis est gratia?* id est, quod meritum retributione dignum: quasi diceret, nullum. Et rationem reddit: *Nam et peccatores diligentes se diligunt.* Qui nullum habent meritum apud Deum, hoc enim est naturale, secundum illud: Omne animal diligit simile sibi: sic et omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, et omnis homo simili sui sociabitur. Vel etiam carnale diligit simile sibi: Sodalis amico coniucundabitur in oblectationibus, et in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris, et contra hostem accipiet scutum. Talis dilectio apud Deum non habet meritum, quia non impenditur propter Deum. Si enim propter Deum impenderetur, vtique diligeret Deus diligentes se, secundum illud: Ego diligentes me diligo. Minus etiam diligentibus plus dilectionis rependeret, secundum illud: Ego autem libentissime impendam, et superimpendar ego ipse pro animabus vestris, licet plus vos diligens, minus diligar. Item nullo modo etiam diligentes diligeret secundum illud: In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Et ad Romanos: Commẽdat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. Vnde quando dilectio solum ad diligentes extenditur, non est dilectio diuina nec gratuita, sed mercenaria, et humana, ac per hoc nec retributione digna.

Non sufficit etiam esse beneficum, respectu retribuentium: quia hoc etiam est ipsorum mundanorum, propter quod subdit: *Et si bene feceritis his, qui vobis benefaciunt.* Glossa, id est, ideo quia benefaciunt. *Quæ vobis est gratia?* Id est, quòd meritum, quasi diceret, nullum: et ratio redditur: *Siquidem et peccatores hoc faciunt* Beneficiũ namque ob recompensationem factum, non est gratuitum, sed velatum: et ideo nec acceptabile est. Vnde in Ecclesiastico: Datus insipientis non erit vtilis tibi, oculi enim illius septemplices sunt: exigua dabit, et multa improperabit, et apertio oris illius inflammatio est. Hodie fœneratur quis, et cras expetit, et odibilis est homo huiusmodi. Illud autem quod liberaliter, et hilariter datur,

Tribus modis cõtingit res suas repetere.

1.Cor. 13. b

Prou. 30. b

Prou. 24. d

Tob. 4. c

Gal. 6. b

Eccli. 13. c

Eccli. 37. a

Dilectio quænam sit non habens meritum apud Deũ.

Prou. 8. b

2.Cor. 12. c

1.Io. 4. b

Rom. 5. b

Eccli. 20. b

Digitized by Google

tur, hoc acceptatur, ſecundum quòd dicitur: Vnuſquiſque, prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Si ergo benefacere benefacientibus, ſolum eſt debitum: benefacere non benefacientibus, gratuitum: videtur, quòd malefacere benefacientibus, eſt impium, et crudeliſſimum, quod porro peccator facit, cum Deum offendit. Iuxta quod dicitur de Ezechia, quòd non iuxta beneficia quæ receperat a Deo, retribuit: quia eleuatum eſt cor eius. Vnde Chriſtus potuit dicere illud Pſalmi: Retribuebant mihi mala pro bonis ſterilitatem animæ meæ. Et peccator poteſt dicere Chriſto illud: Tu tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et eo ipſo ſi vult Domino reconciliare, oportet, quòd ipſe benefaciat, non tantum benefacienti, ſed etiam aduerſanti, et tale eſt beneficium charitatis ſecundum illud: Charitas patiens eſt, benigna eſt: charitas non æmulatur, non agit perperam, *et cetera.*

2.Cor.9.b
2.Par.32.f
Pſal.34.b
1.Reg.24.d
1.Cor.13.b

Non ſufficit etiam communicatiuum eſſe reſpectu recompenſantium, quia hoc eſt ipſorum fœneratorum. Vnde et ſubiungit: *Et ſi mutuum dederitis his, a quibus ſperatis recipere*, ſcilicet recompenſationem. *Quæ gratia eſt vobis?* Quaſi diceret nulla. Et hoc oſtendit: *Nam et peccatores peccatoribus fœnerantur*, id eſt commodant ad vſuram, vnde ſubdit: *Vt recipiant æqualia*, ſcilicet pro ſeruitio, non ſolum pro debito. Et quia mercedem accipiunt, non habent meritum apud Deum. Vnde in Pſalmo dicitur: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? *et cetera.* Et ſubditur: Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, et munera ſuper innocentes non accepit. Alioquin in monte Domini non aſcendet. Vnde Ezechiel: Ille iuſtificatur, de quo ibidem dicitur: Qui ad vſuram non accommodauerit, et amplius non acceperit. Et ille econtrario qui amplius accipit, reprobatur, vt iniuſtus. Vnde talibus poteſt dici illud: Reſpexiſtis ad amplius, et ecce factum eſt minus, quia dicitur: Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis: tales fœneratores inter peccatores computãtur, quia ſunt oppreſſores aliorum, vnde in Prouerbijs: Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis. Et propterea inhibetur: Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Sed contrarium huius videtur dici: Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rẽ, ſed alieno. Sed intelligendum eſt, quòd hoc eſt malum ſecundum ſe, ſed permiſit hoc illis lex, ſicut et libellum repudij, propter vitationem maioris mali. Ratio autem huius prohibitionis eſt multiplex: tum quia pecunia propter accommodationem non deterioratur: tum quia de ſe non fructificat, ſed tota ratio vtilitatis eſt ex parte vtentis: tum quia continue conſumit et deuaſtat, et ita commodum mutui cõuertitur in commodum damni: tum quia in mutatione pecuniæ tranſit rei mutuatæ dominium, quia non tenetur eandem numero reddere: tum quia totum transfertur periculum in eum, qui fuerat mutuatus: tum etiam, quia in tali modo mutuandi plus diligitur nummus, quàm proximus, dum nummos proximo accommodat non ex amore proximi, ſed ex amore nummi.

Agg.1.b
Pſal.75.b
Exo.22.d
Deut.23.c

Cur vſura phibeatur.

Verumtamen diligite inimicos, et cetera. Hic poſt promulgationem et probationem, reſumit mandata approbata cum ratione mouente. Sunt autem tria quæ debent nos mouere ad prædicta facienda, ſcilicet auctoritas præcepti, immenſitas præmij, et ſublimitas exempli. Primum mouet irascibilem: ſecundum, concupiſcibilem: tertium vero rationalem. Reſumit ergo prædicta documẽta per modum præcepti, cum ait: *Verumtamen diligite inimicos veſtros, et benefacite*, ſcilicet vt non diligatis verbo, neque lingua, ſed opere et veritate. Et hoc imperando dicit, quia ſicut dicitur: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Ipſe autem dilexit non ſolum affectu, ſed etiam effectu, ſine aliqua ſpe retributionis. Ideo additur: *Et mutuum date, nihil inde ſperantes*, ſcilicet recompenſationis. Fratri autem tuo abſque vſura id, quo indiget, commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra, ad quam ingrederis poſſidendam: id eſt, non quæras retributionem de hoc ab homine, ſicut vſurarij, qui propter ſpem vſuræ perdunt ſpem vitæ æternæ. Contra quos Apoſtolus ait: Si in hac vita tantum, in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Tales ſunt diuites qui in diuitijs ſperant, talium vacua eſt ſpes, et labores ſine fructu, vt dicitur. Et ideo dicitur: Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, et qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia, et theſauris. Quis eſt hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Nota, quòd ſpes in mutuo poteſt eſſe ad conſimile obſequium, vel ad lucrum. Primo modo licet. Secundo modo poteſt eſſe dupliciter, vel expreſſa per pactum, et hæc ſimpliciter eſt prohibita, quia facit vſurarium. Vel eſt tacita et in corde. Et hoc modo dupliciter: vel vt principaliter mouens ad mutuum, et hæc ſimiliter eſt prohibita, quia contra mandatum diuinum: vel eſt non principaliter mouens, ſed quaſi annexa, quia licet non faciat propter commodum principaliter, vel lucrum, credit tamen accipientem non fore ſibi ingratum, et eo facit libentius. Hic vero non eſt talis ſpes commodi, quæ eſt contra diuinum mandatum.

1.Ioa.3.c
1.Ioa.15.b
Deut.23.a
1.Cor.15.c
Sap.3.c
Eccli.31.a

Spes lucri ex mutuo quando dãnanda.

Secundo ſubdit rationem motiuam ex parte præmij, cum adiungit: *Et erit merces veſtra multa*: quia dicitur: Benefac iuſto, et inuenies retributionem magnam, vt ſi non ab ipſo, certe a Domino. Et dicitur retributio multa et magna, quia æterna merces omnia bona continet in excellentia, ſecundum illud: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te: perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum. Et vere magna et multa, ſed promiſſa, quia ſcriptum eſt: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum.

Eccli.12.a
Pſal.30.c
1.Cor.2.c
Iſa.64.b

Tertio ſubiungit rationẽ motiuam ex parte exempli, cum ſubdit: *Et eritis filij Altiſſimi*, ſcilicet per imitationem, ſecundum illud ad Epheſios: Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi. Debemus autem ſicut filij Deum imitari, quia accepimus gratiam fidei ab eo, de qua dicitur: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Accepimus etiam ab eo ſpiritum adoptionis filiorum ſecundum illud: Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, pater. Et ideo debemus imitari Deum ſicut filij patrem ſecundum illud: Si filij Abraæ eſtis, opera Abraæ facite. Et propterea ad exemplum eius debemus viuere, quod adiungit, cum ait: *Quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos et malos*, ſecundum illud: Benignus et miſericors eſt, patiens et multæ miſericordiæ, et præſtabilis ſuper malitia. Et hæc benignitas ſe ad ingratos, et malos extendit, quia dicitur: Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, et reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddit vnicuique ſecundum opera eius. Et propterea dicitur: Mali autem homines, et ſeductores proficiunt in peius, errantes, et in errorem mittentes. Et alibi dicitur: Etenim quia non profert cito contra malos ſententiam, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Ab his malis omnibus liberat

Ioan.1.b
Rom.8.c
Ioan.8.c
Ioan.2.c
Rom.2.a
2.Tim.3.c
Eccli.8.b

Deus.

Debemus Deum, vt filij patrem imitari.

Digitized by Google

liberat et saluat diuina benignitas excedens nostram malitiam. Vnde ad Titum dicitur: Cum autem benignitas et humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. *Tit. 3. b*

Estote misericordes, et cetera. Postquam Euangelicas leges promulgauit, probauit, et resumpsit cum ratione mouente: hic tandem Saluator noster concludit per retributionem consequentem, quam quidem retributionem ostendit sequi bona, et virtuosa opera nostra in sententia iudiciali, in gloria cælesti, et in pœna inferni. In iudicio quidem respectu vniuersorum: in præmio respectu bonorum: et in supplicio respectu peccatorum. Concludit igitur primo quòd debemus præmissa mandata implere secundum formam præscriptam, prædicendo iudicialem sententiam, cum dicit: *Estote ergo misericordes*, scilicet in exhibendo vos proximis beneuolos, pacificos, et beneficos. In quo tangit mandatorum prædictorum substantiam: *Sicut et pater vester misericors est*, in quo tangit formam, siue circumstantiam, quia ipse non tantum amicis, sed aduersarijs condescendit. Hoc quippe necessarium est, secundum illud: Nonne oportuit et te misereri conserui tui, sicut et ego tui misertus sum? Vnde illam misericordiam exiget, quam ipse impendit: et secundum illam quam impendimus in iudicio, rependet secundum illud: In iudicando esto pupillis misericors, vt pater: et pro viro, matri illorum: et eris tu velut filius Altissimi obediens, et miserebitur tui magis quàm mater. Et Iacobus: Iudicium sine misericordia illi qui non facit misericordiam. Et ideo addit retributionem iudicij, correspondentem operibus meriti, secundum quadruplicem differentiam actus scilicet iudicandi, condemnandi, dimittendi, et donandi: quorum primus est æquitatis, secundus seueritatis, tertius pietatis, quartus liberalitatis. Retributionem per actum iudicandi describit primo, cum subditur: *Nolite iudicare, et non iudicabimini*. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et quia non intelligit de quocumque iudicio, sed de eo quod a pietate deuiat in crudelitatem: ideo adiungit: *Nolite condemnare, et non condemnabimini*. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Quia sicut dicitur: Et qui iustificat impium, et condemnat iustum, abominabilis vterque est apud Deum. Vnde reuocat a iudicio iniquitatis, et hortatur ad beneficium pietatis, quod consistit in dimittendo iniurias, et in dando indulgentias, vel in dimittendo mala commissa, et in dando bona concessa. Quantum ad dimissionẽ malorum adiungit: *Dimittite, et dimittetur vobis*. Alioquin non salubriter oratis: Dimitte nobis debita nostra, *et cetera*. Et post: Si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra, *et cetera*. Vnde dicitur: Relinque proximo nocenti te: et tunc deprecanti tibi peccata tua soluentur. Quantum ad collationem bonorum operum subditur: *Date, et dabitur vobis*, scilicet in iudicio, in quo dicetur illud: Date ei de fructu manuum suarum, *et cetera*, quia: Omni habenti dabitur, et abundabit. Illa enim sola homo habebit secum, quæ pro Domino dedit, secundum illud: Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, et gratiam hominis, quasi pupillam conseruabit, et postea resurget et retribuet illis retributionem. Et ideo hoc attendens Zachæus dicebat: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, *et cetera*. In summa nota hic, quòd non prohibetur hic iudicium, quod deliberatum est et iustum, sed vsurpatum, et temerarium, et iniquum. Vsurpatum dico, quando non officium nec auctoritas imminet. Temerarium, quando est de re quæ non constat, sed procedit ex sola suspitione. Iniquum, quando est contra ius diuinitus approbatum, et tale iudicium hic prohibetur, non primum.

Mat. 18. d

Eccl. 4. b

Iac. 2. b

Rom. 2. a

Prou. 17. c

Mat. 7. a

Mat. 6. b

Eccli. 28. a

Prou. 31. d

Mat. 25. c

Eccli. 17. c

Inf. 19. b

Quo modo iudiciũ prohibeatur a scriptura.

Secundo promittendo supercælestem gloriam secundum mensuram perfectam, cum adiungit: *Mensuram bonam*, et nota, quòd ponit hic quattuor dictiones secundum quattuor conditiones beatitudinis: quarum prima est in gaudio interiori in beatitudine animæ, propter quam dicit: *Mensuram bonam*, quia secundum psalmum: Tunc replebitur in bonis desiderium tuum. Dices cum Petro: Domine, bonum est nos hic esse. Quia eadem erit mensura hominis tunc, quæ est Angeli. Secunda ex gaudio inferiori, in glorificatione corporis, propter quod dicit: *Et confertam*: Ingredieris in abundantia sepulcrum sicut infertur aceruus in tempore suo. Tertia ex gaudio exteriori, scilicet ex societate sanctorum, et renouatione omnium creaturarum, propter quod addit: *et coagitatam*. Argentum et aurum tuum coaceruabitur tibi, ideſt imperfecti et perfecti in meritis omnes colligentur in vnum gaudium. Quarta est ex gaudio superiori, in visione Dei, propter quod dicit: *et superefluentem*. Tunc super Omnipotentem delicijs afflues. Et de hoc quadruplici gaudio, in præmio æterno potest exponi illud: In charitate radicati et fundati, vt possitis comprehendere, cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo gaudij interioris, latitudo exterioris, sublimitas superioris, et profunditas inferioris: hanc quippe mensuram, *dabunt in sinum vestrum*, illi scilicet, quibus misericordiam facitis in præsenti secundum quòd infra dicitur: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, *et cetera*. Et tales sunt pauperes, quos fecit Dominus iudices: Iudicium pauperibus tribuit. *Dabunt in sinum*. id est, in animæ capacitatem stabilem et intrinsecam. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quam si vis habere, fac consilium sapientis: Conclude eleemosynam in sinu pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo.

Quattuor beatitudinis partes.

Ps. 102. a

Mat. 17. a

Iob 5. d

Iob 22. d

Ibidem.

Eph. 3. d

Inf. 16. b

Iob 36. a

Iob 19. d

Eccli. 29. b

Tertio comminando infernalem pœnam secundum æquiparantiam ad culpam, cum adiungit: *Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis*, scilicet nocendo, vel male agendo, siue demerendo, *remetietur vobis*, iuxta illud: Pro mensura peccati erit et plagarum modus. Et in Apocalypsi: Quantum glorificauit se, et in delicijs fuit: tantum date illi tormentum, et luctum, et hoc est quod comminatur Dominus: Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Retribuet autem Dominus in mensura æquali, pensato reatu: sed in maiori, pensata duratione, quia cito transit delectatio, sed sempiterna manet punitio. Sicut consumitur nubes, et pertransit: sic qui descenderit ad inferos non ascendet. Nec reuertetur vltra in domum suam. In minori vero mensura, pensata offensa: quia qui contra omne bonum peccauit, omni bono debet priuari secundum illud: Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Rursus qui peccat in bonum infinitum intensiue et extensiue, deberet vtroque modo infinite puniri: et quia creatura non potest habere infinitatem intensionis, suscipit alteram scilicet infinitatem durationis cum firmitate acerbitatis. Vnde Augustinus: Non actus temporalis facit, vt peccatum mortale æternaliter puniatur, sed circumstantia illius, in quem peccatur: qui cum sit æternus, implentibus mandata, bona æterna promittit: peccantibus vero pœnam comminatur æternam. Et ideo idem dicit: Dignus est malo æterno, qui in se perimit bonum, quod posset esse æternum. Et Gregorius dicit hoc ipsum esse iustum: Qui æternaliter peccato perfrui voluit, æternaliter pœnam inueniat: et quorum voluptas non habuit finem peccandi, non habebit finẽ torquendi. Licet igitur pœna sit maior voluptate, et minor quàm offensa: attamen æquatur reatui obligationis necessario. Nec mirum, si actionẽ temporalem

Deut. 25. a

Apoc. 18. b

Iobel. 3. a

Iob 7. b

Thr. 3. a

Aug. lib. 2. epist. 50. 2. epist. 49.

Digitized by Google

poralem comitatur reatus perpetuus, quia in contractu temporalis est actio, et tamen ius perpetuum acquiritur ab emptore: vulneratio etiam temporalis ad mortem ducit perpetuam, et bellum diurnum acquirit perpetuam seruitutem, et temporale peccatum exilium sempiternum.

Dicebat autem illis et similitudinem. Post præcepta propria et expressa, subiungit hic Euangelista documenta Domini similitudinaria, et translata: in quibus Dominus quadrupliciter nos informat. Primo namque retrahit a vanitate possidendi: secundo vero reuocat a temeritate iudicandi, ibi: *Quid autem vides festucam*, et cetera. Tertio informat ad prudentiam discernendi, ibi: *Non est enim arbor bona*, et cetera. Quarto vero inuitat ad diligentiam operandi, ibi: *Omnis, qui venit ad me*, et cetera. Primo ergo retrahit a vanitate possidendi ex consideratione triplici, scilicet ex consideratione periculi declinandi, et vitij detestandi, et exempli imitandi. Declinandum namque est ruinæ periculum, quod imminet præsidēti superbe, propter quod dicit: *Numquid potest cæcus cæcum ducere?* quasi diceret, non potest sane, propter periculum ruinæ, quod adiungit: *Nonne ambo in foueam cadunt?* Sed homo præsumptuosus cæcus est, secundum illud: Dicis: diues sum, et locupletatus: et nullius egeo: et nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus. De tali ad Romanos: Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, *et cetera*. Et subditur: Qui ergo alium doces, quasi dicat cæcus es. Et ideo qui ambit, et præsumit alijs præferri, cum sit cæcus, se et alios in precipitium demergit. Vnde Hieremias: Grex perditus factus est populus meus, pasto res eorū seduxerunt eos. Et ratio huius redditur: Stulte egerunt pastores, et Dominum non requisierunt: propterea non intellexerunt, et omnis grex eorum dispersus est. Et ideo subdit: *Ambo in foueam cadunt*. Et hoc est quod dicit Gregorius: Dum pastor per abrupta vitiorum graditur, necesse est vt grex in precipitium trahatur. Et tales maledictionem Domini merentur, secundum illud: Maledictus qui errare facit cæcum: tales ductores cum illis, quos ducunt, in foueam cadunt: sicut et lucifer, qui voluit alijs præesse, et qui ei adhæserunt omnes corruerunt in foueam, secundum illud: Quo modo cecidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes.

Apoc. 3. c *Rom. 2. d* *Hier. 50. a* *Hier. 10. d* *Deut. 27. c* *Isa. 14. c*

Detestandum etiam est superbiæ vitium, quod adiacet volenti præsidere, propter quod subdit: *Non est discipulus supra magistrum*, scilicet secundum rectum ordinem: qui ergo magistro subiacente cupit præesse, magistrum suum contendit præcedere. Vnde Bernardus: Quoties hominibus præesse desidero, toties Deum meum præire contendo, et tunc non sapio, quæ Dei sunt. Et hoc est quod dicit Dominus discipulis: Amen amen dico vobis, non est seruus maior Domino suo: neque Apostolus maior eo, qui misit illum. Qui ergo vult alijs superefferri, ignorat doctrinam Christi, qui dicit: Discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Aut si aliud nouit, in apostasiam cadit iuxta illud quod dicit Gregorius: Quotiens pastor alijs præesse delectatur, totiens in apostasiæ crimen dilabitur. Definit autem esse discipulus, dum vult dominari, et magister aliorum vocari, contra illud: Nec vocemini magistri, quia magister vester, vnus est, Christus. Qui maior est vestrum, *et cetera*.

Ioan. 13. b *Mat. 11. d* *Mat. 23. b*

Imitandum etiam est vitæ perfectæ exemplum, quod consistit in volendo subiacere, propter quod dicit: *Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.* Christus scilicet, qui non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam in redemptionem pro multis. Et ideo dicitur infra: Qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: et qui præcessor est, sicut ministrator, et ratio additur: Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et hoc ipse ostendit eis per exemplum, postquam lauit pedes. Subditur: Scitis quid fecerim vobis? vos vocatis me Magister et Domine, et bene dicitis, sum etenim. Si ergo laui pedes vestros, *et cetera*. Et post subditur: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. Et ad hoc perfectum exemplum inuitat Apostolus: Nihil, inquit, per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Iesu. De quo subdit, quòd semetipsum humiliauit, formam serui accipiens, *et cetera*.

Ioan. 13. b *Phil. 2. a*

Inf. 22. c

Quid autem vides festucam, et cetera. Hic reuocat a temeritate iudicandi, quod quidem facit ostendendo eum, qui temere iudicat, iniquum in cogitatione, indiscretum in locutione, inordinatum in operatione. Ostendit ergo primo temere iudicantem, iniquum esse in cogitatione, quia non iudicat æqualiter, propter quod dicit: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui?* Tu scilicet qui iudicas. Festucam vocat leue peccatum, quod quis reprehendit in alio: magnum negligens in seipso, ideo addit: *Trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras:* Trabem, id est, magnum peccatum, ex quo colligitur, quòd sic iudicantis iniquum est iudicium, quia sicut dicit: Abominatio est apud Dominum pondus et pondus: statera dolosa non est bona. Non habet æquale pondus qui magis ponderat culpam in alio quàm in se. Et talis dicitur abominabilis, quia dupliciter peccat, et seipsum, cum sit superbus et impius, iustificando, et suum proximum condemnando. Vnde in Prouerbijs: Qui iustificat impium, et condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum. Et ergo sanum est consilium, alijs indulgere, et semetipsum dijudicare secundum illud: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris: nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Et ideo talis trabem habet in oculo, id est, superbiam excæcantem, sicut Balaam: Dixit homo cuius obturatus est oculus, cuius obturatio est valde grauis in iudicando iniqua. Nequius oculo quid creatum est? Et merito, quia sicut dicitur infra: Si oculus tuus nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.

Festuca. Trabs. *Prou. 20. d* *Prou. 17. c* *Gal. 6. a* *Num. 24. c* *Eccli. 31. b* *Inf. 11. c*

Secundo ostendit indiscretum esse in locutione, quia non loquitur rationabiliter, propter quod subditur: *Aut quo modo potes dicere fratri tuo*, exterius scilicet ipsum alloquendo. *Frater, sine eiciam festucam de oculo tuo*, in reprehendendo et corrigendo. *Ipse in oculo tuo trabem non vides?* peccatum grauissimum in te non attendendo, quasi dicat: Non potes hoc rationabiliter dicere. Potest enim tibi dici: Qui alium iudicas, teipsum non iudicas? Et illud: Medice, cura teipsum. Vnde talis monitio merito potius despicitur, quàm audiatur, secundum illud Gregorij: Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur, quia turpe est doctori dum culpa redarguit ipsum. Chrysostomus: Quare in alienis vides tam parua peccata, et in te tam magna transcurris? Ab immundo quid mundabitur? et a mendace quid verum dicetur? Et ideo in Psalmo: Peccatori autē dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas?

Rom. 2. d *Luc. 4. d* Cato in paraenesi. *Eccli. 34. a* *Psal. 49. c*

Tertio vero ostendit inordinatum in operatione, quia postponit illud ad quod tenetur principaliter, propter quod dicit: *Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo.* Hypocritam vocat talē iudicem temerarium, qui in iudicando alios, ostendit et prætendit zelum iustitiæ, et seipsum non iudicando habet vitium intus latens

Hypocrita.

Digitized by Google

Greg. lib. 8. Moral. cap. 24. latens superbiæ. Vnde Gregorius: Hypocrita ceteros reprehendit, vt in aliorum comparatione ipse sanctior videatur. Vel Hypocritam vocat, qui exteriora ponderat, interiora negligit, quæ sunt magis

Mat. 23. c ponderanda, secundum illud: Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ: quia mundatis quod deforis est calicis et paropsidis: intus autem pleni estis rapina et immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis, *et cetera*. Et ideo recte nunc dicit: *Ejice primum*, quia circa hoc principaliter insistendum, vt trabs, id est graue peccatum de interiori oculo eijciatur. Purificate corda, duplices animo. Quo-

Zac. 4. b niam sicut dicitur: Qui sibi nequam est, cui alij bo-

Eccli. 14. a nus erit? Debet enim charitas esse ordinata, vt pri-

1. Tim. 4. d mo intendat sibi, et post alij secundum illud: Attende tibi et doctrinæ: insta in illis, hoc enim faciens, et teipsum saluum facies, et eos qui te audiunt. Vnde subditur: *Et tunc perspicies*, id est perfecte aspicies, oculo iam mundato, *vt educas festucam de oculo fratris*

Iob 26. d *tui*. Obstricante manu eius, eductus est coluber tor-

Glos. interlin. in hoc cap. tuosus. Vnde glossa: Non est prius doctor idoneus alij mederi, qui nondum se sanauit. Vnde in omnibus talibus est ordo præcipue attendendus: stultus enim est et hypocrita, qui solicitius curat alie-

Cassianus in coll. na facta, quàm propria. Exemplum de collationibus patrũ est de eo qui posuit arenam in sacco, quem superponens humero, habens posterius arenæ multum, et anterius modicum: et interpretatus est illud multum, peccata esse propria, et illud modicum, peccata esse aliena: sic enim facit hypocrita.

Non est enim arbor bona, et cetera. Postquam retraxit a temeritate iudicandi, hic informat ad prudentiam discernendi, quod quidem facit hoc ordine. Primo enim proponit similitudinem metaphoricam: secundo elicit eruditionem explicitam: tertio vero ex hoc redarguit simulationem deceptoriam. Proponitur ergo metaphorica similitudo, cum dicitur:

Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos. Enim,

Arbor. non est hic causale, sed continuatiuum. Arborem vocat, non voluntatem, quæ est a Deo, sic enim est bona: sed voluntatem, quæ non est bona, cum facit malum: nec etiam est mala, cum facit bonum, quod addit: *Neque arbor mala faciens fructum bonum.* Conformis est enim voluntas operi, sicut arbor fructui. De fructu oris sui vnusquisque replebitur bo-

Prou. 12. c nis, et iuxta opera manuum suarum retribuetur ei:

Sup. 3. e quia sicut dicitur: Excidetur, et in ignem mittetur. Vnde spiritualiter arbores fructibus priuantur per gelicidium iniquitatis, secundum illud Iudæ in ca-

Iuda. 1. c nonica sua de malis: Arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ. Tunc autem fructibus replentur, cum appropinquant calori charitatis, secundum

Inf. 21. f illud: Videte ficulneam et omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. Vnde prudens considerator arbores discernit per fructum. Propterea adiungit: *Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur.* Et hoc est, quod dicitur:

Mat. 7. c Ex fructibus eorum cognoscetis eos: quia sicut dici-

Gal. 5. c. d tur: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, *et cetera*. Fructus autem Spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, *et cetera*. Vnde de viro iusto dicitur;

Psal. 1. a Erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tem-

Sap. 3. d pore suo. Nec mirum: quia bonorum laborum glo-

Rom. 6. d riosus est fructus, sed malorum nullus. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erube-

Eccli. 5. b scitis? Et ideo dicitur de auaro: Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Et quòd arbor discernatur per fructum, probatur per sensibile experimentum, cum subditur: *Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam.* Duos ponit fructus præcipue laudabiles, scilicet ficus et vuas. Vnde alibi introducitur ficus, et vitis per prosopopœiam loquentes. Ficus sic: Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructusq. suauissimos? Et vitis sic: Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum et homines? Duo etiam arbusta ponit pessima, scilicet rubum, et spinam, quæ gignit terra propter peccata humana, secundum illud: Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: spinas et tribulos germinabit tibi. Sed spiritualiter per ficum dulcem intelligitur dulcedo pietatis: per spinas homines intelliguntur iracundi, et schismatici, qui non possunt alijs compati. Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ non tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, et ligno lanceato. Per vuam intelligitur perspicua cognitio veritatis: et per rubum homines hæretici, a quibus detinentur superbi, secundum illud: Leuauit Abraam oculos suos, viditq. post tergum arietem post vepres hærentem cornibus. Ista duo hominum genera dissipant vineam Domini exercituum, scilicet schismatici et hæretici. Super humum populi mei spinæ et vepres ascendent. Expectauit vt faceret vuas, et fecit labruscas. Et post: Ascendent super eam vepres et spinæ.

Prosopœia. *Iudic. 9. b* *Gen. 3. d* *2. Reg. 23. a* *Gen. 22. c* *Isa. 32. c* *Isa. 5. a*

Secundo autem elicitur expressa eruditio, cum adiungitur: *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum*. Ad similitudinem scilicet arboris bonæ, bonum thesaurum vocat habitum interioris perfectionis, siue in affectu, quemadmodum ad quendam dicitur: Thesaurus desiderabilis, et oleum in habi-

Prou. 21. c taculo iusti, siue in intellectu, quemadmodum ad Apostolos dicitur: Omnis scriba doctus in regno

Mat. 13. g cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua et vetera. De vtroque bono thesauro bona proferuntur tam opera quàm etiam verba. Vnde: Quis sapiens et disciplinatur inter vos?

Iac. 3. e Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Et sicut bonus homo bonæ arbori comparatur: ita et malus, malæ. Vnde et addit: *Et malus homo de malo thesauro profert malum.* Malum thesaurum malam vocat voluntatem, et malam conscientiam. Micheas: Adhuc ignis in domo

Mich. 6. c impij, et thesauri iniquitatis. Et certe de malo corde procedunt mala opera, et immunda verba. Vnde:

Mar. 7. c De corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, *et cetera*. Omnia hæc mala ab intus procedũt, et commaculant hominem, et similiter mala verba, secundum illud Prouerbiorum: Testis fidelis non mentietur: profert autem

Prou. 14. a mendacium dolosus testis. Et rationem huius ipse reddit, cum subiungit: *Ex abundantia enim cordis os loquitur*, bonum scilicet verbum aut malum. De bono: Lingua gratiosa in bono homine abundat. Et

Eccli. 6. a alibi: Sapientiæ Dei astabit laus, et in ore fideli

Eccli. 15. b abundabit. Et de malo: Mens iusti meditabitur sa-

Prou. 15. d pientiam, os impiorum redundabit malis. Et in eodem: Os fatuorum ebullit stultitiam.

Ibidem.

Tertio vero redarguitur deceptoria simulatio, cum subiungitur: *Quid autem vocatis me Domine, Domine?* scilicet confessione oris. *Et non facitis quæ dico*, omissione boni operis. Ostensio enim reuerentiæ in ore fallax est, nisi adsit pariter exhibitio obedientiæ in opere. Vnde de talibus: Appropinquat populus iste ore suo, et labijs suis glorificat me, cor autem

Isa. 29. d eius longe est a me. Et Matthæus: Populus hic la-

Mat. 15. a bijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Et ad Titum: Confitentur se nosse Deum, factis au-

Tit. 1. d tem negant. Et ita est in eis repugnantia, quia verbum indicat bonitatem in corde, et factum ostendit malignitatem in opere: tales non decipiunt Dominum, sed fallunt semetipsos, secundum illud: Estote factores verbi, et non auditores tantum, fallentes

Iac. 1. d vosmetipsos.

Digitized by Google

Mat. 7. c voſmetipſos. Vnde Matthæus: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei, *et cetera*.

Omnis qui venit ad me. Poſtquam informauit ad prudentiam diſcernendi, hic inuitat ad diligentiam operandi, et hoc ſub duplici metaphora, in quarum prima commendat obedientes: in ſecunda vero vituperat negligentes, ibi: *Qui autem audit, et non facit*, et cetera. Circa commendationem obedientis, primo præmittit obedientis actum: ſecundo modum: tertio fructum. Quantum ad actum igitur vere obedientis, dicit:

Omnis qui venit ad me, ſcilicet fideliter credendo, *audit ſermones meos*, deuote intelligendo. *Et facit eos*, ſcilicet opere complendo: *Oſtendam vobis, cui ſimilis ſit*. Ex quo colligitur, quòd vere obedientis eſt, primo per fidem venire, credendo fideliter: de quo adIoan. 6. c uentu: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Sic veniunt paruuli ſecunMat. 19. b dum illud: Sinite paruulos venire ad me: deindeEccli. 3. d audire, intelligendo viuaciter. Auris bona audietIac. 1. c cum omni concupiſcentia ſapientiam. Et Iacobus: Sit omnis homo velox ad audiendum. Tertio vereDeut. 30. c obedientis eſt implere efficaciter. Vnde: Iuxta teC eſt ſermo valde in ore tuo, et in corde tuo, vt facias illum. Alioquin non iuſtificaberis apud Dominum,Rom. 2. b quia, vt dicitur ad Romanos: Factores legis iuſtificabuntur.

Quantum ad vere obediendi modum, adiungit documentum ſimilitudinarium de ædificante domum, cum ſubdit: *Similis eſt homini ædificanti domum,*Prou. 24. c per profectum virtutum: Diligenter exerce agrum tuum, et poſtea ædifices domum tuam. Hæc quidemSap. 9. c domus, eſt bona conſcientia: Intrans in domumProu. 14. a meam, conquieſcam cum illa. Sapiens mulier ædificat domum ſuam: inſipiens, extructam quoqueD manibus deſtruit. Qui fodit in altum, per deſcen-4. Reg. 3. c ſum humilitatis facit ſecundum præceptum Eliſei: Facite alueo torrentis huius foſſas, et foſſas: ſcilicet perhumilitatē in intellectu pariter et affectu. Sed huicInf. 16. a reſpondet ſuperbia illius mali villici: Fodere non valeo, mendicare erubeſco. Cuius rurſus contrarium Iſa. 2. b redditur: Ingredere in petram, et abſcondere in foſſa humo a facie timoris Domini. Ille enim altius fodit magis, qui per humilitatem deſcendit, et huius Inf. 18. c ædificium altius aſcendit: Qui ſe exaltat, humiliabitur: et qui ſe humiliat, exaltabitur. *Et poſuit fundamentum ſupra petram*, per ſtabilimentum charitatis,E Eph. 3. d ſecundum illud: In charitate radicati et fundati. Hæc charitas fundatur ſuper Chriſtum, qui eſt petIſa. 28. d tra ſolida, ſecundum illud: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum. Super hunc fundat charitas, dum facit implere eius Io. 14. c mandata, ſecundum illud: Qui habet mandata mea, et ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Et hic eſt in ChriEccli. 26. d ſto fundatus: Fundamenta æterna ſuper petram ſolidam, ſic mandata Dei in corde mulieris ſanctæ.Amb. to. 3. lib. 5. in 6. cap. Luca ſub finem. Ambroſius: Omnium virtutum fundamentum eſtF cæleſtium obedientia mandatorum. Hic eſt ergo modus vere obediendi diuinis præceptis, vt ſit ſedulitas in profectu virtutis, ſit profunditas in deſcenſu humilitatis, ſit firmitas in affectu charitatis.

Quantum ad veræ obedientiæ fructum, ſubiungit: *Inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi*, et cetera. Obſeruatio namque diuinorum mandatorum firmat contra impulſum tentationum, quam deſignat per inundationem, quantum ad tentationem exteriorem a dæmonibus, ſecundum illud:Iſa. 8. b Adducet ſuper eos aquas fluminis fortes et multas, regem Aſſyriorum, et omnem gloriam eius. Et aſcendet ſuper omnes riuos eius, et fluet ſuper vniuerſas ripas eius, et ibit per Iudam inundans, et

A tranſiens vſque ad collum veniet. Hic aperte deſignat diabolum. Quotiens lucerna impiorum extinIob 21. b guetur, et ſuperueniet eis inundatio? Deſignat etiam tentationem per illiſionem fluminis, cum addit: *Illiſum eſt flumen domui illi*, quantum ſcilicet ad tentationem interiorem, ſcilicet timoris, vel doloris, vel lætitiæ, vel amoris. Portæ fluuiorum apertæ Nahum. 2. ſunt. Quod quidem fit, quando ingrediuntur tentab tiones interius, vt poſſit clamare cum propheta: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ Pſal. 3. b vſque ad animam meam. Sed hæ tentationes non præualent contra diuinorum mandatorum obſeruaB tores, propterea ſubdit: *Et non potuit eam mouere*. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius: iuſtus Prou. 10. d autem quaſi fundamentum ſempiternum: In Pſalmo: Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moPſal. 16. b ueantur veſtigia mea. Huius autem ſtabilitatis ratio redditur, cum ſubditur: *Fundata enim erat ſupra firmam petram*. Hinc dicitur de iuſto: Figam illum paIſa. 22. f xillum in loco fideli. Hæc quidem fixio eſt per charitatem: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? TriRom. 8. f bulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? Veræ igitur obedientiæ fructus eſt victoria tentationis exterioris C et interioris per virtutem ſtabilis fundamenti. *Qui autem audit, et non facit*, et cetera. Hic poſt commendationem vere obedientis, ſubiungit vituperium negligentis, præmittens negligentis vitium, addens periculum, et negligentis præcipitium. Præmittit ergo negligentis vitium, cum ſubdit: *Qui autem audit, et non facit*, ſicut Balaam: Dixit auditor ſermonum Dei, qui nouit doctrinam Altiſſimi. Hic reprehenNum. 24. c ſibilis eſt, quod oſtendit per ſimile, cum ſubdit: *Similis eſt homini ædificanti domum ſuam ſupra terram ſine fundamento*. Terram vocat locum inconſtantem, et facile mobilem, ſecundum illud: Non ſic impij, non Pſal. 1. b D ſic, ſed tamquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ. Iſaias: Confractione confringetur terra, Iſa. 24. e contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, et auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis. Iob: Iob 4. b Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumuntur velut a tinea? Et hoc eſt, quia non ſunt in charitate radicati, ſed in terrena cupiditate. Adulterinæ plantaSap. 4. a tiones non dabunt radices altas.

Adiungit negligentis periculum in illiſione fluminum cum adiungit: *In quam illiſus eſt fluuius*, id E eſt, tentatio impellens, ex qua imminet periculum ruinæ. Dic ad eos qui liniunt parietem abſque temEzec. 13. b peramento, quòd caſurus ſit. Erit enim imber inundans, et dabo lapides prægrandes deſuper irruentes, et ventum procellæ diſſipantem. De talibus Iſaias: Flagellum inundans cum tranſierit: eritis ei in conIſa. 28. c culcationem. Quandocumque pertranſierit, tollet vos. Ii enim ſunt, de quibus dicitur: Hi radices non Inf. 8. b habent, quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt.

Subiungit poſtremo negligentis præcipitium, cum ait: *Et continuo cecidit, et facta eſt ruina domus illius magna*. Erit ruina equi, et muli, et cameli, et aſini, et F Zac. 14. c omnium iumentorum, id eſt, omnium hominum animalium et negligentium, et impiorum. Dicit Soph. 1. a Dominus: congregans hominem et pecus, congregans volatilia cæli et piſces maris: et ruinæ impiorum erunt: et diſperdam homines a facie terræ. Nec mirum quia: Via impiorum tenebroſa, neſciunt Prou. 4. c vbi corruant. Ex periculo igitur et vituperatione negligentium, et commendatione obedientium, ſufficienter innuitur diligentia agendorum, et in hoc documenta diuina habent terminum.

Digitized by Google

CAPVT SEPTIMVM.

CVM *autem implesset omnia verba sua*. Post quam prosecutus est doctrinæ Christi veritatem, hic ad ipsius commendationem manifestat doctoris sublimitatem, quam ostendit esse præcipuam propter tria: scilicet propter excellentiam potestatis: et propter euidentiam veritatis, ibi: *Et exijt hic sermo*. Et propter affluentiam pietatis, ibi: *Rogabat autem illum quidam de Pharisæis*. Excellentia ostenditur in operando magna miracula. Euidentia veritatis in approbando vera testimonia. Affluentia pietatis, in condonando peccata. Quantum ad primum, intelligendum quòd prima pars habet duas partes secundum duo miracula. Quorum primum est curatio pueri morituri: *Inf. eod. c* *Eod. c* secundum est resuscitatio adolescentis iam mortui, quæ ibi describitur: *Et factum est: deinceps ibat Iesus*, et cetera. In sanatione namque morituri, ostenditur Dominus vitæ, qui potest vitam pereuntem saluare. In suscitatione mortui, Dominus mortis, qui potest *Eod. c* mortem superare. Item in sanatione corporis morituri ostenditur Dominus corporum, qui potest corpus reparare. In suscitatione mortui, Dominus animarum, qui potest animas ad corpora reuocare. Quantum igitur ad sanationem pueri ægrotantis, tria introducit Euangelista ad explicationem miraculi facientia. Primum est opportunitas faciendi miraculum. Secundum est dignitas impetrandi remedium, ibi: *Inf. eod. a* *Cum audisset de Iesu, misit*, et cetera. Tertium est congruitas accelerandi beneficium, ibi: *Et cum iam non longe esset*, et cetera. Opportunitas igitur faciendi miraculum colligitur ex tribus, scilicet ex temporis commoditate, ex loci congruitate, et ex morbi necessitate. Primo igitur quantum ad commoditatem temporis dicitur: *Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis*, id est, post tempus prædicationis perfectæ et completæ, quæ proprie spectat ad illum doctorem, secundum illud Ecclesiasti- *Eccl. 43. d* ci: Multa dicemus, et deficiemus in verbis, consummatio sermonum ipse est in omnibus. Ipse scilicet *Isa. 10. e* abbreuiatus in carne, secundum illud Isaiæ: Con- *Isa. 28. f* summatio abbreuiata inundabit iustitiam. Et: Consummationem et abbreuiationem audiui a Domino Deo exercituum: hoc dicebat in præsentia populi *Sup. Luc. 4. d* audientis Christum. Ad quem Christus dixit: Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris, scilicet Iudæorum.

Secundo quantum ad cognitionem loci, subditur: *Intrauit Capharnaum*, vbi miracula facere consueuerat, secundum illud quod dicitur: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, *et cetera*, vnde Mat- *Ibidem.* *Mat. 11. c* thæus dicit: Et tu Capharnaum, numquid vsque in cælum exaltaberis? Quod dicit propter multas virtutes, quas ibi fecit. Ratio huius est, quia hæc ciuitas Galilææ erat in confinio gentiũ, et per hoc ostenditur Christus lapis angularis, secundum illud ad *Eph. 2. c* Ephesios: Vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem. Et in hoc impleta *Isa. 9. a* est prophetia Isaiæ: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, et terra Nephtalim, et nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ gentium, *et cetera*.

Tertio quantum ad morbi necessitatem adiungitur: *Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus*, ita grauem habebat morbum, secun- *Mat. 8. a* dum illud Matthæi: Puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur. Centurionem autem vocat eum, quia præerat centum militibus: quod faciebant ex industria in prælijs, vt scirent facilius numerum bellatorum. Vnde erant ibi Tribuni, Centuriones, Quinquagenarij, et Decani: qui denominantur a numero eorum, quibus præsunt. Tribunus autem dicitur qui præest mille. Et hoc ad exhortationem populi constituere consulebat Ietro Moysi in Exodo: Constitue ex eis tribunos, et centurio- *Exo. 18. c* nes, et quinquagenarios, et decanos, qui iudicent populum omni tempore. Hic Centurio, licet plures haberet seruos, hunc charum habebat inter alios, et ideo subdit: *Qui illi erat pretiosus*, id est affectuosius dilectus, secundum illud Ecclesiastici: Si est tibi *Eccl. 33. d* seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Quia secundum illud Prouerbiorum: Seruus sapiens dominabitur filijs stultis. Vnde seruus hic licet esset infirmus, *Prou. 17. a* non tamen erat suo Domino onerosus, sed charus propter Domini sui pietatem. Nouit iustus iumen- *Prou. 12. b* torum suorum animas. *Et cum audisset de Iesu*, et cetera. Post opportunitatem faciendi miraculum, subdit hic Euangelista dignitatem impetrandi remedium, quemadmodum colligit Euangelista ex tribus, scilicet ex Centurionis reuerentia in supplicando, ex seniorum confidentia in postulando, et ex Saluatoris clementia in condescendendo. Quæ tria in vnum concurrentia, dignum faciunt seruum ægrotum ad inueniendum remedium sanitatis. Quantum igitur ad Centurionis reuerentiam supplicantis præmittit:

Et cum audisset de Iesu, non solum aure corporis, sed et aure cordis, secundum illud ad Romanos: Fi- *Rom. 10. d* des ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Et quia fides facit cum reuerentia accedere, dum admirabilem Dei prædicat maiestatem, ideo subdit: *Misit ad eum seniores Iudæorum*, quasi ipse non esset dignus accedere, nec auderet, sicut filij Israel tempore dationis legis dixerunt ad Moysen: Loquere *Exo. 20. c* tu nobis, et audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Et hanc causam ipse red- *Inf. eod. a* dit infra, eodem: Propter quod et meipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te. Et ideo illos misit, non tamquam nuncios inferiores, sed tamquam digniores. Et ideo mittebat seniores, quia ipsi sunt pro ætate et sapientia reuerendi et audiendi. In *Iob 12. b* antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. Vnde per eos Dominum interpellabat: quod notatur cum subditur: *rogans eum vt veniret, et saluaret seruum eius*, secundum illud Ecclesiastici: In tua in- *Eccli. 38. a* firmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum, et ipse curabit te. Similiter et alium propter te, quia: Oratio fidei saluabit infirmum, et alleuiabit eum *Iac. 5. d* Dominus. Sed videtur huic contrariari Matthæus: *Mat. 8. a* qui dicit, quòd Centurio ipse accessit ad Dominum. Sed non est contrarietas, quia sicut dicit Beda, *Beda. to. 5.* Matthæus loquitur de accessu per fidem, Lucas nar- *in 7. cap.* rat ordinem rei gestæ. Augustinus etiam dicit quòd *Luca. lib. 3.* secundum communem modum dicitur accedere, *Aug. to. 4.* qui incipit ire. Dicitur etiam rogare qui per alium *lib. 2. de cõ-* facit. Vnde nulla est contrarietas, sed tunc esset, si *cord. Euãg.* diceret Matthæus, quòd corporaliter ad eum per- *cap. 20.* uenisset in propria persona, quod non dicit: sed quod dicit, stat cum dicto Lucæ, et vnus alterum explicat, et confirmat.

Quantum autem ad seniorum cõfidentiam intercedentium, subdit: *At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicite*, quia hoc faciebant ex amore et confidentia. Solicitudine non pigri, spiritu feruen- *Rom. 12. c* tes, Domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes. Et quia potissima ratio impetrandi est meritum eius, pro quo petitur, ideo additur: *Dicentes ei, quia dignus est vt hoc ei præstes*, et sic iam inuenisti quem quæris, secundum illud quod de Sapientia dicitur: Quoniam dignos se, ipsa circuit *Sap. 6. c* quærens, et in vijs ostendet se illis hilariter, et in omni prouidentia occurret illis. Et ad huius dignitatis comprobationem adiungit: *Diligit enim gentem nostram*, cum tamen sit alienigena. Et ideo tu, qui es de gente nostra, debes eum rediligere, secundum quòd

Digitized by Google

Prou. 8. b quod dicis de te: Ego diligentes me, diligo. Nec tantum diligit ore vel lingua, sed opere et veritate. Vnde addunt: *Et synagogam ipse ædificauit nobis*, quod quidem magnum beneficium fuit, et signum magni amoris. Vnde Gregorius de charitate dicit, quòd amor operatur magna si est: si autem operari renuit, amor non est. Et quoniam magnam præstet eleemosynam, dignus est vt magnam ei facias gratiam, vt cognoscat illud esse verum: Benefac iusto et inuenies retributionem magnam, et si non ab ipso, certe a Domino, quasi dicant: ostende te Dominum populi nostri, vt facias huic sicut obstetricibus quæ fecerunt misericordiã cum Hebræis, de quibus dicitur: Quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos.

Eccli. 12. a

Exo. 1. d

Quantum ad Saluatoris clementiam condescendentis, subditur: *Iesus autem ibat cum illis*, omnino satisfaciens petitioni eorum. Maluit autem Dominus petitioni eorum satisfacere, quàm petitioni reguli dicentis: Domine, descende priusquam moriatur filius meus, siue propter maiorem fidem et humilitatem Centurionis, cui Dominus magis condescendebat, secundum illud: Domine, oculi sui respiciunt fidem. Siue ad commendandam humilitatem, secundum quòd dicit Ambrosius: Ad filium reguli ire noluit, ne diuitias honorare videretur: ad seruum vero Centurionis vadit, ne seruilem conditionem spreuisse putaretur. Elucet quidem fides in operibus, dum sanat: sed plus operatur humilitas in affectibus, dum vadit. Vel hoc facit ad excludendam personarum acceptionem, secundum quòd dicitur: Pusillum et magnum ipse fecit, et æqualiter cura est illi de omnibus. Vnde in Actis: In veritate comperio, quia non est personarum acceptor Deus. Et ideo Iacobus: Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Quod fit, quando dies præfertur pauperi, sicut dicitur ibidem.

Ioan. 4. g

Hier. 5. a

Amb. to. 3. lib. 5. in ca. 7. Luca.

Sap. 6. b

Act. 19. f

Iac. 2. a

Et cum iam non longe esset, et cetera. Post opportunitatem faciendi miraculum, et dignitatem impetrandi remedium, subditur hic modo congruitas accelerandi beneficium: quæ quidem consistit penes meritum fidei excellentis: cuius excellentia triplex comprobatur. Prima scilicet ex humilitate confessionis deuotæ. Secunda ex auctoritate testificationis diuinæ, ibi: *Quo audito*, et cetera. Tertia ex celeritate curationis optatæ, ibi: *Et reuersi qui missi fuerant.* Quantum ad humilitatem deuotæ confessionis, nota quòd Centurio excellentiam diuinæ potestatis primo insinuat: secundo explicat verbo: tertio probat argumento. Insinuat autem, cum non audet eum suscipere: explicat verbo, cum dicit eum omnia posse, et probat argumento quòd omnia debent ei obtemperare, propter quod ait:

Et cum iam non longe esset a domo, prope enim erat domui corporali, sed propior domui mentali iuxta illud Psalmi: Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum. Diuersum dicitur de malis: Prope es tu ori eorum, longe a renibus eorum. Non talis erat iste, cuius signum erat præcipua humilitas quam ostendit, primo confitendo suam indignitatem, cum dicit: *Misit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine, noli vexari*, quasi diceret: Non sum talis quòd propter me debeas laborare et corporaliter fatigari, quia laboriosum erat illi illucire, secundum illud: Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Quod non dicebat, quia recusaret præsentiam Christi corporalem, sed propter suam indignitatem. Vnde et addit: *Non enim sum dignus, vt sub tectum meum intres*, quod dicit consideratione suæ immunditiæ et peccati, sicut et Petrus supra: Exi a me Domine: quia homo peccator sum. Dixit Areuna regi: Quid causæ est, vt veniat Dominus meus rex ad seruum suum? Et hæc indignitas non latebat eum per superbiam, sed nota erat ei per humilitatem præcipuam. Ideo adiungit: *Propter quod et meipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te*, signum est humilitatis, secundum illud: In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Hoc arbitrium erat in Apostolo per veram humilitatem, qui dicebat: Ego sum minimus Apostolorum qui non sum dignus vocari Apostolus. Ambrosius: Militari tumore depositio, reuerentiam sumit, ad fidem facilis, ad honorificentiam promptus. Et hoc quidem facit vera humilitas, secundum illud: Magna potentia Dei solius: et ab humilibus honoratur. Vnde iste non solum honorificabat Dominum confitendo scilicet suam indignitatem, sed et proferendo diuinæ virtutis sublimitatem, cum addit: *Sed dic verbo, et sanabitur puer meus*, quasi diceret: Non est apud te impossibile omne verbum: tu es enim illud verbum per quod omnia facta sunt. Tu es ille sermo qui sanas omnia. Qui potestate plenus es. Qui es viuus et efficax, *et cetera. Dic ergo verbo, et sanabitur puer meus.* Et quòd sufficiat, id ostendit a minori cum adiungit: *Nam et ego sum homo sub potestate constitutus*, et ita alijs me recognosco subiectum, secundum illud: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: sic tamen subditus, quòd et alijs præpositus, propterea dicit: *Habens sub me milites*, qui scilicet verbo meo obediunt. Vnde addit: *Et dico huic: vade, et vadit, et alij: veni, et venit.* Sine contradictione, secundum illud: Obedite Præpositis vestris, et subiacete eis. Et hoc dicit quantum ad maiora ministeria: et quantum ad minora, addit: *Et seruo meo*, scilicet dico: *Fac hoc, et facit.* Infra: Beatus ille seruus, quem, cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem, scilicet sicut præcepit. Ex quo colligit, cum ipse sub nulla sit potestate, et innumerabiles habeat subditos, quòd potest sanare solo verbo. In quo confitetur Iesum Dominum omnium. De quo: Omnia in omni necessitate obediunt ei.

Phil. 2. a

1. Cor. 15 b

Amb. to. 3. lib. 5. in ca. 7. Luca.

Eccli. 3. c

Ioan. 1. a

Sap. 16. b

Heb. 4. c

Rom. 13. a

Heb. 13. c

Inf. 12. f

Eccli. 42. d

Quantum autem ad auctoritatem diuinæ testificationis subditur: *Quo audito, Iesus miratus est*, id est, ad modum admirantis se habuit, non quia hoc esset sibi ante incognitum vel magnum, sed vt signo ostenderet, fidem gentilis hominis esse magnam, sicut illius mulieris gentilis: O mulier magna est fides tua. Et hoc manifestat verbo, cum addit: *Et conuersus, sequentibus se turbis dixit*, maxime discipulis, ad quos per benignitatem conuertebatur, vt doceret, secundum illud: Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius: Qui sectatur sapientem, sumet sapientiam. Et dixit: *Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.* Vbi maior deberet inueniri, quia ipsi habent eam quasi per hereditatem ab Abraam, de quo dicitur: Credidit Abraam Domino, et reputatum est illi ad iustitiam. Ipsi etiam habent per legem: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit: si autem illius litteris non creditis, quo modo verbis meis credetis? Sed quo modo potest illud intelligi, cum beata Virgo de Israel fuerit? cui dicitur supra: Beata quæ credidisti. Et etiam Apostoli. Sed hoc de Centurione dicitur, non quia maior est simpliciter, sed respectu habito ad personam. Vnde Chrysostomus: In modico sermone sapientiæ plus laudatur rusticus quàm in magno Philosophus. Et puer si dicat aliqua sapienter laudatur, vbi sapientior vel perfectior non auditur: sic et in proposito intelligendum est. Vel potest dici quòd intelligitur quantum ad reuerentiam quæ exterius exhibetur. Vel quòd in hoc intelligitur fides gentium.

Mat. 15. c

Deut. 33. a

Prou. 21. b

Gen. 15. b

Ioan. 5. g

Sup. 1. e

Quantum ad celeritatem optatæ curationis, subiungitur: *Et reuersi qui missi fuerant domum*, quasi spe de salute impetrata per verbum Christi, quod dixit. Et Matthæus exprimit, licet Lucas taceat: Sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora:

Mat. 8. b

Pf. 144. d

Hier. 12. a

Ioan. 4. a

Sup. 5. b

2. Reg. 24. d

Digitized by Google

hora: quod tacet Lucas, quia satis potest colligi ex
Beda to. 5. lib. 3. in ca. 7. Luca. præmissis, quia vt dicit Beda: Mos est beati Lucæ ab alijs plena exposita breuiare, vel etiam de industria præterire: quæ autem breuius dicta ab alijs, vel omissa, solicitius dilucidare. Et ideo tacet Verbum Domini quod alij dicunt. Et dicit nunciorum reuersionem, vt exprimat miraculi celeritatem, quod insinuat cum adiungit: *Inuenerunt seruum, qui languerat, sanum*. Ante ergo peruenit virtutis operatio, quàm nunciorum reuersio, vt sic verum
Ps. 147. a esse comprobetur, quod in Psalmo dicitur: Velociter currit sermo eius. Nec mirum, quia idem est apud eum dicere et facere, sicut Centurio fideliter
Rom. 10. b credidit et ore confessus est. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et ideo credendo et confitendo, quod subito solo verbo potest facere, hoc merito fidei impetrauit, vt sic
Mar. 11. c impleta ostendatur Dominica promissio. Quæcumque orates petitis, credite quia accipietis et euenient vobis. Et sic sufficienter expressit Euangelista mirabilem curationem serui.

Curatio gẽtium. Spiritualiter hic secundum allegoriam intelligitur curatio populi gentilis, quod colligitur ex persona ægrotante, et ex persona interueniente, et ex curationis ordine. Persona namque ægrotans erat seruilis conditionis, sic et populus gentilis ante aduentum Christi, quia seruiebat peccato, secundum
Ioan. 8. d illud: Omnis qui facit peccatum, seruus est pec-
1. Pet. 2. d cati. Et ratio huius dicitur: A quo quis superatus est, huius et seruus est. Et propter peccatum specialiter idololatriæ, propter quod erant serui
Gal. 4. b infimarum rerum. Cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. Et post: Quo modo conuertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo seruire vultis? Ad Galatas loquitur, qui fuerant gentiles. Ex persona interueniente: quia fuerunt Seniores Iudæorum, per quos intelli-
Isa. 3. c guntur Apostoli, secundum illud: Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, et principibus eius. Isti sunt Apostoli, quibus dicitur:
Mat. 19. d Sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, *et cetera*. Horum interuentione gentilis populus est curatus, secundum
Mat. vlt. c illud: Euntes docete omnes gentes. Et per hos conuersi sunt ad fidem Christi, per quem illuminati
Isa. 49. b et saluati sunt, secundum illud: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, et fœces Israel conuertendas, dedi te in lucem gentium. Ex curationis ordine, quia per fidei magnitudinem, quæ præfertur fidei magnitudini Israeliticæ. Cæ-
Rom. 11. d citas ex parte contingit in Israel donec plenitudo gentium intraret, vt sic omnis Israel saluus fieret.
Act. 15. b In Actibus: Elegit Deus per os meum, dicit Petrus, audire gentes verbum Euangelij, et credere. Et postea: Et nihil discreuit inter nos et illos, fide
Rom. 10. c purificans corda eorum. Non est distinctio Iudæi et Græci, *et cetera*. Sequitur: Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Tropologia Spiritualiter autem secundum Tropologiam designatur hic curatio viri peccatoris, ad quam tria concurrunt, scilicet hæc: primum est recognitio infirmitatis propriæ, quia primo requiritur vt homo cognoscat delictum. Ad quod hortatur: Vide
Hier. 2. e vias tuas in conualle, scito quid feceris. Alioquin non poteris iustificari, sicut ibidem subditur:
Ibid. g Ecce, ego iudicio contendam tecum, eo quòd dixeris: Non peccaui. Hoc attendens anima pœnitens,
Hier. 31. d dicit: Conuerte me, et conuertar, quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam: et postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, *et cetera*. Secundum est interuentio auctoritatis apostolicæ, quia dictum est Pe-
Mat. 16. c tro: Et tibi dabo claues regni cælorum, et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum et in cælis, et quodcumque solueris super terram erit solutum et in cælis. Et omnibus Apostolis dicitur: Quorum remiseritis peccata, remittuntur
Ioan. 20. e eis, *et cetera*. Ideo dicitur in Leuiticis: Orabit
Leu. 5. b pro eo sacerdos, et remittetur ei. Vnde ab Hebræos: Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus,
Heb. 5. a pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Tertium est condescensio potestatis diuinæ appropinquans ad domum ægroti per gratiæ infusionem: secundum illud cantici Zachariæ: Ad dandam scien-
Sup. 1. g tiam salutis, *et cetera*, per viscera misericordiæ Dei nostri. Domini autem gratia maxime appropinquat humilibus secundum illud: Deus superbis re-
Iac. 4. b sistit, humilibus autem dat gratiam. Excelsus enim Dominus, et humilia respicit, *et cetera*. Vnde in Psalmo: Iuxta est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde,
Ps. 33. d et humiles spiritu saluabit. Sicut dicitur infra de Zachæo pusillo: Festinans descende, quia hodie in
Inf. 19. a domo tua oportet me manere. Quoniam libenter humilibus condescendit. Augustinus: Altus est
Aug. to. 8. in Ps. 74. in prin. Deus, humilias te et venit ad te: exaltas te, et fugit a te. Et nota quòd se aliter humiliauit Zachæus, aliter Centurio. Zachæus suscipiendo, Centurio non audendo suscipere. Vtroque enim modo fit Domino reuerentia. Vnde bene facit, qui propter reuerentiam corpus Dominicum suscipit frequenter in sacramento. Et bene etiam facit, qui propter reuerentiam cessat, vtrique enim salus datur, sicut Centurionis seruo, et ipsi Zachæo. Sic intelligendum est in proposito.

Et factum est deinceps, et cet. Post miraculum de
Inf. eod. b curatione morituri, subditur hic miraculum de suscitatione mortui. In quo expressius fit demonstratio excellentiæ Saluatoris. Ad huius autem miraculi explicitam descriptionem tria introducuntur ab Euangelista. Primum est ratio mouens respectu miraculi faciendi: secundum est causa efficiens respectu miraculi in fieri, et hoc notatur, ibi: *Quam cum vidisset Dominus*, et cetera. Tertium est efficacia subsequens respectu miraculi iam perfecti, ibi: *Et resedit qui erat mortuus*. Ratio autem mouens Dominum ad mirabiliter resuscitandum mortuum, duplex ostenditur in littera: scilicet documentum ignorantium in intellectu, et solatium mœrentium in affectu. Et secundum hæc duo genera hominum introducuntur in prima parte, scilicet comitantium in via, vt dirigantur per eius doctrinam: et occurrentium in porta, vt consolentur per eius gratiam. Primo ergo quantum ad comitatum multitudinis eiudiendæ, dicitur: *Et factum est, deinceps ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim*: Ibat, scilicet ad docendum: secundum illud: Circuibat Iesus totam Galilæam, do-
Mat. 4. d cens in synagogis eorum, et quia volentes discere comitantur doctorem, ideo addit: *Et ibant cum eo discipuli eius, et turba copiosa*. Sciebant enim illud esse verum: Qui appropinquant pedibus eius, accipient
Deut. 33. a de doctrina illius. Et illud: Qui cum sapientibus
Prou. 13. a graditur, sapiens erit. Et idcirco dicitur: Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium: et in
Eccli. 8. b prouerbijs eorum conuersare: ab ipsis enim disces sapientiam et doctrinam intellectus. Et ideo turbæ comitantur Dominum et discipulos eius, secundum illud: Accedite ad eum, et illuminamini.
Psal. 33. a

Secundo quantum ad occursum multitudinis consolandæ subiungitur: *Cum autem appropinquaret porta ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri suæ*. De quo erat mœror et luctus, quia mortuus, secundum illud: Super mortuum plora, defecit enim lux eius. Maior etiam erat luctus,
Eccli. 22. b quia erat vnigenitus, de quo fit planctus tanto amarior, quanto erat charior. Luctum vnigeniti fac ti-
Hier. 6. g bi planctum amarum. Et Dauid lugens Ionathan mortuum: Sicut mater vnicum amat filium, ita ego
2. Reg. 1. d te dili-

Digitized by Google

te diligebam. Maximus autem erat luctus, quia mater erat omnino desolata, propter quod dicitur: *Et hæc vidua erat*. Et ita iam omnino desolata, carens tam solatio filij, quàm mariti. Quod allegat illa mulier Thecuitis ad misericordiam impetrandam: Heu mulier vidua ego sum. Et ideo plangebat Hieremias viduitatem Hierusalem: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, *et cetera*. Et propterea multi ei compatiebantur. Vnde addit: *Et turba ciuitatis multa cum illa*, scilicet ad condolendum et consolandum, quia hic erat mos Iudæorum, secundum illud: Multi ex Iudæis venerant ad Martham et Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo, ad quos omnes poterat hæc vidua dicere: O vos omnes qui transitis per viam, attendite, et videte, si est dolor sicut dolor meus. Et post parum: Posuit me desolatum, tota die mœrore confectum. Et ideo egebat consolatione.

Quam cum vidisset Dominus. Hic tangitur causa efficiens respectu miraculi in fieri, quæ quidem fuit duplex, scilicet affectus pietatis in corde, inclinans ad miserendum. Et virtus maiestatis in sermone, imperans ad resurgendum. Primum respicit naturam assumptam: secundum vero æternam. Quantum ad affectum pietatis in corde, dicitur: *Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam*, scilicet quantum ad cordis affectum, vt posset dicere illud: Flebam quondam super eo, qui afflictus erat. Et illud: Ab infantia mea creuit mecum miseratio. Et quia misericordia latens in affectu, apparet in affatu. *Dixit: Noli flere*, benigno sermone eam consolando, secundum illud: Cur viduæ consolatus sum. Et Hieremias: Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis. Et quia affectum cordis, et affatum oris comitari decens est effectum operis, ideo addit: *Et accessit, et tetigit loculum*, vt omnibus ostenderet suam benignitatem, qua non despicit mortuos, cum secundum legem tangens mortuum immundus esset, sicut dicitur: et vt portantes humiliter sistere faceret tangendo, non imperando. Vnde subditur: *Hi autem, qui portabant, steterunt*, scilicet miraculum expectantes, secundum quod ipsi Iob dicitur: Ausculta hæc Iob: sta, et considera mirabilia Dei.

Quantum autem ad imperium maiestatis in sermone, subditur: *Et ait: Adolescens, tibi dico, surge*. Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Vt sic verificetur illud: Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Quæ quidem est vox imperans, et potens mortuos suscitare ratione suæ virtutis, secundum illud: Dabit voci suæ vocem virtutis. Et recte, quia dicit Augustinus: Nemo tam facile dormientem excitat in lecto, quàm facile Christus reuocat in sepulchro. Dirigit autem hunc sermonem ad mortuum, non solum vt excitatiuum, sed vt auditus reparatiuum, vt ostendat verum esse illud: Principium, qui et loquor vobis. Principium scilicet interius operando, qui loquor exterius excitando. Vnde in Christo, quia caro iuncta est verbo æterno, vox exterior iuncta est illi dicere interiori, quod est principium omnis conditionis: sicut patet in operibus sex dierum. Est etiam principium omnis reparationis: Tuus, Domine, sermo qui sanat omnia.

Et resedit, qui erat mortuus. Hic tertio notatur efficacia subsequens, respectu miraculi iam perfecti. Quæ quidem duplex est, secundum duplicem finem, scilicet operis et intentionis. Prima efficacia est suscitatio mortui: secunda vero promotio fidei. Primo ergo determinatur suscitatio mortui vt nota plebi assistenti, cum dicit: *Et resedit qui erat mortuus, et cœpit loqui*. In quo apparet manifeste quòd viuebat: quia dupliciter vita dignoscitur, scilicet per spiritum, et motum. Non est dubium quin loqueretur verba diuinæ laudis, quod quidem non est mortuorum, sed viuentium secundum illud Psalmistæ: Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos, qui viuimus benedicimus Domino ex hoc nunc, et vsque in sæculum. Et nota, quòd suscitatio puellæ probatur manducatione, quia iussit dari illi manducare. Suscitatio Lazari ambulatione dicitur quòd Christus dixit: Soluite, et sinite abire. Suscitatio adolescentis locutione, vt hic. Et respicit manducatio actum vegetabilis. Ambulatio actum sensibilis. Locutio actum rationalis, vt hac triplici probatione Christus ostendatur Dominus animæ, secundum omnem sui potentiam, et virtutem. Nec tantum erat nota plebi assistenti, sed grata matri desideranti. Vnde subdit: *Et dedit illum matri suæ*. In quo ostendit se illum suscitasse ad matris consolationem. Vnde ipsa poterat dicere illud Annæ: Pro puero isto oraui, et dedit mihi Dominus petitionem meam, qua postulaui eum. Idcirco et ego commodaui eum Domino cunctis diebus. Et sequitur: Et adorauerunt ibi Dominum. Sic Elias tradidit puerum resuscitatum matri suæ, et ait illi: En viuit filius tuus. Sed ille tradidit, iste dedit: quia ille fuit minister suscitationis, iste vero dator vitæ et salutis.

Secundo vero designatur promotio fidei, quantum ad reuerentiam Creatoris, cum dicitur: *Accepit autem omnes timor: et magnificabant Deum*, timor scilicet reuerentiæ magnificantis. Timebunt eum viri, et non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes. Et: Timebunt qui ab Occidente nomen Domini: et qui ab Ortu solis, gloriam eius. Et sic timentes, corde glorificabunt, et magnificabunt. Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, superualebit adhuc, et admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis: maior est enim omni laude. Et subiungitur: Quis videbit eum et enarrabit? Et quis magnificabit eum, sicut est ab initio? Sed non sufficit promotio fidei ad reuerentiam Creatoris sine intelligentia Mediatoris. Et ideo quantum ad illam, adiungitur: *Dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis*, id est Christus mediator secundum illud: Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tamquam me ipsum audietis. *Et quia Deus visitauit plebem suam*, scilicet per Christum redemptorem, secundum illud Zachariæ: Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, et fecit redemptionem plebis suæ. Et hoc secundum illud Geneseos: Post mortem meam Deus visitabit vos, et ascendere vos faciet de terra ista ad terram, quam iurauit Abraam. Quod intelligitur de visitatione per mediatorem Christum. Et sic apparet ex prædictis, quo modo manifestatus est quantum ad excellentiam potestatis suæ.

Secundum spiritualem intelligentiam nota quòd triplex status in prosecutione huius miraculi designatur, scilicet status iustitiæ in comitatu Dominico: status iniustitiæ in adolescente mortuo: et status pœnitentiæ in eodem resuscitato. Status quidem iustitiæ designatur in Christo et comitatu suo. Nam triplex est status iustorum, scilicet contemplationis, prælationis, et actionis. Status prælatorum in Christo, de quo dicitur a Ioanne: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Vbi in se ostendit formam rectæ prælationis. Status contemplatiuorum in discipulis, qui admittuntur in montem in transfiguratione Domini, secundum illud:

Sensus spiritualis.

Mat.17.a Aſſumpſit Ieſus Petrum, et Iacobum, et Ioannem fratrem eius, et duxit illos in montē excelſum ſeorſum: et transfiguratus eſt ante eos. Et infra: Conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Hoc dicitur contemplatiuis. Status actiuorum deſignatur in turba, quæ verſatur in fluctibus mundi, infra: Martha, Martha ſolicita es, et turbaris erga plurima. Vnde: In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, ego vici mundum. De hoc triplici ſtatu iuſtitiæ dicitur in figura: Si fuerit in medio eius, Noe, Daniel, et Iob: Ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, ait Dominus, *et cetera*. Per Noe intelliguntur prælati. Per Danielem, cui data eſt intelligentia viſionum, contemplatiui. Per Iob actiui. Status vero culpæ deſignatur in adoleſcente mortuo, cuius triplex eſt gradus. Primus in interiori affectione: ſecundus in exteriori operatione: tertius vero in conſuetudine ſiue obſtinatione. Hi tres ſtatus per tres mortuos a Domino ſuſcitatos deſignantur, tum ratione locorum, tum ratione ætatum. Nam ſtatus peccantium in corde deſignatur per puellam mortuam in domo, de qua habetur apud Marcum. Status peccantium in opere, per adoleſcentem, qui ad portam ciuitatis inuentus eſt, quia iam proceſſit peccatum, de quo hic. Status peccantium per conſuetudinem et obſtinationem, per Lazarum, iam in virili ætate iacentem quatriduanum mortuum et fœtidum in ſepulchro. His tribus reſpondent tres mortui ſuſcitati in veteri teſtamento, ſcilicet, puerulus ab Eliſæo filius mulieris Sunamitis. Adoleſcens filius mulieris Sareptanæ ſuſcitatus ab Elia. Et vir ab Eliſæo mortuo. In quibus deſignantur tres prædicti ſtatus. Poſſunt etiam in ijs tribus tres radices peccatorum deſignari, quia vnus mortuus eſt ex languore ægritudinis, in quo concupiſcentia carnis. Alius ex feruore ſitis, in quo cupiditas mundi. Tertius inuiſibiliter, in quo ſuperbia vitæ. Status autem pœnitentiæ deſignatur in adoleſcente reſuſcitato, de quo dicitur, quòd *reſedit, et cœpit loqui, et redditus eſt matri*. Reſedit quidem per contritionem, quæ leuat caput a terra. Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris. Hieremias: Solus ſedebam, quoniam amaritudine repleuiſti me. Cœpit loqui per confeſſionem Iob: Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo: Noli me condemnare. Et item: Non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ. Redditus eſt matri Eccleſiæ per ſatisfactionem, quia ſatisfacere, eſt debitum reddere, non tantum Deo Patri, ſed etiam matri Eccleſiæ. In cuius figura dicitur: Tolle puerum iſtum, et duc eum ad matrem ſuam. Et ſicut mater libenter ſuſcipit filium ſuſcitatum, ſic Chriſtus et Eccleſia gaudenter peccatorem pœnitentem. Vnde infra: Epulari autem et gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, et reuixit.

Tres mortui ſuſcitati a Domino quid.

Pœnitentię ſtatus.

Inf.10.d *Inf.10.g* *Ioan.16.d* *Ezec.14.c* *Mar.5.d* *Ioan.11.f* *4.Reg.4.f* *3.Reg.17.d* *4.Reg.13.d* *Pſ.126.a* *Hier.15.d* *Iob 10.a* *Iob 7.b* *4.Reg.4.c* *Inf.15.g*

Et exijt hic ſermo. Poſtquam oſtenſa eſt ſufficienter excellentia poteſtatis in Chriſto, per magnitudinem duplicis miraculi, hic ſecundo oſtenditur euidentia veritatis in eodem per certitudinem veritatis teſtimonij, quod quidem fuit teſtimonium Præcurſoris. Ad huius autem teſtimonij certificationem dupliciter procedi poteſt et debet, aut per probationem veritatis ipſius in ſe, aut per approbationem virtutis in teſtificante. Primum reſpicit Præcurſoris doctrinam: ſecundum vero reſpicit Præcurſoris vitam, quorum vtrumque facit ad approbationem teſtimonij. Primo ergo in hac parte oſtenditur Præcurſoris teſtimonium eſſe verum: ſecundo vero teſtificantis meritum eſſe magnum, ibi: *Et cum diſceſſiſſent nuncij Ioannis*. Circa primum autem, ſcilicet veritatem teſtimonij, comprobandum duo introducuntur, primum eſt quæſtio Præcurſoris, ſecundum eſt reſponſio Saluatoris, ibi: *In ipſa autem hora curauit multos*. Quærit autem Ioannes id ex eo cui teſtimonium perhibuerat, non propter dubium amouendum, ſed propter teſtimonium approbandum per infallibile argumentum. Proponitur autem quæſtio ipſius hoc ordine: Primo enim introducitur quæſtionis occaſio: ſecundo quæſtionis demandatio: tertio vero quæſtionis demandatæ denunciatio. Introducitur ergo primo quærendi occaſio ex nominis Chriſti præconio. Quantum ad hoc dicitur:

Et exijt hic ſermo, ſcilicet de ſuſcitatione mortui. *In vniuerſam Iudæam de eo, et in omnem circa regionem*, ita vt poſſent omnes dicere illud: Auribus noſtris audiuimus famam eius. Et illud Ioſue: Audiuimus famam potentiæ eius, ſcilicet Dei veſtri. Vnde et Matthæus dicit, quòd abijt opinio eius in totam Syriam. Cuius figura præceſſit in Ozia rege: Egreſſum eſt nomen eius procul, eo quòd auxiliaretur ei Dominus, et corroboraſſet eum. Hoc autem famæ præconium, licet eſſet multis cauſa credendi, erat tamen aliquibus occaſio inuidendi, ſicut diſcipulis Ioannis, propter quos additur: *Et nunciauerunt Ioanni diſcipuli eius de omnibus his*. Beda: Non ſimplici corde, ſed inuidia ſtimulante, ſicut apud Ioannem, vbi querulantur, dicentes: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eum. De talibus ad Philippenſes: Quidam ex contentione Chriſtum annunciant non ſincere. Ex hoc ergo ſumpta eſt occaſio quærendi, vtrum ipſe eſſet, quem Ioannes prænunciauerat, tum propter diſcipulorum inuidiam extirpandam, tum propter contentionem conſopiendam, tum propter ipſorum dubitationem amouendam, tum propter ipſam veritatem iam clarius diuulgandam.

Subditur ſecundo quæſtionis demandatio ex Ioannis officio, cum dicitur: *Et conuocauit duos de diſcipulis Ioannes, et miſit ad Ieſum*. Hoc enim ſpectat ad officium Præcurſoris, miſſio diſcipulorum ad Chriſtum. Præcurſoris enim officium eſt mittere ad Chriſtum, verbo et opere potentem, tam ſcilicet prædicando quàm baptizando, ſecundum quod dicitur: Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populum dicens, in eum qui venturus eſſet poſt ipſum vt crederent. Vnde Gloſſa: Miſit eos ad Ieſum, vt hac occaſione ſigna videant, et correcti credant in eum. Et Ambroſius: Miſit diſcipulos ad Chriſtum, vt ſupplementum ſcientiæ aſſequantur, quia plenitudo legis eſt Chriſtus. Et quia plerumque nutant dicta ſine factis, et fides plenior geſtorum teſtificationibus quàm verborum ſponſionibus exhibetur: ideo mittebat eos ad Veritatem, vt ipſi certificarentur per veritatem, et certificati redderent teſtimonium veritati: et ideo duos miſit ſecundum illud Ioannis: In lege veſtra ſcriptum eſt: Quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. Quia tamen adhuc dubitabant, ideo formam quærendi eis dat, cum addit: *Dicens, Tu es qui venturus es*, id eſt, quem ego prædixi venturum? Poſt me venturus eſt qui ante me factus eſt, vt habetur in Ioanne et in ceteris alijs Euangelijs. *An alium expectamus?* quaſi diceret, ſi tu es ille, iam alius non eſt expectandus, ne forte ſi alium expectemus, ſuſcipiamus, non iam Chriſtum, ſed Antichriſtum. De quo dicit Dominus ad Iudæos incredulos: Ego veni in nomine Patris mei, et non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.

Subiungitur autem tertio demandatæ quæſtionis relatio diſcipulorum miniſterio, cum ſubditur: *Cum autem veniſſent ad eum viri*. Iſti duo viri deſignati

Ioan.3.c *Phil.1.c* *Act.19.a* *Gloſſa in hunc locū.* *Amb. to.3. lib.5. in 7. cap. Luca.* *Ioan.8.b* *Ioan.1.d* *Ioan.5.g* *Iob 28.d* *Ioſ.9.b* *Mat.4.d* *2.Par.26.c* *Beda.to.5. lib.3.in 7. cap. Luca.*

Digitized by Google

signati sunt per duos exploratores missos vltra Iordanem. Et dicuntur viri, quia viriliter et fideliter impleuerunt quod eis fuerat imperatum. Vnde subditur: *Dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te*, vt scilicet nos in persona sua quæreremus a te. Quod notat, cum subdit: *Dicens, Tu es qui venturus es: an alium expectamus?* Vnde nota quòd quæstio ista proponitur a discipulis in persona Ioannis, vt ostendatur quòd discipuli ferunt intra se animum dubium, sed per Ioannem dirigantur ad Christum. Vnde Ioannes non per se quæstionem proposuit, quia non in se, sed in discipulis dubitauit. Et hoc est, quod dicit Chrysostomus, qui a spiritu didicerat, qui vocem patris audierat, qui ceteris prædicauerat, qui testimonium perhibuerat, quo modo post multa miracula, per quæ alijs innotuerat, dubitabat? Numquid timidior propter incarcerationem factus fuerat? Absit, cum eum Dominus dicat non esse arundinem vento agitatam. Vnde non dubitauit, sed verba dubitantis proposuit ad certitudinem discipulorum, sicut Dominus: Vbi posuistis eum? Et: Vnde ememus panes? Gregorius tamen vult quòd dubitauerit, et quæsierit non de primo aduentu, de quo certus erat, sed de descensu ad inferos, quo Christum adhuc præcedere debebat. Ambrosius vero vult quòd dubitauerit, non ex infidelitate, aut tarditate, vt discipuli, sed quadam pietate, sicut dicitur in Glossa.

In ipsa autem hora, et cetera. Post propositam quæstionem subdit quæstionis solutionem ad discipulorum dubium remouendum, et Ioannis testimonium confirmandum. In qua Dominus perfectissime respondet scilicet quæstioni, et quærenti, et omni contradicenti. Primum quidem respondet quæstioni faciendo miracula, per quæ probatur ipsum esse Christum, siue Messiam, et ob hoc dicitur: *In ipsa autem hora*, scilicet aduentus discipulorum. Quæ quidem erat hora propalandæ veritatis, secundum illud: Hora est iam nos de somno surgere, *et cetera*. In hac ergo ad veritatem propalandam, *Curauit multos*, in cuius figura dicitur de Simone filio Oniæ: Curauit gentem suam et liberauit eam a perditione. Et quia virtus miraculorum non solum attenditur in multitudine curatorum, et ex parte personarum, sed etiam ex parte morborum. Ideo subditur quòd a multiplici ægritudine curauit, scilicet *a languoribus suis*, quo ad morbi prolixitatem. Languor prolixior grauat medicum: breuem languorem præcidit medicus. Vt sic impleretur illud: Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit. *Et plagis*, quantum ad morbi acerbitatem, secundum illud Hieremiæ: Plaga inimici percussi te castigatione crudeli. Ab his curauit Dominus, sicut in psalmo petitur: Amoue a me plagas tuas. *Et spiritibus malis*, quantum ad impetum alienæ violentiæ, qui fit per spiritum malum: Exagitabat Saul spiritus nequam a Domino. *Et cæcis multis donauit visum*. In quo notatur defectus intrinsecæ potentiæ: vt sic impleatur illud Isaiæ: De tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt. Et per hæc manifestat se esse illum, qui erat venturus: Vos misistis ad Ioannem, et testimonium perhibuit veritati. Et subditur: Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Et postea: Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.

Secundo respondet quærenti, denunciando prodigia discipulis visa et audita, propter quod dicit: *Et respondens dixit illis. Euntes renunciate Ioanni, quæ audistis et vidistis*, quia sicut dicitur: Opera Dei reuelare et confiteri, honorificum est. Mandat eis denunciare, quæ viderunt et audierunt: quia isti duo sensus plurimas nobis differentias ostendunt, vt in hoc ostendatur perfectior fides Ioannis, qui credidit solo auditui, quàm istorum qui viderunt et crediderunt secundum illud Ioannis de Thoma, cui dicitur: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt et crediderunt. Præcipit autem eis narrare prodigia, quæ quidem sunt præcipua miracula, propter impossibilitatem respectu virtutis creatæ, sicut est restitutio visus, rectificatio gressus, mundatio corporis totius, reparatio auditus, restitutio vitæ, et sublimatio inopiæ. Quantum ad restitutionem visus dicit: *Quia cæci vident*. Tunc aperientur oculi cæcorum, scilicet in aduentu Christi. A sæculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. Quantum ad rectificationem gressus dicitur: *Claudi ambulant*. In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem: et eam quam eieceram, colligam. Isaias: Tunc saliet sicut ceruus claudus, et aperta erit lingua mutorum. Quantum ad mundationem corporis totius dicitur: *Leprosi mundantur*, sicut infra leguntur decem leprosi esse mundati, et sicut dicit Iob: Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? Tu ergo qui hæc facis, es ille qui venturus es? Quantum ad apertionem auditus, subditur: *Surdi audiunt*. Aures surdorum patebunt, scilicet in aduentu Christi, secundum illud: Bene omnia fecit, et surdos fecit audire, et mutos loqui. Quantum ad reparationem vitæ, dicitur: *Mortui resurgunt*, secundum illud: Et scietis quia ego Dominus, cum aperuero sepulchra vestra, et eduxero vos de tumulis vestris, populeus: et dedero spiritum meum in vobis, et vixeritis, et hoc est in aduentu Christi. Quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei. Postremo quantum ad sublimationem inopiæ, subditur: *Pauperes euangelizantur*, id est, per Euangelium prædicantur et exaltantur, quod patet, quia sermo Domini incepit a commendatione pauperum. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, vt habetur supra. Et hoc erat certum signum aduentus Christi secundum illud: Pauperes hominis in sancto Israel exultabunt, quia dicitur Isaiæ: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu? Et Iacobus: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo? *et cetera*. Quia de ipso Christo dictum est in psalmo: Parcet pauperi et inopi, et animas pauperum saluas faciet. Et post: Et honorabile nomen eorum coram illo. Et illud erat magnum prodigium, quia honorabile fuerat, et amabile, et prædicabile nomen pauperum, quod non fuit nisi per Iesum: qui se fecit pauperem ad nos pauperes ditandos et honorandos. Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, vt illius inopia vos diuites essetis. Et nota quòd magis dicit, *pauperes euangelizantur*, quàm virgines vel obedientes: quia paupertas fundamentum est Euangelicæ perfectionis.

Sicut fundamentum ciuitatis Babylonis est auaritia, secundum illud: Radix enim omnium malorum est cupiditas: et initium omnis peccati est superbia, secundum quod dicitur: Sic paupertas spiritus, quæ includit oppositum vtriusque, scilicet paupertatem, et humilitatem est fundamentum perfectionis euangelicæ, est et consummatio eiusdem, secundum illud ad Corinthios: Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.

Et nota, quòd paupertas est euangelizanda et prædicabilis propter decem excellentissimas dignitates. Primo, propter intelligentiam infirmitatis propriæ,

Ioſ.2.a — *Chryſoſtomus homil. 27. in 11. ca. Matth. to.2.* — *Ioan.11.e* — *Mar.7.a* — *Greg.homi. 7. to.1.in Euang.* — *Amb.to.3. lib.5.in 7. cap.Luca.* — *Rom.13.c* — *Eccli.50.a* — *Eccli.10.b* — *Iſa.53.a* — *Hier.3.c* — *Pſal.38.b* — *1.Reg.16.c* — *Iſa.29.f* — *Ioan.5.f* — *Tob 12.b* — *Ioan.20.g* — *Iſa.35.b* — *Ioan.9.f* — *Mich.4.b* — *Iſa.35.b* — *Inf.17.d* — *Iob 14.a* — *Iſa.35.b* — *Mar.7.d* — *Ezech.37.d* — *Ioan.5.d* — *Mat.5.a* — *Sup.6.c* — *Iſa.29.f* — *Iſa.66.a* — *Iac.2.a* — *Pſal.71.c* — *1.Tim.6.b* — *Eccli.10.b* — *2.Cor.8.a* — *2.Cor.8.b*

Digitized by Google

Thr. 3. *a* propriæ. Ego vir videns paupertatem meam, *et*
Apoc. 3. *c* *cetera*. Contrarium dicitur de diuite. Dicis: Dives sum et locupletatus, et nullius egeo, et nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, *et cetera*. Secundo propter excellentiam
2.*Cor.*8. *a* virtutis gratuitæ: Altissima paupertas, *et cetera*,
*Gen.*41. *g* vt superius. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Tertio propter affluentiam iocun-
*Isa.*29.*f* ditatis internæ: Pauperes homines in sancto Israel
*Psal*68. *d* exultabunt. In Psalmo: Videant pauperes, et lætentur: quærite Deum, et viuet anima vestra. Quarto propter copiam abundantis sufficientiæ.
Tob. 5. *d* Sufficiebat nobis paupertas vestra, *et cetera*. Et
*Prou.*12. *b* item in Prouerbijs: Melior est pauper et sufficiens sibi, quàm glorioſus et indigens pane. Con-
*Eccli.*14.*b* trarium dicitur in Ecclesiastico: Insatiabilis oculus cupidi. Quinto propter custodiam protectionis
*Prou.*12. *b* supernæ: Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam eius: et configet eos,
Iob 5. *f* qui confixerunt eum. Iob: Saluum faciet egenum a gladio oris eorum, et de manu violenti
Psal. 9. *b* pauperem. In Psalmo: Factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Sexto propter complacentiam acce-
Isa. 66. *a* ptationis diuinæ: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum et contritum spiritu? *et cetera*. In Psalmo:
Psal. 10. *b* Oculi eius in pauperem respiciunt. Et in Eccle-
*Eccli.*11.*b* siastico: Est homo marcidus, egens recuperatione. Et subditur: Et abundans paupertate, et oculus Dei respexit illum in bono, et erexit eum ab humilitate ipsius. Septimo propter condescen-
Psal. 33. *b* dentiam pietatis supernæ, id est, paternæ. Iste pauper clamauit, et Dominus exaudiuit eum. Et
*Psal.*11. *b* iterum: Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam. Rursus: Parcet pauperi et inopi. Octauo propter eminentiam auctori-
Iob 36. *a* tatis iudiciariæ: Iob: Non saluat impios, et iu-
*Mat.*19.*d* dicium pauperibus tribuit. Matthæus: Vos, qui secuti estis me in regeneratione, *et cetera*. Sequitur: Sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Nono propter
*Isa.*48. *b* euidentiam perfectionis probatæ: Elegi te in
Apoc. 2. *b* mino paupertatis. In Apocalypsi: Scio tribulationem tuam et paupertatem tuam, sed diues es: et blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse, et non sunt, sed sunt synagoga Satanæ. Decimo et vltimo propter excellentiam regalis præsiden-
Iac. 2. *a* tiæ: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, et hæredes regni, quod repromisit
*Mat.*5. *a* Deus diligentibus se? Matthæus: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Si igitur despectissimum est genus pauperum, et excellentissimum genus diuitum: excellentissimum miraculum est, quòd pauperes, vt reges, euangelizantur.

Tertio respondet omni contradicenti, comprimendo iudicia temeraria, quæ præcipitant homines in diuersa scandala. Ideo dicit: *Et Beatus est, quicumque non fuerit scandalizatus in me*, id est, qui non iudicauerit me hominem purum, et non Deum, in consideratione infirmitatis assumptæ, quod quidem erat valde difficile, immo impossi-
1.*Cor.*5. *d* bile non credenti. Vnde: Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Sed quidam scandalizati sunt propter infirmitatem, sicut discipuli: Om-
*Mat.*26.*e* nes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Quidam autem ex malignitate, sicut Scribæ et
*Mat.*15.*b* Pharisæi secundum illud: Scis quia Pharisæi, audito verbo hoc, scandalizati sunt? Vnde generale documentum est hoc omnibus volentibus nosse Christum, vt videant, ne propter infirma quæ passus est, incurrant scandalum. Secundum illud
Isaiæ: Dominum exercituum ipsum sanctificate, *Isa.*8. *c*
et cetera. Et subiungitur: Et erit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, et petram scandali duabus domibus Israel, et in laqueum et in ruinam habitantibus Hierusalem. Et ideo talem vocat recte beatum, qui vitat periculum erroris, et peruenit ad lucem veritatis, sicut Petrus, cui dicitur: Beatus es Simon Bar iona, quia caro et san- *Mat.* 16.*c*
guis non reuelauit tibi, *et cetera*.

Spiritualiter hic nota, quòd ex curatione morborum præsentialiter exhibita intelligitur perfecta curatio ab originali. Sed ex curatione morborum denunciata Ioanni, perfecta curatio ab actuali.

Quantum ad curationem ab originali nota quòd ad hoc quòd perfecte curetur, oportet quòd fiat curatio et sanatio a quattuor, quæ fuerunt propter originale peccatum inflicta, scilicet a concupiscentia, impotentia, malitia, et ignorantia. Et hæc quattuor designantur per curationem quattuor generum ægritudinum. Nam concupiscentia intelligitur per languorem propter adhærentiam vniuersalem, secundum illud: Omne caput languidum, *Isa.*1. *b*
et omne cor mœrens. Impotentia, per plagam: Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Per spiritum malignum intelligitur nequi- *Hier.*10.*c*
tia: Exagitabat Saul spiritus nequam. Per cæcitatem ignorantia: Palpauimus sicut cæci parietem, *2.Reg.* 16. *c*
et quasi absque oculis attrectauimus: impegimus *Isa.*59. *b*
meridie quasi in tenebris. Et alibi: Speculatores *Isa.* 56. *d*
eius cæci omnes. In curatione ergo huius quadruplicis ægritudinis intelligitur perfecta curatio originalis.

Quantum ad curationem perfectam ab actuali, nota quòd in consummatione impietatis in actuali peccato, quinque sunt gradus. Primus est deuiatio in eligendo, et hoc per cæcitatem designantur: *Thr.* 4. *c*
Errauerunt cæci in plateis: quia error et tenebræ peccatoribus concreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. Secundus est de- *Eccli.*11.*b*
ordinatio in prosequendo, quæ intelligitur per claudos. Filij alieni inueterati sunt, et claudicauerunt *Psal.*17. *d*
a semitis suis. Vnde: Vsquequo claudicatis in *3.Reg.* 18. *d*
duas partes, *et cetera*. Tertius, contagium in conuersando, quod intelligitur per lepram: Obser- *Deut.*24.*b*
ua diligenter, ne incurras plagam lepræ: sed facies quæcumque docuerint te sacerdotes. Eze- *Ezec.*36.*e*
chiel: Mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Quartus est obduratio in perdurando, quæ per surditatem intelligitur, secundum illud: Si- *Psal.*57. *a*
cut aspidis surdæ, et obturantis aures suas. Quin- *Prou.*18.*a*
tus est desperatio in contemnendo, quia impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Quæ intelligitur per mortem: Percussimus *Isa.*28. *d*
fœdus cum morte. Et hoc est peccatum ad mortem, de quo dicitur in Ioanne: Ab omnibus curat *Ioan.* 5. *a*
virtus Christi per gratiam suam, quæ designata fuit in piscina. De qua Ioannes dicit, quòd *Ioan.*5. *a*
Angelus Domini descendebat secundum tempus in piscinam, et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. Et hæc est virtus, quæ de illo exibat, et sanabat omnes: id *Sup* 6.*c*
quod dicitur supra.

Et cum discessissent, et cetera. Supra comprobauit testimonium Ioannis per euidentiam veritatis in se: hic secundo comprobat per euidentiam virtutis in Ioanne testificante. Et habet hæc pars *Inf.eod.s*
duas partes. In quarum prima multipliciter extollitur prærogatiua virtutis in Ioanne. In secunda vero redarguitur perfidia incredulitatis in plebe, ibi: *Cui ergo similes dicam homines*, et cetera. Prærogatiua autem virtutis ostenditur fuisse quadruplex in Ianne. Primo scilicet, quantum ad

meritum

Diuisio.

Sensus spiritualis.

Quattuor mala infixa sunt homini per peccatum originale.

In consummatione impietatis sũt gradus.

Digitized by Google

Ibid. d meritum vitæ : secundo, quantum ad officium doctrinæ, ibi : *Sed quid exiſtis videre ? prophetam?* et cetera. Tertio quantum ad donum gratiæ, *Ibid. d* ibi : *Dico enim vobis, maior inter natos mulierum*, et *Ibid.* cetera. Quarto, quantum ad præconium famæ, ibi : *Et omnis populus audiens*, et cetera. Quantum ad primum, notandum quòd meritum vitæ dupliciter commendatur in Ioanne. Primo, quantum ad conſtantiam reſpectu difficilium : ſecundo vero quantum ad abſtinentiam, reſpectu delectabilium. Introducitur ergo primo, commendatio conſtantiæ Ioannis in abſentia diſcipulorum, propter quod dicit : *Et cum diſceſſiſſent nuncij Ioannis*. Solutione quæſtionis obtenta, reuertentes tamquam boni nuncij ad eum a quo miſſi fuerant. De quibus Iob : Numquid mittes fulgura, et ibunt, et reuertentia dicent tibi : Adſumus ? In horum abſentia laudari debebat Ioannes, vt oſtendatur laus eſſe vera, non adulatoria, ideo dicitur : *Cœpit de Ioanne dicere ad turbas*. Cœpit vtique ipſum turbis laudare, ne videretur Ioannes ex dubitatione, diſcipulos ad Chriſtum tranſmiſiſſe. Ideo incipit eum de conſtantia commendare dicens : *Quid exiſtis in deſerto videre ? arundinem vento agitatam?* quaſi dicat : Non eſt Ioannes ſimilis arundini, vt quolibet impulſu trepidet et concutiatur : ſed fortis et fixus in fide, et in omni bonitate. Iuxta quod Iacobus : Poſtulet autem in fide nihil hæſitans : qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento mouetur, et circumfertur. Sequitur : Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Talis vero eſt arundo, non talis erat Ioannes, cum eſſet ſanctiſſimus, de quo : Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut Sol : nam ſtultus ſicut Luna mutatur. Tales ſunt omnes Sancti, ſecundum illud : Non ſimus paruuli, fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, *et cetera*. Ideo rogabat Paulus : Rogamus vos fratres per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, *et cetera*. Subditur : Vt non cito moueamini a veſtro ſenſu. Hanc autem conſtantiam qui vult adipiſci, debet relinquere mundum, et exire ad Ioannem in deſertum, ſecundum quòd dicitur : Exclamauit Matathias voce magna in ciuitate, dicens : Omnis qui habet zelum legis, ſtatuens teſtamentum, exeat poſt me : et ſequitur, quòd multi exierunt in deſertum.

Iob 28. a *Ioānis conſtantia.* *Eccli. 27. b* *Eph. 4. c* *2. Theſ. 2. a* *1. Mach. 2. c*

Secundo vero ſubditur commendatio abſtinentiæ Ioannis, reſpectu delectabilium, propter quod dicit : *Sed quid exiſtis videre ?* id eſt conſiderare, *Hominem mollibus veſtimentis indutum ?* quaſi dicat : Non. Ioannes enim Sanctiſſimus ab omni mollicie carnalitatis erat alienus : et ſicut dicitur, Ioannes autem habebat veſtimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos ſuos : eſca autem eius erant locuſtæ. Hic vere erat de numero virorum Euangelicorum, in quorum perſona dicitur : Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti ſimus. Quibus tegamur dicit, non quibus ornemur. Bernardus ad Eugenium : Apoſtoli fortes fuerunt in bello, non molles in ſerico, quod ſi filius es Apoſtolorum et Prophetarum, et tu fac ſimiliter. Sed qui hoc vult facere, oportet vt deſerat mundum, et cum Ioanne exeat in deſertum. Vnde additur : *Ecce qui in pretioſa veſte ſunt et delicijs, in domibus regum ſunt*, quaſi dicat, veſtis pretioſa et vita delicioſa ſunt hominum mundanorum, non virorum ſpiritualium et Chriſtianorum. Vnde dicitur de mulieribus, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus. Super quo Gregorius : Nemo putet in cultu pretioſarum veſtium deeſſe peccatum : Penſate quæ culpa ſit, hoc etiam viros appetere, a quo curauit paſtor Eccleſiæ etiam feminas prohibere. Huiuſmodi namque veſtimenta pretioſa ſunt carnalia, et delicioſa. In delicijs autem periclitatur ſpiritualis vita. Vnde : Vidua quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt. Vſque quo delicijs diſſolueris filia vaga ? Huiuſmodi enim veſtes pretioſæ, et delicioſæ conſueuerunt eſſe vanæ gloriæ occaſio. Et ideo addit : *In domibus regum ſunt*. De quo in Eccleſiaſtico : In veſtitu ne glorieris vmquam, nec in die honoris tui extollaris, *et cetera*.

Contra veſtium molliciem. *Mat. 3. a* *Tim. 6. b* *1. Pet. 3. a* *Greg. hom. 6. circa medium in Euang.* *A* *B* *C* *D* *E* *F* *1. Tim. 5. a* *Hier. 31. d* *Eccl. 11. a* *Amos 3. b* *Amb. to. 3. lib. 5. in 7. cap. Luca.* *Inf. 10. d* *Ioan. 1. c* *Mal. 3. a* *Mal. 2. b* *Pſal. 79. b* *Iſa. 64. a* *Iſa. 40. a* *Supra 3. b* *Ioan. 1. c* *Iſa. 35. c*

Sed quid exiſtis videre ? Poſtquam commendauit Saluator Ioannem quantum ad meritum vitæ, hic commendat quantum ad officium doctrinæ, et recto ordine : quia prior debet eſſe vita bona, quàm doctrina authentica. Commendatur autem officium doctrinæ in Ioanne dupliciter, ſcilicet quantum ad limpiditatem in cognoſcendo, et quantum ad auctoritatem in docendo, quæ duo perfectum reddunt doctoris officium. Primo quantum ad limpiditatem in cognoſcendo diuinum myſterium dicitur : *Sed quid exiſtis videre ? prophetam* ? cui ſcilicet Dominus reuelet futura, ſecundum illud : Non faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ad ſeruos ſuos prophetas. Huic autem non ſolum futura prædixit, ſed etiam ſe præſentialiter oſtendit. Ideo addit : *Vtique dico vobis, et pluſquam prophetam*. De quo Ambroſius : Quia multi cupierunt videre, quem iſte prophetauit, quem iſte conſpexit, quem iſte baptizauit : ideo oſtendendo Chriſtum digito, et videndo oculis, alijs prophetis fuit excellentior et beatior, ſecundum illud : Beati oculi qui vident quæ vos videtis : Dico enim vobis, quod multi prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt. Et ideo quia excellentius fuit eius officium, quàm prophetarum : ideo ipſe Baptiſta, Phariſæis quærentibus, Propheta es tu ? reſpondit : Non ſum, ſed vox clamantis in deſerto. Nec eſt aliqua contradictio, ſed conſonantia, quia propheta prædicit futura et abſentia, ſed vox patefacit præſentia.

Officiū doctrinæ in Ioanne. *Ioānes, Angelus.* *Ioan. 1. c* *Supra 3. b* *Sup. 1. b*

Secundo quantum ad auctoritatem in docendo per diuinum mandatum, dicitur : Hic eſt de quo ſcriptum eſt. Vbi loquitur pater ad filium : Ecce mitto Angelum meū, ideſt nuncium authenticum, Ioannem, qui Angelus dicitur non ſimplicitate naturæ, ſed auctoritate doctrinæ, ſecundum illud : Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, et legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Ideo autem Ioannes dicitur nuncius ad modum angeli, quia ſicut angeli vident faciem Patris in deitate, ſic ipſe vidit faciem Chriſti, et monſtrauit in carne. Propter quod addit : *Ante faciem tuam*, id eſt, apparitionem in carne, de qua : Oſtende nobis faciem tuam, et ſalui erimus. Et hanc faciem deſiderabat Iſaias in perſona patrum : Vtinam dirumperes cælos, et deſcenderes : a facie tua montes defluerent. Et quia non erant parati ad iſtam faciem recipiendam, niſi præmunirentur, ideo dicitur : *Qui præparabit viam ſuam ante te*, ſcilicet naſcendo, conuerſando, baptizando, prædicando. Omnibus enim modis manu ducebat ad Chriſtum, ſicut vox ad verbum. Ideo recte de ipſo dictum eſt in Iſaia, et ſupra reſumptum eſt : et etiam in Ioanne : Ego vox clamantis in deſerto : Parate viam Domini. Vt impleatur illud : Erit vobis directa via, ita vt ſtulti non errent per eam.

Dico enim vobis, maior, et cetera. Hic tertio commendat Chriſtus ſuum Præcurſorem, quantum ad donum gratiæ diuinæ, quia fuit magnus coram Domino, ſecundum quod dicitur : Et quoniam donum gratiæ in Ioanne prærogatiuam habuit in gradu, et menſuram ſanctitatis in ſtatu : ideo hic duo inſinuat, cum donum gratiæ commendat in Ioanne. Primo enim commendat Ioannem, quantum ad prærogatiuam doni gratuiti, reſpectu hominis puri, cum

Digitized by Google

ri, cum dicit: *Dico enim vobis, maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt.* Cum ergo non ſit inter homines in gradu gratiæ infimo vel medio, neceſſe eſt quòd ſit in ſupremo. Vnde non ſolum ex hoc dicitur quòd ſit magnus, ſed etiam ita magnus, quòd poſſit de eo dici
Eccli.46.a illud quod dicitur de Ioſue: Qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum, maximus in ſalutem electorum Dei. Quia enim magnam habuit gratiam,
Baptiſta inter natos mulierum maximus. ideo Ioannes vocatus eſt. Magnus enim fuit per vitæ meritum, maior per doctrinæ magiſterium, maximus per gratiæ priuilegium. Non autem dicitur maior omnibus, vt omnibus præferatur, ſed quòd alius non fuerit maior eo. Nec dicitur de omnibus vniuerſaliter præteritis et futuris, ſed tunc præteritis. Non dicitur etiam reſpectu vtriuſque ſexus, ſed tantum virilis. Vnde non includitur Virgo Maria, quæ exaltata eſt ſuper choros Angelorum, nullam puram creaturam habens ſuperiorem, nec etiam æqualem, ſecundum illud:
Cant.6.c Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ.

Secundo vero inſinuat doni illius menſuram reſpectu hominis Chriſti, vnde dicit: *Qui autem*
Greg. hom. 22. in Eu. poſt med. *minor eſt in regno Dei, maior eſt illo.* Regnum Dei hic vocat Eccleſiam, ſecundum quòd exponit Gregorius illud Matthæi: Mittet filius hominis Angelos
Mat.13.f ſuos, et colligent de regno eius omnia ſcandala. Minor in hoc regno dicitur humilior, hic autem
Pſal. 8.a eſt Chriſtus de quo in Pſalmo: Minuiſti eum pau-
Phil.2. b lominus ab Angelis, *et cetera*. Quia enim dicitur: Humiliauit ſemetipſum, factus eſt obediens vſque ad mortem. Sequitur: Exaltauit illum, et donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Et
Iſa.60. d ſic verificatum eſt illud: Minimus erit in mille, et paruulus in gentem fortiſſimam. Et hæc eſt lex
Mat.18.a diuina quam ipſe tulit: Quicumque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum. Sic itaque, immo plus per omnem
Inf. 22. c modum humiliauit ſe Chriſtus. Infra: Quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Vnde Gregorius: Humilia te quantumcumque potes, adhuc Chriſtus erat humilior. Poſſet tamen exponi de bonis Angelis, quòd minor bonorum angelorum maior eſſet Ioanne, pro ſtatu illo: eſt enim ignis charitatis in Sion,
Iſa.31. d et caminus in Hieruſalem.

Et omnis populus audiens, et cetera. Hic quarto, vt nihil deſit commendationi Ioannis, commendatur a Domino quantum ad præconium famæ. Et quoniam fama bonorum ſalutifera eſt electis, et
2.Cor.2. d pernicioſa reprobis, ſecundum illud: Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalui fiunt, et in ijs qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor vitæ in vitam. Ideo commendat dupliciter præconium famæ in Ioanne. Primo oſtendendo ipſum ſalutiferum credentibus: ſecundo mortiferum deſpicientibus. Primis enim videbatur Ioannes laudabilis: ſecundis vero contemptibilis. Primi erant humiles: ſecundi, ſuperbi. Primo ergo introducit commendationem Ioannis ab humilibus aſſentientibus, cum dicit: *Et omnis populus audiens*, Ioannem ſcilicet prædicantem. *Et publicani iuſtificauerunt Deum*, id eſt iuſtum eſſe dixerunt, ſeipſos oſtendendo in-
Pſal. 50. a iuſtos, peccata confitendo, ſecundum illud: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, et vincas cum iudicaris. Peccator enim, dum confitetur peccata, Dominum dicit iuſtum, et ſeipſum iuſtificat.
Iſa.43. d Narra, ſi quid habes, vt iuſtificeris. Alia tranſla-
Editio lxx. tio habet: Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Et hoc modo fecerunt publicani et peccatores audientes Ioannem, ſecundum illud:
Mat.3.b Exibat ad eum Ieroſolyma et omnis Iudæa, et omnis regio circa Iordanem: et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua. Hæc enim duo requiruntur ad iuſtificationem peccatorum, ſcilicet pœnitentia et baptiſmus. Et ideo ſubdit: *Baptizati baptiſmo Ioannis*. Venerunt autem et publicani, vt baptizarentur, et dixerunt ad illum: Magiſter, quid *Sup. 3.c*
faciemus? Vnde ſigno et verbo approbant Ioannem tamquam Dei Angelum: et glorioſum habebant nomen eius. Vnde cum Dominus quæreret a Phariſæis, Baptiſmus Ioannis vnde erat: e cælo, an ex *Mat.21.c*
hominibus? At illi cogitabant inter ſe dicentes: Si dixerimus, e cælo, dicet nobis: Quare non credidiſtis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam: omnes enim habent Ioannem ſicut prophetam. Vnde ibidem ſubditur: Publicani et meretrices præcedent vos in regnum cælorum.

Secundo ſubditur contemptus Ioannis a Phariſæis ſuperbientibus, cum dicit: *Phariſæi autem*, in quibus faſtus ſanctitatis. *Et legis periti*, in quibus arrogantia notitiæ veritatis, *conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo*, quia ſecundum illud: Qui vos ſpernit, me ſpernit. Vnde qui ſpre- *Mat.10.d*
uerunt Ioannem Dei nuncium, ſpreuerunt diui- *Inf.10. c*
num conſilium. Tales fuerunt Phariſæi, vt poſſet eis Sapientia Dei improperare: Deſpexiſtis omne conſilium meum. Et verificatum ſit in eis illud:
Filios enutriui, et exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt *Iſa.1. a*
me. Et ideo conſuluit Apoſtolus: Spiritum nolite *1.Theſ.vlti. d*
extinguere, *et cetera*. In hoc autem diuinum conſilium ſpreuerunt: quia baptiſmum ſemper recuſauerunt, per quod diuina ſapientia conſuluit humanæ ſaluti. Cuius figura præceſſit in arca Noe *Gen.6.c*
in diluuio fabricata. Ideo dicitur a Petro: Quod *1.Pet. 3.d*
et vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma. Et nota quòd Phariſæi ſpreuerunt conſilium Dei in ſemetipſos, propter ſex rationes. Primo, quia prætulerunt ſtatuta humana diuinis: Quare et vos *Mat.15.a*
tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? *et cetera*. Secundo, quia prætulerunt iuſtitiam legis iuſtitiæ fidei: Ignorantes iuſtitiam *Rom.10.a*
Dei, et ſuam quærentes ſtatuere, *et cetera*. Tertio, quia prætulerunt apparentiam veritati: Væ *Mat.23.c*
vobis: Scribæ et Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis et paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina, et immunditia. Quarto quia affluentiam paupertati: Audiebant omnia *Inf.16. d*
hæc Phariſæi qui erant auari, et deridebant illum. Et ait illis: Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda veſtra: quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. Quinto, quia vanam gloriam hominum humilitati: Dilexerunt gloriam hominum magis *Ioan.12.g*
quàm gloriam Dei, *et cetera*. Sexto, quia commodum honeſtati: Væ vobis duces cæci, qui dicitis: *Mat.23.b*
Quicumque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debitor eſt. Stulti et cæci, quid enim maius eſt, aurum, an templum quod ſanctificat aurum?

Ait autem Dominus: Cui ergo ſimiles dicam, et cetera. Poſtquam Saluator noſter extulit prærogatiuam virtutis in Ioanne: hic redarguit perfidiam incredulitatis in plebe. Cuius incredulitatem redarguit quadrupliciter. Notat enim eos de infidelitate, de duritia, de detractione, et de blaſphemia. Primo ergo quantum ad notam infidelitatis in cogitatione, dicitur: *Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius: et cui ſimiles ſunt*? qui ſcilicet noluerunt credere Ioanni propter mentis cæcitatem, huius, inquam, generationis incredulæ, ſecundum illud: Generatio enim peruerſa eſt, *Deut.32.c*
et infideles filij. Et Matthæus: O generatio incre- *Mat.17.c*
dula, et peruerſa, quouſque ero vobiſcum: vſquequo patiar vos? Ne fiant ſicut patres eorum, generatio *Pſ.77. a*
praua

Digitized by Google

praua, et exasperans: generatio quæ non dixerit cor suum, et non est creditus cum Deo spiritus eius. Et
Hier. 2. c ideo dicitur: Considerate vehementer, *et cetera*. Subditur: Si mutauit gens Deos suos, et certe ipsi non sunt dij. Populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum.

Secundo quantum ad notam duritiæ in affectione, subdit: *Similes sunt pueris*. Addit similitudinem, per quam ostendit duritiam eorum, quia nec moti sunt ad cantum promissionum, nec ad lamentum comminationum, sicut pueri stulti in foro non respondent alijs, nec cantantibus, nec lamentantibus, quos introducit per modum similitudinis, ideo dicit: *Similes sunt pueris sedentibus in foro*. Similiter competit eis dici, et improperari, quod improperant pueri sedentes in foro suis coætaneis, cum dicit: *Et loquentibus ad inuicem, et dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, et non saltastis*. Quia sic possunt eis prædicatores dicere: *Cantauimus vobis tibijs*, scilicet promissa Dei concrepando. *Et non saltastis*, proficiendo. Et recta est comparatio, quia prædicator tibicini comparatur secundum
Isa. 58. a illud Isaiæ: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuncia populo meo scelera eorum, et domui Iacob peccata eorum. Hieremias: Loquimini, et
Hier. 4. b canite tuba in terra, clamate fortiter, et dicite: Congregamini, et ingrediamur ciuitates munitas, leuate
Eccli. 40. c signum in Sion. Nec immerito, quia Tibiæ, et Psalterium suauem faciunt melodiam, et super vtraque lingua suauis. Ad hæc duri corde non mouentur, nec saltant per profectum bonorum operum, de quo saltu in Malachia: Egrediemini, et salietis, sicut vituli de
Mala. 4. a armento. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die, qua ego facio, dicit
Ambr. to. 3 in 7. c. Luca lib. 6. Dominus exercituum. Et de hac Ambrosius: Honesta saltatio, qua tripudiat animus, et bonis operibus corpus eleuatur. Vnde qui ad cantum promissionum moti non fuerint duri sunt corde, sed opere duriores, quia nec ad comminationes suppliciorum, propter quod addit: *Lamentauimus*, scilicet per commi-
Ezech. 2. d nationem pœnæ. Scriptæ erant in eo lamentationes,
Hier. 9. e et carmen, et væ. Et Hieremias: Contemplamini, et vocate lamentatrices, vt veniant, et ad eas quæ sapientes sunt, mittite, et properent, festinent, et as-
Ioel 2. e sumant super nos lamentum. Ioel: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, et in fletu, et in planctu: et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra. Sed tamen ad hoc moti non sunt, vnde addit: *Et non ploraſtis*, per compunctionem pœnitentiæ: Vo-
Isa. 22. cauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, et ad planctum, et caluitium, et ad cingulum sacci: et ecce gaudium, et lætitia, occidere vitulos, et iugulare arietes, comedere carnes, bibere vinum. Cum ta-
Rom. 12. c men dicat Apostolus: Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.

Tertio, quantum ad detractionis notam in locutione, quia bonum peruertitur in malum, dicitur: *Venit autem Ioannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum*, vita in via securitatis, et iustitiæ, sicut
Mat. 21. c dicitur: Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ. Vnde quia uenit cum austeritate pœnitentiæ: ideo venit si-
Dan. 10. a cut lamentans, et gemens propter salutem populi sicut Daniel: Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi: et caro, et vinum non introierunt in os meum. Sed tamen per eum non est emollita eorum duritia ad plorandũ, sed aucta malitia ad detrahendum. Vnde subditur: *Et dicitis, dæmonium habet*, quia dissimilis est vitæ alie-
Ioan. 10. d næ. Sic dicebant Saluatori: Dæmonium habet, et insanit: quid eum auditis? Vnde opera virtutum, quæ sunt a Spiritu sancto, ipsi ex nequitia cordis attri-
Inf. 11. b buebant diabolo sicut infra dicebant: in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et sic veri-
Eccli. 11. d ficatum est illud in eis: Bona enim in mala conuertens insidiatur, et in electis imponet maculam. Et pro-

A pterea uæ eis, secundum illud: Væ, qui dicitis malum bonum, et bonum malum, *et cetera*. *Isa. 5. c*

Quarto, quantum ad notam blasphemiæ in obduratione contra ipsum Christum, subditur: *Venit filius hominis manducans, et bibens*, et ita in via clementiæ quasi medicus, et tamquam sponsus, sicut supra: Numquid potestis filios sponsi, dum illis est *Sup. 5. b*
sponsus, facere ieiunare? Et tamen non sunt moti ad exultandum, sed deprauati ad blasphemandum. Ideo subditur: *Et dicitis: Ecce homo deuorator, et bibens vinum*. Hoc dicunt quantum ad superfluitatem victus, quasi dicant, non potest esse sapiens, secundum
B illud Prouerbiorum: Luxuriosa res, vinum, et tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit *Prou. 20. a*
sapiens. *Amicus publicanorum, et peccatorum*, quantum ad inhonestatem conuictus, quasi dicat, non potest esse bonus, quia sicut dicitur: Qui tetigerit pi- *Eccli. 13. a*
cem, inquinabitur ab ea: et qui communicauerit superbo, induet superbiam. Sed male dicunt, quia Hieremias ait: Conuertentur ipsi ad te, et tu non conuer- *Hier. 15. d*
teris ad eos. Et Matthæus: Euntes autem discite *Matt. 9. b*
quid est: Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores, scilicet ad pœnitentiam. Et quia blasphemia Iudæo-
C rum aggrauatur ex vera prædicatione Apostolorum, ideo subditur: *Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis*. Sapientiam namque Euangelista vocat Chri- *1. Cor. 1. d*
stum, secundum illud: Qui factus est nobis sapientia, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio. Filij istius sapientiæ sunt Apostoli, per Verbum istius sapientiæ regenerati, et per Spiritum sanctum iustificati, secundum illud: Sapientia filijs suis vitam in- *Eccli. 4.*
spirat, vt Christus Apostolis. Vnde et Petrus dicebat: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æter- *Ioan. 6. g*
næ habes: et nos credimus, et cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Isti iustificauerunt, id est,
D Christum iustum reputauerunt, dum eius verba per iustitiam, et obedientiam impleuerunt, secundum illud: Filij sapientiæ, Ecclesia iustorum, et *Eccli. 3. a*
natio illorum obedientia, et dilectio. Ad quorum exemplum Pharisæi debuerunt moueri: sed tamen propter pertinaciam suam remanserunt in fœcibus suis. Vnde ipsis dicebat: Et si ego in Beelzebub *Mat. 12. b*
eijcio dæmones: filij vestri in quo eijciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt, quia ipsi iusti reputantur a sapientia, quam iustificant: et pharisæi iniusti, et reprobi reputantur ab eadem sapientia, quam Pharisæi condemnant per pertinaciam, et blasphemiam.

E *Rogabat autem illum quidam de Phariſæis*. Supra ostendit Euangelista sublimitatem Domini nostri Diuiſio.
Saluatoris quantum ad excellentiam potestatis, et quantum ad euidentiam veritatis: hic tertio ostendit quandam affluentiam pietatis. Ostenditur au- Pietatis affluentia in Christo.
tem hic pietatis affluentia in Domino Iesu: magna in peccatricis susceptione, maior in approbatione, sed maxima in absolutione. Suscepit enim accedentem, commendauit diligentem, et absoluit pœnitentem. Introducitur ergo primo in hac parte benigna susceptio peccatricis accedentis, secundo benignior probatio diligentis, ibi: *Et respondens*
F *Iesus dixit ad illum*, et cetera. Tertio vero benignissima absolutio pœnitentis, ac confitentis, ibi: *Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata*. Quantum ad primum, notandum quòd susceptio peccatricis ad Dominum accedentis ostenditur esse magnæ pietatis, et misericordiæ, tum propter sollemnitatem conuiuij, in quo eam suscepit: tum propter familiaritatem obsequij, ad quam eam admisit; tum propter temeritatem alieni iudicij, ob quod tamen eam non abiecit. Primo ergo quantum ad sollemnitatem conuiuij, in quo peccatrix fuit pie a Domino suscepta, dicitur: *Rogabat autem illum quidam de Phariſæis, vt manducaret cum illo*, non est dubium, quia Dominum Iesum: Et recte, secundum consilium,

Digitized by Google

Sap.8.b consilium, et propositum Sapientis: Proposui hanc, scilicet sapientiam, ideſt Christum, adducere mihi ad conuiuendum: sciens, quoniam mecum communicabit de bonis, et erit allocutio cogitationis, et tædij mei. Hic autem Pharisæus, iam non est a Domino diuisus, sed magis vnitus. Et ideo secure Dominum rogabat, et ad conuiuium inuitabat, secundum
Iob 22.d illud: Si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Et post sequitur: Rogabis eum, et exaudiet te, et vota tua reddes. Quod et iste secutus est, vnde subditur: *Et ingressus domum Pharisæi discubuit*. Resedit ad manducandum, et sic impleuit illud visibiliter,
Apoc.3.d quod spiritualiter promittit in Apocalypsi: Si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, et cœnabo cum illo, et ipse mecum.
Prou.8.d Nec mirum, quia sicut ipse dicit: Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Hoc dicit, quantum ad nimietatem charitatis, propter quam homo factus est, et humanas indigentias libenter suscepit, et pertulit
Baruch 3. d inter homines, secundum illud: Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conuersatus est. Hæc ergo introducta sunt propter sollemnitatem conuiuij.

Quantum ad familiaritatem obsequij, ad quod fuit admissa, subditur: *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*, cuius fama innotuerat toti ciuitati, ita vt
Hiere.3.b possit ei dici illud: Frons mulieris meretricis facta est tibi, et noluisti erubescere. Hæc est illa mulier,
Eccli.7.d de qua dicitur: Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, et sagena cor eius, vincula sunt manus illius: qui placet Deo effugiet illam: qui autem peccator est capietur ab illa. Et hoc quia fornicaria manifesta. Et sicut dicit Rauennas: Infamia illius totam læserat ciuitatem, ita vti impletum
Amos 7.d esset in ea, quod comminatur Dominus per Amos ad Amasiam sacerdotem: Vxor tua in ciuitate fornicabitur. Et ideo merito dicitur peccatrix, et ratione infamiæ, et ratione frequentiæ, secundum illud:
Eccli.3.d Cor nequam grauabitur in doloribus, et peccator
Apoc. vlt. c adiecit ad peccandum. Qui in sordibus est sordescat adhuc. Non solum autem simpliciter, sed diuersis modis peccauerat. Vnde dicitur quòd ciecerat
Greg. hom. 33. ī Euāg. non procul a princ. Christus de Maria septem dæmonia. Gregorius: Per septenarium recte vniuersitas designatur. Septem ergo dæmonia Maria habuit, quæ vniuersis vitijs plena fuit. Quoniam ergo sic erat peccatrix et immunda, merito deberet repelli, maxime de loco cõuiuij: et tamen propter pietatem Domini, quam cognouit, attracta fuit. Ideo subditur: *Vt cognouit quòd Iesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti*, ideſt pyxidem, seu vas alabastri, quod est quoddam genus marmoris, in quo incorrupta seruantur vnguenta. Hoc attulit peccatrix ad domum pharisæi, in qua Christum cognouit esse, et a quo susceptа fuit,
Ps.47.a secundum illud: Deus in domibus eius cognoscetur, cum susciperet eam. Attulit, inquam, vnguentum humilitatis, vbi Christus accubuit, vt impleretur illud: Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Hæc autem aromata, siue vnguenta, quæ attulit Magdalena Christo, designata
2. Par.9.c sunt secundo Paralipomenon: Non fuerunt aromata talia, qualia hæc, quæ dedit Regina Saba Regi Salomoni. Magdalena etiam attulit Saluatori vnguenta, ad impendendum familiare obsequium, ad quod admissa fuit, scilicet ad exhibendum Christo ex deuotione, quod carni suæ exhibuerat ex libidine, hoc est, ad abluendum, detergendum, deosculandum, et vngendum sacratissimam et mundissimam carnem Christi: ad quod admissa fuit propter affectum pœnitentiæ et beneuolentiæ. Quantum ad effectum pœnitentiæ dicitur: *Et stans retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius*, scilicet per dolorem. In
Tria in vero pœnitente. pœnitente enim anima debet esse pudor, timor, et dolor. Pudor erat, quia stabat retro: timor, quia secus pedes: dolor, quia lacrymis rigabat, sicut in illo Publicano infra: Et Publicanus a longe stans, no-*Infr.18.c* lebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.
Hiere.31. d Hieremias: Conuerte me, et conuertar: quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam: et postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum, et erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Vbi tanguntur tria præmissa. Quantum autem ad effectum beneuolentiæ additur: *Et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes eius, et vnguento vngebat*, vbi ostenditur dilectio beneuolentiæ pura, affectuosa, et deuota. Debet enim charitas procedere de corde puro. Magis autem curabat de infima parte corporis Domini, quàm de suprema. Iam enim non quærebat placere mundo, sed soli Christo, vt posset dicere illud:
Cant.8.a Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, et deosculer te: et iam me nemo despiciat? Et in his duobus constitit perfecta conuersio ad Christum. Sicut enim in peccato est conuersio per concupiscentiam, et auersio per superbiam: sic in remedio est auersio a peccato per pœnitentiam, et conuersio ad Deum per beneuolentiam. Et vere hæc mulier fuit perfecte conuersa, et reuersa, vt dicit Gregorius: quia quot in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Solent enim pec-*Greg. hom. 33. ī Euāg. non procul a princ.* catrices mulieres in his quattuor maxime delinquere, scilicet in nutibus oculorum. Isaias: Nutibus oculorum ibant et plaudebant, et ambulabant, et pedibus
Isa.3.c suis et composito gradu incedebant. In capillorum superflua præparatione: Non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. In voluptatibus osculorum: Apprehensumque deosculatur iuuenem, et procaci vultu
1. Pet.3.a blanditur. Sequitur: Egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, et reperi. In suauitatibus vnguentorum, sicut dicitur, quòd puellæ regis
Prou.7.c vngebantur oleo myrrhino, *et cetera*. Et ideo perfecte pœnitentis oculi seruiebant ad lacrymandum, ita vt Christus ei posset dicere illud: Audiui orationẽ
Esther 2.b tuam: vidi lacrymam tuam, ecce sanaui te. Capilli seruiebant ad tergendum, vt sic posset ei dici illud: Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum,
4. Reg.20. a et in vno crine colli tui. Os ad osculandum, ita vt posset illi dici a Christo illud: Fauus distillans labia
Cant.4.c tua. Vnguenta seruiebant ad vngendum, vt posset sibi dici illud: Curremus in odorem vnguentorum
Ibid.c tuorum.

Cant.1.c Tertio quantum ad temeritatem iudicij, propter quod tamen non fuit repulsa, dicit: *Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum*, ad conuiuium, scilicet videns, inquam, oculo non simplici, sed nequam, et vere nequam, quia secundum illud: Bona in malum con-*Eccli.11.d* uertens insidiatur, et in electis imponet maculam. Item Ecclesiasticus: Memento, quoniam malus est
Eccli.31.b oculus nequam. Et sequitur: Nequius oculo quid creatum est? Et ideo tale conuiuium non est multum acceptandum. Ne comedas cum homine inuido, et ne
Prou.23.a desideres cibum eius: quoniam in similitudinem harioli, et coniectoris æstimat quod ignorat. Comede et bibe, dicet tibi: et mens eius non est tecum. Et talis erat iste Pharisæus, quod patet per illud quod subditur: *Ait intra se, dicens*, scilicet cogitando sicut hypocrita. De quo Iob: Concepit dolorem, et peperit
Iob 15.d iniquitatem, et vterus eius præparat dolos. Vnde sequitur iudicium: *Hic si esset propheta, sciret vtique quæ et qualis est mulier, quæ tangit eum*. Et ita iudicabat eum non esse prophetam, sed hominem ignorantem, dicens in corde suo illud: Signa nostra non-*Ps.73.a* vidimus, iam non est propheta. Sed huic potest dici illud: An non cogitas, quòd Deus excelsior cælo sit,
Iob 22.b et super stellarum verticem sublimetur? Et dicis: Quid enim nouit Deus? et quasi per caliginẽ iudicat.

Sed cer-

Digitized by Google

Sed certe ipſe nouit in tenebris conſtituta: et lux cum
Dan. 2. d eo eſt, ſicut dicitur: Et nota quòd hoc modo ex vero cadebat in falſum. Manifeſtum eſt enim quòd Deus et homo diuinus nouit occulta non ſolum bonorum, ſed etiam malorum. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos. Sed in hoc er-
Prou. 15. a rabat, quia hoc credebat Chriſtum ignorare, dum ſe permittebat a muliere peccatrice contingi. Vnde etiam de ipſa male iudicabat, dicendo: *Quia peccatrix eſt*, quaſi dicat, non admitti, ſed repelli deberet.
Iſa. 65. a Hic erat de illis de quibus Iſaias: Recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es. Sic etiam
Inf. 18. c alter Phariſæus dicebat de publicano: Gratias ago tibi, quia non ſum ſicut ceteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus, *et cetera*. Hic peruerſe et male iudicabat, et tamen Chriſtus propter eius malum iudicium non dimiſit facere miſericordiã. De quo ſupra dixit Phariſæis: Non
Sup. 5. f egent qui ſani ſunt, medico: ſed qui male habent. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã. Magna ergo miſericordia Chriſti fuit oſtenſa in ſuſceptione peccatricis accedentis ad Chriſti contactum inter epulas conuiuantium, et verſutias iudicantium. In quo ſimul commendatur Chriſti clementia et peccatricis pœnitentia. Vnde Gregorius:
Greg. homil. 33. in Euang. in princ. Cogitanti mihi de Mariæ pœnitentia, flere magis libet, quàm aliquid dicere. Cuius enim vel ſaxeum pectus illę huius peccatricis lacrymæ ad exemplum pœnitendi non emolliant? Super conuiuantes ingreſſa eſt, inter epulas lacrymas fudit, quid ergo miramur? Mariam venientem, vel Dominum ſuſcipiẽtem? Suſcipientẽ dicam, an trahẽtem? ſed melius ſuſcipientẽ, et trahentem, quia nimirum ille per miſericordiam traxit intus, qui per manſuetudinem ſuſcepit foris.

Et eſt hic moraliter notandum quòd in his ſex quæ
Quæ verus pœnitens habere debeat. dicuntur de hac peccatrice pœnitente, ſcilicet quòd retro ſtabat ſecus pedes, iacebat, lacrymis rigabat, capillis tergebat, oſculabatur, et vngebat, intelliguntur quæ debent eſſe in vero pœnitente, ſcilicet, Pudor erubeſcentiæ, quod notat cum dicit, *ſtans retro*.
Inf. 18. c Publicanus a longe ſtans nolebat, *et cetera*. Timor re-
Pſal. 98. a uerentiæ notatur ibi: *Secus pedes eius*. Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Dolor
Thr. 2. f pœnitentiæ, ibi: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius*. Deduc quaſi torrentem lacrymas per diem et noctem. Amor pudicitiæ, ibi: *Et capillis capitis ſui tergebat*.
Iſa. 1. e Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Ardor beneuolentiæ,
Inf. eod. b ibi: *Et oſculabatur pedes eius*. Infra: Oſculum mihi non dediſti, *et cetera*. Vſque: Quoniam dilexit multum. Dulcor deuotionis internæ, ibi: *Et vnguento*
Cant. 1. a *vngebat*. Meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguẽtis optimis. Bonum vnguentum compunctionis,
Trifariũ vnguentum quid. melius compaſſionis, ſed optimum deuotionis. Primo pedes, ſecundo corpus, ſed tertio vngitur caput. Et ideo Magdalena ter legitur veniſſe ad Dominum vngendum.

Et reſpondens Ieſus dixit, et cetera. Poſt benignam
Ioan. 12. a ſuſceptionem accedentis, ſubditur hic benignior ap-
Mat. 26. a probatio diligentis. Approbat Dominus hanc pec-
Mar. 14. a catricem diligentem et eius dilectionem. Primo perquirens generale iudicium: ſecundo aſſumens ſpeciale propoſitum, ibi: *Et conuerſus ad mulierem*, et cetera. Tertio vero concludens principale intentum, ibi: *Propter quod dico tibi: Remittuntur ei*, et cetera. In perquirendo autem generale iudicium, procedit hoc ordine: Excitat enim Phariſei attentionem, inſinuat quæſtionem, et approbat reſponſionem. Primo ergo excitat Phariſæi attentionem, vt a falſitate reuocetur cum dicit: *Reſpondens Ieſus dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere*. In quo excitat eum, vt attendat. Et notaquòd dicitur reſpondere Phariſæo, cum tamen non dicatur aliquid quæſiuiſſe a Chriſto, vt oſtendatur quòd ipſe audiebat eius cogitationem, vt eius iudicium refellatur, quo credebat Chriſtum ignarum, ſecundum illud: Intelligite inſipientes in populo, et
Pſal. 93. b ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem, non audiet: aut qui finxit oculum, non conſiderat? In hoc quòd quaſi reſpondendo alloquitur excitat ad cogitandam Chriſti ſapientiam. In hoc vero quòd ſpondet aliquid dicturum ſe, excitat ad percipiendum doctrinam. Sicut et diſcipulis dixit: Adhuc
Ioan. 16. b multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Et quoniam efficaciter eum excitauit, ideo ſubditur eius attentio cum dicitur: *At ille ait: Magiſter, dic*. In qua reſponſione profitetur ſcientiam, et petit doctrinam. Iuxta conſilium ſapientis: Fili, ſi at-
Eccli. 6. a tenderis mihi, diſces: et ſi accommodaueris animum tuum, ſapiens eris. Et ſequitur: Et ſi videris ſenſatum, euigila ad eum. Hic eſt Chriſtus Dominus, quẽ recte vocat Magiſtrum, ſecundum illud: Magiſter
Mat. 23. b veſter, vnus eſt, Chriſtus. Et Ioannes: Vos vocatis
Ioan. 13. b me Magiſter, et Domine, et benedicitis: ſum etenim.

Secundo autem inſinuat Phariſæo quæſtionem, vt ad veritatem dirigatur, ibi: *Duo debitores erant cuidam fœneratori*, et cetera. Caſum proponit in generali per iſtos debitores, dans intelligi peccatores qui magnis debitis ſunt aſtricti, ſecundum illud: Dimitte
Mat. 6. e nobis debita noſtra, ideſt peccata noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris, *et cetera*. Per fœneratorem intelligimus Chriſtum, ſecundum illud: Serue male et piger, ſciebas quia meto, vbi non ſe-
Mat. 25. c mino: et congrego, vbi non ſparſi: oportuit ergo te committere pecuniam meam numularijs, et veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Et quia non omnes æqualiter peccant, nec æqualiter obligantur, ideo additur: *Vnus debebat denarios quingentos*. In quo oſtenditur plena obligatio, propter quinquiformem trãſgreſſionem perfectionis Euangelicæ. Completio enim intelligitur per centenarium. *Et alius quinquaginta*. Hoc dicitur quantum ad ſemiplenam obligationem, quæ eſt in tranſgreſſione quinquiformis ipſius decalogi. Sed, quia Deus miſeretur omni generi peccatorum qui ad ipſum conuertuntur, ideo ſubditur: *Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque*, ſcilicet ex miſericordia condolente, ſicut dicitur: Miſertus autem Dominus
Mat. 18. c ſerui illius, dimiſit illum, et debitum dimiſit ei. Et hoc compaſſione noſtræ miſeriæ, qua impotentes ſumus ſoluere. Omnia enim quæ habemus, etiam ſine obligatione peccati, Deo debemus. Quid autem
1. Cor. 4. b habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Et Paralipomenon: Tua ſunt omnia, et quæ de manu tua accepimus, de-
1. Paralip. 29. d dimus tibi. Si ergo remittit peccata, oportet quòd liberaliter et miſericorditer remittat, quia nullum poſſumus rependere beneficium. Obligamur tamen ad dilectionis affectum, de quo requirit propter collatum beneficium. *Quis ergo eum plus diligit?* cum vterque eum diligere teneatur. Vnde ſic quærebat Dominus a Petro poſt condonationem ſui peccati: Simon Ioannis diligis me plus his? Et rationabiliter
Ioan. 21. c quærit, quia inæqualitatem beneficiorum ſequi debet inæqualitas affectionum, ſecundum quòd dicit Gregorius: Cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tanto ergo humiliores atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque eſſe debet ex mu-
Greg. homil. 9. in Euang. nere, quanto ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione.

Tertio vero Phariſæi approbat reſponſionem, vt in veritate confirmetur, propter quod addit: *Reſpondens Simon dixit: æſtimo, quia is cui plus donauit*, quòd ſcilicet amplius diligit: Vt verificetur illud: Vbi au-
Rom. 5. d tem abundauit delictum, ſuperabundauit et gratia. Et quoniam ſicut dicitur: Verbum ſapiens quodcunque audierit ſcius, laudabit, et ad ſe adijciet, ideo
Eccli. 21. e ſubditur: *At ille dixit ei, recte iudicaſti*. Hoc enim ſolum iudiciũ approbat Veritas, Chriſtus, quod iuſtũ eſt,

Digitized by Google

Ioan. 7. d eſt, ſecundum illud: Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. Vnde qui falſum iudiciũ fecerat ex propria æſtimatione, rectum nunc profert ex diuina manuductione. Et quia male iudicauerat prius intra ſe, vnde Gregorius: Sua ſententia Phariſæus conuincitur, quia ſicut phreneticus funem portat, ex quo ligetur. Et nota quòd commendatur hic Phariſæi iudicium, nec tamen ille qui amplius peccauerat, amplius commendatur: ſed oſtenditur ratione obligationis quæ venit ex diuerſo, quòd amplius ad diligendum obligatur. Vnde intelligenda eſt hæc ſententia cum reduplicatione, quantum ſcilicet ad obligationem, et ſuppoſita gratia et rectitudine in voluntate, quia multi ad magnas gratias tenentur, qui paucas aut nullas reddunt. Vnde Beda: Super omnes plus offendit qui plus debuit: ſed per miſericordiam Dominicam omnis cauſa mutatur, vt amplius diligat, qui amplius debuit, ſi tamen gratia conſequatur.

Greg. homil. 33. in Euang.

Beda to. 5. lib. 3. in c. 7. Luc.

Et conuerſus ad mulierem, et cetera. Poſt generale iudicium aſſumit ſpeciale propoſitum, in quo oſtendit peccatricem maiorem affectum habuiſſe ad Chriſtum, quàm Phariſæum, proponendo triplex dilectionis iudicium, ſcilicet fletum, oſculum, et ablutionem pedum: in quibus mulier præcellit Phariſæum. Primo ergo proponit peccatricem Simoni propter fletum: quod erat expreſſum indicium contritionis, et hoc notat, cum dicit:

Et conuerſus ad mulierem, propter eius contritionẽ

Zac. 1. a et pœnitentiam, ſecundum illud: Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, et conuertar ad vos. Hoc autem fit cum diligimus et rediligimur, ſecun-

Cant. 2. d dum illud: Dilectus meus mihi, et ego illi. Et alibi:

Cant. 7. d Ego dilecto meo, et ad me conuerſio eius. Ideo autem ſe corporaliter conuertit ad mulierem, vt in ipſa erudiret Simonem, ad quem loquebatur, et ideo ſubditur: *Dixit Simoni: Vides hanc mulierem.* Ideo quærit vtrum videret, quia licet videret corporaliter eius facta, non approbauit, ſed reprobauit eius merita. Et licet videret peccatricis fletum, non tamen attendebat eius affectum. Et ideo a Domino commonetur, et ex comparatione illius arguitur in hoc quod ſequitur: *Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti*. Ex quo reprehenſibilis oſtenditur, quia

Gen. 19. a non fuit imitator Abraæ. Loquebatur viris tranſeuntibus, lauentur pedes veſtri, et requieſcite. Sed econtra hæc eſt commendabilis, ideo additur: *Hæc enim lacrymis rigauit pedes meos, et capillis ſuis terſit*, id eſt lacrymas magna copia fudit ad modum fontis et

Hier. 9. a riuuli ſecundum quòd dicitur: Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrymarum? Et in hoc ſignificatur mirabilis affectus mulieris, et gratia interior, quæ ita in lacrymas profluebat exterius,

Pſ. 106. d vt impleretur illud: Poſuit deſertum in ſtagna aqua-

Iſa. 35. c rum, terram ſine aqua in exitus aquarum. Et Iſaias: Et quæ erat arida, erit in ſtagnum, et ſitiens in fontes aquarum. Et in hoc præponitur Phariſæo, quantum ad fletum et luctum, in quo eſt expreſſum ſignum compunctionis.

Secundo vero præponit eam Phariſæo quantum ad oſculum, quod erat ſignum dilectionis, ibi: *Oſculum mihi non dediſti*, in ſignum amoris, ſecundum

Rom. 16. c Apoſtolum: Salutate inuicem in oſculo ſancto. Et di-

Act. 20. g ſcipuli oſculati ſunt Paulum. Sed econtra de hac dicitur: *Hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos*. In quo ſignatur feruens dilectio, et permanens. Ideo non ceſſabat ab oſculo, quia non ceſſabat ab interiori deſiderio. Nam de ipſa dicit Gregorius quòd amoris eius, ideſt Chriſti igne ſuccenſa ardebat deſiderio. Sicut autem dicitur: Fortis eſt vt mors, dilectio: dura ſicut infernus, æmulatio: lampades eius, lampades ignis, atque flammarum: Vnde ſicut ignis ſemper vrit, ſic charitas inceſſanter accendit, vt enim dicit Gregorius: Numquã eſt amor Dei otioſus.

Greg. homil. 25. in Euang.

Cant. 8. b

Greg. homil. 30. in Euang.

Tertio præponit eam quantum ad vnctionem pedum, quod erat ſignum deuotionis, ibi: *Oleo caput meum non vnxiſti*: Quod erat moris tunc temporis in ſignum lætitiæ, et exultationis. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, et faciem tuam laua. *Hæc autem vnguento vnxit pedes meos*: quod eſt pretioſius oleo. Vnde pretioſiora offerebat hæc mulier Chriſto, ſecundum illud: Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici pretioſi, et vnxit pedes Ieſu, et exterſit pedes eius capillis ſuis, et domus impleta eſt ex odore vnguenti. His ergo tribus dilectionis indicijs probat Dominus quòd peccatrix verius et feruẽtius dilexit.

Mat. 6. c

Ioan. 12. a

Propter quod dico tibi, et cetera. Hic poſt generale iudicium et ſpeciale propoſitum, concludit principale intentum, quod eſt commendatio mulieris conſequens ex præmiſſis. Commendatur autem hæc mulier peccatrix a Domino commendatione plena, ſcilicet vt purgata a peccato propter dilectionis affectum, vt perfecta in merito propter dilectionis effectum, vt præpoſita Phariſæo propter dilectionis exceſſum. Vnde approbat hic Dominus dilectionem eius. Primo, quia dilectio eam a peccato purgauit. Vnde dicit: *Propter quod dico tibi*, ideſt propter nunc præmiſſa dilectionis indicia aſſero tibi: *Remittuntur ei peccata multa*. Et ita iam a te non debet condemnari, ſed magis beatificari, quia in pſalmo ſcriptum eſt: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, et quorum

Pſal. 31. a

Rom. 4. a

tecta ſunt peccata. Et ad Romanos: Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei. Sicut et Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. Vnde in iſta impletum eſt illud: Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, Domino: et tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Pſal. 31. b

Secundo, quia dilectio in merito profecit, propter quod addit: *Quoniam dilexit multum*. Magnitudo enim dilectionis amplificat meritum, et expellit peccatum. Charitas operit multitudinem peccatorum.

1. Pet. 4. b

Et in Prouerbijs: Odium ſuſcitat rixas: et vniuerſa

Prou. 10. b

delicta operit charitas. Vnde et in Gloſſa dicitur: Ardor charitatis in ea rubiginem peccatorum conſumpſit. Nec ſolum purgat a peccato, ſed etiam conſeruat in merito, ſecundum illud: Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis: et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in

Gloſ. in hũc locũ tom. 5. Ex Greg. homil. 33. in Euang.

Coloſſ. 3. b

quam vocati eſtis in vno corpore, et grati eſtote.

Tertio vero approbat, quia dilectio eam Phariſæo præpoſuit. Vnde ait: *Cui autem minus dimittitur*, ſcilicet Phariſæo, *Minus diligit*, quàm iſta, cui dimiſſa ſunt multa. Et ita ex hoc concluditur quòd longe plus quàm Phariſæus Dominum amauit, et ideo amplius Deo accepta fuit, et propterea laudauit eam vir eius, quaſi dicens ſibi illud: Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, et vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum, ipſa laudabitur. Patet igitur quo modo in hac quæſtione concluditur perfecta commendatio et approbatio diligentis, contra iudicium Phariſæi ipſam contemnentis: quia reputabat eam plenam peccatis et vacuam meritis, et ſic veniſſe in conſpectũ ſuperni Iudicis, quod totum exufflatum eſt in hac concluſione, cum ipſa oſtenditur iuſtificata a peccato, multiplicata in merito, et præpoſita Phariſæo. Et nota quòd in hac concluſione infertur commendatio dilectionis Chriſti reſpectu remiſſionis peccati per modum cauſæ, et per modum effectus. Vnde remiſſio peccati præmittitur, et remiſſio peccati poſtponitur, et dilectio interponitur. Eſt enim remiſſio quoad pœnam, et hæc cauſatur a dilectione: et quo ad culpam, et hæc inducit dilectionem. Vnde dilectio duplex eſt, altera effectus, et hanc introducit remiſſio peccati, quoad culpam, ſecundum quod ſupra oſtenſum eſt ex Phariſæi iudicio. Altera eſt dilectio affectus,

Prou. 31. d

Dilectio duplex.

Digitized by Google

affectus, et hæc inducit peccati remissionem quoad A pœnam, secundum quòd colligitur ex triplici dilectionis indicio. Vnde ista conclusio, quantum ad primam partem, respondet inductioni factæ in bonis operibus: quantum ad secundam respondet quæstioni de duobus debitoribus: et respondet simul omnibus præmissis. Super hæc aduertenda est Christi sapientia in comprobando peccatricem pœnitentem, quam Pharisæus condemnauerat. Approbat autem eam ex datis a Pharisæo, et ex cõcessis, deinde ex manifestis indicijs. Primo quasi syllogizando, secundo quasi inducendo. Primo in generali, secundo in speciali. Primo parabolice: secundo expresse ad hæc omnia respondet illatio conclusionis ibidem præmissæ.

Dixit autem ad illam, post benignam susceptionem accedentis, et benigniorem approbationem diligentis, subiũgitur hic tertio benignissima absõlutio confitentis. Circa quam primo introducitur diuinæ largitatis donum plenarium: secundo humanæ impietatis iudicium peruersum: tertio deuotæ credulitatis meritum perfectum. Primo ergo quantum ad diuinæ largitatis donum plenarium, dicitur: *Dixit autem ad illam*. Non est dubium, quin dixerit Christus ad peccatricem: *Remittuntur tibi peccata*, non solum
2. Paral. vlt. In oratione Manasse Regis. quo ad culpam, sed etiam quo ad pœnam secundum C quòd petebat Manasses: Peto rogans te Domine, remitte mihi, remitte mihi: ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum reserues mala mihi. Hanc remissionem Christus fecit sua virtute:
Mat. 9. a Act. 10. g Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Et in Actibus: Huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.

Secundo quantum ad humanæ impietatis iudicium peruersum, subditur: *Et cœperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se*, scilicet male iudicando, et D ipsum despiciendo: *Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?* Quasi dicant, quum sit paruus et nullus, quo modo sibi attribuit, quod potest solus Deus? Iuxta illud:
Isa. 43. d Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor.
Eccli. 13. d Et sic verificatum est illud: Pauper locutus est, et dicunt: Quis est hic? et si offenderit, subuertent illum. Sic etiam in cordibus suis qui simul manducabant, dolum cogitabant, vt impleretur illud:
Psal. 54. e Si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus, et notus meus. Qui simul mecum E dulces capiebas cibos, *et cetera*. Vnde isti male iudicando de sanitate illius, infirmabantur, sicut dicit
Beda to. 5. lib. 3. in 7. cap. Luca. Beda: Ecce, inquit, ea quæ ad medicum venerat ægra, sanata, sed de salute eius alij ægrotant. Et sic
Osee 7. a verificatum est illud: Cum sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, et malitia Samariæ,
Ibidem. d quia operati sunt mendacium. Et sequitur: Væ eis, quoniam recesserunt a me, vastabuntur, quia præuaricati sunt in me: ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia, *et cetera*.

Tertio quantum ad deuotæ credulitatis meritum perfectum, subditur: *Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit*, scilicet a peccatis, fides inquam
Mat. 1. d Christi, de qua: Ipse enim saluum faciet populum
Rom. 3. d suum a peccatis eorum. Et hoc per fidem: vt sit ipse iustus, et iustificans eum, qui est in fide Iesu Christi. Et quia iustitia facit pacem cum Deo, et cum con-
Rom. 5. a scientia, ideo subdit: *Vade in pace*. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, et
Isa. 57. a gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Et Isaias inquit: Veniat pax, requiescat in cubiculo suo, vt sic
Mal. 2. b de illa possit dici illud: In pace, et in æquitate ambulauit mecum, et multos auertit ab iniquitate.

CAPVT OCTAVVM.

ET *factum est deinceps*, et cetera.] Supra posita est instructio cõmunis discipulorum in doctrina eorum, quæ requiruntur ad salutem omnium. In parte vero ista subditur instructio spiritualis in doctrina mystica scripturarum. Et quoniam hæc doctrina turbis proponitur in parabolis: et aperitur discipulis, et confirmatur miraculis: ideo pars ista habet tres partes. In quarum prima ponitur instructio parabolica Diuisio. B in occultis mysterijs: in secunda informatio apostolica in apertis eloquijs, ibi: *Est autem hac parabola*. In tertia vero eius confirmatio authentica in manifestis miraculis, ibi: *Factum est autem in vna dierum*, et cetera. Circa doctrinam parabolicam, quæ communiter omni hominum generi proponitur audienda, et Apostolis intelligenda, introducuntur tria. Primum, est coadunatio multitudinis ad audiẽdum: Secundum, est proportio similitudinis ad manifestandum, et hoc ibi: *Exijt qui seminat*, et cetera. Tertium, est excitatio apostolicæ solicitudinis ad intelligendum, ibi: *Hæc dicens, clamabat*, et cetera. Quãtum ad primum notandũ, quòd ad doctrinam Chri- C sti erat concursus multitudinis ex quadruplici causa, Quadruplici de causa, quattuor hominũ genera Christum sequebantur. secundum quòd ex littera potest conijci. Quidam enim comitabantur Christum ratione susceptı beneficij, vt Apostoli: quidam ratione accepti beneficij, vt infirmi curati: quidam ratione impendendi ministerij, vt mulieres honestæ: quidam ratione audiendi verbi diuini, vt multitudo turbæ. Et hæc quattuor genera enarrat Euangelista concurrisse ad Christi doctrinam. Primo ergo quantum ad Apostolos, comitantes Christum ratione susceptı officij præmittitur: *Et factum est deinceps, et ipse iter faciebat per ciuitates et* D *castella*, idest per loca, vbi habitant minores et maiores, secundum quòd dicitur: Quoniam pusillum et Sap. 6. b magnum ipse fecit, et æqualiter cura est illi de omnibus, maxime quantum ad ea quæ sunt salutis, ideo dicit: *Prædicans et euangelizans regnum Dei*, secundum illud: Quàm pulchri super montes pedes annuncian- Isa. 52. b tis et prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus. Vox speculatorum tuorum, leuauerunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit Dominus Sion. Et quia verbum frustra proponitur, nisi sit auditor, ideo additur: *Et duodecim cum illo*, qui scilicet sequebantur illum ex susce- E pto officio, ad quod elegit eos. Elegit duodecim ex Sup. 6. e ipsis, quos et Apostolos nominauit. Vnde ipsi Apoli et Euangelistæ circuibant, vt cum ipso in Euangelio collaboraret, secundum quòd hortatur Apostolus: Sed collabora Euangelio secundum virtutem Dei, 2. Tim. 1. c qui nos liberauit et vocauit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum. Quia, non vos me elegistis, sed ego elegi Ioan. 15. c vos: et posui vos, vt eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat.

Secundo, quantum ad curatos comitantes ratione accepti beneficij, subditur: *Et mulieres aliquæ*, scili- F cet cum eo iter faciebant, et hoc ratione accepti beneficij. Vnde adiungit: *Quæ erant curatæ a spiritibus malignis et infirmitatibus*: ideo comitabantur eum tamquam suum Saluatorem et medicum, secũdum consilium Sapientis: Da locum medico, etenim illum Eccli. 38. a Dominus creauit: et non discedat a te, quia opera eius sunt necessaria. Vnde supra: Et qui vexabantur Sup. 6. e a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Et nota quòd licet curauerit vtrumque sexum, magis tamen specificat de femineo, quia sexus infirmior secundum illud: Infirmiori vasculo 1. Pet. 3. b muliebri impartientes honorem. Siue quia mulier

Digitized by Google

clementior eſt, quàm vir, reſpectu infirmitatis alie-
Prou. 3. c.i næ, ſecundum illud de bona muliere: Manum ſuam aperuit inopi, et palmas ſuas extendit ad pauperem. Siue quia inter perſonas curatas erãt nobiliores. Ideo exprimit aliquas nominatim, cum ait: *Maria, quæ vocatur Magdalene*, a Magdalo Oppido ſecundo milliario a Tiberiade. Et hæc erat notabilis ratione enormitatis peccati. Vnde addit: *De qua ſeptem dæmonia exierant*, ideſt vniuerſa vitia. Gregorius: Septem dæmonia Maria habuit, quæ vniuerſis vitijs plena fuit. Hæc dæmonia exierunt, quando peccata dimiſſa fuerunt, ſecundum quòd dicitur infra: Cum immundus ſpiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquoſa, quærens requiem. Remiſſa autem ei fuerunt. Hæc enim eſt illa peccatrix de qua ſupra ſermonem fecit, ſicut dicit Beda in Gloſſa. Erat alia ratione nobilitatis viri. Vnde ait: *Et Ioanna vxor Chuſæ procuratoris Herodis*, qui erat perſona nobilis. Erat et alia nobilis ex ſeipſa, de qua ſine cognomine adiungit: *Et Suſanna*: Has tres nominat, vt commendet caſtitatem, ſecundum triplicem differentiam in comitatu Chriſti, ſcilicet vidualem, coniugalem, et virginalem. Prima dicitur fuiſſe peccatrix, ſecunda coniugata, de tertia tacetur vtrumque. Vel vt in hoc oſten datur curatio a triplici ægritudine, ſcilicet animæ, et carnis, et vtriuſque. Ideo tres perſonas curatas exprimit, ſcilicet Mariam, Ioannam, et Suſannam.

Magdalũ. *Greg. homil. 33. in Euang.* *Inf. 11. c* *Sup. 7. f*

Tertio, quantum ad comitantes ratione impendendi obſequij, ſiue miniſterij, additur: *Et alia multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis*, ſicut illa
4. Reg. 4. c Sunamitis Eliſeo: Ecce ſedule in omnibus miniſtraſti nobis, quid vis vt faciam tibi? Sic et ſocrus Simo-
Mat. 8. b nis, de qua Matthæus: Poſtquam curata eſt, ſurrexit et miniſtrabat eis. Hoc enim antiquitus conſueuerat
Beda tom. 5. lib. 3. in c. 8. Luca. eſſe officium mulierum, ſicut dicit Beda in Gloſſa: Conſuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de ſubſtantia ſua victum, atque veſtitum præceptoribus miniſtrarent. Hoc quia ſcandalum facere poterat in nationibus, Paulus ſe abieciſſe memorat: Numquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut et ceteri Apoſtoli? *et cetera*. Et ideo illud nunc non debet in conſequentiam trahi propter ſcandalum vitandum, et etiam propter periculum.
1. Cor. 9. a

In hoc tamen erudimur quòd prædicatori licet accipere ſtipendium pro labore. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra
1. Cor. 9. b *Mat. 10. b* metamus? Dignus enim eſt operarius cibo ſuo. Et
Inf. 10. b infra: Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Et rurſus in hoc erudimur quòd prædicare et laborare actus eſt virilis et perfectorũ: ſed miniſtrare, imperfectorum, vtpote mulierum. Vnde:
Act. 6. a Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, et miniſtrare menſis.

Quarto, quantum ad concurrentes ratione verbi diuini audiendi, adiungitur: *Cum autem turba plurima conueniret*, ſcilicet ad audiendum doctrinam, ſe-
Ioan. 18. d cundum illud: Ego ſemper docui in ſynagoga et in templo, quo omnes Iudæi conueniunt: et in occulto locutus ſum nihil. Et ſic impletur illud Iſaiæ:
Iſa. 2. a Et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi. Vnde congregabantur in multitudine, et conueniebant in promptitudine, ideo ſubdit: *Et de ciuitatibus properarent ad eum*, ſcilicet audiendum. *Dixit per ſimilitudinem*, ſcilicet parabolicam per apertas res, quibus aſſueti erant: et ideo ad audiendum cum deſiderio properabant. Vnde Chryſoſtomus: Commiſcẽs parabolas cum ampliori mitigatione attrahebat auditores, et de area, et de vinea, et de agro. Vnde ad hanc doctrinam parabolicam omnes inuitan-
Pſal. 48. a tur, ſecundum illud: Audite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Et poſt ſubditur: Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in pſalterio propoſitionem meam. Et rurſus:
Pſal. 77. a Aperiam in parabolis os meum: loquar propoſitiones ab initio. Et ſic facta eſt exercitatio multitudinis.

Exijt qui ſeminat, et cetera. Poſt congregationem multitudinis, additur hic ſecundo propoſitio ſimilitudinis. Et quia doctrina debet eſſe ſecundum exigentiam auditorum: ideo ſimilitudo propoſita quatuor habet differentias membrorum, congruentes quattuor differentijs auditorum. Quidam enim audiunt, ſed non retinent, vt obliuioſi. Quidam audiunt et retinent, ſed non faciunt, vt deſidioſi. Quidam audiunt et retinent et faciũt, ſed non complent, vt negotioſi. Quidam autem audiunt, retinent, faciunt, et complent, et hi ſunt ſtudioſi, et virtuoſi. Hæc quattuor genera hominum ſunt quattuor differentię terrarum, quarum prima ſemen recipit, ſed non retinet: et quantum ad illam dicitur: *Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Exijt*, ſcilicet de domo ad agrũ, hoc eſt, quiete ad laborẽ. Exijt homo ad opus ſuum: *Pſ. 103. a* et ad operationem ſuam vſque ad veſperam. Et hic labor, vel eſt in opere iuſtitiæ, vel miſericordiæ: qui recte deſignatur per ſeminationem ſecundum illud Eccleſiaſtes: Mane ſemina ſementem tuam, et veſpere ne ceſſet manus tua. Iſaias: Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas, immittentes pedem bouis et aſini. Vel eſt etiam in ſermone doctrinæ. Vnde de Paulo
Eccls 11. b *Iſa. 32. a*

prædicante dicitur: Quid vult ſeminiuerbius hic dicere? Et iſto ſemine multiplicata eſt Eccleſia ſecundum illud: Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, per verbum Dei viui et permanentis in æternum. Et de hac ſeminatione intelligit hic: ſed hæc licet de ſe ſemper ſit bona et fructuoſa, variatur tamen ſecundum differentiã terræ ſuſcipientis. Quædam enim ſuſcipit, ſed non retinet, vnde ait: *Et dum ſeminat, aliud*, ideſt alia pars ſeminis, *cecidit ſecus viam*, per quam ſcilicet eſt decurſus, et non eſt in ea ſtatus retentionis, ſed obliuionis propter ſtrepitum multitudinis, quod ſignatur infra: Vbi dicitur
Act. 17. d *1. Pet. 1. d* *Inf. c. 18. g*

quòd cæcus quidam ſedebat ſecus viam, mendicans: et dum clamaret, turbæ increpabant eum vt taceret. Vnde hic non eſt locus fructificationis, quia non eſt in eo retentio ſeminis. Ideo adiungit: *Et conculcatum eſt*, ſcilicet a pedibus hominum. *Et volucres cæli comederunt illud*, in quo intelliguntur morſus dæmonum, ſecundum illud: Conſumentur fame, et deuorabunt eos aues morſu amariſſimo. Et Matthæus: Nolite dare ſanctum canibus: neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis. Ex quo intelligimus duo eſſe quæ expellunt de corde hominis ſemen verbi diuini, ſcilicet malæ ſuggeſtiones hominum, et tentationes dæmonum. Et ideo dicit Apoſtolus: Doctrinis varijs et peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim, gratia ſtabilire cor, non eſcis: quæ non profuerũt ambulantibus in eis. Et ideo neceſſe eſt cor noſtrũ elongari ab huiuſmodi decurſibus, vt non ſimus ſicut paruuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ. Et Hieremias: Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? et quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis?
Deut. 32. d *Mat. 7. a* *Hebr. 13. b* *Hiere. 2. d*

Duo ſunt, quæ pellũt verbũ Dei de cordibus noſtris.

Auditores verbi diuini in quadruplici ſunt differentia.

Secunda vero differentia terræ eſt quæ recipit, et quodam modo retinet, ſed non fouet: et quantum ad hanc ſubdit: *Et aliud cecidit ſupra petram*, ideſt ſupra cor durum, de quo Zacharias: Cor ſuum poſuerunt, vt adamantem, ne audirent legem, et verba quæ miſit Dominus. Et Iob: Cor eius indurabitur tamquam lapis, et ſtringetur quaſi malleatoris incus. Et hæc quamuis ſemen retinere poſſit, non tamen poteſt fouere, deficiente humore. Ideo addit: *Et natum aruit, quia non habebat humorem*, ſcilicet vegetantem, et fouentem. Et in tali terra ſtatim naſcitur, et ſtatim moritur, quia parum habet alimenti, ſicut ſenum tectorum. De quo: Fiant ſicut fenum
Zach. 7. e *Iob 41. c* *Pſ. 128. b* *Iſa. 18. b*

tectorũ: quod priuſquam euellatur, exaruit. Et Iſaias: Ante meſſem totus effloruit, et immatura profectio germinabit. Et hoc eſt propter defectum humoris gratiæ,

gratiæ, ſecundum quod Iſaiás dicit: Aruit herba, deſecit germen, viror omnis interijt, et hoc contingit propter multitudinem petrarum, quæ non ſunt aptæ ad ſemen diuini verbi percipiendum, propter
Amos 6. d quod dicit Amos: Numquid currere queunt in petris equi? ideſt prædicatores, et hoc propter defectum
Iob 12. c aquarum. Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur.
Hiere.17.b Contrarium dicit Hieremias: Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: et non timebit cum venerit æſtus. Et erit folium eius viride, et in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquãdo deſinet facere fructum.

Tertia differentia terræ eſt, quæ etſi aliquo modo retineat et foueat, nõ tamen complet, nec fructũ profert: ideo ſubdit: *Et aliud cecidit inter ſpinas*, id eſt, inter mundanas ſolicitudines, in quibus multi libenter
Iob 30. a conuerſantur. Iob: Eſſe ſub ſentibus delicias computabant filij ſtultorum et ignobilium. Et iſtis ſpinis repleta eſt terra, ſecundum illud Iſaiæ: Vepres enim,
Iſa. 7. d et ſpinæ erunt in vniuerſa terra. Et hoc merito male-
Gen. 3. c dictionis primæ: Maledicta terra in opere tuo. Et ſequitur: Spinas et tribulos germinabit tibi. Et in hac terra ſemen etſi oriatur, non tamen conſummatur, vnde ſubdit: *Et ſimul exorta ſpinæ*, ſcilicet cum ſemine: *ſuffocauerunt illud*, quia plus in cordibus proficiunt et creſcũt cogitationes carnales, quàm ſpirituales, et eis
Iſa. 5. b præualent. Iſaias: Super humum populi mei vepres et ſpinæ aſcendent. Et hoc eſt quia non curant de ſpiritualibus. Per agrum hominis pigri tranſiui, et per
Prou.14.d vineã viri ſtulti. Et ſequitur: Operuerant ſuperficiem eius ſpinæ. Vnde ſpinæ totũ occupant, vt fructus cum
Hier.4. a eis naſci non poſſit. Et ideo dicitur: Nouate vobis nouale, et nolite ſerere ſuper ſpinas. Quia ſicut dicitur:
Heb. 6. b Terra proferens ſpinas ac tribulos, reproba eſt, et maledicto proxima, cuius conſũmatio in combuſtionẽ.

Quarta differentia terræ eſt, quæ recipit et retinet, fouet, et fructum profert: ideo addit: *Et aliud cecidit in terram bonam*, id eſt, mentem docilẽ et benignam.
Exo. 3. b De qua: Vidi afflictionem populi mei. Et ſequitur: Et educam de terra illa in terram bonã, et ſpatioſam. Hæc eſt terra bona, quæ habet quattuor conditiones
Heb. 6. b prædictas, ſecundum illud: Terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, et germinans herbam opportunam illis, quibus colitur: accipiet benedictionem
Pſal. 84. a a Deo, ſecundum illud: Benedixiſti Domine terram tuam. Hæc benedictio eſt in cõpletione fructus, ideo additur: *Et ortum, fecit fructum centuplum*, ideſt, fructũ
Pſal. eod. d perfectum. Et ſic impletur illud: Dominus dabit benignitatem, et terra noſtra dabit fructum ſuum. Et
Gen.26. c Geneſis: Seuit Iſaac in terra illa, et inuenit in ipſo an-
Mat.13.a no centuplum. Et hoc Matthæus expreſſius dicit, ſecundum tres gradus: Alia ceciderunt in terram bonam, et dabant fructum: aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. Et hoc ſecundum tres ſtatus continentiæ, vel tres gradus iuſtitiæ. Beatus vero Lucas tangit differentiam ſupremam in hac includens alias. Et nota quòd tres ponit terræ infructuoſæ differentias, et vnam tantum bonam, quia ſe-
Mat.22.b cundum quòd dicitur: Multi ſunt vocati, pauci vero
Mich.7.a electi. Et propterea conqueritur Dominus: Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autũno racemos
Mat.7. b vindemiæ. Et ratio huius redditur, cum dicitur: Intrate per anguſtam portam, quia lata porta et ſpatioſa via eſt quę ducit ad perditionem, et multi ſunt qui intrant per eam. Quàm anguſta porta et arta via eſt quę ducit ad vitam, et pauci ſunt qui inueniunt eam?

Hæc dicens clamabat. Hic poſt congregationẽ multitudinis, et propoſitionẽ ſimilitudinis, ſubiungitur tertio excitatio Apoſtolicæ ſolicitudinis. Circa huius autem excitationẽ quattuor introducuntur ab Euangeliſta, ſcilicet admonitio magiſtralis, interrogatio diſciplinalis, præelectio familiaris, et reprobatio iudicialis. Primum excitat, ſecundum rectificat, tertium confortat, et quartum humiliat. Primo ergo quantum ad magiſtralis admonitionis ſolicitudinem excitantem dicitur: *Hæc dicens clamabat*, vt ſuo clamore excitaret auditorum attentionẽ, ſicut Ioannes dicit, quòd in nouiſſimo die magno feſtiuitatis ſtabat
Ioan. 7. f Ieſus, et clamabat dicens: Siquis ſitit, veniat ad me, et bibat. Hoc eſt enim prædicatoris officium: Clama,
Iſa. 58. a ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam, et annũcia populo meo ſcelera eorum, vt ex ipſo modo dicendi excitet audientes, nec tantum ex modo dicendi, ſed
Greg. homil. 15. in Euang. etiam ex ſenſu verbi, propter quod adiungit: *Qui habet aures audiendi audiat*. Gregorius ſpiritualiter hæc
Beda to. 5. li.3.in Luc. cap. 8. verba intelligit. Et Beda: Vbicumque hæc admonitio interponitur, myſticum eſſe quod dicitur, et attentius conſiderandum, oſtenditur. Et hoc ſignat ipſa multiplicatio actus audiendi. Sicut Iſaias: Auribus percipite, et audite vocem meam. Attendite et audite eloquium meum. Vnde ad hanc exhortationem poteſt dicere vere intelligens illud: Erigit mane, mane
Iſa. 58. a erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrum. Et illud Iob: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus
Iob 42. a meus videt te. Et ſic tangit audiendi vſum, quia tres ſunt gradus. Primus in audiendo exterius: ſecundus in credendo: tertius vero in intelligendo.
Tres auſcultationis gradus.

Secundo quãtum ad diſciplinalem interrogationẽ rectificantem ſubditur: *Interrogabant autem eum diſcipuli eius*, vt ſcilicet dirigerentur ab eo, ſecundũ illud:
Eccli.33.a Qui interrogationem manifeſtat, parabit verbum: et ſic deprecatus exaudietur, et conſeruabit diſciplinam et tunc reſpondebit. Hoc autem dicitur, non quia ſtatim interrogarent, ſed quia ad verbum Chriſti conce
Mar.4. b perunt voluntatẽ interrogãdi. Vnde Marcus: Et cum eſſet ſingularis, interrogauerunt eum. Et quia interrogatio eſt de occultis et myſticis, ideo additur: *Quæ eſſet hæc parabola*, id eſt, quid ſignificaret, vt per eius interpretationẽ poſſent intellectum capere, ſecundũ illud:
Prou.1. a Audiens ſapiens, ſapiẽtior erit, et intelligẽs gubernacula poſſidebit. Animaduertet parabolã, et interpretationẽ. Et in Eccleſiaſtico: Sapiẽs occulta prouerbiorũ exquiret, et in abſcõditis parabolarũ cõuerſabitur.
Eccli.39.a

Tertio quantum ad familiarem præelectionẽ confortantem, ſubditur: *Quibus ipſe dixit: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei*, id eſt, intelligentiã ſcripturę, quæ regnum Dei dicitur, ſecundum illud: Auferetur
Mat.21.d a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius. Dicitur autem ſcriptura regnũ Dei, quia ipſum prædicat, et oſtendit, et promittit, et obedientem ipſi ad regnum Dei perducit, ſecundum illud: Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam
Ioan. 5. f habere. Et illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me, et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. De his autem dicit beatus Lucas ſpecialiter et diſcretiue: *Vobis datum eſt*, quia ipſi ad hoc electi fuerunt. Vos au-
Ioan. 5. f tẽ dixi amicos, quia omnia quæ audiui a Patre meo, nota feci vobis. Et ſignanter dicit datum, non venditum, vt gratiam cognoſcamus. Gratis accepiſtis,
Mat.10.a gratis date. Datum et non mutuatum, infra: Ego
Inf. 21. e enim dabo vobis os et ſapientiam: cui non poterunt contradicere, et reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Datum et non acquiſitum: Omne datum optimum, et omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum. In hoc ergo quòd dicit
Iac. 1. e eos familiariter prælectos, confortat eos ne deficiãt ab inquirendo, infra: Nolite timere puſillus grex,
Inf. 12. d quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.

Quarto vero quantum ad iudicialem reprobationem humiliantem, ſubiungit; *Ceteris autem in parabolis*, ſcilicet datum eſt noſſe, quod potius eſt ignorare. In loquela enim labij, et in lingua altera loquetur ad populum iſtum. Et hoc facit iuſto ſuo iudi-
Iſa. 28. e cio, quo non vult ſancta communicare immundis, ſecundũ illud: Nolite dare ſanctum canibus, *et cetera*. Et
Mat. 7. a propterea ſubdit: *Vt videntes non videãt*. Vt, non eſt ibi cauſale, ſed cõſecutiuum, ſicut dicitur: In iudiciũ ego
Ioan. 9. g in hunc mundũ veni, vt qui non vident, videant: et qui vident

Digitized by Google

Iſa.29.c vident cæci fiant. Et hoc iudicium prædictum eſt: Claudet Dominus oculos veſtros: prophetas et principes veſtros, qui vident viſiones, operiet. Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati. Et non eſt cõtradictio in hoc quod dicit: *vt videntes nõ videant*, quia primum refertur ad viſum exteriorem, ſecundum ad interiorem, ſecundum illud Iſaiæ: Educ foras populum cæcum, et oculos habentem: ſurdum, et aures ei ſunt. Et explicatur ſequens clauſula: Et audientes non intelligant. Audite audientes, et nolite intelligere: et videte viſionem, et nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, et aures eius aggraua, et oculos eius claude. Vnde dicitur: Vſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Et hoc factum eſt diuino iudicio, ſecundum illud: Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, vt non ſitis vobis ipſis ſapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret. Et debet omnis ſe humiliare ſecundum quòd ibidem dicitur: Noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Et hæc humilitas eſt opportuna et præambula ad intelligentiam myſteriorum, quia dicitur: Abſcondiſti hæc a ſapientibus et prudentibus, et reuelaſti ea paruulis.

Iſa.43.b *Iſa.6.c* *2.Cor.3.d* *Rom.11.c* *Ibidem.* *Mat.11.d*

Eſt autem hac parabola. Poſt quam præmiſſa eſt hæc inſtructio parabolica in occultis myſterijs: ſequitur ſecunda pars capituli, in qua deſcribitur informatio apoſtolica in apertis eloquijs. Hæc autem pars habet duas particulas, in quarum prima eruditur ad intellectum parabolæ: in ſecunda inuitantur ad communicationem doctrinæ, ibi: *Nemo autem lucernam accendens*, et cetera. Quantum ad explicationem parabolæ attendendum quòd primo explicat eam generaliter, deinde ſpecialiter, ibi: *Qui autem ſecus viam*. Dicit ergo primo quaſi generalem quandam intentionem parabolæ præmittens: *Eſt autem hac parabola*, id eſt, hic eſt intellectus parabolæ. Vt poſſet dicere illud Ioannis: Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis. *Semen eſt verbum Dei*: quia per illud renaſcimur, vt fiamus ſancti, et diuini. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis. Iuxta hæc quattuor mẽbra in parabola præmiſſa, quattuor diſtinguit auditorum genera. In quibus diuerſimode ſuſcipitur ſemen diuinorum eloquiorum. Ita quòd vnum ſemen accipit diſpoſitionem, vt ſit in alijs conculcatum, in alijs arefactum, in alijs ſuffocatum, et in alijs multiplicatum. Primo ergo quantum ad explicationem ſeminis cõculcati, quod eſt verbum Domini in corde obliuioſo, dicit: *Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt*. Quod non refertur ad ſemen ſuſceptum, ſed ad perſonas recipientes ſemen, quia et ipſi dicuntur ſemen, ſecundum illud: Seminabo domum Iſrael et domum Iuda, ſemine hominum, et ſemine iumentorum, ideſt, perfectorum et imperfectorum. Illi ergo qui audiunt ſemen ſunt, ſed ideo infructuoſi, quia non retinent, propter quod addit: *Deinde venit diabolus*, ſcilicet per ſuggeſtionem. *Et tollit verbum de corde eorum*, ideſt de recordatione. Et hoc ſignatum fuit in libro Iudicũ, vbi dicitur: Cumque ſæuiſſet Iſrael, aſcendebat Madian et Amalech. Sequitur: Sicut erant in herbis cuncta vaſtabant. Vnde ipſe libenter deſtruit principia bonitatis. Et quia noſtræ ſaluti inſidiatur, adiungit: *Ne credẽtes ſalui fiant*, ſicut enim ſcriptum eſt: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Ipſe autem nihil quærit, niſi damnationem noſtram tamquam iam damnatus. Proiectus eſt accuſator fratrũ noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte.

Ioan.16.a *Iac.1.c* *Hier.31.c* *Iud.6.a* *Mar.16.c* *Apoc.12.c*

Secundo quantum ad explicationem ſeminis arefacti in corde deſidioſi, ſubditur: *Nam qui ſupra petram: qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum*. Et hoc quidem eſt laudabile ſecundum illud: Suſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes Scripturas. Sed tamen in hoc ſunt reprehenſibiles, quia non fouent, nec volunt laborare. Ideo ſubdit: *Et hi radices non habent*, ideſt firmitatem charitatis, de qua Apoſtolus: In charitate radicati et fundati: ſed potius amorem libidinoſum ſiue adulterinum, et ideo non proficiunt. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt. Quia: Radix eorum exiccata eſt, fructum nequaquam facient. Et quòd iſti non habeant radices confirmatas, oſtendit cum ait: *Qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt*, ſcilicet a Deo, ſecundum illud: Receſſit a Deo ſalutari ſuo. Sed hoc competit huiuſmodi deſidioſo, ſecundum illud: Quàm aſpera eſt nimium ſapientia indoctis hominibus, et non permanebit in illa excors, ſed ſicut dicitur: Væ eis, quòn iam receſſerunt a me. Diuerſum dicit Iob: Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Et ideo hortatur: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, et timore, et præpara animam tuam ad tentationem.

Act.27.c *Eph.3.c* *Sap.4.a* *Oſee 9.d* *Deut.32.e* *Eccli.6.c* *Oſee 7.d* *Iob 27.a* *Eccli.2.a*

Tertio autem quantum ad expoſitionem ſeminis ſuffocati in corde negocioſo, ſubditur: *Quod autem in ſpinas cecidit: hi ſunt qui audierunt*, ideſt, illi ſignantur per illud. Et nota quòd auditus attribuitur omnibus, vt nullus ſe poſſit excuſare. Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terræ verba eorum. Sed tamen non omnes faciunt fructum ſpiritualem, quia impediuntur a curis carnalibus. Ideo ſubditur: *Et a ſolicitudinibus*, ſcilicet intra. *Et diuitijs*, ſcilicet extra. *Et voluptatibus vitæ*, ſcilicet infra. In quo tangitur triplex bonum commutabile ſcilicet interius, exterius, inferius. *Euntes ſuffocantur*, ideſt, vitam ſpiritualem perdunt: quia ſecundum quòd dicitur: Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, et deſideria multa inutilia et nociua, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. Ideo merito ſuffocari dicuntur. Et ideo perdendo vitam interiorem, perdit per conſequens efficaciam exteriorem. Et ideo ſubditur: *Et non referunt fructum*. Scribitur enim: Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Quia ſicut dicitur: Dormierunt ſomnum ſuum, et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis. Et ad Romanos: Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? quaſi dicat, nullum. Vnde merito diuitiæ et voluptates comparantur ſpinis, tum quia fructum non afferunt, tum quia fructum impediunt, tum etiam, quia habentem affligunt, ſecundum illud: Peccatori autem dedit afflictionem et curam ſuperfluam, vt addat et congreget, et tradat ei qui placuit Deo. Sed et hoc vanitas eſt et caſſa ſolicitudo mentis: Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire. Vnde quaſi ſuper ſpinas iacet, propter quod dicit Beda: Diuitiæ etſi delectare videantur, tamen poſſeſſoribus ſuis ſpinæ ſunt, quia cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant, quæ auide quæruntur, et ſolicite ſeruantur.

1.Tim.6.b *Eccli.5.b* *Pſal.75.a* *Rom.6.d* Diuitiæ, et voluptates cur ſpinis cõparentur. *Eccls.2.d* *Eccli.5.b* *Beda.to.5. lib.3.ca.8. Luca.*

Quarto quantum ad interpretationem ſeminis multiplicati in corde fructuoſo, additur: *Quod autem in bonam terram*, ſcilicet cecidit. Terra, quam circumiuimus, valde bona eſt. *Hi ſunt qui in corde bono*, quo ad cognitiuam: Cor boni conſilij ſtatue tecum. Et in Eccleſiaſtico: Sapiens cor et intelligibile, abſtinebit ſe a peccatis. *Et optimo*. Quo ad affectiuam dicitur: Optimum eſt, gratia ſtabilire cor. *Audientes verbum retinent*, quo ad memoratiuam. Prouerbiorum: Fili mi, ne obliuiſcaris legis meæ, et præcepta mea cor tuum cuſtodiat. *Et fructum afferunt*, quo ad operatiuam. Dabitur pluuia ſemini tuo,

Num.14.b *Eccli.37.c* *Eccli.3.d* *Heb.13.b* *Prou.3.a* *Iſa.30.e*

Digitized by Google

tuo, vbicumque seminaueris in terra, et panis frugum terræ erit vberrimus et pinguis. *In patientia*, quo ad passionem passiuam et supportatiuam : in
Iac.1.a qua est consummatio meriti boni. Patientia opus perfectum habeat : vt sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. Vnde ipsa est quæ perducit ad
Iac.5.b fructum : Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum et serotinum. Et ad Hebræos : Patientia enim
Heb.10.g vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, re-
Heb.12.c portetis promissionem. Iterum : Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris : postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Ad istius tamen seminis explanationis euidentiorem manifestationem, notandum quòd semen est verbum Dei. Primo, quia
Ioan.8.d tenet rationem principij actiui : Principium qui et
Mat.13.e loquor vobis. Et Matthæus : Qui seminat bonum semen, est filius hominis, qui scilicet est principium omnis boni. Secundo, quia tenet rationem princi-
Ioan.5.c pij propagatiui : Pater meus vsque modo operatur :
Mar.4.c et ego operor. Ideo Marcus dicit : Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, et dormiat, et exurgat nocte ac die, *et cetera*.
Gen.1.b Germinet terra herbam virentem, et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum, *et cetera*. Tertio, quia tenet rationem principij multiplicatiui. Ioannes : Nisi granum frumenti cadens
Ioan.12.d in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet : si autem mortuum fuerit, multum fructum affert :
1.Cor.15.e Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Huiusmodi autem semen est Verbum Dei increatum, vt inspiratum, vt incarnatum, vt prædicatum, et vt exemplatum.

Nemo autem lucernam accendens, et cetera. Postquam eruditi sunt Apostoli ad intellectum parabolæ, hic secundo inuitantur ad communicationem doctrinæ ad quam inuitantur Apostoli quadrupliciter. Primo congruitate generalis exempli : secundo necessitate superni iudicij, ibi : *Non est enim occultum*,
Inf.eod.c et cetera. Tertio vtilitate proprij meriti, ibi : *Videte ergo quid audiatis*, et cetera. Quarto immutabilitate diuini beneplaciti, ibi : *Venerunt autem ad illum*, et cetera. Circa congruitatem generalis exempli, duo sunt attendenda. Primum est dissonantia in oppositio, sed conuenientia in proposito. Primo quantum ergo ad dissonantiam in oppositio, dicitur : *Nemo autem lucernam accendens*. Lucerna est Verbum Dei,
Prou.4.c iuxta illud : Mandatum lucerna est, et lex lux, et via
Ps.118. vitæ increpatio disciplinæ. Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis. Tunc enim lucerna accenditur, quando cordi humano intelli-
Ioan.5.f gentia diuini verbi tribuitur. Vnde dicitur : Ille erat lucerna ardens et lucens. *Operit eam vase*. Lucerna hæc non est operienda vase carnalis immunditiæ.
Osea 8.b Oseas : Israel nunc factus est in nationibus, quasi vas immundum. Sed non est tale vas, Paulus, de quo :
Act.9.c Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filijs Israel : hoc fuit vas apertum quod illuminauit mundum. In Eccle-
Eccli.43.a siastico : Sol in aspectu annuncians in exitu vas admirabile, opus excelsi. *Aut subtus lectum ponit*. Per lectum autem accidia designatur. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Hinc est
Prou.16.b quòd reprehenditur seruus ille, qui abscondit pecu-
Mat.25.b niam Domini sui. Contra illud : Perde pecuniam
Eccli.29.b propter fratrem, et amicum : et non abscondas illam sub lapide in perditionem. Vult ergo dicere quòd sicut inconueniens est, lucernam accensam abscondere sub vase vel lecto, sic etiam diuinam intelligentiam occultare. Et hoc est quod dicitur : Sa-
Eccli.20.d pientia absconsa, et thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque ? Melior est qui celat insipientiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam. Hoc autem intelligitur, quando habet tempus et locum. Nam in psalmo dicitur : In corde meo abscondi elo-
Ps.118. quia tua, vt non peccem tibi. Et alibi : Posui ori
Psal.38.a meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me : obmutui, et humiliatus sum.

Secundo vero quantum ad congruitatem in proposito, subiungit : *Sed supra candelabrum ponit*. Quantum ad apparitionem virtutis. *Vt intrantes videant lumen*. Per apertionem veritatis, secundum illud :
Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant
Mat.5.b opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Et ad Philippenses : Inter quos lucetis sicut
Phil.2.b luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Illud autem lumen non vident, nisi qui per fidem intrant. Quia Isaias secundum septuaginta dicit : Nisi
Ioan.7.b credideritis, non intelligetis. Et de hoc fidei ingressu dicitur : Ego sum ostium : per me si quis introie-
Ioan.10.b rit, saluabitur, introierit scilicet per fidem : quia qui crediderit, saluus erit. Isti intrantes per fidem, mediante doctrina Sanctorum, perueniunt ad intelligentiam sacramentorum, secundum illud : Illumi-
Psal.75.a nans tu mirabiliter a montibus æternis : turbati sunt omnes insipientes corde. Qui ad iustitiam erudiunt
Dan.12.b multos, sunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.
Mat.10.b Ideo Dominus dicebat discipulis : Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine : et quod in aure auditis, prædicate super tecta.

Non est enim occultum. Hic secundo inuitat eosdem ad communicationem doctrinæ, necessitate superni iudicij dupliciter, tum propter futuram manifestationem omnis boni, tum propter futuram reuelationem omnis mali. Primo ergo quantum ad futuram manifestationem omnis boni, dicitur : *Non est enim occultum*, scilicet bonum, *quod non manifestetur*, scilicet per futurum iudicium. Vnde : Omnes enim
2.Cor.5.b nos manifestari oportet ante tribunal Christi : vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Hoc autem erit in iudicio, de quo dicitur, quòd illuminabit abscondita tenebra-
1.Cor.4.b rum, et manifestabit consilia cordium, et tunc laus erit vnicuique a Deo. Et hoc, quia lux habet proprietatē manifestatiuam, secundum illud : Omnia
Eph.5.c autem quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Vnde etiam bona veritas fidei et morum, tamquam lux quærit manifestari, non occultari, secundum illud : Qui facit veritatem, venit ad lucem, vt mani-
Ioan.3.c festentur opera eius : quia in Deo sunt facta. Et hoc fiet potissime in iudicio, quando lux illa manifestabitur. Qui sedes super Cherubin manifestare. Et
Psal.79.a rursus : Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit.

Secundo vero quantum ad reuelationem omnis mali, dicitur : *Nec absconditum*, scilicet peccatum vel malum, quod homo libenter abscondit, secundum illud : Si abscondi quasi homo peccatū meum.
Iob 31.d Et sequitur : Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat Omnipotens ? *Quod non cognoscatur et in palam veniat*, ideſt, in iudicio, secundum illud : Qui operit odium fraudulenter, reuela-
Prou.26.d bitur malitia eius in concilio. Vnde in Ecclesiastico :
Eccli.1.b Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris in labijs tuis. Et sequitur : Ne forte reuelet Deus absconsa tua, et in medio synagogæ elidat te, *et cetera*. Quia sicut dicitur : Auris zeli
Sap.1.b audit omnia, et tumultus murmurationum non absconditur. Ipse enim est qui reuelat profunda et abscondita, et nouit in tenebris constituta, *et cetera*. Quia ergo omnia oportet manifestari, stultum est ad tempus abscondere, ac per hoc necesse est doctrinam acceptam alijs aperire.

Videte ergo quid audiatis, et cetera. Hic tertio inuitantur Apostoli ad idem, vtilitate proprij meriti. Et hoc quia eius habitus facit opulentum, priuatio vero reddit egenum. Prædicanda est ergo diuina doctrina.

Digitized by Google

doctrina. Primo, quia habitus documenti perducit ad opulentiam, propter quod dicit:

Beda. to. 5. lib. 3. in ca. 8. Luca. *Videte ergo quid audiatis.* Beda: Vt in veſtro pectore ſuſcipiatis, et continuo ruminetis, et alieno auditui eructare ſufficiatis, quaſi dicat: Non audiatis verba eruditionis diuinæ negligenter, vt non curetis: ſed diligenter, vt abundetis, et alijs tribuatis. Vnde et ſubdit: *Qui enim habet, dabitur illi*, id eſt, qui enim habet affectum et voluntatem proficiendi, dabit ei Deus intellectum, et facultatem docendi. Vnde in Sapientia: Optaui, et datus eſt mihi ſenſus, et inuocaui: et venit in me ſpiritus ſapientiæ. Et ſequitur: Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Vnde ſi quis vult quòd detur abundanter, debet et ipſe dare de eo quod habet, libenter. Date, et dabitur vobis, ſcilicet donum ſapientiæ, ſecundum illud: Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo qui dat omnibus affluenter, *et cetera*. Vnde nulli datur ſapientiæ donum, niſi habeat deſiderium. Omnes ſitientes venite ad aquas: et qui non habetis argentum, properate, *et cetera*.

Sap. 7. a *Sup. 6. f* *Iac. 1. a* *Iſa. 55. a*

Secundo vero per contrarium, quia ipſius priuatio ducit ad inopiam. Vnde adiungit: *Et quicumque non habet*, affectum ſcilicet diuinæ doctrinæ in corde. *Etiam quod putat ſe habere*, per tumorem ſuperbiæ, *auferetur ab illo*, ſcilicet per rigorem diuinæ ſententiæ. Auferte ab illo mnam, et date illi qui decem mnas habet. Et Matthæus: Auferetur a vobis regnum, ſcilicet ſacræ ſcripturæ, et dabitur genti facienti fructus eius. Ex quo colligitur quòd nullus poteſt peruenire ad plenitudinem diuinæ ſapientiæ, niſi habeat promptitudinem doctrinæ communicandæ, vt Sapientia: Quid eſt autem ſapientia, et quemadmodum facta ſit, referam, et non abſcondam a vobis ſacramenta Dei. Et ſequitur: Et non præteribo veritatem: neque quidem cum inuidia tabeſcẽte iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps Sapientiæ, ſcilicet Dei.

Inf. 19. a *Mat. 21. d* *Sap. 6. b*

Venerunt autem ad illum mater, et cetera. Hic quarto inuitat Apoſtolos ad doctrinam communicãdam ex imitatione Magiſtri ſui, ſcilicet Chriſti, qui prætulit affectum docendi affectui parentali. Vnde duo hic introducuntur: primum eſt requiſitio propinquorum: ſecundum vero præelectio diſcipulorum. Primo ergo quantum ad parentum requiſitionem, dicitur: *Venerunt autem ad illum mater et fratres eius*, ad quos debet ſpecialis affectus haberi: ad matrem quidem, quoniam dicitur: Honora patrem tuum, et matrem tuam, *et cetera*. Et Tobias: Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Ad fratres, ideſt, propinquos et cognatos. In Leuitico dicitur: Diliges amicum tuum ſicut teipſum. Horum igitur quibus debetur præcipua affectio, introducitur requiſitio, ſed non poterant pertingere per ſeipſos. Vnde additur: *Et non poterant adire eum pra turba*. Et ideo requirebant per nuncium, propter quod additur: *Et nunciatum eſt illi, mater tua et fratres tui*, quibus multam debes affectionem, ratione propinquitatis, *ſtant foris volentes te videre*, per affectum charitatis. Et ſic efficaciter requiritur, vt ad propinquos tranſeat, vel exeat, tum propter naturam agnoſcendam, tum propter charitatem rependendam. Super hoc autem dicit Gloſſa, quòd hic tergiuerſando nunciatum eſt Chriſto, vt ſciretur ſi doctrinam relinqueret, propter humanum quem erga matrem et fratres haberet affectum. Sciebant enim illud eſſe verum quod dicitur: Nemo vmquam carnem ſuam odio habuit. Et ſic volebant experiri quid amplius acceptaret, vtrum affectionem parentum, an eruditionem diſcipulorum.

Exo. 20. c *Tob. 4. a* *Leu. 19. c* *Gloſſ. in ca. 12. Matth. ſub finem. to. 5.* *Eph. 5. g*

Secundo vero quantum ad diſcipulorum præelectionem, ſubdit: *Qui reſpondens dixit ad eos: Mater mea, et fratres mei, hi ſunt qui verbum Dei audiunt et faciunt*. In quo oſtendit quòd magis diſcipulorum eruditionem, quàm parentum affectionem: et quòd magis acceptabat diſcipulos quàm propinquos. Et quòd magis acceptat affectum doctorum ad diſcipulos, quàm parentum ad filios. Et nota quòd propter parentum affectum, et indigentiam, et requiſitionem, non debet doctor intermittere eruditionem doctrinæ, in quo magis inuitat facto, quàm ſupra inuitauerit verbo. Et nota quòd auditores vocat matres, in quantum per documentum alios generant, ſecundum illud: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Fratres vocat, inquantum per verbum generantur, et filij Dei fiunt, ſecundum illud: Narrabo nomen tuum fratribus meis, *et cetera*. Et Hebræos: Non confunditur fratres eos vocare: qui enim verbum Dei ſuſcipiunt, illi inſeruntur tamquam ſtipiti radicali, et per conſequens rigantur per humorem Spiritus ſancti, et ideo efficiuntur filij Dei viui, ſecundum illud: Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamantem, *et cetera*. Et ideo quantum præeſt ſpiritus carni, et gratia naturæ, et diuina humanis, et æterna caducis, tantum præfertur generatio ſpiritualis, *qua eſt per verbum vitæ*, generationi carnali, et ideo huic præferenda eſt. Nam propter illam verus prædicator plus afficitur ad filios generatos per prædicationem, quàm ad parentes carnales. Quod patet, quia Apoſtoli pro eis confirmandis effuderunt ſanguinem proprium, ſicut etiam Chriſtus fecerat, qui eſt Magiſter omnium. Et quoniam illi ſoli ſemen verbi recte ſuſcipiunt, qui audita exequuntur: ideo recte additur: *qui Verbum Dei audiunt et faciunt*: Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Et Iacobus: Eſtote factores verbi, et non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Tales enim præfert Chriſtus parentali cognationi ſuæ infra, vbi dicitur: Beatus venter qui te portauit, et vbera quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimmo, Beati qui audiunt Verbum Dei, et cuſtodiunt illud. Hoc autem dicit, non quia matrem contemnat, cum illam præ omnibus dilexerit, ſed vt exemplo oſtendat quod præcipit infra: Si quis venit ad me, et non odit patrem ſuum et matrem et vxorem, et filios, et fratres et ſorores: *adiungitur*: Non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Rom. 2. b *Iac. 1. d* *Inf. 11. d* *Inf. 14. f*

Factum eſt autem in vna dierum: et ipſe aſcendit, et cetera. Poſt inſtructionem parabolicam in occultis myſterijs, et informationem Apoſtolicam in apertis eloquijs, ſubdit hic Euangeliſta more ſuo confirmationem authenticam in expreſſis miraculis. Introducuntur autem in hac parte tria ſigna miraculorum, vt in ore trium teſtium ſtet omne verbum, et vt oſtendatur Chriſtus Dominus vniuerſorum. Primum eſt in ſedatione tempeſtatis, ex quo oſtenditur Dominus ſuper creaturam corporalem: ſecundum eſt in expulſione dæmoniacæ legionis, ex quo oſtenditur Dominus ſuper ſpiritualem, ibi: *Et nauigauerunt ad regionem*, et cetera: tertium eſt in reſtitutione vitæ, et ſanitatis, ex quo oſtenditur Dominus ſuper compoſita ex vtraque, ibi: *Factum eſt autem*, et cetera. Circa primum miraculi genus, quod eſt in ſedatione tempeſtatis, quattuor introducuntur ab Euangeliſta ad eius explicationem perfectam. Primum eſt occaſio præcedens: ſecundum opportunitas imminens: tertiũ eſt poteſtas efficiens: quartum eſt vtilitas conſequens. Occaſio præcedens fuit tranſitus maris: opportunitas imminens, impetus tempeſtatis: poteſtas efficiens, virtus diuinitatis: Vtilitas conſequens, eſt profectus noſtræ credulitatis. Primo ergo introducitur ab Euangeliſta tranſitus maris: ſecundo impetus tempeſtatis, ibi: *Et nauigantibus illis*, et cetera: tertio virtus diuinitatis, ibi: *At ille ſurgens*, quarto profectus noſtræ credulitatis, ibi: *Dixit autem illis, Vbi eſt*, et cetera. Circa primum notandum

Diuiſio.

Digitized by Google

notandum quòd duo introducit Euangelista. Primum est ascensus nauiculæ: secundum est transitus stagni. Primo ergo quantum ad ascensionem nauiculæ, dicitur:

Factum est autem in vna dierum: et ipse ascendit in nauiculam, et discipuli eius, vt scilicet per eius obsequium veheretur Iuxta illud: Exiguo ligno credunt homines animas suas. Et nota quòd Christus ascendit cum discipulis in nauiculam, vt ostendat se eis esse similem in natura et indigentia secundum illud: Debuit per omnia fratribus similari. Et ad Philippenses: In similitudinem hominum factus, et habitu inuentus vt homo. Discipuli ascenderunt cum Christo, vt ostendatur perfectio comitatus, quia numquam deserebant Magistrum, sicut Eliseus Magistro suo Eliæ dixit: Viuit Dominus, et viuit anima tua, quia non derelinquam te. Vnde in persona talium, dicebat Iob: Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, et non declinaui ex ea. Non erant de illis qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt: et ideo ad veritatis sapientiam numquam attingunt.

Sap. 14. a *Heb. 2. d* *Phil. 2. b* *4. Reg. 2. a* *Iob 23. c* *Sup. eod. b*

Secundo vero quantum ad transitum stagni subdit: *Et ait ad illos. Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt*, scilicet vt transfretarent, et vltra fretum, siue mare irent: quia aqua illa, sicut habitum est, et mare et stagnum appellabatur. Ideo autem voluit Dominus quòd discipuli eius transfretarent cum eo: vt miracula eius eis apparerent: Qui descendunt mare in nauibus. Et sequitur: Ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia eius in profundo. Vel ideo voluit vt secum ascenderent, vt ostenderet quòd non possunt peruenire ad portũ salutis, nisi per mare tribulationis præsentis. Vnde Sapiens: Transeuntes mare, per ratẽ liberati sunt. Psalmus: Trãsiuimus per ignem et aquam: et eduxisti nos in refrigerium. Quia secundum quòd dicitur: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Sup. 5. a *Ps. 106. c* *Sap. 14. a* *Psal. 65. c* *Act. 14. d*

Et nauigantibus illis, et cet. Hic secundo describitur impetus tempestatis cum importunitate periculi, et cum opportunitate refugij. Primo quantum ad importunitatem periculi emergentis, Christo dormiente, dicitur: *Et nauigantibus illis, obdormiuit*. Et ipso dormiente periculum incurrerunt in nauigando, iuxta illud: Qui nauigant mare, enarrant pericula eius. Ideo subditur periculum: *Et descendit procella venti in stagnum, et complebantur, et periclitabantur*, ideſt, procella venti venit, et exagitabat stagnum, et implebat nauem aquis, iuxta illud: Et facta est procella magna venti, et fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et hoc factum est diuina dispositione, sicut de Iona dicitur: Facta est tempestas magna in mari, et nauis periclitabatur conteri. Vnde sicut nauis illa, propter Ionam fugientem a facie Domini, erat in periculo, sic et ista propter præsentiam proditoris, secundũ quòd Ambrosius dicit: Merito turbabatur nauis, in qua proditor erat, cum bonis: et qui suis meritis firmi erant, turbabantur alienis.

Eccl. 43. c *Mar. 4. d* *Iona 1. a* *Glossa in hũc locum to. 5.*

Secundo quantum ad opportunitatem refugij succurrentis, Christo euigilante, subditur: *Accedentes autem suscitauerunt eum*, vt scilicet per eius vigiliam obtinerent remedium, qui in eius dormitione incurrerant periculum: Et excitatus est tamquam dormiens Dominus. Suscitauerunt autem eum non ex animi audacia, sed ex indigentia patrocinij. Vnde additur: *Dicentes, Præceptor, perimus*. In quo allegant Christi potentiam, et suam indigentiam. Christi potentiam in hoc, quod aiunt, *Præceptor*. Iob: Præcipit soli, et non oritur: et stellas claudit quasi sub signaculo. Qui extendit cælos solus, et graditur super fluctus maris. Et in Psalmo: Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Et Sapiens: Dedisti in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam. Suam indigentiam allegant in hoc, quod dicunt: *perimus*, cum tamen tu non vis aliquem perire: Patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti: et maxime prædestinatos. Vnde: Oues meæ vocem meam audiunt: et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam æternam do eis: et non peribunt in æternum. Et iterum: Quos dedisti mihi, ego custodiui: et nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis.

Psal. 77. g *Iob 9. a* *Psal. 88. b* *Sap. 14. a* *2. Pet. 3. c* *Ioan. 10. c* *Ioan. 17. b*

At ille surgens increpauit ventum. Hic tertio describitur virtus diuinitatis, vt præcipiens verbo, et vt perficiens facto. Primo ergo quantum ad præceptum in verbo, dicitur:

At ille surgens increpauit ventum et tempestati aquæ, In qua increpatione intelligitur maiestatis imperiũ super vtrumque. Vnde dicitur: Imperauit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. Et dicitur quòd dixit mari: Tace, obmutesce. Et in hoc ostendit se esse illum, qui fecit mare. Iob: Circumdedi mare terminis meis, et posui vectem et ostia. Et dixi, hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos. Et Nahum: Dominus in tempestate et turbine. Sequitur: Increpans mare, et exiccans illud: et omnia flumina ad desertum deducens.

Mat. 8. c *Mar. 4. d* *Iob 38. b* *Nahũ. 1. a*

Secundo vero quantum ad effectum in opere subditur: *Et cessauit, et facta est tranquillitas*, cessauit scilicet ventus. In sermone eius siluit ventus, quia Psalmista dicit: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius. Et sic apparet quòd ipse est ille ad quem dicitur: Domine non delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis. Et sic verum est in Christo, quod in psalmo dicitur: Dixit, et stetit spiritus procellæ.

Eccli. 43. c *Ps. 148. b* *Tob. 3. b* *Ps. 106. c*

Dixit autem illis, et cetera. Hic quarto determinatur profectus nostræ credulitatis dupliciter, scilicet quantum ad cognitionem in corde, et quantum ad confessionem in ore. Primo ergo quantum ad cognitionem cordis, procedentis ab hæsitatione dubietatis ad certitudinem credulitatis, dicitur: *Dixit autem illis: Vbi est fides vestra?* Quod quidem dicit increpando dubietatem, et suadendo fidei firmitatem, quasi dicat: Quare dubitastis mergi et periclitari? iuxta quod dixit Petro: Modicæ fidei, quare dubitasti? Nam dicitur: Fide filij Israel transierunt mare rubrum, tamquam per aridam terram. Ideo autem discipulos arguit de pusillanimitate, vt excitaret eos, viso miraculo, ad firmitatem fidei, per quam resiliant in propriam paruitatem, et admirentur diuinam immensitatem. Vnde subditur: *Qui timentes mirati sunt*. Iam enim cognoscebant suam paruitatem, in quam resiliebant per timorem et diuinam immensitatem, in quam excedebant per admirationem: Quis non timebit te o rex gentium? Tuum est enim decus inter cunctos sapientes. Et iterum: Me ergo non timebitis, ait Dominus? Sequitur: Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit. Subiungitur: Et intumescent fluctus eius, et non transibunt illud. Et quia timorem maiestatis concomitatur admiratio potestatis, ideo dicitur: *Mirati sunt*. Mirati sunt in illo multi, et honorauerunt Deum, quia terribilis Dominus, et magnus vehementer, et mirabilis potentia ipsius.

Mat. 14. d *Heb. 11. c* *Hier. 10. a* *Hier. 5. c* *Eccli. 11. b* *Eccli. 43. d*

Secundo vero quantum ad confessionem oris subditur: *Ad inuicem dicentes: Quis, putas, hic est?* quasi dicant, nullus est huic similis: Quis similis tui in fortibus Domine? Quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia? Et rationem reddunt de eius potentia: *Quia et ventis, et mari imperat*, per potentiam ineffabilem. *Et obediunt ei*, per reuerentiam admirabilem: Qui fecit

Exo. 15. b *Iob 28. d*

Digitized by Google

fecit ventis pondus, et aquas appendit in menſura,
quando ponebat pluuijs legem, et viam procellis ſo-
Eccli.39.c nantibus. Et ſic verificatum eſt illud: In verbo eius
ſtetit aqua ſicut congeries. Iſte ergo eſt ille de quo in
Iob 38. a Iob dicitur: Quis concluſit oſtijs mare? Ex quo enim
mare et venti obediunt ei, nulla reſiſtere poſſunt.
Eccli.42.a In Eccleſiaſtico: In omni neceſſitate omnia obau-
Beda to. 5. lib.3. ca. 8. Luca. diunt ei. Vnde Beda in gloſſa: Nota quòd omnis
creatura ſentit Creatorem, quia maieſtati Conditoris ſunt ſenſibilia quæ apud nos ſunt inſenſibilia.

Spiritualis ſenſus.

Spiritualiter autem exprimitur hic liberatio animæ pœnitentis a tentatione diaboli per gratiam
Chriſti. Vnde tria hic ſunt ſpiritualiter attendenda. Primum eſt animæ conuerſio quæ deſignatur in aſcenſu nauiculæ: ſecundum eſt tentatio quæ deſignatur in impetu procellæ: tertium eſt animæ conſolatio quæ deſignatur in ſedatione tempeſtatis.

Circa aſcenſum nauiculæ deſignantem conuerſionem animæ, tria attendenda ſunt, primo Chriſti
Mich.2.d exemplum, quia prior aſcendit: Aſcendet pandens
Act.1. a iter ante eos. Quia: Cœpit Ieſus facere et docere. Et hoc eſt quod dicit Ambròſius: Chriſtus relictis parentibus nauem crucis aſcendit, vt doceat nos, relicto amore carnali cum ipſo crucifigi. In figura hu-
1.Mac.5.e ius dicitur quòd Iudas videns populum trepidantem ad transfretandum torrentè transfretauit prior, et omnis populus poſt eum. Secundo Chriſti conſilium, quia diſcipulos inuitauit vt ſecum tranſirent.
Eccli.24.c Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, ſcilicet ex hoc mundo, qui non eſt niſi tranſitus quidam:
Ioan.13. a Vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrẽ. Et ad Hebræos:
Heb.13. c Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Beatus qui ſic tranſit per bona tem-
Sap.14. a poralia vt non amittat æterna. Quia: Tranſeuntes mare, per ratem liberati ſunt. Tertio vero Chriſti conſortium, quia ſimul cum ipſis in naui tranſie-
Iſa.43. a runt. Cum tranſieris per aquas, tecum ero, et flu-
Pſal.90. d mina non operient te. In Pſalmo: Cum ipſo ſum in
Mat.28.d tribulatione. Et Matthæus: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi.

Circa impetum procellæ in quo deſignatur tentatio animæ, tria ſunt attendenda. Primum eſt obdormitio Chriſti: quod quidem eſt quando Chriſti amor et memoria torpeſcit in corde, nam in ſe non
Pſ.120. a obdormiuit. In Pſalmo: Ecce non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael: ſed in nobis, ideo
Mat.26.d dicitur: Vigilate, et orate, vt non intretis in tenta-
1. Pet.5. b tionem. Et Petrus: Sobrij eſtote, et vigilate, *et cetera*. Et: Non dormiamus ſicut et ceteri, ſed vigile-
1.Theſ.5.b mus et ſobrij ſimus: qui enim dormiunt, nocte dormiunt. Secundum eſt deſcenſus procellæ venti, in
Ezech.1. a quo deſignatur tentatio diaboli. Ventus turbinis veniebat ab Aquilone. Hic eſt ventus vehemens a regione deſerti, qui concuſſit quattuor angulos domus, ideſt quattuor mentis affectus, de quo Iob:
Iob 1. d Frigidus ventus Aquilo flauit, et gelauit cryſtallus
Eccl.43. c ab aqua. Tertium eſt periclitatio nauis impulſæ, quæ deſignat perturbationem animæ. Aqua enim ingrediens in nauiculam eſt perturbatio intrans in animam. Et tunc imminet periculum. Vnde in
Pſal.68. a Pſalmo: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Et in Thren.
Thr.3. f Inundauerunt aquæ ſuper caput meum: Dixi, Perij.

Circa conſolationem animæ tria ſunt attendenda. Primum eſt oratio in Chriſti excitatione, quod
Inf.11. a fit per orationem. Quis veſtrum habet amicum, *et*
Iſa.64. a *cetera*. Et Iſaias: Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, et teneat te? Secundum eſt mentis
Tob. 3. d deuotio in tranquillitate. Tobias dicit: Non delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem, tranquillum facis: et poſt lacrymationem et fletum, exultationem infundis. Et Sapientia: Tu au-
Sap.12. c tem dominator virtutis cum tranquillitate iudica. Et ſequitur: Subeſt enim tibi, cum volueris, poſſe.

A Tertium eſt Dei honorificentia in hoc quòd Deum venerantur, et timent, et confitentur, ſicut Moyſes *Exo. 15. a*
poſt liberationem Iſraelis ab Ægyptijs cecinit canticum Domino. De his tribus dicitur in Pſalmo: In- *Pſal.49. e*
uoca me in die tribulationis, eruam te, et honorificabis me. Et ſic patet quo modo hic ſpiritualiter denotatur tranſitus animæ pœnitentis.

Et nauigauerunt ad regionem, et cetera. Poſtquam primo oſtendit Euangeliſta, Chriſtum habere dominium ſuper creaturam corporalem: hic ſecundo oſtendit habere dominium ſuper creaturam ſpiritualem in expulſione admirabili dæmoniacæ legio-
B nis. Vnde intendit in hac parte Euangeliſta explicare mirabilem liberationem dæmoniaci factam per virtutem Chriſti. Ad huius autem miraculi explicationem quattuor introducuntur. Primum eſt violentia dæmonis obſidentis: ſecundum eſt omnipotentia Dei liberantis, quod notatur ibi: *Et rogauerunt illum ne imperaret illis*, et cetera. Tertium eſt reuerentia populi occurrentis, ibi: *Quod vt viderunt factum, qui paſcebant*, et cetera. Quartum eſt beneuolentia curati obtemperantis, ibi: *Et rogauit illum vir, a quo damonia exierant*, et cetera. Violentia autem diaboli obſidentis oſtenditur ex quattuor, ſcilicet
C ex fremitu furoris, ex ſtrepitu clamoris, ex impetu fortitudinis, et ex comitatu multitudinis. Primo ergo quantum ad fremitum furoris in dæmoniaco occurrente Domino applicanti dicitur: *Et nauigauerunt ad regionem Geraſenorum*. Geraſa autem, vt *Beda to. 5.*
dicit Beda, ciuitas eſt Arabiæ. In quo oſtenditur *lib.3.in c.8*
quòd poſt miracula facta circa Iudæos, diuina di- *Luca.*
ſpenſatio hic requirit vt fiant in gentibus. Iuxta quod dicitur: Vobis oportebat primum loqui verbum *Act.13.g*
Dei: ſed quoniam repellitis illud, et indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: quaſi in contemptum rebellium, vnde addit: *Qua eſt*
D *contra Galilæam*, quæ ſcilicet refertur ad ciuitatem intellectam per illam gentem, quæ ſcilicet eſt Geraſa. Illuc nauigauit, vt virtutem potentiæ per mi- *Gloſſa in*
racula oſtenderet, et ad ſe traheret in tempore. In- *ca. 8. Mat.*
terpretatur namque Geraſa, vt dicit Gloſſa, aduena: *to. 5.*
et ideo deſignat gentes ſecundum illud: Memores *Eph.2.b.c*
eſtote, quòd aliquando vos eratis gentes in carne. Et ſequitur: Eratis illo in tempore ſine Chriſto, alienati a conuerſatione Iſrael, et hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, et ſine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Chriſto Ieſu vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine
E Chriſti. Vnde in hoc patet quòd idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Om- *Ioel 2.g*
nis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Ideo additur: *Et cum de naui egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi vir quidam*, vt ſicut mirabilia fecerat in mari, ita et in terra faceret. Et per hoc apparet quòd ipſe eſt ille de quo Pſalmiſta dicit: *Pſ.134.b*
Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cælo et in terra, in mari et in omnibus abyſſis. Et hoc oſtendit in viro iſto qui merito dicitur vir quidam, ſingularis paſſionis, qui notabilis erat perſona, et notabiliter et miſerabiliter obſeſſus. Et ideo licet
F duo occurrerent ſecundum quòd dicit Matthæus: *Mat.8. d*
Lucas tamẽ non commemorat niſi occurſum vnius, cuius notabilem vexationem determinat ex temporis diuturnitate. Vnde ait: *Qui habebat damonium iam temporibus multis*, ita quòd iam ſibi eum vendicauerat in poſſeſſionem, adeo vt poſſet dici de eo illud Iſaiæ: Erit cubile draconum, et paſcua ſtruthio- *Iſa.34. d*
num. Et occurrent dæmonia, onocentaurus, et piloſus clamabit alter ad alterum. Hoc dicitur de plene a diabolo poſſeſſis. Aggrauatur etiam ex habitus deformitate, vnde additur: *Et veſtimento non induebatur*. Quod erat valde deforme, iuxta quòd comminatur Dominus: Denudabunt te veſtimentis tuis, *Ezec.16. c*
vt auferant vaſa decoris tui. Et in hoc apparet fremitus

Digitized by Google

mitus dæmonis, qui non tantum vexabat corporis membra, sed etiam laniabat vestimenta, sicut de illo dicitur: Cum inualuisset dæmonium pessimum contra duos filios Sceuæ, principis sacerdotum, nudi et vulnerati effugerunt de domo. Aggrauatur etiã ex loci horribilitate, ideo addit: *Neque in domo manebat, sed in monumentis*, vbi est locus valde horribilis. Et talia loca quærunt principes tenebrarum: In desertis habitauit torrentium, et in cauernis terræ: et ab his eripit Dominus, secundum illud: Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Act.19.c
Iob 30.a
Psal.67.b

Secundo quantum ad strepitum clamoris in dæmone vociferante, Domino præcipiente, subditur: *Is vt vidit Iesum, procidit ante illum.* Et sic verificatur illud: Coram illo procident Æthiopes, *et cetera*. Et illud: Adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, et infernorum. Hoc autem non faciebat humilitate deuotionis, sed cum murmure et strepitu clamoris. Et ideo addit: *Et exclamans voce magna dixit, quid mihi et tibi est Iesu fili Dei altissimi?* Ecce quòd non exhibebat reuerentiam ex amore, sed magis abhorrebat præsentiam, exiens cum clamore: per quem ostendit gemitum, et dolorem in corde secundum illud Isaiæ: Clamabitis præ dolore cordis, et præ contritione spiritus vlulabitis. Ideo autem clamat, et dolet de eius præsentia, quia nulla erat ipsius cum Christo conuenientia: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? In Ecclesiastico: Sicut communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. Quæ communicatio sancto homini ad canem? Et nota quòd in hac confessione duplicem elidit errorem: vnum Iudæorum qui dicebant Christum habere dæmonium: et in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dæmonia. Vnde Beda: Iudæi dicunt in principe dæmoniorum eum eijcere dæmones, quem dæmonia negant aliquid secum habere commune. Alium errorem Arrianorum scilicet elidit, qui dicunt Christum creaturam, cum dæmon dicat eum Dei altissimi filium, iuxta illud: Ego ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Hoc autem fatetur dæmon non venerando eius dominium, sed pertimescendo eius præceptum, iuxta illud: Dæmones credunt, et contremiscunt. Et ideo additur: *Obsecro te ne me torquere*, illa scilicet virtute de qua Sapiens: Absentes enim, et præsentes similiter torquebantur: ideo volebat Christum confiteri, vt saltem confitendo inueniret copiam euadendi. Sapiens: Negantes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt. Sed hæc supplicatio parum sibi valuit, non erat enim voluntaria, sed coacta, ideo subiungitur: *Præcipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine.* Cui præcepto non poterat resistere, secundum illud: Omnis creatura, *et cetera*. Sequitur: Deseruiens præceptis tuis, vt pueri tui custodirentur illæsi. Ideo autem hoc præceptum timebat, quia solatium est immundo spiritui obsidere hominem, et tormentum exire. Iuxta illud: Cum immundus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa, quærens requiem. Et Beda in Glossa: Tormentum est diabolo ab hominis læsione cessare, et quanto diutius possederit, tanto difficilius dimittit. Laboret ergo læsus a diabolo, vt cito iugum disrumpat. Sed in hac petitione non meruit dæmon exaudiri, quia non erat ex affectu deuotionis, sed ex impatientia, et strepitu clamoris. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos.

Mat.8.f
Mat.12.b
Beda. to.5. lib.3.in ca. 8.Luca.
Beda ibid.
Eccli.24.a
Iac.2.d
Sap.11.b
Sap.16.c
Sap.19.b
Inf.11.c
Beda to.5. lib.3.in ca. 8.Luca.
Psal.17.d

Tertio quantum ad impetum fortitudinis in dæmone resistente humanæ legationi subiungitur: *Multis enim temporibus arripiebat illum*, scilicet impetu fortitudinis, cui non poterat obsessus resistere. Iuxta quod dicitur de Saule quòd inuasit Spiritus Dei malus Saul. Sed hunc aliter quàm Saul, quia ille leniebatur cithara, hic autem non poterat detineri catena. Vnde additur: *Et vinciebatur catenis*, quantum ad manus. *Et compedibus custoditus*, quantum ad pedes, quod erat retinaculum valde forte, iuxta illud psalmi: Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis. Et licet tam forte esset, tamen adhuc non poterat sustinere impetum diabolicæ fortitudinis, propter quod addit: *Et ruptis vinculis agebatur a dæmonio in desertum.* In quo ostenditur superbia et audacia diaboli, qui nullis obedit, nec retinaculis teneri potest, iuxta illud: A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, et dixisti: Non seruiam. Sic vtique faciunt superbi, imitatores diaboli, contra quos Hieremias loquens de principibus dicit: Et ecce, magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula, scilicet diuinorum præceptorum. Cum tamen dicatur: Injice pedem tuum in compedes illius, et in torques illius collum tuum: subijce humerum tuum, et porta illam, et ne acedieris vinculis eius. Sed tolerabilius est peccatori, obsesso a diabolo, agitari in desertum, quàm istis vinculis compediri. Iob: In desertis habitabant torrentium, et in cauernis terræ, vel superglaream. Qui inter huiusmodi lætabantur, et esse sub sentibus delicias computabant.

1.Reg.18.c
Psal.149.b
Hier.2.d
Hier.5.b
Eccli.6.c
Iob 30.a

Quarto vero quantum ad comitatum multitudinis in dæmone respondente Dominicæ interrogationi subiungitur: *Interrogauit autem illum Iesus, dicens: quod tibi nomen est?* Ipsius enim est interrogare, cuius est et iudicare. Altissimus interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. Et iterum: Hos tamquam pater mouens probasti: illos autem tamquam durus rex interrogans, condemnasti. Quia: In cogitationibus impij interrogatio erit. Interrogabat autem de nomine, non quia ignoraret, secundum quòd dicunt ei discipuli: Nunc scimus quia scis omnia, et non opus est tibi, vt quis te interroget: in hoc credimus quòd a Deo existi: et multo minus tu alios. Sed quærebat vt ex responsione dæmonis appareret comitatus multitudinis, vnde subditur: *At ille dixit: Legio.* Legio continet sex millia sexcenta et sexaginta sex. Et ideo non respondet nomen singularis personæ, sed multitudinis: quod exponens Euangelista, adiungit: *Quia intrauerant dæmonia multa in eum*, ita vt posset dicere Domino illud: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? Et iterum: Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Iam verificatum erat in isto, quod de Antiocho dicitur: Quis ascendit Ierosolymam in multitudine graui? Et intrauit sanctificationem cum superbia? Et sic ex quattuor præmissis apparet violentia diaboli obsidentis.

Sap.6.a
Sap.11.c
Sap.1.c
Ioan.16.g
Legio.
Psal.3.a
Psal.68.q
1.Mac.1.c

Et rogauerunt illum, et cetera. Post violentiam dæmonis obsidentis, subiungit hic Euangelista omnipotentiam Domini liberantis. Ostenditur autem in hac parte Christus potens per omnem modum, scilicet potens in imperando, potens in permittendo, potens in saluando, potens in perdendo. Primo ergo ostenditur potens in imperando dura in hoc quod dicitur: *Et rogauerunt illum*, scilicet dæmones, *ne imperaret illis vt in abyssum irent*, quia mandatum eius non poterant præterire, iuxta illud: Præceptum posuit, et non præteribit. Ideo rogauerunt eum, quia sciebant quòd ipse erat ille Angelus, de quo: Vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, idest, potestatem mittendi in abyssum iusto suo iudicio, sicut fecit Ægyptijs: Abyssi operuerunt eos: descenderunt in profundum quasi lapis. Et in Apocalypsi: Iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus, et mors missi sunt in stagnum ignis. Hoc iudicium timebant dæmones

Psal.148.b
Apoc.20.a
Exo.15.a
Apo.20.d

Digitized by Google

dæmones accelerari sibi per imperium Christi, non tamquam præscij futurorum, sed per dicta prophetarum. Vnde Ambrosius: Sciebant dæmones per aduentum Christi se aliquando in abyssum mergendos, non ipsa futura prædiuinantes, sed Prophetarum de se dicta recolentes. *Amb. to. 3. lib. 6. in ca. 8. Luca.*

Secundo dicitur potens in permittendo damna in hoc quod subditur: *Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte*, in quos, licet bruta essent animalia, dæmones non habebant posse nisi ex diuina permissione. Nam de Christo dictum est: *Psal. 8. b* Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues et boues vniuersas: insuper et pecora campi. Vnde in istum gregem non poterant quidquam, nisi ex permissione diuina, secundum illud: Nonne duo passeres asse veneunt, et vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? id est, potentia patris vestri. Et ideo subditur: *Et rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi.* In quo ostendunt dæmones Christi potentiam et suam impotentiam, quia nihil possunt in bestias, nisi permissi, multo magis nec in hominem. Vnde *Mat. 10. d* *Iob 1. b* Iob dixit Satan: Domine extende paululum manum tuã, et tange cuncta quæ possidet. Vnde etiam in tribulatione quam facturus est diabolus Ecclesiæ, diuina permissio præcedit, secundum illud: *Apoc. 9. c* Soluti sunt quattuor Angeli, qui parati erant in horam et diem, et mensem, et annum, vt occiderent *Apo. 20. a* tertiam partem hominum. Et iterum dicitur quòd cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo. Et quia Dominus iusto suo iudicio permittit eis multa, subditur: *Et permisit illis.* In qua permissione ostendit se Dominum non solum prohibentem dæmones, sed possidentem porcos, *Psal. 49. b* secundum illud: Meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, et boues. Possessores vero solum erant villici Domini Iesu, et ideo in nullo iniuriatus est eis. Ostendit etiam Dominus quòd magis diligit salutẽ vnius hominis, quàm millia brutorum *1. Cor. 9. a* animalium. Numquid de bobus cura est Deo? Et *Sap. 11. a* in Sapientia: Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas. Rursus in hoc ostendit Dominus carnales homines, qui designantur per porcos, iusto Dei iudicio expositos esse dæmonibus. *Rom. 8. c* Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. *1. Cor. 5. b* Vnde dicit Apostolus de isto carnali quòd huiusmodi tradendus est Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Hoc etiam fecit vt non solum notam faceret hominibus terræ illius potentiam suam saluandi, sed etiam occi- *Deut. 32. f* dendi, secundum illud: Ego occidam, et ego viuere faciam: percutiam, et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere.

Tertio ostenditur potens in saluando infirmos in hoc quod adiungitur: *Exierunt ergo dæmonia ab homine, et intrauerunt in porcos.* In quo exitu liberatus est homo. Exierunt autem diuinæ virtutis imperio, se- *Zac. 13. a* cundum illud: Spiritum immundum auferam de *Inf. 13. g* terra. Hoc dicebat ille qui de seipso ait: Ecce eijcio dæmonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor. In virtute namque Christi exibant, in cuius nomine eijciebantur ab eius discipulis, iuxta quod dicitur quòd Paulus dixit spiritui *Act. 16. d* Pythonico: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea: et exijt eadem hora. Exeuntes autem ab homine in porcos intrant, quia immundus spiritus immunda quærit habitacula. Iob: Ingredietur *Iob 37. b* bestia latibulum, et in antro suo morabitur. Et de *Iob 40. b* Behemoth dicitur: Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. Hoc dicit quantum ad carnales, qui nihil aliud quærunt, nisi vmbram et lasciuiam, sicut porci.

Quarto ostenditur potens in perdendo superbos in hoc quod subditur: *Et impetu abijt grex per præceps in stagnum, et suffocatus est.* In quo ostenditur diuina virtus eximia, quæ non permisit eos ingredi in porcos ad quietem, sed ad submersionem, vt sic impleretur in eis illud: Flauit spiritus tuus, et operuit eos *Exo. 15. d* mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. In quo spiritualiter designatur submersio peccatorum, iuxta illud propheticum: Deponet *Mic. 7. b* iniquitates nostras, et proijciet in profundum maris omnia peccata nostra.

Septem notanda.

Porro ex prædictis secundum litteram colligi possunt septem notabilia. Primum est quòd potentia solius verbi Christi excedit virtutem infinitorum millium dæmonum. Secundum est quòd maximus est furor dæmonum respectu generis humani. Tertium est quòd maximus est timor dæmonum respectu hominis Christiani. Quartum quòd dæmones sunt incorporei, cum tot fuerint in homine vno. Quintum est quòd ipsi nihil possunt etiam in bruta animalia, nisi permissi. Sextum est quòd homines in his temporalibus possidendis non sunt nisi villici Christi. Septimum est quòd Deus salutem vnius hominis præferendam ostendit infinitis animalibus brutis.

Quod vt viderunt factum, et cetera. Hic iam tertio ostendit Euangelista reuerentiam populi occurrentis. Circa huius explicationem introducuntur quattuor, scilicet denunciatio veritatis conspectæ, indagatio veritatis auditæ, inuentio veritatis inquisitæ, veneratio veritatis inuentæ, quæsitæ, et denunciatæ. Primo ergo quantum ad denunciationem veritatis conspectæ dicitur:

Quod vt viderunt factũ, qui pascebant, fugerunt. scilicet ex timore, sicut veri mercenarij. Mercenarius *Ioan. 10. c* autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, et dimittit oues, et fugit. Et Zacharias: O pastor et idolum derelin- *Zac. 11. d* quens gregem. Vel fugerunt non timore humani periculi, sed timore diuini iudicij, de quo: Fugite ergo a facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius *Iob 19. d* est, et scitote esse iudicium. Fugerunt autem non vt laterent, quia scriptum est: Quo ibo a spiritu tuo? *Ps. 138. b* et quo a facie tua fugiam? sed vt absentibus celeriter visa narrarent. Vnde dicitur: *Et nunciauerunt in ciuitatem, et in villas*, sicut et ille nuncius Iob dicit: *Iob. 1. c* Euasi ego solus, vt nunciarem tibi. Et in hoc quasi habebant prædicatorum officium de quibus: An- *Psal. 63. b* nunciauerunt opera Dei, et facta eius intellexerunt. Hæc est annunciatio quam acceptat Apostolus, di- *Phil. 1. c* cens: Siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur: et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. Vnde bona de Christo visa non sunt reticenda, sed annuncianda secundum illud: Dixerunt illi quat- *4. Reg. 7. b* tuor viri leprosi: Hæc enim dies boni nuncij est, si tacuerimus et noluerimus nunciare vsque mane, sceleris arguemur. Venite, eamus et nunciemus in aula regis. Sed mala non sunt annuncianda: Nolite *2. Reg. 1. c* annunciare in Geth, neque annuncietis in compitis Ascalonis.

Secundo vero quantum ad indagationem veritatis auditæ subditur: *Exierunt autem videre quod factum est, et venerunt ad Iesum. Exierunt*, inquam, ad inquisitionem: Egredimini, et videte filiæ Sion *Cant. 3. d* regem Salomonem. Et in psalmo: Venite et videte *Psal. 45. b* opera Domini, quæ posuit prodigia super terram. Exierunt autem ad Iesum qui est Veritas, vt discerent veritatem. Nam sicut dicit solicitus inquisitor Iob: Quis mihi tribuat vt cognoscam et inueniam *Iob 23. a* illum, et veniam vsque ad solium eius? Sic Samaritani audito verbo mulieris: Abijt mulier in ciuita- *Ioan. 4. d* tem, et dicit illis hominibus: Venite et videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci: numquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, et veniebant ad eum. Et notandum est valde quod dicitur, dum exeunt videre quod factum est, venerunt ad Iesum: quia factura dum videtur, ducit

ad Facto-

Digitized by Google

Rom.1.c ad Factorem: Inuisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Et in Sapientia: A magnitudine enim speciei, et creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri. Et ideo in Ecclesiastico: Quàm desiderabilia omnia opera eius, et tamquam scintilla, *et cetera*. In hoc autem apparet quòd non est standum in factura, sed perueniendum vsque ad Iesum. In Ecclesiastico: Vide arcum, et benedic eum qui fecit illum. Et in psalmo: Ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem, *et cetera*.

Sap.13.a
Eccli.4.d
Eccli.43.b
Psal.8.a

Tertio quantum ad inuentionem veritatis quæsitæ subditur: *Et inuenerunt hominem sedentem a quo damonia exierant*. Et ita in debito statu contra inquietationem, quia numquam quiescebat, quàmdiu diabolus eum possidebat. Impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Econtra de eo in quo habitat Spiritus Domini, dicitur: Sedebitur solitarius, et tacebit. Quia secundum illud: Factus est in pace locus eius, et habitatio eius in Sion. Inuenerunt etiam eum in debito habitu contra nudationem. Propter quod addit: *Vestitum*. Talis enim habitus decet hominem tam corporaliter quàm spiritualiter. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, *et cetera*. Inuenerunt etiam eum in debito sensu contra insaniam. Vnde subdit: *Ac sana mente*. Vnde poterat dicere illud Nabuchodonosor: In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me. Quem sensum aufert diabolus ab eis quos possidet infatuando eorum mentes. In quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium. Inuenerunt etiam eum in debito situ contra deordinationem, propter quod addit: *Ad pedes eius*, tamquam intentum prædicationi eius, secundum illud: Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius. Et infra: Maria sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Et per hæc indicia manifeste cognouerunt ipsum liberatum ex proprio visu. Modum autem et curationis causam cognouerunt per auditum. Qui audierunt hæc facta esse per Christum. Propter quod subditur: *Et timuerunt*, scilicet Christum attendentes eius miram potentiam et fortitudinem, secundum illud: Quis non timebit te o rex gentium? Tuum est enim decus inter cunctos sapientes gentium, *et cetera*. Ad hoc inducit certum testimonium, ideo subdit: *Nunciauerunt autem illis, et qui viderant*, scilicet pastores. Quia tales debent testificari: Et qui vidit, testimonium perhibuit. *Quo modo sanus factus fuisset a Legione*, per Christi imperium. Et tali testimonio est credendum: Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, *et cetera*. Sequitur: Testamur, et annunciamus vobis. Psalmista: Narrantes laudes Domini, et virtutes eius, et mirabilia eius quæ fecit. Quia dicitur: Non enim possumus quæ vidimus et audiuimus non loqui.

Dan.4.g
2.Cor.4.a
Deut.33.a
Inf.11.g
Hier.10.a
Ioan.19.f
1.Io.1.a
Psal.77.a
Act.4.d

Quarto vero quantum ad venerationem veritatis inuentæ subditur: *Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorum*. Postquam cognouerunt maiestatis imperium, formidabant. Vnde rogauerunt eum, *vt discederet ab ipsis*. Quod quidem non dicebant contemptu superbiæ, sicut illi de quibus Iob: Qui dixerunt Deo: Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus: sed ex timore reuerentiæ. Ideo subditur: *Quia magno timore tenebantur*, sicut Petrus supra: Exi a me Domine: quia homo peccator sum. Et sicut Centurio supra: Domine non sum dignus vt sub tectum meum intres. Quia secundum illud: Pondus super se tollet qui honestiori se communicat. Vnde Ambrosius: Infirma mens non capit Dei verbum, nec potest pondus sapientiæ sustinere. Et quoniam ad diuinam cohabitationem minus erant idonei, ideo erant exauditi. Propter quod additur: *Ipse autem ascendens nauim, reuersus est*. Nolebat Dominus aliquibus esse onerosus. Vnde Matthæus dicit: Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Et iterum: Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Sed prudentius his fecerunt Samaritani de quibus: Cum veniſſent ad illum Samaritani rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Sed stupor circumdederat illos, sicut et Petrum. Ideo poterant dicere illud Iob: Semper quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, et pondus eius ferre non potui. In hoc etiam spiritualiter datur intelligi quòd Dominus repulsus abscedit. Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum. Insinuatur etiam quòd Dominus non derelinquit nos, nisi prius eum repellamus: quin potius se ingerit. Vnde in Apocalypsi: Ecce sto ad ostium, et pulso, *et cetera*.

Ioan.4.f
Sup.5.b
Iob 31.c
1.Par.28.c
Apoc.3.d

Et rogauit illum vir, et cetera. Hic quarto describitur beneuolentia sanati obtemperantis, quam commendat Euangelista ex quattuor, scilicet ex oblatione obsequij, ex condescensione medici, ex commissione officij, et ex diuulgatione beneficij: ita quod vnum ad alterum disponit. Primo ergo quantum ad oblationem obsequij dicitur: *Et rogauit illum vir a quo damonia exierant*, scilicet sanatus medicum, *vt cum eo esset*, vt scilicet ei cohabitaret, et seruiret tamquam Domino, et Saluatori, sicut dicebat Ethai Gethæus regi Dauid: Viuit Dominus, et viuit Dominus meus rex: quoniam in quocumque loco fueris, Domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. Sic Eliseus ad Eliam: Viuit Dominus, et viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ideo autem volebat esse cum ipso, vt esset securior secundum illud: Inuocaui Dominum Patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, et in tempore superborum sine adiutorio. Vt etiam esset perfectior: Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque. Vt etiam esset felicior, desiderium habens dissolui et esse cum Christo: Si quis mihi ministrat, me sequatur, et vbi sum ego, illic et minister meus erit. Et iterum: Volo pater vt vbi sum ego, et illi sint mecum vt videant claritatem quam dediſti mihi. Et ideo volebat ei hic cohabitare in via, vt illi cohabitare posset in cælesti Patria.

2.Reg.15.c
4.Reg.2.a
Eccli.51.b
Psal.118.a
Phil.1.c
Ioan.12.a
Ioan.17.d

Secundo quantum ad condescensionem medici subditur: *Dimisit autem eum Iesus*, in omnimoda scilicet libertate, volens sibi aliud onus imponere, ostendens quòd propter collatum beneficium non est accipiendum obsequium. Vnde: Misertus Dominus serui illius dimisit illum, et debitum dimisit ei. Dimisit autem eum in quiete, vnde subdit dicens: *Redi in domum tuam*, vt ibi requiescas, vnde te dæmonia expulerant. Præcurre prior in domum tuam, et illic auocare, et illic lude, et age conceptiones tuas, et non in delictis et verbo superbo. Seneca: Indicium mentis bene constitutæ est, in se posse consistere, et secum posse morari. Et nota quòd Dominus dimittit quosdam propter infirmitatem, sicut istum cui condescendebat. Quosdam admittit propter fidelitatem, sicut ipsum de quo infra: Et ait alter, sequar te Domine, *et cetera*. Quosdam attrahit propter idoneitatem, ibidem: Ait ad alterum, sequere me. Quosdam repellit propter cupiditatem sicut illum dicentem: Magister sequar te, quocumque ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, *et cetera*. Hunc autem non admisit Dominus ad perfectionis discipulatū, vel quia mouebat eum timor humani periculi, vel amor beneficij, vel vt ostenderet, sicut prætactum est, quòd propter spirituale beneficium non est accipiendum obsequium. Vnde: Gratis accepistis, gratis date. Et exemplum huius apparet

Matt.10.b
Matt.7.a
Matt.18.c
Eccli.32.c
Infra 9.g
Matt.8.c
Matt.10.b

Ambr.to.3 lib.6.in ca.8.Luca.

Digitized by Google

2.Reg.5.d apparet in Eliseo. Potest tamen prædicator Euange- A
1.Cor.9.b licus accipere stipendium, iuxta illud: Dominus ordinauit ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Sed non debet prædicare propter illud, sed propter salutem populi. Et nota hic quòd Dominus secundum quod Euangelica historia narrat, aliquando præcipit curatis quòd nemini dicerent, sicut patet in curatione leprosi: Vide, nemini
Mat.8.a dixeris: et in suscitatione puellæ, præcipit parentibus eius, ne alicui dicerent, quod factum erat. Hic autem præcipit sanato quòd diuulget. Sed hoc Dominus facit vt ostendat veritatem salutarem non esse tacendam, et gloriam propriam non esse quærendam. Ideo enim aliquando præcipit quòd dicatur, et aliquando quòd taceatur. Vnde in primo dat documentum quòd veritatis prædicetur, in secundo vero quòd gloria propria nō quæratur. In hoc etiam apparet quòd prædicationis opus non tantum est virorum Apostolicorum, verum etiam quorumcumque bonorum qui a Christo edocti sunt. Vnde etiam Christus discipulis prohibentibus quēdam in nomine Christi eijcere dæmonia, qui Christum non sequebatur, dixit ad illos: Nolite prohibere: qui enim non est aduersum vos, pro vobis
Inf.9.f est, sicut dicitur infra: Bonus enim vir debet dicere C
Num.11.f quod dixit Moyses: Quis tribuat vt omnis populus prophetet, et det eis Dominus spiritum suum? Se-
Phil.1.e cundum illud: Dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur: et in hoc gaudeo, sed et gaudebo.

Tertio quantum ad commissionem officij dicitur: *Et narra quanta tibi fecit Deus*. In quo mittit eum ad prædicandum et diuulgādum diuinum beneficium:
Psal.21.e Narrabo nomen tuum fratribus meis, *et cetera*. Et
Tob.12.b Tobias: Opera autē Dei reuelare, honorificum est.
Psal.77.a hoc mandat Dominus fieri: Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis? Vt cognoscat generatio altera. Et illud est officium prædicatoribus iniunctum. D

Quarto quātum ad diuulgationem beneficij subditur: *Et abijt per vniuersam ciuitatem prædicans*, quod
Ioan.3.a illi iniunctum est. Surge, et vade in Niniuem ciuitatem magnam: et prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. Sed Ionas prædicabat periculum, iste vero diuulgabat et prædicabat beneficium, ideo addit: *Quanta illi fecisset Iesus*, vt vere
Psal.65.d diceret illud: Venite, audite: et narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Ad
Tob.12.d hoc inuitat Angelus Tobiæ: Benedicite Deum, et E narrate omnia mirabilia eius. Hoc autem non dicit, quia in nostra sit potestate omnia eius opera et beneficia enarrare, cum dicatur: Quis sufficit enarrare
Eccli.18.a opera illius? Sed quia hoc debet esse in nostro desi-
Psal.9.d derio et voluntate, iuxta illud: Confitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Non quia lingua sufficiat exprimere, sed quia gratitudo cordis de omnibus cupit laudes exoluere, et prædicare.

Ex prædictis possunt elici quattuor notabilia secundum litteram. Primum est quòd Dominus per viles et humiles personas voluit alijs notificari, sicut F per porcarios et pecorarios. Secundum, quòd non omnes ad statum perfectionis sunt admittendi, sed tantum illi qui sunt idonei. Tertium, quòd a prædicatione nominis Christi non sunt arcendi, quos Christus curat a vexatione diaboli. Quartum, quòd ad gratiarum actionem pro beneficijs acceptis debemus esse promptissimi, exemplo huius dæmoniaci, qui beneficium Dei omnibus nunciauit.

Factum est autem, cum rediisset Iesus, et cetera. Supra ostendit Euangelista dominium et auctoritatem Christi super creaturam corporalem in sedatione tēpestatis et contra spiritualem in expulsione dæmonis. Hic ostendit ipsum dominium habere super creaturam compositam ex vtraque in sanitate Hæmorrhoissæ, et suscitatione puellæ. Habet autem hæc pars duas partes. In quarum prima, secundum Diuisio. quòd humana natura ex duobus est composita, corpore videlicet et anima, ostenditur Dominus corporum in Hæmorrhoissæ sanatione: in secunda Dominus animarum, in puellæ suscitatione, ibi: *Adhuc illo loquente*, etcetera. Introducitur autem explicatio vtriusque miraculi ad manifestandam dignitatem virtutis Christi, quam demonstrat satis perfecte in miraculo curationis Hæmorrhoissæ. Nam primo demonstratur in parte ista benignitas præsentiæ B Christi desiderabilis: secundo sublimitas potentiæ admirabilis, ibi: *Et mulier quædam erat in fluxu*, et cetera. Tertio profunditas sapientiæ infallibilis, ibi: *Et ait Iesus, quis est qui me tetigit?* et cetera. Benignitas autem præsentiæ Christi ostenditur desiderabilis ex plebe suscipiente cum lætitia, ex principe supplicante cum fiducia, et ex multitudine cōcomitante cum beneuolentia. Primum respicit Christi aduentum, cui plebs occurrit: secundum Christi statum, ad quem princeps currit: tertium Christi progressum, ad quem multitudo concurrit. Ex occursu ergo, et cursu, et concursu multitudinis, multipliciter ostenditur præsentia et aduentus Christi C desiderabilis. Primo ergo quantum ad susceptionem lætitiæ factum a plebe, dicitur:

Factum est autem cum rediisset Iesus, transfretum scilicet in Galilæam, cum ad tempus corporalem subtraxerat præsentiam desideratam. Iuxta illud quod signatum est de Salomone: Vniuersa terra desidera- 3.Reg.10.
bat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, d
quam dederat Deus in corde eius. Per istum Salomonem intelligimus Christum, de quo in psalmo: Speciosus forma præ filijs hominum, *et cetera*. Et Psal.44.a
ideo dicitur: *Excepit illum turba*, scilicet cum lætitia et gaudio, vt sic impleretur illud Isaiæ: Adde nt mi- Isa.29.f
tes in Domino lætitiam, et pauperes homines in sancto Israel exultabunt. Ideo subditur: *Erant autem omnes expectantes eum*, cum desiderio scilicet, quia bonum est præstolari cum silentio Salutare Thr.3.e
Dei. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Ipse enim erit expectatio gentium. Expecta Dominum, viriliter age, et confor- Gen.49.b
tetur cor tuum, et sustine Dominum, dicit Psal- Psal.26.d
mographus.

Secundo quantum ad supplicationem cum fiducia factam a principe, subditur: *Et ecce venit vir, cui nomen Iairus*. Cuius nomen exprimit, quia persona erat notabilis ob principatum, iuxta quod dicitur: Feci tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, 2.Reg.7.b
qui sunt in terra. Vel etiam quia nomen respondebat officio, et dignitati. Iairus enim illuminatus Iairus.
interpretatur, et talis debet in plebe Domini principari, vnde subditur: *Et ipse Princeps synagogæ erat*. Et statuit illi testamentum pacis, principem sancto- Eccli.45.d
rum et gentis suæ, *et cetera*. Hic autem princeps licet esset exaltatus in gloria, ita vt ei posset competere illud: Vt sedeat cum principibus, et solium glo- 1.Reg.2.b
riæ teneat; non tamen inde est elatus per superbiam, sed humiliatus per reuerentiam attendens illud: Rectorem te posuerunt? noli extolli. Ideo Eccli.32.a
subditur: *Et cecidit ad pedes Iesu*, sciens scriptum esse: Mihi curuabitur omne genu, et iurabit omnis Isa.45.d
lingua. Et in psalmo: Venite adoremus, et pro- Psal.94.a
cidamus, et ploremus ante Dominum, qui fecit nos, *et cet.* Ideo autem *cecidit*, vt Christi maiestatem sua honoraret reuerentia: quoniam magna potentia Eccli.3.c
Dei solius, et ab humilibus honoratur. Et vt etiam imploraret pietatem cum fiducia. Vnde et subdit: *Rogans eum, vt intraret in domum eius*. Hoc faciebat cum instantia, vt posset dicere illud: Tenui eum, Cant.3.b
nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ. Ad istam autem instantiam propellebat indigentia,

Digitized by Google

indigentia, quam exprimit cum dicit: *Quia vnica filia erat ei*. Et ita multum amabilis. Nam ſicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam, dixit Dauid. Non ſolum autem erat amabilis quia vnica, ſed etiam quia iuuencula. Ideo addit: *Fere annorum duodecim*. Et ita reuera teneriori amore amanda, ſecundum illud: Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo quòd in ſenectute genuiſſet eum. Et quia vita erat multum amabilis, ideo mors erat multum triſtabilis. Propter quod ſubdit: *Et hac moriebatur*. Quod non poterat eſſe ſine magno dolore, qui eſt in luctu vnicæ. Luctum vnigeniti fac tibi planctū amarum. Ideo Iacob dicebat de Beniamin: Non deſcendet, inquit, filius meus nobiſcum: frater eius mortuus eſt, et ipſe ſolus remanſit, ſi quid ei aduerſitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Sic et hic dicere poterat de vnica filia. Quoniam igitur Chriſti præſentiam adijt cum reuerentia, rogauit ex confidentia, deſiderauit ex indigentia, ideo oratio eius fuit exaudita ſecundum illud: Rogationem contribulati ne abijcias, et non auertas faciem tuā ab egeno. Hinc eſt quòd Dominus non reprehendit iſtum, qui rogabat quòd iret ad domum ſuam ſicut regulum: quia regulus magis credebat eum infirmum poſſe ſanare quàm mortuum ſuſcitare. Vnde dixit: Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus. Hic autem credidit quòd æque bene poſſet ſuper vtrūque, vnde filiam ſuam quaſi mortuam reputabat. Et ideo alius Euangeliſta, ſcilicet Matthæus, introducit eum rogantem pro mortua, licet ſecundum Lucam et Marcum aliquid ſupereſſet vitæ. Vnde Auguſtinus de concordia Euangeliſtarum dicit, quòd Marcus et Lucas expreſſerunt principis verbum: Matthæus vero intellectum expreſſit, quia eam mortuam reputabat.

2.Reg.1.d *Heire.7.g* *Gen.42.g* *Ecclı 4.a* *Ioan.4.g* *Mat.9.c* *Mar.5.c* *Aug. to. 4. lib.2. c.28.*

Tertio quantum ad comitatum beneuolentiæ factū a multitudine ſubditur: *Et contigit dum iret, a turbis comprimebatur*, quoniam ex amoris affectu omnes volebant contingere ipſum ſicut ſupra: Omnis turba quærebat eum tangere. In hoc etiam verſa vice oſtenditur beneuolentia Saluatoris, qui etiam a multitudine vult comprimi, quaſi nullum a ſe repellens. Ipſe enim eſt qui dicit: Eum qui venit ad me, non eijciam foras. Ipſe qui vocat Matthæum, ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati eſtis: et ego reficiam vos. Ipſe enim eſt, qui ad oſtium pulſat: Ecce ſto ad oſtium, et pulſo. Hanc compreſſionem facit mutuus amor, qui eſt copula amantis et amati. Quia qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Et Ioannes: Manete in me et ego in vobis. Vnde perfectus amor non eſt contentus aliquo ſenſū, ſiue contactu. Propter quod dicit ſponſa: Trahe me poſt te, *et cetera*. Et Hieremias: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, *et cetera*.

Luc. 6.c *Ioan.6.d* *Mat.11.d* *Apoc.3.d* *1.Cor.6.d* *Ioan.15.a* *Cant.1.a* *Hiere.31.a*

Et mulier quædam erat in fluxu, et cetera. Poſtquam oſtenſa eſt præſentia Chriſti deſiderabilis, oſtenditur potentia eius admirabilis in mirabili curatione a fluxu ſanguinis. Hanc autem curationem oſtendit Euangeliſta proceſſiſſe ex admirabili potentia, tum propter diuturnitatem morbi in muliere, tum propter impoſſibilitatem curandi ab arte, tum propter facilitatem remedij a Saluatore. Primo igitur quantum ad diuturnitatem immundæ paſſionis in muliere dicitur: *Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim*. Hæc erat immunda paſſio, et ideo cum difficultate portabilis. Mulier quæ patitur multis diebus fluxum ſanguinis non in tempore menſtruali, vel quæ poſt mēſtruum ſanguinem fluere non ceſſat, quamdiu ſubiacet huic paſſioni, immunda erit quaſi ſit in tempore menſtruo. Et erat cum difficultate ſanabilis propter adhærentiam, quia iam erat inueteratus morbus. Languor prolixior grauat medicum. Erat igitur hæc paſſio immunda, continua, et diuturna. Ideo vilis ad cohabitandum, grauis ad ſuſtinendum, et difficilis ad ſanandum. Vnde poterat dicere illud: Vetuſtam fecit pellem meam et carnem meam, contriuit oſſa mea. Et illud: Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, et non eſt ſanitas in carne mea. Hæc autem mulier ſecundum Ambroſium videtur fuiſſe Martha. Ait enim: Chriſtus largum fluxum ſanguinis ſiccauit in Martha, et dæmones expulit de Maria.

Lau.15.a *Eccli.10.b* *Thr.3.a* *Pſal.37.b*

Secundo quantum ad impoſſibilitatem humanæ ſubuentionis ex arte, ſubditur: *Quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam*, et cetera. Propter curationis remedium, ſecundum conſilium Eccleſiaſtici: Honora medicum propter neceſſitatem: etenim illum creauit Altiſſimus. Hoc autem dicit de honore munerum, non ſermonum. Vnde hæc eos honorauerat, quæ omnem ſubſtantiam expenderat. Et ideo probabile, ſi curabilis fuiſſet ægritudo, quòd per artem fuiſſet curata, attamen ars non profuit. Vnde ſubdit: *Nec ab vllo potuit curari*. Ita nec a natura, nec ab arte potuit ei ſubueniri, vt verificaretur in ea illud: Neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus, Domine, ſermo qui ſanat omnia. Vnde nota quòd natura nihil poteſt ſine diuina potentia, nec ars aliquid poteſt ſine natura. Vnde vbi natura arti non proficit, magis nocet, ſicut in hac muliere de qua dicitur quòd fuerat multum perpeſſa a compluribus medicis, et erogauerat omnia bona ſua, nec quidquam profecerat, ſed magis deterius habebat. Sed Lucas medicus hoc tacet de medicis curialius loquens. Ex quo colligitur quòd medicorum ars eſt laudabilis, quando ſequitur diuinam potentiam et naturam abſtractam. Vnde dicitur: Da locum medico, etenim illum Dominus creauit, et non diſcedat a te, quia opera eius ſunt neceſſaria. Sed tunc erit vituperabilis operatio medici, quando negligit conſiderare naturam, vel non apponit diuinam potentiam ſicut dicitur de Aſa: Ægrotauit etiam Aſa anno triceſimonono Regni ſui, dolore pedum vehementiſſimo et nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum: ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. Sequitur: Et mortuus eſt, *et cetera*.

Medicus quo modo honorādus.

Eccli 38.a *Sap.16.b* *Mar.5.c* *2.Paralip. 16.d*

Tertio quantum ad facilitatem perfectæ curationis a Saluatore, ſubditur: *Acceſſit retro, et tetigit fimbriam veſtimenti eius*. Acceſſit quia credebat. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt: et inquirentibus ſe remunerator ſit. *Retro*. Quia timebat ſicut ſoror eius Maria. Stans retro ſecus pedes Domini. *Tetigit*: quia ſperauit curari. Vnde dicitur: Quia ſi veſtimentum eius tetigero, ſalua ero. *Tetigit autem fimbriam veſtimenti eius*, ideſt, infimam partem veſtimenti, reputans ſe immūdam, et honorificans Chriſti potentiam, qui poteſt ſalutem dare per infima. Et quia credidit, et ſperauit, ideo facile obtinuit. Propterea additur: *Et confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius*. Ex quo apparet mira Dei virtus quæ morbum tam diuturnum, et tam grauem curauit ſtatim ad tactum vnius particulæ veſtimenti ipſius. Mira eſt ergo virtus Chriſti, quæ credulitate ſui impoſſibilia facit facilia ſecundum illud: Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credēti. Et Ioannes: Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio et ipſe faciet, et maiora horum faciet. Et in Actibus: Virtutesq. non quaſlibet faciebat Deus per manū Pauli: ita vt etiam ſuper languidos deferrentur a corpore eius ſudaria et ſemicinctia, et recedebant ab eis languores, *et cetera*. Si ergo tam ſalubre eſt per fidem tangere fimbriam veſtimenti, quàm ſalubre erit tenere ipſum Chriſtum? Vnde Bernardus: Dulce ſatis eſt te, bone Ieſu, quærere: dulcius tenere. Vnde ſponſa: Tenui eum, nec dimittam, *et cetera*. Dulcis vtique eſt attactus tui, nam et ipſe tactus fructu non caret. Mulier enim illa Euangelica felici fructu attigit fimbriam Ieſu, et ſtatim ſtetit in illa fluxus carnalis illecebris, carnalis delectationis, *et cetera*.

Heb.11.b *Sup.7.c* *Mar.5.c* *Mar.9.d* *Ioan.14.b* *Act.19.b* *Cant.3.b*

Digitized by Google

Et ait Iesu: Quis est, et cetera. Postquam ostensa est Christi præsentia esse desiderabilis, et potentia admirabilis: hic tertio ostenditur eius sapientia infallibilis: et hoc tripliciter, scilicet ex deprehensione veritatis occultæ, et detectione veritatis deprehensæ, et ex approbatione veritatis detectæ. Primo ergo introducitur deprehensio veritatis occultæ a Christo per propriam inquisitionem, cum dicitur: *Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit?* Hoc autem non dicit, vt discat: sed vt quod notum est sibi, alijs detegat. Iuxta
Psal. 10. b quod dicitur: Palpebræ eius interrogant filios hominum: Dominus interrogat iustum et impium. Non vt ab eis aliquid addiscat: sed vt doceat quod ignorant. Vnde quia ignorant quæstionis causam, subditur: *Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, et qui cum illo erant*, id est, alij discipuli causam huius quæstio-
Mat. 15. b nis non intelligentes. Vnde poterat eis dici illud: Adhuc et vos sine intellectu estis? quia quæstionem illam carnaliter non spiritualiter intelligebant: quod patet in hoc quod adducit: *Præceptor, turba te comprimunt et affligunt: et dicis: Quis me tetigit?* quasi dicat, cum omnes te tangant indifferenter, quo modo quæris de aliquo specialiter? Vnde mirantur, quo modo Christus Magister et præceptor quærat quasi de dubio, quod omnibus erat in manifesto. Et ideo merito mirabantur quo modo Christus proponeret quæ-
2. Tim. 2. d stionem quæ apparet stulta, cum dicatur: Stultas autem, et sine disciplina quæstiones deuita. Sed quia intellectum habebant carnalem, manuducendi erant ad spiritualem. Propter quod addit: *Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis?* id est aliqua persona tactu scilicet spirituali. Et hoc probat: *Nam et ego noui virtutem de me exijsse*. Hoc dicit quantum ad effectum curationis. Et
Sap. 12. c sic verificatur illud: Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus. Ostendit autem effectum egredi etem ab ipso secundum illud
Sup. 6. c quod supra dicitur, quòd virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Nec mirum, quia dicit Apostolus:
1. Cor. 1. d Nos prædicamus Christum, Dei virtutem, et Dei sa-
Heb. 1. a pientiam: Et item dicit quòd est portans omnia verbo virtutis suæ.

Secundo vero adiungitur detectio veritatis deprehensæ per alienam confessionem, cum dicitur: *Videns autem mulier, quia non latuit.* Vnde poterat dice-
Ioan. 4. c re illud Samaritanæ: Domine, video quia propheta es tu. Propter quod et ipsa poterat simile testimoniū cum illa perhibere: Venite, et videte hominem qui dixit mihi omnia quæcūque feci. Vere iste erat alter
3. Reg. 10. a Salomon, immo sapientior eo, de quo dicitur quòd non fuit sermo qui regem posset latere: quia ipse est
Dan. 1. d de quo Daniel: Ipse nouit in tenebris constituta, et lux cum eo est. Et quia iam cognouerat potentiam in effectu, et sapientiam percipiebat in sermone: ideo attendebat se non posse effugere, et propterea subditur: *Tremens venit, et procidit ante pedes eius*, ad ho-
Mich. 6. b norificandam eius maiestatem. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelso? Et hoc
Isa. 66. a cum tremore, quia solos tales respicit Deus: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu, et trementem sermones meos? Et ideo dicitur:
Phil. 2. b Cum metu et tremore vestram salutem operamini. Quia vero nihil magis spectat ad honorem maiestatis quàm manifestatio veritatis, ideo subditur: *Et ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni po-*
Tob. 12. b *pulo: et quemadmodum confestim sanata sit.* Quia opera Dei reuelare et confiteri, honorificum est. Et ideo
Ibidem. dicebat angelus: Benedicite Deum cæli, et coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

Tertio adiūgitur approbatio veritatis detectę per diffinitiuam commendationem, cum subditur: *At ipse dixit ei: Filia, fides tua saluam te fecit:* quasi dicat, iuste hoc assecuta es, quia credidisti: quasi dicat, fides
Ioan. 1. b fecit te saluam, secundum illud: Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Fides etiam saluam fecit, quia: Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Vnde in hoc appa-
Rom. 10. c ret mira dispensatio nostræ salutis, quia mulier sanata totum attribuit diuinæ virtuti, secundum illud: Igitur non volentis, neque currentis, sed miseren-
Rom. 9. d tis est Dei. Deus saluans, totum tribuit merito fidei, sicut dicitur: Si potes credere, omnia possibilia
Mar. 9. d sunt credenti. Et quoniam inquisitione salutis per consequens fit acquisitio pacis, ideo subditur: *Vade in pace*, tamquam Dei amica et filia. Quoniam do-
Sap. 3. b num et pax est electis eius. Pax enim est illud quod Dominus omnibus optat, et omnibus optari mandat, secundum illud: In quamcumque ciuitatem in-
Mat. 10. b traueritis. Et sequitur: Intrantes autem in domum, salutate eam dicentes: Pax huic domui. Hoc est præ alijs quod donat: Pacem relinquo vobis, pacem meā
Ioan. 14. d do vobis, *et cetera.* Hoc est ad quod specialiter vocat: Tollite iugum meum super vos. Et sequitur: Et in-
Mat. 11. d uenietis requiem animabus vestris. Et item: Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mun-
Ioan. 16. g do pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. De hac dicitur: Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias
Phil. 4. b vestras in Christo Iesu.

Et nota quòd trium mulierum Dominus fidem commendat, quas exaudit et saluat. Commendauit Magdalenam. Consimile verbum ad eam dicens: Fi-
Sup. 7. g des tua te saluam fecit, vade in pace: Et hanc quam hic commendat. Et mulierem Chananæam, cui dixit: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.
Mat. 15. c In his tribus mulieribus tres pœnitentiæ partes spiritualiter intelliguntur. Nam prima quæ fleuit et lacrymis rigauit, dat intelligere contritionem. Chananæa quæ clamauit; dat intelligere confessionem. Hæc autem quæ tetigit vestimentum, dat intelligere satisfactionem. De Magdalena legitur quòd stans
Sup. 7. f retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare, *et cetera.* De Chananæa dicunt discipuli: Dimitte eam,
Mat. 13. c quia clamat post nos. De ista dicitur hic quòd accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti. Per tactum autem vestimēti intelligitur imitatio sanctæ conuersationis in labore. Vnde nota quòd legimus Christum tactum in pede a Magdalena. Tactum in veste,
Sup. 7. f vt hic ab Hæmorrhoissa. Tactum in latere a Thoma:
Ioan. 20. g Affer manum tuam, et mitte in latus meum, *et cetera.* In quo intelligitur triplex imitatio appropinquantium ad Christum, scilicet in effectu operationis bonæ, in habitu conuersationis sanctæ, in tolerantia passionis acerbæ: in quibus consistit integritas satisfactionis perfectæ. Per pedum namque incessus intelligitur rectitudo operationis bonæ: Pedes eorum
Ezec. 1. b pedes recti. Per vestimentum autem intelligitur honestas conuersationis sanctæ: Beatus qui vigilat et
Apoc. 16. e custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, *et cetera.* Talis est qui imitatur Christum: Abijciamus opera
Rom. 13. d tenebrarum, et induamur arma lucis. Per latus Christi vulneratum, manus et pedes perforatos, intelligitur tolerantia passionis acerbæ, secundum illud: Foderūt manus meas et pedes meos, et dinumerauerunt omnia ossa mea. In ijs enim Christum contingimus, cum eius vulneribus ad tolerantiam armamur. Christo igitur passo in carne, et vos eadem co-
1. Pet. 4. a gitatione armamini. *Adhuc illo loquente*, et cetera. Postquam Euangelista ostēdit Christum Dominum corporum per sanationem Hæmorrhoissæ, hic ostendit Christum Dominum animarū per suscitationem puellæ. Habet autem hæc pars quattuor particulas. In quarum prima prę mittitur soliditas fidei, per modum disponentis: secundo adiungitur idoneitas testimonij per modum approbantis, ibi: *Et cum venisset ad domum*, et cetera. Tertio vero sublimitas imperij per modum efficientis, ibi: *Ipse autem tenens manum eius.* Quarto vero notatur celebritas miraculi

Tres pœnitentiæ partes per tres mulieres intellectæ.

per

Digitized by Google

per modum vtilitatis, ibi: *Et iussit illi dare manducare*. Et sic perfecte describitur miraculum quantum ad quadruplex genus causæ. Soliditas autem fidei Archisynagogi describitur in duplici respectu. Primo respectu dissuasionis humanæ, et respectu persuasionis diuinæ. Per primam tentatur, et per secundam solidatur. Primo ergo quantum ad tentationem fidei per dissuasionem humanam dicitur: *Adhuc illo loquente*, scilicet Iesu. *Venit quidam ad Principem synagogæ*. Venit autem non in adiutorium, *Dan.10.c* sicut Angelus bonus, vt dicitur: Ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum: sed sicut malus nuncius venit ad impediendum, propter quod addit: *Dicens ei: Quia mortua est filia tua*, et ita non potest esse spes de vita, secundum il- *2.Reg.12.f* lud ait Dauid: Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui et fleui, dicebam enim: Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, et viuet infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? numquid potero eum reuocare amplius? ego vadam magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me. Et ideo adiungit: *Noli vexare illum*, id est, frustra tecum ducere cum labore. Hoc quidem erat verbum non credentis Christum posse mortuum suscitare. Ignora- *Ioan.5.d* bat enim illud diuinum verbum: Quia venit hora et nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: et qui audierint viuent. Vnde iste nuncius non dice- *Sup.7.a* bat ex reuerentia, sicut Centurio: Domine, noli *Iob 7.b* vexari, sed ex diffidentia, vt diceret illud Iob: Dies mei velocius transierunt quàm a texente tela succiditur, et consumpti sunt absque vlla spe.

Secundo, quantum ad roborationem fidei per suasionem diuinam, subditur: *Iesus autem, audito hoc verbo*, quod scilicet poterat concutere mentem Ar- *Prou.26.a* chisynagogi, quia secundum illud: Verba susurronis quasi simplicia, et ipsa peruenium ad intima cordis. Ne ergo verbum mortis interius penetraret, opponit verbum vitæ. Et hoc est verbum solidans *Heb.10.g* fidem, quia: Iustus autem meus ex fide viuit, quòd si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Ideo additur: *Respondit patri puellæ: Noli timere*, scilicet ex *Iac.1.a* diffidentia: Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris qui a vento mouetur et circumfertur. Sic de Abraam dici- *Rom.4.d* tur: In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissime sciens, quia quæcumque promisit Deus, potens est et facere. Et ideo subditur: *Crede tantum*, *Ioan.11.f* per confidentiam scilicet: Si credideris, videbis gloriam Dei. Et ideo addit: *Et salua erit*, per diuinam potentiam. Et ad hoc debebat moueri per illud quod statim ante hæc dixerat mulieri curatæ: Fides tua te saluam fecit. Vnde in hoc apparet mirabilis dispensatio Dei, quæ in miraculis suis nostram fidem requirit ad nostrum meritum. Vnde dixit cæ- *Mat.9.d* cis petentibus illuminari: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. Et quia difficile erat credere mortuum suscitari: ideo Dominus in ipso itinere miraculum fecit, per quod adiuuit fidem Archisynagogi, *1.Cor.10.c* vt sic pateat illud esse verum quod dicitur: Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

Et cum venisset, et cetera. Hic secundo post soliditatem fidei disponentis, subiungit Euangelista idoneitatem testimonij approbantis. Ad probationem autem suscitationis requiritur testimonium de vita reddita, et de vita perdita. Ideo inducuntur testes respectu vtriusque. Primo igitur quantum ad personas idoneas ad testificandum de suscitatione miraculosa, dicitur: *Et cum venisset ad domum*, vbi scilicet puella debebat suscitari, quæ erat domus lu- *Eccls.7.a* ctus, ad quam vtile est ire secundum illud: Melius est ire ad domum luctus quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, *et cetera*. Et quia non omnibus aperienda sunt Christi Sacramenta, dicitur enim: Seruus nescit quid faciat Dominus eius: ideo subditur: *Non permisit intrare secum quemquam*, secundum illud: Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi vnus de mille. Quia vero discipuli erant eius amici, secundù quòd dicit: Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui a Patre meo, nota feci vobis. Ideo non omnes excludit, sed excipit ab exclusis, cum subdit: *Nisi Petrum et Iacobum et Ioannem*, qui erant discipuli principales. Vnde isti assumpti sunt in transfiguratione: Assumpsit Iesus Petrum et Iacobum et Ioannem fratrem eius, *et cetera*. Et quia testimonium oportet habere non tantum a domesticis, sed etiam ab his qui foris sunt, ideo discipulis adiungit duas personas, cum dicit: *Et patrem et matrem puellæ*, vt sic in ore duorum et trium testium stet fixum veritatis testimonium. Vnde apparet quòd secundum litteram est idoneitas testimonij quantum ad personas, et quantum ad numerum, quia nil habet superfluum neque diminutum.

Ioan.15.c *Inf.9.d* *Mat.17.a* *1.Tim.3.b*

Secundum spiritualem intelligentiam hoc non vacat a mysterio. Nam Petrus qui interpretatur agnoscens, designat fidem. Iacobus qui luctator interpretatur, designat spem. Ioannes qui interpretatur in quo est gratia, charitatem. Et hæ tres virtutes sunt Domino familiarissimæ, et concurrunt ad suscitationem peccatoris a morte quæ designatur in suscitatione puellæ. Nam fides concurrit: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Similiter spes: Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super misericordia eius. Vt eruat a morte animas eorum. Etiam charitas: In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. Pater autem et mater sunt legis doctores. Pater, qui instruit in fide secundum illud: In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Mater quæ fouet in moribus: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et de his in Prouerbijs: Conserua fili mi præcepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ. Hæc autem sunt cum Christo suscitante peccatorem.

Petrus. Iacobus. Ioannes.

Ioan.11.c *Psal.32.d* *1.Io.4.b* *1.Cor.4.d* *Gal.4.c* *Prou.6.c*

Secundo, quantum ad personas idoneas testificantes de morte naturali, subditur: *Flebant autem omnes, et plangebant illam tamquam mortuam*, secundum consilium Ecclesiastici: Fili in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare. Flebant autem lacrymis, et plangebant vocibus lamentatorijs, sicut erat consuetudinis Iudæorum. Contemplamini, et vocate lamentatrices, vt veniat: *Hier.9.e* et ad eas quæ sapientes sunt mittite, et properent: festinent, et assumant super nos lamentum. Vel flebant propter vitæ amissionem, et plangebant propter desperationem. Et ideo, quia excedebant, confortantur a Saluatore, cum dicit: *At ille dixit: Nolite flere*. Secundum illud: Non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Et ideo dicitur: *Non est mortua puella, sed dormit*. In quo non remouet mortis veritatem, sed irremediabilitatem, *quia poterat eam ita facile a mortuis suscitare, sicut suscitatur de somnis dormiens a vigilante. Et propterea sic dicebat: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno exuscitem eum. Et sequitur: Lazarus mortuus est, *et cetera*. Vnde Beda: Hominibus mortua, qui suscitare nequierant: Deo dormiebat, in cuius ditione et anima recepta viuebat, et caro resuscitanda quiescebat. Propter quod merito cantat Ecclesia in officio defunctorum: Regem, cui omnia viuunt, venite adoremus. Et infra: Deus autem non est mortuorum, sed viuorum: omnes enim viuunt

Ecclus.38.b *1.Thes.4.* **Idem supra pag. 89.e* *Ioan.11.b* *Beda to.5. lib.3. in ca. 8. Luce.* Inuit. in officio mort. *Inf.20.g*

ei. Quoniam ergo nihil Domino moritur, et præsens aderat Deus, ideo merito dicebat: Non est mortua puella. Sed quia animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, stultitia enim est illi: ideo additur: *Et deridebant eum, scientes quòd mortua esset.* Qui enim certus est de aliquo, non solum non credit, sed etiam deridet persuadentem contrarium. Et quoniam diuina sapientia frequenter persuadet contrarium scientiæ humanæ, hinc est quòd homo per humanam scientiam irridet Deum, et sic efficitur stultus: Stultus factus est omnis homo a scientia sua. Stulta est enim scientia, quæ deridet sapientiam. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Et quia secundum quòd dicitur: Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. Ideo isti non recipiebant, sed deridebant. Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. Et ideo non erant idonei testes ad vitæ restitutionem, sed solum ad vitæ perditionem, ideo fuerunt eiecti secundum quòd dicitur: Et cum eiecta esset turba, intrauit, et tenuit manum puellæ, *et cetera*.

1.Cor.2.d Hier.10.c 1.Cor.1.c Prou.18.a Prou.15.a Mat.9.e

Ipse autem tenens manum, et cetera. Hic iam tertio post soliditatem fidei, et idoneitatem testimonij, subiungitur sublimitas imperij suscitantis, quantum ad potentiam præcipientem, et quantum ad efficaciam subsequentem. Primo igitur quantum ad potentiam præcipientem, subditur: *Ipse autem tenens manum eius*, virtutis adiutorio secundum illud: Dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem. Et rursus poterat dicere illud: Tenuisti manum dexteram meam: et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria suscepisti me. Et ecce non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat. Ideo additur: *Clamauit dicens: Puella, surge*, ex imperio maiestatis, sicut dicitur: Voce magna clamauit: Lazare, veni foras. Clamor autem iste in voce exteriori designat immensitatem virtutis interioris. Iuxta quod in psalmo dicitur: Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, scilicet miraculi, secundum illud: Quoniam ipse Dominus in iussu et in voce Archangeli et in tuba Dei descendet de cælo: et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi.

Pſ.117.c Pſal.72.d Iſa.59.a Ioan.11.f Pſal.67.d 1.Theſ.4.c

Secundo quantum ad efficaciam subsequentem, subditur: *Et reuersus est spiritus eius*, per intimam coniunctionem, iuxta quod dicitur: Reuersa est anima pueri intra eum, et reuixit. *Et surrexit continuo*, per vitalem operationem. Surgere enim est operatio virtutis, sicut cadere morientis. Et nota quòd puella ista in resuscitatione sua dicitur surrexisse, et adolescens resedisse: Lazarus vero ligatus manus et pedes prodijsse: quia sicut supra tactum fuit, per puellam mortuam in domo intelligitur peccatum cogitationis: per adolescentem in porta, peccatum operationis: per Lazarum in sepulchro, peccatum consuetudinis. Et quoniam secundum quòd peccata sunt grauiora maiores relinquunt sequelas, ideo qui solum cogitatione peccauit, viuificatus continuo surgit, quia parua remanet difficultas. Qui vero in opere, sedet: quia adhuc pronitas remanet. Qui autem in consuetudine ligatus est, quia valde habet promptitudinem in malo ligantem, et præpedientem a bono postquam etiam redditus fuerit vitæ, dicitur ligatus manus et pedes prodire: secundum hoc, grauior debet imponi pœnitentia diuersis.

3.Reg.17.d Sup.cap.7. pag.90.b.c

Et iussit illi dare manducare. Hic quarto et vltimo tangitur claritas miraculi manifestandi ad fidei vtilitatem, et occultandi contra gloriæ vanitatem. Vnde primo præmittitur manifestatio vtilis: secundo vero occultatio humilis. Quia sicut Gregorius dicit: Sic debet esse opus in manifesto, vt tamen intentio maneat in occulto. Primo ergo quantum ad vtilem miraculi ostensionem, dicitur: *Et iussit illi dare manducare*, vt non phantastica, sed vera suscitatio probaretur, sicut ipse probauit suam resurrectionem, infra: Habetis hic aliquid quod manducetur? Et suscitationem Lazari, quia dicitur: Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. Ideo autem signum dat sensibus veræ suscitationis, vt mentes eleuet in excelsum admirationis. Vnde etiam additur: *Et stupuerunt parentes eius*, quasi magnitudinem diuinæ potentiæ ferre non valentes: Ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic, miraculo grandi et stupendo. Stupor autem iste eleuauit fidem credentium in excelso, secundum illud: Loquente Petro, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum: et obstupuerunt ex circumcisione fideles, *et cetera*.

Greg. homil.11. in Euang. Inf.24.f Ioan.12.a Iſa.29.c Act.10.g

Secundo vero quantum ad humilem occultationem subditur: *Quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat*. Volens humiliter latere, et exemplum humilitatis dare, sicut præcipit discipulis: Et descendentibus illis de monte, præcepit illis Iesus dicens: Nemini dixeritis visionem, *et cetera*. In quo ostendit nos debere velle latere in magnis factis. Vnde Augustinus: Occulta quæ agis quantum potes, quod si ex toto non vales, sit in animo voluntas occultandi. Et nota quòd est præceptum executionis, sicut decalogus: probationis, sicut de immolando filio Abraæ: et instructionis, sicut hic. In primo inuitatur intellectus ad cognoscendum: affectus ad volendum: effectus ad exequendum. In secundo inuitatur affectus, sed non effectus: in tertio tantum intellectus eruditur, non ligatur affectus, nec prohibetur effectus. Et sic intelligitur illud præceptum.

Præceptum triplex. Gen.22.a Mat.17.b

CAPVT IX.

Conuocatis *autem duodecim*, et cetera. Completis tribus partibus principalibus huius partis, quæ est de doctrina Iesu Christi, in quibus discipuli ipsi excitati fuerunt ad audiendum, inuitati ad cõmunicandum, et instructi ad intelligẽdum: hic sequitur quarta pars, in qua intelligentes mittuntur ad prædicandum. Ordo autem istarum partium satis est in se manifestus. Quoniam autem quidam prædicatorum sunt in gradu superiori, quidam vero in inferiori, ideo pars ista habet duas. In quarum prima agitur de missione Apostolorum: in secunda vero de missione septuaginta duorum discipulorum.

Post hæc autem designauit Dominus et alios septuaginta duos, et cetera. Prima pars continet præsens capitulum, et habet tres partes, secundum tria quæ explicat Euangelista necessaria Apostolis, et prælatis ad prædicandum missis. Quorum primum est forma prædicandi: secundum est via proficiendi, quam explicat ibi: *Et factum est, cum solus esset orans*, et cetera: tertium est norma præsidendi, quæ describitur, ibi: *Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum*: Formam autem prædicandi dupliciter explicat. Primo sub diuino præcepto: secundo vero sub diuino exemplo, ibi: *Et reuersi Apostoli narrauerunt*, et cetera. Quantum autem ad informationem prædicatorum per diuinum præceptum, tria introducuntur ab Euangelista, scilicet auctoritas commissa, honestas iniuncta, et vtilitas adiuncta. Ita quod primo præmittit auctoritatem tamquam præcedentem: secundo iniungit honestatem quasi concomitantem, ibi: *Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via*. Tertio adiungit vtilitatem consequentem, ibi: *Egressi autem circumibant*, et cetera. Sed quoniam verba quantumcumque authentici prædicatoris fuerint, sunt inefficacia nisi habeant diuina testimonia, et talia sunt diuina miracula: ideo in prima parte primo explicatur collatio potestatis ad miracula facienda: deinde commissio auctoritatis ad mysteria prædicanda. Primum enim

Luc.10.a

enim viam facit ad secundum. Quantum igitur ad collationem potestatis ad miracula facienda dicit: *Conuocatis autem duodecim Apostolis*, tamquam scilicet principalibus prælatis electis ex omnibus alijs, secundum quòd dicitur: Vocauit Iesus discipulos suos, et elegit duodecim ex ipsis, quos et Apostolos nominauit. Istis ergo conuocatis, ideſt, in vnum vocatis ad vnitatem commendandam, datur Spiritus sanctus, secundum quòd dicitur: Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, *et cetera*. Vnde dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quòd seues populi sint ac magistri: et duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesq. ibi stare tecum, et descendam et loquar tibi: et auferam de spiritu tuo, tradamq. eis. Sic nunc facit, vnde subditur: *Dedit illis virtutem et potestatem*, ita quòd virtus sit respectu spiritualium, et potestas respectu corporalium. Propter quod ad explicationem huius subiungit: *Super omnia dæmonia*, vt hoc referatur ad virtutem. *Et languores curarent*, vt hoc referatur ad potestatem. Et per hoc haberent duplex genus testimonij secundum duplex creaturæ genus, scilicet corporalis, et spiritualis. Et hoc est quod ipsis expresse dicitur: Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite. Ita vt vere impleatur illud: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

Sup. 6. c
Act. 2. a
Num. 11. c
Mat. 10. a
Psal. 67. c

Quantum autem ad commissionem auctoritatis ad mysteria prædicanda subdit: *Et misit illos prædicare regnum Dei*. In missione namque auctoritas designatur, sine qua nullus debet prædicare, vnde: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est. Vnde et Isaias non audebat prædicare, nisi mitteretur: Ecce ego, mitte me. Et dixit Dominus: Vade, et dices populo huic, *et cetera*. Econtra de pseudoprophetis. Non mittebam prophetas, et ipsi currebant: non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant. At non tales erant Apostoli, quia ideo Apostoli nominati sunt, vt eorum commendaretur auctoritas. Apostolus enim missus interpretatur, missi autē fuerunt ad prædicandum, secundum illud: Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Fuerunt ad prædicandum missi, non rem paruam, sed magnam, scilicet regnum Dei. Per quod potest intelligi doctrina veritatis, iuxta illud: Auferetur a vobis regnū Dei, et dabitur genti facienti fructus eius. Potest etiam dici gratia Spiritus sancti, secundum illud: Non est enim regnum Dei esca et potus, sed iustitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto. Infra: Ecce enim, regnum Dei intra vos est. Potest etiam dici gloria æterna, iuxta illud: Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Omnibus his modis Apostoli sunt missi prædicare regnum Dei, scilicet veram doctrinam, diuinam gratiam, et æternam gloriam. Et quia propter auctoritatem prædicationis concesserat potestatem curationis, ideo subdit: *Et sanare infirmos*, scilicet misit ad confirmationem veritatis prædicare secundum illud: Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis, vnde signum missionis spiritualis prædicationis ad prædicandum, est sanatio audientium a morbis vitiorum.

Rom. 10. c
Isa. 6. c
Hier. 23. c
1. Cor. 1. c
Mat. 21. d
Regnū Dei.
Rom. 14. c
Inf. 17. c
Ioan. 3. a
Mar. 16. d

Tria autem sunt signa euidentia quibus probatur vtrum prædicator a Domino sit missus ad Euangelium prædicandum. Primum est auctoritas mittētis: cuiusmodi est Pontificis, et maxime Pontificis summi, qui est loco Petri, immo Iesu Christi, vnde qui ab eo mittitur, a Christo mittitur. Secundum est zelus animarum in persona quæ mittitur, quando scilicet principaliter quærit Dei honorem et animarum salutem. Tertium est fructificatio, et conuersio auditorum. Per primum sunt nuncij Patris, per secun-

Tria sunt signa quibus probatur, num prædicator a Deo sit missus.

dum Filij, per tertium Spiritus sancti. De primo: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, *et cetera*. Lucas: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Vnde dicebat Petrus Ananiæ: Non es mentitus hominibus, sed Deo, *et cetera*. De secundo: Non enim nosmetipsos prædicamus, *et cetera*. Et item: Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. De tertio: Posui vos vt eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat. Et qui sic mittitur, potest dicere illud: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me, *et cetera*.

Psal. 44. d
Luc. 10. c
Act. 5. a
2. Cor. 4. b
2. Cor. 12. a
Ioan. 15. c
Isa. 61. a

Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via. Post explicationem auctoritatis commissæ, subditur descriptio honestatis iniunctæ. Hæc autem consistit in tribus, scilicet in paupertate victus, tenuitate vestitus, et humilitate conuictus. Primo ergo quantum ad paupertatem in victu, dicitur: *Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via*, occasione scilicet temporalis sustentationis, vt exemplo prædicetis illud: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quòd nec auferre quid possumus. Et vt magis innotescat, descendit ad speciale cum subdit: *Neque virgam*, scilicet ad sustentandum. *Neque peram*, ad reponendum: *Neque panem*, ad manducandum: *Neque pecuniam*, ad emendum. In quo est prohibitio omnis præsidij temporalis, vt ostendatur quòd prædicator ex magnitudine spei, soli Deo debet inniti, secundum illud: Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Vnde etiam Beatus Franciscus quando mittebat fratres ad prædicandum, dicebat eis illud: Iacta cogitatum tuum in Domino, et ipse te enutriet. In hoc autem non prohibet, vt dicit Augustinus, studiosam prouidentiam, sed curiosam solicitudinem, secūdum illud: Nolite soliciti esse in crastinum: Crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi: sufficit diei malitia sua. Et ideo ad huius præcepti rectam intelligentiam, quod vnus Euangelista scilicet Lucas negat, alter affirmat scilicet Marcus, a quo dicitur: Et præcepit eis Iesus, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum. Super quo dicit Augustinus de concordia Euangelistarum, vtrumque præceptum est a Domino, vt nihil nisi virgam ferrent, et vt neque virgam ferrent. Virgam non ferre est solicitum non esse: nihil nisi virgam ferre, est vti concessa prædicatoribus accipiendi potestate. Vt: In eadem domo manete, edentes et bibentes quæ apud illos sunt. Litteralis autem obseruantia huius præcepti est exemplum perfectorum prædicatorum, perfecte Christum imitantium. In quorum persona Petrus dicit: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Sed spiritualis obseruantia ad omnes se extendit, vt prædicator veritatis, sit contemptor terreneitatis, alioquin, si annunciant verbum Dei cupiditate lucri, non sunt discipuli Christi, sed Balaam harioli secundum illud: Cor exercitatū in auaritia habentes, maledictionis filij, derelinquentes rectam viam, ideſt, paupertatis: de qua hi errauerunt secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit. Vnde prædicator veritatis super omnia vitare debet vitium cupiditatis: alioquin non erit prædicator veritatis, sed adulator. Propter quod dicit Apostolus: Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, Deus testis est. Sciebat enim quòd ex hoc iram Dei prouocaret, sicut dicitur: Principes eius in muneribus iudicabant, et sacerdotes eius in mercede docebant, et prophetæ eius in pecunia diuinabant, *et cetera*. Et ob hanc causam subditur: Sion quasi ager arabitur, *et cetera*.

Mat. 10. d
Luc. 10. b
Mar. 6. b
Aug. lib. 2. de cōsensu Euāgelist. c. 30. to. 4.
Mat. 6. d
1. Thess. 2. a
Mich. 3. d

Secundo quantum ad tenuitatem in vestitu subditur: *Neque duas tunicas habeatis*, vt sic concordet doctrina Magistri doctrinæ Præcursoris, secundum illud: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Et secundum illud Apostoli: Habentes autem alimenta, et

Luc. 3. b
1. Tim. 6. d

quibus

quibus tegamur, his contenti simus. In hoc autem quòd non prohibet simplex vestimentum, sed duplex, concedit necessitatem, et vetat curiositatem et superfluitatem. Curiositatem in imitatione, et superfluitatem in possessione. Vnde Beda: Simplex vestimentum est quidquid necessarium est alicui secundum qualitatem loci vel temporis. Duplex quod est vltra necessitatem, et hoc manifestum est in ipso Domino, qui præter tunicam inconsutilem, habuit alia vestimenta, quæ fuerunt diuisa. Secundum spiritualem autem intelligentiam prohibetur duplicitas simulationis, et hypocrisis, ne aliam vestem habeant in occulto, et aliam in aperto: ne sint de illis de quibus dicitur: Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Hoc similiter declinans beatus Franciscus cum infirmaretur, noluit frustum pellis ponere intrinsecus ante pectus, nisi etiam poneret exterius.

Beda in 3. lib. 3. in c. 9 Luce. — Ioan. 19. c — Mat. 7. c — B. Frãciscus

Tertio vero quantum ad humilitatem in conuictu, subiungit: *Et in quãcumque domum intraueritis, ibi manete*. Contenti, scilicet existentes illo hospitio. *Et inde ne exeatis*, propter melius requirendum, quia sicut dicitur: Vita nequam hospitandi de domo in domum, *et cetera*. Mutatio namque hospitij, testatur impatientiam, quæ pro modica causa mouetur, et non potest quiescere secundum illud: Hæc dicit Dominus populo huic qui dilexit mouere pedes suos, et non quieuit, et Domino non placuit, *et cetera*. Et hoc maxime vitãdum est a prædicatore, quia secundum illud: Doctrina viri per patientiam noscitur, et ideo Ambrosius: Alienum est a prædicatore cursitare per domos, et immobilis hospitij iura violare. Huius autem inconstantiæ et impatientiæ mater est superbia quæ cum nullo potest in pace cohabitare, secundum illud: Inter superbos semper iurgia sunt. Et quoniam veræ humilitatis est nullius societatem recusare, nec etiam alij onerosum esse, ideo ad perfectionem humilitatis subditur: *Et quicumque non receperint vos*, despiciendo scilicet vestram doctrinam, sicut illi qui etiam Dominum non receperunt: In propria venit, et sui eum non receperunt. Et quia hoc est magnum delictum, cui non est communicandum, ideo subdit: *Exeuntes de ciuitate illa*, declinando scilicet eorum nequitiam iuxta illud: Recedite a tabernaculis hominum impiorum, et nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Et Isaias: Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Et Hieremias: Relinquite ciuitates, et habitate in petra. Et hoc ne inquinẽtur sordibus alienis, propter quod addit: *Etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos*, ad ostendendum scilicet vestram innocentiam. Hoc fecerunt Barnabas et Paulus de quibus dicitur quòd excusso puluere pedum suorum, venerunt Iconium. Puluerem autem de pedibus excutere, est nihil de vana hominum gloria permittere suis affectibus adhærere. Vana enim gloria recte per puluerem designatur, quæ eleuatur per ventum, secundum illud Psalmi: Erit tamquam puluis quem proijcit ventus a facie terræ.

Prou. 19. b — Amb. to. 3. lib. 6. in 9. cap. Luce. — Prou. 13. b — Ioan. 1. b — Num. 16. d — Isa. 52. c — Hier. 48. d — Act. 13. g — Puluerem pedũ excutere quid. — Psal. 1. a

Egressi autem circumibant, et cetera. Post auctoritatem commissam et honestatem iunctam, subiungit hic tertio Euãgelista vtilitatem adiunctam. Quadruplex autem vtilitas ostenditur ad prædicationem Apostolorum subsequuta, scilicet excitatio hominum ad audiendum, excitatio audientium ad conferendum, excitatio conferentium ad admirandum, excitatio admirantium ad conspiciendum. Primo ergo quantum ad excitationem hominum ad audiendum dicitur: *Egressi autem circumibant per castella euangelizantes et curantes vbique*, ita vt iam inciperet impleri illud: In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. Licèt enim non omnes doctrinam eorum caperent: tamen propter miracula volebant doctrinam audire. Vnde dicitur: Intendebant autem turbæ his quæ a Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, et videntes signa quæ faciebat. Et ideo isti non solum prædicabant, sed etiam vbique curabant, vt omnes studio eorum et verbo et signo excitarentur ad audiendum. In quo explicatur non solum auditorum vtilitas, sed et prædicatorum fidelitas. Quia enim, *Circumibant*, ostenduntur immunes ab otiositate. Quia *Per castella*, immunes ab elatione. Quia *Euangelizantes*, immunes a nugacitate. Quia *Curantes vbique*, immunes a personarum acceptione. Et ideo finem habebant in se, qui est sufficiens ad persuasionem, et auditorum excitationem. Et hic est primus finis et generalis.

Ps. 18. a — Act. 8. a — Act. 9. c — Ioan. 11. g — Amos 3. b

Secundus finis siue vtilitas specialis, est excitatio audientium ad conferendum. Quantum ad hãc dicitur: *Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo*, ita quòd fama nominis Christi non solum per Apostolos deferebatur ad plebes, sed etiam ad Reges, sicut de Paulo dicitur: Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus et Regibus, et filijs Israel. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Vnde iam auditores poterant dicere illud quod dixerunt Gabaonitæ Iosue: Audiuimus famam potentiæ Dei tui, cuncta quæ fecit in Ægypto, et duobus principibus Amorrhæorum, qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Hesebon, et Og regi Basan, qui erant in Astaroth: Dixeruntq. nobis seniores, et omnes habitatores terræ nostræ, serui vestri sumus, fœdus inite nobiscum. Et ex hoc auditu excitatus est ad inquirendum, et ad dubitandum propter varietatem opinantium. Vnde subditur: *Et hæsitabat, eo quòd diceretur a quibusdam: Quia Ioannes surrexit a mortuis.* Et huic opinioni magis adhærebat Herodes. Vnde: Audiuit Herodes Tetrarcha famã Iesu, et ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, et ideo virtutes operantur in eo. Hæc autem opinabatur propter eminentiam sanctitatis vitæ, quia sicut dicitur: Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum et sanctum. Huic autem opinioni non firmiter adhærebat: ideo dicitur quòd hæsitabat, id est, vacillabat secundum illud Iacobi: Qui hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, et circumfertur. Et hoc erat propter alias opiniones, vnde subdit: *A quibusdam vero: Quia Elias apparuit*, dicebatur scilicet. Et hæc opinio videbatur probabilis propter eminentiam potestatis. Surrexit Elias propheta, quasi ignis. Et sequitur: Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et hæc opinio credibilior videbatur, quia sicut dicitur, Ioannes quidem signum fecit nullum. Vnde Christus faciens miracula magis videbatur Elias, sed tamen huic non omnes assentiebant, propter quod addit: *Ab alijs autem, quia propheta vnus de antiquis surrexit*. Et hæc opinabantur propter notitiam veritatis. Quia secundum illud: Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas. Et sic patet quòd triplex erat opinio, propter triplicem excellentiam quam audiebant de Christo, scilicet sanctitatis, potestatis, et notitiæ veritatis. Et ideo inuicem conferebant: et quidam hoc, et quidam illud credebant.

Mat. 14. a — Mar. 6. c — Iac. 1. b — Eccli. 48. a

Tertius autem finis fuit excitatio conferentium ad admirandum, ideo subdit: *Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui*, tamquam scilicet hominem mortalem, et passibilem. Hunc decollauerat Herodes propter Ioannis veritatem, et Herodis malignitatem secundum quòd dicitur: Dicebat Herodi Ioannes: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Et sequitur postea, quòd ob hanc causam eum decollauit. Et ita ex ipsa morte iudicat in Ioanne, quantumcumque

Mat. 14. a

Digitized by Google

tumcumque magnus prædicaretur, infirmitatem esse. Et propterea ex hac comparatione admirabatur Christi virtutem, vnde subdit: *Quis est autem iste, de quo ego talia audio?* ideſt, tam magna mirabilia, vnde poterat dicere: Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? Tu es qui facis mirabilia: qualia ſcilicet, non erant audita, ſecundum illud: A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic a Deo, non poterat facere quidquam.

Pſal. 76. c

Ioan. 9. f

Quartus finis fuit excitatio admirantium ad conſpiciendum, propter quod ſubditur: *Et quærebat videre eum.* Libenter enim videmus quod admiramur. Hoc tamen non eſt tunc aſſecutus ſecũdum quòd dicitur: Dico enim vobis quòd multi prophetæ, et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt, *et cetera*. Hoc etiam non fuit aſſecutus, quia ſtudioſe quæſiuit. Vnde in Prouerbijs: Quærit deriſor ſapientiam, et non inuenit. Vnde valde ſolicite eſt conſiderandum qualiter debet Deus quæri, vt poſſit a quærentibus inueniri et videri.

Inf. 10. d

Prou. 14. a

Et reuerſi Apoſtoli, et cetera. Poſt informationem Apoſtolorum factam per verbum ſiue præceptum, ſequitur hic informatio eorumdem per factum, ſiue per exemplum. Habet autem hæc pars partes duas. In quarum prima informat per exemplum familiare: in ſecunda vero per figurale, ibi: *Dies autem cœperat declinare*, et cetera. Primum attenditur in turbarum eruditione ſpirituali: ſecundum in eorum refectione corporali, quæ formam et figuram gerit refectionis ſpiritualis. Spiritualis autem eruditio turbarum a Domino, in qua tribuitur forma prædicatoribus in docendo fidelem populum, explicatur quantum ad quattuor, quæ requiruntur in prædicando. Primum eſt fidelitas conſortij: ſecundum eſt opportunitas loci: tertium docilitas populi: quartum autem affabilitas Magiſtri. Vt ſic nihil deſit verbo Dei, nec ex parte aſſiſtentium, nec ex parte aduerſantium, nec ex parte audientium, nec ex parte docentium, quin verbum Domini habeat debitum effectum. Primo igitur quantum ad fidelitatem conſortij dicitur: *Et reuerſi Apoſtoli, narrauerunt illi quæcumque fecerunt*. In quo apparet illorum fidelitas, quia ad diuinum conſortium celeriter redierunt. Vnde fuerunt non ſicut coruus de quo in Geneſi: Qui egrediebatur, et non reuertebatur: ſed ſicut columba de qua dicitur, quòd cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam, tamquam fidelis amica. Sic et Apoſtoli columbina ſimplicitate prædicti, ſunt ad Chriſtũ celeriter reuerſi, tamquam fideles nuncij. Apparet etiam eorum fidelitas, quia nihil Deo celauerunt, ſed, *Narrauerunt ei quæcumque fecerunt*, non vt Dominum erudirent, quem nihil latet: ſed vt oſtenderent ſe etiam nolle latere, ſi latere poſſent. Diuerſum dicitur: Væ qui profundi eſtis corde, vt a Domino abſcondatis conſiliũ, *et cetera*. Vel ideo: *Narrauerunt*, vt de bonis factis non quærerent ſibi gloriam, ſed omnia referrent in Deum, ſecundum illud: Omnia in gloriam Dei facite, ſine offenſione, *et cetera*. Contra illos qui dicunt illud: Manus noſtra excelſa, et non Dominus fecit hæc omnia.

Gen. 8. b

1. Cor. 10. g

Deut. 32. d

Secundo vero quantum ad opportunitatem loci, ſubdit: *Et aſſumptis illis*, tamquam fidelibus ad conſortium. *Seceſſit ſeorſum in locum deſertum, qui eſt Bethſaida*, tamquam ad locum quietum et tranquillum. Vnde dicit eis Dominus: Venite ſeorſum in deſertum locum, et requieſcite puſillum. Et hic locus eſt aptus eruditioni ſecundum illud Oſeæ: Ducam eam in ſolitudinem, et loquar ad cor eius. Hic autem locus deſertus erat iuxta ſtagnum Genezareth: quod apparet ex hoc quod dicit: *Bethſaida*. Eſt autem Bethſaida ciuitas Andreæ et Petri, ſicut dicitur: Et nota quòd non dicit Bethſaidam, quaſi iuxta illam ciuitatem, vel in ciuitate: ſed Bethſaidæ, quia remotus erat locus in confinibus ciuitatis Bethſaidæ. Vnde dicitur quòd poſt ſaturationem quinque millium virorum, coegit diſcipulos ſuos aſcẽdere in nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethſaidam. Vnde non eſt contrarietas, ſed vnus explanauit quod alter tacuit.

Mar. 6. d

Oſea 2. c

Bethſaida.

Ioan. 1. f

Mar. 6. f.

Tertio vero quantum ad docilitatem populi adiungit: *Quod cum cognouiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum*, vt ſcilicet doctrinam eius exciperent, quem deſiderabant ſecundum illud: Sciemus, ſequemurq. vt cognoſcamus Dominum. Vnde Beda in Gloſſa: Secutę ſunt non in iumentis, non in vehiculis, ſed proprio labore pedum, vt ardorem mentis oſtenderent, vnde dicitur: Et cognouerunt multi: et pedeſtres de omnibus ciuitatibus cucurrerũt illuc. Ratio autem huius redditur vbi dicitur: Poſt hæc abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis: et ſequebatur eum multitudo magna, quia videbat ſigna quæ faciebat, *et cetera*.

Oſea 6. b

Beda to. 5. li. 3. in cap. 9. Luce.

Mar. 6. e

Ioan. 6. a

Quarto vero quantum ad affabilitatem Magiſtri ſubiungit: *Et excepit eos*. In quo oſtenditur benignitas Chriſti in ſigno: ad quam nos hortatur Apoſtolus: Suſcipite inuicem, ſicut et Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei. Nec tantum in ſigno, ſed et in verbo. vnde addit: *Et loquebatur illis de regno Dei*, quaſi ſermone affabili et familiari, vt vere oſtendatur impletum illud: Narrabo nomen tuum fratribus meis, *et cetera*. Licet autem loqueretur affabiliter, non tamen inutiliter, non carnaliter: quia de regno Dei non de mundo. Vnde: Si quis loquitur tamquam ſermones Dei. Et item: Qui eſt de terra, de terra eſt, et de terra loquitur: qui de cælo venit, ſuper omnes eſt. Sequitur: Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur. Et item dicit Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Nec tantum ſe exhibuit affabilẽ verbo et ſigno, ſed etiam facto. Vnde ſubditur: *Et eos qui curæ indigebant, ſanabat*. In quo oſtenditur perfectio dilectionis, de qua Ioannes: Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere et veritate. Quia qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, et clauſerit viſcera ſua ab eo, quo modo charitas Dei manet in eo? Talem enim conſuetudinem habuit Chriſtus, vnde dicitur de eo quòd pertranſijt benefaciendo, et ſanando omnes oppreſſos a diabolo, non ſolum bene loquendo. Vnde in hoc eruditur prædicator ſeu prælatus vt ſe benignum exhibeat ouibus ſuis, ſcilicet ſigno, verbo, et facto. In cuius rei ſignũ dictum eſt ter Petro: Paſce oues meas, *et cet.*

Rom. 15. b

Pſal. 21. c

1. Pet. 4. c

Ioan. 3. d

Ioan. 6. g

1. Ioan. 1. c

Act. 10. f

Ioan. 21. f

Dies autem cœperat declinare, et cetera. Poſt informationem diſcipulorum per exemplum familiare, ſubditur informatio per factum figurale, et hoc in turbarum refectione. Circa cuius expreſſionem duo introducuntur ab Euangeliſta. Primum eſt opportunitas ex parte indigentiæ multitudinis: ſecundum eſt liberalitas ex parte miſericordiæ Saluatoris. Et hoc ibi: *Ait autem ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcumbere per conuiuia*, et cetera. Opportunitas ex parte indigentiæ multitudinis exprimitur quantum ad quattuor: ſcilicet quantum ad tarditatem diei, quantum ad ſterilitatem loci, quantum ad paucitatem cibi, et quantum ad numeroſitatem populi. Et ſic conficitur iſta opportunitas ex circumſtantia temporis, loci, quantitatis cibi, et perſonarum. Primo ergo quantum ad diei tarditatem dicitur: *Dies autem cœperat declinare*. Et ita tempus erat ſumendi refectionem, ſicut dicitur: Quoniam adueſperaſcit, et inclinata eſt iam dies. In quo etiam apparet mira turbarum deuotio, quæ propter auditum diuini verbi oblitæ eſſent corporalis cibi. Simile legitur quòd Paulus protraxit ſermonem vſque ad mediam noctem.

Luc. 24. e

Act. 20. b

Secundo vero quantum ad loci ſterilitatem ſubditur: *Et accedentes duodecim, dixerunt illi: Dimitte turbas*. Et ad hoc perſuadendum mouebat loci ſterilitas, vnde ſubdit: *Vt euntes in caſtella villaſq. quæ circa ſunt, diuertant et inueniant eſcas*, ne ſcilicet fame pereant.

Digitized by Google

reant. Et hoc eſt conſilium ſanum, quod fecerunt fi-
Gen. 43. a lij Iſrael. Deſcendentes fratres Ioſeph decem vt emerent frumenta in Ægypto. Sic etiam Apoſtoli: Di-
Ioan. 4. a ſcipuli autem Ieſu abierant in ciuitatē vt cibos emerent. Sic et iſti conſulebant nunc propter loci ſterilitatem et penuriam, vnde et ſubdunt: *Quia hic in loco deſerto ſumus*: vbi eſt defectus cibi, ſecundum illud:
Exo. 16. a Cur induxiſti nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Et quia difficile eſt inuenire refectionem in deſerto: ideo dicebant illud
Pſal. 77. c Pſalmi: Numquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Hæc dicebant increduli detrahentes diuinæ potentiæ. Sed Apoſtoli dicebant conſulendo humanæ indigentiæ, quia nolebant Dominum tentare.

Tertio vero quantum ad cibi modicitatem ſubditur: *Ait autem ad illos, vos date illis manducare*, vos
1. Pet. 5. a tamquam eorum prælati ſecundum illud: Seniores paſcite qui in vobis eſt gregem Dei. Hoc autem dicit vt ex eorum reſpōſione cognoſcatur cibi modicitas propter quod additur: *At illi dixerunt: Non ſunt nobis plus quàm quinque panes et duo piſces*. Ex quo apparet diſcipulorum inopia non ſolum ad reficiendam turbam, ſed etiam ad propriam famem mitigandam. Et vt magna oſtendatur inopia, Ioannes exprimit ge-
Ioan. 5. a nus panum. Dicitur enim: Eſt puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos et duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos? Similes erant in hoc il-
3. Reg. 17. a li viduæ, cuius farinam multiplicauit Elias: Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panē niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria. Et item
4. Reg. 4. g dixit miniſter Eliſeo: Quantum eſt hoc vt apponam coram centum viris? Similiter reſponderūt hic Apoſtoli, vel Andreas in perſona omnium, ſicut dicit
Ioan. 6. a Ioannes: Vel ipſe prius, et poſt alij, et ſic non eſt contrarietas. Qualitercumque dicta ſint hęc verba, oſtendunt impotentiam diſcipulorum ad reficiēdam turbam. Ne tamen hæc crederentur dicere non propter impotentiam, ſed propter pigritiam, ideo offerunt obſequium ad emptionem ciborū, cum adiungunt: *Niſi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam eſcas*. Et hoc quidem poteſt eſſe verbum offerentium obſequium, iuxta illud: Euntes emamus ducen-
Mar. 6. c tis denarijs panes, et dabimus illis manducare. Vel poteſt eſſe verbum oſtendentium impotētiam ad reficiendum, non ſolum quantum ad panes habitos,
Ioan. 6. a verum etiam quantum ad pretium. Vnde dicitur: Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat. Et quidam de diſcipulis dixerunt vno modo, quidam alio. Et Ioannes exprimit vnum, Marcus alium, Lucas vero in prædicto ſermone includit vtrumque, quod patet ex ipſa ſermonis varia prolatione.

Quarto vero quantum ad populi numeroſitatem ſubditur: *Erant autem fere viri quinque millia*. At per hoc, tanta multitudo vt pro vno pane eſſent mille viri. Vnde viros nominat et numerat, ex quo apparet quanta erat reliquorum turba præ ſui multitudi-
Mat. 14. c ne non numerata. Vnde Matthæus dicit quòd manducantium fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus et paruulis. Ideo autem numerum exprimit, quia propter quinque competebat legi quæ homines ſenſibiles et carnales informabat. Propter perfectionem autem millenarij competebat ad ſuſceptionem doctrinæ perfectionis Euangelicæ. *Ait autem ad diſcipulos*, et cetera. Poſt opportunitatem ex parte indigentiæ multitudinis, ſubdit hic liberalitatem ex parte munificentiæ Saluatoris. Manifeſtatur autem Saluatoris liberalitas in quattuor, in conuiuantium ordinatione, victualium multitudine, miniſtrantium vrbanitate, manducantium ſaturitate. Vt ſic oſtendatur perfecta liberalitas per ordinem diſcumbentium, multitudinem victualium, promptitudinem miniſtrantium, et plenitudinem manducantium. Primo quantum ad diſcumbentium ordinationem dicitur: *Ait autem ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcumbere per conuiuia quinquagenos: Et ita fecerunt*. Decet enim magnificum et liberalem Dominū, ordinem attendere in diſponendo, iuxta quod dicitur: Videns Regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, et domum quam ædificauerat, et cibos men-
3. Reg. 10. a ſæ eius, et habitacula ſeruorum, et ordines miniſtrantium, *et cetera*, non habebat vltra ſpiritum. Hæc autem fuit diſpoſitio ordinationis cum determinatione numeri. Vnde dicitur quòd diſcubuerunt in partes
Mar. 6. f per centenos et quinquagenos. Quinquageſies enim centum ſunt quinque millia. Ideo autem exprimitur numerus quinquageſimus, quia per quinarium magis competebat legi, et etiam in quinario erant panes refectionum. Ex hoc autem oſtendit Chriſtus ſuam miram ſapientiam, qua numerum virorum præſciebat, et diſcipulis ex ſeſſione notificabat. Nec mirum
Sap. 11. d quia ipſe erat, de quo dicitur: Omnia in menſura, et numero, et pondere diſpoſuiſti.

Secundo vero quantum ad victualium multitudinem dicitur: *Acceptis autem quinque panibus, et duobus piſcibus, ſuſpexit in cælum, et benedixit illis*. In qua benedictione fuit panum multiplicatio, iuxta illud: Be-
Gen. 1. d nedixitq. illis Deus, et ait: Creſcite, et multiplicamini, et replete terram. Et in Geneſi dixit ad Ia-
Gen. 30. d cob Laban: Experimento didici, quia benedixit mihi Deus propter te. Ideo autem benedicendo reſpexit in cælum, vt oſtenderet quòd talis multiplicatio non erat virtute terrena ſibi tradita, ſed cæleſti virtute ſibi reſeruata in prioribus cauſis: de qua in Pſalmo di-
Pſ. 134. a citur: Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cælo et in terra, in mari et in omnibus abyſſis. Et nota quòd dicitur: Reſpexit et benedixit. Reſpexit quidem ex humanitate, et benedixit ex diuina virtute. Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet au-
Pſ. 120. a xilium mihi.

Tertio vero quantum ad miniſtrantium vrbanitatem ſubditur: *Et fregit, et diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent ante turbas*. Ipſi enim erant nobiles Chriſti miniſtri et diſpenſatores, et prompti ad ſeruiendum ſecundum illud: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros
1. Cor. 4. a Chriſti et diſpenſatores myſteriorū Dei. Decet enim nobilem Dominum nobiles habere miniſtros ſecundum illud: Sicut rex ſtatuerat, præponens menſis
Eſther 1. b ſingulos de principibus ſuis, vt ſumeret vnuſquiſque quod vellet. In curia autem Ieſu Chriſti nobiliores miniſtrant et ſeruiunt, ſicut dicitur: Qui maior eſt
Inf. 22. in vobis, fiat ſicut minor: et qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.

Quarto vero quantum ad manducantium ſaturitatem dicitur: *Et manducauerunt omnes, et ſaturati ſunt*, ita vt verificaretur illud: Edent pauperes et ſatu-
Pſal. 21. d rabuntur: et laudabunt Dominū qui requirunt eum, *et cetera*. Et illud: Manducauerunt et ſaturati ſunt nimis. Saturati, inquam, ſaturitate iuſtitiæ, de qua
Prou. 13. d Iuſtus comedit et replet animam ſuam. Beati enim
Mat. 5. a qui eſuriunt et ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur, non ſaturitate auaritiæ de qua dicitur:
Eccli 5. c Saturitas diuitis non ſinit eum dormire: quia ſic ſaturatur vt ſemper fameſcat. Et quoniam diuina abundantia excedit noſtram indigentiam, ideo ſubditur: *Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim*. In quo oſtenditur magnitudo ſuperabundantiæ ex continentia vaſorum et numero, quia duodenarius eſt primus numerus abundans, ſecundum quod tradit Arithmetica. Et ſic impletum eſt illud, in cuius figura dixit Eliſeus de paucis panibus: Hæc
4. Reg. 4. g enim dicit Dominus: Comedent, et ſupererit. Poſuit itaque coram eis: qui comederunt, et ſuperfuit iuxta verbum Domini. Sed ibi non determinatur menſura tantæ abundantiæ ſicut hic, et hoc propter maiorem Euangelij perfectionem et abundantiorem, ſecundum illud: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſ-
Mat. 5. c quam Scribarum et Phariſæorum, non intrabitis in regnum

Duodenarius eſt primus numerus abūdās.

Digitized by Google

regnum cælorum. Vel propter myſterium. Iſti enim duodecim cophini ſignant duodecim Apoſtolos. Cophini ſunt vaſa humilia, et hi repleti ſunt fragmentis quinque panum ordeaceorum, ideſt, doctrina quinque librorū Moyſi, de quibus: In Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt et alios inſtruam, *et cetera*. Ex quo datur forma prædicantibus, vt non noua de cordibus ſuis adinueniant, quia Dominus non creauit nouos panes ad reficiēdam turbam: ſed ſicut Dominus multiplicauit diuina benedictione quinque panes ordeaceos, ſic omnis abundantia veræ doctrinæ ſumi debet ex fundamento ſacræ Scripturæ, multiplicanda per orationem qua in cælum reſpicitur, et deuotione qua benedicitur, et meditatione qua frangitur, et prædicatione qua diſtribuitur et explicatur. Doctrina enim catholica, primo ſumenda eſt de ſacra Scriptura per lectionem, cuius verba ſunt panes. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Sed lectioni debet adiungi oratio: Petite, et dabitur vobis: querite, et inuenietis: pulſate, et aperietur vobis. Quærimus legendo, petimus orando, pulſamus manu operando. Orationi debet adiungi deuotio et gratiarum actio. Vnde: Orationi inſtate, vigilantes in ea gratiarum actione. Vnde item: Aſpiciens in cælum benedixit et fregit, et dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis. Deuotioni iungenda eſt meditatio, et veritatis explicatio, quæ non eſt aliud quàm fractio panis. Frange eſurienti panem tuum, et egenos vagosq. induc in domum tuam. Et tunc diſtribuitur quando pro capacitate audientium miniſtratur. Diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera. Et ex hoc audientes ſaturantur, ſecundum illud: Cibabit illum pane vitæ et intellectus, et aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Et ſic patet quòd Dominus prædicatores informat non ſolum exemplo proprio et familiari, ſed et myſtico et figurali. Plus enim fecit Dominus hoc miraculum ad informationem mentium, quàm ad refectionem corporum. Quoniam ſicut dicitur: Parcis omnibus: quoniam tua ſunt, Domine, qui amas animas.

1.*Cor.* 14. *d* Prædicandi forma. *Mat.*4. *a* *Mat.*7. *a* *Coloſſ.*4. *a* *Mat.*14. *b* *Iſa.* 58. *c* *Pſal.* 47. *c* *Eccli* 15. *a* *Sap.*11. *a*

Et factum eſt: cum ſolus, et cetera. Poſtquam Euangeliſta expreſſit formam prædicandi: in parte iſta exprimit viam proficiendi. Ad profectum autem iſta duo conſideranda concurrunt, ſcilicet aſperitas viæ, in qua conſiſtit meritum: et ſuauitas patriæ, in qua conſiſtit præmium. Ideo poſt expreſſionem aſperitatis viæ exprimit ſecundo Euangeliſta ſuauitatem gloriæ, ibi: *Factum eſt autem poſt hæc verba*, et cetera. Via autem ad Patriam potiſſime in duobus conſiſtit, ſcilicet in perfecta cognitione Chriſti per fidem, et perfecta imitatione per crucem. Ideo primo inſinuatur nobis qualiter Chriſtus per fidem eſt cognoſcendus, ſecundo vero qualiter per crucem eſt imitandus, ibi: *Dicebat autem ad omnes: Si quis*, et cetera. Quantum ad primum notandum quòd perfecta notitia fidei in quattuor conſiſtit, ſcilicet in approbatione diuini honoris, reprobatione humani erroris, confeſſione Chriſti Mediatoris, et conſideratione myſterij Redēptionis. Ad perfectam enim fidem concurrit approbatio religionis, deteſtatio ſuperſtitionis, confeſſio patens, et contemplatio latens. Primo igitur quantum ad approbationem diuini honoris, dicitur: *Et factum eſt cum ſolus eſſet orans*, vt Deo patri debitum cultum et reuerentiam exhiberet, et oſtenderet exhibendum: quæ potiſſime exhibetur in oratione iuxta illud: Venit hora, et nunc eſt quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit. Vnde in Pſalmo: Inuoca me in die tribulationis: eruam te, et honorificabis me. Quoniam autem hæc reuerentia debet carere omni oſtētatione, ideo dicitur quòd ſolus erat orans, ſecundum illud: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, *et cetera*. Carere etiam debet omni inquietatione, ideo etiam ſolus orabat ſecundum illud: Sedebit ſolitarius et tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe, ne ſcilicet aliquo ſtrepitu retrahatur. Et ideo dicitur quòd dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus vt oraret. Sed quoniam huius reuerentiæ non erāt diſcipuli perturbatores per inquietudinem, ſed approbatores per veram fidem, ideo ſubditur: *Erant cum illo et diſcipuli*. Vnde per hoc quod dicit, *ſolus*, non excludit conſortium diſcipulorum, ſed tumultum turbarum. Nam diſcipulos tamquam filios admittebat. Vnde et dicebat de eis illud quod dicebat Apoſtolus: Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Deus. Turbas autem tamquam ſeruos excludebat, cuius figuram Abraam geſſit, quando dixit ad pueros ſuos: Expectate hic in valle cum aſino: ego autem et puer illuc vſque properātes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Vel hoc dicitur, quia non ratione eiuſdem temporis ſunt coniuncti, quia ſolus primo orauit, et immediate diſcipuli cum eo fuerunt. Tamen ſimul iunguntur, quia etſi Apoſtoli fuerunt abſentes locali circumſcriptione, nihilominus cum eo erant mentali affectu, et fidei approbatione, ſecundum illud Pauli: Et ſi corpore abſens ſum, in ſpiritu vobiſcum ſum, gaudens et videns ordinem veſtrum.

Via ad Patriam. *Mat.*6. *a* *Ioan.* 4. *c* *Pſal.*49. *c* *Thr.* 3. *d* *Mat.*14. *c* *Heb.* 2. *c* *Gen.*22. *a* *Coloſſ.*2. *b*

Secundo quantum ad reprobationem humani erroris ſubditur: *Et interrogauit illos dicens: Quem me dicunt eſſe turbæ?* Quod non ideo quærebat, vt veritatem addiſceret quam ſciebat ſecundum illud: Opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine: ſed ideo interrogat, vt erroneam mundanorum ſententiam oſtendat veræ fidei inimicam. Vt plurimum enim plures contrariantur ſapientibus, et turba turbatum habet iudicium. Propter quod dicitur: Non ſequeris turbam ad faciēdum malum. Nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt a vero deuies. Et ideo non eſt mirum ſi animales de Chriſto Deo non recte ſentiebant. Quia: Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, *et cetera*. Propter quod ſubiungitur triplex opinio ſumpta a triplici excellentia. Quantum ad primam dicit: *At illi reſpondentes dixerunt: Ioannem Baptiſtam*. Et hoc quia videbant in eo ſpiritum ſanctificationis qui fuit in Ioanne ſecundum illud: Erit magnus coram Domino. Sequitur: Et Spiritu ſancto replebatur, *et cetera*. Sed nec in hoc omnes conſentiebant, ideo addit: *Alij autem Eliam*, ſcilicet propter zelum æmulationis ſecundū illud: Surrexit Elias propheta quaſi ignis, et verbum eius, quaſi facula ardebat. Et illud videbatur probabile, quia Elias propheta excellens erat non ſolum in vita, ſed etiam in potentia. Et quia etiam aduentus eius promiſſus erat ſecundum illud: Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam antequam veniat diēs Domini magnus et horribilis. Nec tamen in hoc omnes concordabant, et ideo addit: *Alij vero, quia vnus propheta de prioribus ſurrexit*. Et hoc propter ſpiritum diſcretionis, quem in eo attendebāt. Propheta magnus ſurrexit in nobis, *et cetera*. Et dicebāt: Hic eſt vere propheta qui venturus eſt: ſed quia purum hominem exiſtimant, ideo vnum de prioribus ipſum credebant, propter quod errabant, quia non tātum erat vnus inter priores, ſed vnus propter quem præceſſerunt omnes priores. De quo dicitur: Prophetam de gente tua et de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies, *et cetera*. Ex tanta ergo varietate apparet quòd turbæ alienæ erant a veritate et fidei vniformitate. Propter quod dicitur: Non ſimus paruuli, fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ, *et cetera*. Sequitur: Ad circumuentionem erroris.

Ioan. 2. *d* *Exo.* 23. *a* 1.*Cor.*2. *d* *Sup.* 1. *b* *Eccli* 48. *a* *Mal.*4. *a* *Sup.* 7. *c* *Ioan.* 6. *b* *Deut.*18. *c* *Epheſ.*4. *c*

Tertio vero quantum ad cōfeſſionem Chriſti Mediatoris ſubditur: *Dixit autem illis: Vos autem, quem me*

eſſe

esse dicit Vos scilicet ab alijs electi secundū illud Ioan
Ioan. 6. g nis: Ego vos duodecim elegi. Et item: Non vos me ele-
Ioan. 15. c gistis, sed ego elegi vos. Vel vos amici secūdum illud:
Ibid. Vos autem dixi amicos. Vel vos speciales discipuli se-
Sup. 8. b cundū illud: Vobis datū est nosse mysteriū regni Dei.
Vos, inquā, qui in me creditis, quem me esse dicitis?
Rom. 10. b idest, confitemini, quia corde creditur ad iustitiam,
ore autem confessio fit ad salutem. Ideo subditur:
Respondens Simon Petrus dixit: Christum Dei, quia vnus
pro omnibus respondet, vt commendetur vnitas
Ecclesiæ in fide, confessione, et prælatione. Vnde
Primatus Petri. Petrus tamquam vnus prælatus vniuersalis Ecclesiæ,
vnus pro omnibus respondet. Propter quod dice-
1. Cor. 1. b bat Paulus: Obsecro, vt idipsum dicatis omnes, et
non sint in vobis schismata. Vnde merito istius con-
fessionis vnius pro omnibus, nomen Petri est sibi
confirmatum, et vniuersalis prælatio super Eccle-
Mat. 16. c siam est concessa. Secundum quod dicitur: Et ego
dico tibi, *et cetera*. Vnde apparet quòd non ex im-
petu, sed Spiritu sancto incitatus, prior respondit
Petrus.

Glos. interl. in hunc locum cap. 9. Luca to. 5. Et hoc est quod dicitur in Glossa: Vnus pro om-
nibus, et præ omnibus, quia senior et princeps Apo-
stolorum. Confitendo autem ipsum Christum Dei,
confitetur simul Deum verum, et hominem.
Amb. to. 3 lib. 6. in Luca cap. 9. Vnde Ambrosius in Glossa: Complexus est omnia
qui et naturam et nomen expressit. In nomine enim
Christi, et diuinitatis et incarnationis est expressio,
et fides passionis. Christus enim exprimit personam
vnam in duabus naturis, et dignitatem regiam, et
Psal. 44. b sacerdotalem, et gratiæ plenitudinem propter vn-
ctionis prærogatiuam, de quo in psalmo: Vnxit te
Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Vnde in nomine
Christi intelligitur vnctus, vngens, et quo vngitur.
Ac per hoc simul Pater, Verbum, et Spiritus, se-
Isa. 61. a cundum illud Isaiæ: Spiritus Domini super me eo
quòd vnxerit Dominus me. Intelligitur ergo etiam
vncti gratia qua vngitur, et dignitas ad quam vn-
gitur, siue officium. Et impleatur visio et prophetia,
Dan. 9. f et vngatur Sanctus sanctorum. Intelligitur etiam dig-
nitas regalis, et prophetalis, et sacerdotalis, secun-
dum triplicem excellentiam suam, scilicet potesta-
tis, veritatis, et bonitatis. In cuius rei figuram in
lege veteri hæ tres personæ consueuerunt inungi.

Vnde in hoc clare patet quòd Christus hoc verbo
confutauit errores, et strauit totius fidei fundamen-
1. Cor. 3. b tum secundum illud: Fundamentum aliud nemo po-
test ponere. Hinc est quòd Petrus est vocatus, et ei
concessum est, vt de Ecclesia eius numquam defi-
Inf. 22. b ciat vera fides: Ego rogaui pro te, Petre, vt non de-
ficiat, *et cetera*.

Quartò vero quantum ad cognitionem mysterij
Redemptionis subditur: *At ille increpans illos, præ-
cepit ne cui dicerent hoc*. Et hoc quia non erat consum-
matum Redemptionis mysterium, quod iusto Dei
iudicio erat mundi principibus occultandum. Vn-
1. Cor. 2. b de: Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ ab-
scondita est. Sequitur: Quam nemo principum hu-
ius sæculi cognouit: si enim cognouissent, num-
quam Dominum gloriæ crucifixissent. Licet autem
non esset omnibus publicandum, erat tamen disci-
pulis prædicendum, propter quod addit: *Dicens:
Oportet filium hominis multa pati*. Ratio autem huius
Ioan. 14. d prædictionis assignatur his verbis: Nunc dixi vobis
priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Nam
ipsi discipuli nondum hoc capiebant secundum
Inf. 18. f quòd dicitur: Assumpsit autem Iesus duodecim,
et ait illis: Ecce ascendimus. Et post: Et ipsi ni-
hil horum intellexerunt, sed hoc acceperunt post
Inf. 24. f consummationem. Vnde dicitur infra: Hæc sunt
verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem
vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ
scripta sunt.

Et post subditur: Aperuit illis sensum vt intelli-
A gerent scripturas. Dicit autem, *Oportet*, ideſt, ne-
cessarium est, non simpliciter, sed ex præsumptione
diuinæ dispositionis et promissionis secūdum illud:
Deus autem quæ prænunciauit per os omnium Pro-
phetarum pati Christum suum, impleuit sic. Vel
Oportet, ideſt, opportunum est, et expediens, iuxta
quod prophetauit Caiphas: Expedit vobis vt vnus
Ioan. 11. f moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat,
et cetera. Oportet, inquam, *Multa pati*, quia pro mul-
tis animabus redimendis, multis culpis remittendis,
multis reatibus absoluendis: Ipse vulnera tus est pro-
Isa. 53. b pter iniquitates nostras, attritus propter scelera no-
B stra. Sequitur: Omnes nos quasi oues errauimus: vnus
quisque in viā suam declinauit, et posuit Dominus in
eo iniquitatem omnium nostrū. Passus est etiam mul
ta et magna, passus est etiam a multis et magnis, pro-
pter quod addit: *Et reprobari a senioribus et principibus
sacerdotum et scribis*. Seniores præcellebant antiqui-
tate, principes auctoritate, sed scribæ ratione do-
ctrinæ. Vt sic impleretur illud: Filios enutriui et
Isa. 1. a exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Et quia passio
Christi grauior erat inter omnes passiones: ideo ad-
ditur: *Et occidi*, scilicet oportet, secundum illud Da-
nielis: Occidetur Christus. Sed ne crederetur quòd
Dan. 9. f C inuitus, ideo Isaias: Tradidit in mortem animam
Isa. 53. d suam. Sed quia passio hæc viuificatiua erat mortuo-
rum, ideo addit: *Et tertia die resurget*, secundum
illud Oseæ: Vitificabit nos post duos dies, in die
Osea. 6. a tertia suscitabit nos. Huius figuram dicit Saluator
præcessisse in Iona: Sicut fuit Ionas, *et cetera*. Ex
Mat. 12. c his igitur liquet, quæ sit perfecta fidei notitia, in
qua Christi fundatur Ecclesia, scilicet per quam ap-
probatur diuinus honor, reprobatur humanus er-
ror, asseritur Mediator, et agnoscitur Reparator.

Dicebat autem ad omnes, et cetera. Ostenso quali-
ter Christus secundum fidem est cognoscendus, hic
D secundo ostenditur qualiter per crucem est imitan-
dus, quia fides mortua est sine operibus. Quoniam
autem difficile est portare crucem, ideo ad hoc in-
uitat quadruplici consideratione, scilicet ex consi-
deratione sui exempli, proprij periculi, futuri iudi-
cij, et regni diuini: vt si non mouent monita, mo-
ueant exempla, vel saltem pericula, vel certe futura
iudicia, vel tamdem promissa. Primo igitur inuitat
consideratione sui exempli, cum dicit: *Dicebat
autem ad omnes: Si quis vult post me venire*, ideſt, me
imitari ad quod non cogo, sed inuito. Ideo dicit:
Si quis vult: Si volueris mandata seruare, conserua-
Eccli. 15. c E bunt te. Sequitur: Apposuit tibi aquam et ignem:
ad quod volueris, porrige manum tuam. Vnde
Chrysostomus: Si quis aurum daret, aut thesaurum
Chrysost. to. 2. homil. 56. in Mat. apponeret, non vocaret cum violentia, sed currerent
omnes: multo magis ad ea quæ sunt in cælis. Si enim
natura rerum persuadet currere, si non curris, non
es dignus accipere. Ideo dicit: *Si quis vult*, exem-
plum meum sequi. *Abneget semetipsum*, per omni-
modam humilitatem, captiuando sensum, affectū,
et intellectum in Christi obsequium, quod notat in
hoc quod dicit: *Semetipsum*. Et hoc est consilium:
Eccli. 8. b F Humilia valde spiritum tuum. Et hoc quidem ne-
cessarium est volenti sequi humilem Christum. Vn-
Greg. in hūc locum cap. 9. Luca to. 5. de Gregorius in Glossa: Nisi quis a seipso deficiat,
ad eum qui supra est, non appropinquat. Sed hoc
non sufficit, et ideo addit: *Et tollat crucem suam quo-
tidie*, per continuam austeritatem, vt possit dicere
Gal. 2. d illud Pauli: Christo confixus sum cruci. Et item:
Semper mortificationem Iesu Christi in corpore no
2. Cor. 4. c stro circumferentes. Et ideo dicitur etiam: Qui au-
Gal. 5. d tem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum
vitijs et concupiscentijs. Nota quòd dicit: *Quotidie*.
Quia quotidie pœnitentia crucis debet esse noua, et
Psal. 76. c recens, vt dicat semper: Dixi, nunc cœpi, *et cete-
ra*. Sicut beatus Franciscus qui in morte dicebat
B. Fracisc. quòd incipiebat benefacere: Fratres incipiamus, et
proficia-

Necessitas quotuplex.

Act. 3. c

Isa. 53. b

Dan. 9. f

Isa. 53. d

Osea. 6. a

Mat. 12. c

Eccli. 15. c

Chrysost. to. 2. homil. 56. in Mat.

Eccli. 8. b

Greg. in hūc locum cap. 9. Luca to. 5.

Gal. 2. d

2. Cor. 4. c

Gal. 5. d

Psal. 76. c

B. Fracisc.

Digitized by Google

proficiamus: quia nunc vsque parum profecimus. Crux namque Christi renouatiuam habet naturam.
2.Cor.4.d Vnde Apostolus: Licet is qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Ad perfectam autem Christi imitationem non sufficit humilitas et austeritas, sed etiam necessaria est paupertas. Ideo addit: *Et sequatur me*, scilicet per altissimam paupertatem, qua nihil omnino volebat portare in via, vt recte et expedite
Mat.19.d ueniret ad patriam. Ideo dicebat Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te. Super quo
Bern.to. 2. in Declamat.nō procul a principio. Bernardus: Bene, Petre, et non ad insipientiam tibi: quia currentem sequi non poteras oneratus, et hoc est valde honorabile licet videatur vile, quia gloria magna est, sequi Dominum. Ex hoc autem verbo elicitur triplex consilium, et votum religiosorum,
Eccli. 23. d scilicet obedientiæ in abnegatione, castitatis in cruce, et paupertatis in subsecutione: sed non omnes
Mat.19.d capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Ideo præmittit. *Si quis vult post*, et cetera. Vt nemo se excuset, quasi non habeat gratiam, ideo dicit: *Si quis vult*, et cetera, quasi dicat, quòd gratia Dei nobis
Heb.12.d præsto est, si non desit voluntas: Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei.

Secundo inuitat consideratione proprij periculi, cum ait: *Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam*, ideſt, qui voluerit saluari in præsenti vita, perdet vitam in futuro, scilicet pro vita
Ioan.12.d momentanea, perdet æternam. Vnde dicitur: Qui amat animam suam perdet eam: quia qui minus
Psal. 10.b amat, inique amat: et qui diligit iniquitatem, odit animam suam, sicut dicitur in Psalmo. Qui enim diligit animam, supra Deum, perdit Deum: et perdendo Deum, perdit per consequens seipsum. Et
Act.20.c ideo dicebat Paulus: Non facio animam meam pretiosiorem quàm me. Et quia ista videtur esse dura sententia, ideo probat a contrario sensu: *Nam qui perdiderit animam suam propter me*, in hac scilicet vita. *Saluam faciet illam*, scilicet in futura vita, secun-
2.Mac.7.b dum illud: Tu quidem sceleſtissime in præsenti vita nos perdis: sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus, in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. Et
Act.21.c ideo dicebat Paulus: Ego non solum allegari, sed etiam mori in Hierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu. Sic ergo perdere animam pro Christo, est saluare: velle animam saluare, est eam
Rom.8.c perditioni exponere, iuxta illud: Si secundum carnem vixeritis, moriemini: et hoc est maximum periculum. Et ideo in eius exaggeratione adiungit: *Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum*: et hoc temporaliter. *Seipsum autem perdat, et detrimentum sui faciat*: et hoc sempiternaliter, quasi dicat, nihil. Quia qui perdit se, omnia perdit.
Iac.5.a Ideo non prodest, sed obest. Ideo dicitur: Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. Et ratio huius est, quia, sicut
Augusſt. in ſer.de Inn. to.10. dicit Augustinus: Nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno, lucrum in arca, damnum in conscientia: tulit vestem, et perdidit fidem, acquirit pecuniam, et perdidit iustitiam, et sic per consequens animam suam. Vnde Isidorus: Si haberes sapientiam Salomonis, si pulchritudinem Absalonis, si fortitudinem Samsonis, si longæuitatem Enoch, diuitias et potestatem Octauiani, quid prodest tibi, si tamdem caro datur vermibus, anima dæmonibus cum diuite crucianda sine fine?

Tertio inuitat ad crucis portationem consideratione futuri iudicij, cum ait: *Nam qui me erubuerit*, scilicet imitari, *Et meos sermones*, confiteri, contemnendo crucem Domini, tamquam ignominiosam, et etiam doctrinam eius ex mala erubescentia,
Eccli.4.c de qua dicitur: Pro anima tua non confundaris dicere verum: est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam. In quo
Confusio duplex.

dat intelligere, quòd non debemus erubescere veritatem Christi, exemplo Apostoli qui dicebat: Non
Rom.1.b erubesco Euangelium: virtus enim Dei est, *et cetera*. Sed erubescere debemus vilitatem peccati, iuxta illud: Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Sed multi non erubescunt pec-
Rom.6.d cati deformitatem, de quibus Hieremias: Confusi
Hier.8. i sunt, quia abominationem fecerunt, quinimmo confusione non sunt confusi, et erubescere nescierunt. Et iterum: Frons mulieris meretritis facta est tibi,
Hier.3.b *et cetera*. Talis erubescit humilitatem Christi. Et de hoc adiungit: *Hunc filius hominis erubescet*, ideſt erubescentem faciet, vel sicut erubescendum abijciet iusto suo iudicio, quo dicitur: Quicumque honori-
1.Reg.2.g ficauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles, et hoc in die iudicij. Et ideo adiungit: *Cum venerit in Maiestate sua, et Patris, et sanctorum Angelorum*. In quo tangit iudiciariam potestatem, quantum ad principium causalitatis in Patre, quantum ad priuilegium excellentiæ in se, et quantum ad ministerium obedientiæ in Angelorum multitudine. Vnde: Tunc apparebit signum filij
Mat.24.c hominis in cælo: et tunc plangent omnes tribus terræ, et videbunt filium hominis, *et cetera*. Et Isaias:
Isa.3.c Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui. In hoc iudicio confundentur superbi, et exaltabuntur humiles. secundum illud: Omnia cornua
Psal.74.b peccatorum confringam, et exaltabuntur, *et cetera*.

Quarto inuitat ad crucem, consideratione cælestis regni quod suis imitatoribus ostendit, cum subdit: *Dico vobis: vere sunt aliqui hic stantes*, per mentis erectionem, secundum illud: Stantes erant pedes no-
Ps. 121.a stri in atrijs tuis Hierusalem. Talibus debet ostendi regnum, vt eorum compleatur desiderium: ideo addit: *Qui non gustabunt mortem*, ex animæ et corporis separatione. *Donec videant regnum Dei*, per reuelationem, non per apertam visionem. Nam dictum
Exo.33.d est Moysi: Non videbit me homo, et viuet. Sed hic dictum est per quandam specialem reuelationem, qua dictum est Moysi: Ego ostendam omne bonum
Ibid. tibi. In quo datur intelligi quòd stantes in sermone Christi non gustabunt mortem, sed transibunt ad vitam, secundum illud: Si quis sermonem meum
Ioan.8.f seruauerit, mortem non videbit in æternum. Ex quo Christus se per crucem imitantibus promittit tantum præmium, cōminatur tam seuerum iudicium, prætendit tantum periculum, ostendit tantū exemplum. Valde durus est qui non mouetur ad ipsum imitandum. Propter quod dicitur: Tantam habentes impositam nubem testium, *et cetera*. Sequitur:
Heb.12.a 13.b Curramus, *et cetera*. Et vltimo Christus extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes, non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

Factum est autem post hac verba, et cetera. Post exhortationem ad asperitatem viæ, subiungit hic Euangelista ostensionem suauitatis gloriæ. Procedit autem hoc ordine: Primo enim describit reuelationem gloriæ promissæ: secundo considerationem gloriæ reuelatæ, ibi: *Petrus vero, et qui cum illo erant*. Diuisio.
Tertio vero confirmationem reuelationis ostensæ, ibi: *Factum est autem in sequenti die*. Et hoc quidem facit per admirabilem curationem dæmoniaci. Reuelationem futuræ gloriæ dupliciter describit Euangelista. Primo, quo ad antecedentia: secundo quo ad concomitantia, ibi: *Et facta est, dum oraret*, et cetera. Sciendum autem quòd ad transfigurationem Christi fuerunt antecedentia, siue disponentia tria, scilicet exigentia termini, eligentia consortij, et eminentia loci. Hæc autem tria sunt quæ Deus obseruat in communicando reuelationes diuinas. Primo igitur ad exigentiam termini, dicit: *Factum est autem post hac verba fere dies octo*. Quoniam enim Dominus promiserat, se gloriam discipulis ostensurum,

Digitized by Google

et Dominus non tardat promiſſionem ſuam, ſicut di-
2.Pet.3. b citur. Ideo inter promiſſionem et impletionem, non debuit niſi modicum ſpatium temporis interuenire, ſcilicet vnius ſeptimanę. Cuius figura præceſſit in deſpōſatione Rachel, de qua dixit Laban ad Iacob: Im-
Gen.19. c pleę hebdomadam dierum huius copulæ, et hāc quoque dabo tibi: Et ideo dicitur: *Fere dies octo:* quia ſeptimo die hoc fecit reuoluto ordine ſeptimanæ, qui non ſunt octo dies completi propter defectum partis primæ et vltimæ diei. Et ideo non computantur primus, et vltimus dies, ſed intermedij integri. Nam ibi
Mat.17.a dicitur: Poſt dies ſex, in quo non eſt aliqua contra-
Mar.9. a rietas, ſed vna ſententia aliam explanat. Voluit autem Spiritus ſanctus vtroque modo exprimere, propter inſinuationem myſterij, quoniam autem ſex diebus mundum Deus fabricauit, et poſt diem ſextum requieuit: ideo ſex diebus erat laborandum, et poſt, contemplationi vacandum. Ideo ad hoc inſinuandum dicit Matthæus: Poſt dies ſex. Sed quoniam perfecta et ſumma quies et contemplatio non
Ambr. et Beda in hunc locū. eſt ante octauam ætatem, ſcilicet Reſurrectionem, ideo hic dicit Lucas dies octo. Et hoc eſt quod dicitur in Gloſſa a Beda et Ambroſio.

Secundo quantum ad electionem conſortij dicitur: *Et aſſumpſit Petrum, Iacobum, et Ioannem.* Hos tres aſſumpſit tamquam magis dilectos ac familiares, ſi-
Sup. 7. g cut aſſumpſit in ſuſcitatione puellæ. Ideo tres aſſumpſit propter commendandum myſterium Trinitatis, et propter firmitatem teſtimonij. Vnde in Gloſſa dicitur: Vt tribus idoneis teſtibus totus mundus
Gloſſa in hūc locum c. 9. Luca to. 5. crederet. Ideo autem hos tres ſpecialiter elegit propter eminentiam, quam conſiderabat in eis, quia Petrus futurus erat primus in Eccleſia gubernanda, ſi-
Mat.16. c cut dicit Matthæus: Tu es Petrus, *et cetera*. Tibi dabo claues regni cælorum. Et Iacobus primus interficiendus erat inter Apoſtolos pro Eccleſia multiplicanda. Dicitur de Herode quòd occidit Iacobum
Act. 12. a fratrem Ioannis gladio. Ioannes præcipuus in matre
Ioan. 19. e cuſtodienda: Cum vidiſſet matrem et diſcipulum ſtantem, *cetera*. Vnde ideo hos tres aſſumit propter inſtructionem figuræ. Per hos enim triplices ſtatus in Eccleſia ſaluandorum deſignantur, ſcilicet prælati in Petro, actiui in Iacobo, contemplatiui in Ioanne. Si-
Sup. 4. f cut in Noe, Daniele, et Iob. Vel in Petro coniugati, in Iacobo continentes, in Ioanne virgines, ſecundum triplicem continentiam cui debetur fructus trigeſimus, ſexageſimus, et centeſimus. Nam de vxore Petri legimus, et de virginitate Ioannis de Iacobo vero neutrum expreſſe dicitur.

Tertio vero quantum ad eminentiam loci, ſubiun-
Mons. git: *Et aſcendit in montem, vt oraret.* Mons enim eſt locus eminens et a terrenis ad cæleſtia porrectus. Et ideo contemplationi, et orationi idoneus. Talis erat
Mat.17.a hic mons. Vnde dicitur: Duxit illos in montem excelſum ſeorſum, vt ſcilicet ſequeſtrati eſſent a turba et a terrenis, et tales ſunt diuinis reuelationibus apti,
Exo. 3. a Vnde dicitur de Moyſe quòd cum minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb, vbi ſibi apparuit Dominus in igne rubi, ſimiliter in legis
Exo. 24. c ſuſceptione: Dixit Dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in montem, eſto ibi: daboq. tibi tabulas lapideas. Similiter in terræ promiſſæ circumſcriptione ſecun-
Deut.34.a dum illud: Aſcendit Moyſes de campeſtribus Moab ſuper montem Nebo, in verticem Phaſga, contra Ierico, oſtenditq. ei Dominus omnem terram Galaad vſque Dan. Ex his igitur colligitur quòd mons eſt idoneus ad diuinas apparitiones, inſtructiones, et
Beda to. 5. li. 3. cap. 9. Lucc. contemplationes. Vnde Beda in Gloſſa: In monte oraturus aſcendit vt innuat, quia qui reſurrectionem expectant, mentē in excelſis eleuare, et continuis precibus debent inſiſtere, et in hoc monte propter ſui
Deut.33.a eminentiam, ſecundum illud: Dominus de Sinai venit, et de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, et cum eo ſanctorum millia. In dextera eius ignea lex, *et cetera*. Sequitur: Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius, ſicq. apparent tria diſponentia ad diuinam transfigurationem etiam ſecundum intelligentiam litteralem.

Spiritualiter autem in his tribus magna eſt informatio volentium pertingere ad videndam Domini transfigurationem per contemplationis exceſſum. In numero enim dierum intelligi dantur gradus contemplationum ſuccedentium ſibi, ſicut dies ſuccedit diei. Et ſecundum Matthæum numerantur ſex dies *Mat.17.a* ad inſinuandum ſex gradus contemplationis, quos exprimit Richardus: Sex ſunt contemplationis gene- *Rich.lib.1. de arca cap. 6.* ra a ſe et inter ſe omnino diuiſa. Primum eſt in imaginatione ſecundum ſolam imaginationem: ſecundū eſt in imaginatione ſecundū rationem: tertium eſt in ratione ſecundum imaginationem: quartum eſt in ratione ſecundum rationem: quintum eſt ſupra rationem, ſed non prēter rationem: ſextum eſt ſupra rationem, et videtur eſſe prēter rationem. Duo itaque ſunt in imaginatione, duo in ratione, duo in intelligentia. Prima duo ſunt circa corporalia, ſecūda duo circa ſpiritualia, tertia duo circa ſempiternalia et incōprehenſibilia. Hæc autem ſex genera per ſex dies intelliguntur, et per ſex gradus quibus aſcendebatur ad
3.Reg. 10. c Salomonis thronum ſecundum illud: Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, et veſtiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat ſex gradus: et huic numerus perfectionis congruit, eſt enim ſenarius primus numerus perfectorum: ſecundum autem Lucam computantur octo dies. Lucas enim agit de hac apparitione ſecundum quòd exprimit gloriam poſt Reſurrectionē: quod patet, quia ibi tangit ſomnum et euigilationem, ideo inſinuat octo gradus, quorum ſeptem ſunt in via, octauus reſeruatur in Patria. De his ſeptem dicit Auguſtinus: Aſcendentibus, *Aug.lib. de quant. ani. in fi. to. 1.* inquit, ſurſum verſus: primus actus docendi cauſa, dicatur animatio: ſecundus, ſenſus: tertius, ars: quartus, virtus: quintus, tranquillitas: ſextus, ingreſſio: ſeptimus, contemplatio: poſt non reſtat niſi beata viſio, et ſic ſunt fere octo dies. Et, vt dicit, primus eſt de corpore, ſecundus per corpus, tertius circa corpus, quartus ad ſeipſam, quintus in ſeipſam, ſextus ad Deum, ſeptimus apud Deum. Et hi gradus non tantum dicuntur gradus contemplationis, ſed quibus venitur ad contemplationem. Quidam autem, licet ſimplici ſermone, ſed non ſcientia. Frater Ægi- *F. Ægidi⁹. Hunc ſanctū Frāciſci ſociū idem Doctor appellat contemplatiuum To. 1. Serm. 1. in Hexaem. pag. 13. col. 1. b* dius, quem frequentiſſime rapi probatum eſt, ſic diſtinguit gradus dicens: Septem ſunt gradus contemplationis: primus eſt ignis: ſecundus eſt vnctio: tertius eſt extaſis: quartus, cōtemplatio: quintus, guſtus: ſextus, requies: ſeptimus, gloria: poſt quos non reſtat niſi felicitas ſempiterna. His ergo ſeptem diebus peruenitur vſque ad diem octauum gloriæ, quos voluit in aſſignatione temporis Spiritus ſanctus deſignare. Per tres autem perſonas aſſumptas dantur intelligi tres virtutes ad contemplandum neceſſariæ, ſcilicet fides, ſpes, charitas. Fides per Petrum qui interpretur agnoſcens: ſpes per Iacobum luctatorem: per Ioannem, in quo gratia, charitas. Sine his autem pennis nullus poteſt conſcendere ad montana. Vel per tres perſonas intelligimus tres diſpoſitiones neceſſarias animæ contemplatiuæ, ſcilicet induſtriam, diſciplinam, et gratiam. Primam in Petro, ſecundam in Iacobo, tertiam in Ioanne. Oportet enim intelligentiam illuminari, concupiſcentiam dominari, et affectum inflammari, vt poſſimus ſurſum cum Deo ferri. Aliquo horum deficiente, contemplationis negotium perit. Vel per has tres perſonas intelliguntur tres modi aſcendendi in apicem contemplationis. Vno enim modo aſcenditur per viam ſplendoris, et hunc modum aſcendendi docet beatus Auguſtinus: et hic deſignatur per Petrum. Alio modo aſcenditur per viam doloris et gemitus, et hic in Iacobo. Et iſte modus eſt communis orantibus. Tertio mo-

Senarius eſt primus numerus perfectorū.

Digitized by Google

tio modo per viam amoris: et hunc docet Dionysius: Et hic designatur per Ioannem: et hic est præcipuus inter omnes in quo maxime gratia mouet. In primo autem multum valet industria vel scientia. Secundus autem modus quasi permixtus est inter gratiam et naturalem industriam, vel scientiam. Per locum autem, in quem ascendit, recte intelligi potest eminentia vitæ contemplatiuæ. Est enim mons locus magisterij, vnde dicitur quòd ascendit Iesus in montem, et cum sedisset, *et cetera*. Et ex hoc datur nobis intelligi, quòd vita contemplatiua abundat cognitione. Ideo in persona contemplatiuorum dicit Isaias: Venite, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Iacob, et docebit nos, *et cetera*. Vnde et de Moyse dicitur, quòd ascendit in montem, et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus, et tunc accepit legem. Est etiam mons, locus sacrificij secundum illud: Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, *et cetera*. Sequitur: Atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi. Et in Exodo: Cum eduxeris populum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum. Ex quo colligitur quòd vita contemplatiua abundat deuotione. Vnde anima contemplatiua: Vadam ad mõtem myrrhæ, et ad collem thuris, *et cetera*. Est etiam mons, locus incendij propter radios solis. Vnde dicitur: Tripliciter sol exurens montes, et radios igneos exufflans, et hoc propter multam refulgentiam iuxta illud: Refulsit sol in clypeos aureos, et resplenduerunt montes ab eis, et resplenduerũt sicut lampades ignis. Quo datur intelligi quòd vita contemplatiua abundat charitate, in cuius signum dicitur: Totus mons Sinai fumabat, eo quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne. Est etiam mõs, locus refugij. Vnde in Genesi: In monte saluum te fac. Et dicitur imminente persecutione: Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Ex quo colligitur quòd contemplatiua abundat defensione. Vnde in persona viri contemplatiui dicitur: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Est etiam mons locus silentij. Vnde dicitur quòd Elias peruenit vsque ad montem Dei Horeb, et quòd mansit in spelunca. Et de Christo, quòd ascendit in montem solus orare. Ex quo intelligitur quòd contemplatiua abundat tranquillitate. Vnde de contemplatiuis dicitur in Psalmo: Suscipiant montes pacem populo, et colles iustitiam. Est etiam mons, locus pascuæ iuxta illud: Circumspicit montes pascuæ suæ, et virentia quæque perquirit. Et Ezechiel: In pascuis vberrimis pascam eas, et in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. Ex quo colligitur quòd contemplatiua abundat suauitate. Vnde Iohel de contemplatione: In die illa stillabunt montes dulcedinem: et colles fluent lacte, *et cetera*. Est postremo mons, locus eminentiæ secundum illud Isaiæ: Erit præparatus mõs domus Domini in vertice montium. Et de Elia dicitur quòd ascendit in verticem Carmeli. Et sequitur: Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Ex quo intelligimus quòd vita contemplatiua superabundat sursum agilitate. In cuius rei signum Dominus de monte Oliueti ascendit in cælum. Et de anima sancta dicitur in figura Annæ quòd sedebat in supercilio montis, quia in persona talium dicitur: Nostra conuersatio in cælis est. Ex his colligi potest excellentia vitæ contemplatiuæ, et quantum sit desideranda. Est enim plena discretione, plena deuotione, plena charitate, plena securitate, plena tranquillitate, plena suauitate, et plena agilitate.

Mons quot significet.

Mat. 5. a *Isa. 2. a* *Exo. 24. d* *Gen. 22. a* *Exo. 3. d* *Cant. 4. b* *Eccli. 45. a* *1. Mac. 6. e* *Exo. 19. d* *Gen. 19. d* *Mat. 24. b* *Psal. 120. a* *3. Reg. 19. b* *Mat. 14. c* *Psal. 71. a* *Iob 59. b* *Ezec. 34. d* *Iohel 3. d* *Isa. 2. a* *3. Reg. 18. g* *Inf. 24. g* *Tob. 11. b* *Phil. 3. a*

Et facta est dum oraret, et cetera. Post antecedentia ad transfigurationem, subiungit hic Euangelista concomitantia. Hæc autem fuerunt tria, scilicet fulgor aspectus, candor vestitus, honor comitatus. Vt sic appareat Christus glorioſus et intra se, et circa se, et iuxta se, ne quid desit gloriæ suę. Primo ergo quantum ad fulgorem aspectus, dicitur: *Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera*, alterata quidem est ob supereminentem claritatis refulgentiam. Vnde dicitur quòd transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol, nec mirum, quia in hoc ostendit gloriam Resurrectionis, de qua: Tunc iusti fulgebunt, sicut sol in regno Patris eorum. Et ideo in claritatis huius ostensione, ostendit discipulis regnum Dei, quia claritas est præcipua dos resurgentium secundum illud: alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium: alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum: stella enim a stella differt in claritate, sic et resurrectio mortuorum. Hanc autem claritatis dotem ad se Christus assumpsit, sicut dicitur de subtilitate, quam assumpsit in natiuitate, cum clauso vtero matris exiuit: agilitatem cum super aquas ambulauit: impassibilitatem cum corpus suum in sacramento discipulis tradidit. Sic et claritatem hic ad tempus assumpsit, propriam tamen effigiem non amisit, sed fuit in eo propria effigies, et qualitas consummata, sicut qualitas passibilis, claritas autem sicut passio. Quemadmodum enim pallidus rubescit ad tempus præ verecundia, et fit in eo alteratio ad tempus, sic superna et mira potentia corpus terrestre effectum est ad tempus fulgidum et cæleste, siue autem in eo fuerit alia dos claritatis, siue non, alia tamen fuit claritas et claritati supernæ conformis, quæ discipulorum oculos diuina virtute non corrupit, sed potius confortauit ita vt possent dicere illud: Dulce lumen, et delectabile est oculis videre solem.

Mat. 17. a *Mat. 13. f* *1. Cor. 15. e* *Sup. 2. a* *Mat. 14. c* *Ibid. 26. c* Similitudo. *Eccli. 11. b*

Secundo vero quãtum ad candorem vestitus subditur: *Et vestitus eius albus et refulgens*, scilicet factus est. Tanta enim erat albedo, vt præ candore nimio refulgeret secundum quod dicitur: Vestimenta eius facta sunt splendentia, et candida nimis, velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere. Nec mirum, hoc enim designauit candorem, qui apparebit in sanctis secundum illud: Qui vicerit, sic vestietur, vestimentis albis. Et item: Qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, et vnde venerunt, *et cetera*.

Mat. 9. a *Apoc. 3. a* *Apoc. 7. c*

Tertio quantum ad honorem comitatus subiungitur: *Ecce duo viri loquebantur cum illo*. Quia non decebat Dominum gloriæ videri solum, sed habere honorabilem comitatum. Ideo quantum ad illum subiungit: *Erant autem Moyses et Elias, visi in maiestate*. Hic autem duo, erãt personæ honorabilissimæ. Moyses, inquam, propter legislationem secundum illud: At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei, palã et non per ænigmata et figuras Dominum videt. Elias vero tum propter excellentiam prophetiæ, tum miraculorũ operationem. Vnde Ecclesiasticus loquens ad Eliam: Quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui suscitasti mortuum ab inferis, de sorte mortis, in verbo Domini Dei. Vnde et propter hanc excellentiam ostendendam, Dominus speciali modo apparuit vtrisque in figura in monte Horeb. Moysi quidem primo, sicut dicitur: Eliæ autem postea, sicut dicitur, in eodem scilicet monte Horeb. Propter igitur eorum honorem et præcipuam dignitatem, apparuit in comitatu eorum. Aut certe quia vnus eorum erat mortuus, alter viuus: vnus de cælo, alter de inferno, vt habeat testimonium ex omni genere, et ostendatur quòd ipse est, qui viuos et mortuos faciet gloriosos. Vnde in Glossa dicitur: Ideo viuus et mortuus apparent, vt significent Christum moriturum, et iterum victurum, vt et nos viui simus Deo, mortui mundo. Vel ideo isti duo apparent, vt ostendatur quòd lex et prophetę concordabant De Iesu Christo. Vnde in Glossa Bedæ: Moyses legislator et Elias prophetarum eximius apparẽt cum Verbo, vt ostendant ipsum esse, qui locutus est in lege et prophetis, et quẽ lex et prophetæ promiserunt, vt sic verificetur illud:

Num. 12. b *Eccli. 48. a* *Exo. 3. a* *3. Reg. 19. c* *Gloſſa in hũc locum cap. 9. Luca tom. 5.* *Beda. to. 5. lib. 3. in ca. 9. Luca.*

Digitized by Google

Mat.21.a Quæ præcedebant et quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid. Et quoniam lex et prophetæ non tantum testantur gloriam Christi, sed etiam passionem, quæ est via in gloriam, ideo subditur: *Et dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem.* Excessum recte nominat passionem, quia
Phil.2.a in ea fuit excessus humilitatis secundum illud: Semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens. Et post: Humiliauit semetipsum, *et cetera*. Fuit etiam excessus paupertatis, secundum illud: Recordare paupertatis et transgressionis meæ, absynthij et fellis.
Thr.3.c *Thr.1.d* Fuit excessus doloris, secundum illud: O vos omnes qui transitis per viam, *et cetera*. Fuit etiam excessus amoris, secundum illud: Deus qui diues est
Eph.2.a in misericordia, propter nimiam charitatem suam
Rom.8.f qua dilexit nos, *et cetera*. Et item: Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo nobis omnia donauit? Istum excessum compleuit in Hierusalem, vbi crucifixus est, in quo fuit consummatio nostræ
Heb.2.c redemptionis secundum illud: Decebat eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriã adduxerat, Auctorem salutis eorum, per passionem consummari. Vnde et ipse prædixit
Inf.18.f discipulis suis: Ecce ascendimus Hierosolymam, et consummabuntur, *et cetera*.

Secundum autem spiritualem intelligentiam in oratione et contemplatione facies hominis illustratur, quia dum facies mentis nostræ ad Deum conuertitur, illuminatur, melioratur et perficitur.
Exo.34.d Quod figuratum est in Exodo, vbi dicitur quòd cum descendisset Moyses de monte, apparuit facies eius cornuta ex consortio sermonis Domini. Vnde Apo-
2.Cor.3.d stolus: Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem tamquam a Domini spiritu. Non solum hoc, sed et vestitus candescit, quia cõuersatio efficitur irreprehensibilis secundum
Phil.2.b illud: Sitis fratres sine querela, *et cetera*. Sequitur: In medio nationis prauæ et peruersæ inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Nec mirum, quia tales conformantur Domino Iesu Christo, secun-
Rom.13.d dum illud: Induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus, non in commessationibus et ebrietatibus. Sequitur: Sed induimini Dominum Iesum Christum. Non solum hoc, sed etiam Moyses et Elias colloquuntur, quia in oratione datur homini intelligentia scripturarum et mysteriorum propo-
Dan.1.c sitorum, secundum illud: Ingressus est Daniel domum suam: socijsq. suis indicauit negotium, vt quærerent misericordiam a facie Dei cæli super sacramento isto. Sequitur: Tunc Danieli mysterium
Sap.7.a per visionem nocte reuelatum est. Et Sapiens: Optaui, et datus est mihi sensus: et inuocaui, et venit mihi spiritus sapientiæ. Ideo autem Moyses, et Elias loquuntur cum Domino transfigurato ad certitudinem visionis: quia vt dicit Richardus: Nulli reuelationi omnino adhærendum est, nisi per nouum vel vetus valeat confirmari testamentum.

Petrus vero et qui cum illo erant, et cetera. Post demonstrationem gloriæ promissæ, subiungit hic Euangelista contemplationem demonstratæ. Hanc autem narrat satis sufficienter, quia secundum statum quadruplicem. Primo quantum ad initium: Secundo quantum ad progressum, ibi: *Factum est cum discederent ab illo*. Tertio, quo ad consummationem, ibi: *Hæc autem illo loquente*. Quarto quo ad subtractionem, ibi: *Et dum fieret vox*. Sciendum, quo ad contemplationem diuinarum reuelationum, occurrunt duo quasi in principio: scilicet grauamen ex parte naturæ, et iuuamen ex parte gratiæ. Primum soporat, et secundum excitat. Primo igitur quantum ad grauamen ex parte naturæ obdormientis, dicitur: *Petrus vero et qui cum illo erant, grauati erant somno.* Et ita omnes deficiebant. Nec mirum quia infirmitate circumdati erant. Vnde Sapiens: Corpus quod *Sap.9.d*
corrumpitur, aggrauat animam, et terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Cum enim natura sensuum exteriorum impediat ne intellectus noster figat oculum in lumen æternum, oportet in contemplationis principio, vt homo, quasi consopitus, a sensibus alienetur, quasi per somnum, qui non fit sine grauamine sensuum. Vnde anima contemplatiua: Ego dormio, et cor meum vigilat. Et Iob: *Cant.5.a*
Quando irruit sopor super homines, et dormiunt *Iob 33.b*
in lectulo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos, instruit disciplina. Et de hoc dicitur: Immisit *Gen.2.d*
Dominus Deus soporem in Adam.

Secundo vero quantum ad iuuamen ex parte gratiæ excitantis, subditur: *Et euigilantes, viderunt maiestatem eius, et duos viros qui stabant cum illo*. Hæc vigilia est per desiderium et amorem Spiritus sancti, secundum illud Isaiæ: Anima mea desiderauit te in *Isa.26.b*
nocte, sed et spiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Hic autem potissime necessaria est oratio: vnde Dominus Petro et socijs: Vigilate, et *Mat.26.d*
orate vt non intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, *et cetera*. Et item: Videte, vigilate, et *Mar.13.d*
orate. Subdit: Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Ad hanc autem vigiliam præcipue nos inuitat promissum præmium, secundum illud: Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, *et cetera*. Inuitat *Inf.12.e*
etiam præuisum periculum, secundum illud: Sobrij *1.Pet.5.c*
estote et vigilate, quia aduersarius vester diabolus, *et cetera*. Et item dicitur: Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias quã hora fur venturus esset, vigilaret vtique, *et cetera*. Maxime autem con- *Mat.24.c*
templationi necessaria est vigilia, quia citissime subtrahitur oblata gratia. Vnde in Canticis: Pessulum *Cant.5.b*
ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque transierat. In hac autem euigilatione videtur diuina maiestas in creaturis secundum illud: A magnitudine speciei et creaturæ, *et cetera*. Vnde Isaias: *Sap.13.a*
Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, et *Isa.6.a*
plena, *et cetera*. Videtur diuina humilitas in Scripturis, propter quod dicit: *Et duos viros*, ideest legem, et prophetas, de qua visione infra: Aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas. Et iterum incipiens *Inf.vlt.g*
a Moyse et omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus, *et cetera*. Propter istos duos modos contemplandi, factus est duplex liber Scripturæ et
creaturæ, qui designantur in ascensu et descensu per scalam Iacob: per egressum et ingressum per ostiũ: *Gen.28.b*
per aquilam et eius pullos. Numquid ad præceptum *Ioan.10.b*
tuum eleuabitur Aquila? Et post: Pulli eius lam- *Iob 39.d*
bunt sanguinem.

Et factum est cum discederent. Post contemplationis exordium, subiungit contemplationis progressum. In quo duo potissime requiruntur, scilicet excedens gaudium de dono concesso, et excedens desiderium de continuando, secundum illud: Spi- *Eccli.24.c*
ritus meus super mel dulcis. Sequitur: Qui edunt me, adhuc esurient: et qui bibunt me, adhuc sitient. Per hæc enim duo anima in actu contemplationis figitur, sicut comedens in cibo per solatium simul et desideriũ. Primo ergo quantũ ad gaudium de dono concesso dicitur: *Et factum est cum discederent ab illo*, id est, discedere vellent. *Ait Petrus ad Iesum: Præceptor: Bonum est nos hic esse*. In quo ostendit Petrus miro modo sibi contemplationis gloriã esse acceptam. Quasi dicat illud prophetæ: Mihi autem adhærere Deo *Psal.72.d*
bonum est: Quia sicut dicitur: Bonus est Dominus *Thr.3.c*
sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Et propterea dicebat Petrus: *Bonum est nos hic esse*. Quia bonum est Christum expectare, secundum illud: Bo- *Thr.1.d*
num est præstolari cum silentio Salutare Dei. Magis *1.Pet.2.a*
bonum est Christum degustare. Si tamen gustastis, quoniam

Digitized by Google

Sap.12.a quoniam dulcis est Dominus. Vnde et Sapiens: O quàm bonus et suauis est Spiritus tuus, Domine, in omnibus, scilicet rectis corde, secundum illud: *Psal.72.a* Quàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde! Vnde in persona Christi et animæ contemplatiuæ *1.Reg.1.b* dicit Helcana Annæ vxori suæ: Anna cur fles, *et cetera*. Sequitur: Et quamobrem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi sum quàm decem filij? Sed maxime bonum cum Christo gaudere, se- *Phil.1.c* cundum illud: Dissolui et esse cum Christo, multo *Mat.25.b* magis melius. Et Matthæus: Euge serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Primum ergo bonum quia meritum, secundum magis bonum quia viaticum, sed tertium maxime bonum quia præmium. Omnibus his modis volebat dicere Petrus, maxime ratione gaudij: *Bonum est nos hic esse*.

Secundo vero quantum ad desiderium de dono continuando, adiungitur: *Et faciamus tria tabernacula*, ad continuandum gaudium nostrum, sicut fi- *Leu.13.g* lij Israel fecerunt in figura, secundum illud: Omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel. Quia tamen non vniformiter desiderabat consortium illorũ trium: ideo non vniformiter omnibus, sed cuilibet optat fieri proprium tabernaculum. Vnde addit: *Vnum tibi*, tamquam principali. *Et vnum Moysi*, tamquam legislatori. *Et vnum Eliæ*, tamquam excellenti prædicatori, vt sic secundum diuersitates dignitatum distinguantur habitacula mansionum. Sic enim erit in regno cæ- *Ioan.14.a* lorum, secundum illud: In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Hoc autem dicebat Petrus per excessiuum desiderium, quod solet esse in contemplantibus. Et propter hoc additur: *Nescions quid diceret*, scilicet præ nimietate desiderij, secundum illud: *Psal.72.c* Quia inflammatum est cor meum, et renes mei commutati sunt, et ego ad nihilum redactus sum, et nescini. Et propter profunditatem mysterij secundum *Cant.6.d* illud: Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallis, et inspicerem, *et cetera*. Et paulo post: Anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab. Et ex hac duplici causa nesciebat Petrus, *Glossa in hũc locum cap. 9. Luc. to.5.* quid dicebat. Vnde in Glossa: Et si Petrus pro humana conditione nesciat quid dicat: in siti tamen dat ardoris indicium, dum eos quos videre delectat, etiam obsequio sistere quærit. Errabat autem, quia in terra, et in hac mortali carne sibi et coapostolis suis dari cupiebat regnum, quod in cælis et carne mortali expoliatis est promissum.

Notandum autem quòd Petrus decipiebatur. Primo, quia volebat manere in statu, a quo est transeun- *Heb.13.c* dum, dicitur enim: Non habemus hic manentem ciuitatem. Petrus autem volebat manere hic. In quo etiam reprehensibiles sunt quidam, qui dum volunt arcem contemplationis ascendere, volunt quiescere, et ad laborem actionis recusant descendere. Et *Num.32.a* hi designantur per filios Ruben, de quibus dicitur quòd voluerunt vltra Iordanem remanere, quibus ait Moyses: Numquid fratres vestri ibunt ad pugnã, et vos hic sedebitis? Quasi dicat, Non. Vnde Iacob *Gen.28.c* vidit scalam in somnis: et Angelos non quiescentes, sed ascendentes et descendentes per eam. Secundo decipiebatur in hoc quòd vmbram credebat in hoc *1.Cor.13.b* veritatem: cum tamen dicat Apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate. Et tabernaculum gloriæ credebat materiale, cum tamen sit speciale, *Psal.41.b* secundum illud: Transibo in locum tabernaculi admirabilis. Hoc est tabernaculum quod fixit Deus, *Heb.8.a* et non homo, sicut dicitur ad Hebræos. Et hoc potissime cauendum est contemplatiuis, ne decipiantur in figuris ostensis. Tertio vero, quia diuidere volebat vnita: et quòd erat vnum, triplicare volebat.

Vnum est enim in gloria tabernaculum Sanctorum, secundum illud: Volo pater, vt vbi ego sum, et illi *Ioan.17.d* sint mecum. Et in Apocalypsi: Ecce tabernaculum *Apo.21.a* Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et Ioannes: Fiet vnum ouile et vnus pastor. Hæc autem de- *Ioan.10.c* ceptio non erat per iudicium et assensum, sed magis propter mentis excessum, de quo dicitur: Siue mente excedimus, Deo, *et cetera*, et in Psalmo: Ibi *2.Cor.5.c* Beniamin adolescentulus in mentis excessu.

Hæc autem illo loquente, et cetera. Post ingressum et progressum, determinat Euangelista contemplationis statum, siue consummationem. Consummatur autem contemplatio in duobus: quorum primum est ostensio maiestatis terribilis: secundum vero reuelatio veritatis credibilis. Primo ergo quantum ad maiestatis terribilis ostensionem, dicitur: *Hæc autem illo loquente, facta est nubes*. Hæc autem erat diuinam maiestatem ostensura. Vnde filijs Israel terribilis in nube apparebat: Postquam omnia per- *Exo.40.d* fecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, et gloria Domini impleuit illud: nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiẽte omnia, et maiestate Domini coruscante. Similiter dicitur: Factum est, cum exissent sacerdotes de sanctuario, *3.Reg.8.b* nebula impleuit domum Domini: et non poterant sacerdotes ministrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini. Vnde nubes indicium erat supernæ gloriæ et maiestatis. Et propterea subditur: *Et obumbrauit eos, et timuerunt*. Sentiebant enim diuinam virtutem in nube, de qua supra: Virtus Altissimi obumbrabit tibi: et ideo timue- *Sup.1.d* runt propter præsentiam summæ virtutis, sicut Iob qui dicebat: Semper quasi timentes super me fluctus *Iob 31.c* timui Dominum. Et Hieremias: Quis non timebit *Hier.10.a* te o rex gentium? *et cetera*. Secundum mysticum autem sensum per nubem intelligi potest caro Christi. Primo, quia contemperat lumen diuinitatis oculis nostris, vt possimus intendere: Iam nunc ve- *Exo.19.b* niam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te. Secundo vero, quia est diuinæ lucis vehiculum super terram tenebrosam, secundum illud: Dominus ascendet super nubem leuem, *Isa.19.a* et ingredietur Ægyptum. Tertio, quia ortum traxit de amaritudine et pœnalitate naturæ humanæ mediante Virgine Maria, quod figuratum est: Ecce *3.Reg.18.g* nebula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Quarto, quia aquã gratiæ salutaris, quam hausit, in sui origine effundit, cum agitatur vẽto orationis. Vnde dicitur: Medicina omnium in festi- *Eccl.43.c* natione nebulæ. Ex hoc eruditur contemplatiui, vt non tantum erigant oculos ad lucem deitatis radiantem, sed etiam ad nubem humanitatis obumbrantem. Quod figuratum est, cum dixit Domi- *Ioan.1.g* nus Nathanaeli: Videbitis Angelos Dei, ideſt contemplatiuos ascendentes, et descendentes supra filium hominis, quia in humanitate latet diuina maiestas.

Secundo vero, quantum ad veritatis credibilis reuelationem, adiungitur: *Intrantibus illis in nubem*, scilicet excitantem ad reuerentiam, iuxta quod dici- *Exo.24.d* tur: Ingressus Moyses medium nebulæ, ascendit in montem, vbi audiuit diuinas reuelationes. Vnde et nunc subditur: *Et vox facta est de nube dicens: Hic est filius meus dilectus*. Discrete ipsum demonstrat, vt ostendat, quòd ipse solus est filius per naturam. Vnde in Psalmo: Ex vtero ante luciferum genui te. Et *Psal.109.a* ponuntur ibi discretiones, tum in hoc quod dicit, *Hic*: tum in hoc quod dicit, *Meus*: tum in hoc quod dicit, *Dilectus*: in quo declarat proprietatem filiationis in Christo esse personalem, et connaturalem, et coæqualem. Ostenditur personalis per pronomen, *Hic*, quod certam demonstrat personam. Vnde ipse dicebat ad demonstrationem personæ suæ: Princi- *Ioan.8.c* pium qui et loquor vobis. Ostenditur connaturalis,

per hoc quod dicitur: *Meus*. Secundum illud Psalmi: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te: quia alium non habet patrem nisi Deum, ad cuius distinctionem dicitur: Ascendo ad patrem meum, et patrem vestrum. Ostenditur etiam coæqualis in hoc quod addit: *Dilectus*, id est, præcipue et summe electus. Vnde: Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus. Et Ioannes: Pater diligit filium, et omnia demonstrat ei. Et quia ista veritas a Deo erat credibilis, vt omnia dicta Christi ostenderet esse credenda, ideo adiungit: *Ipsum audite*, non aure solùm corporis, sed etiam cordis, sicut Propheta in Psalmo: Audiam quid loquatur in me Dominus, *Audite*, inquam cum omni reuerentia, secundum consilium: Audi tacens, et pro reuerentia accedet tibi bona gratia. *Ipsum audite*, cum omni obedientia, secundum illud: Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. *Ipsum audite*, cum omni diligentia. Vnde infra: Omnis populus suspensus erat, audiens illum. Hæc autem vox firmauit corda discipulorũ, vt etiam ipsa eorum doctrina ex hoc fieret authentica, secundum illud: Non enim indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem et præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis, accipiens enim a Deo Patre, *et cetera*. vsque ibi: Cum essemus cum ipso in monte sancto.

Et dum fieret vox, et cetera. Hic vltimo post contemplationis consummationem, colligit Euangelista ipsius subtractionem: circa quam duo introducit Euangelista. Primum est reditus visionis solitæ: secundum occultatio visionis ostensæ. Primo ergo quantum ad reditum visionis solitæ dicitur: *Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus*, scilicet absque Moyse et Elia, sicut et ante cum eis erat. Et hoc est quod desiderabat Sponsa: Quis mihi det te fratrem meũ, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, et deosculer te, et iam me nemo despiciat? Et hic ideo solus cum eis inuentus est, vt intelligant transitum legis, et prophetiæ, et permanentiam veritatis euangelicæ iuxta quod dicitur: Cælum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Vnde in Glossa: Solus cernitur, quia legis et prophetarum vmbra discedente, verum lumen, coruscante Euangelij gratia, reperitur. Vel vt ostendat, quòd ipse est solus, qui adorandus est. Et cui soli tabernaculum ædificandum, iuxta illud: Dominum Deum tuum timebis, et illi soli seruies. Vel vt ostendat, quod ipse solus est, qui potest saluare. Vnde dicitur: Nec enim aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et alibi: Iesus autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium, vnde et saluare in perpetuum potest. Sequitur: Semper viuens ad interpellandum pro nobis.

Secundo vero quantum ad occultationem visionis ostensæ, subditur: *Et ipsi tacuerunt*. Sciebant enim scriptum esse: Sacramentum regis abscondere, bonum est. Nondum enim erat tempus loquendi, sed magis occultandi, secundum illud: Tempus tacendi, et tempus loquendi. Et alibi: Est tacens sciens tempus apti temporis. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem, et imprudens non seruabit tempus. Et tales fuerunt Apostoli, propter quod additur: *Et nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ viderant*. Non quòd vellent ex auaritia occultare, sed magis ex diuina obedientia reticere. Præceperat enim hoc eis Dominus, secundum illud: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Huius autem prohibitionis triplex potest ratio assignari: vna fuit informatio contemplatiuorum, quorum est celare diuinum secretum, secundum illud: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Vnde Maria celauit partum virginalem annis 30. Elisabeth conceptum mensibus quinque, sicut dicitur supra: Occultabat se mensibus quinque. Paulus raptum quattuordecim annis. Scio hominem in Christo ante annos. 14. *et cetera*. Secunda ratio fuit informatio prædicatorum, vt verbum veritatis non proponat, nisi videant capacitatem auditorum ad credendum, et suscipiendum verbum, secundum illud: Vbi auditus non est, non effundas sermonem. Vnde in Glossa: Domino iubente tacent, donec filius hominis a mortuis resurgat: ne incredibile sit pro rei magnitudine, et post tantam gloriam apud rudes sequens crux scandalum faciat. Et Hieronymus ait: Vtique doctoris est, audientium considerare personas, ne irrideant, antequam audiant. Tertia ratio fuit instructio vniuersorum, vt nemo velit laudari, nec quis audeat laudare in hac vita, secundum illud: Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filijs suis agnoscitur vir. Vnde Ambrosius: Lauda post mortem, prædica post consummationem.

Factum est autem in sequenti die, et cetera. Post demonstrationem gloriæ promissæ, et contemplationem gloriæ demonstratæ, subditur hic confirmatio gloriæ demonstratæ in miraculosa curatione dæmoniaci, muti, et lunatici. Circa huius curationem tria introducuntur ab Euangelista ad ipsius explicationem perfectam. Primum est opportunitas disponens: secundum est potestas efficiens, ibi: *Respondens autem Iesus, ait*, et cetera. Tertium est vtilitas consequens, ibi: *Stupebant autem omnes*, et cetera. Opportunitas autem disponens colligitur ex tribus, scilicet ex præsentia multitudinis occurrentis, ex instantia hominis obsecrantis, ex violentia dæmonis obsidentis. Introducit igitur primo multitudinis occurrentis præsentiam, cum ait: *Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte*. Reuertendo scilicet ad plana. *Occurrit illi turba multa*. Quia credebant et sperabant videre signa, secundum illud: Sequebatur Iesum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his qui infirmabantur. Et nota quòd non comitatur turba ascendentem, quia non capit sublimia. Vnde: Non poterit vulgus ascendere in montem. Occurrit autem descendenti, quia libenter amplectitur Christi humilia. Vnde Matthæus ait: Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Ex hoc etiam potest spiritualiter intelligi quòd paucorũ est otium contemplationis quod designatur per ascensum in montem. Sed multorum est exercitium actionis, quod designatur per eius descensum, et turbam occurrentem. Quod designatum fuit in arca Noe, quæ cum esset trecentorum cubitorum in imo, consummata est in summo, in cubitu vno. Et ideo apex montis competit contemplantibus, et campestria plana laborantibus, iuxta illud: Ascendunt montes, et descendunt campi. Et hoc est quod dicit Beda in Glossa: In monte orat, docet: maiestatem suam demonstrat, patris vocem Apostolis pandit: descendens autem a turba excipitur, miserorum fletu pulsatur, infidelitatis peccata exprobrat, malos spiritus expellit. Vbi tangit quattuor actus contemplatiuæ, quos designauit in montis ascensu, qui sunt oratio, lectio, contuitio diuinorum, et reuelatio secretorum. Et quattuor actiuæ: qui designantur in descensu. Quadrupliciter enim debet prælatus in exercitio actionis condescendere subditis suis, scilicet visitando, compatiendo, vitia increpando, et necessitates releuando. Secundum litteram vero descendenti turba occurrit, quia cupiebant videre expulsionem dæmonis, quæ non potuit fieri a discipulis sicut paulo post subditur: *Rogaui discipulos tuos vt eijcerent illud, et non potuerunt*. Ex tanta igitur præsentia et desiderio populi, colligitur opportunitas miraculi faciendi.

Secundo

Psal. 2. *b* *Ioan.* 20. *d* *Cant.* 5. *c* *Ioan.* 5. *d* Quo modo Christus audiendus. *Psal.* 84. *b* *Eccli.* 32. *b* *Eccli.* 24. *c* *Inf.* 19. *g* 2. *Pet.* 1. *c* *Cant.* 8. *a* *Mat.* 24. *c* *Deut.* 6. *b* *Act.* 4. *c* *Heb.* 7. *d* *Tob.* 12. *b* *Eccli.* 3. *b* *Eccli.* 20. *a* *Mat.* 17. *b* *Isa.* 24. *e* *Sup.* 1. *e* 1. *Cor.* 12. *b* *Eccli.* 32. *a* *Eccli.* 11. *d* *Ambr. to.* 5 *serm.* 15. *de Natali S. Eusebij.* *Idem sermo habetur inter sermones S. Maximi, qui citatam sententiam habet, quã non habet S. Amb. et legitur in comm. Confess. Pontif.* *Exo.* 19. *d* *Mat.* 8. *a* *Gen.* 6. *a* *Ps.* 103. *b* *Beda to.* 5. *lib.* 3. *in ca.* 9. *Luce.*

Digitized by Google

Secundo vero introducit hominis obsecrantis instantiam, cum ait: *Ecce vir de turba exclamauit.* In hoc ostendit affectum in supplicando secundum illud: *Psal.30. b* Exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad *1.Mac.4. e* te. Vnde in Machabæis: Exclamauerunt tubis signorum et clamauerunt in cælum. Et de Samuele dicitur quòd cõtristatus clamauit ad Dominum tota nocte. Et quòd hic esset clamor orationis, patet per hoc quod sequitur: *Dicens, Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi.* In qua oratione fatetur Christi excellentiam, offert reuerentiam, petit clementiam, et allegat indigentiam. Et sic est oratio satis perfecta, cum dicit: *Magister,* excellentiam con- *Ioan.13. b* fitetur, iuxta quod dicitur discipulis: Vocatis me Magister et Domine: et bene dicitis. Ideo autem vocat eum Magistrum, quia existimabat eum plura posse et scire quàm discipulos, qui non potuerant nec sciuerant curare filium suum, et propterea dicebat Do- *Mat.23.b* minus discipulis: Nec vocemini Magistri, quia Magister vester vnus est Christus. In hoc autem quod addit, *obsecro te*, exhibet reuerentiam. Obsecrantis enim est se humiliare et reuereri, iuxta quod dicitur: *1.Tim.5.a* Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt Patrem. Et hoc potissime debet homo facere in oratione. *Eccli 35. b* Nam dicitur: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. In hoc vero quod addit: *respice in filium meum,* *Eccli 36.a* petit misericordiam secundum illud: Miserere nostri Deus omnium, respice in nos, et ostende nobis lu- *Ps. 101. c* cem miserationum tuarum. De quo dicitur: Respexit in orationem humilium, et non spreuit preces eorum. In hoc quod addit: *Quia vnicus est mihi*, al- *Psal.24. c* legat indigentiam, quasi diceret illud: Respice in me, et miserere mei: quia vnicus et pauper sum ego. Vni- *2.Reg.1. d* cus enim filius tenere diligitur iuxta illud: Sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam. *Gen.42. g* Et cum dolore perditur, vnde dixit Iacob de Beniamin: Ipse solus remansit, si quid ei aduersitatis acciderit in terra, ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Tertio vero adiungit dæmonis obsidentis violentiam, cum addit: *Et ecce spiritus apprehendit eum et subito clamat.* Ex quo apparet quòd dæmon affligebat afflictione repentina. Vnde dicitur de isto eodem: *Mat.17.b* Miserere filio meo, quia lunaticus est, et male patitur, et sæpe cadit in ignem, et crebro in aquam. Vnde talis infirmitas erat repentina, sicut est infirmitas *1.Reg.16. d* arreptiuorum. Talis autem erat Saul, de quo dicitur, quòd quãdocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, et percutiebat manu sua, *et cetera.* In quo designatur, quòd verus Dauid, Christus, dæmoniacam violentiam domaturus erat. Nec tantum erat repentina, sed etiam afflictiua, vnde addit: *Et elidit et dissipat eum cum spuma.* Quod est signum magni doloris et afflictionis. Vnde *Ps 140. b* poterat iam dicere, dissipata sunt ossa mea secus infernum, quia a spiritu infernali dissipabatur. Nec tantum erat afflictiua, sed etiam diuturna, propter quod addit: *Et vix discedit dilanians eum.* Vnde po- *Iob. 19. b* terat iste dicere illud Iob: Simul venerunt latrones eius, et fecerunt sibi viam per me, et obsederunt in gyro tabernaculum meum. Et quod passio ista esset magnæ durationis, et difficultatis, apparet propter difficultatem curationis. Vnde adiungit: *Et rogaui discipulos tuos vt ejicerent illud, et non potuerunt.* Ratio autem huius fuit, quia non poterat per potesta- *Iob. 41. d* tem terrenam secundum illud Iob: Non est super terram potestas, *et cetera.* Et tunc aberat diuinæ efficaciæ potestas propter incredulitatem humanam. *Mat.17.c* Vnde dixerunt discipuli Domino: Quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit illis Iesus: Propter incre- *Mar.9. c* dulitatem vestram. Nam dicitur: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

Spiritualis sensus. Secundum spiritualem autem intelligentiam in hoc dæmoniaco sic vexato, intelligitur homo, qui possidetur a peccato spirituali, qui apprehẽditur per superbiam, quæ primo facit quòd diabolus manum extendat in hominem secundum illud: Ipse est rex *Iob 40. d* super vniuersos filios superbiæ. Secundo clamat per iactantiam: Expectaui vt faceret, *et cetera.* Sequitur: Et iustitiam, et ecce clamor, tales erant Pha- *Isa. 5. b* risæi secundum illud: Dilatant phylacteria sua, magnificant fimbrias, amant autem primos recubitus *Mat.23.a* in cœnis, *et cetera.* Tertio vero, elidit per inuidiam secundum illud Iob: Eleuasti me, quasi super ventum ponens, per arrogantiam: elisisti valide, per in- *Iob 30. c* uidiam. Qua paruulum occidit inuidia. Quarto ve- *Iob 5. a* ro dissipatur per iracundiam, quæ omnes cogitationes conturbat secũdum illud Iob: Cogitationes meæ *Iob 17. e* dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Et in Psalmo: *Psal. 34. c* Dissipati sunt nec cõpuncti. Sequitur: Frenduerunt super me dentibus suis. Quinto dilaniat per cordis mœstitiam, qua præcipitat in impatientiam, et per hanc dilaniatur in conscientia. Vnde: Tristitia cor- *Eccli 38.b* dis flectit ceruicem, *et cetera.* Et hinc est quòd vix discedit propter perfidiam. Nequam est natio eo- *Sap.12. b* rum, et naturalis malitia ipsorum, et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.

Respondens autem Iesus dixit: Nunc post opportunitatem disponendã, explicat secundo Euangelista potestatem efficientem, quæ hic describitur, vt æqua, vt pia, et vt magna. Primo describitur vt æqua in arguti one cordis increduli, cum dicit: *O generatio infidelis et peruersa,* vt infidelitas sit in cognitione, et peruersitas in affectione secũdum illud: Generatio enim per- *Deut.32.e* uersa est, et infideles filij. Infidelitas reddebat eos stultos, et peruersitas duros secundũ illud: Peruersi diffi- *Eccli 1. d* cile corriguntur, et stultorum infinitus est numerus. Ideo non solum sunt admonendi, sed etiam fortiter increpandi: Proptera addit: *Vsquequo ero apud vos:* vobis scilicet faciens bona, *et patiar vos* sustinens scilicet vestra mala: quod non dicit propter impatientiam, cum ipse sit de quo dicitur: Qui solem suum *Mat.5. g* facit oriri super bonos et malos. Et supra: Ipse beni- *Sup. 6. e* gnus est super ingratos et malos. Sed hoc dicit, vt per increpationem duram, expellat cordis duritiam secundum illud: Increpa illos dure, vt sani sint in fide. *Tit. 1. d*

Secundo describitur vt pia in aduocatione infantis obsessi, cum dicit: *Adduc huc filium tuum*, scilicet ad præsentiam Saluatoris, vt iam videatur impletum illud: Afferent filios tuos in vlnis, et filias tuas super *Isa. 49. f* humeros portabunt. *Adduc*, inquam per fidem tuam eum, qui non potest venire per fidem suam, sicut illi viri apportauerunt paralyticum, de quibus dicitur: *Sup. 5. d* Quorum fidem vt vidit Iesus, dixit: Homo, remittun- *Mat.9. a* tur tibi peccata tua. Vnde Dominus dixit huic viro: *Mar.9. c* Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Fides est enim illa, qua mediãte quis ducitur ad Christum, quia ipsa est via deueniendi ad Deum. Vnde Apostolus: Sine fide impossibile est placere Deo. *Heb.11.b* Credere enim oportet accedẽtem, *et cet.* Et quia non est conuentio Christi ad Belial, nec societas luci ad *2.Cor.6. e* tenebras, ideo additur: *Et cum accederet, elisit illum dæmonium et dissipauit.* In quo ostenditur, quòd ipse inuitus veniebat ad lucem tamquam male agens secundum illud: Qui male agit, odit lucem. Simul etiam *Ioan.3. e* cum hoc ostenditur quòd diabolus maxime aduersatur, ne quis ab eo obsessus cõuertatur ad Christum, secundum quod dicit Beda in glossa: dum puer ad *Beda to. 5. lib.3.in Lu ca cap. 9.* Dominum accedit, eliditur, quia conuersi ad Dominum plerumque a dæmone grauius pulsantur, vt ad vitia reuertãtur. Cuius exemplum habemus de Pha- *Exo.14. d* raone, qui persequebatur populum recedentem.

Tertio describitur, vt magna in expulsione spiritus immundi, cum additur: *Et increpauit Iesus spiritum immundum*, quasi solo verbo compescens eum secundum illud supra: Increpans non sinebat ea loqui. Vn- *Sup. 3. g* de Angelus Domini dicebat: Increpet Dominus in *Zach.3. a* te satan. Et quòd illa increpatione eiectum est dæmonium,

Digitized by Google

monium, ſubditur: *Et ſanauit puerum*. Vnde illa in-
Iob 5. e crepatio erat ſalutis, propter quod Iob ait: Increpationem Domini ne reprobes: quia ipſe vulnerat, et medetur: percutit, et manus eius ſanabunt. Et quia hoc meruerat fides Patris, ideo addit: *Et reddit illum Patri eius*, ad leniendum dolorem ipſius, vt poſſit di-
Gen. 46. d cere vnico ſuo illud Iacob: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, et ſuperſtitem te relinquo.

In hoc facto autem ſpiritualiter eruditur Prælatus, qualiter ſubditum a diabolo per peccatum obſeſſum reddere debet Regi cælorum, ſcilicet increpando et ſanando. Increpando per iuſtitiam, et ſanando per clementiam. Debet autem eſſe rigor iuſtitiæ, reſpectu culpæ, ſed dulcor clementiæ, reſpectu naturæ. Vnde Auguſtinus: Fiat correptio cum dilectione hominum, et odio vitiorum. Et Gregorius: Diſtrictionem debemus vitijs, et compaſſionem naturæ. Vera namq. iuſtitia compaſſionem habet, falſa
Inf. 10. f iuſtitia indignationem. Vnde et infra dicitur de Samaritano curante vulneratum, quòd plagis eius infundit vinum, et oleum: vinum mordens, et oleum leniens ſecundum duo quæ dicta ſunt.

Aug. to. 1. in 3. Reg. cap. 24.

Stupebant autem omnes, et cetera. Poſt opportunitatem diſponentem, et poteſtatem efficientem, ſubdit hic Euangeliſta vtilitatem conſequentem. Et hæc fuit duplex: Prima vniuerſalis, ſecunda particularis. Prima fuit excitatio vniuerſorum ad reuerentiam maieſtatis, ſecunda fuit ſolicitatio diſcipulorum ad intelligentiam veritatis. Primo igitur quantum ad excitationem vniuerſorum ad maieſtatis reuerentiam, dicitur: *Stupebãt autem omnes in magnitudine Dei*, quia magna erat potentia quæ tam magnum morbum in tam paruo tempore, tam paruo verbo perfecte curauit. Vnde decantabant illud: Magnus Dominus noſter, et magna virtus eius. Et illud Hieremiæ: Magnus es tu Domine, et magnum nomen tuum in fortitudine. Et in Exodo: Quis ſimilis tui in fortibus Do
Pſ. 146. a *Hier. 10. a* *Exo. 15. b* mine? quis ſimilis tui? magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia.

Secundo vero, quantum ad ſolicitationem diſcipulorum ad veritatis intelligentiam, additur: *Dixit autem ad diſcipulos ſuos: Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos*, quaſi diceret eis: Alijs recognoſcentibus, et admirantibus magnitudinem miraculorum, vos cogitate humilitatem futurorum opprobriorum et pretioſi ſanguinis, quo mundus redimendus eſt: euentum mente recondite, dum ceteri mirantur tantum facta diuinæ altitudinis. Vnde, *Ponite*, ideſt, in me-
Cant. 8. b moria habete ſecundum illud: Pone me vt ſignaculum ſupra cor tuum. Ideo autem poſt oſtenſionem miraculi, adiungit prædictionem futuri ſupplicij, ne ſubito veniens paſſio diſcipulos omnino concutiat.
Eccli 11. c Vnde Eccleſiaſticus: In die bonorum ne immemor
Pro. 27. a ſis malorum. Et ne aliquis proſperitatis tempore extollatur ſecundum illud: Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies. Et ideo Ec-
Eccli 11. c cleſiaſticus: Nec in die honoris tui extollaris. Sermones vero quos vult ad memoriam reduci, ſunt de paſſione. Vnde addit: *Filius enim hominis futurum eſt vt tradatur in manus hominum. Tradatur*, inquam, ex
Rom. 8. f clementia a Deo Patre: Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, *et cetera*. Tradetur ex obedientia a ſeipſo: Pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam. Tradetur ex malitia a Iuda proditore: Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Et in hoc implicat totam
Iſa. 53. d *Mat. 26. b* paſſionem. Et quoniam hoc erat occultum myſterium, ideo additur: *At illi ignorabant verbum iſtud, et erat velatum ante eos, vt non ſentirent illud*: quia adhuc rudes erant et animales, nec intelligebant præterita a Deo facta, nec futura. Vnde Eccleſiaſticus:
Eccli 8. a Qui ignorat præterita, et futura nullo ſcire poteſt nuncio. Immo et quia adhuc non erant perfecte eruditi, ideo additur: *Et timebant eum interrogare de hoc verbo*. Nondum enim audierant ab illo illud Ioannis: Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius, *et cetera*. Huius autem ignorantiæ triplex erat ratio. Partim enim veniebat ex amore charitatis, partim ex fide diuinitatis, partim ex conſueto modo loquendi Chriſti in paraboBeda to. 5. lis. Et hoc tangit gloſſa Bedæ. Licet autem ſciret Dolib. 3. in ca. minus eos ignorare, prædixit tamen eis, vt poſtmo9. Luca. dum narrauit poſt Reſurrectionem quando eos increpauit, infra: O ſtulti, et tardi corde ad credendum
Ioan. 15. c *Inf. 24. d* in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ, nonne hæc oportuit pati Chriſtum? *et cetera*. Vnde huius rationem reddit: Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt
Ioan. 14. d cum factum fuerit, credatis. Tum etiam vt, ſicut dictum eſt, in omni noſtra exaltatione doceat mortis et humilitatis noſtræ habere memoriam. Vnde Ec-
Eccl. 7. d cleſiaſtes: Memorare nouiſſima tua, et in æternum non peccabis.

Intrauit autem cogitatio, et cetera. Hæc eſt tertia pars huius partis, in qua agitur de miſſione Apoſtolorum, vbi poſt explicationem formæ prædicandi, et viæ proficiendi, explicatur norma præſidendi. Apoſtoli enim gerebant perſonam prædicatorum, virorum perfectorum, et prælatorum. Quoniam au- Prælatis tria ſunt neceſſaria tem prælatis ad plebem regendam ſunt neceſſaria tria, ſcilicet humilitas animi, æquanimitas zeli, et perſpicacitas iudicij: ideo pars iſta tres habet partes. In quarum prima informat ad animi humilitatem, in ſecunda ad zeli æquanimitatem, ibi: *Factum eſt autem dum complerentur*, et cetera. In tertia ad iudicij perſpicacitatem, ibi: *Factum eſt autem ambulantibus illis*, et cetera. Prima pars habet duas. Primo enim informat ad humilitatem reſpectu domeſticorum, ſecundo vero reſpectu extraneorum, ibi: *Reſpondens autem Ioãnes dixit*. In perſuaſione autem humilitatis ad domeſticos habenda, tria introducuntur ab Euangeliſta. Primum eſt laudandæ humilitatis Humilitatis ratio erga domeſticos occaſio propter ſuum contrarium: ſecundum eſt laudatiua manuductio per ſenſibile exemplũ. Tertium eſt perfectæ laudis concluſio per diffinitiuum iudicium. Primo ergo introducitur laudandæ humilitatis occaſio, et hoc propter ſuum contrarium repellendum, cum dicit: *Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet*. Et nota quòd Lucas dicit in eis cogitationem intraſſe; et Marcus dicit eos diſputaſſe: Matthæus dicit eos Dominum interrogaſſe. Nec
Mar. 9. e *Mat. 18. a* eſt contradictio, quia hoc totum potuit eſſe, vt primo intraret cogitatio, deinde ſequens diſputatio, et poſtremo ad Magiſtrum deferretur quęſtio. Et quod vnus Euangeliſtarum reticet, alius dicit. Hæc autem cogitatio via erat ad ſuperbiam, et intrauerat in eos ex corruptione antiqua. De qua dicitur: Senſus et co-
Gen. 8. d gitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua, et maxime ad ſuperbiam. Quia ſicut
Iob 4. e dicitur: Superbiam numquã in tuo ſenſu, aut in verbo dominari permittas, in ipſa enim initiũ ſumpſit omnis perditio. Ideo viro ſuperba cogitanti dicitur:
Iob 15. b Quid te eleuat cor tuum, et quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos? Tales erant tunc Apoſtoli contra conſilium Eccleſiaſtici: Non te extollas in
Eccli. 6. a cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne forte elidatur virtus tua. Iſta autem ſuperba cogitatio habuit ingreſſum ex hoc, quòd tres diſcipulos duxerat in montem ſecum. Et tamen ſibi Petro dixerat: Tibi da-
Mat. 16. c bo claues regni cęlorum: Ideo quidam volebant Ioannem Petro parificare, alij volebant Petrum præferre. *Gloſſa in c. 9. Luca ſuper illud: Intrauit cogitatio to. 5* Et hoc eſt quod dicitur in gloſſa: Quia viderant Petrum, *et cetera*.

Secundo vero adiungitur laudatiua manuductio per ſenſibile exemplum, cum additur: *At Ieſus videns cogitationes cordis illorum*, tamquam verus Deus ſecũdum illud: Homo enim videt ea quæ patent, Do-
1. Reg. 16. b minus autẽ intuetur cor. Et Eccleſiaſticus: Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circum-
Eccli 23. c ſpicien-

Digitized by Google

ſpicientes omnes vias hominum, et profundum abyſſi, et hominum corda intuentes. Et quia cogitationem videbat eſſe viam ad morbum, ideo tamquam ſapiens medicus apponit remedium cum ait: *Apprehendit puerum, et ſtatuit illum ſecus ſe*, tamquam ſibi conformem et propinquum. Vnde dicebat:
Mat.19.b Sinite paruulos, et nolite eos prohibere ad me venire, talium enim eſt regnum cælorum. Et Oſeas:
Oſee 11. a Quia puer Iſrael, et dilexi eum. Et propter hoc di-
Sap. 9. a cebat ſapiens: Noli me reprobare a pueris tuis: quoniam ſeruus tuus ſum ego, et filius ancillæ tuæ. *Seeus ſe*, igitur paruulum ſtatuit, vt oſtendat, oportere fieri paruulum qui vult eſſe amicus Dei. Et hoc notat, cum ſubditur: *Et ait illis: Quicumque ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit*. In quo oſtendit tantum affectum ſe habere ad paruulos, et humiles, vt quod fit eis, reputet ſibi fieri. Vnde
Mat.25.d dicet in iudicio: Quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tales enim po-
Pſ. 137. b tiſſime acceptat. Secundum illud Pſalmiſtæ: Excelſus Dominus, et humilia reſpicit. Et ſecundum
Iſa. 66. a illud Iſaiæ: Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, et contritum ſpiritu? *et cetera*. Ex hoc autem colligitur magna excellentia eſſe in paruulo, dum in eo recipitur Chriſtus, non ſolum ſecundum humilitatem humanam, verum etiam ſecundum auctoritatem diuinam. Ad quam inſinuandam, addit: *Et quicumque me receperit, recipit eum qui me miſit*. Ex hoc colligitur, quòd qui honorat et recipit paruulum Chriſti, recipit et honorat Deum. Magnus igitur eſt honor, et gloria paruulorum. Ex quo perſuadet eis, ne ambiant eſſe magni, ſed ſtudeant eſſe paruuli. Et ad hoc inuitat Apoſtolus: In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. Sequitur: Hoc enim ſentite in vobis quod et in Chriſto Ieſu, qui cũ in forma Dei eſſet. Subiungitur: Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Sic etiam faciebat
Phil.2. a
1.Cor.9. c Apoſtolus, ſecundum illud: Cum liber eſſem ex
1.Theſ.2.b omnibus, omnium me ſeruum feci. Et alibi: Facti ſumus paruuli in medio veſtri, tamquam ſi nutrix foueat filios ſuos.

Tertio vero ſubiungitur perfectæ laudis concluſio per diffinitiuum iudicium, cum ait: *Nam qui minor eſt inter vos omnes*, per reputationem et humilitatem. *Hic maior eſt*, ſecundum diuinam acceptionem et veritatem. Minimus ergo eſt maximus, et hoc quia ad magna præmia ordinatus, iuxta illud
Inf.18. c infra: Qui ſe humiliat exaltabitur. Si hæc eſt per ſe vera, tamquam Dei ſententia, igitur qui magis ſe humiliat, ille maior eſt: et qui maxime, ille eſt maximus. Et ratio huius eſt, quia quanto ſumus humiliores, tanto ſumus a tumore ſuperbiæ inaniores: et quanto inaniores a tumore ſuperbiæ, tanto pleniores dilectione: et quanto hac pleniores, tanto
1.Cor.13.d maiores. De ipſa enim ſcribitur: Maior autem ho-
Eccli.3.c rum eſt charitas. Et ideo dicitur: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo inuenies
Idem 10. c gratiam. Et rurſus: Magnus eſt iudex, et potens in honore: ſed non eſt maior illo qui timet Deum. Vel ideo minor eſt maior, quia quanto quis humilior, tanto Chriſto ſimilior, et per hoc tãto ei proximior. Chriſtus autem eſt maximus, ſed quanto aliquis maximo propinquior, tanto maior. Quanto quis ergo minor, tanto maior, et hoc eſt quod ipſe innuit in-
Inf.22. c fra: Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Et ideo dicebat: Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: et qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.
Mar.9. e Et: Siquis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſi-
Mat.20.b mus, et omnium miniſter: quia dicitur: Sic erunt nouiſſimi primi et primi nouiſſimi. Et propter hoc
1.Cor.15.b Paulus attendens hæc, dicebat: Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. Et item: Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc. Ergo inter viros ſpirituales non debet eſſe contentio de primo loco, ſed de poſtremo, quia ille honorabilior eſt, ſicut dicitur infra: Cum
Inf.14.b vocatus fueris ad nuptias, vade recumbe in nouiſſimo loco, *et cetera*.

Reſpondens autem Ioannes, et cetera. Poſt doctrinam humilitatis ad domeſticos, docet humilitatem habendam ad extraneos. Circa cuius inſinuationem, tria introducuntur. Primo enim introducitur ex parte viri extranei operatio virtutis: ſecundo vero ex parte diſcipuli prohibitionis temeritas: tertio vero ex parte Magiſtri perſuaſio humilitatis. Primo ergo introducit operationem virtutis, ex parte viri extranei, cum dicit: *Reſpondens autem Ioannes dixit: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia*. Quia enim Dominus perſuaſerat humilitatem, volens ſcire Ioannes, vtrum documentum ad extraneos ſe extendat: ideo reſpõdet, et hunc extraneum mirabilia facientem introducit. Extranei autem a Chriſto poſſunt miracula facere ſecundum illud:
Mat.7. d Multi dicent mihi in illa die: Domine Domine. Sequitur: Et in nomine tuo dæmonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis: Subiungitur: Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Hoc autem fit quando quis habet fidem nominis Chriſti, ſine charitatis amore ſecundum illud: Si habuero omnem fidem, ita vt
1.Cor.13.d montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et hoc eſt, quia charitas eſt illa quæ facit amicum Chriſti. In hoc autem apparet virtus nominis Chriſti maximæ efficaciæ, dum taliũ operatur in uocatum ab extraneis, vt merito ſecundum illud: In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, et infernorum. Vnde infra:
Phil. 2. b
Inf. 10. c Domine, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo?

Secundo vero introducit prohibitionis temeritatem ex parte diſcipuli, cum ait: *Et prohibuimus eum*, ſcilicet ego cum alijs: quod non fuit abſque nota præſumptionis quoniam dicitur: Noli prohibere bene
Prou.3. c facere eum qui poteſt: ſi vales, et ipſe benefac. Quia vero frequenter quod fit typo ſuperbiæ, palliatur zelo iuſtitiæ, ideo adiungit: *Qui non ſequitur nobiſcum*. Et ideo non eſt dignus, vt ſit nobis ſimilis in opere miraculorum, qui non eſt ſimilis in impletione conſiliorum. In hoc autem latebat elatio, quaſi
Iſa. 65. a diceret illud Iſaiæ: Qui dicunt, recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es. Et apparebat æmulatio illa de qua dicitur de viris, qui pro-
Num. 11. f phetauerunt in caſtris, abſente Moyſe, quod dixit Ioſue filius Nun: Domine mi Moyſes prohibe eos. At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? Vnde Ioannes qui erat præcipuus amator Domini, et honoris eius æmulator, omnem qui Dominum non amat, a prædicatione nominis Chriſti excludere volebat. Vnde Beda in Gloſſa: Ioannes diligens Dominum,
Beda to. 5. lib. 3. in ca. 9. Luca. et a Domino dilectus, excludendum putat a beneficio, qui non vtitur obſequio. Veruntamen fallebatur: Quia ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem
Phil. 1. c Chriſtus annuncietur, et in hoc gaudeo, ſed et gaudebo.

Tertio quantum ad perſuaſionem humilitatis ex parte Magiſtri adiungit: *Et ait illis Ieſus: Nolite prohibere*, ſed potius humiliter ſuſtinere licet imperfectum. Quia: Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, et non nobis placere. Et
Rom. 15. a maxime quando infirmus non eſt veritatis aduerſarius. Propter quod addit: *Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt*. Et ideo iſte vtilis eſt nobis, et tolerabilis, cum nos non impugnet, ſed adiuuet. Vnde
Eccli. 11. a in Eccleſiaſtico: De ea re quæ te non moleſtat, ne
Mat. 12. c certeris. Sed et huic videtur contrarium illud: Qui non eſt mecum, contra me eſt: et qui non congregat mecum, diſpergit. Sed iſte non erat cum Domino, neque ſequebatur eum: ergo erat ei contrarius et diſcipu-

Humilitatis ratio erga extraneos.

Digitized by Google

et discipulis eius. Quo modo ergo erat pro eis? Ex quo datur intelligi quòd in Ecclesia tria sunt genera prædicatorum. Quidam sunt pastores veri, et hi quærunt solum Dei honorem et subditorum salutem secundum illud: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et isti sunt excipiendi et honorandi, et ij sunt imitatores Christi, sicut Timotheus Apostoli: Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut Patri Filius mecum seruiuit in Euangelio. Quidam vero sunt mercenarij, qui pro commodo prædicant, tamen vera et bona, de quibus dicitur: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est. Et isti tolerandi. Quidam sunt lupi, sicut hæretici, qui in doctrina veritatis a Christo discordant de quibus dicitur: Lupus rapit, et dispergit oues. Et in Actibus: Intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, et isti sunt arcendi. Et de talibus intelligitur illud Matthæi. De secundis tantum loquitur in proposito. Vnde: Nemo est qui faciat virtutem in nomine meo, et possit cito male loqui de me. Vnde in Actibus: Habetur de illis filijs Sceuæ quòd tentauerunt inuocare nomen Domini Iesu. Et subditur quòd spiritus nequam dixit eis: Iesum noui, et Paulum scio: Vos autem qui estis? Sequitur: Inualuit contra eos, ita vt nudi et vulnerati effugerent de domo illa.

Tria genera prædicatorum.
Ioan. 10. b
Phil. 2. c
Ioan. 10. b
Phil. 2. c
Act. 20. f
Mat. 12. c
Mar. 9. f
Act. 19. c

Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius. Postquam informauit Apostolos et Prælatos Ecclesiæ ad humilitatem animi: informat hic secundo ad æquitatem zeli. Et habet hæc pars duas. In quarum prima introducitur occasio zeli deordinandi. In secunda vero adiungitur correptio zeli deordinati, per quam informentur ad zeli æquitatem. Et incipit secunda ibi: *Cum vidissent autem discipuli eius.* Occasio autem zeli deordinandi, ex tribus ortum habuit, scilicet ex Domini necessitate qua hospitio indigebat: et discipulorum auctoritate, qua hospitio requirebant: ex Samaritanorum inhumanitate, qua hospitium denegabāt. Primo igitur introducitur necessitas Domini, qua hospitio indigebat, quia tempus peregrinationis eius aduenerat, quod notat cū dicit: *Factum est autem dum complerētur dies assumptionis eius*, ideſt, dum appropinquaret tempus passionis eius, per quam debebat assumi in cælum post Resurrectionem. Vnde Psalmus de Resurrectione, inscribitur de susceptione matutina. Sciens Iesus quia venit hora eius, *et cetera*. Dum adueniret passionis tempus, conueniens erat accedere ad patiendi locum. Et ideo adiungit: *Et ipse faciem suam firmauit vt iret in Hierusalem*, ad patiendum. Quia dicitur infra: Non capit prophetam perire extra Hierusalem. Ideo illuc, tamquam ad locum confusionis, et improperij, volebat accedere. Propter quod signanter præmittit quòd faciem firmauit, scilicet per constantiam, et diuinam patientiam secundum illud: Ecce dedi faciem tuam valentiorem speciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum: Vt adamantem, et silicem dedi faciem tuam. Vere firma erat facies quæ solum non fugit, sed etiam ad mortis opprobrium non concussa accessit, ita quòd oportebat eum per terram alienigenarum transire, iuxta illud quod dicitur infra: Dum iret Iesus in Hierusalem, transibat per mediam Samariam et Galilæam. Et ita oportebat eum mendicare aliena hospitia, iuxta illud: Quare quasi colonus es futurus in terra, et quasi viator declinans ad manendum.

Psal. 21. a
Ioan. 13. a
Inf. 13. g
Ezec. 3. b
Inf. 17. c
Hier. 14. b

Secundo adiungitur auctoritas discipulorum, qua hospitium requirebant, cum ait: *Et misit nuncios ante conspectum suum.* Decet enim magnum Dominum habere nuncios præcursores. Iuxta quod dicitur: Ecce ego mitto Angelum meum, ideſt, nuncium qui præparabit viam ante faciem meam. Sic etiam legimus de Iacob quòd misit nuncios ante se. Et quia boni nuncij fideliter et velociter exequuntur imperium Domini, ideo additur: *Et euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi.* Samaritani isti fuerunt coloni positi in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel, in Assyrios translatis, sicut dicitur quòd rex Assyriorum adduxit de Babylone et de Cutha, *et cetera*. Sequitur: Et collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel, qui possederūt Samariā, et habitauerūt in vrbibus eius, et de istis subditur postmodum ibidem quòd fuerunt timentes Dominum, sed nihilo minus et idolis suis seruientes. In horum ciuitatem intrauerunt, non sua voluntate, cum dicatur quòd Iudæi non coutuntur Samaritanis, sed vel necessitate compulsi, quę legem non habet, siue de mandato Domini speciali. Nam in missione Apostolorū dicitur: In viam gentium ne abieritis, et in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed illud dicitur ad prædicandum, non autem ad hospitium requirendū. Nā de hac ciuitate dicitur quòd discipuli eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent: et hoc de mandato Domini faciebant, qui ostendebat nullum hominem contemnendum, sed quemlibet amandum vt proximū, sicut infra dicitur de Samaritano in parabola quòd proximus fuit illi qui incidit in latrones.

4. Reg. 17. d
Ibidem. g
Ioan. 4. b
Mat. 10. a
Ioan. 4. a
Inf. 10. f

Tertio adiungitur inhumanitas Samaritanorum, qua hospitium denegabant, cum dicitur: *Et non receperunt eum*. Cum tamen ipse esset Dominus eorum, vt impleretur illud: In propria venit, et sui eum non receperunt. Similis fuit inhumanitas inhumanitati illorum de Gabaa ad Leuitam. Dicitur enim quòd sedebāt in platea ciuitatis, et nullus eos recipere volebat hospitio. Isti Samaritani non admittebantur a Iudæis ad cultum Dei. Et ideo euntibus in Hierusalem erant contrarij. Et propterea subditur: *Quia facies eius erat euntis in Hierusalem*, ideſt, quia manifeste hoc cognoscebant quòd iret in Hierusalem ad colendum Deum, iuxta ritum Iudaicum. Vnde mulier Samaritana dixit ei: Domine, Patres nostri in monte hoc adorauerunt, et vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Et inter Iudęos et Samaritanos de loco orationis erat contrarietas. Sicut etiam spiritualiter nunc contingit quòd viri spirituales et colentes Deum, deridentur et despiciuntur et abijciuntur ab ijs qui amant mundum. Vnde: Ambulans recto itinere, et timens Dominum despicitur ab eo qui infami graditur via. Et alibi: Si communicabit lupus cum agno aliquando, sic peccator iusto. Vnde: Dixerunt impij, circumueniamus iustum. Sequitur: Quoniam contrarius est operibus nostris. Et paulo post: Grauis est nobis etiam ad vidēdum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, et immutatæ sunt viæ eius. Qui enim habent dissimilitudinem vitę, non facile habent societatem viæ. Et propterea Samaritani odiētes Hierusalem, eunti in Hierusalem nolebant præstare humanitatem.

Ioan. 4. c
Prou. 14. a
Eccli. 13. c
Sap. 2. c

Cum autem vidissent discipuli, et cetera. Posita occasione zeli deordinandi, subiungit correptionem zeli deordinati. Circa quam tria introducuntur ab Euangelista, scilicet indignatio reprehensibilis, increpatio rationalis, informatio memorialis. Primum fuit in discipulorum animo: secundum fuit in Domini verbo: tertium fuit in Dominico facto. Primo igitur, quantum ad indignationem reprehensibilem in discipulorum animo dicitur: *Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus et Ioannes. Vidissent*, inquam, illius ciuitatis crudelitatem. Ita vt possent dicere illud: Vidi iniquitatem et contradictionem in ciuitate. Et iterum: Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Vnde indignatione commoti sunt, quia Dominum, cuius maiestatem in monte viderant cum Moyse et Elia, sic videbant despici in terra. Propter quod additur: *Dixerunt, Domine, vis dicimus, vt ignis descendat de cælo, et consumat illos?* In quo ostenditur indignationis furor, quo illos commoti erant, vt vellent

Psal. 54. b
Psal. 72. a

Digitized by Google

vt vellent perdere de terra. Ideo autem isti duo præcipue hoc dixerunt, quia magni erant honoris Domini zelatores. *Rom. 10. a* Vnde poterat de eis dici illud: Testimonium perhibeo illis, quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Sicut duo filij Iacob, Simeon, et Leui zelo iniuriæ sibi *Gen. 34. c* factæ commoti, destruxerunt vrbem Sichimorum: Vel ideo hoc dicebant, quia ipsi fuerant cum Domino in monte, vbi cognouerant eius potestatem, maiestatem, et viderant Eliæ societatem, et ideo similem illis volebant vltionem facere, qualem Elias *4. Reg. 1. b* fecisse legitur. Dixit Elias: Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, et deuoret te, et quinquaginta tuos. Sequitur: Et deuorauit eũ, et quinquaginta.

Secundo vero quantum ad reprehensionem rationabilem in Domini verbo, subditur: *Et conuersus, increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis.* Hoc dicit, quia ipsi credebant, se moueri a spiritu rectitudinis: et ipsi mouebantur zelo amaritudinis: quod *Iac. 3. d* non debebant facere, sicut dicitur, quòd si zelum amarum habetis, et contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari, et mendaces esse aduersus *1. Ioan. 4. a* veritatem. Et propterea dicitur: Nolite omni spiritui credere: sed probate Spiritus si ex Deo sint. Spiritus enim Christi, est spiritus mansuetudinis, secun- *Isa. 61. a* dum illud: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me, ad annunciandum mansuetis, misit me. *Isa. 42. a* Et item: Ecce seruus meus, suscipiam eum. Sequitur: Dedi spiritum meum super eum. Subiungitur: Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet. Et hunc spiritum debebant isti habere tamquam boni discipuli et imitatores Magistri. Et propterea addit: *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare.* Quoniam hic aduentus non erat iustitiæ, sed misericordiæ secundum *Ioan. 3. b* illud: Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Vnde ab isto suum nomen accepit, vt diceretur Ie- *Mat. 1. d* sus secundum illud: Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis *Mat. 20. d* eorum. Et item: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam in redemptionem pro multis. Et ideo qui spiritum Christi *Glossa in cap. 9. Luc. to. 5. ix Ambr. in id ca. to. 3.* habet, non debet expetere vindictam, sed exhibere patientiam, secundum illud Ambrosij in Glossa: Perfecta, inquit, virtus non habet studium vltionis. Nec vlla est iracundia charitatis, sed plenitudo. Ideo *Rom. 12. d* dicitur: Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ.

Tertio quantum ad informationem memorabilem in Domini facto subditur: *Et abierunt in aliud castellum.* In quo dedit formam discipulis, vt potius fugiant homines, quàm cum eis contendant. Iuxta *Mat. 10. c* quod dedit formam discipulis suis: Cum autem persequuntur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Exemplum autem huius habemus in Abraam et Loth in *Gen. 13. b* Genesi, vbi dixit Abraam: Ne, quæso, sit iurgium inter me et te. Fratres enim sumus. Subiungitur: Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo. In quo docuit perfectam mansuetudinem, quæ decet Christi *2. Tim. 2. d* seruos secundum illud: Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse. Vnde se- *Iac. 1. c* cundum illud: Sit omnis homo tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. Si enim noluit Dominus Maiestatis, irasci tantæ inhumanitati, quanto minus nos debemus alicui indignari? Et hæc potissime mansuetudo reperiri debet in præpositis *2. Tim. 4. a* Ecclesiæ. Vnde Apostolus: Argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina, quoniam in psal- *Psal. 89. c* mo dicitur: Superuenit mansuetudo, et corripiemur. Et Seneca: Generosus est animus hominis: facilius ducitur quàm trahatur. Vnde ipse dicit quòd rex apum non habet aculeum.

Rex apum aculeũ non habet.

Factum est autem, ambulantibus, et cetera. Post informationem Apostolorum ad normam præsidendi, quantum ad humilitatem animi, et æquanimitatem zeli: hic tertio loco informat eos, quantum ad perspicacitatem iudicij. Et hoc per exemplum Iesu Christi. Perspicacitas autem iudicij manifestatur in parte ista tripliciter. Primo in repulsione duplicium. Secundo in aduocatione simplicium, ibi: *Ait autem ad alterum*, et cetera. Tertio in redargutione mobilium, ibi: *Et ait alter, sequar te Domine*, et cetera. Circa repulsionem duplicium introducuntur duo. Primum est simulatio simplicitatis. Secundum, detectio duplicitatis. Primo ergo quantum ad simplicitatis simulationem, dicit: *Factum est autem ambulantibus illis in via*, scilicet discipulis ambulantibus cum Domino in via perfectionis, sicut dicitur de Noe: Noe vir iustus atque perfectus fuit in *Gen. 6. b* generationibus suis, cum Deo ambulauit. Et similiter Dominus ad Abraam: Ambula coram me, et *Gen. 17. a* esto perfectus. De qua via: Aures tuæ audient ver- *Isa. 30. c* bum post tergum monentis. Hæc est via, ambulate in ea. Et quia in hac via frequenter mali simulatione iungi volunt bonis, ideo additur: *Dixit quidam ad illum: Sequar te, quocumque ieris.* In quo ostendebat se habere voluntatem sequendi perfecte, cum tamen aliud in corde haberet, sicut Simon magus, de quo dicitur: Cum baptizabantur viri et mulieres, *Act. 8. b* tunc Simon et ipse credidit: et baptizatus est, malo tamen corde et duplici, sicut ex sequentibus patet. Vnde Hieronymus: Iste hac intentione volebat se- *Hieron. to. 5. in cap. 8. Matth.* qui Iesum, qua Simon magus desiderabat habere potestatem miracula faciendi, vt de miraculis diuitias lucraretur. Cuius contrarium docetur: Ne ac- *Eccli. 1. d* cesseris, inquit, ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum. Tales sunt qui magna promittunt et parua faciunt. Contra quos dicitur: Noli citatus esse in lingua tua, et inutilis, et *Eccli. 4. d* remissus in operibus tuis.

Perspicacitas iudicij.

Secundo vero quãtum ad duplicitatis detectionẽ adiungitur: *Et ait illi Iesus: Vulpes foueas habent*, in quibus scilicet lateant, *et volucres cæli nidos*, in quibus pernoctent, *Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* in quo miram ostendit inopiam, quasi diceret, se nolle habere comitem, qui terrena diligat. Vnde infra: Qui non renunciat omni- *Inf. 14. g* bus quæ possidet, non potest meus esse discipulus, hoc est, imitator perfectus. Vnde Chrysostomus: *Chrysost. to. 2. homi. 28. in Matth.* Respondet Dominus ad mentem eius, quasi dicat: Quid me sequeris propter pecunias, qui vides non tantum mihi diuersorium esse, quantum auibus? Simul etiam cum hoc notat eum de simulatione exteriori, quæ intelligitur in vulpe secundum illud quod dicitur de Herode: Ite, et dicite vulpi illi. Et *Inf. 13. f* propterea per vulpes intelliguntur hæretici, quo- Vulpes. niam tortuosi et subdoli sunt, et ignem habent in caudis, sicut dicitur de vulpibus Samsonis. Notat *Iud. 15. a* etiam eum de simulatione interiori in volucre, quæ alta petit, talis est superbus sicut dicitur: Si exalta- *Abd. 1. b* tus fueris vt aquila, et si inter sidera posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus. Et propter hæc duo Dominus ostendit eius consortium repudiandum, quia ignobilia mundi et contempti- *1. Cor. 1. d* bilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Et propterea in exemplum imitationis factus est mendicus iuxta illud: Propter vos egenus factus *2. Cor. 8. b* est, cum esset diues: vt illius inopia diuites essetis. Vnde imitatores Christi inopia Christi diuites facti sunt. Valde enim diues est, qui tantum habet quantum Rex cæli et terræ. Huiusmodi autem est, qui nihil habet proprietate, et totum possidet charitate sicut illi: Tamquam nihil habentes, et omnia pos- *2. Cor. 6. c* sidentes: Beatus qui terrenam foueam commutat in æternam aulam. Beati autem pauperes spiritu, *et cet.* *Mat. 5. a* Simul etiam cum hoc attende, quòd paupertas non est placita

est placita nisi simplex, contra dolositatem vulpis, et humilis contra elationem volucris. Vnde Isaias:
Isa.66. a Ad quem enim respiciam, nisi ad pauperculum et contritum spiritu, et trementem sermones meos? vbi iungit paupertatem simplicitati et humilitati.
Aug. in 3. Regula ca. 5. to. 1. Vnde Augustinus: Quid prodest diuitias reliquisse, cum miser homo superbior efficitur diuitias cõtemnendo, quàm fuerat possidendo? Nam superbus
Ec. li.25.a odiosus est Deo et hominibus, secundum illud: Tres species odiuit anima mea. Sequitur: Pauperem superbum, *et cetera*.

Ait autem ad alterum. Post repulsionem dupliciũ, subditur hic aduocatio simplicium, circa quam duo B introducuntur. Primum est vocatio innocentis, secundum est eruditio ignorantis. Primum igitur quantum ad innocentis vocationem dicitur: *Ait autem ad alterum: Sequere me*, sicut Filius patrem:
Hier.3.f Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis. Vel sicut discipulus Magistrum, sicut dixit Dominus adolescenti consilium requirenti: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, et da pau-
Mat.19.c peribus. Subiungitur: Et veni, sequere me. Et hunc
Ioan.21.d distincte vocabat sicut Petrum: Tu me sequere. Et signãter *alterum* dicit, quia alterius erat dispositionis: erat autem simplex et humilis: ad quod designãdum adiungit: *Ille autẽ dixit: Domine, permitte mihi primum ire, et sepelire patrem meum*. In quo apparet puritas, quia non celabat cordis affectum, non refutabat consilium. Non enim respuit esse discipulus, sed expleta paterni funeris pietate, liberior hunc assequi desiderat. Apparet etiam humilitas, qua mortuo pa-
Eccli. 3. a tri impendere volebat obsequium, iuxta illud: Qui timet Dominum, honorat parentes, et quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. In opere et sermone et omni patientia, *et cetera*. Ad hoc enim mo-
Exo. 20. b uebat eum obedientia diuini præcepti: Honora patrem tuum. Mouebat etiam clementia animi: sepelire enim mortuum, opus est misericordiæ, de-
Tob.1.d qua commendatur Tobias: Cum rex multos occideret ex filijs Israel, Tobias sepeliebat corpora eorũ. Mouebat etiam consuetudo laudabilis secundum-
Eccl.38.b illud: In mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare, et secundum iudicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius. Vnde apparet quòd non dixit hoc ex carnalitate, sed ex quadam pietate et humilitate, sicut Eliseus
3.Reg.13.d dixit Eliæ: Osculer, oro, patrem meum, et matrem meam, et sic sequar te.

Secundo vero quantum ad ignorantis eruditionem subditur: *Dixitq. ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos*. In quo primo erudit eum peccatorum E
Mortui. consortium declinare. Nam mortui vocantur hic
Eph. 2. a peccatores et infideles. Vnde: Vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis, *et cetera*, talium consortium deserendum est viro sancto, secundum illud: Quæ communi-
Eccli. 13.c catio sancto homini ad carnem? ideſt ad peccatorem et infidelem. Vnde quantumcumque sit coniunctus, tamen deserendus, maxime cum impedit
Deut.33.b bonum. Vnde: Qui dixerit patri suo, et matri suæ: Nescio vos: et fratribus suis: Ignoro illos, sequitur: Hi custodierunt iudicia tua o Iacob, et legem tuam o Israel. Erudit etiam eum, minora bona pro
Amb. to.3. li. 6. in hũc locum cap. 9. Luca. maioribus postponenda esse. Vnde Ambrosius docet minora bona pro vtilitate maiorum esse prætermittenda. Maius est enim animas mortuorum prædicando suscitare, quàm corpus mortui in terra abscondere. Et propterea subdit: *Tu autem vade, et annuncia regnum Dei*, quasi dicat, minus bonum pro
1.Tim.4.b maiori intermitte. Iuxta quod dicitur: Exerce temetipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, *et cetera*. Ex quo apparet, quòd opera pietatis spiritualis, omnino secundum sententiam Apostoli, et Domini sunt corporalibus A operibus anteponenda. Quod enim pietatis maius opus, quàm sepelire mortuum, et hoc, patrem proprium? et tamen Christus vult pro prædicationis officio hoc dimitti. Propter quod dicebant Apostoli: Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, et
Act.6.a ministrare mensis. Quanto enim anima melior est corpore, tanto melius est animam pascere prædicando quàm corpus, alimenta ministrando. Vel maxime quia plures sunt idonei ad sepulturã quàm ad dandam doctrinam. Vnde Apostoli dicebant: Considerate, fratres, viros ex vobis boni testimonij,
Act. 6. a *et cetera*. Subditur: Quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus. Quia dicitur: Maria optimam partem
Inf. 10. g elegit. Et ideo Daniel: Qui ad iustitiam erudiunt
Dan. 12. b multos, quasi stellæ, *et cetera*. Et nota quòd dicit: *Annuncia regnum Dei*, volentibus scilicet pœnitere. Iuxta quod dicebat Christus: Pœnitentiam agite, ap-
Mat.5.c propinquauit enim regnum cælorum. Sicut ergo est magnum peccatum, cum indigenti diues non dat eleemosynam: ita maius est peccatum, cum sciens non communicat doctrinam. Vnde: Qui abscondit
Prou.11.d frumenta, maledicetur in populis. Ideo dicit: Nuncia, non abscondas.

C *Et alter ait: Sequar te*, et cetera. Post repulsionem duplicium et aduocationem simplicium, subiungit hic redargutionem mobilium, circa quam duo introducuntur. Primum est vacillatio voluntatis: secundum redargutio mobilitatis. Primo igitur, quantum ad voluntatis vacillationem præmittit: *Et ait alter: Sequar te Domine*. Ecce voluntas adhærendi Deo, tamquam Magistro. Attendebat enim consilium illud Dominicum: Qui sequitur me, non am-
Ioan.8.b bulat in tenebris. Et in Ecclesiastico: Gloria magna
Eccli.33.d est sequi Dominum. Sed in hac voluntate fortis non erat, propter quod addit: *Sed permitte mihi primum* D *renunciare his qui domi sunt*, ex quo apparet quòd adhuc afficiebatur erga suos. Contra id quod dicitur: Obliuiscere populum tuum, et domum pa-
Psal. 44.c tris tui. Non erat hic similis Paulo, qui dicebat: Cum placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris
Gal.1.e meæ, et vocauit per gratiam suam. Sequitur: Continuo non acquieui carni et sanguini. Ideo hic est parentibus renunciandum, quia carnales amici spiritualibus consilijs aduersantur. Et ideo caro et sanguis tamquam aduersarij non sunt admittendi. Et
Mat.10.d ideo dicitur: Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem E suum. Sequitur: Et inimici hominis, domestici eius. Et ideo dicitur in persona boni religiosi: Re-
Hier.12.b liqui domum meam, dimisi hereditatem meam. Non talis iste, quia oculum habebat ad domesticos. Huic similes sunt religiosi, curiosi de factis consanguineorum, contra quod Beda in Glossa: Si dis-
Beda to. 5. lib. 3. in ca. 9. Luca. cipulus Dominum secuturus arguitur, vel quòd domui renunciare velit, quid fiet illis, qui nulla vtilitate sæpe visitant domos, quas reliquerant? Tales non attendunt quod dictum est Abraæ: Egredere de
Gen.12. a terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrauero tibi.

F Secundo vero quantum ad redargutionem mobilitatis, adiungit: *Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum*, ideſt, ad diuinæ perfectionis et prædicationis exercitium, quod recte per aratrum designatur propter culturam et fructum iuxta illud: Arabit Iudas, et confringet sibi sulcos Ia-
Osea 10. c cob. Nemo, inquam, talis existens, *et respiciens retro*. ideſt, ad mundum, *aptus est regno Dei*, ideſt ad regnum Dei possidendum. Quia secundum illud: Ne-
2.Tim.2.a mo militans Deo, implicat se negotijs sæcularibus, vt ei placeat cui se probauit. Cuius rei figura præ-
Gen.19.f cessit in vxore Loth, quæ respiciens post se, versa est in statuam salis. Quia talis homo efficitur inutilis et sterilis. Et ideo dicitur infra: Qui fuerit in agro,
Inf. 17.g non

Digitized by Google

non redeat retro. Memores estote vxoris Lot. Talis homo non est aptus ad regnum, sed potius ad op-
2.Pet.2.d probrium. Vnde: Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto
Prou.26.b mandato. Contingit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum, *et cetera*. Quod recte intelligi potest de recidiuantibus et apostatan-
Eccli.5.e tibus. Et ideo ediuerso suadet: Esto firmus in via Do-
Phil.3.c mini. Talis erat Apostolus sicut dicitur: Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora, extendens, meipsum ad destinatum persequor, ad brauiũ
Eph.3.d supernæ vocationis. Et ideo ipse monebat: In charitate radicati et fundati, vt possitis comprehendere,
Mat.10.e *et cetera*. Sciebat enim a Domino dictum esse: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ad hoc potissime Scripturarum nos inuitat. Vnde per totam le-
Num.14.a gem et prophetas prohibet filijs Israel, ne reuertantur in Ægyptum, idest, ne de diuino seruitio conuertatur homo ad mundum. Vnde et propter illud delictum fere omnes filij Israel, a Domino in deserto interfecti fuerunt.

CAPVT X.

POST *hac autem designauit Dominus*, et cetera.] Expedita parte de missione Apostolorum, hic subditur pars de missione discipulorum ad modum minorum prælatorum. Habet autem hæc pars tres, in quarum prima agit de forma prædicandi: in secunda vero de for-
Diuisio.
Inf.eod.c ma viuendi: *Et ecce quidam*. In tertia de forma oran-
Inf.11.a di. Infra: Et factum est cum esset in quodam loco, *et cetera*. Prima pars habet tres, in quarum prima præmittitur missio discipulorum comitantium: in secunda vero additur informatio euntium ibi: *Nolite portare neque sacculum*, et cetera. In tertia subditur consolatio redeuntium ibi: *Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio*, et cetera. Mittuntur autem discipuli cum auctoritate diuini imperij. Informantur ex veritate diuini magisterij. Consolantur ex familiaritate diuini contubernij. Mittit autem discipulos Dominus ad prædicandum hoc ordine. Primo designando eos secundum debitum numerum: secundo præmittendo designatos in omnem ciuitatem et locum: tertio in accelerando præmissos ad salutem electorum: quarto in confirmando acceleratos contra rabiem persecutorum. Primo ergo quantum ad discipulorum designationem secundum debitum numerum dicit: *Post hac autem designauit Dominus et alios septuaginta duos*. Designauit vtique, idest, signanter
Ioan.15.e elegit secundum illud: Ego elegi vos, et posui vos, *et*
Glossa in c.10.Luce to.3. *cetera*. Vnde in Glossa: Sicut in Apostolis forma est episcoporum, sic in septuaginta duobus forma est presbyterorum secundi ordinis. Isti debent a Deo designari, idest, ad honorem assumi secundum illud:
Heb.5.a Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, quemadmodum et Aaron. In cuius designationis testimonium debent esse signati signaculo ordinis characteris sacerdotalis, tonsuræ, et totius disciplinæ, et conuersationis sanctissimæ, vt appareat
Eph.4.g illos esse de numero illorum de quibus dicitur: In quo, scilicet spiritu, signati estis, in die redemptionis. Designauit autem eos in numero septuaginta duos, secundum quòd designati fuerant in veteri te-
Exo.15.g stamento, in septuaginta palmas, vbi dicitur quòd in Elim erant duodecim fontes aquarũ, quò ad Apostolos, et septuaginta palmæ quo ad discipulos. Et in
Num.11.e.f. Numeris signati fuerunt in septuaginta viris, quibus dedit Dominus Spiritum sanctum prophetandi vbi dicitur: Locutus est Dominus ad Moysen, auferens de spiritu qui erat in Moyse, et dans septuaginta viris. Sequitur: Qui prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. Remanserant autẽ in castris duo viri. Sub-

iungitur: Super quos requieuit spiritus. Nam et ipsi descripti fuerant. In quo hi expresse figurati sunt. Ratio autem, quare isti fuerunt septuaginta duo, litteralis fuit: Vt, quemadmodum Apostoli prædicantes duodecim tribubus duodecim erant, sic isti septuaginta duo. Secundum quod in Glossa dicitur: Septuaginta duo mittuntur, qui totidem gentibus linguarum Euangelium prædicarent secundum mysticum intellectum: quia continet in se septies denarium et binarium: in quo signatur septiformis spiritus donatus eorum ministerio ad impletionem decalogi, et duorum præceptorum charitatis. Vel quia septuaginta duo continent horas trium dierum, quia fidem Trinitatis prędicare debebant, sicut dicitur in Glossa, secundum triduanum circuitum solis Christi, scilicet Incarnationis, Passionis, Resurrectionis. *Glossa in 10.cap.Luce to.5.*

Secundo quãtum ad designatorum premissionem ante suum conspectum subditur: *Et misit illos binos, ante faciem suam. Misit*, inquam, auctoritate diuina quia sicut dicitur: Sicut me misit Pater, et ego mitto vos. Binos autem misit ad litteram, vt se mutuo custodirent et adiuuarent secundum illud: Melius est duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ. Vel secundum spiritualem intelligentiam, vt dicit Beda, per hoc quòd binos mittit, innuit, quòd nemo prædicationis officium susscipere debet, qui erga alium charitatem non habet. In cuius rei designationem dicitur: Dentes tui, idest, prędicatores, quorum est masticare cibum paruulis, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fetibus, et sterilis non est inter eas. In huius etiam rei figuram, vt dicit Glossa, animalia bina fuerunt in arca Noe. Et quoniam hæc missio non erat, nisi sicut quædã pręparatio ad Christum, ideo addit: *In omnem ciuitatem et locum, quo erat ipse venturus*. Vnde sicut præcones præcedebant secundum illud: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Vnde Glossa: Vbi verba prædicationis præcurrunt, venit Dominus ad mentis habitaculum. *Ioan.20.e* *Eccls.6.b* *Beda to.5. li.3. in Luce cap.10.* *Cant.4.a* *Gen.6.d* *Isa.40.a*

Tertio, quantum ad pręmissorum accelerationem ad salutem electorum subditur: *Et dicebat illis: Messis quidem multa*, idest, turba ad conuersionem parata. Vnde: Quando Samaritani crediderunt, Dominus dixit: Videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Hæc messis seminata fuit in lege naturæ, creuit autem in lege figuræ, sed est collecta in tempore gratiæ. Vnde dicitur: Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laborauerunt, et vos in labores eorum introistis. Huius autem messis duplex est collectio, scilicet vniuersalis in tempore vltimo, de qua dicitur Angelo: Mitte falcem tuam et mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Alia est collectio seu messio particularis in prædicatione Euangelij. Sed quia pauci sunt boni messores, ideo subdit: *Operarij autem pauci*, signanter dicit *operarij*, quia ad hoc quòd falx prædicationis messem colligat, necesse est quòd manus operis eam teneat, iuxta quod dicit Gregorius: Ad hoc vt seruetur veritas prædicandi, necessaria est altitudo viuendi. Tales qui faciunt quod ore dicunt, sunt operarij, et a Domino remunerandi secundum illud: Voca operarios et redde illis mercedem. Sed pauci sunt operarij studiosi, plures autem sunt malitiosi secundum illud: Pseudoapostoli, sicut operarij subdoli, transfigurãtes se in Apostolos Christi. Plurimi autem sunt desidiosi. Vnde dixit Dominus operarijs: Quid hic statis tota die otiosi? Sunt plurimi similes illis de quibus: Dicunt et non faciunt. Alligant autem onera grauia et importabilia. Sequitur: Digito autem suo nolunt ea mouere. Et quoniam messis amittitur, quando boni operarij desunt, ideo addit: *Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam*, idest, prædicatores bonos, qui gladium diuini verbi, quo *Ioan.4.c* *Idem.4.c* *Apo.14.d* *Gregorius in Ezech.* *Mat.10.b* *2.Cor.11.c* *Mat.20.a* *Mat.23.a*

Digitized by Google

segetes metuntur, non tantum in ore, sed etiam manu portent. Vnde de bonis prædicatoribus dicitur: Exultationes Dei in gutture eorum, et gladij ancipites in manibus eorum. Vnde prædicatio est gladius, qui nisi manu teneatur, non terret aduersarium. Quod bene figuratum est de reædificantibus Hierusalem: vbi dicitur quòd vnusquisque vna manu faciebat opus, et altera tenebat gladium. Tales operarij dantur diuinitus. Secundum quod est signatum quòd Deus posuit hominem in paradisum voluptatis, vt operaretur et custodiret illum: et ideo sunt a Domino postulandi, vt eos conducat promittendo, conductos mittat præcipiendo secundum illud: Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta, *et cetera*.

Pſ. 149. *b*
Neem. 4. *c*
Gen. 2. *c*
Mat. 20. *a*

Quarto autem, quantum ad acceleratorum confirmationem, contra rabiem persecutorum subdit: *Ite: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Ite*, scilicet expedite, sicut animalia illa. Animalia ibant, et reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Et in Prouerbijs: Discurre, festina, suscita amicum tuum. Vel, *ite*, idest, pro salute omnium periculis vos exponite secundum illud: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus. Mercenarius, *et cetera*. Sequitur: Videt lupum venientem, et dimittit oues et fugit. Quasi diceret, ite ad luctum, vt reportetis gaudium secundum illud: Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione, *et cetera*. Vel, Ite ad periculum, vt reportetis triumphum secundum illud: Transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, et pugnate pro eis. Et quia fortissima armatura est mansuetudo et patientia, ideo dicit: *Sicut agnos inter lupos*, ideſt, sicut pios, humiles, et mansuetos inter impios, superbos, et malignos. Vt illos mansuetudine vincatis, sicut et Christus fecit, secundum illud: Sicut agnus coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum. Sic Apostoli agnina mansuetudine domuerunt lupinam ferocitatem. Et impletum est illud Isaiæ: Habitabit lupus cum agno, et leo quasi bos comedet paleas. Et item: Lupus et agnus pascentur simul. Vnde Christus sua mansuetudine Paulum lupum conuertit in agnum. Et impletum est in eo illud: Beniamin lupus rapax, mane comedet predam, et vespere diuidet spolia. Prius enim Christum persecutus est vt lupus, postea pro eo persecutiones passus vt agnus. Tales debent esse prælati Ecclesiæ secundum illud: Seniores pascite, qui in vobis est, gregem, prouidentes, *et cetera*. Et post: Neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo, quasi dicat, nõ sitis sicut lupi inter agnos, sed magis agni inter lupos et agnos, vt bonos foueatis et malos toleretis. Vnde Chrysostomus: Fortior est Dei gratia quàm natura: dum fuerimus oues vincimus, et si multi lupi: si autem fuerimus lupi, vincimur, et cessat a nobis summi pastoris auxilium.

Exec. 1. *c*
Prou. 6. *a*
Ioan. 10. *c*
Pſ. 125. *b*
Ioſue 1. *a*
Iſa. 53. *b*
Iſa. 11. *b*
Iſa. 65. *d*
Gen. 49. *d*
1. *Pet.* 5. *a*

Nolite portare, et cetera. Post missionem discipulorum comitantiũ, subdit informationem euntium.

Diuiſio.

Habet autem pars ista duas, in quarum prima præmittitur communis informatio respectu omnium. Secundo specialis respectu personarum specialium ibi: *In quamcumque ciuitatem intraueritis*. Generali autem informatione inuitat nos ad quattuor, scilicet ad amplexandam mendicitatem, ad declinandam loquacitatem, ad exhibẽdam humanitatem, et ostendendam maturitatem. Primo igitur quantũ ad mendicitatem amplectendam dicit:

Nolite portare sacculum, neque peram, scilicet ad repositionem pecuniæ. Accipitur sacculus pro crumena pecuniaria secundum illud: Sacculum pecuniæ secum tulit: *Neque peram*, ad reseruandos panes secundum illud: Nolite soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus? *et cetera*. *Neque calceamenta*, scilicet ad cooperiendos pedes. Nam dicitur: Sed tantum calceatos sandalijs. Sandalia enim a læsione pedem conseruant, sed non tegunt, sicut sunt soleæ fratrum nostrorum. Hoc autem voluit Dominus discipulis iniungere, vt non solum essent pauperes, verũ etiam appareret, et ad paupertatem magis exemplis, quàm verbis vocarent. Est autem paupertas, vt dicit Seneca, odibile bonum. Et ideo cum appareat turpis et vilis, iunxit ei Dominus maximam dotem, vt per illam saltem in coniugium possit assumi, cum dixit: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cælorum.

Prou. 7. *c*
Mat. 6. *a*
Mar. 6. *b*

Calceamẽta fratrum ordinis sancti Fráciſci.

Paupertas odibile bonum.

Mat. 5. *a* to. 5.

Secundo quantum ad loquacitatem declinandam, subdit: *Et neminem per viam salutaueritis*. Super quo loco dicit Glossa, quòd hoc dicit, ne alicuius obuij confabulatione remorarentur ab iniuncto officio, mittebat enim eos festinato, sicut Eliseus puerum suum: Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: et si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. Hoc autem iniunxit Dominus non ad declinandum affabilitatis indicium, cum ipse fuerit benignissimus et curialissimus: sed ad declinandum multiloquium, de quo dicitur: In multiloquio non deerit peccatum. Et ideo qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Hæc autem multum consueuit esse in viatoribus. Et frequenter est occasio contentionum. Vnde dicitur de discipulis: Siquidem in via disputauerant, quis eorum maior esset. Propter quod dicitur, quòd Ioseph fratribus proficiscentibus ait: Ne irascamini in via. Secundum autem spiritualem intelligentiam prohibet optare salutem, quæ est viæ: non salutem, quæ est Patriæ. Quod notatur cum dicit: *Per viam*. Omnibus enim salus est optanda, sicut dicitur quòd Deus omnes homines vult saluos fieri: et hoc quia ipse est Salus et Saluator. Sed illa salus debet optari, de qua in Psalmo: Salus autem iustorum a Domino. Hanc semper optabant Apostoli, et de hac dicitur: Amicum salutare non confundaris. Et ad Romanos: Salutate inuicem in osculo sancto. Et in Psalmo: Tu es ipse rex meus et Deus meus: qui mandas salutes Iacob. Aliter potest exponi, vt dicatur: *Neminem per viam salutaueritis*, ideſt, non saluum dicatis eum, qui adhuc damnari potest quamdiu est in via. Nam dicitur: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ergo salus in fine viæ, non in medio aut in capite est optanda. Vel aliter: *Neminem per viam salutaueritis*, ideſt, propter consortium viæ, sed propter consortium vitæ. Ex quo apparet quòd non est salus hominibus propter sanctorum collocutionem, sed propter ipsorum imitationem. Vnde dicitur: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est.

Mat. 5. *a* to. 5.
4. *Reg.* 4. *c*
Prou. 10. *c*
Eccli. 19. *a*
Mar. 9. *c*
Gen. 43. *g*
1. *Tim.* 2. *a*
Pſal. 33. *d*
Eccli. 22. *d*
Rom. 16. *c*
Pſal. 43. *a*
Mat. 10. *c*
Mat. 7. *c*

Tertio quantum ad humanitatem exhibendam adiungit: *In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui*. Vt appareat vos esse viri pacis amatores et annunciatores secundum illud: Quàm pulchri super montes pedes annunciantis et prædicantis pacem. Quam pacem Dominus fecit secundum illud: Pacificans per sanguinem crucis eius, *et cetera*. Dominus etiam reliquit: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Dominus annunciauit: Stetit Iesus in medio, et dicit eis: Pax vobis. Dominus mandauit, et pacem euangelizauit, sicut dicitur: Veniens euãgelizauit pacem vobis qui longe fuistis, et pacem ijs qui prope. Et quia possent timere, ne frustra pacem offerrent, ideo subdit: *Et si ibi fuerit filius pacis*, pacis secundum æternam præscientiam, de quibus dicitur quòd Iesus moriturus erat, vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret. De quibus dicitur: Cognouit Dominus qui sunt sui. Tales sunt filij pacis, quia dicitur: Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabũtur. In tali habet efficaciam verbum prædicationis, propter quod addit: *Requiescet super illum pax vestra*, ideſt, a vobis nunciata. Vnde Isaias: Secũdum aliam translationem: Super quem requiescet spiritus

Iſa. 52. *b*
Coloſſ. 1. *c*
Ioan. 14. *d*
Ioan. 20. *e*
Eph. 2. *c*
Ioan. 11. *g*
2. *Tim.* 2. *c*
Mat. 5. *a*

Digitized by Google

ſpiritus meus, niſi ſuper humilem et quietum? Requieſcit vtique pax Chriſti annunciata ſuper prædeſtinatos a Deo ſecundum illud: Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam. Et: Vós non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt. Vtile eſt ergo loqui prædeſtinatis Euangelium pacis: vtile eſt etiam loqui præſcitis, propterea ſubdit: *Sin autem, ad vos reuertetur*. Secundum illud: Oratio mea in ſinu meo conuertetur. Et hoc quia opus pietatis et miſericordiæ ſemper eſt vtile facienti, et ad facientem reuertitur, ſecundum illud: Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, et gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: et poſtea reſurget, et retribuet retributionem vnicuique in caput ipſorum.

Act. 13. g *Ioan. 10. c* *Pſal. 34. c* *Eccli. 17. c*

Quarto vero quantum ad maturitatem oſtendendam, ſubdit: *In eadem autem domo manete*, tamquam viri maturi, ne forte notemini de inſtabilitate. Vnde dicitur: Pes fatui facilis in domum proximi. Ideo dicit Beda: Alienum eſt a predicatore, per domos curſitare, et hoſpitium mutare. Et quia poſſent credere hoſpitium eſſe mutandum propter cibum, ideo ſubdit: *Edentes, et bibentes quæ apud illos ſunt*, ſine ciborum diſcretione, ſicut dicitur: Omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Sine ciborum etiam abiectione, ſecundum illud: Omnis creatura Dei bona eſt. Et nihil reijciendum quod cum gratiarũ actione percipitur, ſanctificatur enim per Verbum Dei, et orationem. Sine ciborum etiam requiſitione, ſecundum illud: Et ſi in medio multorum ſediſti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poſcas bibere. Et quia poſſent credere quòd non liceret paſci de aliena ſubſtantia, ideo addit: *Dignus eſt enim operarius mercede ſua*, non ſolum in patria ad remunerationem, ſed etiam in via ad ſuſtentationem. Vnde dicitur: Dominus ordinauit ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Et item: Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat in omnibus bonis. Vnde dicitur: Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Et hoc probat ibi Apoſtolus, quòd talis operarius ſit dignus, et per auctoritates et per rationes plures, ſicut ibi patet. Quoniã ergo dignus eſt refectione, propter illam non oportet eum hoſpitium mutare. Ideo in fine addit: *Nolite tranſire de domo in domum*, ne videamini vagi. Ne ſitis ſimiles illi mulieri vagæ, de qua dicitur quòd eſt garrula, et vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis: tales ſunt hæretici. Vnde Apoſtolus: Ex his ſunt qui penetrant domos, et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis: Non tales debent eſſe veri prædicatores. Vnde Ambroſius: Non eſt de domo in domum vaga facilitate demigrandum, vt hoſpitij amore ſeruetur conſtantia, ne coalita amicitiæ neceſſitudo, facile diſſoluatur.

Eccli. 21. d *Beda. to. 5. lib. 3. in ca. 10. Lucæ.* *1. Cor. 10. f* *1. Tim. 4. b* *Eccli. 31. b* *1. Cor. 9. b* *Gal. 6. b* *1. Cor. 9. c* *2. Tim. 3. b* *Amb. to. 3. li. 7. in hũc locũ ca. 10. Lucæ.*

Et in quamcumque ciuitatem intraueritis. Poſt informationem diſcipulorum communem, ſubiungit hic Euangeliſta informationem diſcipulorum ſpecialem, ſecundum audientium diuerſitates. Et quoniam quidam parati fuerant ad eos recipiendos vt fideles, quidam autem ad repellendos, vt infideles, quorum culpa creſcebat ex contemptu diuinæ gratiæ, et deſpectu auctoritatis apoſtolicæ: ideo pars iſta habet quatuor. In quarum prima præmittitur informatio reſpectu fidelium: in ſecunda vero, reſpectu rebelliqm, ibi: *In quamcumque ciuitatem intraueritis, et non receperint*. In tertia ſubditur increpatio contemptorum, ibi: *Va tibi Corozain*, et cetera. In quarta ſubiungitur auctoratio prædicatorum, ibi: *Qui vos audit*, et cetera. Circa informationem reſpectu fidelium, duo introducuntur: quorum primum eſt ſuſceptio ſtipendij temporalis: ſecundum eſt communicatio beneficij ſpiritualis. Primo igitur quantum ad ſuſceptionem temporalis ſtipendij informat cum dicit: *Et in quamcumque ciuitatem intraueritis*, ſcilicet ad prædicandum veritatem, ſicut dicitur: quòd cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius, et clamauit. Sic et iſti per diuini verbi clamorem, debebant in ſuo ingreſſu ciuitatem excitare. Iuxta quod dicitur de Philippo diſcipulo, quòd deſcendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ his quæ a Philippo dicebantur. Et quoniam fidelium eſt diuinis verbis intendere, ideo ſubdit: *Et ſuſceperint vos*, ſcilicet, per fidem et dilectionem, tamquam nuncios Chriſti. Quoniam dicitur: Qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit. Ille autem ſuſcipit prædicatorem qui eius doctrinam acceptat cum manſuetudine et patientia, iuxta quod dicitur: In manſuetudine ſuſcipite inſitũ verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras. Et quoniam a ſuſcipientibus, propter ſpiritualia documenta, ſuſcipi poſſunt corporalia alimenta, ideo ſubdit: *Manducate quæ apponuntur vobis*, ſcilicet ad releuandam neceſſitatem, vt fortius laboretis, ſecundum illud: Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, et bene tibi erit. Vnde ſuper illud: Diſpenſatio mihi credita eſt, *et cetera*. Gloſſa: Non debemus ideo Euangelizare, vt manducemus: ſed ideo manducare vt euangelizemus, vt cibus non ſit bonum quod appetitur, ſed neceſſarium quod adijcitur. Et nota quòd dicit: *Quæ apponuntur*, et hoc cum hilaritate. Quia in Prouerbijs: Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio. *Et quæ apponuntur*, non quæ vos ipſi paretis. Quod dicit propter vitandam guloſitatem, de qua Seneca: In ventrem ſic pretioſa congerimus, quaſi congeſta ſeruemus: quid ad rem quid quis recipiat, perditurus omne quod recipit? Et ideo dicitur: Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: hoc autem maxime ſpectat ad pauperes, vt vili ſint contenti refectione, tamquam eſurientes. Quia dicitur: Anima eſuriens, etiam amarum pro dulci ſumet. Et Iob: Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt.

Act. 8. a *Mat. 18. c* *Iac. 1. c* *Pſ. 127. a* *1. Cor. 9. c* *Gloſſa in hũc locum to. 6* *Prou. 15. b* *Eccli. 2. a* *Prou. 27. a.* *Iob 6. b*

Secundo vero quantum ad communicationem ſpiritualis beneficij, ſubditur: *Et curate infirmos qui in illa ſunt*. Et hoc per virtutem vobis a Spiritu ſancto collatam, de qua: Alij datur gratia ſanitatum in vno ſpiritu: alij operatio virtutum. Hanc dedit Dominus diſcipulis minoribus ad confirmationem doctrinæ ſuæ. Vnde Hieronymus: Quia hominibus ruſticanis, et abſque eloquij venuſtate nemo crederet pollicentibus regnum cælorum, dare voluit poteſtatem miracula faciendi. Huius poteſtatis donum prius conceſſerat, ſicut et Apoſtolis: Dedit illis poteſtatem ſuper omnia dæmonia, et vt languores curarent. Sed hic imperat, vt dono accepto vtantur, iuxta quod dicitur: Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, *et cetera*. Et quia curatio corporalis ordinata erat ad illuminationem mentis, ideo ſubdit: *Et dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei*. In quo ſimul clauditur veritas doctrinæ, bonitas gratiæ, et ſublimitas gloriæ. Dicit enim Gloſſa interlinearis: Regnum Dei Chriſtus eſt, vel vita æterna, vel ſcientia ſcripturarum. Et ita appropinquauit, quando inter eos erat, iuxta quod dicitur: Regnum Dei intra vos eſt. Vere appropinquauerat, cum ille eſſet iam præſens, de quo dicitur quòd habebat in veſtimento et in femore ſuo ſcriptum: Rex regum, et Dominus dominantium. Et ſignanter dicit: *In vos*, ideſt, in eos qui Verbum Dei ſuſcipiunt per fidem, de quibus: Feciſti nos Deo noſtro regnum, et ſacerdotes: et regnabimus ſuper terram. Et per gratiam fidei, ſecundũ illud: Eripuit nos de poteſtate tenebrarum, et tran-

1. Cor. 12. a *Hieron. to. 6. in cap. 8. Mat. ſuper illud: Enuntes prad.* *Sup. 9. a* *1. Pet. 4. b* *Gloſſa in hũc locum ca. 10. Lucæ tom. 5.* *Inf. 17. d* *Apoc. 19. c* *Coloſſ. 1. b*

Diuiſio.

Digitized by Google

et tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. Sic ergo patet qualiter ſe debebant habere ad fideles, quia debebant recipere ſtipendium ſuſtentationis, et miniſtrare beneficium curationis, et eruditionis. Qui ergo non miniſtrant hæc beneficia ſpiritualia, minus iuſte et indigne ſuſcipiunt ſtipendia corporalia. Vnde Gregorius: Quid ad hæc doctores dicimur qui Chriſti aduentum præcurrentes, Eccleſiaſticum officium ſuſcipimus, et muti panem comedimus. Et Bernardus: Venient ante tribunal iudicis, vbi erit pauperum allegatio dura, accuſatio grauis: quorum vixere ſtipendijs, nec delere peccata.

In quamcumque autem ciuitatem intraueritis. Poſt informationem reſpectu fidelium, ſubditur informatio reſpectu rebellium. Circa quam duo introducuntur, primum eſt conteſtatio veritatis Euangelij: ſecundum communicatio ſeueritatis iudicij. Primo igitur quantum ad conteſtationē veritatis Euangelij dicitur: *In quamcumque autem ciuitatem intraueritis.* Ad veritatis præconium prædicandum, ſe-
Act.17.a cundum illud: Cum veniſſent Theſſalonicam, vbi erat ſynagoga Iudæorum. Sequitur: Paulus introiuit ad eos, et per ſabbata tria diſſerebat eis de ſcripturis. *Et non ſuſceperint vos*, per veritatis auditum, qui eſt prædicatoribus accommodandus, ſicut dici-
3. Io. cap. unico c tur: Nos debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ: ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrepes, non recipit nos. *Exeuntes in plateas eius*, ad veritatis teſtimonium teſtificandum, propter quod di-
Mat.10.c citur: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta, *dicite: Etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra extergimus in vos*, propter veritatis contemptum, quod eſt peccatum valde deteſtandum, ſecundum
Ioan.15.d illud: Si non veniſſem et locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent. Et ideo ad huius delicti deteſtationem, dicit puluerem abſtergendum ſicut Petrus
Act.8.d dixit Simoni: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. *Tamen hoc ſcitote, quia appropinquauit regnum Dei*, id
Mat.24.a eſt veritas Euangelij, ſecundum illud: Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus. Vt nullus poſſit ſe per ignorantiam excuſare. Et propterea vt publice fiat, iubet
Hier. comment. li.1. in cap. 10. Mat. to.6. in plateis extergere puluerem, ſuper quo dicit Hieronymus, quòd hoc iubet in teſtimonium quòd prædicatio eorū peruenerit vſque ad illam ciuitatem. Et ita non habent excuſationem de infidelitate. Secun-
Spiritualis intelligētia dum ſpiritualem autem intelligentiam, pedes Apoſtolorum ſunt affectus prædicatorum, quibus puluis conſueuit adhærere, ſcilicet inanis gloriæ, de-
Pſal.7.a quo: Gloriam meam in puluerem deducat. Indi-
Mich.7.d gnationis et impatientiæ, de quo: Lingent puluerem ſicut ſerpens. Cupiditatis et auaritiæ, ſecundum il-
Eccli.27.a lud: In percuſſura cribri remanebit puluis. Primus puluis adhæret pedibus prædicantium, cum laudantur, ſed excutitur per conſiderationem ſui, ſecun-
Mat.10.c dum illud: Vos non eſtis qui loquimini. Et item:
1.Cor.12.a Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiri-
1.Cor.4.b tu ſancto. Et item: Quid habes quod non accepiſti?
Eccli.10.b Ideo in Eccleſiaſtico: Quid ſuperbit terra et cinis? Secundus puluis adhæret cum contemnuntur, ſed
Ioan.15.e hic excutitur per rememorationem Chriſti, ſecundum illud: Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis: Non eſt ſeruus maior Domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, et vos perſequentur, *et cetera*. Tertius puluis adhæret, quando munera offeruntur
Baruc.6.b quæ excæcant oculos ducum, iuxta illud: Oculi eorum pleni ſunt puluere a pedibus introeuntium: ſed
Hier.ad Cypr.Ep.139. to.3. hic excutitur per memoriam mortis noſtræ. Hieronymus: Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturum. Et Apoſtolus: Nihil intulimus
1.Tim.6.b in hunc mundum: haud dubium quòd nec auferre quid poſſumus.

A Secundo vero quantum ad comminationem ſeueritatis iudicij, ſubdit: *Dico vobis, quia Sodomis in die illa remiſſius erit, quàm illi ciuitati*, ex quo apparet magnitudo pœnæ. Nam dicitur quòd Sodoma et *Iud.1.b* Gomorrha et finitimæ ciuitates, et abeūtes poſt carnem alteram, facti ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Vnde et Dominus fuit illis valde indignatus, ſecundum quod dicitur quòd pluit ſu- *Gen.19.e* per Sodomā et Gomorrham ſulphur et ignem a Domino de cælo: et ſubuertit ciuitates has et omnem circa regionem. Apparet etiam ex hoc magnitudo culpæ, quia maior eſt culpa contemptus veritatis,
B quàm libido carnalitatis. Ratio autem huius eſt quia non fuit eis oblata tanta gratia. Et ſecundum quod dicitur infra: Cui multum datum eſt, mul- *Inf.12.f* tum quæretur ab eo. Vnde: Si enim qui per Ange- *Heb.2.a* los dictus eſt ſermo, factus eſt firmus. Sequitur: Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem: quæ cum initium accepiſſet enarrari per Dominum: ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt. Alia ratio eſt propter maiorem veritatis notitiam. Vnde Gregorius: Vbi maius eſt donum ſcientiæ, ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpæ. Quia dicitur: Scienti bonum facere, et non facienti: peccatum
C eſt illud illi. Et quòd contemptoribus veritatis maxima debeatur pœna, patet ex hoc quod dicitur de *Rom.1.c* quibuſdam quòd cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt: Sequitur: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, *et cetera*. Et ratio huius redditur, quia non probauerunt Deum habere in notitia.

Va tibi Corozain, et cetera. Hic tertio loco ſubiungitur increpatio contemptorum, qui propter duo a Domino increpandi oſtenduntur, et tamquam damnabiles arguuntur, ſcilicet propter duritiam cordis, et propter excellentiam mentis: duritia cor-
D dis reddebat eos impœnitentes, ſed excellentia arrogantes. Primo igitur increpans cordis duritiam, dicit: *Va tibi Corozain, va tibi Bethſaida*: Quæ erant duæ ciuitates Galilææ, vbi plurima fecerat ſigna, et tamen adhuc permanebat in eis duritia. Propterea ſubditur: *Quia ſi in Tyro et Sidone facta fuiſſent virtutes quæ facta ſunt in vobis*, ideſt, ſi Dominus eis tanta miracula oſtendiſſet ante ſui ſubuerſionem quam comminatus eſt Dominus per Ezechielem: *Exec.22.* Tu fili hominis aſſume ſuper Tyrum lamentum, et in fine ad nihilum redacta es, et non eris vſque in ſempiternum. Adhuc non eſſent ſubuerſæ, et hoc,
E quia pœnituiſſent. Vnde addit: *Olim in cilicio et cinere ſedentes pœniterent*, ſicut fecerunt Niniuitæ, de quibus dicitur quòd prædicauerunt ieiunium, et ve- *Iona 3.b* ſtiti ſunt ſaccis a maiore vſque ad minorem. Et nota quòd tria dicit in quibus exprimit pœnitentiæ perfectionem, ſcilicet cilicium, cinerem, et ſeſſionem. In pœnitente enim debet eſſe dolor ex conſideratione diuinæ offenſæ, et hoc in cilicio. Timor ex con- *Hiero. ad Demetr. de ſeru. Virg. ep.8. to.1.* ſideratione vindictæ, et hoc in cinere, qui præfert mortis imaginem. Et debet eſſe pudor ex conſideratione culpæ ſiue vilitatis ſuæ, et hoc in ſeſſione. Ideo dicit Hieronymus quòd cinis et cilicium ſunt
F arma pœnitentium. Et propterea: Filia populi mei *Hier.6.g* accingere cilicio, et aſpergere cinere luctum vnigeniti, fac tibi planctum amarum. Et propter pudorem humilitatis, qui debet concomitari, dicitur: Dic regi, et dominatrici: Humiliamini, ſedete, *Hier.13.e* quoniam deſcendet de capite veſtro corona gloriæ veſtræ. Si ergo talem feciſſent pœnitentiam, non haberent tantam cordis duritiam, ac per hoc nec tam duram ſententiam. Et propterea ſubiungit: *Verumtamen Tyro et Sidoni remiſſius erit in iudicio quā vobis*. Quia ſecundum quod dicitur infra: Seruus *Inf.12.f* qui cognouit voluntatem Domini ſui, et non ſe præparauit, et non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis. Ratio autē huius eſt nimia duritia

contra

Digitized by Google

Rom. 2. a contra tanta beneficia. Vnde: Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ et reuelationis iusti iudicij
Eccli. 3. d Dei. Quia dicitur: Cor nequam grauabitur in doloribus, et peccator adducet ad peccandum.

Secundo vero increpans quoad excellentiam mentis subdit: *Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltata*, scilicet per arrogantiam, *vsque in infernum demergeris*, per diuinam sententiam. Vnde Abdias: Si exaltatus fueris vt aquila, et inter sidera posueris nidum
Abd. 1. a
Iob 20. a tuum: inde detraham te. Et Iob: Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, et caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Dicitur autem Capharnaum exaltata propter plurima miracula, quæ facta sunt in ea, de quibus superbiuit amplius
Sup. 4. d quàm profecit. Vnde supra dicitur: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, *et cetera*. Primo ergo exaltata propter diuinæ gratiæ munera, sed post demer-
Isa. 9. a sa merito superbiæ. Et hoc prædictum fuerat: Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulon et terra Nephtalim, scilicet per præcedentia miracula: et nouissime aggrauata est via maris, idest pressa in iudicio propter sua peccata, sicut exponit ibidem Glossa. Et ideo diuina suscipienda sunt cum timore, et magna reue-
Greg. hom. 9. in Euag. rentia, sicut dicit Gregorius: Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum.

Qui vos audit, et cetera. Hic quarto loco subditur auctoratio prædicatorum. Ostendit autem eos authenticos tum propter auctoritatem Christi Mediatoris, tum etiam propter auctoritatem summi Imperatoris. Primo ergo auctorat eos per auctoritatem Christi Mediatoris cum dicit:

Qui vos audit, me audit. Nam ipsi gerebant Christi
2. Cor. 2. c personam. Vnde Apostolus: Nam et ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi.
2. Cor. 13. a Et item: An experimentum quæritis eius, qui in me
1. Thes. 2. c loquitur, Christus? Et ideo dicitur: Cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est vere verbum Dei. In auditu ergo discipulorũ Christi Christus auditur, et similiter in contemptu, contemnitur, et propterea
Ezec. 3. b subdit: *Et qui vos spernit, me spernit*. Vnde Ezechiel: Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire
Mat. 25. b me. Et hoc innuit cum dicit: Quàm diu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et propterea
1. Thes. 5. d dicebat Apostolus: Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere: idest, veros prædicatores.

Secundo auctorat eos propter auctoritatem summi Imperatoris cum subdit: *Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit*, tum propter commissam auctoritatem, tum propter consubstantialitatem. Vnde:
Ioan. 5. d Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Et ideo sequitur: Qui spernit Apostolos, spernit Christum: et qui Christum spernit, et Deum spernit. Ergo qui spernit Apostolos, spernit et Deum. Et hoc non est paruum peccatum. Propter quod Isaias: Væ, qui spernis, nonne et ipse sperneris?
Isa. 33. a Et cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. Est ergo magna auctoritas prædicatorũ. In quorum receptione Deus recipitur, et contemptu contemnitur. Ipsi enim sunt os Domini, verba eius annun-
Hier. 15. d ciando, sicut dicitur: Si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris. Et ideo tamquam os Dei pasci debent et honorari. Et ipsi etiam os præcipue debent custodire, et ab edacitate et loquacitate, vt vere
Apoc. 14. b possit dici de eis illud: Hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo et agno, et in ore eorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

Reuersi sunt autem, et cetera. Post missionem concomitantium, et informationem euntium, subditur hic tertio consolatio redeuntium. Habet autem hæc
Diuisio. pars duas. In quarum prima reprimit Dominus in discipulis gaudium vanum. In secunda inuitat eos ad gaudium verum ibi: *Gaudete autem quia nomina vestra*, et cetera. Circa repressionem gaudij vani in discipulis quattuor introducit. Primum est vanæ exultationis expressio: secundum vanæ exultationis repressio: tertium est vanæ exultationis occasio: quartum vanæ exultationis prohibitio. Primo ergo præmittit vanæ exultationis expressionem, cum dicit:

Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, quod scilicet non tantum sentiebatur in corde, sed etiam exprimebatur in sermone, vt verificetur illud: Cor gaudens exhilarat faciem. Propter quod addit: *Dicentes, Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo*. In quo exprimebant, se inepte gaudere, quia fortiores dæmonibus facti erant. Et ista quidem lætitia veniebat ex latente superbia sicut et illius Pharisæi, de quo infra dicitur, quòd orans dicebat: Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri hominum, *et cetera*. Et nota quòd de diuinis donis quidam manifeste efferuntur, sicut illi qui sibi ea attribuunt. De quibus dicitur: Manus nostra excelsa, et non Dominus, fecit hæc omnia. Contra quos: Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc possiderem. Quidam manifeste humiliantur, de quibus dicitur infra: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus. Talis erat Paulus, qui de seipso dicit: Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, *et cetera*. Subiungit: Gratia autem Dei, sum id quod sum, et gratia eius in me vacua non fuit, *et cetera*. Quidam autem partim humiliantur, gratias agendo, et partim efferuntur, inepte exultando, sicut isti discipuli, qui gaudebant de subiectione dæmonum, attribuebant tamen hoc non sibi, sicut ille Pharisæus: sed nomini Domini, cum dixerunt: *in nomine tuo*. Vnde aliquid habebant commendabile, scilicet quòd reuertebantur ad fontem gratiarum, gratias ab ipso susceptas agnoscendo, et eidem gratias referendo. Iuxta quod dicitur:
Eccli. 1. b Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Et Iob: Numquid mittes fulgura, et
Iob 38. d ibunt, et reuertentia dicent tibi, adsumus? Super quo dicit Glossa: Vadunt fulgura, quando doctores miraculis coruscant et superna reuerentia auditorum corda transfigunt, reuertentia dicunt: adsumus, cum non sibi, sed Dei virtutibus tribuunt quidquid se fortiter egisse cognoscunt. Tales sunt viri perfecti, in
Isa. 16. b quorum persona dicitur: Omnia opera nostra operatus es nobis Domine. Et in Psalmo: Non nobis Do
Ps. 113. b mine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Quidam etiam habebant reprehensibile, nempe quòd de potestatis altitudine efferebantur, quod patet in hoc quod aiunt: *Dæmonia subijciuntur nobis*. Contra
Eccli. 11. a quod dicitur: Nec in die honoris tui extollaris, quoniam mirabilia opera Altissimi solius, et gloriosa, et absconsa, et inuisa opera illius. Et hoc est quod dicit Beda: Bene confitentur, sed quia de signorum operatione efferuntur, exemplo terrentur, et ad humilitatem reuocantur.

Secundo adiũgit vanæ exultationis repressionem, cum addit: *Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem*. Quasi dicat Dominus, ne extollamini de diuinis beneficijs, ne cum superbis angelis coruatis. Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, haud dubie non parcet vobis si peccaueritis superbiẽdo. Vnde Bernardus super Missus est: Superbis angelis non pepercit Dominus, quãto magis nec tibi puttredo et vermis: Cecidit autem sicut fulgur, hoc est velociter, crudeliter, et irreuocabiliter. Vnde exemplo eius ceteri caueant, ne quærant alta, propter quæ Lucifer cecidit in ima secundum illud: Quo modo cecidisti de cælo Lucifer, qui ma-
Isa. 14. a

Beda hoc loco to. 5. lib. 3.

Aduersus superbos.
2. Pet. 2. a

Ber. homil. 1. de Aduẽtu ser. 1. to. 1.

Digitized by Google

ne oriebaris? Sequitur: Qui dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum. Et poſt: Verumtamen in infernum detraheris in profundum laci. Et ideo dicitur: Noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Hoc exemplo, miro modo repreſſit Dominus in diſcipulis ſuperbiam, quaſi dicat illud Prouerbiorum: Qui altam facit domum ſuam, ſcilicet cum Lucifero ſuperbiendo, quærit ruinam, cum eodem corruendo. Vnde Bernardus loquens de ambitioſo, ſequẽte ducem: Sequere ducem tuum, multiplica præbendas, accelera ad Epiſcopatum, deinde ad Archiepiſcopatum aſpira: paulatim aſcendis, ſed non paulatim deſcendes. Videbam ſatanam quaſi fulgur de cælo cadentem. Et ideo ait Seneca: Redige te ad parua, a quibus cadere non potes. Vnde in Prouerbijs: Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: et antequam glorificetur, humiliatur. Quia ſententia eſt iudicis, infra: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, et qui ſe humiliat exaltabitur.

Rom. 11. c
Prou. 27. c
Prou. 18. b
Inf. 18. c

Tertio vero ſubiungit vanæ exultationis occaſionem cum addit: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes et ſcorpiones*, ſcilicet quantum ad inſidias corporales, iuxta quod dicitur ſerpenti: Ipſa conteret caput tuum, et tu inſidiaberis calcaneo eius. *Et ſuper omnem virtutem inimici*, quantum ad inſidias ſpirituales, de quibus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem et ſanguinẽ, ſed aduerſus principes et poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. *Et nihil vobis nocebit*, propter ſupernas protectiones ſecundum illud: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Et hæc poteſtas collata eis poterat eſſe occaſio præſumendi. Iuxta quod dicitur de Ezechia, ad cuius preces Deus fecit mirabilia: Orauit Ezechias Dominum, exaudiuitq. eum, deditq. ei ſignum, ſed non iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia eleuatum eſt cor eius, et facta eſt contra eum ira, et contra Iudam et Hieruſalem. Vnde diuinorum donorum multitudo multis fuit occaſio ruinæ, ſicut dicitur de Lucifero: Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, et perfectus decore. Et paulo poſt: Eleuatum eſt cor tuum. Et paulo ſuperius: Peccaſti, et eieci te de monte Dei, et perdidi te, *et cetera*. Et ideo dicebat quidam ſanctus homo quòd magna gratia eſt, non habere gratiam. Quia omnes iſtæ gratiæ exteriores, non ſunt niſi tentationes. Et quilibet exterius eleuatus debet timere illud: Eleuaſti me, et quaſi ſuper ventum ponens, eliſiſti me valide.

Gen. 3. c
Eph. 6. b
Mar. vlt. d
2. Paral. 32. f
Ezec. 28. c
Iob 30. c

Quarto vero ſubiungit vanæ exultationis prohibitionem, cum dicit: *Verumtamen in hoc nolite gaudere, quoniam ſpiritus ſubijciuntur vobis*. Quia ſcilicet tale gaudium eſt, ſicut gaudium ſuperborum, de promotione ſua et deletione aliena, quod non competit veris ſanctis ſecundum illud: Noli de mortuo inimico tuo gaudere. Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me oderat. Nolite etiam gaudere, quia tale gaudium eſt ruinoſum ſecundum illud Prouerbiorum: Extrema gaudij luctus occupat. Tale eſt gaudium de bono tranſitorio ſecundum illud Iob: Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Et rurſus: Gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, et in puncto ad inferna deſcendunt. Vnde non volebat Dominus quòd diſcipuli gauderent in miraculis, ſed potius in tormentis et conuicijs ſecundum illud: Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, et perſecuti vos fuerint, *et cetera*. Et poſt: Gaudete, et exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Sic etiam Apoſtoli faciebant ſecundum illud: Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Nolite ergo in hoc gaudere, quoniam ſpiritus ſubijciuntur vobis, licet ſit diuinitus conceſſum, ne ſit occaſio ſuperbiæ, et per conſequens ruinæ. Propter quod dicit Auguſtinus, quòd Dominus dicebat diſcipulis ſuis: Diſcite a me non mortuos ſuſcitare, nõ ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare, ſed quia mitis ſum et humilis corde: quia in miraculis non debebãt gaudere, ſed in humilitate. *Gaudete autem quòd nomina*, et cetera. Poſtquam Saluator repreſſit in diſcipulis gaudium vanum, hic ſecundo inuitat eos ad gaudium verum. Et hoc quidem facit proponendo quadruplicem cauſam, ſiue materiam gaudij. Gaudium namque diſcipulis fore oſtendit de Dei præſcientia infallibili, et prouidentia irreprehenſibili, de potentia incomprehenſibili, de præſentia deſiderabili. Et in ijs quattuor habebant valde magnam materiam exultandi. Primo gaudium erat de diuina præſcientia infallibili. Quantum ad hanc dicit: *Gaudete autem, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis*, in libro vitæ ſcilicet: qui liber vitæ dicitur, quia in ipſo ſcripta viuunt ſecundum illud: Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Vel quia ſecundum eius ſcripturam eſt homo prædeſtinatus ad vitam. Vnde ſecundum ipſum fiet finale iudicium, ſicut dicitur: Libri aperti ſunt, et alius liber apertius eſt qui eſt vitæ. In quo quidem libro mali non inuenientur finaliter ſcripti, ſecundum quod dicitur: Deleãtur de libro viuentiũ, et cum iuſtis non ſcribantur.

Auguſt. de sãcta Virg. c. 35. to. 6.
Liber vitæ.
Ioan. 1. a
Apo. 20. d
Pſal. 68. d

Quod quidem dicitur, non quia ille liber mutetur, ſed quia multi videntur ſcripti ſecundum præſentem iuſtitiam, qui apparebunt non ſcripti ſecundum diuinam præſcientiam. Quoniam ergo hoc tantum eſt bonorum finaliter et ſaluandorum, et eſt bonum interminabile et infallibile, ideo merito de hoc eſt verum gaudium, nõ de dono miraculorum, quod eſt bonorum et malorum. Vnde mali non ſunt ſcripti in cælis, ſed potius in terra ſecundum illud: Recedentes a te, in terra ſcribentur. In cuius rei ſignum Dominus confutans perfidiam Phariſæorum, qui erant alieni a regno cælorum, digito ſcribebat in terra. Et nota quòd diuina cognitio dicitur liber, ſed cognitio ſimplicis notitiæ dicitur liber ſimpliciter, et in hoc omnia ſcribuntur et omnes, iuxta illud: Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes ſcribentur. Et eſt cognitio approbationis, et hæc dicitur liber vitæ, et in hoc non ſcribuntur ſecundum veritatem niſi finaliter boni. Et de hoc dicitur: Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Super quo dicit Gloſſa quòd ſecurus hoc dicit, ſciens quòd deleri non poſſit: loquitur enim de ſcriptura præſcientiæ, non præſentis iuſtitiæ, quæ deleri poteſt.

Hier. 17. b
Ioan. 8. a
Pſal. 138. c
Exo. 32. f
Gloſſa interlin. in hũc locum

Secundo oſtendit eſſe gaudium de prouidentia irreprehenſibili, quantum ad hanc adiungit: *In ipſa hora exultauit in Spiritu ſancto*, ſcilicet in ſpirituali gaudio, quod debet eſſe in Spiritu ſancto, non in carne, ſecundum illud: Non eſt regnum Dei eſca et potus: ſed iuſtitia, et pax, et gaudium in Spiritu ſancto. Vnde et gloriosa Virgo: Exultauit, inquit, ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Et in hoc dedit diſcipulis modum exultandi. Et ſimul cum hoc expreſſit, vnde exultare debeant cum addit: *Et dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cali et terra*, quod ſcilicet non tantum es Creator per potentiã, ſed etiam Gubernator per prouidentiam ſecundum illud Hieremiæ: Cælum et terram ego impleo. Et Iſaias: Cælum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum. Huic ſcilicet generali prouiſori confitetur cõfeſſione, ſcilicet laudis. Confeſſio enim non tantum eſt culpæ ſecundum illud: Confitemini alterutrũ peccata veſtra, ſed etiam fidei veræ, de quo dicitur: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem: ac etiam laudis diuinæ ſecundum illud: Offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, ideſt fructum labiorum confitentium nomini eius. Et in Pſalmo: Confitemini Domino

Rom. 14. c
Sup. 1. c
Exod. 32. to. 1.
Hier. 23. c
Iſa. 66. a
Confeſſio multiplex.
Iac. 5. d
Rom. 10. b
Heb. 13. c
Pſal. 105. a

Digitized by Google

Domino quoniam bonus, *et cetera*. Et hoc modo accipitur hic, pro laude scilicet ipsius Dei Gubernatoris. Laudat autem eum pro sua prouidentia, propter quam addit: *Quòd abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea parvulis*. Hoc enim fit secundum iudicium diuinæ prouidentiæ quòd Deus superbis resistit, et humilibus dat gratiam. Et in psalmo: Excelsus Dominus, et humilia respicit, et alta a longe cognoscit. Ideo Deus, *hæc*, ideſt mysteria nostræ redemptionis abscondit sapientibus, et prudentibus mundi, qui se reputant esse sapientes in diuinis, et prudentes in temporalibus. Iuxta quod dicitur: Perdam sapientiam sapientium: et prudentiam prudentium reprobabo. Et postea subdit: nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Et Isaias: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes. Talibus enim abscónduntur diuina Sacramenta: sed ediuerso paruulis reuelantur. Vnde in Psalmo: Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat paruulis. Et nota quòd non dicit stultis, et hebetibus, sed paruulis, ideſt humilibus, vt ostendat se non damnare acumen intelligentiæ, sed tumorem superbiæ, sicut dicit Gloſſa. Vnde Bernardus: Humilitas est clauis scientiæ, secundum illud Prouerbiorum: Vbi est humilitas, ibi et sapientia. Et quoniam iudiciũ prouidentiæ, est irreprehensibile, ideo addit: *Etiam Pater, quoniam sic complacuit ante te*, quaſi dicat, iuste, eo quòd tibi placeat. Quoniam vt dicit Gloſſa: Iniustum esse non potest, quod placet iusto. Vnde sufficit hanc rationem reddidisse, nec voluit aliam assignare: quia illa est sufficientissima et prima, secundum illud: Miserebor, cui voluero, et clemens ero in quem mihi placuerit. Et ad Romanos: Cuius vult, miseretur, *et cetera*. Siue vt reprimatur curiositas ne discutere audeamus superna iudicia. Vnde Gloſſa: Ex hoc accipimus exemplum humilitatis, ne temere discutiamus de supernis consilijs. Dicitur enim in Prouerbijs: Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria: Siue vt ostendat quòd diuina prouidentia est laudanda in omnibus factis suis, et omnino in omnibus irreprehensibilis, secundum illud: Iustus Dominus in omnibus vijs suis, et sanctus in omnibus operibus suis. Gaudendum ergo est, et exultandum de prouidentia Dei irreprehensibili, non præsumptionis ratiunculis discooperiendum. Quia, vt dicit Gregorius, diuina iudicia non sunt temere discutienda, sed formidolosa silentio nominanda.

Tertio ostendit esse gaudendum de potentia incomprehensibili, cum ait: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*. In hoc namque quod dicit: *Omnia*, infinite ostendit potestatem suam esse vtilem, secundum illud: Omnia per ipsum facta sunt, ideſt, per verbum. Et rursus: Mea omnia, tua sunt, et tua mea sunt. In hoc quod adiungit: *Tradita a Patre meo*, notat potentiam illam esse naturalem, secundum illud: Quæcumque pater facit, hæc et filius similiter facit. In vtrisque simul ostendit æqualitatem, et immensitatem. Vnde Gloſſa: Cum audis omnia, omnipotentem agnoscis: cum audis tradita, filium confiteris, cui per naturam vnius substantiæ omnia iure sunt propria, non dono collata per gratiam. Et ex hoc apparet quòd potentia filij est immensa et incomprehensibilis. Et propterea subdit: *Et nemo scit, quis sit Filius, nisi Pater*, ideſt, nullus intellectus hoc comprehendit, nisi paternus, scilicet perfecte. Et ideo in hoc non excluditur Spiritus sanctus, sed solus intellectus creatus, qui non potest ipsum comprehendere, cum sit immensus. Vnde Iob: Forsitan vestigia Dei comprehendes, et vsque ad perfectum Omnipotentem reperies. Excelsior cælo est, et quid facies? *et cetera*. Et quia filius est incomprehensibilis, ideo potest patrem comprehendere. Propter quod addit: *Et quis sit Pater, nisi Filius. Nemo*, ideſt, nouit: Quia Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Quoniam ipse solus comprehendit, ideo solus potest reuelare. Et ideo subdit: *Et cui voluerit filius reuelare*. Filius enim sapientia et verbum Patris est, et dicens manifestat se per Verbum suum. Vnde in Sapientia: Sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis? Vnde Chrysostomus: Philosophi de Deo quærere contendentes, nihil aliud se inuenisse confessi sunt, nisi quòd incognoscibilis est Deus: sicut qui in vagum oceanum vsurpat nauigare, cum non potest transire, necesse est vt per eamdem viam reuertatur: sic illi ab ignoto cœperunt, et in ignotum finierunt. Et ratio huius est, quia non fuerunt discipuli Iesu Christi, qui est Veritas, Nec habuerunt Spiritum sanctum de quo: Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Quarto ostendit esse gaudium de præsentia desiderabili. Vnde subdit: *Et conuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis*. Ideo merito gaudere potestis, quia videtis me tam mente quàm corpore, cum Abraam gauisus fuerit, qui vidit tantum fide, secundum illud: Abraam pater vester exultauit vt videret diem meum: et vidit, et gauisus est. Et ideo in figura huius dicitur ad Salomonem: Beati viri tui, et beati serui tui hi qui stant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam. Hoc dicitur de Salomone in figura Christi. Quia vt ipse de se dicit: Ecce plus quàm Salomon hic. Vnde hoc erat donum speciale. Et propterea subdit: *Dico enim vobis quòd multi prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt*. Sublimes in scientia et potestate, desiderauerunt Christi præsentiam, secundum illud: Veniet desideratus cunctis gentibus. Vnde propter vehemens desiderium dicitur: Vtinam dirumperes cælos, et descenderes. Et ait Balaam: Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Iacob, et consurget virga de Israel, et percutiet duces Moab vastabitq. omnes filios Seth. Et post: Heu quis victurus est quando faciet ista Deus? Nec mirum, quia dicitur ad Assuerum in persona Christi: Valde mirabilis es Domine, et facies tua plena gratiarum. Et ideo desiderabant Christi præsentiam videre. Desiderabant etiam eius doctrinam audire, et ideo addit: *Et audire quæ auditis, et non audierunt*, ideſt mea verba, quia sicut dicitur: Tempus requirendi Dominum, cum venerit qui docebat vos iustitiam. Hoc enim erat maximum beneficium, audire Deum loquentem, non per creaturam subiectam, sed in propria persona, et creatura vnita. Quod beneficium commemorans, ait Apostolus: Multifariam multisq. modis olim Deus loquens patribus in prophetis, et nouissime, *et cetera*. Beatus qui audit humiliter et obtemperanter hanc locutionem, secundum illud: Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. Vnde Beati qui per fidem Christum viderunt, et audierunt in via, secundum illud Prouerbiorum: Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et obseruat ad postes ostij mei. Sed beatissimi qui videbunt in patria, iuxta illud: Beati qui ad cænam nuptiarum agni vocati sunt.

Et ecce quidam legisperitus, et cetera. Postquam descripsit Euangelista formam prædicandi: hic secundo insinuat formam viuendi. Dupliciter quidem potest quis informari ad recte viuendum, scilicet verbo, et exemplo. Ideo Euangelista primo ad informationem præmittit diuinum præceptum: secundo vero subiungit humanum exemplum, ibi: *Factum est, dum irent, et ipse intrauit*, et cetera. Quoniam autem informatio præcepti non valet nisi intelligenti. Ideo primo præmittitur præceptum regulans

Iac. 4. b *Pſ. 137. b* *1. Cor. 1. c* *Iſa. 5. c* *Prou. 11. a* *Gloſ. in hũc locum cap. 10. Luca to. 5.* *Exo. 33. d* *Rom. 9. c* *Prou. 25. d* *Pſ. 144. d* *Gloſſ. in ca. 10. Luca to. 5.* *Iob. 11. b* *Ioan. 1. c* *Sap. 9. d* *Chryſoſt. ho mil. 3. in Ep. ad Rom. to. 4.* *Ioan. 16. b* *Ioan. 8. g* *3. Reg. 10. b* *Mat. 12. d* *Agg. 2. b* *Iſa. 64. a* *Num. 24. c* *Eſth. 15. d* *Oſea 10. c* *Heb. 1. a* *Inf. 11. d* *Prou. 8. d* *Apo. 19. b* *Inf. eod. g*

Digitized by Google

regulans ad viuendum: ſecundo vero adiungitur do-
Inf. eod. c cumentum adiuuans ad intelligendum ibi: *Suſpiciens autem Ieſus.* Circa expreſſionem autem præcepti regulatiui, quattuor introducuntur, ſcilicet inquiſitio veritatis ſalutiferæ: inuentio veritatis quæſitæ: approbatio veritatis inuentæ: inueſtigatio veritatis approbatæ. Primo ergo quantum ad inquiſitionem veritatis ſalutiferæ, dicit: *Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit, tentans illum.* Iſte peritus erat, et peritum ſe reputabat: et quia peritum ſe reputabat, ideo non quærebat, vt diſceret, ſed vt probaret, ſicut moris eſt
Eccl. 13. b ſuperbis ſecundum illud: Ex multa loquela tentabit te. Sed rurſus, quia peritus erat, ideo idonee et recte quærebat, propter quod addit: *Et dicens: Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* Magiſtrum eum vocat, quia hoc ipſum ſpectat ad eum, vt interrogata
Mat. 22. b reſpõdeat. Iuxta quod dicitur: Magiſter, ſcimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces. Vnde quia magiſterium ſalutis profitebatur Chriſtus, ideo quæſtionem facit de veritate ſalutari. Similem quæſtio-
Mat. 19. b nem dicitur propoſuiſſe adoleſcens: Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Iſti quærebant ſtudioſe, non curioſe, quia non de operibus factis, ſed faciendis, propter meritum ſalutis ſe-
Eccli. 3. c cundum illud: In pluribus operibus eius non eris curioſus. Et paulo ſuperius: Sed quę præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. Vnde iſti quærunt de via eundi ad
Hier. 6. d vitam, iuxta conſilium Hieremiæ: State ſuper vias, et videte, et interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, et ambulate in ea: et inuenietis refrigerium animabus veſtris. Hæc enim ſunt quæ Dominus do-
Iſa. 48. c cet: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia.

Secundo vero, quantum ad inuentionem veritatis quæſitæ ſubditur: *At ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? quo modo legis?* Ex quo apparet quòd Magi-
Mat. 5. b ſter veritatis erat amicus legis, iuxta illud: Nolite putare quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere. In quo verbo Saluator captat beneuolentiam legiſperiti. In hoc quod oſtendit ſe conformari ei in amore legis, ſuſcitat etiam attentionem, dum mittit eum ad legem, ſicut ad ſcripturam authenticam. Præparat etiam docilitatem, dum tribuit viam ad veritatem inueniendam, et hoc quidem fit legendo legem diuinam. Vnde Ioannes:
Ioan. 5. f. Dixit legiſperitis: Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere. Hæc enim eſt via veniendi ad veritatem, et per veritatem ad vitam.
Baruc. 4. a Vnde in Baruc: Hic liber mandatorum Dei, et lex, quæ eſt in æternum, omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerint eam, in mortem. Conuertere Iacob, et apprehende eam, *et cetera.* Et iſta via eum ad veritatem manuduxit, propter quod additur: *Ille reſpondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua: et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua.* Hoc legitur:
Deut. 6. a Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, *et cetera.* In hoc mandato legiſlato omnia præcepta reduxit ad vnum, in quo verbo clauditur tota forma
Mat. 22. d viuẽdi iuxta illud quod dicitur: In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet et prophetæ. Sed videtur cõtrarietas, quia hic dicitur quòd legiſperitus reſpon-
Mat. 22. d dit. Et alibi dicitur quòd Chriſtus. Hic ponuntur quattuor conditiones, ibi tres. Sed patet quòd alia fuit illa quæſtio, alia iſta. Vel poteſt reſponderi ſicut
Aug. lib. 2. c. 13. to. 4. innuit Auguſtinus de concordia Euangeliſtarum, vbi dicit quòd Chriſtus primo reſpondet ſecundũ quod dicit Matthæus. Et deinde legiſperitus iterando approbauit, ſicut dicit Lucas. Et quòd vtrumque fue-
Mar. 12. c rit narratum a Marco dicitur: Et ſic patet quòd Marcus hos duos ducit ad concordiam. Sed tamen adhuc videtur remanere diſcordia ex parte conditionum
Deut. 6. a diligendi, quia dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua:* hic autem dicitur: *ex omni mente*

A *tua:* et in Matthæo omittitur, ex omnibus viribus tuis. Pro huius itaque intelligentia eruenda, nota quòd ad perfectum modum diligendi Deum, requiritur quòd referamus in ipſum omnes cogitationes, omnes affectiones, et omnes operationes. Et hæc tria tanguntur in lege. Sed quia cogitationes ſunt intellectiuæ cordis, et memoratiuæ mentis: ideo hic, et in Matthæo additur: *Ex tota mente*, in quo eſt explicatio legis. Et quia qui refert quod interius eſt, ſcilicet actum memoriæ, intelligentiæ, et voluntatis in Deum, per conſequens refert opera: ideo in his tribus clauditur relatio omnium virium. Lucas ad ma-
B iorem explicationem addit hoc ipſum, ſcilicet: *Ex omnibus viribus*, ſimiliter Marcus. Vel hoc quod eſt: *Ex omnibus viribus*, eſt declaratio totius, ſcilicet aliarum trium conditionum, vt ſecundum Auguſtinum ſit ſenſus: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo*, ideſt, intellectu ſine errore, *ex tota anima*, ideſt voluntate ſine contradictione, *ex omni mente*, ideſt memoria ſine obliuione. *Et ex omnibus viribus tuis*, ideſt, tota virtute ſine fictione. Vel ſecundum Bernardum: *Ex toto corde tuo*, ideſt ſapienter: *Ex tota anima*, ideſt dulciter, *ex tota mente*, ideſt fortiter. Et in hoc clauditur, ex omnibus viribus. Vel ſic: *Ex toto*
C *corde tuo*, ideſt vigilanter ſecundum illud: Ego dormio, et cor meum vigilat, *ex tota anima*, ideſt ardente ſecundum illud: Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt, *ex omnibus viribus tuis*, ieſt conſtanter ſecundum illud: Fortis eſt, vt mors dilectio. Dura ſicut infernus, emulatio. Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. *Ex omni mente tua*, ideſt, inceſſanter ſecundum illud: Obſerua, et caue ne quando obliuiſcaris Domini Dei tui: Omnibus diebus vitæ tuæ in mente
D habeto Deum. Et ſic patet quòd tertia et quarta conditio ſunt valde propinquæ, et ideo vna clauditur aliquando in alia. In omnibus autem prædictis conditionibus intelligẽdum, quòd ſecundum quod dicunt totalitatem ſufficientiæ, ſic cadunt ſub præcepto, et ſpectant ad ſtatum viæ, ſecundum quod dicunt totalitatem conſummationis, ſic ſpectant ad ſtatum Patriæ, et magis demonſtrant quo tendendum, quam obligant ad obſeruandum. Per hoc ergo mandatum, totus homo ſecundum ſe totum ordinatur in Deum, et per conſequens ad ſeipſum. Et quia ordinari habet etiam ad proximum, ideo ſubdit: *Et proximum tuum, ſicut te ipſum, diliges* ſcilicet. Hoc ſecundum
E præceptum habetur ex Leuitico, vbi dicitur: Diliges amicum tuum, ſicut teipſum, ſecundum tranſlationem ſeptuaginta interpretum dicitur: *Diliges proximum, ſicut te ipſum*: ideſt, ex quo *te ipſum*, ſcilicet ex charitatis affectu et effectu: vel in quo *te ipſum*, id eſt, in Deo: vel propter quod, *te ipſum*, ideſt, propter Deum: vel ad quod *te ipſum*, ideſt, ad gratiam in præſenti et gloriã in futuro: vel quo modo *te ipſum*, ideſt, ſupra temporales, et corpus proprium, et infra Deum. Nam qui ſic diligit proximum, ille eſt verus obſeruator legis. Vnde: Qui diligit proximum,
F legem impleuit. Et vere debet diligere proximum, ſicut ſeipſum, propter conformitatem naturæ. Vnde Eccleſiaſticus: Omne animal diligit ſimile ſibi: ſic et omnis homo proximum ſibi. Propter vnitatem gratiæ ſecundum illud: Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra, propter vnitatem mercedis æternæ. Vnum corpus, et vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Ad commendandam hanc dilectionem voluit Deus quòd naſceremur ex vno patre Adam, quòd redimeremur eodem ſanguine, ſcilicet ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, quòd remuneraremur eadem mercede. Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum.

Tertio vero, quantum ad approbationem veritatis inuentæ,

Mat. 12. d Ad perfectã Dei dilectionem quid requiratur.

Aug. de ſpiritu. et anima cap. 25. to. 3.

Bern. to. 1. ſer. de Deo dilig.

Cant. 5. a

Ibid. b

Cant. 8. b

Deut. 8. c
Ioſ. 4. a

Leu. 19. d Dilectio proximi.
Tranſlatio 70.

Rom. 13. c

Eccli. 13. c

Eph. 4. f

Eph. 3. a

Pſ. 121. a

Digitized by Google

inuentæ, subditur: *Dixitq. illi, recte respondisti*, quia verbum rectitudinis protulisti: quod est verbum dilectionis secundum illud: Recti diligunt te. *Cant. 1. b* Vel secundum regulam sapientiæ dixisti secundum illud Prouerbiorum: Iusti sunt omnes sermones mei, *Prou. 8. a* non est in eis prauum quid neque peruersum, recti sunt intelligẽtibus, et æqui inuenientibus scientiam. Et quia secundum regulam rectitudinis est viuendum, ideo subdit: *Hoc fac, et vives*, quia secundum *Luc. 1. d* illud: Si quis auditor est verbi, et non factor, *et cetera*. Et Apostolus: Non auditores legis iusti sunt *Rom. 2. b* apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et vere vives, quia ad æternam vitam peruenies. Quia *Mat. 10. e* dicitur: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Ioan. 13. b* Vnde: Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea, *et cetera*.

Quarto quantum ad inuestigationem veritatis approbatæ subditur: *Ille autem volens iustificare seipsum*, ideſt, iustum ostendere. Nam vt dicit Glossa *Gloſ. in hũc locũ to. 5.* interlinearis, putabat non ante Deum, sed ante hominem se stare, secundum illud: Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit *Inſt. 16. d* corda vestra, *et cetera*. Vel volens seipsum iustificare, ideſt, ad iustitiam præparare: quod fit per fidem et intelligentiam veritatis, secundum illud: Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine *Rom. 3. d* operibus legis. Ideo vt veritatem creditam intelligat, requirit. Propter quod additur: *Dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?* vt intelligam mandatum, *Oſea 10. d* secundum illud: Tempus requirendi Dominum, cum venerit qui docebit vos iustitiam. Ideo quærit de proximo diligenter, quia in scriptura dicitur multipliciter, scilicet cognatione, secundum illud: Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquarunt et steterunt. Et rursus: Quasi proximum, et quasi fratrẽ nostrum, sic complacebam, *et cet.* Religione Ecclesiasticus: Exultabit illum apud proximos *Eccli. 15. c* suos. Compassione, siue beneficij exhibitione, secundum quod infra eodem: Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? *Inf. f* Ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum Naturali assimilatione secundum illud: Omne animal *Eccli. 13. a* diligit simile sibi, sic et omnis homo proximum sibi. Et Augustinus: Nomine proximi intelligitur omnis *Aug. lib. 1. de doctr. Chriſt. cap. 30. to. 3.* homo. Et ideo quia dubium erat, et multiplex erat proximi intelligentia, propterea indagandum erat et requirendum non solum propter illum legisperitum, sed propter vilitatem fidelium, a quibus implendum erat præmissum mandatum, quod est consummatio mandatorum.

Suspiciens autem Iesus, dixit, post præceptum, regulans ad viuendum, subdit documentum, excitans ad intelligendum, et hoc per dictum parabolicum, inquiens: *Suspiciens autem Iesus*, ideſt, sursum aspiciens. In quo ostendit quòd qui vult intelligere veritatem, debet sursum aspicere, vnde micat verum *Isa. 60. a* lumen. Surge illuminare Hierusalem, *et cetera*. *Eccli. 1. a* quia, Fons sapientiæ Verbum, Dei in excelsis. In hoc autem dicto parabolico quattuor introducuntur. Primum est, persona indigens ex miseria: secundum est, persona despiciens ex duritia, ibi: *Accidit autem vt sacerdos*, et cetera. Tertium est, persona subueniens ex clementia, ibi: *Samaritanus autem*, et cetera. Quartum est, doctrina subsequens ex parabola, ibi: *Quis horum trium videtur*, et cetera. Circa personam indigentem ex miseria, duo introducuntur ab Euangelista. Primum est, subtractio boni. Secundum est, inflictio mali. Primo igitur quantum ad boni subtractionem, dicit: *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, et incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum*. Ideo fortassis hoc fecerunt, quia solus erat. Quod notat in hoc quod dicit: *Homo quidam*, *Eccli. 4. c* vt verum appareat illud: Væ soli, quia cum ceciderit, nõ habet subleuantem se. Imo potius talis habet depredantem. Vnde iste homo poterat dicere illud Iob: Spoliauit me gloria mea, et abstulit co- *Iob 19. a* ronam de capite meo. Subditur: Simul venerunt latrones eius, et fecerunt sibi viam per me. In hos latrones incidit fortassis propter solitudinem viæ, vbi consueuerunt latrones latere secundum illud Hieremiæ: In vijs sedebas, expectans eos quasi latro *Hier. 3. a* in solitudine.

Secundo, quantum ad mali inflictionem subdit: *Et plagis impositis, abierunt, semiuiuo relicto*, quasi dicat quòd vsque ad mortem eum vulnerauerunt, secundum quod de latronibus dicitur: Pedes illorum ad *Prou. 1. b* malum currunt, et festinant vt effundant sanguinem. Et in psalmo: Quorum os maledictione et amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Non autem verberauerunt eum tantum, ne forte proderet eos, sicut dicitur de Ismael quòd viros venientes ad Godoliam interfecit *Hier. 41. b* Ismael filius Nathaniæ, circa medium laci, ipsi et viri qui cum eo erant. Et hoc ne proderent eum, sicut et hic. *Accidit autem vt sacerdos*, et cetera. Post personam indigentem ex duplici miseria, subditur hic persona despiciens ex duritia. Introducitur autem hic duplex persona, superior scilicet et inferior in dignitate ecclesiastica. Primo igitur, quantum ad personam superiorem, dicit: *Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via*, cuius erat legem Dei docere et facere secundum illud: Labia sacer- *Mal. 2. b* dotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore eius. Ipsi autem debebant esse sancti, secundum illud Leuitici: Sanctificabor in ijs qui appropinquant *Leu. 10. a* mihi, et in conspectu omnis populi glorificabor. Vnde sacerdotum erat potissime legem Dei seruare, et maxime quo ad misericordiam: sed tamen hic non seruauit. Vnde postea ibidem subdit: *Et viso illo, prætereãs*, non attendens illud: Si videris asinum *Deut. 22. d* fratris tui, aut bouem cecidisse in via, non despicies: sed subleuabis cum eo. Iste autem despexit fratrem suum propter auaritiam. Iam verificatum erat illud: A minori vsque ad maiorem omnes auaritiæ *Hier. 6. c* student, et a propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et similiter illud: Principes tui in- *Isa. 1. f* fideles, socij furum, *et cetera*.

Secundo quantum ad personam inferiorem subdit: *Similiter et Leuita cum esset secus locum, et videret eum pertransijt*, et hic non attendebat illud: Non *Eccli. 7. d* desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum, *et cetera*. Hunc piguit, quia cum esset secus locum, et videret, noluit visitare. Iste non erat similis illi docenti filium suum: Noli auertere faciem tuam ab vl- *Tob. 4. b* lo paupere. Hic autem a paupere nudo vulnera, et a proprio suo fratre auertit oculos suos. Et hoc erat magis reprehensibile in sacerdotibus et leuitis, quàm in alijs personis. Propter quod dicitur: Misericor- *Oſea 6. c* diam volui, et non sacrificium: et scientiam Dei plus quàm holocausta. Vnde iste legisperitus dicitur dixisse, diligere proximum tamquam seipsum, maius *Mar. 12. c* est omnibus holocaustomatibus et sacrificijs.

Samaritanus autem quidam, et cetera. Hic tertio loco subijcitur persona subueniens ex clementia. Circa quam duplex effectus misericordiæ ostenditur, scilicet supportatio infirmitatis, et releuatio mendicitatis. Primo igitur quantum ad misericordiam supportantem infirmitatem, dicit:

Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, et videns eum, misericordia motus est, ita vt posset dicere illud: Flebam quondam super eo qui affli- *Iob 30. d* ctus erat, et compatiebatur anima mea pauperi. Et rursus Iob: Ab infantia mea creuit mecum misera- *Iob 31. b* tio. Et quia vera misericordia apparet in opere, ideo subdit: *Et appropinquans, alligauit vulnera eius, infundens oleum et vinum*, vt oleum leniret dolorem, et vinum purgaret, et alligatio conseruaret. Et hoc opus erat medici boni, secundum illud: In his curans *Eccli. 38. a* mitigabit

mitigabit dolorem, et vnguentarius faciet pigmenta
Prou. 21. c ſuauitatis, et vnctiones conficiet ſanitatis. Theſaurus deſiderabilis, et oleum in habitaculo iuſti. Et quia non ſolum indigebat medicamento, verumetiam vehiculo et hoſpitio et cibo, ideo ſubdit: *Et ponens illum in iumentum ſuum*, quantum ad vehiculum. *Duxit in ſtabulum*, quantum ad hoſpitium. *Et curam eius egit*, quantum ad cibum. Et ſic impleuit illud Iſaiæ:
Iſa. 58. b Frange eſurienti panem tuum, et egenos vagosq. induc in domum tuam, *et cetera*.

Secundo, quantum ad miſericordiam releuantem mendicitatem ſubdit: *Et altera die protulit duos denarios, et dedit ſtabulario*. Paruam pecuniã protulit, quia
Tob. 4. b fortaſſis paruam habebat ſecundum illud: Quo modo potueris, ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri ſtude. Et quia, quamuis modica eſſet pecunia, magna tamen erat ſubueniẽdi voluntas, ideo ſubditur: *Et ait: Curam illius habe, et quodcumque ſupererogaueris, ego cum rediero reddam tibi*. Ex quo apparet quòd miſericordia eius erat inte-
Oſea 6. b gra, non ſicut illorum de quibus dicitur: Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, et quaſi ros mane pertranſiens. De iſto autem poterat vere dici illud:
Pſal. 36. c Tota die miſeretur et commodat: et ſemen illius in benedictione erit. Et vere, quia ſecundum quod dicitur in Prouerbijs: Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, et viciſſitudinem ſuam reddet ei.
Prou. 19. c

Quis horum tibi videtur, et cetera. Hic quarto loco ſubiungitur doctrina ſubſequens ex parabola, et hoc quantum ad duo. Primo, quantum ad eruditionem intellectus: ſecundo vero, quantum ad exhortationem affectus. Primo igitur quantum ad eruditionem intellectus dicitur: *Quis horum trium videtur tibi proximus eſſe illi qui incidit in latrones?* Hoc ab eo quærit, vt ex ore eius eliciat veram ſententiam, quod et fecit. Vnde ſequitur: *At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum*. Si illi duo, eiuſdem gentis erant, iſte alienigena: ergo proximi nomen non ſolum ſe extendit ad
Beda hoc loco. propinquos, verumetiam ad extraneos. Vnde Beda iuxta litteram: Patet quòd alienigena Hieroſolymitæ, cui miſericordiam impendit, proximior fuit, quàm ſacerdos et leuita gentis eiuſdem. Patet etiam, quòd proximitas magis attenditur penes naturalem dilectionem et compaſſionem, quàm penes carnalem cognationem. Vnde Ambroſius: Cognatio non
Amb. to. 3. li. 7. in hũc locum cap. 10. Luc. facit proximum, ſed miſericordia, quæ miſericordia ſecundum naturam eſt. Nihil enim tam ſecundum naturam eſt, quàm naturæ iuuare conſortem. Patet etiam ex hoc quòd nomine proximi intelligitur omnis, qui miſericordia indiget, vel qui miſericordiam
Proximus quis. impendere poteſt, et per hoc omnis homo. Et ita illuminatus eſt intellectus legiſperiti mirabili manuductione. Si enim hoc Dominus dixiſſet abſoluta reſponſione, ille minime credidiſſet. Ideo Dominus ſagaciſſime ex ore ipſius veritatem extorſit: et eum ad veritatem informauit, magis per modum interrogandi, quàm per modum ſententiandi. In quo dat formam, qualiter ſuperbis debeat ſatisfieri.

Miſericordia vera. Secundo vero, quantum ad exhortationem affectus, ſubditur: *Et ait illi Ieſus: Vade, et tu fac ſimiliter*. Vt omni homini miſericordiam impendas, ſi vis eſſe vere miſericors, quia dicitur: Miſericordia Dei ſuper omnem carnem, ideſt, quæ ex Deo procedit. Dei namque miſericordia ad omnes ſe extendit. Vnde
Eccli. 18. b ſupra: Eritis filij Altiſſimi, quia ipſe benignus eſt
Sup. 6. c ſuper ingratos et malos. Eſtote ergo miſericordes, ſicut et pater veſter miſericors eſt. Vera etiam miſericordia, non tantum eſt in affectu, verumetiam in effectu, ideo dicit: *Et tu fac ſimiliter*. Vnde Apoſto-
Gal. 6. b lus: Bonum facientes, non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Et in hoc adimpletur lex Dei, qua non ſolum verbo et animo, verumetiam facto proximus quicumque indigens ſubleuatur ſecundum illud: Alter alterius onera portate
Gal. 6. a et ſic adimplebitis legem Chriſti, quæ conſiſtit in dilectione proximi, quia qui diligit proximum, legem
Rom. 13. c impleuit. Sic igitur patet ſecundum ſenſum litteralem doctrina elicita ex parabola.

Spiritualis ſenſus. Alia etiam poteſt elici ſecundum ſenſum ſpiritualem, vt perſona indigens ex miſeria intelligatur genus humanum quod in Adam peccante deſcendit ab Hieruſalem in Iericho, ideſt, a paradiſo in mundum, et incidit in latrones, ideſt, in poteſtatem dæmonum, qui ſpoliauerunt eum gratuitis, et vulnerauerunt in naturalibus: et reliquerunt ſemiuiuum, quia ſubtracta ſimilitudine Dei, ad quam creatus eſt homo, remanſit ſola imago. Vt vere poſſit dici illud: Homo cum in honore eſſet, non intellexit: compa-
Pſ. 48. b. d ratus eſt iumentis inſipientibus, *et cetera*. Et rurſus: Verumtamen in imagine pertranſit homo. Illa ta-
Pſal. 38. b men imago eſt deſpoliata propter auerſionem, et vulnerata propter conuerſionem ſecundum illud: Duo
Hier. 2. c mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: et foderunt ſibi ciſternas: ciſternas diſſipatas. Ideo ſpoliatur et vulneratur ſecundum illud: Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis quia pecca-
Thr. 5. c uimus. Propterea mœſtum factum eſt cor noſtrum, ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.

Perſona autem pertranſiens cum duritia, fuit legalis iuſtitia: quæ nec miſericordiam, nec medicinam præſtabat, quod bene ſignatum eſt in Exodo,
Exo. 17. b vbi dicitur quòd manus Moyſi erant graues. Vnde in Gloſſa Bedæ: Sacerdos legem Dei annunciat: de-
Beda to. 5. lib. 3. in Luca cap. 10. ſcendit quidem lex in mundum per Moyſen, et nullam ſanitatem contulit homini. Deſcendit Leuita, qui typum oſtendit prophetarum, ſed hic nullum ſanat, quia lex peccata arguit: ſed pertranſit, quia indulgentiam non largitur. Et illud bene deſignatum
4. Reg. 4. c fuit in baculo Eliſei, quem miſit ad ſuſcitandum puerum, et tamen non fuit vox, neque ſenſus. Vnde potius erat baculus caſtigans, quàm ſanans. Vnde dicitur: Irritam quis faciens legem Moyſi: ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur.
Heb. 10. c

Perſona autem ſubueniens ex miſericordia recte intelligitur Chriſtus Dominus, quia Samaritanus interpretatur cuſtos. Ipſe autem eſt de quo in Pſalmo: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, *et cetera*.
Samaritanus. Pſ. 126. a Et Iſaias: Cuſtos quid de nocte? Quia ecce, inquit
Iſa. 21. c Pſalmiſta: Non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael. Hic venit ſecus vulneratum, quia in ſi-
Pſal. 120. a militudinem hominum factus, et habitu inuentus vt
Phil. 2. a homo. Venit, inquam, in ſimilitudinem carnis pec-
Rom. 8. a cati, ſicut dicitur: Et veniens tria fecit homini vulnerato: adhibuit medicinam, et hoc per gratiam ſacramentorum. In quibus fiunt illinitiones, et inunctiones ſanantes vulnera peccatorum: quod non fiebat ante Saluatoris aduentum ſecundum illud: Vul-
Iſa. 1. b nus et liuor, et plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Sed hoc factũ eſt poſt Chriſti aduentum. Vnde: Qui peccata no-
1. Pet. 2. d ſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, *et cetera*, cuius liuore ſanati eſtis. Adhibuit etiam vehiculum, ſcilicet per gratiam virtutum et donorum, per quam vehimur in ſtabulum Eccleſiæ ſecundum illud: Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: Aſcenſio-
Pſal. 83. b nes in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum. Et poſt: Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem. Et hoc quidem fit in ſtabulo Eccleſiæ. Vnde ſubditur: Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, *et cetera*. Et poſt: Quia miſericordiam et veritatem diligit Deus: gratiam et gloriam dabit Dominus. Adhibuit nutrimentum, quod fit per doctrinam duorum teſtamentorum, quæ intelligitur in prolatione duorum denariorum, quos dedit ſtabulario, ideſt, prælato, cuius eſt doctrinam Chriſti miniſtrare, et explanando ſupererogare. Vnde: Dedit
Eccli. 45. a Moyſi

Digitized by Google

Moysi Dominus cor ad præcepta, et legem vitæ et disciplinæ docere Iacob testamentum suum, et iudicia sua Israel. His Dominus reddet, cum redierit in die iudicij, supererogata omnia. Quoniam secundum quòd dicitur: Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et Matthæus: Euge serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, *et cetera*

Dan.12.b

Mat.25.b

Factum est autem dum irent, et cetera. Postquam tradidit formam viuendi, per diuinum præceptum: hic secundo tradit per humanum exemplum. Vnde Glossa Bedæ: Habito sermone de dilectione Dei, et proximi, supponitur exemplum vtriusque. Introducitur enim hic ad litteram exemplum perfectionis vitæ actiuæ, et contemplatiuæ, et comparationis vtriusque. Vnde hæc pars habet duas partes. In quarum prima præmittitur comparatio rationalis: in secunda vero subditur diffinitio iudicialis ibi: *Et respondens dixit illi Dominus*. Circa rationalem autem comparationem quattuor introducuntur: primum est consortium diuinæ præsentiæ: secundum est otium contemplatiuæ: tertium est exercitium operatiuæ: quartum est litigium inter vtrumque. Primo igitur quantum ad consortium diuinæ præsentiæ, dicitur: *Factum est autem dum irent, et ipse intrauit in quoddam castellum*, siue propter regnum Dei prædicandum, secundum quod dicitur: Ipse iter faciebat per ciuitates et castella, prædicans et euangelizans regnum Dei, siue propter hospitium quærendum, secundum quod dicitur quòd Samaritani nollent eum et discipulos suos hospitio recipere, et quòd abierũt in aliud castellum. De hoc castello dicitur expressius: Erat quidam languens Lazarus a Bethania de castello Mariæ et Marthæ sororum eius. In hoc, inquam, castello inuenit hospitium. Propter quod subditur: *Et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam*, tamquam, scilicet pauperem et egenum. Vnde talibus dicetur illud in iudicio: Hospes eram, et collegistis me. Similis quoque Marthæ erat Iob, de quo: Foris non mansit peregrinus, et ostium meum viatori patuit. Et in illo hospitio præsens erat corporaliter sicut in actiuis et contemplatiuis præsens est spiritualiter, secundum illud: Ecce sto ad ostium et pulso: si quis aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, et cænabo cum illo. Quia dicitur: Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Et econtrario: Intrans in domum meam, conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus eius.

Sup.8.a

Sup.8.g

Ioan.11.a

Mat.25.d

Iob 31. d

Apoc.3. d

Prou.8.d

Sap.8.c

Secundo vero quantum ad otium contemplatiuę, subdit: *Et huic erat soror nomine Maria*, quæ scilicet erat in otio contemplationis perfectæ. Vnde subditur: *quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius*: Hoc quidem erat istius mulieris otium, Domino intendere, vacare, sedere et tacere. Vnde dicitur quòd Maria, cum venisset, vbi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius. Quia dicitur: Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Per sessionem secus pedes eius, humilitas intelligitur, quæ debet esse in viris contemplatiuis, ad hoc vt abundent fructibus deuotionis, secundum illud psalmi: Qui emittit fontes in conuallibus, *et cetera*. Qui enim sic sedet, sicut humilis, irrigatur fletibus compunctionis et deuotionis, secundum illud Hieremiæ: Solus sedebam quoniam amaritudine replesti me, et illud est officium veræ contemplatiuæ, vacare scilicet lacrymis compunctionis, et deuotionis. Vnde hæc Maria exemplum contemplationis, semper quasi describitur plorans. Supra: vbi dicitur quòd stans retro secus pedes Domini, lacrymis cœpit rigare pedes eius, *et cetera*. Et alibi dicitur quòd Maria cum venisset, vbi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius. Sequitur ergo: Vt vidit eam plorantem. Subiungitur: Infremuit spiritu, *et cetera*. Et alibi Maria stabat ad monumentum, foris plorans, *et cetera*. Et primæ sunt lacrymæ compunctionis: secundæ, compassionis: tertiæ, deuotionis, quas debent habere contemplatiui, sedendo secus pedes Domini.

Deut.33.a

Ps.103.b

Hier.15.d

Sup.7.e

Ioan.12.a

Tertio, quantum ad exercitium operatiuæ, subditur: *Martha autem satagebat circa frequens ministerium*. Et hoc tãquam bona actiua, declinans otium, secundum consilium sapientis: Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erit apud inferos, quo tu properas. Hoc semper faciebat Martha. Vnde dicitur quòd Iesus venit in Bethaniam, *et cetera*. Sequitur: Fecerunt autem ei cænam ibi, et Martha ministrabat. Et nota quòd dicit: *Satagebat*, ideſt, satis agebat. *Circa frequens ministerium*, vt ostendat simul in eius opere fuisse perfectionem, vt modum debitum, secundum illud beati Petri consilium: Fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, et electionem faciatis. Opus enim ministerij est illud, quod maxime Domino placet: et in quo maxime quis imitatur Christum, sicut dicitur infra: Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et iterum: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare: vnde tale ministerium est placens, et honorabile apud Deum, et remuneratione dignum, secundum illud: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus, *et cetera*.

Eccli.9.c

Ioan.12.a

2.Pet. 1.b

Inf. 22.c

Mat.20.d

Ioan.12.d

Quarto, quantum ad litigium inter vtramque subiungit: *Quæstetit, et ait: Domine, non est tibi cura quòd soror mea reliquit me solam ministrare?* vbi Martha laboriosa cõqueritur de Maria otiosa, quasi quæ non possit sola pondus laboris portare, secundum quod conquestus est Moyses Domino: Non possem solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. Sic etiam Martha, propter oneris grauitatem quærebat auxilium Mariæ, sciens pertinere ad legem Christi illud: Alter alterius onera portate. Ideo secure requirebat Christi iudicium, vt sororis impetraret auxilium. Propter quod addit: *Dic ergo illi, vt me adiuuet* quia non faciebat secundum consilium Apostoli: Per charitatem spiritus seruite inuicem. Et alio loco: Supportantes inuicem in charitate. In hac autem contentione tacet Maria: et rationem huiusmodi reddit Gregorius: Maria non respondet, sed causam suam tamquam otiosa iudici committit. Si enim pararet respondendi sermonem, remitteret audiendi intentionem. Contemplatiuorum namque non est contendere, sed potius tacere et audire, et meditari, secundum illud: Sedebit solitarius, et tacebit. Vnde Iob: Porro ad me dictum est verbum absconditum, et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius. Nihil autem perdit Maria tacendo, quia Dominus causam eius assumit, defendendo. Vnde Bernardus: Vbique Dominus pro Maria respondet, siue cum improperatur a Pharisæo: siue cum arguitur a sorore, vt hic: siue cum a discipulis increpatur, sicut dicitur: Conqueritur autem Marhta aliquando, suum officium præponendo, et hoc est reprehensibile. Vnde Glossa: Ex illorum persona loquitur Martha, qui adhuc diuinæ contemplationis ignari, solum quod didicere, fraternæ dilectionis opus, Deo placitum dicunt. Ideoq. cunctos qui Christo deuoti esse volunt, huic operi mancipandos, autumant. Aliquando conqueritur otium Mariæ præoptando. Vnde Bernardus: Putas in domo, in qua Christus suscipitur, vox murmuris audietur? Et addit: Felix domus, et beata congregatio, in qua de Maria Martha conqueritur. Et ratio huius est: quia contemplatiua per se est eligenda sine querimonia. Martha vero, ideſt actiua, propter necessitatem suscipienda. Vnde Iacob elegit Rachel, sed secundum quòd necesse fuit, prius suscepit

Num.11.c

Gal.6.a

Gal.5.b

Eph.4. a

Gregor. ex Glos. in hũc locum: Martha Martha et cet.

To.5.

Thr.3. d

Iob 4. c

Ber. in assumpt. Beata Maria.

ser 3. to.1.

Sup.7.f

Mat.26.a

Glos. in hũc locum: Non est tibi cura to. 5.

Bern. ibid. ser.3.

Gen.29. a

Digitized by Google

pit Liam. Licet ergo conquèri Martham, vt sit sicut Maria, quia humilitatis est. Si autem conqueritur de hoc quòd non adiuuatur, hoc est infirmitatis. Si vero conqueritur de hoc quòd illam Maria iuuare velit, et ipsa nolit, hoc est impietatis, quia talis conquestio legem impedit charitatis.

Et respondens, dixit illi Dominus. Post comparationem rationalem subiungit Euangelista diffinitionem iudicialem. Circa quam introducuntur quattuor, scilicet humiliatio vitæ actiuæ, commendatio contemplatiuæ, promulgatio sententiæ, et assignatio causæ. Primo ergo quantum ad humiliationem vitæ actiuæ dicit: *Martha Martha, solicita es, et turbaris erga plurima.* Ideo nomen Marthæ ingeminat, vt eam excitet ad considerandum defectum proprium, et hoc cum diuini verbi attentione: sicut de Moyse dicitur quòd cernens Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio Rubi, et ait: Moyses Moyses. Et Dominus volens excitare peccatores ad attentionem, iterat vocationem. Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. Et sic nunc excitat Martham, ostendens in ea esse triplicem defectũ, scilicet solicitudinis in cogitatu, tribulationis in affectu, et diuisionis in actu. Et ista omnia impediunt nos, ne totaliter tendamus in Deum. Vnde nimia solicitudo est vitanda, secundũ illud: Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione, *et cetera*, petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et Petrus: Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Vitanda est etiam turbatio. Non turbetur cor vestrum: Creditis in Deum, et in me credite. Vnde et de Christo Isaias: Non erit tristis, neque turbulentus. Oculus enim turbatus non est ad videndum idoneus. Vitanda est etiam diuisio vnde dicitur: Fili, ne in multis sint actus tui. Et hæc incommoda habet vita actiua, non contemplatiua. Vnde Paulus: Qui cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quo modo placeat vxori, et diuisus est. Et mulier innupta et virgo, cogitat, quæ Domini sunt: vt sit sancta corpore, et spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi. Sic ergo humiliata est actionis importunitas, per ostensionem sui incõmodi, siue defectus.

Secundo vero, quantum ad commendationem vitæ contemplatiuæ subdit: *Porro vnum est necessarium.* Hoc scilicet est regnum Dei, quo habito nihil deest. Vnde Matthæus: Quærite primum regnum Dei, et iustitiam eius, et hæc omnia adijcientur vobis. Et in Psalmo: Vnam petij a Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ista tantum est vita beata, quæ est in Dei adhærentia, cui vacat contemplatiua. In cuius persona dicitur: Mihi autem adhærere Deo bonum est. Et hoc est illud vnum quod est necessarium. Quia qui adhęret Domino, vnus spiritus est, sicut dicitur: Hoc vnũ qui habet, habet omne bonum: vnde in figura huius dicitur: Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire a nobis. Et Sapiens ait: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, *et cetera*. Et ideo dixit Dominus Moysi in persona viri contemplatiui: Ego ostendam omne bonum tibi.

Tertio vero, quantum ad promulgationem sententiæ, subditur: *Maria optimam partem elegit.* Quia scilicet prę elegit vnum: prę ponitur autem vnum multis: sicut dicit Augustinus, quia non vnum a multis, sed multa ab vno. Multa sunt quæ facta sunt: vnus qui fecit, bona valde quæ fecit, quanto melior ille, qui fecit. Immo simpliciter optimus. Et hæc est pars animæ cõtemplatiuę. Vnde dicitur: Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eũ. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærẽti illum. Et in Psalmo: Quàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. Valde, inquam, bonus et optimus, et ideo dicit anima contemplatiua: Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es spes mea: portio mea in terra viuentium: Quàm utique portionem cum Maria iam contemplatiui elegerunt, ipsam contemplando, et desiderando. Vnde in persona contemplatiui dicitur: Transibo et uidebo terram hanc optimam trans Iordanem, et montem istum egregium, et Libanum. Et propter istius amorem nihil uoluit possidere in terra, nisi solam inopiam secundum illud: Quia melior est dies una in atrijs tuis super millia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum, quia sicut dicitur: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, *et cetera*.

Quarto, quantum ad assignationem causæ subdit: *Quæ non auferetur ab ea.* Glossa: Non reprehenditur pars Marthæ, quia et ipsa bona: sed laudatur pars Mariæ, ut optima, unde subinfertur: *Quæ non auferetur ab ea*, Glossa: Ex opposito intellige, quòd a Martha auferetur pars, quam elegit: quia transit labor multitudinis, et remanet charitas unitatis. Et hæc est causa, quare pars Mariæ simpliciter melior, et eligibilior, quia contemplatiua hic incipit, et in futuro permanet. Quod designatur in figura Ioannis secundum quod dicitur: Sic eum uolo manere, donec ueniam. Quasi dicat, inchoata cõtemplatio maneat perficienda, cum uenero. Et quia manentior, ideo melior, sicut Apostolus de charitate dicit: Charitas numquã excidit. Et ex hoc concludit, quòd maior est charitas. Sic et de uita contemplatiua, unde Beda in Glossa: Amoris ignis, qui hic ardere inchoat, cum ipsum quem amat, uiderit, in amore amplius igneścit. Isaias: Cuius ignis est in Sion, et caminus in Hierusalem. Vnde quantum est de se, est præeligenda secundum illud: Non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna sunt. Propter hoc simpliciter uita contemplatiua magis est desideranda tamquam ea quæ melior, et de se præeligenda, tum quia securior, tum quia suauior, tum quia stabilior: non tamen despicienda actiua, sed pro loco et tempore, ad tempus præeligenda, tum quia anterior, tum quia pœnalior, tum quia fecundior: valet enim sibi et alijs. Et hoc bene designatum est in duabus uxoribus Iacob, Rachel scilicet et Lia, quarũ altera designat uitam actiuã, altera contemplatiuam. Vnde compellit sponsam aliquando ad actionem egredi secundum quòd dicitur: Sonet uox tua in auribus meis, *et cet.* Vnde si de præeminentia fiat quęstio, simpliciter contemplatiua est melior, secũdum quod dicit Gregorius: Magna sunt actiuæ merita, sed contemplatiuæ potiora. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Si autem fiat quæstio de electione, aliquando præligenda est actiua, scilicet uiro imperfecto, qui prius debet se exercere in actionis campo. Vel cum quis obligatur ad actiuæ opera ex præcepto, siue ex officio. Et ideo aliquando accidit dubium in præelectione secundum illud: Mihi uiuere Christus est: et mori, lucrum. Quòd si uiuere in carne, hic mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro. Coartor autem e duobus, desiderium habẽs dissolui et esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter uos. Ideo uiros spirituales aliquando oportet egredi, aliquando ingredi, aliquando ascendere, aliquando descendere: sicut uidit Iacob Angelos ascendentes et descendentes.

Istud autem Euangelium consueuit legi in Assumptione beatę Virginis Mariæ, siue quia finis eius Mariæ optime congruit cum dicitur: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Quamuis enim hoc ad litteram dictum fuerit de Maria Magdalene, uerius tamen est de B. Virgine Maria. Vnde Bernardus: *Optimam partem elegit sibi Maria. Optimam:* plane bona fecunditas coniugalis, melior autem castitas uirginalis: prorsus autem optima fecunditas uirginiea, seu

Exo. 30. a *Hier. 22. g* *Phil. 4. a* *1. Pet. vlt. b* *Ioan. 14. a* *Isa. 24. a* *Eccli. 11. b* *1. Cor. 7. f* *Mat. 6. d* *Psal. 26. b* *Psal. 72. d* *1. Cor. 6. d* *Tob. 10. b* *Sap. 7. b* *Exo. 33. d* *Aug. tract. 27. in fine ca. 6. Ioan. to. 9.* *Thr. 3. c* *Psal. 72. a* *Ps. 141. b*

Deut. 3. d *Psal. 83. c* *Mat. 13. f* *Gloss. in hũc locum to. 5.* *Gloss. ibid.* *Ioan. 2. d* *1. Cor. 13. c* *Beda. to. 5. lib. 3. in ca. 1 ot Luca.* *Isa. 31. d* *2. Cor. 4. d* *Gen. 29. c* *Cant. 2. c* *Greg. lib. 6. Moral. 18. tom. 2. in Edit. Rom.* *Phil. 1. c* *Gen. 28. b*

Hoc Euag. Intrauit Iesus in quoddã Castellum legatur in Assumptione B. Virginis.

Ber. in Assumpt. B. Maria ser. 4. to. 1.

Digitized by Google

seu fecunda virginitas Mariæ, cuius hoc priuilegium est, non dabitur alteri, quia non aufertur ab ea.

Siue etiam, quia in hoc Euangelio describitur in duabus sororibus perfectio actiuæ, et contemplatiuæ, quarum vtraque fuit in Virgine perfectissime. Quod enim fuit datum istis duabus sororibus per partes, Mariæ totum datum fuit, et integre. Vnde Hieronymus: Ceteris datum est per partes: Mariæ autem se totam simul infudit plenitudo gratiæ.

Siue, quia hic agitur de duplici Christi susceptione, corporali scilicet et spirituali. Corporali, a Martha in hospitio domus exterioris: Spirituali vero a Maria in hospitio domus interioris. Et hæc duplex susceptio perfectissime fuit in Maria, quæ ipsum suscepit in thalamo corporis, aluit, nutriuit, et educauit, ac sedulo ministrauit. Suscepit etiam in thalamo cordis ipsum videndo, credendo, amando, imitando. Et ex vtroque horum beata fuit. Vnde *Inf.11. d* infra: Beatus venter qui te portauit, *et cetera*. Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. Vnde Augustinus: Beatior fuit Maria percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi. Materna enim propinquitas Mariæ nihil profuisset, nisi felicius mente quàm carne ipsum gestasset.

Siue etiam quia hic tria determinantur, scilicet diuinum hospitium, diuinum ministerium, diuinum contubernium. Quæ tria fuerunt perfectissime in Virgine Maria. Hospitium in castello, ministerium in Martha, et contubernium in Maria.

Recte namque Virgo Maria in suscipiendo Christum, fuit castellum turribus virtutum munitum et eleuatum. Cuius prima turris fuit fortitudo distri- *Cant.4.a* ctionis. De qua: Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea: quia Virgo Maria nullo vitio potuit superari. Secunda turris rectitudo discretionis, de *Cant.7.b* qua: Nasus tuus, sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Vbi intelligitur discretio boni a malo. Tertia turris fuit, multitudo deuotionis. De *Cant.8.c* qua: Ego murus: et vbera mea, sicut turris. Propter dulcedinem deuotionis, in qua excellebat. Vnde istæ tres turres ædificatæ fuerunt a Spiritu sancto per gratiam super tres potentias animæ. Prima super irascibilem: secunda super rationalem: et tertia super concupiscibilem. Et ex his Virgo fuit castrum idoneum ad suscipiendum Filium Patris dilectum qui erat virtus et sapientia Patris, quia Virgo, fortissima, prudentissima, et deuotissima.

Recte etiam in ministrãdo ministra fuit Martha, qnæ Domino ministrauit fideliter, humiliter, et viriliter. Sic et Maria, cũ esset Dei mater, fecit se ancil- *Sup.1.e* lã, et ministram, secundum illud: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Vnde desi- *1.Reg.25.g* gnata fuit per illam bonam mulierem Abigail quæ cum a Dauid peteretur in coniugium, obtulit se in ministerium: Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei. Talis fuit Virgo Maria, quæ præ nimia humilitate de seipsa dice- *Sup. 1. d* bat: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Et hoc est quod dicit Augustinus: Mariam operis exhibitione et fidei, rigidissima veritate ministram Christi fuisse, omnis qui sane sapit, intelligit. Absque dubio enim ministratrix ei extitit, qui hunc in vtero gessit *Sup.2.a* partuq. profusum aluit et fouit, atque, vt Euangelium ait, in præsepio reclinauit, et a facie Herodis fugiens in Ægyptum accessit, et omnem infantiam eius pro matris affectu est prosecuta.

Recte etiam in cohærendo siue in contemplando fuit Maria. Nam ipsa sicut altera Maria iuxta cru- *Ioan.19. e* cem stabat secundum illud: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, soror matris eius, Maria Cleophe, et Maria Magdalene. Ipsa namque Virgo fuit, quæ maxime ei appropinquauit, ideo maxime verba eius suscepit et alijs reseruauit. Nam supra dicitur:

Maria autem conseruabat omnia verba hæc, *et cetera*. Vnde recte designata fuit per arcam fœderis Domini, de qua dicitur: In qua erat vrna aurea habens manna, per multam deuotionem charitatis: et virga Aaron, per multam rectitudinem virtutis: et tabulæ testimonij, per multam cognitionem contemplationis veritatis. Ipsa enim fuit maxime contemplatiua. Vnde Bernardus: Beata Maria, profundissimam diuinæ sapientiæ, vltra quam credi valeat penetrauit abyssum. Vt quantum, sine personali vnione, creaturæ conditio patitur, illi luci inaccessibili videatur immersa. Et Beda: Quid de Deo non *Beda to. 5.* sapiebat, in qua sapientia Dei latebat, et cuius vteri *lib.3. in ca.* corpus sibi aptabat? Et sic patet, quo modo illud *11. Luca.* Euangelium, non per humanam inuentionem, sed et per diuinam inspirationem, fuit assumptioni Virginis appropriatum, quia Spiritus sanctus concluſit in eo Virginis commendationem quo ad multitudinem prærogatiuarum. Ad quarum conseruationem subiungit in fine: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*. Elegit enim optimam partem Maria, et in gratia et in gloria. In qua clauditur Virginis laus perfecta et propria. Sicut enim dicit Hieronymus: Sicut comparatione Dei bonus ne- *Hier.lib.2.* mo, sic comparatione matris Domini, nulla inue- *Commẽt.in* nitur perfecta quantumcumque virtutibus eximia, *epist. ad E-* comprobetur. Et ideo inter mulieres ipsa sola est *phes.cap.3.* optima per omnimodam superabundantiam, ratione cuius nec primam similem visa est, nec habere sequentem.

CAPVT XI.

Et factum est, cum esset in quodam loco. Postquam tradidit discipulis formam docendi, et formam viuendi: in hac parte tribuit formam orandi, per quam impetratur gratia cognoscendi et recte iudicandi. Habet autem hæc pars tres partes: in quarum prima præmittitur orationis exemplum: in secunda vero additur documentũ, ibi: *Et ait illis, cum oratis*: in tertia subiungitur orationis incitamentum, ibi: *Et ait ad illos: Quis vestrum*. Circa orationis exemplum duo introducuntur. Primum est solicitudo Domini ad orandum. Secundũ est promptitudo discipulorum ad imitandum. Primo ergo quantum ad solicitudinem Domini in orando dicitur:

Et factum est, dum esset in quodam loco orans, quodam, ideſt, solitario et secreto: quia talia sunt loca orationi apta, secundum illud: Tu autem cum ora- *Mat.6.a* ueris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito *et cetera*. Orat autem Dominus in argumentum veræ humilitatis, iuxta quod dicitur: Factus in agonia, prolixius orabat. *Inf. 22.c* In adiumentum nostræ infirmitatis secundum illud: Exauditus est pro sua reuerentia. Et item: Spi- *Heb. 5.c* ritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid ore- *Rom. 8.e* mus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus, scilicet Domini Iesu postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus in exemplum perfectæ virtutis. Vnde dicitur: Postquam orauit, ipsis discipulis ait: vigi- *Mat.26.d* late et orate, vt non intretis in tentationem. Ob hanc etiam causam orationi frequenter instabat, vt doceret semper orandum, secundum illud: Sine inter- *1.Thes.5.c* missione orate. Et prolixe etiam orabat sicut dicitur supra: Factum est, *et cetera*. Sequitur: Et erat *Sup.6.b* pernoctans in oratione. Et ideo fortasse dicitur hic, *in quodam loco*, vt ostendatur quòd orantibus requirendus est locus secretus: sed tempus tacetur, vt ostendatur quòd omni tempore, indifferenter est orandum, secundum quòd dicitur infra: Oportet sem- *Inf.18.a* per orare et non deficere. Et item: Non impediaris *Eccli.18.c* orare semper.

Secundo, quantum ad promptitudinem discipu-

Digitized by Google

lorum in imitando subditur: *Vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare.* Recte a Domino petebant discipuli, quemadmodum et ipsi orare deberent, ne quandoque aliquid peterent
Sap.9.c contra eius voluntatem. Vnde Sapiens: Quis hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ, et incertæ prouidentiæ nostræ. Ideo *doce nos orare*, cum sis Dominus noster. Vn-
Isa.48.c de Isaias: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia. Et quòd debeat exaudiri, ostendit per simile, cum addit: *Sicut docuit Ioannes discipulos suos.* Scire namque orare Deum, pertinet ad doctrinam pietatis; quoniam in oratione præcipue colitur Deus. Vnde
Psal.5.b dicebat Propheta: Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, *et cetera*. Et Chrysostomus: Solam orationem, quasi spirituale tributum, anima offert de suis visceribus. Magna quippe dignitas orationis. Mox vt ab ore processit, suscipiunt eam Angeli manibus suis, et offerunt ante
Tob.12.b Deum, sicut ait Angelus Tobiæ: Ego obtuli orationem tuam Domino, *et cetera*. Sic ergo solicitè docetur, et requiritur, propter sui excellentiam et non solum propter hoc, sed etiam propter efficaciam, se-
Mar.11.c cundum illud; Quæcumque orantes petitis, credite
Iac.5.a quia accipietis, et euenient vobis. Et Iacobus: Orate pro inuicem vt saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat, *et cetera*. Vnde per hoc innuitur nobis oratio multum amãda, quia per ipsam impetratur obtentio omnis boni, et
Tob.12.b amotio omnis mali. Vnde: Bona est oratio cum ieiunio, et eleemosyna, magis quàm thesauros recondere. Quoniam eleemosyna a morte liberat, et ipsa est quæ purgat peccata, et facit inuenire misericordiam et vitam æternam.

Et ait illis: Cum oratis, et cetera. Post orationis exemplum, subiungit orationis documentum. In quo primo traditur forma inuocandi, secundo vero, forma postulandi. Ibi: *Sanctificetur nomen tuum.* Quantum autẽ ad formam inuocandi, dicit: *Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater*, id est, primo inuocate patrem, *dicite*, inquam, non voce tantum, sed etiam
Mar.7.b corde, ne quando dicatur vobis illud: Populus hic, labijs mè honorat, cor autem eorum longe est a me:
Oratio vocalis. Dicite quoque non tantum corde, verum etiam ore: quia vocalis oratio accepta est Deo, secundum illud:
Ps.108.d Confitebor Domino nimis in ore meo. Et hoc tum quia valet ad memoriam suscitandam, ad somnolentiam excitandam, ad desiderium accendendum, ad obsequium impendendum, ad gaudium exprimendum, et ad exemplum demonstrandum. Inuocamus autem nomen Patris. Ipse enim est pater ra-
Eph.3.c tione conditionis naturæ, secundum illud: Ex quo omnis paternitas in cælis et in terra nominatur. Vn-
Malach.2.b de Malachias: Numquid non pater vnus omnium
Rom.8.c nostrum? Est etiam Pater ratione collationis gratiæ: Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater. Et item: Quoniam estis filij
Gal.4.a Dei: misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater. Est etiam pater ratione con-
Hier.3.f summationis gloriæ, secundum illud: Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis. Quoniam igitur in nomine Patris intelligitur Deus, vt conditor naturæ, largitor gratiæ, consummator gloriæ: hoc ipso datur intelligi quòd ipse est, a quo solo debemus petere. Sed quoniam Matthæus orationem
Mat.6.b describit, vt enarratam Apostolis, quibus Dominus cætera explicauit, ideo explicite tangit ista tria, dicens: *Pater*, ratione naturæ, *Noster*, ratione gratiæ, *Qui es in cælis*, ratione gloriæ. Lucas vero exprimit orationem, vt minoribus discipulis traditam, ideo tradit formam magis implicitam, vterque tamen concordat in inuocatione nominis Patris, vt in hoc vno nomine excitetur homo ad reuerentiam et confidentiam, sine quibus duabus alis oratio non habet efficaciam. Habetur autem reuerentia ex nomine Patris: vnde Malachias: Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? *Mal.1.b* Et in Ecclesiastico: Gloria hominis ex honore Patris sui. *Eccli.3.b* Habetur etiam et confidentia, secundum illud Isaiæ: Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? *et cetera*. Infra eodem: *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris*. Et Beda: Oratio, quæ paterno dulcescit nomine, omnium petitionum mearum impetrandarum mihi fiduciam præstat. *Isa.49.d* *Inf.b* *Beda in hũc locum to.5.lib.3.*

Sanctificetur nomen tuum. Post inuocationẽ adiungit petitionem. Petit autem tria principaliter in hac oratione. Et in hoc concordant Matthæus, et Lucas: sed differunt in explicatione, quia propter causam præassignatam Matthæus assignat petitiones magis explicitas. Vnde Matthæus ponit septem: Lucas quinque, sed in his quinque septem illæ sunt implicitæ. Harum autem distinctio, ordo, et sufficientia, patet sic: A Deo enim Patre tria sunt postulanda. Primum et principale est, consummatio gloriæ: secundum est, consummatio gratiæ: tertium est, condonatio veniæ. Et ista tria ordinata sunt secundum gradum et ordinem maioris dignitatis. Ad consummationem autem gloriæ duo concurrunt, scilicet perfecta notitia, et perfecta reuerentia: et secundum hæc, sunt duæ primæ petitiones. Ad consummationem autem gratiæ, sufficit continua subuentio cælestis alimoniæ: et hoc petitur in tertia petitione. Ad condonationem veniæ duo concurrunt, scilicet remissio culpæ, et remotio pœnæ: et hæc petuntur in duabus vltimis petitionibus. Sed quoniam perfectio reuerentiæ non tantum attenditur in affectu, sed etiam in effectu: ideo iam duabus primis petitionibus Matthæus adiungit tertiam, scilicet Fiat voluntas tua. Rursus, quia remotio pœnæ attenditur non solum quantum ad remotionem tentationum, sed etiam quantum ad remotionem afflictionum et tribulationum: ideo duabus vltimis petitionibus Matthæus adiungit septimam: Sed libera nos a malo. Et sic patet sufficientia petitionum secundum vtrumque Euangelistam. Patet etiam huius orationis nobilitas. Quamquam enim sit breuissima, continet tamen in se orationem omnem, et omnia postulanda. Quoniam petens aut petit amotionem mali, aut collationem boni. Si mali, aut mali culpæ, aut mali pœnæ: aut mali quod patimur, aut mali quod agimus: et sic sunt duæ petitiones. Sed malum pœnæ potest subdiuidi: quia quoddam est occasio culpæ, et sic est tentatio: quoddam tenet rationem pœnæ, et sic est tribulatio: et sic ex illa petitione eliciuntur duæ vltimæ. Si autem petimus bonum: aut æternum, aut temporale: Si æternum, aut ex parte intellectus, aut ex parte affectus, et sic duæ petitiones. Sed affectus habet ordinari respectu maiestatis, et respectu bonitatis: et sic illa petitio, prima diuisione geminatur, sed subdiuisione triplicatur. Si vero petitur bonum temporale, aut ratione mentis, aut ratione corporis: sed quia corporale bonum nõ debet desiderari, nisi propter spirituale: ideo tam secundum Lucam, quàm secundum Matthæum, vna fit petitio de vtroque. Et sic patet sufficientia diuisionum, per membra opposita, et immediata: et patet concordia inter Euangelistas, et patet diuersitatis congruitas.

Petitionũ sufficiẽtia, et ordo.

Petitionũ sufficientia altera, et ordo.

Sunt igitur quinque petitiones secundum Lucam ordinatæ secundum maiorem nobilitatem, et minorem. In prima petitur perfecta notitia, siue sapiẽtia in intellectu: in secunda, perfecta reuerẽtia in affectu: in tertia, sufficientia in victu: in quarta, indulgentia in reatu: in quinta, victoria in cõflictu. Et in his quinque implicantur septẽ petitiones, ac per hoc septem virtutes, septem dona, septem beatitudines, et omnes petitiones.

Quinque sunt petitiones secundũ Lucam.

Oratio Dominica quid continet.

Digitized by Google

petitiones. Vnde Gloſſa dicit ſuper illud: Libera nos
Mat.6. b a malo: Nihil deeſt quod in his ſeptem petitionibus non contineatur, ſiue ad præſentem, ſiue ad futuram pertineat vitam. Primo igitur quantum ad notitiam ſiue ſapientiam in intellectu dicit: *Sanctificetur nomen tuum*, ſanctum appareat nomen tuum, hoc eſt tua no-
Pſal.75. a titia. Vnde in Pſalmo: Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius. Et hæc notitia incipit in gra-
Mal. 1. f tia, ſed conſummatur in gloria. De quo dicitur: Ab ortu ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meũ in gentibus, in omni loco ſacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda. Hoc autem verificabitur
Hier.31. f in gloria. Quoniam ſecundũ illud: Non docebit vltra
Triplici notitia ſanctificatur nomẽ Dei in nobis. vir proximum ſuum, et vir fratrem ſuum, dicens: Cognoſcite Dominum, omnes enim cognoſcent me, a minimo eorum vſque ad maximum, ait Dominus. Et nota quòd triplici notitia ſanctificatur nomen Dei in nobis, cum in ſe ſemper ſit ſanctum. Prima eſt no-
Heb.11. b titia qua cognoſcitur per fidem ſecundum illud: Credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt. Secunda, qua cognoſcitur, quid non eſt, de qua Auguſtinus: Multum comprehendis, ſi comprehendis quid non ſit Deus. Tertia eſt qua cognoſcitur ſicuti eſt de qua
1.Cor.3. d Apoſtolus: Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut et cognitus ſum. Prima notitia liberat
Pſal. 13. a ab inſipientia de qua: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus: Secunda ab idololatria qua colitur
1.Cor.8. a quòd non eſt Deus de qua Apoſtolus: De eſcis, quæ idolis immolantur: ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, et quòd nullus Deus, niſi vnus. Nam etſi ſint qui dicantur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra, ſiquidem ſunt dij multi et Domini multi, nobis tamen vnus Deus Pater, ex quo omnia, *et cetera*. Tertia liberat ab omni miſeria: et hoc erit in Patria, quando complebitur donum ſapientiæ et pacis, per quam vocamur filij Dei. Et tunc nomen Dei ſanctum erit in
1.Ioan.3. a nobis. Vnde dicitur: Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus, quoniã cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Perfecta igitur Dei notitia facit nos ſimiles, et perfecta ſimilitudo filios, et perfecta filiatio facit sãctificatione diuini nominis dignos.
Chryſoſt. in opere imperfect. in Mat. ca.6. to.5. Vnde Chryſoſtomus: Sanctificatur in nobis nomen Dei, quoniam ſcientes eum ſanctum, timemus, et ſolicite vigilamus ne forte violemus ſanctitatem nominis eius in nobis. Hoc autem erit, quando totaliter ei vacabimus, et per nullam diſtractionem inficientur mentes noſtræ: quod erit in gloria ſecundum il-
Pſ. 137. a lud Pſalmi: In conſpectu angelorum pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua, et veritate tua, quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.

Secundo, quantum ad perfectam reuerentiam in affectu ſubdit: *Adueniat regnum tuum*. Tunc enim Deus perfecte regnat in nobis, quando nos ſumus omnino ei ſubiecti, quod erit in fine ſecundum illud:
1.Cor. 15. d Deinde finis: cum tradiderit regnum Deo, et Patri, *et cetera*. Subiungitur: Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Et poſt: Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc et ipſe filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus. Hoc autem regnum, quo Deus regnat in ſanctis, facit etiam ipſos ſanctos
Apo. 5. c regnare, et eſſe reges ſecundum illud: Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione, et feciſti nos Deo noſtro regnum, et ſacerdotes, et regnabimus ſuper terram. Hoc eſt regnum petendum et deſiderandum. De quo in Pſal
Pſ. 144. c mo: Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum.
Apo.11. c Et in Apocalypſi: Factę ſunt voces magnæ in cælo dicentes: Factum eſt regnum huius mundi Domini noſtri et Chriſti eius, regnabunt in ſæcula ſæculorum: Amen. Per huius regni aduentũ, non accreſcit in Deo potentia, ſed in hominibus perfecta obedientia. Et ideo addit Matthæus poſt hanc petitionem: Fiat voluntas tua, ſicut in cælo et in terra. Terreni enim non perfecte obediunt Deo, vt cæleſtes. Et hoc inſinuabat Dominus: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Et hoc, quia diabolus regnat in illis, qui obediunt ei ſecundum illud: Aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: ſed in finali iudicio tolletur eius poteſtas, quando ſubditus erit omnis mundus Deo ſecundum illud Danielis: Dedit ei poteſtatem, et honorem et regnum, et omnes populi, tribus, et linguæ ipſi ſeruient.

Ioan.18. f
Eph. 6. b
Dan.7. d

Tertio vero quantum ad ſufficientiam in victu, ſubdit: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. Vbi petitur principaliter panis alimoniæ ſpiritualis. Vnde Matthæus dicit: Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. Sed quia non tantum hoc petitur, ſed et omne quod neceſſe eſt præſenti vitæ. Ideo cum Eccleſia frequentet orationem Dominicam ſecundum Matthæum. Non dicit, ſuperſubſtantialem, vt ipſe habet, ſed addit, *quotidianum*, quemadmodum Lucas habet. Vt oſtendat ſe petere, quidquid eſt neceſſarium alimoniæ huius vitæ, quæ per *Hodie* intelligitur. Vnde, quemadmodum Hieronymus dicit: Siue dicatur, quotidianum, ſiue ſuperſubſtantialem, vtrumque conſonat hebraicæ veritati. In hebraica enim lingua vnum vocabulum, ideſt ſochol-
Socholla. la, comprehendit vtrumque intellectum. Sic et apud nos, *quotidianum*, vtrumque panem comprehendit, ſcilicet ſpiritualem et corporalem, quia vterque eſt nobis quotidie neceſſarius, et quotidie a Domino percipiendus, et ideo quotidie poſtulandus. Et hoc
Gloſſa in hũc locum ca.11.to.5. eſt quod dicit Beda in Gloſſa: Panis vero, inquit, quotidianus ideo dictus eſt, quia hic eſt neceſſarius, quantus animæ carniq. tribuendus eſt, ſiue ſpiritualiter, ſiue corporaliter, ſiue vtroque intelligatur modo. Et nota quòd multipex panis hic petitur. Primus eſt alimentum præſentis vitę de quo dicitur: Initium
Eccl.29. d vitæ hominis, aqua et panis et veſtimentum. Secundus eſt intelligentia ſacræ Scripturæ de quo dicitur:
Thr. 4. a Paruuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis. Tertius panis eſt Sacramentum Euchariſtiæ de
Sap. 16. c quo Sapiens: Paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, et omnis ſaporis ſuauitatem. Et Ioannes: Panis,
Ioan. 6. f quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Quartus eſt adiutorium gratiæ de quo Pſalmiſta: Panem
Pſal.77. c angelorum manducauit homo. Et idem: Panis cor
Pſ. 103. b hominis confirmet. Et infra: Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Quintus eſt, obſequium
Inſ. 14. d obedientiæ de quo dicitur: Meus cibus eſt, vt faciam
Ioan. 4. d voluntatem eius, qui miſit me. Et: Elias reſpexit,
3.Reg. 19. a et ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis. Sequitur: Ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb. His panibus reficit nos Dominus: quod
Ioan. 6. b deſignatum fuit cum dicitur quòd de quinque panibus ſatiauit quinque millia hominum. Et ideo quilibet iſtorum ſemper petendus ſecundum illud quod
Ibid. d ibidem: Domine, ſemper da nobis panem hunc.

Quarto quantum ad indulgẽtiam in reatu, ſubdit: *Et dimitte nobis peccata noſtra*. Et hoc quo ad reatum obligationis. Vnde dicitur; Debita noſtra. Peccata
Mat.6. b enim faciũt nos debitores eorum quæ non poſſumus ſoluere. Vnde in Pſalmo: Mutuator peccator et non
Pſal.36. c ſoluet, *et cetera*. Hæc ſunt debita, quibus obligata erat mulier de vxoribus prophetarum, quæ non poterat ſoluere, quouſque Eliſeus multiplicauit oleum.
4.Reg.4. a Per oleum enim miſericordiæ Chriſti, peccata noſtra ſoluuntur et dimittuntur. Sed quia iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non facit miſericordiam: ideo ſubdit conditionem: *Siquidem et dimittimus omni debenti nobis*. Hæc quidem conditio neceſſaria eſt
Iac. 2. b ad impetrandam peccatorum veniam. Vnde dicitur:

Digitized by Google

Eccli. 28. a Relinque proximo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat iram, et a Deo quærit medelam? Quasi dicat, frustra quærit. Vnde dicitur: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester cælestis delicta vestra: si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Vnde proponit parabolam de seruo nequam, in cuius fine subiungit: Sic Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Et hoc recte, quia qui refugit legem clementiæ, cadit in legem iustitiæ, de quo supra: Dimittite, et dimittemini. Et postea: Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Et hanc conditionem apposuit hic Dominus, vt ostendat illud esse verum quod dicitur: Nec superbi ab initio placuerunt tibi. Sed humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Vnde Isaias: Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus vestræ sanguine plenæ sunt. Vnde Chrysostomus: Si is, qui Iesus est, frustra orat nisi indulserit: quo modo, putas, orat is, qui Iesus non est, si ipse per iniustitiã alios lædit et grauat? Qui autem non sic orat vt Christus docuit, non est discipulus: nec Pater exaudit orationem, quam filius non docuit. Cognoscit enim Pater filij sui sensum, et verba non suscipit, quæ vsurpatio humana excogitauit, sed quæ sapientia Christi posuit.

Mat. 6. b

Mat. 18. d

Sup. 6. c

Iudith 9. d

Isa. 1. d

A

B

C

Quinto vero, quantum ad victoriam in conflictu, subiungit: *Et ne nos inducas in tentationem*, ideſt, non permittas induci, ideſt, superari. Quia sicut dicitur: Deus intentator malorum est. Sequitur: Vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Et nota quòd non petit non tentari: quia tentatio hominem probat secundum illud: Proba me Domine, et tenta me, vre renes meos et cor meũ. Et Ecclesiasticus: Qui non est tentatus, quid scit? Sed petit a tentatione non superari nec vinci, sed vincere et triumphare. Hoc quippe petendum est propter diuini auxilij fidelitatem. De qua dicitur: Fidelis autem Deus est, qui non patitur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Petendum est etiam propter cognoscendam nostram infirmitatem secundum illud: In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Vnde Chrysostomus: Cognoscant se esse infirmos, et cognitio infirmitatis, gloriationis causam extinguet, quia secundum quòd dicitur: Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. Quoniam ergo tribulatio tentatio est secundum illud: Beatus vir qui suffert tentationem, *et cetera*. Ideo qui eripitur ab omni malo tentationis, eripitur per consequens a malo tribulationis. Et ideo non oportebit vltra hic addi: *Libera nos a malo*, quasi petitio omnino diuersa: sed explicari quasi in hac inclusa. Et hoc est quod dicit Beda in Glossa: Sciat vnusquisque in eo se liberari a malo quod non infertur in tentationem. Finit ergo Lucas orationem in tentatione, in qua dubium est de statu vel lapsu. Et ideo non addit: Amen, quod est indicium certitudinis orationis exauditæ. Matthæus vero orationem terminat in liberatione ab omni malo pœnæ, ac per hoc a morte. De qua Apostolus: Nouissime autem inimica destruetur mors. Et postea est certitudo salutis: ideo finit dicendo: Amen, ad indicium certitudinis pro illo tempore. Sed quia, quamdiu hic sumus, ad hanc certitudinem non peruenimus, ideo tacite dicitur, et submisse a sacerdote, *et cetera*, cum cetera in Missa dicantur eleuata voce. Sunt et aliæ congruentiæ rationes: sed hæc sufficiat pro præsenti.

Iac. 1. b

Tentatio vtilis.

Psal. 25. a

Eccli. 34. a

1. Cor. 10.

2. Paral. 20. e

1. Mat. 3. c

Iac. 1. b

Amen.

1. Cor. 15. d

D

E

F

Et ait ad illos, quis vestrum, et cetera. Post exemplum et documentum, subiungit hic tertio orandi incitamentum, per quod inuitamur ad orandum frequenter et fiducialiter. Et habet hæc pars duas: in prima proponitur incitamentum ad orationis frequẽtiam: in secunda vero ad orandi fiduciam ibi: *Quis autem ex vobis Patrem petit*, et cetera. Ista enim duo sunt, quæ maxime orationis fructum euacuãt, scilicet negligentia, et diffidentia. Circa incitamẽtum frequentiæ duo insinuantur. Primum est similitudo incitatiua: secundum est eruditio informatiua ibi: *Et ego dico vobis: Petite, et dabitur vobis*. Quantum autem ad similitudinem incitatiuam ad orationis frequẽtiam, introducuntur tria. Primum est, opportunitas postulans: secundum est, difficultas recusans: tertium est, importunitas impetrans, vt ex hoc ostendatur, quãtæ efficacię sit oratio importuna et continua. Primo igitur, quantum ad opportunitatem postulantem dicit: *Quis vestrum habebit amicum?* Hic legitur interrogatiue, sed Glossa vult quòd legatur remissiue. *Quis*, hoc est, aliquis, et si quis. Hoc tamen dicitur vt ostendatur veri amici pretium secundum illud: Amico fideli nulla est comparatio, et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius. Et iterum: Amicus fidelis, medicamentum vitæ, et immortalitatis: et qui metuunt Dominum, inuenient illum. Ad istum ergo fiducialiter recurritur. Et ideo additur, *et ibit ad illum media nocte*, quia sicut dicitur: Omni tempore diligit qui amicus est, et frater in angustijs comprobatur. Et tali fiducialiter necessitas exponitur. Propter quod additur: *Et dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes*. Et hoc lege pietatis et charitatis communis de qua dicitur: Frange esurienti panem tuum, *et cetera*. Et Ecclesiasticus: Mitte panem tuum super transeuntes aquas. Lege etiam fidelitatis et amicitiæ specialis. Propter quod addit: *Quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod ponam ante illum*. Et ita fideliter amicitiæ teneor illi: ac per hoc et tu mihi. Vnde Ecclesiasticus: Fidem posside cum amico in paupertate illius, vt in bonis illius læteris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt in hereditate illius coheres sis.

Eccl. 6. b

Prou. 17. c

Isa. 58. b

Eccli. 11. a

Eccli. 22. d

Secundo quantum ad difficultatem recusantem, subdit: *Et ille de intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse*, inquietando scilicet quiescentem, et a somno excitando, sicut dixit Abner Dauid: Quis es tu qui clamas et inquietas regem? Et quòd magna sit molestia, ostenditur ex difficultate adiuncta: *Iam ostium clausum est, et pueri mei mecum sunt in cubili*, id est pueri, qui tenero amore debẽt amari. Vnde Isaias: Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus, ideſt, filij quorum amor non potest negligi secundum illud Isaiæ: Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Ideo subdit, *non possum surgere et dare tibi*. Et hoc non tollit omnino potestatem, sed ponit difficultatem, quasi dicat illud quod dixit Elias Eliseo: Rem difficilem postulasti, *et cetera*. Et propterea dicit: *Non possum*, ideſt, non commode, nec facile possum, sicut rex Israel respondit regi Syriæ: Omnia propter quæ misisti seruum tuum in initio, faciam: hanc autem rem facere non possum.

1. Reg. 26. d

Isa. 8. d

Isa. 49. d

4. Reg. 2. b

3. Reg. 20. b

Tertio, quantum ad importunitatem impetrãtem, subdit: *Et si ille perseuerauerit pulsans*, precibus, non pudore victus, nec tædio fatigatus, nec desperatione fractus, tamquam verus amicus secundum illud: Ad amicum et si produxeris gladium, non desperes: est enim regressus ad amicum. Si aperuerit os triste, non timeas, *et cetera*. Et quia labor improbus omnia vincit, ideo subdit: *Dico vobis, et si non dabit illi surgens eo quòd amicus eius sit*, ideſt, motus veritate dilectionis, quæ interdum torpescit in amicis. Propter quod dicitur: Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate. Si ergo non vincitur abundantia charitatis, vincitur tamen instantia importunitatis

Eccli. 22. a

Virg. lib. 1. Georg.

1. Ioan. 3. a

Digitized by Google

nitatis. Propter quod addit: *Propter importunitatem tamen eius surget, et dabit illi quotquot habet necessarios.*
Inf.18.a Huius exemplum proponitur infra de iudice et vidua, quæ illum infestabat. Vnde ibi dicitur quòd iudex noluit eam audire per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo ⌒veniens sugillet me. Et huius etiam exemplum habetur de Samsone et eius vxore. A quo cum peteret,
Iud.14.d quod prius nolebat iudicare, subditur quòd septem diebus conuiuij flebat ante eum, tamdemq. die septimo, cum ei esset molesta, exposuit⌒.

Secundum spiritualem intellectum, per amicum istum intelligitur Christus, de quo in Ecclesiastico:
Eccl.6.b Amicus fidelis, protectio fortis. Qui autem inue-
Ioan.15.b nit illum, inuenit thesaurum, de quo Ioannes: Iam non dicam vos seruos, *et cetera*. Sequitur: Vos autem dixi amicos, *et cetera*. Et iterum: Vos amici mei estis, *et cetera*. Ad istum amicum eundum est nocte, scilicet nocturno silentio, sicut Nicodemus
Ioan.3.a venit: de quo Ioannes dicit quòd ⌒venit ad Iesum nocte, quia in secreto noctis silentio est per orationem pulsandus, secundum illud Isaiæ: Anima mea
Isa.26.b *Thr.2.f* desiderauit te in nocte. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum, *et cetera*. Vel in nocte, ideſt, in tribulatione,
Osea.6.b secundum illud Oseæ: In tribulatione sua mane con-
Psal.49.c surgent ad me. Et in psalmo: Inuoca me, in die tribulationis eruam te, *et cetera*. Amicus autem qui ⌒venit de via, animus noster est secundum quod di-
Gloss.in hoc cap. super illa verba: Quis vestrũ et cet. citur in Glossa: Qui quotiens ad temporalia petenda vagatur, totiens a nobis recedit. Hunc amicum euagari facit delectatio, sed reducit tribulatio, secundum quod dicitur de filio prodigo: qui propter luxuriam recessit, sed propter inediam redijt. Vnde
Inf.15.c.d Oseas: Ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam
Osea.2.b maceria. Et post subditur: Et dicet: Vadam, et reuertar ad ⌒virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis, quàm nunc. Iste reuertitur quan-
Isa.46.c do ad interiora recurrit, secundum illud Isaiæ: Redite præuaricatores ad cor. Sed inuenit ipsum vacuum a solatio spiritualium refectionum. Vnde de
Thr.2.d peccatoribus dicitur: Matribus suis dixerunt? Vbi est triticum et vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum? Et defecit gaudium cordis nostri. Subiungitur: *Va nobis quia peccauimus*. Pro hoc igitur amico famelico petendi sunt a vero amico
Beda to.5. lib.3.in Luc. cap.11. tres panes, ideſt, secundum quod dicit Beda et Augustinus, Intelligentia trinitatis, siue trium perso-
Exod.4.c narum nomina, vt in solius Dei cognitione inue-
Eccli.15.a niat refectionem⌒. Vnde in Exodo: Videruntq. Deum, et comederunt et biberunt. Et in Ecclesiastico: Cibabit eum pane vitæ, et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potabit illum⌒. Vel tres panes sunt Fides, Spes, Charitas: quibus reficitur triplex
Inf.15.d ⌒virtus in anima, de quibus infra: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, *et cetera*.
1.Reg.19.a.b De his: Cum veneris ad quercum Thabor, inueniẽt te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel: vnus portans tres hædos: et alius tres tortas panis: alius portans lagenam vini, vt in his intelligatur ⌒vnitas gratiæ, et trinitas virtutum, per quas reformatur imago Dei in anima. Sed hæc petitio non statim⌒ exauditur a Christo: sed oportet eum multa instantia requirere: quia ad tam magna dona est anima⌒
Mat.15.c peccatrix minus idonea. Vnde scriptum est: Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus. Verum et si iam filius est, adhuc oportet cum magna instantia requirere, ne panis ille ⌒vilescat, cum semper oporteat ipsum esurire secundum illud:
Eccli.24.c Qui edunt me, adhuc esurient: siue ⌒vt petendo magis mereamur, et disponamur. Vnde Augusti-

nus ad Probam de orando Deo: Exerceri vult in orationibus desiderium nostrum: quo possumus capere illud, quod præparat dare⌒. *August. ad Probã epist. 121.to.2.*

Et ego dico vobis. Post similitudinem incitatiuam, subdit eruditionem informatiuam ad orationis frequentiam, quam elicit ex similitudine præhabita⌒. Vbi primo hortatur spiritualiter discipulos: secundo vero generaliter omnes: ideo quantum ad exhortationem respectu discipulorum, dicit⌒:

Et ego dico vobis, qui scilicet non mentior: quia⌒ non est Deus quasi homo vt mentiatur: nec vt filius *Num.23.c* hominis, vt mutetur: dixit ergo, et non faciet? Vnde Glossa dicit: Magnam spem tribuit, qui promittendo non decipit. Monet ergo ad orationis instan- *Glossa in hunc locum to.5.* tiam et frequentiam, cum dicit: *Petite, et dabitur vobis: quærite et inuenietis: pulsate, et aperietur vobis*.
Simile habetur apud Matthæum: super quo loco *Mat.7.a* dicit Augustinus: Operose quidem, quid ista tria⌒ *Aug.ibid.* inter se differant, distinguendum putaui, sed longe melius ad instantissimam petitionem omnia referuntur. Hoc quippe ostendit, vbi eodem verbo cuncta concluſit dicens. *Quanto magis pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se?* Vnde vult Dominus
1.Thes.5.d dicere illud quod simpliciter dicitur: Sine intermis- *Coloss.4.a* sione orate. Et ad Colossenses: Orationi instate⌒. Possunt tamen ista distingui, ⌒vt *petere* respiciat actũ oris: *quærere*, actum cordis: *pulsare*, actum operis. *Petite* ergo ore, et dabitur vobis: Qui reminis- *Isa.62.g* cimini Domini ne taceatis, et ne detis silentium ei donec stabiliat, et ponat Hierusalem laudem in terra. Et in Isaia: Ad ⌒vocem clamoris tui statim ⌒vt *Isa.30.d* exaudierit, respondebit tibi: Et dabit vobis Dominus panem, *et cetera*. Et: Eritq. antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus. *Quæ-* *Isa.65.d* *rite* etiam corde, et inuenietis. Vnde dicitur: Quæ- *Hier.29.c* rite me, et inuenietis: cum quæsieritis me in toto corde vestro. Et in Sapientia: In simplicitate cordis *Sap.1.a* quærite illum: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum. *Pulsate* in opere. Qui enim pulsat⌒, manu tangit et excitat. Vnde in psalmo: In noctibus extollite manus vestras in sancta. Et iterum: In *Ps.133.a* die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus. Aliter etiam possunt distingui ratione petiti. *Petite*, scilicet veniam. *Quærite* gratiam. *Pulsate* ad gloriam, secundum illud: Petite a Domino pluuiam in tempo- *Zach.10.a* re serotino, et Dominus faciet niues, et pluuiam imbris, et dabit eis singulis herbam in agro. Niues dabit ad extinguendas malas herbas per ueniam. Et⌒ pluuiam imbris dabit ad fecundandam terram per gratiam. Et dabit eis singulis herbam in agro, decorando scilicet et vestiendo per gloriam. Aliter ex parte petentium. *Petite*, incipientes, quorum est accipere. *Quærite*, proficientes, quorum est inuenire. *Pulsate* perfecti, quorum est intrare. Vnde incipientibus dicitur: Petitiones vestræ innotescant *Philip.4.a* apud Deum. Proficientibus dicitur illud: Quærite *Ps.104.a* Dominum, et confirmamini: quærite faciem eius semper. Perfectis dicitur in Isaia: Aperite portas, et *Isa.26.a* ingredietur gens iusta. Vel penes modos perueniendi ad sapientiam, sicut distinguit Augustinus: Ad sapientiam enim non venitur, nisi quemadmodum Dominus docet, petendo, quærendo, pulsando, id est orando, legendo, plangendo. *Petite* ergo orando: Si quis vestrũ indiget sapientia, postulet a Deo. *Iac.1.a* Subditur: Et dabitur ei. *Quærite* legendo libros scripturæ, et creaturæ: Per ⌒vicos et plateas quæram, quem diligit anima mea. *Pulsate* plangendo, sicut in Apocalypsi dicitur⌒: Ego flebam mul- *Cant.3.a* tum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, *et cetera*. Et subditur postea quòd vidit librum aperiri per agnum occisum. Vel sicut dicit⌒ *Apoc.5.a* Glossa: Ex parte modorum ⌒veniendi ad gloriam: *Ibid.b* *Petite* orando. *Quærite*, recte viuendo. *Pulsate*, per- *Glos.in ca. 7.Mat.to.5* seuerando,

Digitized by Google

Mat.7.a seuerando, vel sicut dicit Glossa super Matthæum: Petimus fide, per eam ad Christum euntes. Quærimus spe, qua attingimus vsque ad interiora. Pulsamus charitate, dum laboribus desudamus, vt quod petimus, et quærimus, consequamur. Primum petere debes, vt habeas: post quærere vt inuenias: inuenta obseruare, vt introeas.

Glossa in hūc locum cap.7.Mat. to..5.

Secundo quātum ad exhortationem respectu omnium, subdit: *Omnis enim, qui petit, accipit*, si pie petat. Vnde hoc insinuat Dominus: Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, ideſt pro vestra salute: alioquin non dat. Vnde Iacobus: Petitis, et non accipitis, eo quòd male petatis, ideſt vt in concupiscentijs vestris insumatis. Vnde Chrysostomus: Si temporalia petas, quo modo ille præstat, quæ si habes præcepit vt contemnas? *Et qui quærit inuenit*, si tamen debite, et diligenter quærat secundum illud: Cum quæsieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris, et tota tribulatione animæ tuæ. Si quæsieritis Deū, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Sed aliqui aliquādo non debite quærunt: et ideo non debita inueniunt. Vnde Oseas: In gregibus suis, et in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, et non inuenient: et hoc est, quia in armentis quærebant ipsum: Quæretis me, et non inuenietis: quia mala intentione quærebant vt perderent: *Et pulsanti, aperietur*, si pulset incessanter vsque in finem, secundum illud: Qui perseueraueritvsque in finem, hic saluus erit. Tali aperitur ostium gloriæ, de quo in Apocalypsi: Apertum est templum Dei in cælo: ecce ostium apertum in cælo. Hoc aperietur, quando dicetur illud: Venite benedicti, *et cetera*, possidete, *et cetera*.

Ioan.15. c *Iac.4. a* *Deu.4. c* *2.Par. 15. a* *Osea.5. b* *Ioan.7. c* *Mat.10. c* *Apoc.11.d* *Apoc.4. l* *Mat. 10.c*

Quis autem ex vobis, et cetera. Post incitamentum ad orationis frequentiam, subdit hic incitamentum ad orationis fiduciam. Et hoc ostendit liberalitatem in Deo patre nos exaudiente. In hac ergo parte primo proponit liberalitatem patris carnalis respectu filij: Secundo concludit liberalitatem patris cælestis respectu nostri, ibi: *Si ergo vos cum sitis mali*, et cetera. Liberalitatem autem patris ostendit in communicatione cibi, cum cautela contrarij, et hoc secundum triplicem differentiam nutrimenti, aut naturæ terreæ, aut aqueæ, aut aereæ. Primum spectat ad vegetabilia: secundum ad natatilia: tertium ad volatilia. Quantum igitur ad petitionem fructus vegetabilium, dicit:

Quis autem ex vobis patrem petit panem, ad refectionem. *Numquid lapidem dabit illi?* scilicet ad læsionem: homines enim panibus sustentātur secundum illud: Panis cor hominis confirmat: sed lapidibus obruuntur, secundum illud: Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum.

Pſ.103. b *Mat.21.d*

Quantum ad petitionem fructus natatilium, subdit: *Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi?* Homines piscibus reficiuntur. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, et fauum mellis. Sed serpentibus occiduntur. Vnde: Immisit Dominus in populum ignitos serpentes, quorum scilicet morsibus moriebantur.

Inf.vlt. f *Num.21.b*

Quantum ad petitionem fructus volatilium, subditur: *Aut si petierit ouum*, scilicet in cibum. *Numquid porriget illi scorpionem?* ideſt venenum. Oua enim sustentant, sed scorpiones necant, sicut manifeste probat experientia. Hæc quidem ad litteram sunt plana: et similitudo ex his assumpta.

Secundum autem spiritualem intelligentiam, datur intelligi hic, quid petendum sit. Vnde Augustinus ad Probam de orando dicit: Quod in pisce fides: in ouo spes: in pane autem charitas designatur. Recte namque petitione panis intelligitur petitio charitatis. Vnde Augustinus: Charitas in pane: maior enim omnium bonorum est charitas, et in cibis vincit cetera panis vtilitas. Vel quia charitas ad modum panis nutrit, et confirmat. Vnde dicitur: Fortis est, vt mors, dilectio. Vnde sacramentum charitatis traditur in specie panis. Vel quia sicut sine pane est omnis mensa vacua, sic et omne cor absque charitate. Vnde: Si charitatem non habuero, nihil sum, et nihil mihi prodest. Huic, vt dicit Augustinus, opponitur lapis, quia corda dura respuunt charitatem. Vnde in lapide duritia designatur, secundum illud Ezechielis: Auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis, *et cetera*. Supra: Potens est Deus de lapidibus istis, *et cetera*. Recte etiam per piscem intelligitur fides, sicut dicit Augustinus, vel propter aquam baptismi, vel, quia in huius sæculi fluctibus fides integra est: Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides vestra. Et ad Hebræos: Sancti per fidem vicerunt regna. Vel quia, vt dicit Beda: Sicut piscis sub tegumento aquarum nascitur, viuit, et alitur: sic fides trahitur de occultis scripturis, et de occultis est, et occulta. Vnde ad Hebræos: Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Huic, sicut dicit Augustinus, contrarius est serpens, qui vt non crederetur Deo, venenosa fraude persuasit. Vnde Ecclesiastes: Qui dissipat sepem, ideſt, defensionem sacræ scripturæ mordebit eum coluber, ideſt infidelitas erroris diabolici. Recte etiam per ouum intelligitur spes. Vnde Augustinus: Spes in ouo, quia vita pulli nondum est, sed futura est, nec iam videtur, sed adhuc speratur. Spes autem, quæ videtur, non est spes, sicut dicitur: et quia in ouo pullus est imperfectus, qui dum perficitur, testa oui frangitur. Sic spei succedit beatitudinis perfectio. Vnde Apostolus: Cum vēnerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Huic, vt dicit Augustinus, contrarius est Scorpio, ideſt, desperatio, quæ facit retrorsum respicere: et ex illa parte nocet. Scorpio enim ex illa parte cauendus est, quoniam venenatam et aculeatam caudam retrorsum habet. Vnde qui nititur a spe vitæ subuertere, Scorpius est. Vnde Ezechiel: Subuersores sunt tecum, et cum Scorpionibus habitas. Est igitur sensus verbi propositi spiritualis, quòd si quis petat panē charitatis, vel piscem scilicet fidei: et ouum spei dabit ei Deus, et remouebit ab eo lapidem obdurationis, serpentem infidelitatis, et Scorpionem desperationis: quæ per diuinum adiutorium elongantur a viris sanctis.

Aug. ibid. *Cant. 8. b* *1.Cor.13. b* *Aug. ibid.* *Ezec.36. f* *Sup.3.* *Ibidem.* *1.Io. 5. a* *Heb.11. a* *Beda. to.5. lib.3.in ca. 11.Luca.* *Heb.11. a* *Aug. ibid.* *Eccls.10.b* *Aug. ibid.* *Rom.8. d* *1.Cor.13.c* *Ibidem.* *Ezech.2. c*

Si ergo vos cum sitis mali, et cetera. Postquam proposuit liberalitatem in patre carnali: concludit a minore in patre spirituali. Si enim bonum est communicatiuum, ergo magis bonum, magis communicatiuum: et maxime bonum, maxime communicatiuum. Si ergo carnalis pater bonum communicat filio petenti: multo fortius cælestis pater homini supplicanti. Et hoc est quod dicit: *Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona dare filijs vestris*. Beda: Malos vocat sæculi amatores. Ij autem dupliciter mali sunt malitia culpæ: quia in Ecclesiastico: Si diues fueris, non eris immunis a delicto. Et Augustinus: Omnis diues aut est iniquus, aut heres iniqui. Vel malos vocat ipsos Apostolos, qui comparatione diuinæ bonitatis mali dicuntur. Vnde dicitur: Nemo bonus, nisi solus Deus. Et Isaias: Facti sumus, vt immundus, omnes nos, et quasi pannus menstruatæ, vniuersæ iustitiæ nostræ. Et Iob: Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: quanto magis homo, *et cetera*. Vnde Gregorius: Sæpe iustitia nostra, ad examen iustitiæ diuinæ deducta iniustitia est, et sordet in districtione iudicis: quod in oculis fulget operantis. Vel mali erant propter peccata venialia, sine quibus non ducitur præsens vita. Vnde dicitur: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et Iacob dixit: Dies peregrinationis vitæ meæ centū triginta annorum

Beda to. 5. li.3. in Luca cap. 11. *Eccls.11.b* *Mar.10.b* *Iob. 25. b* *Greg. lib.5. Moral.cap. 28.in prin.* *Eph.5.c* *Gen.47.c*

Augusſt. ad Probā epiſt. 121. circa med. to. 2.

Digitized by Google

annorum sunt, parui et mali. Quia secundum quòd A
1.Ioan.1.b dicitur: Si dixerimus, quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Minus ergo videtur quòd a malo bonum, quàm a bono bonum. Et ideo concludit: *quanto magis Pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se?* Immo certe
Iac. 1. c dabit quia dicitur: Omne datum optimum, et omne donum perfectum, desursum est. Iste spiritus, bonus est spiritus: scilicet in quo omnia dona donantur: de quo dicitur: Inuocaui, et venit in me spiritus
Sap.7.a.b Sapientiæ. Et post: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et: Alij per spiritum datur sermo sa-
1.Cor. 11. b pientiæ, *et cetera*. Et post: Hæc omnia operatur vnus B atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Iste spiritus datur petentibus, et desiderãtibus secundum
Ps. 118. r illud: Os meum aperui, et attraxi spiritum: Onager
Hier. 2. c assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ, attraxit ventum amoris sui. Ad hunc enim spiritum Do-
Rom. 8. c mini suspirat sanctorum Spiritus: Spiritus postulat, *et cetera*.

Diuisio. *Et erat Iesus eijciens dæmonium*, et cetera. Sicut habitum fuit in principio libri, Liber iste habet quattuor partes. Quarum prima est de Christi natura: Secunda vero de Christi doctrina: et hæc incœpit.
Sup.4.f Et habet partes duas, secundum duo opera sapientis. C Quorum alterum est non mentiri: alterum mentientem manifestare posse. Prior igitur pars est de veritate declaranda ad discipulorum informationem. Posterior de falsitate confutanda per Iudæorum aduersantium confutationem. Priori parte terminata: hic

Diuisio. incipit altera. Diuiditur autem hæc pars in quattuor. In quarum prima confutat Iudæorum dolositatem:
Inf. 15. a In secunda impietatẽ. Erant autem appropinquantes,
Inf. 17. b *et cetera*. In tertia curiositatem: Interrogatus autem a Pharisæis, *et cetera*. In quarta, incredulitatem; in-
Inf.19. c fra: Et factum est, cum appropinquasset, *et cet.* Inconfutando autem dolositatem Iudæorum. Primo con- D futat dolositatem calumniantium mirabilia ex parte efficientis: in secunda vero, ex parte temporis: Erat
Infra 13.c autem docens in synagoga eorum sabbatis. Prima in duas diuiditur. In quarum prima confutat Iudæorum dolositatem et fallaciam: in secunda informat
Infra 12.a discipulos suos ad illam vitandam: Multis autem turbis concurrẽtibus. Prima pars, quæ continet præsens cap. diuiditur in partes tres. In quarum prima confutat fallaciam blasphemantiũ: in secunda fallaciam tentantium, siue discredentium infra: *Turbis autem concurrentibus*. In tertia vero fallaciam simulantium ibi: *Nemo lucernam accendit*. Primum istorum est in E verbo: secundum in animo: tertium vero consistit in quocumque signo. Ad confutandam autem fallaciam blasphemantium tria introducuntur. Primo enim fit expressio fraudis Iudaicæ. Secundo vero improbatio fraudis expressæ ibi: *Ipse autem vt vidit cogitationes*, et cetera. Tertio vero commendatio veritatis offensæ ibi: *Factum est autem, cum hæc diceret*, et cetera. Circa expressionem Iudaicæ fraudis, tria exprimit Euangelista: primum est materia laudis diuinæ: secundum est, blasphemia fraudis humanæ: tertium est, controuersia litis adiunctæ. Primo igitur quantum ad materiam laudis diuinæ dicit: F

Et erat eijciens dæmonium, et illud erat mutum. In quo simul tanguntur duo miracula, immo etiam tria.
Mat.12.b Vnde Beda in Glossa: Hunc dæmoniacorum etiam
Beda hoc loco to. 5. cæcum fuisse dicit, in quo tria miracula a Domino fiunt: quia cæcus videt, mutus loquitur, possessus a dæmone liberatur. Et in hoc erat materia laudis diuinæ, tam ex parte curati, quàm assistentium. Propter quod dicit: *Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, et admirata sunt turba*. Et sic impletum est il-
Isa. 35. b lud: Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, et aperta erit lingua mutorum. Tanta autem miracula simul facta, sunt admirationis et laudis causa secundum illud: Terribilis Dominus, et magnus vehe- Eccli.43.a
menter, et mirabilis potentia ipsius. Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, superabit adhuc, et admirabilis magnificentia eius. Vnde
vere potuerunt isti dicere illud: Bene omnia fecit, et Mar.7.d surdos fecit audire, et mutos loqui.

Secundum autem spiritualem intelligentiam, dæmonium est peccatum quod facit surdum ad veritatem audiendam: cæcum ad videndam: et mutum, ad confitendam. Nequitia enim dæmonis vtrumque ingressum, per quẽ crediturus erat homo, oppilauit, ideſt, et auditum, et visum, et tertium, ideſt, linguam colligauit, ne confiteretur. Vnde dicitur: Non est Isa. 41. g annuncians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros. Et iterum: Surdi audite, et cæci intuemini ad videndum. Quis cæcus, nisi seruus meus? Isa. 42. d et surdus nisi ad quem nuncios meos misi? Talis etiam mutus est ad confitẽdum. Vnde Ecclesiasticus: Non est speciosa laus in ore peccatoris. Et nota quòd Mat.12.b cum ad tria data sit homini loquela, scilicet ad laudandum Deum: ad ædificandum proximum: et Eccli.15.b ad accusandum seipsum. Hæc triplex loquela auferLoquela data homini propter tria tur per triplex dæmonium. Primam aufert spiritus luxuriæ secundum illud: Cum multiplicaueritis ora- Isa. 1. d tionem, non exaudiam. Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Secundam aufert spiritus auaritiæ, qui facit sibi soli intendere secundum illud: Qui vnum ta- Mat.25.d lentum acceperat, abiens, fodit in terram. Tertiam spiritus superbiæ, qui non permittit quòd homo accuset se secundum illud: Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea. Et in Hieremia: Ecce ego iudicio Hier. 2. b contendam tecum eo quòd dixeris, non peccaui. De hoc triplici dæmonio dicitur: Vidi de ore draconis, Apo. 16. c et de ore bestiæ, et de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos, in modum ranarum. Primum dæmonium eijcitur per ieiunium secundum illud: Hoc genus non eijcitur, nisi per orationem et ieiu- Mat.17.d nium. Secundum eijcitur per memoriam passionis Dominicæ secundum illud: Cordis piscis particu- Tob. 6. b lam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, *et cetera*. Tertium per orationem: Dauid tollebat citharam et percutiebat manu 1.Reg. 16. sua, et refocillabatur Saul, et leuius habebat: recede- d bat enim ab eo spiritus malus.

Secundo quãtum ad blasphemiam humanæ fraudis subditur: *Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia*. Et hæc erat magna blasphemia: Quia quod fiebat a Spiritu sancto, attribuebant spiritui maligno. Vnde Matthæus Mat.12.c statim post hoc dicitur: Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemiæ non remittetur. In hanc blasphemiam prorumpebant ex inuidia. Vnde Chrysostomus: Non quan- Chrysost. do magna dicebat, sed quando faciebat salutes ho- to.2.homil. minũ, tunc instituerunt Pharisæi, *et cet.* Inuidia enim 41.in Mat. non quærit, quid dicat, sed solum vt dicat: æmulatione namque non est aliqua malitia deterior. Adulter enim breui complet peccatum suum: æmulator nunquam quiescit. Et quia blasphemia ista ex mali- Beelzebub. tia, et inuidia procedebat, pro tanto hoc Euãgelium legitur quando cantatur historia Ioseph in tertia Dominica Quãdragesimæ. Sicut enim fratres Ioseph, ex inuidia vocauerũt eum inuentorem somniorum, sic et isti dicebant Christum inuocatorem dæmonũ. Et maxime exprimitur Beelzebub, tum quia istud idolum erat famosum. Vnde dicitur quòd Ochozias misit nuncios, dicens ad eos: Ite consulite Beelzebub 4.Reg.1.a Deum Accaron. Et Beda in Glossa: Asserebant Iu- Gloss.in ca. dæi in hoc simulacro principem dæmoniorum habi- Matth.12. tare. Per cuius potestatem, dicebant Iesum dæmo- to.5. nia eijcere. Et ideo in textu dicitur: *In principe dæmoniorum*. Siue quia nomen huius idoli erat ridiculosum. Vnde tantum Beelzebub sonat, quantum, vir Beelzebub vir muscarum muscarum. Quo nomine vocabant eum Iudæi irrisorie,

Digitized by Google

Glossa hoc loco to. 5. *Ioan. 8. f*

sorie, sicut dicitur in Glossa, propter sordes cruoris qui in templo eius immolabatur. Vnde sic blasphemiam proferebant, sicut in Ioanne dicitur: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes?

Mat. 22. b *Psal. 94. b* *1. Cor. 10. c*

Tertio vero, quantum ad controuersiam litis adiunctæ subdit: *Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo* Non quærebant huiusmodi signum ad credendum vt fideles, sed vt rebelles ad impugnandum, secundum illud Saluatoris: Quid me tentatis hypocritæ? Et in psalmo: Tentauerunt me patres vestri, *et cetera*. Et hoc malum vt dicitur: Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, et a serpentibus perierunt. Petebant autem signum de cælo, sicut tonitruum tempore Samuelis: Aut emissionem ignis, sicut tempore Eliæ: Aut retrocessionem solis, sicut tempore Ezechiæ. Hoc autem Iudæis erat proprium, siue per assuefactionem. Vnde: Iudæi signa petunt, et Græci sapientiam. Et ideo Petrus insignis fuit Apostolus ad Iudæos, et Paulus valens in sapientia ad gentes siue etiam propter incredulitatem, et duritiam, secundum quod dixit Stephanus: Dura ceruice, et incircumcisi cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis. Vnde Chrysostomus: Semper discredere, signum est numquam posse proficere, sic semper testimonium quærere signum est numquam velle credere. Et hoc quidem verum est, quando enim sufficientia testimonia habebant in terris, non oportebat quærere signa de cælis. Vnde Ioannes: Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, testimonium perhibent de me. Spiritualiter autem dedit Dominus signa in terris, scilicet signa humilitatis et paupertatis, secundum illud: Hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, *et cetera*. Sed multi huic signo non credunt, vt superbi et ambitiosi qui quærunt Christum non in humilitate crucis, sed in appetitu honoris et laudis. Et tamen dicitur: Tunc apparebit signum filij hominis in cælo, *et cetera*. Huic autem contradicunt superbi, secundum illud: Positus est hic, *et cetera*, et in signum cui contradicetur, quia non placet eis status humilitatis, sed dignitatis. Vnde in psalmo: Posuerunt signa sua signa: scilicet superbiæ et lasciuiæ, secundum illud: Vbique relinquamus signa lætitiæ. Sine quibus signis nolunt sequi. Vnde in psalmo: Signa nostra non vidimus, *et cetera*.

1. Reg. 12. c *3. Reg. 18. d* *4. Reg. 1. c* *4. Reg. 20. c* *1. Cor. 1. d* *Act. 7. f* *Ioan. 10. e* *Sup. 2. b* *Mat. 24. c* *Sup. 2. c* *Psal. 73. a* *Sap. 2. b* *Psal. 73. b*

Ipse autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis. Post expressionem fraudis Iudaicæ, subditur hic improbatio fraudis expressæ. Habet autem pars ista tres. In quarum prima ponitur improbatio falsitatis: In secunda comprobatio veritatis, ibi: *Cum fortis armatus custodit*, et cetera. In tertia vero reprobario dolositatis, ibi: *Cum immundus spiritus exierit ab homine*, et cetera. Improbando falsitatem procedit hoc ordine. Primo deducit ad manifestum impossibile: secundo perducit ad falsum improbabile: tertio reducit ad verum infallibile. Primo igitur deducit ad manifestum impossibile cum dicit:

Omne regnum in se diuisum desolabitur. In quo intendit tale argumentum facere: Omne regnum diuisum hoc ipso quod diuiditur in se, destruitur: sed si vnus dæmon eijcit alium, satanas in seipsum diuisus est: ergo non stat eius regnum. Sequitur igitur quòd satanas ipse destruat suum regnum, et auferat sibi posse et dominium. Sed hoc est impossibile manifestum, et sequitur ex dicto Pharisæorum: ergo illud fuit manifeste falsum. Huius igitur rationis maiorem præmittit, cum dicit: *Omne regnum in se diuisum, desolabitur, et domus supra domum cadet*. Et hoc quidem est per se notum et verum est, quia diuisio est causa ruinæ. Vnde causa prædicati est in subiecto. Et hoc est quod dicit Hieronymus: † Cõcordia paruæ res crescunt, discordia maxime dilabuntur. Vnitas enim est causa saluationis, diuisio interitus, secundum illud Oseæ: Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Et in Prouerbijs: Propter peccata terræ, multi principes eius. Exemplum huius est de ædificantibus turrim, cum essent labij vnius, *et cetera*. Vbi subditur: Diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras, et cessauerunt ædificare. Vnde in finali statu mundi, de ipsius vnitatis dissipatione dicitur infra: Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum, et terræmotus magni, *et cetera*. Deinde adiungit minorem cum dicit: *Si autem satanas in seipsum diuisus est*, ideſt, contra seipsum pugnat. Quod dicit sub conditione, quia hoc sequitur ex verbo prædictorum Scribarum, et Pharisæorum, cum in se non sit verum: Satanas enim satanæ concordat in malo. Vnde Iob: Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Vna vni coniungitur, et ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit, et tenentes se nequaquam separabuntur. Vnde in psalmo: Astiterunt reges terræ, et principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, *et cetera*. Post hoc subiungit conclusionem cum subdit: *Quo modo stabit regnum eius?* Quod dicit interrogatiue, tamquam impossibile sit hoc sustinere quòd satanas ipse de regno eijciatur. Regnum enim satanæ est in malis et peccatoribus. Iob: Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Et ideo dicebat Apostolus: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Postremo subinfert minoris probationem ex dicto ipsorum, quoniam et hæc erat causa totius elucidationis falsi. Et ideo addit: *Quia dicitis: in Beelzebub me eijcere dæmonia?* Si enim verum est quod dicitis vt satanas satanam eijciat, aduersus seipsum diuisus est, ergo diuisum est eius imperium, ac per hoc tendit ad interitum. Et hoc modo formatur argumentum Matthæi: Si satanas satanam eijcit, aduersus seipsum diuisus est: Quo modo ergo stabit regnum eius? Sic igitur patet quo modo ex dicto eorum deducit ad manifestum impossibile.

Isa. 10. a *Osee 10. a* *Prou. 28. a* *Gen. 11. a* *Infra 21. c* *Iob 41. a* *Psal. 2. a* *Iob 41. d* *Rom. 6. b* *Mat. 12. b*

Secundò vero producit ad falsum improbabile, cum subdit: *Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia*. In quo intendit formare talem rationem: Si ego eijcio dæmonia per dæmonum potentiam: et ego dedi potestatem filijs vestris eijciendi dæmonia. (Hanc supponit et tacet) ergo ipsi in principe dæmonum eijciunt dæmonia. Sed hoc est falsum et improbabile, et secundum eorum opinionem, et secundum ipsorum Apostolorum testificationem. Falsum igitur est quod Pharisæi sentiunt, et verum quod Apostoli testantur. Igitur ipsi erunt iudices eorum. In hac autem ratione præmittitur propositio, quam asseruerunt, cum dicitur: *Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia*, secundum vestram scilicet assertionem. Supra eodem: *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia*, subditur conclusio, quam non concedunt, cum dicitur: *Filij vestri in quo eijciunt?* quasi diceret: sequitur quòd eijciunt in Beelzebub. Quod tamen ipsi non concedunt. Vnde Beda: Filios Iudæorum vocat Apostolos, qui inter alia munera quæ acceperunt a Domino, etiã dæmonia pellebant. Quam expulsionem non diabolo, sed Deo assignabant. Subinfertur autem redargutio, quam incurrunt, cum dicitur: *Ideo ipsi iudices vestri erunt*. Quia quod vos blasphematis, vt falsum, ipsi testantur esse verum, secundum illud Isaiæ: Vere, vos testes mei, dicit Dominus: et non tantum testes propter veritatis assertionem, sed etiam iudices propter veritatis perfectionem, secundum illud: Vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Ipsi namque sunt, de quibus Isaias: Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Seniores vocat.

Beda to. 5. lib. 3. in Luca cap. 11. *Isa. 44. a* *Mat. 19. d* *Isa. 3. e*

† *Hiero. in Reg. monach. de charitate. et pace. to. 9. ex Sallustio de Bello Iugurthino. princ.*

Digitized by Google

vocat perfectiores ſecundum illud: Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis: et ætas ſenectutis, vita immaculata.

Tertio vero reducit ad verum infallibile, cum adiungit: *Porro ſi in digito Dei eijcio dæmonia. Porro*, hoc eſt certe: *ſi*, ideſt, quia, *in digito Dei*, hoc eſt in Spiritu ſancto. Vnde in Matthæo: Si in ſpiritu Dei eijcio dæmones. Spiritus ſanctus namque dicitur digitus Dei, ſicuti dicitur in Exodo: Digitus Dei eſt hic. Ratio autem huius eſt: quia filius dicitur brachium Patris ſecundum illud: Brachium Domini cui reuelatum eſt? Dicitur et manus ſecundum illud: Emitte manum tuam de alto. Et ratio huius eſt, quia ſicut qui operatur, brachio et manu facit, ſic pater omnia per filium facit, ſicut dicitur: Omnia per ipſum facta ſunt. Spiritus autem ſanctus procedit a Patre et Filio, ſicut digitus a corpore et brachio, et eſt illi connaturalis, et conſubſtantialis. Et ideo merito dicitur digitus in ſcripturis. Vel quia ſicut vna eſt manus, et per digitos fit diſtinctio, ſic per vnum ſpiritum fit diſtinctio donorum, ſicut dicitur: Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Quia ergo in hoc ſpiritu *eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei*, ideſt poteſtas regia, quæ regit nos, expulſo diabolo, ſecũdum illud: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et nota quòd dicit: *peruenit in vos regnum Dei*. Quia regnum Dei peruenit in nos per gratiam ſecundum illud: Regnum Dei intra vos eſt, Sed tunc peruenimus in illud per gloriam, quando dicetur nobis: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum, *et cetera*. Et nota quòd iſta conſequentia eſt neceſſaria: quia ſi nihil eſt medium, quin homo ſit ſub poteſtate Dei vel diaboli, ergo ſi expellitur poteſtas diaboli ab homine, ſequitur quòd introducatur poteſtas diuina. Triplex autem ſpiritus nequam, de quo habitum eſt ſupra, expellitur, ſpiritu diuino dato ad tria, ſcilicet ſpiritu ſanctitatis de quo dicitur: Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Spiritu paupertatis de quo dicitur: Beati pauperes ſpiritu, *et cetera*. Et ſpiritu humilitatis de quo Iſaias: Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, et contritum ſpiritu? Hunc triplicem ſpiritum petebat Propheta in Pſalmo: Cor mundum crea in me Deus, et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proijcias, *et cetera*. Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi, *et cetera*. Et ſpiritu principali confirma me, vt tangatur hic triplex ſpiritus, videlicet Rectus, ideſt paupertatis: Sanctus, ideſt puritatis: et Principalis, ideſt humilitatis. Quem ſpiritum qui habet, habet iuſtitiam ad ſe, et proximum, et Deum. Siue etiam intra ſe, extra ſe, et infra ſe, ac per hoc habet pacem, et gaudium, et intra ſe regnum Dei. Nam ſecundũ illud: Non eſt regnum Dei eſca, et potus: ſed iuſtitia, et pax, et gaudiũ in Spiritu ſancto.

Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum. Poſtquam improbauit falſitatem, hic ſecundo approbat veritatem. In cuius approbatione, procedit hoc ordine. Primo præmittit veritatem præambulam: ſecundo ſubdit veritatem intentam: tertio ſubnectit veritatem annexam. Primo igitur præmittens veritatem præambulam dicit: *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet*. Hoc per ſe notum eſt. Quieta enim poſſeſſio venit ex fortitudine poſſidentis, qui non permittit impugnari atrium ſuum. Fortis autem iſte, eſt diabolus de quo dicitur: Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei, qui factus eſt, vt nullum timeret. Et in Abacuc: Domine in iudicium poſuiſti eum: et fortem vt corriperes fundaſti eum. Iſte eſt armatus ſecundum quòd dicit Iob: Corpus illius vt ſcuta fuſilia, *et cetera*. Et quia tantam habet potentiam et armaturam: ideo non poteſt ſibi ab homine infirmo fieri violentia. Immo in pace poſſidet, quoniam non timet amittere ſecundum illud Gregorij: Illos pulſare negligit, quos quieto iure ſe poſſidere ſentit. Et hæc pax peccatorum de qua in Pſalmo: Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Et in Matthæo: Non veni pacem mittere, ſed gladium. Vult igitur in hoc dicere, quòd fortis non expellitur a minus forti. Si ergo ſuper poteſtatem diaboli nulla præualet poteſtas terreſtris, ſed tantum cæleſtis potentia: ergo quæ expellit dæmones non eſt de terris, ſed de cælis: non humana, ſed diuina.

Secundo adiungens veritatem intentã, et iam perſuaſam dicit: *Si autẽ fortior illo ſuperueniẽs vicerit eum*. Fortior eſt diabolo, diuina fortitudo, ſcilicet Chriſtus, Deus noſter: Chriſtum prædicamus, Dei virtutem, et Dei ſapientiam. Et rurſum ibidem: Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Et ait Iob: Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. Et propterea dicit Iſaias: Vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis. Iſte ſuperuenit, ideſt, de ſupernis venit ſecundum illud: Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt. Hic autem vicit diabolũ, tamquam minus fortem, iuxta quod dicitur: Confidite, quia ego vici mundum. Vnde licet victus videatur, tamen vicit, quia moriendo reuixit. Et hoc a Hieremia deſignatur: Fortis impegit in fortem, ambo pariter conciderunt: quia Chriſtus corporaliter, temporaliter, et viſibiliter. Diabolus vero ſempiternaliter, totaliter, et irrecuperabiliter. Vnde in Apocalypſi: Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, et ſoluere ſeptem ſignacula eius. Et vidi, et ecce in medio throni et quattuor animalium, et in medio ſeniorum agnum ſtãtem tamquam occiſum. Qui ideo vicit, quia occiſus eſt. Vnde poteſt dici diabolo illud: Vbi eſt mors victoria tua? Sequitur: Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et quia vicit ipſum in paſſione, ideo ſpoliatus in Reſurrectione. Ideo ſubditur: *Vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat*. Et hoc fecit quando portas infernales confregit ſecundum illud: Quia contriuit portas æreas, et vectes ferreos confregit. Et rurſus: Arcum conteret, et confringet arma: et ſcuta comburet igni. Hæc arma facit ſibi diabolus de hominibus per conſenſum ſecundum illud: Non exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato. Vel arma diabolica ſunt diuerſa tentatorum machinamenta, quibus hominibus præualebat. Et his priuatus eſt per Chriſti victoriam in Reſurrectione, et ſpoliatus eſt in Aſcenſione. Ideo ſubdit: *Et ſpolia eius diſtribuet*. Et hoc quidem fecit, quando de vaſis contumeliæ fecit vaſa miſericordiæ. Et hoc eſt in Aſcenſione factum ſecundum illud: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hoc autem fecit noſter Emmanuel: Vóca nomen eius. Accelera ſpolia, detrahere, feſtina prædari. Prædatus eſt autem fortiter diabolum ſecundum illud: Numquid tolletur a forti præda? aut quod captum fuerit a robuſto, ſaluum eſſe poterit? Quia hæc dicit Dominus: Equidem et captiuitas a forti tolletur, *et cetera*. Dominus diripiet theſaurum omnis vaſis deſiderabilis. Huius figuratio præceſſit in Dauid de quo dicitur quòd regreſſus a cęde Amalech, expoliatis Amalechitis, ſpolia diſtribuit, et miſit dona ſenioribus Iuda proximis ſuis. Et nota quòd Chriſtus dicitur ſpolia diaboli diſtribuere, quia licet ipſe omnes liberauerit, tamen etiam partem huius glorię, diuerſis prędicatoribus committit. Qui et ipſi ſunt ſpoliatores Ægypti. Ex hoc igitur apparet, quòd expulſio dęmonum fiebat a Chriſto, non virtute diabolica, nec humana, ſed per Spiritum ſanctum. Et hæc eſt veritas intenta.

Tertio vero annectens veritatem adiunctã ſubdit: *Qui non eſt mecum, contra me eſt*. Ac per hoc homines, quos diabolus poſſidet, Chriſto repugnant, et ſecundum

Sap. 4. b
Mat. 12. d
Exo. 8. c
Iſa. 53. a
Pſal. 143. b
Ioan. 1. a
1. Cor. 12.
Ioan. 12. c
Inf. 17. e
Mat. 25. d
Inter poteſtatem Dei atque diaboli quomodo non ſit medium.
Sap. 1. b
Mat. 5. c
Iſa. 66. a
Pſal. 50. b
Rom. 14. a
Iob 41. d
Abac. 1. c
Iob 41. a
Pſal. 72. a
Mat. 10.
Ibid.
Iob 9. c
Iſa. 9. b
Ioan. 3. d
Ioan. 16. g
Hier. 46. c
Apo. 3. b
1. Cor. 15. g
Pſ. 106. b
Pſal. 45. b
Arma dæmonum.
Rom. 6. b
Eph. 4. b
Iſa. 8. a
Iſa. 49. g
Oſea 13. d
1. Reg. 10. g
Chriſtus ſpolia diaboli diſtribuere dicit.
Exo. 12. b

2.Cor.6.c dum illud: Quæ conuentio Chriſti ad Belial? *et cetera*. Et quia nullus fortitudini eius poteſt reſiſtere, ideo ſubdit: *Et qui non colligit mecum, diſpergit*. Quia
Iob 9.a ſicut dicit Iob: Quis reſtitit ei, et pacem habuit? Officium namque Chriſti eſt congregare, ſecundum
Ioan.11.g illud Ioannis: Moriturus erat, *et cetera*. Sequitur: Vt filios Dei qui erãt diſperſi, congregaret in vnum.
Iſa.11.c Et Iſaias: Congregabit profugos Iſrael, et diſperſos
Pſ.146.a Iuda colliget a quattuor plagis terræ, Pſalmiſta: Diſperſiones Iſraelis congregabit. Officium autem dia-
Ioan.10.c boli eſt, diſpergere, ſecundum illud Ioannis: Lupus rapit, et diſpergit oues. Ideo optimum eſt introire in ouile Domini, qui non poteſt ſuperari a fortiori,
Ioan.10.c ſicut dicit Ioannes: Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus eſt, *et cetera*.

Cum immundus ſpiritus. Poſt improbitatem falſitatis, et approbationem veritatis, ſubdit hic Euangeliſta reprobationem doloſitatis, cuius origo eſt a ſpi-
Ioan.8.f ritu maligno, ſecundum illud Ioannis: Ipſe mendax et pater eius, *ideſt*, mendacij et ſimulationis. Reprobat ergo Saluator doloſitatem Phariſæorum. Cuius originem, progreſſum, et conſummationem oſtendit in eis fieri per ſpiritum malignum. Et hoc quantum ad maligni ſpiritus egreſſum, regreſſum, et ingreſſum. Egreditur namque per deteſtationem inimicitiæ. Regreditur per ſimulationem iuſtitiæ. Sed ingreditur per profundationem nequitiæ. Primo igitur, quantum ad egreſſum ſpiritus immundi, per deteſtationem inimicitiæ, dicit: *Cum immundus ſpiritus exierit de homine*, ſcilicet per veram pœnitenZac.13.a tiam, ſecundum illud: Et pſeudoprophetas, et ſpiritum immundum auferam de terra. Ad hoc autem duo ſunt neceſſaria, ſcilicet abſtinentia, et orationis inſtantia per quæ mundamur intus et extra. Et tunc exit ſpiritus immundus ſecundum illud Matthæi:
Mat.17.c Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, niſi per orationem et ieiunium. Et quoniam diaboli deſiderium ſemper eſt ad ſeductionem bonorum, quãtumcumque ab alijs expellatur; ideo ſubdit: *Perambulat per*
Loca inaquoſa. *loca inaquoſa, quærens requiem*. Loca inaquoſa ſunt loca in quibus non viget carnalitas, aut concupiſcen-
Pſal.62.a tia, ſecundum illud Pſalmi: In terra deſerta, inuia, et inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, ſecundum quòd Hieronymus exponit. Et propterea Virgo Maria, quia omnino habuit extinctam concupiſcentiã,
Iſa.16.a dicitur petra deſerti: Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Circa hæc loca ambulat diabolus, quærens requiem, ideſt, volens in illis vmbram negligentiæ, et fontem contumeliæ fabricare, vt ibi poſſit requieſcere. In tali autem loco requieſcit, ſecundum illud
Iob 40.b Iob: Sub vmbra dormit in ſecreto calami in locis
Ezec.29.a humentibus, vt Ezechiel ait: Ecce ego ad te pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum. Non autem requieſcit diabolus, niſi in illis in quibus inuenit defluxus concupiſcentiarum. Quos quia non poteſt reperire in ſanctis viris afflictis et maceratis, ideo in eis non requieſcit, ſed fu-
Zac.4.b git, iuxta illud Iacobi: Reſiſtite diabolo: et fugiet a vobis.

Secundo vero quantum ad regreſſum, per ſimulationem iuſtitiæ, ſubdit: *Et non inueniens*, ſcilicet requiem, *dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui*. Suam vocat domum, quia nondum ab ea plene expulſus fuerat. Et ad talem diabolus redit. In cuius
Iſa.37.g figura Iſaias: In via qua venit rex Aſſyriorum, ideſt, ſatanas, per eam reuertetur. Recte autem peccatorem domum ſuam vocat: quia peccator, qui fecit
Ioan.8.d peccatum, ſeruus eſt peccati, ſicut dicit Ioannes. Ac per hoc non eſt iuris ſui, ſed ſeruus diaboli. Ideo
Prou.5.b in Prouerbijs: Ne des alienis honorem tuum et annos tuos crudeli: ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui ſint in domo aliena. Ad hanc autem domum reducit diabolum expulſum ſimulatio bonitatis et iuſtitiæ. Et propterea addit: *Et cum*
venerit, inuenit eam ſcopis mundatam, et ornatam, non intra, ſicut dicit propheta in Pſalmo: Et exercitabar, Pſal.76.b et ſcopebam ſpiritum meum. Et rurſus: Omnis gloPſal.44.c ria filiæ regis ab intus. Non ſic inuenit ſcopatam, et ornatam, ſed extra, ſicut infra eodem: Nunc vos Inf.eod.f Phariſæi, quod deforis eſt calicis et catini, mundatis: quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina et iniquitate. Et Matthæus ait: Væ vobis, *et cetera*. Mat.23.c Sequitur: Quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, *et cetera*. Talis munditia non ſufficit Spiritui ſancto, qui non tantum quærit habitare in corpore mundo, ſed in animo ſancto. Vnde Sapiens: In maleuolam Sap.1.a animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Et ideo ad vtrumque inuitamur ab Iſaia: Lauamini mundi eſtote, *et cetera*. Iſa.1.c Illa autem munditia, quæ tantum eſt extra, relinquit domum vacuam a gratia Spiritus ſancti, et per hoc occupabilem a præſentia diaboli. Vnde hæc notans Matthæus dicit: Inuenit eam vacantem, ſcopis Mat.12.d mundatam, et ornatam. Vacantem ſcilicet a gratia et virtute. Vnde Chryſoſtomus: A virtute deſolati, dæmonum actionibus facile erunt occupabiles. Et ideo Hieronymus: Semper aliquid boni facito, ne te diabolus inueniat otioſum.

Tertio vero quantum ad ingreſſum, per profundationem nequitiæ ſubdit: *Tunc vadit, et aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, et ingreſſi habitant ibi*. Ij ſeptem ſpiritus ſunt ſeptem ſimulationes, quæ virtutes ſpecie eſſe ſe ſimulant, et mentiuntur. Qui ideo ſunt nequiores vitijs apertis quia maiorem habent malitiæ peruerſitatem, ſicut dicit Auguſtinus: Simulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas. Vnde nota tres ſeptenarios ſpirituum. Primus bonus eſt, qui continet ſeptem dona, de quibus Iſa-
Iſa.11.a ias: Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ et intellectus, *et cetera*. Secundus eſt malus, et continet ſeptem ſpiritus nequitiæ, ideſt, ſeptem vitia capitalia, ſeptem donis oppoſita. Opponitur enim ſapientiæ luxuria: intellectui gula: conſilio auaritia: fortitudini accidia: ſcientiæ ira: pietati inuidia: timori ſuperbia. Et de his Marcus di-
Mar.16.b cit quòd de Maria Magdalena eiecta fuerant ſeptem dæmonia. Tertius ſeptenarius continet ſeptem ſimulationes, quas Dominus vocat ſpiritus nequiores, quia ſub ſpecie ſanctitatis decipiunt innocentes, de quibus in Prouerbijs: Septem nequitiæ ſunt in corde Prou.26.d illius, *et cetera*. Has omnes inducit hyppocriſis, quæ eſt donorum Spiritus ſancti ſimulatrix. In cuius rei ſignum Dominus ſeptem facit exclamationes ad Mat.23.b hyppocritas, comminans eis, væ. Octauo autem additur, nec ponitur ibi hyppocrita. Ij ergo ſpiritus nequiores ſecurè habitant: quia quanto malitia minus apparet, tanto minus arguitur, et tanto requieſcit ſecurius, ſecundum illud Iſaiæ: Requieſcent ibi Iſa.13.d beſtiæ, et replebuntur domus eorum draconibus: et habitabunt ibi ſtruthiones, et piloſi ſaltabunt ibi: vbi ſtrangulantur monſtra vitiorum. Et quoniam quanto diabolus ſecurius habitat in homine, tanto peius eſt homini, quia magis eſt ſeruus: ideo ſubdit: *Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus*, ſiue propter recidiuationem, ob quam: Ecce ſanus factus es, Ioan.5.c iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Et Petrus: Melius erat illis non cognoſcere viam iu-
2.Pet.2.d ſtitiæ, *et cetera*. Vnde Chryſoſtomus: Difficilior eſt pœna poſteriorum vitiorum. Siue propter iniquitatis duplicationem, quæ fit propter ſimulationem, ſecundum illud: Non ſemines mala in ſulcis iniuEccli.7.a ſtitiæ, et non metas ea in ſeptuplum. Ex quo apparet quòd Phariſæi non tantum ſunt conuicti de falſitate, ſed etiam redarguti de doloſitate. Poſſunt autem allegorice iſta exponi de populo Iudaico, et Bede.to.5. Gentili ſecundum quòd Beda exponit ſatis bene in lib.3.in ca. Gloſſa: Exijt a Iudæis, *et cetera*. 11.Luce.

Factum

Digitized by Google

Factum est autem. et cetera. Post expressionem fraudis Iudaicæ, et reprobationem fraudis expressæ subdit hic Euangelista commendationem veritatis apertæ. Et hoc quidem conueniens erat, vt manifestata veritate, veritas ipsa seipsam manifestans, laudaretur manifeste coram tota multitudine. In descriptione autem huius commendationis laudatiuæ tria introducuntur. Primum est conditio personæ laudantis. Secundum est expressio laudis diuinæ. Tertium est approbatio laudis expressæ. Primo igitur, quantum ad conditionem laudantis personæ dicit:

Factum est autem cum hæc diceret, scilicet ad confutationem falsitatis. *Extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi.* ad veritatis commendationem, et Pharisæorum confutationem. In quo duplex notatur conditio in persona laudante, scilicet virilitas, et modicitas. Virilitas notatur in hoc quòd vocem extollebat secundum illud: Exalta in fortitudine vocem tuam, qui Euangelizas Hierusalem: exalta, noli timere. Modicitas in hoc quòd quædam mulier non nominata, nec nobilis, sed de turba, vt impleretur illud: Pauper et inops laudabunt nomen tuum. Ex quo apparet quòd laudator diuini nominis non debet esse timidus, vt laudare non audeat: nec timidus vt laudare erubescat, sed virilis et humilis. Vnde cum quidam ex timore tacerent: quidam blasphemarent ex superbia et tumore, hæc mulier humilis et virilis, nec tacuit cum timidis, nec vituperauit cum blasphemis. Vnde in Glossa: Magna fiducia inter blasphemos confitetur Dei filium. Ideo poterant sibi dicere illud: O mulier, magna est fides tua, quæ scilicet tantum te fortificauit, cum dicatur: Mulierem fortem quis inueniet? In te verificatum est illud: Fundamenta æterna supra petram solidam, sic mandata Dei in corde mulieris sanctæ.

Isa. 40. b
Psal. 73. d
Mat. 15. b
Prou. vlt.
Eccli. 26. d

Secundo vero quantum ad expressionem laudis diuinæ subditur: *Beatus venter qui te portauit.* In quo laudat Christum Dei filium, extollēs laudis eius præconium, ex beatitudine matris, quasi dicat: Beata mulier, quæ portauit tam bonum filium. Et recte, quia decebat sexum femininum sic laudare. Nec tantum feminas, immo etiam viros. Nam supra, primo dixit Virgo: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et nota quòd beatificat Virginis ventrem, et hoc, quia portauit Dei filium, nouem mensibus et sex diebus, qui pro vno mense accipitur. In ventre matris figuratus fuit caro decem mēsium tempore. Vnde in laude Virginis dicitur: Vēter tuus sicut acernus tritici. Quia Christus erat granū frumenti secundū quòd dicit Ioannes: Et hoc tritico fuit venter eius impletus. Et ideo beatus, propter tria priuilegia, quia vt dicit Bernardus: Fuit sine corruptione fecunda, sine grauedine grauida, sine dolore puerpera. Quis audiuit vmquam tale? et quis vidit huic simile? siue propter tria miracula. Primum est, coniunctio infinite distantium: Deus enim ibi factus est homo: creator creatura: immensus paruus: verbum infans: æternus temporalis secundum illud: Et verbum caro factum est. Et in Hieremia: Creauit Dominus nouum super terram, femina circumdabit virum. Secundum miraculum est, quia qui fecit ventrem factus est in ventre. Vnde in Psalmo: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Et post: Homo natus est in ea, et ipse fundauit eam Altissimus. De hoc potest exponi illud Ecclesiastici: Vas admirabile opus excelsi. Tertium miraculum, quia qui continet omnia, continetur in ventre: et ille ibi capitur, quē totus non capit orbis. Vnde cantat Ecclesia: Quia quem cæli capere non poterant tuo gremio contulisti. Vnde Isaias: Vere tu es Deus absconditus. Nec tantum beatificat Virginem propter portationem, sed vbera propter lactationē cum subdit: *Et vbera quæ suxisti,* scilicet beata sunt. Ex quo datur intelligi, quòd a solis vberibus Virginis beatissimæ lactatus fuit. Quod designatum fuit

Sup. 1. e
Sup. 7. a
Cant. 7. a
Ioan. 12. d

Cur virgineus venter dictus sit beatus.

Isa. 66. c
Ioan. 1. b
Hier. 32. d
Psal. 86. a
Eccli. 43. a
Isa. 45. e

A in Moyse, qui lactari, vt dicitur, noluit a muliere Ægyptiaca. Et ideo quæsita fuit mulier Hebræa, scilicet mater propria, sicut dicitur in Exodo. Hæc autem designat Virginem Mariam, cuius vbera suxit Christus secundum illud: Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, *et cetera*. Ideo autem iunxit ista duo, vt ostenderetur virgo Maria fuisse mater Christi vera, et perfecta, quia non solum genuit, sed et educauit: et sicut vere educauit, ita vere genuit, et in hoc arguitur, vt dicitur in Glossa, impietas Manichæi, et aliorum, qui dicunt ipsum attuliſſe corpus æthereum. Vnde Beda: Ex eodem B fonte, et lac nutriendis, et semen procreandum pueris manat. Ergo de semine Virginis, secundum Physicos, potuit concipi, qui de lacte eius potuit nutriri.

Exo. 2. b
Cant. 8. a
Beda to. 5. li. 3. in Luca cap. 11.

Tertio vero, quantum ad approbationem laudis expressæ subdit: *At ille dixit: Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei.* Hoc non dicit aduersando, sed potius superaddendo, quasi diceret: Non solum beatus venter, qui portauit me, verbum caro factum, verum etiam beatior qui suscipit verbum a me prolatum. Vnde et Maria non tantum beata fuit, quia Christum gestauit in carne, verum etiam beatior, quia ipsum perfectissime gestauit in mente, secūdum C quod dicit Augustinus: Beatior fuit Maria, concipiendo fidem Christi, quàm carnem Christi. Beatus est enim omnis qui audit et obedit secundum illud: Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Et ideo subdit: *Et custodiunt illud.* Et ideo Iacobus: Estote factores verbi, et non auditores tantum. In quo verbo, Christus noluit laudare matris cognationem carnalē per se. Nam supra dicitur Iudæis: Ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraam, *et cetera*: sed spiritualem: quia sanctior est copula mentium, quàm corporum. Et ideo cum quærerent eum mater et fratres eius, dixit: Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui D in cælis est, ipse meus frater, soror, et mater est. Et propter hoc virgo Maria fuit laudabilis in concipiendo, quia fidem concepit: et ideo dixit ei Elisabeth: Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a Domino. Ex quo apparet mira commendatio veritatis, quæ omnes sibi adhærentes beatos efficit: non solum adhærentes carnali cognatione, vt virgo Maria, verum etiam spirituali dilectione, sicut quælibet anima sancta. Vt enim dicit Augustinus: Beatitudo est gaudium de veritate. Ad quod gaudium venient, qui veritatem audiunt, diligunt, et faciunt secundum illud: Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt: E Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Ioan. 13. b
Iac. 1. d
Mat. 12. d
Sup. 1. e
Eccli. 24. c

Spiritualis sensus.

Spiritualiter autem hic notandum est, quòd mulier de turba typum gerit legis, quæ generationem commendat carnalem, secundum quòd facta est repromissio Abraæ: Suspice cælum, *et cetera*. Et Dauid: in Psalmo: De fructu ventris tui, *et cetera*. Vnde ad Romanos: Ex quibus Christus secundum carnem, *et cetera*. Sed Christus typum gerit gratiæ et spiritus. Qui quidem generationem commendat spiritualem secundum illud: Qui est mater mea, et qui sunt fratres mei? Huius generationis spiritualis conceptio, primo fit in fide, quasi in vnitate Ecclesiæ: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, *et cetera*. In cuius etiam rei signum, virgo Maria per fidem cōcepit: Beata quæ credidisti. Partus autem fit per operationem: Dixi, rigabo hortum plantationum, *et cetera*. Sed illi qui credunt, et non operantur, sunt sicut illi de quibus Isaias: Venerunt filij vsque ad partum, et virtus non est pariendi. Sed illi qui credunt et operantur, sunt illi de quibus Petrus: Sicut modo geniti infantes, rationabile et sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, scilicet per dilectionem et contemplationem. Osculetur me osculo oris sui quia meliora sunt vbera tua vino, *et cetera*. Et in Prouerbijs: Cerua charissima, et gratissimus hinnulus:

Gen. 15. b
Psl. 131. c
Rom. 9. a
Mat. 12. d
Ioan. 7. f
Sup. 1. e
Eccli. 24. d
Isa. 17. a
1. Pet. 2. a
Cant. 1. a
Prou. 5. d

Digitized by Google

nulus: vbera eius inebrient te in omni tempore. Et sic in his tribus insinuatur susceptio gratiæ, exercitatio actiuæ, et consolatio contemplatiuæ. Et hoc totum clauditur in fide, quæ per dilectionem operatur, quam soli qui habent, erunt beati.

Turbis autem concurrentibus, et cetera. Postquam Saluator confutauit fallaciam blasphematorum, siue obtrectatorum, hic secundo confutat fallaciam incredulorum, qui sub specie studiositatis quærebant signa coriositatis. Confutatur autem fallacia incredulitatis Iudæorum, et hoc triplici via. Primo enim gens illa arguitur, quia dubia ad credendum: secundo, quia tepida ad discendum: tertio, quia frigida ad pœnitendum. Primo igitur arguitur gens fallax et incredula: quia dubia ad credendum cum dicitur: *Turbis autem concurrentibus, cœpit dicere: Generatio hac, generatio nequam est*. Turbæ namque concurrebant, ideſt, ex diuersis causis ad ipsum currebãt. Quidam ad audiendum documenta: quidam ad videndum miracula: quidam causa famis pellendæ: quidam causa sanitatis recuperãdæ: quidam ad insidiandum. Alij ad obsequendum, secundum diuersa genera personarum, quæ in Euangelio exprimuntur. Ij autem, sicut dicit Glossa, currebant ad mirabilia quæ ab eo fieri audiebant, quæ volebant videre, non ex zelo fidei, sed potius ex dolo, et curiositate, et fraudulentia veri. Et propterea dicit: *Generatio hac, generatione nequam est*. Et Matthæus dicit: Generatio mala et adultera signum quærit: nequam enim et adultera est, propter infidelitatem, et idololatriam. Vnde competit ei illud Prouerbium: Generatio quæ Patri suo maledicit, et quæ matri suæ non benedicit. Et illud Deuteronomij: Generatio peruersa est, et infideles filij eorum. Infidelitas apparet ex quæstione curiositatis. Propter quod subdit: *Signum quærit*, scilicet de cælo, Glossa: Quasi illa quæ viderant, non fuerint signa. Et quia huiusmodi, propter incredulitatem non erant cœlestes, sed terreni: non spirituales, sed potius animales: ideo denegantur eis signa cælestia, sed conceduntur terrestria, ideo dicit: *Et signum non dabitur ei, nisi signum Iona prophetæ*. Hoc quidem dicit, non quia alia signa non dederit. Vnde Lazarum suscitauit quatriduanum, sicut dicit Ioannes: Et vox de cœlo ad eum facta est. Et multa alia fecit signa in conspectu omniũ, de quibus dicit Ioãnes quòd non sunt scripta in libro suo. Et rursus: Sol obscuratus est in morte: sed quia omnia alia signa non valent nisi credenti Deum passum, tertia die resurrexisse, cuius figura præcessit in Iona propheta. Et ideo Ioannes Pharisæis quærentibus: Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? *et cetera*. Dixit eis: Soluite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Subiungitur: Ille autem dicebat de templo corporis sui. Et huius figura præcessit in Iona, quem tertia die euomuit piscis. Et ideo creditum fuit ei a Niniuitis. Propter quod subdit: *Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita et erit filius hominis generationi isti*. Ionas enim fuit Niniuitis signum non tantum verbo, sed etiam miraculi facto: quia in mare proiectus, et a pisce absorptus, die tertia est ad superna regressus. Per quod designauit Christum passum, mortuum, et suscitatum. Vnde aptatur huiusmodi signum propositũ hoc modo: sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ. Qui ergo huic signo non credit, durior est Niniuitis, nec alia signa Domini in aliquo prosunt ei.

Secundo arguitur Iudæorum generatio, quia tepida ad discendum, cum subditur: *Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius*. Ex quo apparet quòd resurrectio erit vniuersalis, non tantum bonorum sed etiam malorum. Et quòd erit ad iudicia secundum illud Ioannis: Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, et procedent, *et cetera*. Sed quia mali condemnabuntur comparatione meliorum, ideo subdit: *Et condemnabit illos*. Beda: Non potestate iudicij, sed comparatione melioris facti quod factum ostendit in hoc quod ait: *Quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis*, secũdum quod dicitur: Regina Saba cum audisset famam Salomonis, venit, vt tentaret eũ in ænigmatibus, in Hierusalem. Simile dicitur: Vnde in tribus fuit laudabilis. Et primo quia mota fuit fama sapientiæ Salomonis. Secundo vero, quia venit de remotis partibus. Tertio vero, quia venit ad hominem paris conditionis. Et e contrario hic populus tripliciter erat vituperabilis: quod notat cum subdit: *Et ecce plus quàm Salomon hic*. In hoc enim quod dicitur, *Ecce*, notat se cognitum, non tantum per auditum, sed per visum secundum illud: Post hæc in terris visus est, *et cetera*. In hoc quod addit, *hic*, ostendit, quòd non erat absens, sed præsens, vt possit eis merito dici illud Deuteronomij: Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non est procul situm, *et cetera*. In hoc vero quod dicit: *plus quàm Salomon*, ostendit, quòd non tantum credendum est ei, sicut viro sapienti, sed sicut principio et fonti totius sapientiæ secundum illud: Ego principium qui et loquor vobis. Maior erat namque Christus Salomone ratione potentiæ, ratione scientiæ, et ratione iustitiæ. Vnde sibi competit præcipue illud Psalmi: Deus iudicium tuum regi da, *et cetera*. Qui in laude Salomonis creditur a Iudæis factus cum ibi dicatur: Dominabitur a mari vsque ad mare. Et iterum: Ante solem permanet nomen eius. Et iterum: Benedicentur in ipso omnes tribus terræ, *et cetera*. Ille Salomon pacificus fuit ad tempus, sed iste æternaliter. Isaias: Multiplicabitur eius imperium, et pacis non erit finis. Ille sapiens, sed iste sapientia: Christum Dei virtutem et sapientiam, *etc.* Et: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, et scientiæ absconditi, *et cetera*. Ille faciens iustitiam, sed iste ipsa iustitia: Qui factus est nobis sapientia et iustitia, *et cet.* Ideo hic septem præeminentias meretur Regina illa Austri, comparatione ad Iudæos incredulos. Regina, sexus fragilis: de remotis: cum difficultate: relicto imperio: cum muneribus: ad purum hominem: sola fama cognita venit, sicut expresse colligitur. Sed Iudæi viri, Christum præsentem, gratis oblatum, sui generis beneficum, Deum et hominem miraculis probatum, contemnunt, et despiciunt.

Tertio arguitur Iudæorum generatio, quia frigida ad pœnitendum, cum subditur: *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, et condemnabunt illam*. Et hoc propter eorum pœnitentiam, et Iudæorum impœnitentiam. Ex comparatione enim meliorum arguuntur minus boni. Propter quod subdit: *Quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Iona*. Crediderunt Niniuitæ in Dominum, et prædicauerunt ieiunium, et vestiti sunt saccis. Et Ionas erat ignotus, prædicauitq. paucis diebus. Erat etiam homo purus et nullum fecit miraculum. Sed maiora his ostendit Christus Iudæis, ideo subdit: *Et ecce plus quàm Ionas hic*. Quia Christus non tantum erat homo, verum etiam Deus. Quod ostendebat magnitudine miraculorum. Non prædicauit paucis diebus, sed multis, hoc est, tribus annis. Ideo magis condemnatur duritia incredulitatis in Iudæis. Vnde Chrysostomus: Niniuitæ inter tres dies, facti sunt populus Dei, qui tamen prophetas non habuerunt: Iudæi intra tres dies crucifixionis, facti sunt populus diaboli: illi euaserunt vindictam imminentem, isti pertulerunt atrociſſimam. Sic patet, quo modo fraudulentia Iudæorum, qui quærebant signa, vt tentarent, per exempla conuicta sit, vt in infidelitatis duritia non permaneret. Sic etenim Iudæi, qui audiebant legem, et prophetas, et Christum videbant, et non credebant, arguuntur comparatione Reginæ Saba, et Niniuitarum. Sic clerici et alij litterati argui possunt, comparatione mulierũ et laicorum. Nam clerici Christum in scri-

Turbæ diuersas ob causas ad Christũ cõfluxerunt.

Glossa in hũc locum cũ 11. Luca to. 5.

Mat. 12. c

Pro. 30. c

Deu. 32. c

Glossa in hũc locum to. 5.

Ioan. 11. f

Ioan. 12. d

Idem. 20.

Inf. 23. f

Ioan. 2. d

Ion. 2. d

Ibidem. d

Mat. 12. c

Iudæorum generatio tepida.

Ioan. 5. è

Beda in hũc locum to. 5. lib. 3.

2. Paral. 9. a

3. Reg. 10. a

Baruc. 3. d

Deu. 30. c

Ioan. 8. c

Psal. 71. a

Ibid.

Isa. 9. b

1. Cor. 1. d

Coloss. 2. a

1. Cor. 1. d

3. Reg. 10. a

Iudæorum generatio frigida.

Ioan. 3. b

Chrysost. to. 1. homil. 25. in c. 7. Gen.

Digitized by Google

in scripturis, et manibus contrectant in sacramentis, et tamen minus credunt et venerantur, quàm mulieres et laici. Vnde nunc possumus dicere illud: Publicani et meretrices præcedent vos, *et cetera*. Et rursus Augustinus in libro confessionum: Idiotę rapiunt cælum, et nos cum litteris nostris ad inferna demergimur. Possent et his exemplis argui omnes Christiani qui tardi sunt ad audiendum verbum Dei, et ad faciendam pœnitentiam de peccatis, qui ad sui excusationem quærunt signa miraculorum, cum tamen ante oculos habeant Christum crucifixum, ita vt possit eis dici illud: O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, et in vobis crucifixus? Habentes igitur et videntes signum crucis Christi, non debemus cum Iudæis esse dubij ad credendum, nec tepidi ad audiendum, nec frigidi ad pœnitendum et operandum, ne comparatione Reginæ Austri et Niniuitarum condemnemur a Domino.

Mat. 21. c — *Lib. 8. ca. 8.* — *Gal.* 3. a

Nemo lucernam accendit, et cetera. Postquam Saluator confutauit fallaciam blasphematorum, et incredulorum, siue tentatorum, in hac parte confutat fallaciam simulatorum. Habet autem pars ista duas partes. In quarum prima commendat simplicitatem intentionis rectæ. In secunda vero confutat dolositatem simulationis malignæ ibi: *Et cum loqueretur rogauit eum*, et cetera. Ad commendandam igitur simplicitatem rectæ intentionis, primo tria introducuntur, scilicet similitudo rationalis, adaptatio similitudinis, et informatio commendabilis. Primo itaque introducitur similitudo rationalis, cum dicit:

Nemo lucernam accendit, et in abscondito ponit, neque sub modio. Lucerna dicitur vehiculum luminis, siue vas luminis contentiuum, quæ siue materialis sit, siue spiritualis, non est abscondenda. Lucerna enim materialis abscõdita, lumen non tribuit, sed est prorsus inutilis. Similiter nec spiritualis. Vnde in Ecclesiastico: Sapientia absconsa, et thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Melior est qui celat insipientiam suam, quàm qui abscondit sapientiam suam. Et ideo hæc lucerna non debet abscondi, sed manifestari. Vnde subdit: *Sed supra candelabrum*, scilicet ponit. *Vt qui ingrediuntur lumen videant.* Quanto autem lucernæ altius ponuntur, tanto clarius resplendent. Et ideo super candelabrum, sicut supra locum excelsum debent poni iuxta visionem Zachariæ: Vidi, et ecce candelabrum aureum, lampas eius super caput ipsius, et septem lucernæ eius super illud.

Lucerna. — *Eccli.* 20. d — *Zach.* 4. a

Secundo vero adiungitur adaptatio similitudinis, cum subditur: *Lucerna corporis tui, est oculus tuus*. Corporis namque materialis oculus, corporalis est lucerna, quia totum corpus dirigit et illuminat. Corporis vero spiritualis, ideſt, congeriei bonorum operum lucerna, est oculus spiritualis, ideſt, intentio. Intentio namque dicitur oculus et lucerna. Oculus inquantum illuminatur a Deo ad totius hominis directionem. Lucerna vero, inquantum omnium actionum, cogitationum, et affectionum congeriem dirigit, quasi gressus hominis in viam pacis, secundum illud supra: Illuminare his qui in tenebris et in vmbra mortis sedent, *et cetera*. Lucernæ enim est illuminare. Et propterea verbum Dei dicitur lucerna, secundum illud: Lucerna pedibus meis verbũ tuum, et lumen semitis meis, scilicet quantum ad credenda: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucenti, in loco caliginoso. Quantum ad agenda, dicitur mandatum: Mandatum lucerna est, et lex, lux. Dicitur etiam prædicator. Ipse erat lucerna ardens et lucens. Et ad Philippenses: Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Dicitur et donum Spiritus sancti. Facies et lucernas septem, et pones eas super candelabrum, id est dona septem Spiritus sancti, supra Christum. Dicitur etiam opus, infra: Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris. Dicitur etiam intentio: quæ si fuerit ficta, extinguitur secundum illud: Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: et lucerna quæ super eum est, extinguetur. Si autem recta est, totum illuminat bonorum operum corpus. Vnde lucerna primo competit verbo Dei, et dono Spiritus sancti. Et per hoc competit intentioni cordis. Et inde descendit in eloquiũ prædicationis veræ, et in opus conuersationis sanctæ. Dicitur autem de his secundum quoddam genus analogiæ. Est ergo lucerna intentionis rectæ quasi media, suscipiens a superiori, et redundans in totam cõgeriem operum. Propter quod subdit: *Si oculus tuus fuerit simplex*, ideſt, intentio recta, *totum corpus tuum lucidum erit*. Vt enim dicit Ambrosius, intentio operi tuo nomen imponit. Ex quo apparet, quòd de oculo cordis intelligit. Cuius optima dispositio, est simplicitas, secundum illud: Scio Deus meus quòd probes corda, et simplicitatem diligas. Dicitur autem oculus simplex, qui vnicum bonum et summum, quod indiuisibile est, intendit. Et talis solus est rectus, qui tendit ad illud. Vnde de Iob dicitur quòd erat vir ille simplex et rectus. Et talis diligit Deum secundum illud: Recti diligunt te. Et in Canticis: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum, in vno oculorum tuorum, et in vno crine colli tui, ideſt, in vnitate et simplicitate intentionis rectæ, quæ sola Deo placet. Et quia tales quidquid faciunt ex charitate faciunt, ideo totum rectum est, et bonum et lucidum, secundum illud: Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est, in omni bonitate, et iustitia, et veritate, *et cetera*. Et quoniam de corde sic illuminato, non procedunt nisi opera lucis, sicut nec arbor bona potest malos fructus facere. Ita ex corde tenebroso non procedunt opera, nisi tenebrarum: sicut nec arbor mala fructus facit nisi malos. Et ideo subditur: *Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit*. Oculus enim nequam deprauat voluntatem, et facit eam iniquam. Illa autem deprauata, deprauantur et opera. Vnde Ecclesiasticus: Nequam est oculus liuidi et auertens faciem suam, scilicet a Deo, et despiciens animam suam. Et paulo post: Oculus malus ad mala. Vnde cum deprauatur intentio, deriuatur a via lucis, et incedit per tenebras secundum illud: Error et tenebræ peccatoribus concreata sunt. Cum autem obtenebratur intentio et deformatur, obtenebratur et deformatur opus. Vnde in Glossa: Semper peruersa intentio præcessit prauum opus, etiam si iustum videatur. Et ideo dicitur corpus tenebrosum, quod quidem dicitur peccati opus, de quali habetur: Abijciamus opera tenebrarum. In hoc ergo aptatur similitudo lucernæ, vt sicut lucerna super candelabrum, sic intentio simplex, et sursum directa, est lucida, deorsum vero est curua, nequam, et obscura. Non ergo debet quis in suis operibus procedere cum duplicitate et simulatione hypocrisis, sed magis cum luce et simplicitate intentionis. Nam in Prouerbijs: Iustitia simplicis diriget viam eius, et in impietate sua corruet impius.

Oculus spiritualis. — *Sup.* 1. g — *Psal.* 118. e — *2. Pet.* 1. d — *Prou.* 9. c — *Ioan.* 5. f — *Phil.* 2. c — *Exo.* 25. d — *Inf.* 12. e — *Iob* 18. b — *Iob* 1. a — *Cant.* 1. a — *Ibid.* 4. c — *Eph.* 5. b — *Eccli.* 14. b — *Eccli.* 11. b — *Rom.* 13. d — *Prou.* 11. a — *Eph.* 5. b — *Ioan.* 1. b — *Ioan.* 3. c

Tertio subditur informatio commendabilis, cum dicit: *Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint*, ideſt, ne intentio, per quam debes esse lux, vitiorum tenebris obscuretur. Loquitur autem conuersis ad se, de quibus ait Apostolus: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate, vt scilicet sitis filij illius lucis, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: Non filij hominis, de quibus Ioannes: Lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem, erant enim eorum mala opera. Quoniam ergo praua intentio totum opus deprauat, ideo docet eam præcipue esse cauendam, cum dicit: *Vide ergo*, et cetera. Sed rursus quia intentio non potest esse lucida, nisi adsit operatio bona, ideo subdit: *Si ergo*

Digitized by Google

ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, vt videlicet non sit prauitas in intentione, nec cogitatione, nec affectione, nec locutione, nec operatione, quæ sunt partes totalitatis nostræ, et operationis meritoriæ, siue demeritoriæ. Si igitur in his non fuerit ex aliqua parte impuritas, erit verum illud quod sequitur, *erit lucidum totum, et sicut lucerna fulgoris illuminabit te*, ideſt conscientiam tuam, secundum petitionem propheticam. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas, secundum quod habetur in Psalmo: Illuminabit etiam te ad ædificandum Christi Ecclesiam secundum illud mandatum Domini: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Illuminabit etiam te ad confutandam prauitatem alienam secundum illud: Sitis sine reprensione, in medio nationis prauæ et peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo: verbum vitæ continentes. Illuminabit etiam te ad habendam diuinam notitiam secundum illud: Qui timetis Dominum, diligite illum: et illuminabuntur corda vestra. Illuminabit etiam te ad videndam claritatem diuinam. Tobias: Luce, inquit, splendida fulgebis, *et cetera*.

Psal.17. d *Mat.5. b* *Phil. 2. b* *Eccli.2. a* *Tob.13. a*

Et cum loqueretur, rogauit eum quidam Pharisæus, vt prandaret apud se: Postquam Euangelista commendauit simplicitatem intentionis rectæ, in hac parte confutat dolositatem simulationis malignæ. Habet autem pars ista partes duas. In quarum prima præmittitur increpatio duplicitatis: In secūda subditur comminatio calamitatis ibi: *Sed va vobis, Pharisæi*, et cetera. Circa increpationem duplicitatis, introducuntur tria. Primum est, Iudaicæ simulationis malignitas. Secundum est, increpationis seueritas. Tertium vero charitatiuæ admonitionis suauitas. Primo igitur, quantum ad simulationis malignitatem ex parte Pharisæi dicit: *Et cum loqueretur, rogauit eum quidam Pharisæus, vt prandaret apud se*. In quo facto exterius pretendebat pietatem, in releuanda Christi indigentia, de qua ipse in Psalmo dicit: Ego autem mendicus sum et pauper. Ad quam releuādam, Christus eleemosynas accepit, nec tantum accepit, sed et mendicauit, cum adhuc esset annorum duodecim, sicut dicit Bernardus in quodam sermone: Cum factus esset Iesus, *et cetera*. Vbi quærit, quis eum in illo triduo cibauerit, et dicit sic: †Vt te per omnia nostræ conformares paupertati, et omnes vitę humanę calamitates susciperes, quasi vnus ex turba pauperum, stipem per ostia mendicabas. Quis dabit me buccellarum illarum mendicatarum participem fieri, vel illius diuini edulij reliquijs saginari? Vnde Glossa super illud: * Propter vos egenus factus est, *et cetera*. Non erubescas cum tua mendicitate ad illum accedere, qui pro nobis factus est pauper. Vnde ad suam indigentiam releuandam, non solum a bonis, sed etiam a malis accipiebat eleemosynam. Vnde subditur: *Iesus autem ingressus recubuit*. In quo dat nobis formam, quòd peccatores occulti non sunt vitandi, et quòd a malis eleemosynæ licite accipi possunt, vt fiant boni, dum modo nō dent de alienis, vel male acquisitis. Et quòd peccatores sunt per beneuolentiā attrahēdi. Et quòd inimicis et seductoribus nostris debemus esse beneuoli, sicut ille, qui cum illo recubuit, a quo sciebat in corde se despici et iudicari. Propter quod subditur: *Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere*, ideſt, rationem et causam inquirere, scilicet, *quare non baptizatus esset*, ideſt, lotus more Iudæorum, *ante prandium*, ac per hoc ipsum iudicans tamquam immundum, et contemptorem paternarum traditionum. Vnde simile leguntur Pharisæi Domino, et eius discipulis obiecisse: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lauant manus suas cum manducant. Hoc autem erat apud Iudæos

Luc. 2. f †*Hom. Bernardo adscripta, quæ incipit: Petis a me, to. 2.* *Idē Doct. eadē dicit, lib. de paupert. Christi, q. 2. Et in Apolog. paup. resp. 3. p. 1. ar. 1. to. 7.* * *2. Cor. 8. b* *Mat. 15. a*

Diuisio.

præcipuum. Vnde dicitur: Pharisæi enim et omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus non manducant, tenentes traditionem seniorum: et a foro, nisi baptizentur, non comedunt. Et ratio huius erat: quia maximam vim faciebant in seruanda munditia corporum. Vnde duplex ostenditur ex hoc simulatio in Pharisæo. Prima, quia eum quem pie reficiebat exterius, impie iudicabat interius. Secunda, quoniam zelabat munditiam corporalem, nec attendebat spiritualem. Et ideo Hypocrita erat tam in conspectu hominum, quàm Dei, contra illud Ecclesiastici: Ne accesseris ad illum duplici corde: et ne fueris hypocrita in conspectu hominum.

Mar.7. a Simulatio duplex in Pharisæo. *Eccli.1. d*

Secundo, quantum ad increpationis seueritatem ex parte magistri subdit: *Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi, quod deforis est calicis et catini mundatis*. Calix est vas ad bibendum. Catinum ad manducandum. Et hæc vasa maxime mundabant Pharisæi et Iudæi, quia putabant se inquinari per cibum et potum, et inquinari per immunditiam vasorum. Vnde dicitur quòd multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, et vrceorum, et æramentorum, *et cetera*. Quia vero, vt dicit Ambrosius, calix est vas vitreum, et catinum vas fictile: et quia vtrumque fragile, recte designat fragilitatem humani corporis, circa quam Pharisæi erant potissime intenti, neglecta munditia conscientiæ. Et hoc erat reprehensibile. Nam dicit Isaias: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et Hieremias: Laua a malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias. Quod Pharisæi non obseruabant. Propter quod addit: *Quod autem intus est vestrum, plenum est rapina et iniquitate*. Ac per hoc immundum et abominabile, vnde de eis poterat dici illud: Diuites eius repleti sunt iniquitate, et habitantes in ea loquebantur mendacium. Ecclesiasticus: Accessisti maligne ad Dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia. Quia non habet intra, quod simulat extra. Et ista erat non tantum malitia, sed et stultitia, quia neglecto meliori, de corpore tantum curabant. Vnde subditur: *Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, scilicet* corpus: *Etiam quod de intus est, fecit* scilicet spiritum. In quo simul damnatur hæresis Manichæorum qui Deo actori tribuunt spiritum, et diabolo corpus: cum tamen dicatur in Genesi: Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ, et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Confutatur etiam hypocrisis Pharisæorum, qui Deo satagebant placere solius corporis purificatione, cum tamen Dominus fecerit vtrumque, et maxime sit Conditor animæ secundum illud: Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Et Dominus præcipue se vocat Deum animarum: Omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita et anima filij. Et propter hoc vult maxime animarum munditiam: et tali promittit suam præsentiam, secundum illud: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: et ideo Pharisæi, qui de hac non curabant, vt stulti erant. Vnde Chrysostomus: Deus neque corporum munditiam laudat, neque sordes condemnat. Pone tamen quòd sordes odit vasorum, quanto igitur magis conscientię sordes odit? Vnde de hac præcipue curandum, quia sine munditia conscientiæ nihil est mundum. Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum et mens et conscientia.

Mar.7. a Calix. Catinum. *Amb. to. 5. li. 7. in hūc locum cap. 12. Luce.* *Isa. 1. d* *Hier. 4. d* *Mic. 6. c* *Eccli. 1. d* *Gen. 2. b* *Eccli. 12. a* *Eze. 18. a* *Mat. 5. a* *Tit. 1. d*

Tertio quantum ad admonitionis suauitatem ex parte mēdici subiungit: *Verumtamen quod superest, date eleemosynam*. Quod superest, hoc est, remedium quod restat, est, vt per eleemosynam purgetis nequitiam. Secunda enim tabula, quæ restat post naufragium, est pœnitentia. Et hoc modo accipitur hic eleemosyna, quod patet in hoc quod sequitur: *Et ecce omnia munda sunt vobis*. Impossibile enim est, omnia posse

posse mundari per solius exterioris eleemosynæ erogationē: sed vocatur hic donatio eleemosynæ quodlibet opus misericordiæ ordinatæ, quæ primum in-
Eccli.30.d cipit a se secundum illud: Miserere animæ tuæ, placens Deo. Hanc misericordiam sibi impendit, cum se per pœnitentiam purgat a vitijs. Nam aliter cru-
Psal.10.b delis est sibi, secundum illud: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Aliter potest exponi, de eleemosyna proprie dicta, vt sit sensus: *Quod superest, date eleemosynam*, idest, de eo quod supereſt, vt sic
2.Cor.8.c tangatur eleemosynæ forma secundum illud: Non vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio. Et post formam subditur efficacia cum ait: *Ecce omnia munda sunt vobis*. Quia eleemosyna disponit ad gratiam, per quam mundatur anima tota. Et propter hoc dicitur:
1.Tim.4.b Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ. Licet autem eleemosyna dicatur valere ad tria principaliter, tamen septiformis ostenditur eius efficacia in scriptura. Prima est, quia animam mundat a culpa, sicut hic habetur.
Septiformis est eleemosynæ efficacia.
Eccli.3.b Et etiam Ecclesiasticus: Eleemosyna patris non erit in obliuione. Et paulo post: Et sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Secunda est, quia liberat a pœ-
Tob.4.b na æterna: Eleemosyna ab omni peccato, et a morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras. Ter-
Dan.4.e tia, quia defendit a pœna trāsitoria: Peccata tua eleemosynis redime, *et cet.* Quarta est, quia mitigat fomi-
Eccli.3.d tis concupiscētiam. Ignem ardentem extinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis. Quinta, quia dat de
Eccli.29.b hoste victoriam: Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit. Et paulo post: Super scutum potentis, et super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit. Sexta, quia conseruat gra-
Eccli.17.e tiam secundum illud: Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso, et gratiam hominis quasi pupillā conseruabit. Septima, quia dat fiduciam perueniendi ad
Tob.4.b gloriam: Fiducia magna erit corā summo Deo eleemosyna, facientibus eam. Hi septem effectus sunt ipsius eleemosynæ, quæ tam corporaliter, quàm spiritualiter exhibetur. Opera misericordiæ corporalis hoc versu designantur:

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Mat.25.c De quibus, præterquam de vltimo, disceptatur in
Tob.2.a iudicio. De vltimo vero fit mentio in Tobia: Ad hoc autem quòd eleemosyna habeat has efficacias, necessaria est primo simplicitas in corde. Vnde:
Mat.6.a Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, *et cetera*. Secundo vero discretio in electione secun-
Eccli.12.a dum illud: Si benefeceris, scito cui benefeceris. Ter-
Isa.58.c tio vero compassio in affectione. Cum effuderis esurienti animam tuam, *et cetera*: orietur in tenebris lux
Iob 30.d tua. Et in Iob: Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, et cōpatiebatur anima mea pauperi. Quar-
Eccli.18.b to vero dulcedo in sermone: Nonne ardorem refrigerabit ros? sic et verbum melius, quàm datum.
Ibid.35.b Quinto, hilaritas in facie: In omni dato hilarem fac
Ps.111.a vultum tuum. Iocundus homo, qui miseretur, *et ce-*
Tob.4.b *tera*. Sexto, debita quantitas in munere. Quo modo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit,
Prou.3.d *et cetera*. Septimo vero celeritas in opere et exhibitione: Ne dicas amico tuo: Vade, et reuertere, *et cetera*. Et tunc fit eleemosyna ex toto homine, ac per hoc est Deo accepta et placens.

Sed va vobis Pharisæis, et cetera. Post increpationem duplicitatis, subditur hic duplicitatis et hypocrisis
Mat.23.b comminatio calamitatum. Vnde quasi superadditur ista determinatio: *Va vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ*. Et quoniam hæc duo genera personarum, scilicet Pharisæorum et Scribarum, simulabant maxime religionem: ideo contra has duas personas facit suam inuectionem, sed in Matthæo simul: hic autem distincte. Ideo pars ista habet duas. In prima comminatur, *vaipsis Pharisæis*: In secunda vero *Scribis*, siue Legisperitis ibi: *Respōdens autem quidam ex Legisperitis*, et cetera. Comminatio autem damnationis æternæ tertio replicatur contra Pharisæos, propter triplicem causam, scilicet propter negligentiam, propter arrogantiam et propter fraudulentiam, vt sit negligentia in omissione boni, arrogantia in commissione mali, fraudulentia in occultatione mali, et ostentatione boni. Primo igitur cōminatur Pharisæis pœnam æternam propter negligentiam: quia minimis intenti omittebant maxima. Et hoc cum dicit:

Sed va vobis Pharisæis, quia decimatis mentam, et rutam, et omne olus, quasi multum sitis intenti ad impletionem diuinorum mandatorum. Vnde infra se iactabat Pharisæus: Decimas do omnium, quæ possi-
Inf.18.e deo. Sed tamen per hoc non iustificabantur, propter omissionem optimorum. Vnde addit: *Et præteritis omne iudicium, et charitatem Dei*, ideſt iustitiam et misericordiam. Et hoc est quod maxime requirit Deus secundum illud: Indicabo tibi, o homo, quid sit bo-
Mich.6.b num, et quid Dominus requirat a te: vtique facere iudicium, et diligere misericordiam. Et hanc vocat charitatem Zacharias: Iudicium verum iudicate: et
Zach.7.c misericordiam et miserationes facite vnusquisque cum fratre suo. Ita quòd sit iudicium respectu sui, et charitas siue misericordia respectu proximi. Vel per iudicium intelligatur diuinum præceptum secundum illud: Iudicia Domini vera, iustificata in semet-
Psal.118.c ipsa, *et cetera*. Charitas autem dicitur præcepti finis:
1.Tim.1.a et complementum finis præcepti est charitas, *et cetera*. Vel per iudicium intelliguntur præcepta iudicialia secundum illud: Hæc sunt iudicia quæ pro-
Exo.21.a pones eis: Si emeris seruum, *et cetera*. Per charitatem, moralia. Vnde ad Romanos: Qui diligit proxi-
Rom.13.e mum, legem impleuit: Nam non adulterabis, *et cetera*. Arguit igitur eos quia propter cæremonialia dimittebant iudicialia, et moralia, quæ magis solicite erant facienda, et propterea addit: *Hæc autem oportuit facere*, scilicet iudicium et charitatem primo et
Osea 6.c principaliter. Vnde Oseas: Misericordiam volui, et non sacrificium: et scientiam Dei plusquam holocausta: *Et illa non omittere*, quia Ecclesiasticus: Qui sper-
Eccli.19.a nit modica, paulatim decidet. Et in Ecclesiaste:
Eccl.7.c Qui timet Deum, nihil negligit.

Secundo, hanc comminationem iterat propter arrogantiam cum subdit: *Va vobis Pharisæis: quia diligitis primas cathedras in synagogis*, quantum ad ambitionem dignitatis. Vnde Glossa: Arrogātiam redarguit:
Glossa in hūc locum to.5. quia primatus dignitatem appetebant. Hæc autem
Eccli.7.a non est appetenda. Vnde Ecclesiasticus: Noli quærere ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris. Nam talis cathedra non est veræ excellentiæ, sed magis pestilentiæ secundum illud Psalmi: Beatus
Psal.1.a vir qui non abijt in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit: super quam tamen sedebant Scribæ et Pharisæi: verumtamen vt indigni: quia verba habebant, et non facta idonea. Vnde dicitur: Super cathedram Moysi
Mat.23.a sederunt Scribæ et Pharisæi: Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate et facite: secundum opera vero eorum nolite facere. Et quia ad ambitionem dignitatis sequitur appetitus laudis, propterea subdit: *Et salutationes in foro*, ideſt, laudes in conspectu multorum, vt ceteris honoratiores viderentur. Vnde
Mat.23.b additur: Amant salutationes in foro, et vocari ab hominibus rabbi. Vnde hic arguuntur propter vanam gloriam, propter quam veritatem cognitā confiteri non audebant secundum illud: Ex principibus
Ioan.12.f autem multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt e synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominū magis quàm gloriam Dei. Ex quo apparet quòd laudes et honores hominum secundum diuinam informationem omnino debemus contemnere: non, vt Pharisæi, appetere. Etenim qui hæc amat, vt dicit Hieronymus, non est Christi discipulus, sed Scriba et Pharisæus.

Digitized by Google

Sup. 5. 6 Chriſtus enim cum petebatur ad regnum, fugit in montem: Cumq. laudaretur, ſecedebat in deſertum ad orandum.

Tertio hanc comminationem replicat propter fraudulentiam, cum ſubdit: *Va vobis, quia eſtis vt monumenta, quæ non patent*, ſcilicet qualia ſunt intus, quia fœtida et immunda ſunt intus: ſed extra ſunt pulchra. Vnde addit: *Et homines ambulantes ſupra, neſciunt*. Tales ſunt hypocritæ, qui cum intra ſint mali, extra tamen videntur boni et perfecti. Vnde merito dicuntur ſepulchra, ideſt, ſemipulchra, ſecundum illud: Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis, *et cetera*. Et ideo non ſunt filij ſponſi, immo omnino oppoſiti. Nam: Nigra ſum, ſed formoſa. Iſti autem albi ſunt, ſed fœtidi, ideo merito dicuntur monumenta. Vnde: Væ vobis Scribæ et Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris patent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, et omni ſpurcitia. Vnde Chryſoſtomus: Iuſtorum corpora templa dicuntur, corpora vero peccatorum ſepulchra, quia intus eſt anima mortua: nec enim viua putanda eſt, quæ nihil viuum, ideſt, ſpirituale egit in corpore. Et poſt: Dic hypocrita, ſi bonum eſt bonum eſſe, cur non vis eſſe quod vis apparere? Quod autem turpe eſt apparere, turpius eſt eſſe. Aut ergo eſto quod appares, aut appare quod es. Ex his Domini verbis poteſt intelligi, qui ſint illi, qui debent hypocritæ iudicari, ſcilicet in quibus regnat negligentia, arrogantia, fraudolentia. Hi autem ſunt qui minima præferunt maximis, tranſitoria æternis, apparentia veris. De his autem iudicare non eſt hominis cuiuſlibet, ſed Chriſti qui cor aſpicit, ſecundum illud: Nolite ante tempus iudicare, quouſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, *et cetera*. Nam Dominus non reprehendit bonitatem apparentem, et euidentem, ſed ſophiſticam, et non exiſtentem.

Sepulchrũ, ideſt ſemipulchrum. *Pſal. 5. c* *Cant. 1. b* *Mat. 23. b* *Io. Chryſo. to. 2. homil. 45. in Mat.* *Chryſoſt. ibidem.* *1. Cor. 4. b*

Reſpondens autem quidam ex Legiſperitis, et cetera. Poſtquam comminatus eſt væ Phariſæis, hic ſecundo comminatur væ Legiſperitis, et hoc tribus de cauſis. Primo propter deſidiam contra veritatem vitæ: ſecundo, propter perfidiam, contra veritatem iuſtitiæ, ibi: *Va vobis, quia ædificatis monumenta*. Tertio propter fallaciam contra veritatem doctrinæ, ibi: *Va vobis Legiſperitis, quia tuliſtis clauem*, et cetera. Hæc enim triplex veritas maxime debet eſſe in doctoribus legis, ſed in Legiſperitis nihil erat, niſi hypocriſis. In comminando igitur gehennam propter deſidiam primo præmittitur oſtentatio auctoritatis: Secundo adiungitur comminatio calamitatis. Primo igitur quantum ad oſtentationem auctoritatis ex parte Legiſperiti, dicitur:

Reſpondens autem quidam ex Legiſperitis, qui ſcilicet ſibi peritus eſſe videbatur, ſecundum illud Iſaiæ: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, et coram vobiſmetipſis prudentes. Et quia tales videntur ſibi et docti et magni, ideo contumelioſum putant ab aliquo argui. Propter quod ſubdit: *Ait illi: Magiſter, hæc dicens, etiam nobis contumeliam facis*. Quod non diceret, niſi ex conſcientia ſentiret ſe ſimiliter tranſgredi, et ex ſuperbia nollet reprehendi. Vnde poterat ſibi dici illud ad Romanos: Confidis teipſum ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, *et cetera*. Qui ergo alium doces, teipſum non doces. Doctrinam ſanam putant contumeliam, quia vt dicitur in Prouerbijs: Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius. Et vere talis erat ſtultus, qui reputabat ſe eruditum: quoniam ibidem dicitur: Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem habebit inſipiens.

Iſa. 5. e *Rom. 2. d* *Prou. 18. a* *Ibid. 26. b*

Secundo vero quantum ad comminationem calamitatis, propter deſidiam bene agendi, dicitur: *At ille ait: Et vobis Legiſperitis va*, ſcilicet damnationis æternæ. Et ratio huiuſmodi eſt, quia multa dicebant, et pauca faciebant. Ideo ſubdit: *Quia oneratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt*, ideſt, præceptis et traditionibus ſuperſtitioſis, ac inutilibus, vt merito dicatur illud Actuũ: Quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque nos neque patres noſtri portare potuimus? Vnde Matthæus: Alligant onera grauia et importabilia, et imponunt in humeros hominum, *et cetera*. Ad quæ ſcilicet nemo tenetur, et ipſi dicunt eos ad ea teneri. Et quia hæc onera imponebant dicendo, ſed non portabant faciendo, addit: *Et ipſi vno digito veſtro non tangitis ſarcinas*. Nota ſignanter quod dicit: *Vno digito non tangitis*. Non dicit: *non portatis*. Frequenter doctor docet quod facere non poteſt, verumtamen non eſt doctrina eius contemnenda, ſi facere vult: quia voluntas ei computatur pro facto. Vnde in lib. Regum: Æqua pars erit deſcendentis ad prælium, et remanentis ad ſarcinas, et ſimiliter diuident. Et hoc dicitur pro viris, qui laſſi ſubſtiterant: ſed qui non vult digitum ad ſarcinas apponere, manifeſtum eſt quòd nihil laboris vult ſuſtinere. Et talis, ſiue imponat per modum magiſtri, ſiue per modum prælati, omnino eſt reprehenſibilis, nec eſt imitator Chriſti, de quo dicitur: Cœpit Ieſus facere, et docere. Vnde contra iſtos: Non habebis in ſacculo diuerſa pondera. Et in Prouerbijs: Pondus, et pondus: menſura, et menſura: vtrumque abominabile eſt apud Dominum. Hoc autem eſt, cum homo ſibi eſt miſericors, et proximo vel ſubdito durus, cum nihil portat: ſed totum alijs portandum imponit. Vnde Chryſoſtomus: Vis apparere et eſſe ſanctus? contra vitam tuam eſto auſterus, circa alios benignus. Audiant te homines parua mandantem, et grauia facientem.

Act. 15. b *Mat. 23. a* *1. Reg. 30. f* *Act. 1. a* *Deut. 25. d* *Prou. 20. b*

Sãctus quo modo quis apparere queat.

Va vobis qui ædificatis, et cetera. Poſtquam comminatus eſt eis, Væ, pro culpa deſidiæ, ex defectu veritatis vitæ, hic ſecundo replicat idem pro culpa perfidiæ, contra veritatem iuſtitiæ, quæ quidem erat in impia iuſtorum perſecutione. Circa quam primo exaggeratur ipſorum culpa: deinde aggrauatur vindicta. Primo igitur quantum ad exaggerationem culpæ, dicit: *Va vobis qui ædificatis monumenta prophetarum*, prætendentes pietatem in facto, ſed gerentes impietatem in animo, ſicut et patres eorum. Propter quod ſubdit: *Patres autem veſtri occiderunt illos*, ſcilicet tamquam impij iuſtos. Vnde dixit beatus Stephanus: Quem prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu iuſti. Sed et iſti licet aliud ſimularent, erant imitatores eorum. Propter quod addit: *Profecto teſtificamini quòd conſentitis operibus patrum veſtrorum*, ideſt, conſentitis hæc fuiſſe opera patrum veſtrorum. Vnde dicitur: Teſtes eſtis vobiſmetipſis quòd eſtis filij eorum, qui occiderunt prophetas. Ideo addit: *Quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra*. Et ſic ſigno et verbo teſtes erant quòd patres eorum ipſos occiderant. Et hoc quidem ſimulabant ſe verbo et ſigno reprobare. Vnde dicitur: Ornatis monumenta iuſtorum, et dicitis ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum, *et cetera*. Sed approbant cõſimili facto et voto quòd ipſi, et patres eorum erant perſecutores bonorum: et ex hoc teſtes erant, ſe conſentire operibus patrum. Vnde Hieronymus: Contra voſmetipſos teſtes eſtis, opere enim vos eſſe imitatores patrum teſtificamini, quorum facinora deteſtamini verbo. Vnde dicitur: Dura ceruice, et incircumciſi cordibus et auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut patres veſtri et vos. Et quia malitia quam gerebant in corde, permiſſione Dei propalanda erat in opere, ideo ſubdit:

Mat. 23. d *Act. 7. g* *Act. 7. g*

Propterea

Digitized by Google

Propterea et sapientia Dei dixit, ideſt ab æterno diſpoſuit, vel ipſe Chriſtus diſpoſuit, vel præuidit, qui eſt Dei virtus, et Dei ſapientia. Vel *dixit*, ideſt prædixit voce prophetica. *Mittam ad illos Prophetas et Apoſtolos, et ex illis occident et perſequentur*, ſecundum illud Hieremiæ: Miſi ad vos omnes ſeruos prophetas per diem, conſurgens diluculo, mittens, et non audierunt me, ſed nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed indurauerunt ceruicem ſuam, et peius operati ſunt, quàm patres eorum. Hoc verificatum eſt in iſtis, qui non tantum prophetas, ſed et Dominum prophetarum occiderunt. Vnde dicit eis Petrus: Vos autem ſanctum et iuſtum negaſtis et petiſtis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitæ interfeciſtis. Occiderunt etiam et perſecuti ſunt omnes teſtes ipſius. Nam Iacobus occiſus eſt, et Petrus comprehenſus. Perſecuti ſunt etiam ipſum Paulum et Barnabam, vt trãſmigrarent ad gentes. Etiam diſcipuli flagellati ſunt.

Hier. 7. f — *Act. 3. e* — *Act. 12. a* — *Ibid. 13. g* — *et 14. a*

Secundo vero quantum ad aggrauationem vindictæ dicit: *Vt inquiratur ſanguis omnium prophetarum.* Inquiritur namque per vindictam, vnde in pſalmo: Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt, *et cetera*. Et in Geneſi: De manu viri fratris eius, requiram animam hominis: Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Inquiretur igitur ſanguis, ideſt, vindicta effuſionis ſanguinis, propter quod addit: *Qui effuſus eſt a conſtitutione mundi*, ideſt, ab initio vſque ad finem. Inquiretur, inquam, *A generatione iſta*, quaſi dicat quòd vindicta omnis ſanguinis ſancti viri effuſi erit ſuper generatione Iudæorum: quia ipſi effuderunt ſanguinem illius, qui erat ſanctus ſanctorum, ſcilicet Chriſti. Occidetur Chriſtus, et non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Vnde ipſi dixerunt: Non habemus regem niſi Cæſarem. Et Matthæus: Sanguis eius ſuper nos, et ſuper filios noſtros. Vel hoc dicitur, vt ipſi puniantur in exemplum aliorum. Quia, cum viderent malum in alijs puniri, ſe non correxerunt. Vnde Chryſoſtomus: Quid aliorum peccata vindicat Deus in iſtis, ſi ſoli ſint paſſi talia, cum non ſoli peccaſſent? Sicut multis ſeruis peccantibus, caſtigatur vnus pro ſuo peccato, et tamen pro omnibus flagellatus pertulit ſolus quod in omnibus eſt commiſſum. Ratio autem quare magis ad iſtos pœna peruenit, redditur ab eodem Ioanne. Quia, inquit, Vos audiſtis de Cain et de ceteris malis vindictam factam, et ſi non eſtis per eorum exempla correcti, grauiori pœna feriemini, et venient ſuper vos exempla priorum. Et propterea exemplificat ſecundum teſtimonia ſcripta, cum ſubdit: *A ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem Zacharia*. Abel namque primus fuit iuſtus a fratre occiſus ſecundum quòd dicitur. Zacharias autem iſte fuit filius Ioiadæ qui occiſus fuit a rege Ioas, qui multa bona acceperat ab eius patre, ſecundum quòd hiſtoria narrat. Verumtamen iſte non fuit interfectus vltimo. Sed ideo magis coniungitur cum primo: quia Abel paſtor ouium fuit, et necatus in agro: Zacharias vero ſacerdos, et necatus in atrio templi. Qui duos ordines martyrum deſignant, ſcilicet laicos, et eos qui altaris officio mancipantur. Ideo locum mortis huius totum deſignat, cum ſubditur: *Inter altare et ædem*, ideſt, occiſus fuit inter templum et altare holocauſti. Duo namque altaria erant in templo, vnum interius, ſcilicet incenſi, et aliud exterius, ſcilicet holocauſti. Secundum quod legitur: Et inter hoc, et templum, Zacharias a Iudæis fuit occiſus, ſecundum quòd ſcribitur: Congregati aduerſus eum, miſerunt lapides iuxta regis imperium, in atrio domus Domini. Sequitur: Qui, cum moreretur, ait: Videat Dominus et requirat. Hoc dixit attendens æquitatem diuinæ iuſtitiæ, quæ nihil dimittit inultum. Ad cuius infallibilitatem notandam iterat futuram vindictam, cum ſubdit: *Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione*. Ita, vt per pronomen fiat demonſtratio generationis malignæ. Dicit enim Gloſſa Bedæ: Omnes maligni vna generatio ſunt, vna ciuitas, vnũ corpus diaboli, ſicut omnes boni, vnum corpus, vna generatio ſunt Dei. Vnde de hac generatione iniqua intelligi poteſt illud: Generatio quæ pro dentibus gladios habet, et commandit molaribus ſuis, vt comedãt inopes de terra, et pauperes ex hominibus. Hæc eſt generatio, a qua requiretur vindicta. Sed in hac ſpecialiter a gente Iudaica, quia conſummata in eis fuit perfidia. Vnde Chryſoſtomus: Sicut bonis per multas generationes promiſit Deus Chriſtũ venturum, præſtitit autem nouiſſimis ſanctis, ita per ſingulas generationes comminatus eſt malis. Reddet autem generationi nouiſſimæ: numquam enim talis gratia data eſt hominibus, qualis in Chriſto, aut talis interitus veni t ſuper impios ſicut ſuper Iudæos. Vnde poſſunt ipſi dicere illud Geneſis: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum. Et poſt: En ſanguis eius requiritur.

Beda. to. 5. lib. 3. in ca. 21. Luca. — *Prou. 30. d* — *Gen. 42. d*

Va vobis legiſperitis, et cetera. Hic tertio replicat væ, propter fraudulentiam contra veritatem doctrinæ. Et quia mali et ſeductores proficiunt in peius, ideo primo præmittitur comminatio gehennæ: ſecundo vero adiungitur obduratio nequitiæ. Primo igitur quantum ad comminationem pœnæ propter defectum veritatis doctrinæ, dicit: *Va vobis Legiſperitis qui tuliſtis clauem ſcientiæ*, ſcilicet quantum ad officium diſpenſationis doctrinæ. Hæc autem clauis principaliter eſt Chriſti, tamquam ſummi doctoris. Quia magiſter veſter, vnus eſt Chriſtus ſecundum quòd dicitur. Et de hac Iſaias: Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, et aperiet, *et cetera*. Hanc tulerant Scribæ, ſimulantes ſe recte docere, ſed tamen non recte docebant, quia negligebant ſeipſos et increpabant alios. Propter quod ſubdit: *Ipſi non introiſtis, et eos qui introibant prohibuiſtis*. Ipſi namque non introibant, quia licet haberent verba, non habebant factã. Vnde poterat eis dici illud ad Romanos: Qui alium doces, teipſum non doces: qui prædicas non furandum, furaris. Et quia ſola verba habebant, intrare non poterant. Non omnis qui dicit mihi: Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, *et cetera*. Iam non ſolum per ſola verba non intrabant, ſed alios etiam impediebant per mala exempla, vnde verificatum eſt illud Hieremiæ: Grex perditus factus eſt populus meus: paſtores eorum ſeduxerunt eos, ſcilicet a recta via, vel malis exemplis, vel falſis doctrinis, ſecundum illud: Prophetæ tui viderunt tibi falſa et ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent; viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, quia ex falſis aſſumptionibus fere omnes conſcientiæ diſtortæ formantur; per quas homines a regno Dei eijciuntur, et in illud intrare prohibentur. Vnde Chryſoſtomus: Lex et prophetæ Chriſti aduẽtum manifeſte prædicabant, ſed hanc ianuam intellectus prauis expoſitionibus claudebant. Et ideo prohibebant intrare vocando a via veritatis, exemplo, et verbo. Contra quod in Prouerbijs dicitur: Noli prohibere benefacere eum qui poteſt, ſi vales, et ipſe benefac.

Mat. 23. a — *Iſa. 22. g* — *Rom. 2. e* — *Mat. 7. e* — *Hier. 50. a* — *Thr. 2. e* — *Prou. 3. d*

Secundo quantum ad obdurationem nequitiæ, ſubditur: *Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi, et Legiſperiti grauiter inſiſtere*. In quo oſtendunt cor ſuum eſſe obduratum, et aggrauatum, audiendo verbum diuinum. Vt oſtendatur in eis eſſe verificatum illud Iſaiæ: Vade et dices populo huic: Audite audientes et nolite intelligere, et videte viſionem et nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, et aures eius aggraua, et oculos eius claude ne forte videat oculis ſuis, et auribus ſuis audiat, et corde ſuo intelligat, et conuertatur, et ſanem eum. Et Matthæus:

Iſa. 6. e

Mat.13.b thæus: Incrassatum est cor populi huius, et auribus grauiter audierunt, et oculos suos clauserunt, nequando videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligãt, et conuertantur, et sanem eos. Nec tantum erat in eis obduratio, sed veritatis impugnatio. Vnde addit: *Et os eius opprimere de multis*, quasi os illud mundissimum locutum esset malum, vel falsum. Vnde ve-
Amos 5. c rificatum est illud: Odio habuerunt corripientem
Ioan. 7. a in porta, et loquentem perfecte abominati sunt. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quòd opera eius mala
Prou. 9. b sunt. Et ideo in Prouerbijs: Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit. Quia conuertitur ad conuicia, propter veritatem auditam. Et quia non sufficit obstinatę malitiæ conuiciari quę odit, sed etiam nititur machinari ad mortis interitũ. Propterea subdit: *Insidiantes ei, et quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accusarent illum*. Non enim audebant aperte ipsum occidere, propter timorem turbarum, sed volebant occulte occidere propter odium veritatis auditæ.
Ioan. 8. c Vnde Ioannes: Nunc autem me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui a patre meo. Quod quærebat caute et mali-
Mat.22.b tiosè. Vnde Matthæus: Abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt Iesum caperent in sermone.

CAP. XII.

MVLTIS *autem turbis concurrentibus*, et cetera.] Postquam Dominus in Pharisæis redarguit dolositatem simulationis malignæ, hic discipulos inuitat ad cautelam simulationis redargutæ. Et quoniam huiusmodi duplicitatem causat timor male humilians, vel amor male accendens: ideo pars ista diuiditur in duas. In quarum prima monet ad cauendam duplicitatem ex timiditate venientem: in secunda vero cupiditatem, infra eodem. *Ait autem ei quidam de turba*, et cetera. Prima autem pars habet quattuor partes. In quarum prima informat ad cauendam dolositatem: in secunda, confortat ad repellendam timiditatem ibi: *Dico autem vobis amicis*. In tertia autem inuitat ad conseruandam veracitatem ibi: *Dico autem vobis: Omnis quicumque confessus*, et cetera. In quarta vero animat ad habendam securitatem ibi: *Cum autem inducent vos in synagogas*. Et sunt istæ partes sibi correspondentes, quia duæ postremæ correspondent duabus primis. Informat autem discipulos ad cauẽdam dolositatem informatione celebri, et informatione credibili. Celebri, inquam, propter multitudinem turbæ. Credibili, propter certitudinem causæ. Primo igitur quantum ad multitudinem turbæ reddentis informationem celebrem dicitur:

Diuisio.

Multis autem turbis concurrentibus, ita vt se inuicẽ conculcarent. Et hoc quia vnusquisque volebat ei appropinquare, siue propter salutem habẽdam sicut supra.
Sup. 6. c Omnis turba quærebat eum tangere, *et cetera*. Siue
Inf. 15. a propter doctrinam suscipiẽdam sicut infra: Erant appropinquantes ad Iesum Publicani, *et cetera*. Siue propter ipsius Christi videndam benignitatem sicut
Iob 29. d in figura dicitur Iob: Cumq. sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. In tanta multitudinis præsentia celebris erat doctrina. Propter quod subdit: *Cœpit dicere ad discipulos suos*, in aperto: quia veritas non quærit latebras
Ioan. 18. c secũdum illud Ioannis: Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga et in templo, *et cetera*. Et talem decebat esse doctrinam ad confutandam Pharisæorum malitiam: quæ semper quærit latebram, quia contraria contrarijs curantur et tenebra per lumen expellitur. Propter quod additur: *Attendite a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis*, ideſt cauete, ne sitis hypocritæ, sicut Pharisæi: quorum vita et doctrina, propter malitiam et fallaciam, fermentum dicitur, quia corrumpit imperceptibiliter. Quie-
Osea 7. b uit paululum ciuitas a commistione fermenti, donec fermentaretur totum. Corrumpit etiam vniuersaliter, sicut dicitur: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ideo subditur: Expurgate vetus fer-
1.Cor.5.b mentum, vt sitis noua conspersio. Hoc autem est vetus fermentum, quod consistit in fraudulentia doctrinæ et malitia vitæ. Vnde ibidem subditur: Neque in fermento malitiæ et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis. Ab hoc fermento reuocat in hoc loco. Et de hoc in figura dicitur: Non ap-
Deut.16.a parebit fermentatum in omnibus terminis tuis. Quia hæc simulatio et hypocrisis debet elongari a cunctis operibus nostris, et maxime a deuotione spirituali. In Leuitico enim dicitur: Omnis oblatio quæ of-
Leu. 2. c fertur Domino, absque fermento fiet. Ab afflictione corporali, vt in Deuteron. Septem diebus comedes
Deut.16.a absque fermento afflictionis panem. A prædicatione diuini verbi: Non immolabis super fermento san-
Exo. 23. d guinem victimæ meæ. Vnde scriptura docet hoc vitium esse vitandum, tamquam maxime corruptiuũ. Licet autem sit maxime corruptiuum, non tamen est capitale peccatum: quia eius corruptio aliunde causatur. Nam hypocrisis originem trahit a vana gloria, Hypocrisis origo.
et hæc a superbia. Et ideo merito comparatur hypocrisis fermento. Nam sicut fermentum inflat, et inflando vanum facit, et sic corrumpit: sic superbia inflando introducit vanitatem gloriæ, et hæc vanitas introducit falsitatem corrumpentem. Vnde hoc fermentum cauetur per veritatem humiliationis voluntariæ, gloriationis internæ, signationis extrinsecæ secundum illud: Gloria nostra hæc est, testimo-
2.Cor.1.c nium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo.

Secundo vero quãtum ad certitudinem causę reddentis informationem credibilem subdit: *Nihil enim opertum, quod non reuelabitur, neque absconditum, quod non sciatur*. Vt per opertum intelligatur cognitio latens in intellectu: et per absconditum, delectatio latitans in affectu. Quorum vtrumque manifestum est Deo, secundum illud Hieremiæ: Ego Dominus scru-
Hier.17.b tans corda et probans renes, qui do, *et cetera*. Scru-
Psal. 7. b tans corda et renes Deus. Et ideo, quia ipsius erit omnia abscondita manifestare et reuelare in iudicio secundum illud: Data est a Domino potestas vobis, et
Sap. 6. a virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera nostra, et cogitationes scrutabitur. Et ad Corinthios: Veniet
1.Cor.4.a Dominus, qui illuminabit absconditа tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, *et cetera*. Et sic vitanda sunt omnia mala, quantumcumque occulta: quia omnia fient manifesta in iudicio: et quod plus est ad maiorem confusionem, fient ibi manifesta omnibus. Propter quod subdit: *Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur*. Hoc dicit quantum ad manifestationem respectu visus. Huius exemplum in
2.Reg.12.c Dauid habetur, cum dicit Dominus per Nathan ad Dauid: Tu fecisti absconditè: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis. Lumen enim solis visui cetera manifestat.
Quantum autem ad manifestationem respectu auditus dicitur: *et quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis*, ideſt, audientibus ceteris. Hoc quidem in iudicio fiet, quando scilicet secundum illud: Omnes qui in monumentis sunt, audient vo-
Ioan. 5. c cem filij Dei. Et tunc manifestabuntur susurrationes detractionum, secundum illud: Qui loquitur iniqua
Sap.1.b non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim, *et cetera*. Ideo consilium datur in Ecclesiaste: In cogitatione tua regi ne
Eccls.10.d detrahas, et in secreto cubiculi tui, non maledixeris diuiti: quia et aues cæli portabũt vocẽ tuam. Propter iudicium ergo manifestans cuncta in futuro, vitanda est omnis hypocrisis in præsenti sæculo. Ne fueris
Eccli.1.d hypo-

Digitized by Google

hypocrita in conſpectu hominum. Sequitur: Et reuelet Deus abſconſa tua, et in medio ſynagogæ elidat te. Et nota quòd eſt notabiliſſima cauſa, propter quam hypocriſis eſt vitãda, ſcilicet vniuerſalis manifeſtatio et plena interiorum: quæ maxime opponitur ſimulationi hypocritarum. Hæc autem manifeſtatio fiet per Chriſtum qui eſt ſplendor gloriæ paternæ, et figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ. Et quia ipſe eſt ſplendor intimus, ideo ipſius eſt omnia detegere. Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpiciẽtes omnes vias hominum, et profundum abyſſi, et hominum corda intuentes, *et cetera*. Quia vero ipſe eſt ſermo viuus, ideo ſibi omnia patẽt, et omnia patefacit vt verbum. Viuus eſt ſermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens vſque ad diuiſionem animæ, *et cetera*. Vſque ibi: Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Et ideo Chriſtus iudex, quia omnia deteget in iudicio, dicitur venire ſicut fulgur, et deſcendere in voce Archangeli, quia omnia omnibus clariſſima reſerabit.

Hebr. 1. a *Eccli. 23. c* *Hebr. 4. c* *Mat. 24. c*

Dico autem vobis amicis, et cetera. Poſtquam informauit ad cauendam doloſitatem, hic ſecundo confortat ad repellendam timiditatem. Ad hoc autem inducit duplicem conſiderationem, ſcilicet gehennalis punitionis, in qua nullus hominum poteſt deficere: et generalis prouiſionis, quam nullus hominum poteſt effugere. Primum reſpicit diuinã potentiam: ſecundum diuinam prouidentiam. Et primum incutit verum timorem: ſecundum veram ſpem. Et vtrumque horum eſt medicamentũ contra timorem mundanum. Primo igitur reuocat a timore hominũ, qui nihil poſſunt contra gehennale ſupplicium, quod ſolum eſt timendum. Propter quod dicit: *Dico autem vobis amicis*, ideſt, qui me amatis, et a me amamini ſecundum illud Ioannis: Ipſe pater amat vos, quia vos me amaſtis, *et cetera*. Talibus dicit: *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, et poſt hæc non habent amplius quid faciant.* Hic non timeatis corporalis mortis ſupplicium: quia corporale eſt, et momentaneum. Vnde Iſaias: Quis tu vt timeres ab homine mortali, et a filio hominis, qui quaſi fenum ita exareſcet? Et item: A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, ſtercus, et vermis, *et cetera*. Vnde quia tranſitoria eſt eorum pœna, ideo non eſt timenda, nec eorum ſupplicia. Vnde Seneca: Mors, exilium, luctus, dolor, nõ ſunt ſupplicium, ſed tributa viuendi: quod debeo, paratus ſum ſoluere, vbi me fenerator appellat. Et Chryſoſtomus: Si gratis poſt modicum morituri ſumus, quare non et ante modicum in cauſa Dei cum gloria morimur? Si mutuo acceperis bouem, aut equum, operaris inſtanter, et dicis: forte cras tolletur a me. Quare hoc non facis in corpore? Non ſunt etiam timenda a ſpiritu quæ fiunt in carne, et ita quaſi extra, vt in veſtimento, iuxta quod dicitur: Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. Ideo Chryſoſtomus: Propter animam Deus fecit corpus, et multum hanc zelat et perſequitur inimicus. Corpus vero veſtimentum eſt animæ. Sicut ergo, ſi quis ſcindit veſtem alterius, ille quidem iniuriam ſentit, damnum autem in perſona non patitur: ſic ruina occiſionis ſentit dolorem, damnum autem non patitur in natura. Propterea corporale ſupplicium non eſt timendum, nec etiam ille qui infert: ſed ſpirituale eſt maxime formidandum, et ſolus ille qui illud infert. Et propter hoc addit: *Oſtendam autem vobis quem timeatis*, vt bono ſcilicet timore, malum declinetis ſecundum illud Hieremiæ: Nolite timere ea, quia nec male poſſunt facere, nec bene. Et poſt: Quis non timebit te o rex gentium? *et cetera*. Ceterum quamuis non timeamus mundanam potentiam, oportet nos timere diuinam. Propter quod dicitur: *Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam*. Vnde in Pſalmo: Timeat Dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Et quia huiuſmodi timor maxime vtilis eſt, et neceſſarius. Ideo iterat: *Ita dico vobis, hunc timete*. Vnde Iſaias: Dominum exercituum ipſum ſanctificate, ipſe pauor veſter, et ipſe terror veſter. Et Hieremias: Me ergo non timebitis, ait Dominus, et a facie mea, *et cetera*.

Ioan. 16. d *Iſa. 51. d* *1. Mac. 2. g* *2. Cor. 5. a* *Hier. 10. a* *Pſal. 32. b* *Iſa. 8. c* *Hier. 5. c*

Secundo vero reuocat a timore hominum: quia nihil poſſunt contra generalem Dei prouidentiam. Quãtum ad hoc dicit: *Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio?* Dipondius hic nomen eſt monetæ habentis duos obolos, ſiue aſſes. Vnde Beda: Dipondius eſt põdus ex duobus aſſibus compoſitum. Quod autem in numeris eſt vnum, hoc in ponderibus eſt as. Quod duo, hoc dipondius: huic concordat, nec diſcordat quod dicit Matthæus: Nonne duo paſſeres aſſe veneunt? Quia ſicut videmus, cum quinque oua venduntur pro vno denario, duo dantur pro obolo. Parui igitur pretij eſt paſſer, cum tot ibi veneãt pro vno denario, tamen nec ipſe eſt alienus a diuino patrocinio. Propter quod additur: *Et vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo*: immo diuina prouidentia gubernatur ſecundum illud: Diligis omnia quæ ſunt, et nihil eorum odiſti quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti. Ex quo apparet quòd diuina prouidentia vſque ad minima ſe extendit, nec contradicit, iuxta illud: Numquid de bobus cura eſt Deo? Illud enim intelligitur de cura prouidentiæ ſpecialis, qua manuducit per viam æternæ ſalutis. Hoc autem intelligitur de prouidentia generalis adminiſtrationis, et conſeruationis de quo in Pſalmo: Qui dat iumentis eſcam ipſorum et pullis coruorum inuocantibus eum. Et nota quòd dicitur: *Non eſt in obliuione coram Deo*. Minus enim dicens, plus ſignificat, quia nihil eis euenit niſi ſecundum diuinam prouidentiã ordinantem. Vnde Matthæus: Vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro. Et tamen paſſeres facilliſme cadunt: vnde morbum caducum habere dicuntur. Et propterea potiſſime ponit de eis exemplum, tamquam de re manifeſta. Ex quo colligitur tamquam a minori quòd maxime circa regimen hominis diuina prouidentia ſit intenta. Ad cuius expreſſionem addit: *Sed et capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt*. Ex quo datur intelligi quòd maxime eſt illi cura de homine. Vnde Beda: *Sed et capilli*, vt de maſſa corporis taceam: nam et minutæ particulæ Dei prouidentia conſeruantur. Vnde numeratio non tam refertur ad cognitionem, quàm ad diligentiſſimam conſeruationem, quia de corporibus ſanctorum patientium, nec capillus perire poteſt. Vnde infra: Capillus de capite veſtro non peribit. Tanta eſt igitur Deo cura de nobis, vt nec capillus capitis noſtri ſine eius nutu poſſit auferri. Ideo non oportet nos ſolicitari per timorem ſecundum illud: Omnem ſolicitudinem veſtram proijciẽtes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Et hoc eſt, quod infert: *Nolite ergo timere, multis paſſeribus pluris eſtis vos*, ideſt, maioris pretij. In quo ſimul tangitur concluſio, et ratio illationis per locum a minori, Si enim cura et ſolicitudo eſt Deo omnipotenti de minori, multo fortius de maiori. Et ſi cura eſt Deo de nobis, non decet nos nimium ſolicitos eſſe pro nobiſmetipſis. Maioris autem pretij ſumus quàm creaturæ brutales, quàm volucres, quia rationales creaturæ ſumus: et hoc, quia ad imaginem Dei facti. Propter quod cetera ſubiecta ſunt homini: Faciamus hominem ad imaginem et ſimilitudinem noſtram, et præſit piſcibus maris, *et cetera*. Et ideo homo immediatiſſime eſt ſub protectione Dei, et maxime homo iuſtus, et amicus Dei. Et propterea non oportet quòd habeat auxilium alicuius caduci. Vnde dicitur in Geneſi: Noli timere Abraam, ego protector tuus ſum, et merces tua magna nimis, quaſi diceret: Noli timere, quia nihil pati potes pro defectu auxilij. Vel etiam pati potes ſine retri-

Beda to. 5. li. 3. in Luc. cap. 12. *Mat. 10. c* *Sap. 11. d* *1. Cor. 9. b* *Pſal. 14. b* *Mat. 10. d* Paſſeres morbum caducum habere dicuntur. *Beda in Gloſſa in hũc locum to. 5.* *Inf. 21. d* *1. Pet. 5. b* *Gen. 1. d* *Gen. 15. a*

Digitized by Google

retributione præmij, quamdiu adhæseris mihi.

Dico autem vobis: Omnis, et cetera. Postquam inuitauit ad cauendam dolositatem, et repellendam timiditatem, hic inuitat ad seruandam veracitatem. Veracitas enim confessionis est contra dolositatem simulationis. Ad hoc autem inducit dupliciter. Primo insinuando æquitatem diuinæ sententiæ. Secundo insinuãdo irremissibilitatem peccati blasphemiæ. Per primum monet ad veritatem confitendam: per secundum ad falsitatem declinandam. Primo ergo monet ad confitendam veritatem propter diuinæ sententiæ æquitatem, cum dicitur:

Dico autem vobis: Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus. Me, demonstrat personam in duabus naturis, idest, qui confitetur me esse verum Deum et hominem, non tantum corde dicens secundum illud: Nemo potest dicere, Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto, sed et ore exprimens, secundum quod dicitur: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Nec tantum ore, sed etiam opere contra hypocritas, et malos Christianos, de quibus ad Titum: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Contra quos: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, *et cetera*. Ideo Ioannes: Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate. Qui sic confitetur, plene confitetur, scilicet corde, ore, opere. De tali subiungit: *Et filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei*, scilicet quòd ipse sit de suis secundum illud: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum, *et cetera*. Vnde verificabitur illud: Anima quæ benedicit, impinguabitur. Ex quo apparet æquitas retributionis respectu confitentium: et vt nihil desit, ostenditur æquitas respectu negãtium, cum subdit: *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei*, quando scilicet Dominus dicet illud: Nescio vos, *et cetera*. Vnde supra: Qui me erubuerit et meos sermones, hunc filius hominis erubescet, *et cetera*. Et hoc exigit æquitas diuinæ sententiæ, de qua dicitur: Qui me honorificauerit, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, *et cetera*. Et nota quòd qui veritatem confitetur quam Christus docuit, Christum confitetur, siue in fide, siue in moribus. Qui autem illam negat, per consequens, negat et Christum. Qui dicit illam esse falsam, dicit Christum esse per consequens mendacem, ac per hoc Deum non esse verum, sed seductorem. Et nota quòd cõfessio nominis Christi magnam recompensationem habet, quia confessio, qua Christus confitebitur confitentem se, erit approbatiua, honorificatiua, et saluatiua. Nam Christus est rex, iudex, et pontifex. Confessio etiam eius est publica, præclara, et perpetua: nostra vero modica et momentanea. Et similiter per contrarium intelligitur de negatione sua: quod manifeste apparet in disceptatione iudiciali. Venite benedicti, et ite maledicti. Hæc igitur est nobilissima propositio, quæ mentes nostras erigit ad veracitatem. Ratio autem huius hæc est, quia veritas est verax, ideo non potest negare se, nec confitentem se, nec confiteri mendacem, nec contra se. Vnde: Si negauerimus, et ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsũ non potest.

Secundo vero monet ad declinandam falsitatem propter irremissibilitatem blasphemiæ, quæ licet remissibilis sit, cum fit per ignorantiam: irremissibilis tamen est, cum fit ex certa malitia. Propter quod dicit: *Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi*. In filium hominis verbum dicit, qui aliquid falsum imponit per ignorantiam deceptus. Et talis ignorantia, remissionem potest consequi. Vnde, *remittetur*, non dicit actum, quia non omnes pœniteat, sed aptitudinem, quia ignorantia excusat. Peccatum autem ex ignorantia dicitur esse in filium. Et hoc modo blasphemauit Paulus, ideo fuit misericordiã consecutus. Vnde dicit: Qui blasphemus fui, et persecutor et contumeliosus: sed misericordiam Dei cõsecutus sum, quia ignorans feci incredulitate. Non sic autem est cum quis blasphemat ex certa malitia, propter quod subditur: *Ei autem, qui in Spiritum blasphemauerit, non remittetur*. In Spiritum sanctum blasphemat, qui ex certa malitia veritatem impugnat, et de Deo indigna dicit. Et de tali dicitur quòd non remittetur, non quia numquã talis consequatur remissionem, sed quia ineptus est ad remissionem, eo quòd peccatum illud nullum habeat excusationis colorem. Vnde Richardus: Quidam blasphemat ex coactione et hic peccat in Patrem. Alius ex deceptione, et hic in Filium. Alius ex sola malignitate, et hic in Spiritum sanctum. Est autem in hoc genere sceleratissimum, in quo malitia creuit vsque ad summum, quando quis in vituperijs Dei delectatur. Quid ergo aliud videtur spiritus blasphemiæ quàm desiderium vituperationis diuinæ? Ex hoc ergo quòd hoc malũ nihil habet in se excusationis, nihil meretur recipere remissionis. Ineptus etiam est ad remissionem, quia impugnat diuinam gratiam, per quam præparatur quis ad pœnitentiam. Vnde talis aptus est ad impœnitentiam: in qua si perduret, numquam remittetur culpa. Vnde Beda: Qui gratiam Spiritus sancti, qua pœnitentia inspiratur, et ad conuersionem redditur non cognoscens, impœnitenti corde perseuerauerit, cum iam hoc non sit humanum, sed diabolicum, irremissibile erit. Et de tali blasphemia quæ adiunctam habet finalem impœnitẽtiam, verum est quòd numquam remittetur. Vnde Matthæus: Quod non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro. Ineptus est tertio, quia licet per approbationem approprietur Spiritui sancto, talis maxime inhonorat totam Trinitatem. Qui enim scienter et prudenter veritatem salutarem impugnat, et ex certa malitia, maximus est contemptor diuinæ virtutis, maximus calumniator diuinæ veritatis, maximus persecutor summæ bonitatis secundum illud Iob: Cucurrit aduersus Deum erecto collo, et pingui ceruice armatus est. Vnde quia talis contemptus calumnia et persecutio non potest esse sine cordis obduratione, et hanc concomitatur impœnitentia, et hanc peccati irremissibilitas: ideo blasphemia in Spiritum sanctum non remittetur.

Cum autem inducent vos, et cetera. Hic iam quarto hortatur ad habendam securitatem contra pusillanimitatem. Hoc autem facit duplici via, scilicet auferendo solicitudinem de periculo, et conferendo certitudinem de præsidio. Primo igitur aufert solicitudinem de periculo cum dicit: *Cum autem inducent vos in synagogas, et ad Magistratus et potestates*. In quo innuit discipulos tribulationem passuros a Iudæis et gentibus. Vnde dicitur hoc expressius: Tradent enim vos in concilijs et in synagogis, *et cetera*. Vnde in Psal. mo: Astiterunt reges terræ, *et cetera*. Et nota quòd tria genera personarum enumerat, coram quibus formidat homo loqui, scilicet coram multis, coram peritis, et coram magnis. Coram multis cum dicit: *In synagogis*. E contrario dicitur: Si expaui ad multitudinem nimiam, et despectio propinquorum terruit me. Coram peritis, vnde addit: *Ad Magistratus*. Vnde in Actibus: Adduxerunt Apostolos ad magistratus, *et cetera*. Coram magnis cum subdit: *Et potestates*. Vis non timere potestatem? Bonum fac. Primi non sunt timendi, quia plures nobiscum, *et cetera*. Secundi non, quia prudẽtior nobiscum, quia dicitur: Non poterant resistere sapientiæ et spiritui, *et cetera*. Similiter nec tertij. Vicistis eos, quoniam maior est, qui in vobis est, quàm qui in mundo. Et quoniam periculum est loqui in conspectu multitudinis obseruantis, et periculũ inducit timorem, et timor solicitudinem, et solicitudo inquietudinem, et inquietudo turbationem, et turbatio est occasio impatientiæ, ac ruinæ: ideo reuocat a superflua solicitudine, cũ subdit:

Nolite

1.Cor. 12. a
Rom. 10. b
Tit. 1. b
Mat. 7. c
1.Ioan. 3. c
Mat. 25. c
Prou. 11. d
Mat. 25. a
Sup. 9. c
1.Reg. 2. g
Mat. 25. e
2.Tim. 2. b
1.Tim. 1. c
Mat. 12. a
Iob. 15. d
Iob 31. a
Mat. 10. b
Psal. 1. a
Act. 4. a
Rom. 13. a
4.Reg. 6. c
Act. 6. c
1.Ioan. 4. c

Peccatum malitiæ est peccatum in Spiritum sanctum.

Beda in Glossa in hũc locum to. 5.

Peccatum ignorantiæ, est peccatũ in Filium Dei.

Digitized by Google

Nolite ſoliciti eſſe qualiter aut quid reſpondeatis, ſcilicet interrogantibus malitioſe, *aut quid dicatis*, ſcilicet volentibus addiſcere. In quo verbo non tollit ſolicitudi
Phil. 4. a nẽ ſtudioſitatis, ſed curioſitatis. De qua: Nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione et obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud
Iac. 1. a Deum, quia ſicut dicitur: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, *et cetera*. Et illud maxime faciendum eſt in articulo neceſſitatis: vbi non eſt quærendus ornatus verborum, nec profunditas ſententiarum, ſed mera et ſimplex fidei veritas cum multa conſtantia et feruore prolata. Iuxta quod
1. Cor. 2. a dicitur: Sermo meus, *et cetera*, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, *et cetera*. Non autem intendit retrahere a ſtudio veritatis cum dicat Ioan-
Ioan. 5. f nes: Scrutamini ſcripturas quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, ſed intendit perſuadere vt homo in periculo mortis non confidat de inuentionibus, quia homo deficit in inueniendo, fallitur in iudicando, et ideo deuiat frequenter innitens ingenio ſuo. Propter quod in Prouerbijs: Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuæ.

Secundo confert certitudinem de præſidio cum ſubdit: *Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora quid oporteat vos dicere*. Hic autem Spiritus ſanctus eſt optimus doctor, quia docet hominem intelligere,
Iob 33. b et ornate exprimere. Propter primum dicitur: In-
Ioan. 16. b ſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Et: Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem ve-
1. Cor. 2. c ritatem: quia ſicut dicitur: Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Propter ſecundum dicitur:
Sap. 10. d Sapientia aperuit os mutorum, *et cetera*. Et Mat-
Mat. 10. b thæus: Vos non eſtis qui loquimini, ſed Spiritus
2. Cor. 13. a Patris veſtri, *et cetera*. Ideo dicebat Apoſtolus: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur
Inf. 21. c Chriſtus? De his autem duobus infra: Ego dabo vobis os et Sapientiam, cui non poterunt contradicere et reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Et Ioannes:
1. Io. 2. e Vnctio eius docet vos de omnibus. Vnde Bernardus: Bona eſt lectio, ſed melior vnctio, quæ docet de omnibus. Nam vnctio docet dilectionem Dei et proximi. Et in hoc vniuerſa lex pendet et prophetæ,
Mat. 22. d ſecundum quòd dicit Matthæus: Tota etiam ſapien-
Aug. 21. ſent. lib. 1. ſen. 9. to. 4. tia philoſophiæ, ſicut dicit Auguſtinus, hoc eſt, Phyſica, Ethica, et Ciuilis. Spiritus etiam ſanctus faciendo animam adhærere Deo, facit eum animæ
Iſa. 25. b familiarem, et per hoc facit reuelari ſecreta: Vos autem dixi amicos, *et cetera*. Feruor etiam ſpiritus eleuat animam ſupra ſe vbi audit et videt arcana, ſicut
2. Cor. 2. a Paulus. Et ſicut Ezechias: Aſſumpſit me ſpiritus, *et*
Ezech. 3. d *cetera*. Sicut Ioannes: Fui in ſpiritu, *et cetera*.
Apoc. 1. b *Ait autem ei quidam*, et cetera. Poſtquam diſſuaſit doloſitatem venientem ex humana timiditate, et ipſam timiditatem, in hac parte diſſuaſit cupiditatem. Et habet hæc pars duas partes. In quarum prima reuocat a ſolicitudine auaritiæ: in ſecunda vero inuitat ad ſolicitudinem prouidentiæ infra eodem. *Sint lumbi veſtri præcincti*, et cetera. A ſolicitudine autem auaritiæ reuocat quadrupliciter. Primo ſcilicet documento rationali. Secundo, exemplo terribili, ibi: *Dixit autem ad illos ſimilitudinem*. Tertio, argumento irrefragabili, ibi: *Dixitq. ad diſcipulos ſuos*, et cetera. Quarto, promiſſo deſiderabili, ibi: *Et vos nolite quærere quid manducetis*, et cetera. Circa documentum rationale, per quod reuocat a ſolicitudine auaritiæ tria introducuntur. Primum eſt confutatio petitionis auari. Secundum eſt diſſuaſio auaritiæ. Tertium eſt aſſignatio cauſæ. Primo igitur quantum ad confutationem petitionis auari:

Ait autem ei quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. Vere iſte de turba erat quia de terra ſolicitus erat, ſecundum illud Maiæ: De humo eloquiũ tuum muſſitabit, *et cetera*.

A Contra ſe etiam loquebatur, dum Magiſtrum eum vocabat, quia Chriſtus non fatebatur ſe Magiſtrum in docendo, temporalia acquiri et diuidi, ſed potius derelinqui. Vnde adoleſcenti quærenti et dicenti: Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Reſpondit: Sis vis perfectus eſſe, vade, et vende, *et cetera*. Vnde Chriſtus non docebat quo modo augeretur pecunia, ſed quo modo ſeruaretur inopia. Contra ſe etiam loquitur, dum vult diuidi a fratre, cui debet coniungi. Veniebat autem hæc quæſtio ex priuato amore, qui diuidit coniuncta, quod maxime facit diabolus, non Dominus. Oſeas: *Oſea 13. c*
B Ipſe inter fratres diuidet. Et quoniam ſicut dicit Beda in Gloſſa: Chriſtus non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis, ac vnitatis, ideo confutat petitionem prædictam cum ſubdit: *At ille dixit ei*, ſcilicet Ieſus. *Homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſupra vos?* iudicem ſcilicet litium, et diuiſorem facultatum. Gloſſa: Dedignatur eſſe iudex litium, aut arbiter facultatum, qui viuorum et mortuorum habet iudicium, et meritorum arbitrium. Verum eſt vtique, ſicut dicitur in pſalmo quòd ipſe conſtitutus *Pſal. 2. b*
eſt rex ab eo ſuper Sion, montem ſanctum eius: et quòd in ditione eius, cuncta ſunt poſita. Sed quia
C Deus miſerat eum ad ſpiritualia communicanda, ideo deſcendere recuſabat ad temporalia diuidenda, inſinuans in hoc illud: Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus. Et nota quòd Chriſtus vocat eum hominem animalem et brutalem, propter amorem in terrenis, et litem diuiſionis. Vnde: Cum ſit inter vos zelus et contentio, *et cetera*. Et in *1. Cor. 3. a*
Pſalmiſta: Filij hominum vſquequo graui corde? *Pſal. 4. a*
et cetera. Vnde in hoc confutatio inſinuatur petitionis auaræ.

Secundo quantum ad diſſuaſionem auaritiæ ſubdit: *Dixitq. ad illos*: Videte, *et cauete ab omni auaritia*.
D Videte ſcilicet vt prouidi, et cauete, vt cauti: Videte fratres quo modo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, *et cetera*. Prouidentia namque facit cauere pericula, in quæ incidit quis per auaritiam: Qui volunt diuites fieri, incidunt *1. Tim. 6. b*
in tentationem et in laqueum diaboli, et deſideria multa inutilia, et nociua, quæ mergunt homines in interitum, et perditionem. Radix enim malorum eſt cupiditas, *et cetera*. Vnde ipſa excæcat hominem, quod ſignificatum fuit in excæcatione To- *Tob. 2. b*
biæ per ſtercora hirundinum. Et ideo dicit: *Videte*, ſcilicet æterna. *Et cauete*, ab auaritia quæ quærit
E temporalia: Non contemplantibus vobis, quæ vi- *2. Cor. 4. d*
dentur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt. Et quoniam appetitus cuiuſlibet boni tranſitorij, ſcilicet pecuniæ, et potentiæ et honoris, auaritia poteſt dici. Ideo dicit: *Cauete ab omni auaritia*: Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? *Iſa. 33. e*
Et ſequitur: Qui proijcit auaritiam ex calumnia, et excutit manus ſuas ab omni munere.

Tertio quantum ad aſſignationem rationis et cauſæ ſubdit: *Quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt ex his quæ poſſidet*, ideſt nullus propter abundan-
F tiam diuitiarum viuere poteſt diutius: Relinquent *Pſal. 48. b*
alienis diuitias ſuas, et ſepulchra eorum, domus illorum in æternum. Et Iob: Diues cum dormierit, *Iob 27. d*
nihil ſecum auferet. Et Pſalmiſta: Dormierunt ſom- *Pſal. 75. b*
num ſuum, et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Vnde abundantia vitam non prolongat, ſed frequenter abbreuiat: Multos *Eccl. 8. a*
perdidit aurum et argentum. Et in Actibus: Pecunia *Act. 8. d*
tua tecum ſit in perditionem. Et propterea ipſa perdenda eſt ne perdat poſſeſſorem. Et in Eccleſiaſtico: *Eccl. 29. b*
Perde pecuniam propter fratrem et amicum, et non abſcondas illam ſub lapide in perditionem.

Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens, et cetera. Hic ſecũdo reuocat a ſolicitudine auaritiæ per exẽplum

plum terribile. Circa quod tria introducuntur, scilicet vanæ securitatis occasio, vanæ securitatis conceptio, et vanæ securitatis subtractio. Primo igitur quantum ad vanæ securitatis occasionem venientem ex fructuum vbertate, dicit:

Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit.

Ps.143. d Hæc enim consueuerunt esse bona diuitum ex vbertate fructuum temporalium. Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fetosæ, *et cetera*. *Iob 21. a* Vnde Iob: Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatiq. diuitijs? *et cetera*. Domus eorum securæ sunt, et pacatæ, non est virga Dei super illos. Et quia diuitiæ sic faciunt securum, vt reddant solicitum, ideo subdit: *Et cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos?* *Eccls.4.b* Reperi et aliam vanitatem sub sole. Vnus est, et secundum non habet, non filium, non fratrem, et tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs, immo certe solicitantur. In Ecclesiastico: *Eccl.5. b* Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Et huius ratio est, quia cogitur multa cogitare. Et ideo subdit: *Et dixit: hoc faciam. Destruam horrea mea, et maiora faciam: et illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi et bona mea.* *Glossa in hūc locum to. 5.* Glossa: Ecce magna solicitatio ex auaritia, quia solicitudo destruendi facta, et ædificandi noua, licet enim essent horrea plena, cupiditas adhuc vacua quærebat noua receptacula. *Eccls.5.b* Auarus non implebitur pecunia, *et cetera*. Et in Ecclesiastico: *Eccli.14.b* Insatiabilis oculus cupidi, in parte iniquitatis non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam. Impletum erat horreum, sed cor erat vacuum, tum quia animam trinitatis capacem solus Deus potest implere: tum quia hæc temporalia non intrant cor, nisi secundum phantasticam similitudinem: tum quia concupiscentiam augent: tum quia animam non faciunt meliorem: tum etiam quia sunt omnino alterius naturæ: sicut Angelus et corporalis locus, sic anima et corporalis thesaurus: tum etiam quia anima cum sit quanta non mole, sed virtute, *Sap.1.b* non impletur quantitate materiali, sed spirituali, sicut est gratia Spiritus sancti. *Act. 2. a*

Secundo vero quantum ad vanæ securitatis conceptionem per stolidam promissionem, subditur: *Ioan. 2. d* *Et dicam anima mea*, idest animalitati: Qui amat animam suam, perdet eam. *Anima habes multa bona posita in annos plurimos.* *Apoc.3.c* Dicis: diues sum, et locupletatus, et nullius egeo. *Zach.11.a* Et Zacharias: Benedictus Dominus, diuites facti sumus. Et quia abundantia cum securitate parit malum lasciuiæ, ideo subdit: *Eccli.4.b* *Requiesce*. Ecce negligentia: Stultus complicat manus suas, *et cetera*, dicens: Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore, et *Eccli. 13.c* afflictione animi. *Comede*. Ecce gula: Inueni requiem mihi, et nunc manducabo de bonis meis solus. *Bibe*, quantum ad crapulam. Contra quod dicitur in Prouerbijs: *Prou.23. c* Noli esse in conuiuijs potatorum, *et cetera*. Sequitur: Qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, et dantes symbola consumentur. *Iac. 3. a* *Et epulare*. Ecce lasciuia: Epulati estis super terram, et in luxurijs enutristis corda vestra. Hæc *Amos.6. a* enim consueuerunt esse vitia diuitum: Væ qui opulenti estis in Sion. Et post: Qui dormitis in lectis eburneis, et lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnū de grege. Subiungitur: Bibentes vinum in phialis, et optimo vnguento delibuti, *et cetera*. Istius autem lasciuiæ causa est securitas vana, quam anima stulte concipit, promittendo sibi longam vitam temporalem per præsumptionem, secundum *Isa.28. d* illud Isaiæ: Percussimus fedus cum morte, et cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos. Vel contemnendo, *Isa.22. d* per desperationem: Comedamus, et bibamus, cras enim moriemur.

Tertio quantū ad vanæ securitatis subtractionem per diuinæ sententiæ æquitatem subditur: *Dixit autem illi Deus*. Glossa: Dicere Dei ad hominē est praua eius machinationes subita animaduersione compescere. Propter quod addit sententiam: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te*. Cum dixerint, pax et securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Stultum eum vocat pro sapientia terrena, quia stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Stultus est qui non præuidet futura pericula: Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat, quia de futuris incertus, securus dormit. Contra quod dicitur in Prouerbijs: Ne glorieris in crastinum, *Prou.27. a* ignorans quid superuentura pariat dies. Et Iacobus: *Iac.4. d* Quæ est vita nostra? Vapor est ad modicum parens. Et quia vita perdita perduntur hæc temporalia, ideo *Amb.to. 3. lib.7. in hūc locum cap. 12. Luc.* subditur: *Quæ autem parasti, cuius erunt?* Ambrosius: Non sunt hominis bona, quæ secum auferre non potest. Sola misericordia comes est defunctorum. Vnde: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quòd nec auferre quid possumus. Et Iob: *1.Tim. 6.b* Cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit: *Iob 20.c* cum satiatus fuerit, artabitur, æstuabit, et omnis dolor irruet super eum. Et quia hæc sententia communis est omnibus auaris, ideo subdit: *Sic est qui sibi thesaurizat, et non est in Deum diues*. Thesaurizat sibi qui thesauros sibi in terra multiplicat. Thesaurizat, et ignorat cui congregabit ea. *Psal. 38. b* In Deum autem dies est qui abundat in meritis, et operibus pietatis. In omnibus diuites facti estis in illo. Sequitur: *1.Cor.1. a* Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, ideo dicitur: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, *Mat.6.c* vbi ærugo et tinea demolitur, *et cetera*. Sequitur: Thesaurizat autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, et vbi fures non effodiunt, nec furantur. Facit autem nos diuites esse in Deum spes, quam in ipsum habemus secundum illud: *1.Pet.1.a* Regenerauit nos in spem viuam. Sequitur: In hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcessibilem conseruatam in cælis. *2.Cor.6. b* Hæc autem spes radicatur in paupertate. Vnde: Sicut egentes, multos autem locupletantes tamquam nihil habentes, et omnia possidentes. Talis erat Paulus: Habeo omnia, et abundo. *Phil 4. c* Tales nos fecit Christus. Vnde ad Corinthios: Egenus factus est, cum *2.Cor.8. b* esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis: et ideo talibus dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. *Mat.5. a*

Dixitq. ad discipulos suos, et cetera. Hic iam tertio reuocat a solicitudine auaritiæ per argumentum irrefragabile quod sumptum est a triplici genere creaturæ. Primo a creatura rationali. Secundo a sensibili, ibi: *Considerate coruos*. Tertio a vegetabili, ibi: *Considerate lilia quo modo crescunt*.

Primo igitur a creatura rationali sumit tale argumentum: Qui dat quod maius est, dabit quod minus est, sed anima plus est quàm esca, et corpus plus quàm vestimentū. Ergo qui dedit animam et corpus, dabit victū et vestitum. Non oportet ergo de his solicitum esse. In qua ratione, primo ponit conclusionem: deinde adiungit probationem. Præmittit ergo primo principalem conclusionem, cum dicit: *Ideo dico vobis: Nolite soliciti esse anima vestra quid manducetis: aut corpori vestro quid induamini*, idest nolite solicitari de victu, et vestitu quæ sunt maxime necessaria vitæ, multo minus nec de alijs quæ spectant ad vitam præsentem: Nihil soliciti sitis, sed in ora- *Phil. 4. a* tione et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et nota quòd non prohibet solicitudinem quæ prouenit ex prouidentia animi, sed illam quæ venit ex diffidentia Dei, quasi Deus non habeat curam de nobis. Contra quod dicitur: Omnem solicitudinem vestram proij- *1.Pet.5. b* cientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et in Psalmo: Iacta super Dominum curam tuam, et *Psal. 54. d* ipse

Glossa in hunc locum to. 5. *1.Thes.5.a* *1.Cor. 1.c* *Eccls. 12.c*

Digitized by Google

Ambr. in hūc locum c. 12. Luca to. 3. lib. 7. ipſe te enutriet. Et Ambroſius: Indecorum eſt homini curare de cibo vel veſte qui militat regi: nouit enim rex quemadmodū familiam ſuam paſcat, alat, et veſtiat. Deinde addit probationem cum dicit: *Anima plus eſt quàm eſca: et corpus plus quàm veſtimentum*. Ex quo ſequitur: Si dedit quod maius eſt, ſupplebit etiam quod minus eſt. Ambroſius: Abſurdum eſt vt victus copiam nobis defuturam putemus, qui viuendi iugem ſubſtantiam a Deo conſequimur. Anima enim et corpus ſunt partes hominis conſtitutiuæ propter quem factæ ſunt ceterę creaturæ ſecundum illud: Faciamus hominē ad imaginem et ſimilitudinem noſtram, et præſit piſcibus maris, *et cetera*. Vnde Chryſoſtomus: Omnia fecit Deus propter hominem, hominem autem propter ſe: omnia fecit Deus in ſapientia, hominem autem non ſolum in ſapientia, ſed etiam ſecundum ſapientiam ſuam. Vnde Sapiens: Puſillum et magnum ipſe fecit, et æqualiter cura eſt illi de omnibus. Et Auguſtinus de Agone Chriſtiano: Rationales animas per ſeipſum Deus curat et Angelos, cetera vero per ipſos gubernat. Et nota quòd recte comparat animam, et præfert eſcæ, et corpus veſtimento, quia anima vigorem dat corpori illud vegetando, et corpus eſt quaſi indumentum animæ quod extra apparet. Si ergo Deus prouidet corporalem vigorem animæ vegetantis, multo fortius alimonię ſufficientiam. Rurſus ſi animæ prouidet indumentum corporis, multo fortius tegumentum veſtis exterioris.

Chryſoſt. to. 1. homil. 8. in cap. 1. Gen. *Sap. 6. b cap. 8. to. 3.*

Conſiderate corues, quia non ſeminant, et cetera. Hic ſumit argumentum a creatura ſenſibili. Et primo ponit exemplum, deinde elicit argumentum: Proponit igitur exemplum conſiderandum cum dicit:

Conſiderate coruos: quia non ſeminant, neque metunt: Ecce principio non habent corui vllum laboris exercitium: *Quibus non eſt cellarium neque horreum*. Ecce, non habent repoſitorium: *Et Deus paſcit illos*. Ecce non patiuntur defectum: Qui dat iumentis eſcam ipſorum, et pullis coruorum inuocantibus eum. Et nota quòd magis exemplū proponit de coruis, quàm de alijs auibus. Tum quòd maximæ ſunt edacitatis. Vnde dicitur quòd Noe dimiſit coruum qui egrediebatur et non reuertebatur. Et ratio huius eſt quia inſiderat ſuper cadauer. Tum etiam quòd hæc fertur eſſe natura corui quòd pullos ſuos in principio non paſcit, quia non putat ſuos eſſe donec videat eos factos nigros. Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deū vagientes eo quòd non habeant cibos? Vnde per coruos merito alia volatilia intelligi poſſunt. Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, *et cetera*.

Pſ. 146. b *Gen. 8. b* *Iob 38. c* *Mat. 6. d*

Deinde elicit argumentum cum addit: *Quanto magis vos pluris eſtis illis?* Gloſſa: Propter rationem et immortalitatem, quæ vobis promittitur, plus valetis. Numquid de bobus cura eſt Deo? Subiungitur: Nam propter nos ſcripta ſunt. Sed quia poſſet aliquis contra argumentari quòd nobis competit magis ſolicitudo quàm coruis, propter excellentiā rationis, oſtendit quòd hoc nihil eſt. Si autem augmentum corporis non fit per humanam cogitationem, ſed per diuinam diſpoſitionem, pari ratione et alimentum. Propter quod dicit: *Quis autem veſtrum cogitando poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* quaſi dicat nullus: Quia hoc non eſt hominis cogitantis, ſed opus Dei prouidentis. Vnde dicitur: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: neque enim ego ſpiritum et animam donaui vobis et vitam, et ſingulorum membra non ego ipſa compegi. Et: Deus dat illi corpus ſicut vult, et vnicuique ſeminum proprium corpus. Vnde et philoſophus dicit quòd omnium natura conſtantium terminus eſt et ratio magnitudinis et augmenti. Si ergo hæc minima non ſunt in humana, ſed in diuina prouidentia conſtituta, multo minus alia. Ideo addit: *Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de ceteris ſolliciti eſtis?* quaſi dicat, fruſtra et ſtulte. Beda: Illi tegendum corpus relinquite, qui illud ad hanc menſuram fecit peruenire. Verumtamen iſta ratio non videtur valere, quia licet non oporteat ſolicitari de augmento, poſſumus tamen et debemus de nutrimento. Licet enim vis augmentatiua non ſit ſubiecta voluntati et rationi, nihil tamen impedit de nutritiua quin ſit ei opus regimine et prouidentia. Verumtamen ad hoc eſt reſponſio quòd ratio eſt bona: quia ſi illa quæ ſunt commiſſa prouidentiæ naturæ non oportet hominem regere et curare, pari ratione nec illa quæ commiſſa ſunt prouidentiæ ſupernæ. Rurſus, ſicut non poteſt corpus augere, ſic nec terminum vitæ, quem præfixit Dominus protelare. Poſtremo ſi non oportet ſolicitari de ipſius corporis menſura, ſed eſt homo contentus ea, quam Dominus dedit, quare non ſimiliter de alimonia exterinſeca? *Conſiderate lilia quo modo creſcunt*, et cetera. Hic iam tertio ſumit argumentum de vegetabili. Et primo præmittit ſimilitudinem ſenſibilem, deinde ſubdit adaptationem. Præmittit ergo ſimilitudinem cum dicit:

Ex Gloſſa Interl. in hūc locum to. 5. c. 12 Luca.

Conſiderate lilia quo modo creſcunt: non laborant, neque nent. Ambroſius: Aperta comparatio: Lilia non ſicut ceteri fructus aliquem agricolarum cultum requirunt, vnde ipſa creſcunt, non humano ſtudio, ſed diuino imperio quod datum fuit ab ipſo mūdi exordio: Germinet terra herbam virentem, *et cetera*. Et quia opus ſummi artificis eſt excellentius omni opere humanæ artis, ideo addit: *Dico autem vobis: Neque Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnum exiſtis*. Et tamen Salomon circa ornatum veſtium fuit curioſiſſimus, ſimul habens voluntatem, induſtriam, et facultatem ad ornandum ſe. Vnde de ipſo dicitur: Videns regina Saba omnem ſapientiam Salomonis. Sequitur: Ordines miniſtrantium, veſtesq. eorum, et pincernas, et holocauſta quæ offerebat in domo Domini, non habebat citra ſpiritum. Et hæc omnia ordinauerat ſecūdum humanam induſtriam ingenioſiſſimę. Sed tamen operibus et induſtriæ naturæ, quæ eſt opus Dei, æquare non poterāt. Vnde Beda: Quæ purpura regum, quæ pictura textricum poteſt floribus comparari?

Ambr. in hūc locum cap. 12. Luca to. 3. li. 7. *Gen. 1. b* *3. Reg. 10. a*

Deinde poſt ſimilitudinem ſubdit adaptationem, et infert concluſionem: *Si autem fenum quod hodie eſt in agro et cras in clibanum mittitur*, ideſt cito marceſſit. Fiant ſicut fenum tectorum quod priuſquam euellatur exaruit. Et Iacobus: Exortus eſt ſol cum ardore, et arefecit fenum, et flos eius decidit, *Deus ſic veſtit*, pulchro ſcilicet ornatu et decoro, Beda: Ipſe color dicitur veſtimentum floris. *Quanto magis vos, puſillæ fidei?* ideſt quanto magis vos veſtiet etiam ſi modicum habueritis de fide, quia tam ratione naturæ quàm ratione fidei præcellitis. Vnde Petro de Dei potentia in tempeſtate dubitanti dicitur: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Modicam fidem habet de regimine paternæ prouidentiæ qui timet quotidie mori fame. Non crediderunt in Deum, nec ſperauerunt in ſalutari eius. Et ſequitur: Et mandauit nubibus deſuper, et ianuas cæli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, *et cetera*. Si quis igitur veræ fidei, credens omnia gubernari ſuperna prouidentia, cum prouidentia Dei maiorem curam gerat et gerere debeat de præcellentioribus, et dignioribus, et durabilioribus, et rationalibus, quàm de irrationalibus, aut de vegetabilibus: et de his gerit talem prouidentiam, quod nil eis deeſt: multo magis ergo curam gerit de ijs quæ ſpectant ad regimen hominis, tamquā pretioſioris, immortalis, et inter ceteras creaturas dignioris, quia rationalis eſt ad imaginem Dei factus. Eſt ergo ratio iſta irrefragabilis, quia ſiquis contrarium huius dicat, tollit regimen diuinæ prouidentiæ, et ordinem vniuerſi. Et ideo non eſt tantum modicæ fidei, verumetiam examinationis peruerſæ.

Gloſſa in hūc locum to. 5. *1. Cor. 9. b* *2. Mac. 7. d* *1. Cor. 15. c* *Mat. 14. d* *Pſal. 77. c* *Ibidem.* *Iac. 1. b* *Pſ. 128. b*

Et vet

Et vos nolite quærere quid manducetis. Hic quarto reuocat a solicitudine auaritiæ per promissum desiderabile. Circa quod tria introducuntur. Dissuadet enim solicitudinem auaritiæ et cupiditatis, promittendo sufficientiam viatici, superexcellentiam præmij, et superabundantiam thesauri. Primo igitur dissuadet solicitudinem auaritiæ, et cupiditatis promittendo sufficientiam viatici, cum dicit: *Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis*, videlicet vt cupidi, et curiosi quærunt, vt abundent et superbiant: ideo addit: *Et nolite in sublime tolli*, pro acquisitione terrenorū. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum. Nam sic terrena quærere, non est hominum cælestium, sed terrenorum. Ideo addit: *Hæc autem omnia gentes mundi quærunt*, quia mundanam habent sapientiam. Filij Agar qui exquisierunt prudentiam quæ de terra est, negociatores terræ et Themam. Viri autem cælestes non debent ijs esse intenti, quia sunt de familia summi Patris. Vnde addit: *Pater autem vester scit quoniam his indigetis*. Et non est dubium quin possit prouidere. Idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Non est dubium etiam quin velit. Isaias: Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non miserearur filio vteri sui? *et cetera*. Et ideo volentes tendere ad Patriam non derelinquentur in via ob defectum cibi, propter quod addit: *Verumtamen quærite primum regnum Dei, et iustitiam eius*, tamquā principale intentum. *Et hæc omnia adijcientur vobis*, tamquam viaticum, quia qui paratus est dare regnum, absque dubio non denegabit cibum. Qui dare paratus est æterna, non denegabit temporalia. Vnde Augustinus: Ostendit Dominus temporalia non esse petēda, tamquam bona nostra, etsi necessaria. Regnum autem Dei petendum est, et in illo finis ponendus est, propter quem omnia faciamus. Ideo solicitudo nostra non debet esse pro acquirendo cibo, sed pro acquirendo regno æterno. Non est regnum Dei esca et potus, sed iustitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto. Chrysostomus: Regnum Dei retributio: iustitia est via, per quam venimus ad regnum Dei. Ideo Matthæus: Quærite primum regnum Dei, et iustitiam, eius, *et cetera*. Et nota quòd hæc promissio est satis recta, quia qui quærit regnum et iustitiam eius, est Dei seruus, Dei amicus, et Dei filius. Qui spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Quòd autem Deus desit seruo suo amico et filio, vt ei non prouideat quæ sunt necessaria, valde peruersum est sentire. Nam talis habet Deum, et talis habetur a Deo, et ideo habet per consequens quæ habet Deus. Vnde Apostolus: Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus auē Dei.

Secundo dissuadet solicitudinem auaritię promittendo superexcellentiam præmij, cum subdit: *Nolite timere pusillus grex*. Pusillus grex dicitur respectu multitudinis reproborum hominum. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Vel pusillus ratione modicitatis propriæ. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, *et cetera*. Vel pusillus ratione humilitatis voluntariæ. Vos autem greges mei, *et cetera*. homines estis, et ego Dominus Deus vester. Est enim Deus humilium. Magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur. Et talibus promittit Deus regnum: Sinite paruulos, subiungitur: Talium enim est regnū cælorum, ideo subdit: *Quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum*. Humilem spiritu suscipiet gloria. Et Iob: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Hæc autem superexcellentia regni promissi inducit spem, et inducendo spem inducit securitatem, et per hoc aufert pusillanimitatem timoris, et ardorem cupiditatis: Sicut egentes, multos autem locupletātes. tamquam nihil habentes, et omnia possidentes. Solum enim illud regnum est vera cordis possessio, quæ cor implet et auferri non potest, quia intus est. Ecce regnum Dei intra vos. Et nota quòd Patri complacuit pusillis, id est, pauperibus spiritu dare regnum gloriæ. Vnde Matthæus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, quia tales desiderant æterna. Desiderium suum iustis dabitur. Et in Psalmo: Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, quoniam contemnunt temporalia. Qui reliquerit patrem, aut matrem, centuplum accipiet, *et cetera*. Amplectuntur spiritualia: Si spiritu viuimus, spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorię cupidi. Item complacuit Deo dare eis veniam. Humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio, scilicet ad dandam veniam. Misereor cui voluero, *et cetera*. Placuit dare gratiam. Isaias: Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, *et cetera*. Placuit dare sapientiam: Matthæus: Abscondisti hæc a sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Placuit dare gloriam æternam, sicut hic. *Nolite timere pusillus grex*, et cetera. Beneplacitum est Domino super timentes eum, et in eis qui sperant super misericordia eius.

Tertio assuadet solicitudinem auaritiæ promittendo superabundantiam thesauri, pro dimissione sæculi cum dicit: *Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam*, idest, distribuite bona vestra pauperibus secundum illud Matthæi: Vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus. Et quia durum est vēdere et dare absque recompensatione, ideo addit: *Facite vobis sacculos qui non veterascunt*. Ecclesiasticus: Eleemosyna viri quasi sacculus cum eo, et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: et postea resurget, et retribuet illis retributionem vnicuique in caput ipsorum. Et quia ista retributio est opulentissima quæ est in his sacculis, ideo subdit: *Thesaurum non deficientem in cœlis*, subintelligitur, facite, et hoc fit per eleemosynam. Vnde Tobias: Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna, quàm thesauros auri recondere: quoniam eleemosyna a morte liberat, et ipsa est quæ purgat peccata: et facit inuenire misericordiam et vitam æternam. Et quòd iste thesaurus cælestis sit indeficiens, ostendit: quia non potest amitti per fures, non potest corrumpi in se, ideo addit: *Quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit*. Chrysostomus: Omnia bona mundi triplex interitus tollit: aut enim ex seipsis veterascunt, aut dominorum luxu consumuntur, aut ab extraneis dolo, vi, vel calumnia diripiuntur. Et propterea in terris thesaurus indeficiens non potest haberi. Qui vult ergo indeficientem habere, dispergat in terris, vt abundet in cælis. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sęculi. Vnde Augustinus: Non iussit Dominus vt thesaurū perderemus, sed locum ostendit quo poneremus. Est autem magna vis facienda, quo modo locetur thesaurus, quia eodem locatur et animus, ideo subiungitur: *Vbi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit*. Thesaurus, est illud quod principaliter amat animus secundum illud Matthæi: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, *et cetera*. Vbi est principale amatum, ibi abundabit animus. Vnde Bernardus: Verius est anima vbi amat, quàm vbi animat. Et ideo vbi est thesaurus tuus, ibi et cor tuum. Beda: Si in terra est, cor deorsum est: si in cælestibus, in Christo fixum est: necesse est enim vt quo præcesserit dilectionis thesaurus, illuc et cogitationis sequatur affectus. Et quia sapiens thesaurum habet in cælis, et stultus in terris, ideo Ecclesiasticus: Cor sapientis in dextera eius, et cor stulti in sinistra illius, *et cetera*. Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. Thesaurus enim iste visibilis et terrestris consistit in pecunia. Sed thesaurus inuisibilis consistit in sapientia. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et post: Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes

Et vos nolite quærere quid manducetis. — *Inf.* 17. *e*
Deus pusillis cælum dat. — *Mat.* 5. *a*
Pro. 10. *b* — *Psal.* 9. *d* — *Mat.* 19. *d* — *Gal.* 5. *d* — *Iudith* 9. *d* — *Exo.* 33. *d* — *Isa.* 42. *a* — *Mat.* 11. *d* — *Ps.* 146. *b*
Eccli. 17. *c* — *Mat.* 19. *c*
Chryſ. hom. 15. *in c.* 6. *Mat. to.* 2. — Omnia bona mundi triplex interitus tollit. — *Tob.* 12. *b* — *Psal.* 111. *b* — *Mat.* 13. *f*
Beda to. 5. *lib.* 3. *in Luca cap.* 12. — *Eccli.* 10. *a* — 2. *Cor.* 4. *d* — *Sap.* 7. *b*
Isa. 49. *d* — *Rom.* 10. *c* — *Barue.* 3. *c* — *Mat.* 6. *d* — *Rom.* 8. *c* — 1. *Cor.* 3. *d* — *Mat.* 19. *b* — 1. *Cor.* 1. *d* — *Ezc.* 34. *g* — *Eccli.* 3. *c* — *Mat.* 19. *b* — *Iob* 27. *d* — 2. *Cor.* 6. *b* — 1. *Tim. vlt. c. d* — *Rom.* 14. *c* — *Chry. hom.* 16. *in c.* 6. *Mat. to.* 1. — *Augustin. to.* 4. *lib.* 2. *de serm. Dom. in Monte cap.* 24.

Digitized by Google

participes facti sunt amicitiæ Dei. Et nota quòd iste qui consistit in sapientia, incipit a timore reuerentiæ. Diuitiæ salutis, sapientia, et scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius. Proficit autem in studio disciplinæ: Omnis scriba doctus in regno cælorum, *et cetera*. Conseruatur in sanctitate conscientiæ: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, *et cetera*. Consummatur autem in sublimitate gloriæ: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cælo. Et de talibus loquitur hic. Vnde pauperibus promittit viaticum refectionis, regnum excellentiæ, et thesaurum abundantiæ, quia pauperes consueuerunt esse afflicti, et despecti, et egeni pro nomine Domini nostri Iesu Christi.

Isa.33. b *Mat.13.g* *Luc.6. g* *Mat.19.c*

Sint lumbi vestri præcincti, et cetera. Postquam reuocauit a solicitudine auaritiæ, hic secundo inuitat ad solicitudinem prouidētiæ ne quis crederet quòd omnem vellet solicitudinem amouere a corde. Inuitat autem ad huiusmodi solicitudinem ex consideratione duplicis aduentus. Primo scilicet consideratione secundi aduentus qui erit terribilis. Secundo vero consideratione primi aduentus qui fuit amabilis, ibi: *Ignem veni mittere in terram*, et cetera. Prima pars habet duas. In quarum prima inuitat ad solicitudinem vigilantiæ omnes communiter. In secunda vero prælatos specialiter ibi: *Ait autem ei Petrus*. Circa generale introductionem omnium ad solicitudinem vigilantiæ procedit hoc ordine. Primo præmittit vigilantiæ modum. Secundo adiungit motiuum, ibi: *Beati serui illi*. Tertio subiungit stimulatiuum, ibi: *Hoc autem scitote*, et cetera. Primum horum respicit meritum. Secundum respicit præmium. Tertium respicit imminens periculum. Circa modum autem vigilantiæ duo introducit Euangelista, ad quæ Dominus discipulos inuitat, scilicet ad promptitudinem expeditionis in corpore, et ad solicitudinem expectationis in corde. Primo igitur quantum ad promptitudinem expeditionis in corpore dicit: *Sint lumbi vestri præcincti*. Sicut ille expeditus est qui est præcinctus ad viam progrediendum, sic ille expeditus est qui restringit in se carnalia desideria. Vnde: A principali sexu, lumborum nomine, luxuria designatur. Iob: Fortitudo eius in lumbis eius, *et cetera*. Lumbos ergo præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Sed quia non sufficit mala non agere, nisi etiam quis studeat bonis operibus insudare, protinus subditur: *Et lucernæ ardentes in manibus vestris*. Lucernas quippe ardentes in manibus habemus, cum bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. Lucerna enim dicitur recte diuinum mandatum: Mandatum lucerna est, et lex lux, *et cetera*. Hæc lucerna est lux in manu, quando mandatum est in operatione: Non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia, *et cetera*. Et Matthæus: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, *et cetera*. Et nota quòd sicut lucerna obscondit lumen a vento, sed non a visu, sic bona opera comparantur lucernæ. Quia sic debet opus esse in publico, quatenus intentio maneat in occulto. Sic velit homo alijs dare exemplum virtutis, vt tamen non quærat minimum transitorij fauoris.

S. Greg. homil. 13. in Euāg. to. 2. *Iob. 40. b* *Prou.6. e* *Prou.31. b* *Mat. 5. b* *Greg. homi. 11. in Euā gel. to. 2.*

Secundo quantum ad solicitudinem expectationis in corde, subdit: *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur a nuptijs*, idest quando veniet ad iudicium descendendo de cælis. Vnde Gregorius: Ad nuptias Dominus abijt, cum post resurrectionem suam Angelorum sibi multitudinem nouus homo copulauit. Qui tunc reuertetur, cum per iudicium nobis manifestatur. Vnde a bonis semper debet expectari: Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, *et cetera*. Et hæc expectatio non est vana: Gemma gratissima

Greg. hom. 13. in Euā gel. to. 2. *Phil.3. d* *Prou.17. b*

A expectatio præstolantis. Non est etiam somnolenta. Expectą Dominum, viriliter age. Et ideo subdit: *Vt cum venerit*, properando ad iudicium: *Et pulsauerit*, per infirmitatis flagellum. *Confestim aperiant ei*, per desiderium intimum: Ecce sto ad ostium et pulso, si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, *et cetera*. Beda: Non vult aperire iudici pulsanti qui timens videre iratum quem contempsit, de corpore exire metuit. Aperit qui iudicem lætus et securus sustinet, et de propinqua morte gaudet: Vox dilecti mei pulsantis. Et post: Surrexi, vt aperirem, *et cetera*.

Psal.26. d *Apoc. 3. d* *Beda in Gloss. in hūc locum to. 5.* *Cant. 5. e*

B Et notandum est hic quòd Euangelium istud legitur infestis Confessorum propterea quòd in eo commendantur tripliciter, scilicet quantum ad declinationem mali in præcinctione lumborum, et quantum ad operationem boni in portatione lucernarū, et quantum ad expectationem optimi in similitudine hominum expectantium Dominum suum, secundum illa tria quæ dicuntur: Indicabo tibi o homo quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te. Vtique facere iudicium respectu tui, et diligere misericordiam, respectu proximi, et solicitum ambulare cum Deo tuo, respectu Dei.

Hoc Euangeliū quare legatur infestis Confess.

Mich. 6. b

C Ad hoc autem quòd malum in nobis perfecte deficiat, sunt lumbi tripliciter præcingendi, scilicet lumbi carnalis contactus, de quibus: Lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea, *et cetera*. Et ij præcingendi cingulo castitatis: Accingite lumbos vestros. Super vbera plangite, *et cetera*. Item lumbi carnalis affectus cingulo virtutis: Accinge sicut vir lumbos tuos. Et Hieremias: Accinge lumbos tuos, surge, et loquere ad eos. Item lumbi carnalis cogitatus cingulo veritatis: Succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, *et cetera*.

Psal. 37. b Lumbi tripliciter præcingendi. *Isa. 32. c* *Iob 40. a* *Hier. 1. d* *1. Pet. 1. c*

D Ad hoc autem quòd bonum in nobis perfecte clarescat, portanda est lucerna rectæ intentionis. Supra: Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Item portanda lucerna veræ prædicationis: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et: Surrexit Elias propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat. Item portanda lucerna honestæ conuersationis: Ille erat lucerna ardens et lucens. Et in psalmo: Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo.

Sup. 11. e *Ps. 118. e* *Eccli. 48. a* *Ioan. 5. f* *Ps. 131. d*

Postremo ad hoc quòd desiderium perfecte ignoscat expectandus est Christus fidenter: Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, *et cetera*.

Abac. 2. a

E Item expectandus gaudenter: Expectatio iustorum, lætitia, *et cetera*. Item expectandus vigilanter: Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Et hoc modo expectant serui Dominum quando reuertatur a nuptijs. Sic beati Confessores perfecte laudātur secundum illa ad Titum: Sobrie, iuste, et pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem et aduentum gloriæ magni Dei, *et cetera*.

Prou. 10. d *Iob. 12. e* *Tit. 2. e*

Beati serui illi, et cetera. Hic secundo introducit motiuum ad solicite vigilandum. Et hoc est duplex, scilicet beatificatio vigilantium sine defectione et sine omni exceptione. Primo igitur quantum ad beatificationem vigilantium sine defectione, dicit: *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes*: Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie. Et ideo in Ecclesiasticos: Cor suum tradet ad vigilandum diluculo, *et cetera*. Tales Dominus beatificat: Si diluculo consurrexeris ad Deum, et omnipotentem fueris deprecatus. Subditur: Statim euigilabit ad te, et peccatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ. Ideo subdit: *Amen dico vobis quòd præcinget se*, præparando ad retributionē: Dominus regnauit decorem indutus est, *et cetera*. *Et faciet illos discumbere*, in æterna refectione: Ego pascam oues meas, et ego eas accubare faciam. *Et*

Prou. 8. d *Eccli. 39. a* *Iob 8. a* *Psal. 92. a* *Exo. 34. d*

Digitized by Google

tranſiens miniſtrabit illi, per liberaliſſimam communicationem: *Tranſiens*, ideſt tranſire faciens. In Eccleſiaſtico: Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, *et cetera*. Quia a Chriſto et per Chriſtum tranſimus ad Chriſtum. A gloria ſcilicet corporis ad gloriam animæ, et ab hac ad gloriam diuinitatis. Propter quod dicit Ioannes: Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Et ego ſum via, veritas, et vita: Miniſtrare autem dicitur Chriſtus quia ſemper dabit materiam gaudij actualis refectionis indeficientis. Non eſurient neque ſitient amplius: Sequitur: Quoniã Agnus qui in medio throni eſt, reget illos, et deducet ad vitæ fontes aquarum: Beati igitur qui ad cænam nuptiarum agni vocati ſunt: in qua agnus ſine macula erit ſponſus, cibus, Dominus, et miniſter: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos. Ipſe miniſtrabit et inuitabit, ſecundum illud: Comedite amici, et bibite, et inebriamini chariſſimi.

Eccl.24. c *Ioan.10. b* *Apoc.7. d* *Pſal.35. b* *Cant.5. a*

Deinde quantum ad beatitudinem ſine exceptione, ſubdit: *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, et ſi in tertia venerit, et ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi*. Nota hic quòd per tres vigilias intelliguntur tres ſtatus præſentis vitæ, ſcilicet pueritiæ, iuuentutis, et ſenectutis. Vnde Gloſſa Bedæ: Vigilias vocat ad ſimilitudinem excubantium in nocte: Prima vigilia cuſtodiæ, pueritiæ eſt: ſecunda eſt iuuentutis: et tertia ſenectutis. Si quis in pueritia vigilare neglexerit, non tamen deſperet. Si in iuuentute neglexerit, ſaltem tamdem in ſenio reſipiſcat, quia pius Dominus pœnitentiam noſtram patienter expectat. Iſaias: Propterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri: et ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus iudicij Dominus: beati omnes qui expectant eum. Et nota quòd dicit Marcus: Inſinuantur quattuor vigiliæ ſecundum modum diſtinctionis horarum apud excubantes. Vigilate, inquit, neſcitis enim quando Dominus domus veniat, ſero an media nocte, an galli cantu, an mane. Et per has vigilias intelliguntur quattuor ſtatus, in quibus homo vtitur libertate arbitrij. Primus, et vltimus, et duo intermedij, vnus in profectu, et alter in declinatione. In quo inſinuatur quòd Dominus omni hora, ſine exceptione, noſtram acceptat vigiliam, ſed potiſſime illam quæ incipit a pueritia: Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, et tamen etiam vltimum ſenium non recuſat Dominus. Vnde dicitur: Quod quarta vigilia noctis venit ad diſcipulos ambulans ſuper mare. Qualibet ergo hora non eſt inutile ſed perutile vigilare, infra: Vigilate, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, et ſtare ante filium hominis.

Gloſſa in hũc locum to. 5. *Vigiliæ quattuor quid.* *Thren.3. c* *Mat.14. c* *Infra 21.g*

Hoc autem ſcitote, et cetera. Hic tertio ſubiungit ſtimulatiuum ad vigilandum quod introducit per hunc modum in proponendo exemplum parabolicum, et concludendo principale intentum. Primum ergo exponit exemplum parabolicum, cum dicit:

Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, ſcilicet ad cuſtodiam domus ne fur furtim aliquid aſportaret. Ideo dicit: *Et non ſineret perfodi domũ ſuam*. Et ſi ſemper haberet horam ſuſpectam numquid relinqueret domum ſuam ſine cuſtodia? alioquin non ſapienter, ſed ſtulte curam familiæ procuraret: Exemplum de Isboſeth, de quo legitur quòd Isboſeth dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie. Et oſtiaria domus purgans triticum obdormiuit. Ingreſſi ſunt autem domum latenter. Subiungitur: Et percuſſerunt eum in inguine Rechab, et Banaa frater eius, et fugerunt. Sic ſpiritualiter fit ei qui negligit domũ ſuam vigilanter cuſtodire. Vnde Gregorius: Oſtiaria dormiente Isboſeth interficitur, quia dum diſcretionis ſolicitudo ceſſauerit ad interficiendum animum malignis ſpiritibus iter pandit. Et ideo vir ſpiritualis econtrario dicit illud Iſaiæ: Super ſpeculam Domini ego ſum: ſtans iugiter per diem, et ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus. Et ideo dicit Petrus: Sobrij eſtote et vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus, *et cetera*.

2.Reg.4. b *Senſus ſpiritualis.* *Greg.lib.1. Mora.c.19 to. 2. Edit. Ro.* *Iſa.21. c* *1.Pet.5. b*

Deinde concludit principale intentum. *Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet*. Gloſſa: Vltimam horam ſemper ignorari voluit Dominus, vt ſemper ſit ſuſpecta, et ad eam ſemper præparemur. Vnde dicit Matthæus: De die illa et hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum, niſi ſolus pater. Et: Dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Et poſt: Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies illa tamquam fur comprehendat. Et in Eccleſiaſtico: Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, et ſicut aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines tempore malo. Sic et illi qui non ſe præparant. Ideo dicitur: Non tardes conuerti ad Dominum, et ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ diſperdet te. Vnde Alcuinus: Diſſoluta eſt cogitatio de craſtina conuerſione cogitare et hodiernam negligere. Et Seneca: Quilibet dies vitæ noſtræ ordinatus eſt vltimus. Propter hoc ergo vt ſemper ſimus parati, voluit Dominus nos ignorare horam mortis et diem iudicij. Nihil enim eſt certius morte, et nihil incertius hora mortis. Ideo in Eccleſiaſtico: Memor eſto iudicij mei, ſic enim erit et tuum: mihi heri, et tibi hodie. Et de hora iudicij: dicit Matthæus: Media nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiam illi. Et poſt: Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, et clauſa eſt ianua. Gregorius: O ſi ſapere palato cordis poſſit, quid admirationis habet, Venit ſponſus? Quid dulcedinis, Intrauerunt cum eo ad nuptias? Quid amaritudinis, Clauſa eſt ianua? *et cetera*.

Gloſſa in hũc locum to. 5. *Mat.24. b* *1.Theſ.5. a* *Eccls. 9. c* *Eccli.5. b* *Eccli.38. c* *Mat.25. a* *Greg.homi. 12.in Euã gel. to. 2.*

Ait autem ei Petrus, et cetera. Poſtquam inuitauit ad vigilantiam omnes generaliter, hic inuitat prælatos ſpecialiter. Quod quidem facit hoc ordine. Primo namque commendat prælatorum vigilantiã. Secundo arguit inſolentiam, ibi: *Quod ſi dixerit ſeruus ille*, et cetera. Tertio aggrauat negligentiam, ibi: *Ille autem ſeruus qui cognouit*. Commendans autem vigilantiam prælatorum, primo commendat eam quantum ad prærogatiuam meriti. Secundo quantum ad præcellentiam præmij. Primo igitur quantum ad prærogatiuam meriti quam oſtendit in reſpondendo ad quæſtionem Petri, dicit: *Ait autem ei Petrus: Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes?* Bene quærit et vtiliter, vt ſciat ad quid debeat obligari. Vnde in Eccleſiaſtico: Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. Et maxime illa ſunt diſcenda, quæ ſunt parabolice dicta: Audiens ſapiens, ſapientior erit, et intelligens gubernacula poſſidebit. Animaduertet parabolam et interpretationem, verba ſapientum et ænigmata eorum. Huic autem quæſtioni Petri ſuperficietenus non videtur Dominus reſpondere. Sed ſi profundius attendatur, reſpondet perfecte, inſinuans quòd prædicta parabola de vigilantia ſpectat communiter ad vniuerſos, ſed ſpecialiter ad Prælatos, cum dicit: *Dixit autem Dominus: Quis putas eſt fidelis diſpenſator et prudens?* Diſpenſatores prælatos vocat: Sic nos æſtimet homo vt miniſtros Chriſti, et diſpenſatores myſteriorum Dei, *et cetera*. Tales difficile eſt inuenire fideles. Vnde ibidem: Hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. Et in Prouerbijs: Multi homines miſericordes vocantur, virum autem fidelẽ quis inueniet? *Quis putas eſt ergo diſpenſator fidelis*, intentione: Fidelem me exiſtimauit. Subiungitur: Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum, *et cetera*. Et in Apocalypſi: Eſto fidelis vſque ad mortem. *Et prudens*, in electione. In Prouerbijs: Acceptus eſt regi miniſter

Eccli.3. b *Prou.1. a* *1.Cor.4. a* *Prou.20. a* *1.Tim.1. c* *Apoc.2. c* *Prou.14. a*

Digitized by Google

Prou.27.d ster intelligens. Vnde in Prouerbijs: Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq. greges considera. *Quem constituit Dominus super familiam suam*, per auctoritatem commissam. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo quemadmodum et
Hebr.5.a Aaron. Ego autem constitutus sum rex ab eo super
Psal.2.b Sion montem sanctum eius. *Vt det illis in tempore tritici mensuram*, communicando sanam doctrinam.
Eccls.8.a Tempus, et responsionem cor sapientis intelligit, *et cetera*. Attendat etiam audientium capacitatem. Vnde dicit: *Mensuram*. Gregorius: Pro qualitate audientium formari debet sermo doctorum, vt et sua singulis congruenter tribuat, et tamen a communis ædifi-
Gen.41.f cationis arce numquam recedat. Huius exemplum habemus in Ioseph, qui ad dispensandum frumentum constitutus est super terram Ægypti, in quo fuit fidelitas et prudentia, auctoritas et vigilantia, seu diligentia. Et quia ista fuerunt in sanctis prælatis, ideo Euangelium istud decantatur in laudem Confessorum et Pontificũ, qui in his quattuor præmissis commendabiles extiterunt. Et de his quattuor dicitur in
Glossa in hũc locum to.5. Glossa Bedæ: Quàm rarus est Domino propter Dominũ seruiens, oues Christi non ad lucrũ sed ad amorem Christi pascens, *Prudens*. in futuro sibi prouidens. *Quem constituit Dominus*, ideſt, quàm rarus qui sit vocatus a Deo tamquam Aaron, et non magis se ingesserit: et qui non magis se pascat, quàm oues. Vnde
Mal.1.a propter defectũ fidelitatis dicitur: Quis est in vobis qui claudat ostia, et incẽdat altare meum gratuito? Et
Phil.2.c ad Philippẽses: Omnes quę sua sunt quęrũt, non quæ
Isa.14.a Iesu Christi. Pauci etiam sunt prudẽtes. Vnde Isaias: Sicut populus, sic sacerdos: sicut seruus, sic Dominus eius, *et cetera*. Et Oseas: Quia tu sciẽtiam repulisti,
Osee 4.b repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Pauci etiam
Osee 8.a sunt diuinitus constituti. Ideo dicitur: Ipsi regnauerunt, et non ex me. Pauci similiter vtilitati gregis intenti, vnde Ezechiel: Væ pastoribus Israel, qui pa-
Eze.34.a scebant semetipsos, nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, et lanis operiebamini: et quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Et ideo signanter præmittit: *Quis putas*, propter raritatem et difficultatem et pretiositatem qua tales excellunt in prærogatiua meriti.

Secundo quantum ad præcellentiam præmij subdit: *Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem*. Euge serue bone et fidelis, quia
Mat.25.b super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, *et cetera*. *Ita facientem*, ideſt, fideliter, prudenter, et vigilanter secundum illud: Vnusquisque sicut accepit
1.Pet.4.b gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Et Chrysostomus: Hæc dicta sunt de sermone, de virtute, de pecunijs, et de omni dispensatione quæ vnicuique commissa est, vnumquemque enim ad communem vtilitatem vti oportet his quæ habet, siue sapientia, siue principatu, siue diuitijs, non ad nocumẽtum conseruorum. Huius autem vsui gratiæ redditur perfectus fructus gloriæ. Vnde subdit: *Vere dico vobis, quoniam super omnia qua possidet, constituet illum*. Beda, id est, supra omnia cælestis regni gaudia, non vtique vt horum solus dominium teneat, sed vt eius abundantius ceteris sanctis æterna possessione fruatur, tum
1.Pet.5.a pro sua vita, tum pro sui gregis custodia. Vnde Petrus: Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidẽtes, non
† Chrys. in opere imperf. Mat. c.24. hom. 51. to.2. coacte, sed spontanee secundum Deum, *et cetera*. Sequitur: Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Vnde Chrysostomus†: Bene agẽte populo, vnusquisque pro suo bono remuneratur. Sacerdos autem pro bonis
1.Thess.2.d omnium: Quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum in Aduentu eius?

Quod si dixerit seruus ille, et cetera. Postquam commendauit prælatorum vigilantiam et prouidentiam

A seu curam, hic vituperat insolentiam: quod quidem facit arguendo enormitatem peccati, et comminando seueritatem iudicij. Primo ergo quantum ad increpationem enormitatis peccati ait: *Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire:* *Glossa in hũc locum to.5.* Glossa, ideſt, si dissimulauerit iudicium in proximo venturum, securitatem sibi promittens secundum illud Ezechielis: Quod est prouerbium istud vobis in *Eze.11.a* terra Israel dicentium: In longum differentur dies, et peribit omnis visio? Et Petrus: Venient in nouis- *2.Pet.3.a*
B simis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes dicentes: Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo Patres dormierunt, omnia sic perseuerãt ab initio creaturæ. Et quoniam talis cogitatio parit securitatẽ, et securitas cõtemptũ, et cõtemptus iniquitatem. Ideo subdit: *Et cœperit percutere seruos et ancillas*, scilicet paruulos scandalizãdo, cum tamen deberet fouere verbo et exemplo. Propter quod Isaias: Quare atteritis populum meum, et *Isa.3.c* facies pauperum commolitis? Et hoc est graue peccatum. Peccantes in fratres, et percutientes conscien- *1.Cor.8.d*
C tiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Et maxime quando in paruulos peccant: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, *et cetera*. Et quia perfidiæ mater est concupiscentia, ideo addit: *Et edere, et bibere, et inebriari*, scilicet cœperit, faciendo voluntatem scilicet carnis secundum illud Isaiæ: Sacerdos et propheta nescie- *Isa.8.b* runt præ ebrietate. Et hoc maxime indecens est pastoribus et prælatis in quibus regnare debet spiritus sapientiæ et intellectus. Labia sacerdotis custodient *Mal.1.b*
D scientiam, et legem requirent ex ore eius. Sed e diuerso: Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes et amantes somnia. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem. *Isa.56.d*

Secundo quantum ad comminationem seueritatis iudicij adiungit: *Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, et hora qua nescit*. Iuxta est dies perdi- *Deut.25.e*
tionis, et adesse festinant tempora. Et Sophonias: *Soph.1.c* Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est et velox nimis. Et licet sit iuxta, tamen venit mundanis ex improuiso. Vnde Ecclesiasticus: Nescit homo finem *Eccli.9.c*
E suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aues laqueo comprehendũtur, sic capiuntur homines tempore malo, cum eis ex templo superuenerit. Et quia contemptoribus iudicis graue imminet iudicium, ideo subdit: *Et diuidet eum*, scilicet a consortio bonorum secundum illud Matthæi: Statuet oues quidem *Mat.25.c*
a dextris suis, hædos autem a sinistris. *Patremq. eius cum infidelibus ponet*, quia scilicet iam iudicati sunt: Qui non credit, iam iudicatus est: quia non credidit *Ioan.3.b* in nomine vnigeniti filij Dei. Et hoc recte, quia dicitur: Si quis suorum et maxime domesticorum cu- *2.Tim.5.d*
ram non habet, fidem negauit, et est infideli deterior. Hæc pars est valde mala secundum illud Psalmistæ: *Psal.10.b*
F Ignis, et sulphur, et spiritus procellarum, pars calicis eorum. Et in Apocalypsi: Timidis autem, et incre- *Apo.21.c*
dulis, et execratis, et homicidis, et fornicatoribus, et veneficis, et idololatris, et omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure: quod est mors secunda. Ex quo patet quòd sicut est magna merces bonorum prælatorum, ita et maxima erit pœna reproborum. Iudicium durissimum in his qui *Sap.6.a*
præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.

Ille autem seruus qui cognouit, et cetera. Postquam inuitauit ad vigiliam et vituperauit insolentiam: hic tertio aggrauat negligentiam: quod facit dupliciter, scilicet ratione maioritatis scientiæ, et ratione auctoritatis cõmissæ. Primo ergo, quantũ ad exaggerationem negligentiæ, ratione maioritatis scientiæ dicit: *Ille autem seruus qui cognouit voluntatem Domini sui*, per donum scientiæ: Scientia inflat: charitas vero *1.Cor.8.a*

Digitized by Google

ædificat. Si quis autē se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. *Et non se præparauit*, ad suscipiendum donum gratiæ.
Prou. 26.a Hominis est, animam præparare. Vnde: Præparate
1.Reg.7.a corda vestra Domino. *Et non fecit secundum voluntatem eius*, scilicet per vitium propriæ negligentiæ:
Iac. 4. d Scienti bonum facere et non facienti, peccatum est illi. *Vapulabit multis*, scilicet per seueritatem diuinæ
2.Pet. 2. d sententiæ. Vnde: Melius erat illi non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum
Rom. 1. e conuerti, *et cetera*. Et ad Romanos: Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, *et cetera*. Sequitur: Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Et ratio huius est, quia dicit Gregorius: Vbi maius est donum scientiæ, ibi transgressor maiori subiacet culpæ: nam ignorantia pro parte excusat. Vnde subdit: *Qui autem non cognouit*, per defectum notitiæ. *Et fecit digna plagis*, per commissionem culpæ, *vapulabit paucis*, per mitigationem diuinæ sententiæ. Et nota quòd est ignorantia simplex, et hæc excusat,
1. Tim.1.c secundum illud: Misericordiam Dei cōsecutus sum,
Inf. 23. e quia ignorans feci. Et infra: Pater, dimitte illis non enim sciunt quid faciunt. Est et ignorantia affectata, de qua Psalmista: Noluit intelligere vt bene age-
Psal.35. a ret: Tales grauiter punientur. Vnde: Si quis igno-
1.Cor.14.g rat, ignorabitur, Et Oseas: Populus non intelligens vapulabit. Et hoc dicit Beda in Glossa, quia in Prouerbijs: Qui declinat aures suas ne audiat legem,
Psal.57. a oratio eius erit execrabilis. Et Psalmista: Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ et obturantis aures suas, *et cetera*.

Secundo quantum ad aggrauationem negligentiæ ratione auctoritatis commissæ, dicit: *Quoniam autem cui multum datum est*, scilicet in munere, *multum*
Greg.homi. 9.in Euāg. to.2. *quæretur ab eo*, in ratione reddenda. Vnde Gregorius: Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorū. Tanto ergo esse humilior atque ad seruiendū Deo promptior debet quisque ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione: Redde rationem villicationis tuæ. Vnde subdit:
Inf. 16.a *Et cui commendauerunt multum*, scilicet diuina iudicia vel Pater et Filius et Spiritus sanctus, *plus petent*
Mat.25.b *ab eo*, scilicet in futuro iudicio vniuersorum. Post multum vero temporis venit Dominus seruorum illorum, et posuit rationem cum eis. Vnde a prælatis quibus cura subditorum commissa est, requiret Dominus non tantum animas proprias, verumetiam
Heb.13. c animas commissas. Propter quod dicitur: Obedite præpositis vestris, et subiacete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.
3.Reg. 20. g Nam vnicuique eorum dicitur illud: Custodi virum
Hier.13. c istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Et Hieremias: Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Quid dices cum visitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersum te, et erudisti in
Act.20. f caput tuum. Et ideo in Actibus: Dicebat Paulus ad maiores natu Ecclesiæ: Attendite vobis et vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.
Ezech.14. e Et Ezechiel: Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, et cessare eos faciam vt vltra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos.

Ignem veni mittere in terram, et cetera. Postquam excitauit ad vigilantiam ex consideratione secundi aduentus hic excitat ad considerationem primi aduentus. Et habet hæc partes duas. In quarum prima ostendendo primi aduentus efficaciam, excitat ad vigilantiam. In secunda reprehendit Iudæorum desidiam et negligentiam, ibi: *Dicebat autem ad turbas*. In exprimendo igitur efficaciam primi aduentus ad solicitam vigilantiam, ostendit se venisse ad tria, scilicet ad immittendū dilectionis incendium: ad perficiendum passionis remedium: et ad introducendum affectus carnalis diuortium. Primo igitur quantum ad immissionem incendij amoris per efficaciam aduentus primi, dicit:

Ignem veni mittere in terram, ignem scilicet diuini amoris qui igni comparatur. Fortis est, vt mors, *Cant.8.b* dilectio: dura sicut infernus, æmulatio. Lampades eius, lampades ignis, *et cetera*. Sed dilectio carnalis est sicut ignis infernalis. Iob: Ignis est vsque ad per- *Iob. 31.b.* ditionem deuorans. Et in Ecclesiastico: Ignem ar- *Eccli. 3.d* dentem extinguit aqua, *et cetera*. Dilectio autem spiritualis est sicut ignis cælestis: De excelso misit *Thr. 1.e* ignem in ossibus meis, *et cetera*. Hunc mittit Domi nus communicando doctrinam: Ignitum eloquium *Ps. 118. f* tuum vehementer, et seruus tuus dilexit illud. Et Hieremias: Numquid non verba mea quasi ignis, *Hier.23. f* dicit Dominus, et quasi malleus conterens petram? Item infundendo gratiam: De cælo te fecit audire *Deut.6.f* vocem suam vt doceret te, et in terra ostendet tibi ignem suum maximum. Item inflammando ad iustitiam: Surrexit Elias Propheta quasi ignis, et ver- *Eccli.48.a* bum ipsius quasi facula ardebat. Vnde quia in ipso erat ignis diuini zeli, de quo Sophonias: In igne *Soph.3.b* zeli mei deuorabitur omnis terra. Ideo merito ad verbum ipsius ignis de cælo descendit super sacrificium: et super principem quinquagenarium: Si ho- *3.Reg.18.f* mo Dei sum, descendat ignis de cælo, et deuoret te, *4.Reg.1.b* et quinquaginta tuos, *et cetera*. Et quoniam hic ignis frustra mittitur nisi accendatur, ideo subdit: *Et quid volo nisi vt accendatur?* Hunc accendit meditatio beneficiorū præsentium: Concaluit cor meum *Psal.38. a* intra me, et in meditatione mea exardescet ignis. Et infra: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? *et* *Inf. 24.e* *cetera*. Item rememoratio præteritorum: Ignis in *Leu.6.b* altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies, *et cetera*. Item per præmeditationem futurorum promissorum. In Prouerbijs: Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est *Prou.30.a* sperantibus in se.

Secundo quantum ad perfectionem remedij passionis, subditur: *Baptismo autem habeo baptizari*. Nota quòd passio Christi dicitur baptismus, quia in eius sanguine purificamur, quasi in lauacro baptismali. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et lauerunt stolas suas in sanguine agni: et *Apoc. 7.d* Apostolus: Si sanguis hircorum et taurorum, et ci- *Heb.2. d* nis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, *et cetera*. Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti: Hoc baptismate fuit Christus baptizatus, quia totum corpus eius fuit hoc sanguine rubricatum: Quis est iste *Isa.63. a* qui venit de Edon, tinctis vestibus de Bosra? Et post quæritur: Quare ergo rubrum est indumentū tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? *et cetera*. Et nota quòd passio Christi comparatur baptismo, sicut hic: quia fuit vniuersalis: Omnes flu- *Psal.87. b* ctus tuos induxisti super me. Item comparatur calici: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix *Mat.26.d* iste: quia voluntaria: Potestis bibere calicem, quem *Mat.20.e* ego bibiturus sum? Item, quia acerbissima et grauis, comparatur torculari: Torcular calcaui solus, *Isa.63. a* et de gentibus non est vir mecum. Hoc ergo baptismo Christus baptizatus est, non pro indigentia necessitatis, sed pro abundantia charitatis, ideo subdit: *Et quo modo coartor, vsque dum perficiatur?* scilicet per amorem, qui habet cordis dominium: Deus, *Eph.2. a* qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos: et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, *et cetera*. Et nota quòd amor coartat per violentiam attractiuam. Ioannes: Sic Deus dilexit mundum vt filium *Ioan.3. b* suum

Passio Christi baptismus.

Digitized by Google

Hier.31.a ſuum vnigenitum daret. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans tui. Vnde Hugo: Magnam vim habes charitas, tu ſola Deum trahere potuiſti de cælo ad terras, æque forte vinculum tuum quo et Deus ligari potuit, et hoc ligatus vincula iniquitatis deſtruxit. Neſcio quid maius in tuam laudem dicere poſſum, quàm quòd Deum de cælo ad terram traxeris, et hominem de terra ad cælum ſubleuaueris. Vnde Oſeas: In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Item dilatat per beneuolentiam diffuſiuam: Latum mandatum tuum nimis.

Oſee 11. a
Pſ.118. m
2.Cor. 6. c Cor noſtrum dilatatum eſt. Item eleuat per adhærentiam exceſſiuam: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens? *et cetera*. Qui biberit, *et cetera*, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

Cant.8. a
Ioan. 4. a
Gal. 2. d Item inclinat per condeſcendẽtiam dignatiuam: Qui dilexit me tradidit ſemetipſum pro me. Propter iſta quattuor dicitur: In charitate radicati et fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis quę ſit latitudo, et longitudo, et ſublimitas, et profundum, *et cetera*. Et quoniam hæc charitas oſtenſa fuit in paſſione perfecte, ideo dicit: *Vſque dum perficiatur*, ſcilicet in effuſione ſanguinis. Dilexit nos et lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et Ioannes: In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit. Et hoc erat quod Chriſtus in cruce ſitiebat: Sciens Ieſus quia omnia iam conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura dixit: Sitio, *et cetera*. Sequitur: Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit: Conſummatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum.

Eph. 3. d
Apo. 1. b
1.Ioan.3.c
Ioan.19. f

Tertio quantum ad introductionem diuortij affectus carnalis ſubiungit: *Putatis quia pacem veni mittere in terram*, pacem ſcilicet terrenam. Nam hanc non venit dare ſed tollere: quia hæc eſt pax mala, de qua Iſaias: Percuſſimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum. Hanc pacem vir iuſtus reprobat. Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Quia talis pax, eſt pax praua. Pax erit mihi, et ambulabo in prauitate cordis mei. Eſt pax falſa: Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax pax, et non erat pax. Eſt pax momentanea: Cum enim dixerint, pax et ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Eſt pax deceptoria: In ore ſuo pacem cum animo ſuo loquitur, et occulte ponit ei inſidias. Eſt pax turbatiua. Ecce, in pace amaritudo mea amariſſima. O mors quàm amara eſt memoria tua homini, *videlicet diuiti*, pacem habenti in ſubſtantijs ſuis. Hæc pax eſt inimica veræ pacis. Nam Chriſti pax, eſt pax bona. In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ideo Apoſtolus: Gratia vobis et pax. Eſt pax vera: Non eſt regnum Dei eſca, et potus, ſed iuſtitia, et pax, et gaudium in Spiritu ſancto. Eſt pax permanſiua: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quo modo mundus dat, ego do vobis. Eſt pax directiua, ſupra: Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos. Sequitur: Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Eſt pax conſolatoria: Vt in me pacem habeatis. In mundo preſuram habebitis, *et cetera*. Pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, et intelligẽtias veſtras. Quoniam ergo hæc pax per omnia contrariatur paci mundanæ, et contraria ſimul eſſe non poſſunt. Ideo non poteſt introduci ab auctore pacis, niſi per diſſolutionem huius fictæ pacis, ideo ſubdit: *Non, dico vobis*, ideſt, aſſero vobis quòd non veni pacem dare, ſed ſeparationem ſecundum illud: Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Et Apoſtolus: Exite de medio eorum, et ſeparamini, dicit Dominus. Et Matthæus: Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, *et cetera*. Et ratio huius eſt, quia dicitur ibidem: Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Et ideo infra: Si quis venit ad me, et non odit patrem

Hier.6. d
Iſa.18. d
Pſal.72. a
Deut.29.c
Hier.6. d
1.Theſſ.5.a
Hier.9. c
Iſa. 38. d
Eccli.41.a
Sup. 2. g
Rom.14. c
Ioan.14.d
Sup. 1. g
Ioan.16. d
Phil. 4. b
Iſa. 52. c
1.Cor. 6. d
Mat.10.d
Inf. 14. f

A ſuum, aut matrem, et vxorem, et filios, et fratres, et ſorores, adhuc autem et animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et propterea ſubdit: *Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuiſi*, ideſt, ab affectu carnali ſeparati. Et ſecundum illud Deuteronomij: Qui dixerit patri ſuo, et matri ſuæ, neſcio vos: et fratribus ſuis, ignoro illos: et neſcierunt filios ſuos. Hi cuſtodierunt eloquium tuum, et pactum tuum ſeruauerunt. Et ſubdit modum diuiſionis: *Tres in duos, et duo in tres: diuidentur*, et cetera: ideſt, perſonæ quæ maxime videntur per carnem coniunctæ, per ſpiritum charitatis erunt a carnali amore ſeiunctæ. Nec

Deut.33.b

B mirum ſi hoc fiat per verbum diuinum. Quia: Viuus eſt ſermo Dei, et effieax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, et diſcretor cogitationum, *et cetera*. Et ſubdit modum et exemplum: *Pater in filium, et filius in patrem ſuum*, ſcilicet *diuidentur*. Chryſoſtomus: Solus Deus animarum pater eſt. Carnalibus patribus prębet carnis obſequiũ: ſpiritualibus patribus animæ ſanctitatem. Nec tantum hoc erit in ſexu virili, verum etiam in muliebri. Ideo ſubdit: *Mater in filiam, et filia in matrem, ſocrus in nurum ſuam, et nurus in ſocrum*

Heb. 4. c
Chryſ. homil. 26. in opere imperf. Mat. 10.to.2.

C *ſuam*. Et notà quòd quinque perſonas præmiſit Dominus, et ſex neceſſitudines poſuit, patris et filij: matris et filiæ: nurus et ſocrus: quia vna perſona eſt mater, et ſocrus. Et ponit duos viros, et tres mulieres: ſiue quia mulieres magis pronæ ſunt ad diuiſionem, propter earum inſtabilitatem, ſiue quia plures ſunt effeminati et carnales quàm ſpirituales. Vnde Apoſtolus: Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi. Ad litteram ita factum eſt ſicut dicit, poſt eius prædicationem. Vnde Gloſſa Bedæ: Poſt baptiſma paſſionis, poſt aduentum ignis, totus orbis contra ſe diuiſus eſt, vnaquæque domus habuit

1.Cor.11.g
Gloſſa in hũc locum ao. 3.

D fideles et infideles: his contra fidem, illis pro fide pugnantibus ſecundum illud: Neque introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione, et dimiſi omnes homines vnumquemque contra proximum ſuũ: Et in Eccleſiaſtico: Intuere omnia opera Altiſſimi. Duo contra duo, et vnum contra vnum. Tradet frater fratrem in mortem, et pater filium, et inſurgent filij in parentes, et morte eos afficient.

Zach.8. b
Eccli.33.b
Mat.10.b

Spiritualiter quilibet homo eſt domus, vel Dei, vel diaboli, ſecundum quod eſt in eo pax mala quæ eſt peccati, cuius diabolus eſt pater. Vos ex patre diabolo eſtis. Caro autem eſt nurus, et mater. Pater tuus

Spiritualis ſenſus.
Ioan. 8. f
Eze. 16. a

E Amorrhæus, et mater tua Cethæa, ideſt garrula. Tunc autem diuiditur filius contra patrem, et matrem, et ſocrum, quando carnis relinquit deſideria, et renunciat diabolo, et pompis eius, et ab eis diuiditur per baptiſmum. Vnde Pſalmus: Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me. Ad iſtam diuiſionem faciendam, oportet naſci denuo. Niſi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Ignis enim diuini amoris et baptiſmus tam flaminis quàm fluminis et ſanguinis, omnes diuidit a domeſticis inimicis, et hæc eſt efficacia aduentus primi.

Pſal. 26. c
Ioan. 3. a

F Dicebat autem et ad turbas: *Cum videritis nubem orientem ab occaſu*, et cetera. Poſtquam excitauit ad vigilantiam, hic ſecundo arguit negligentiam quæ de gratia Chriſti venientis non curat. Et habet hæc pars, duas. In quarum prima parte redarguit negligentiam reſpectu gratiæ cognoſcendæ: ſecundo vero, reſpectu pœnitentiæ faciendæ ibi: *Aderant autem quidam ipſo tempore*. Nam Chriſtus venit ad gratiam conferendam, et pœnitentiam prædicandam. Negligentiam autem reſpectu gratiæ cognoſcendæ, redarguit propter tria, ſcilicet propter cõmonitionem exterioris iudicij, et ſuperioris edicti. Primo ergo quantum ad commonitionem exterioris iudicij, propter

Digitized by Google

quam negligẽtia cognoſcendi eſt reprehẽſibilis dicit: *Dicebat autem et ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis: Nimbus venit*, ideſt, imber pluuiæ. *Et ita fiet*, quia hoc eſt ſignum cum cælum nube operitur, quòd terris pluuia præparetur: *Pſ.146. b* Qui operit cælum nubibus, et parat terræ pluuiam, *Et cum auſtrum flantem, dicitis: Quia æſtus erit, et ita* *Iob 37. c* *fit*. Nonne veſtimenta tua calida ſunt, cum perflata fuerit terra auſtro? Et quia ex his ſenſibilibus manuducitur homo ad intelligentiam, quam illi conſiderare negligebant, ideo ſubdit: *Hypocritæ faciem cæli et terræ noſtis probare: hoc autem tempus quo modo non probatis?* Ideo eos dicit hypocritas, quia magis profitebantur notitiam ſcripturarum ſicut Catholici, quàm naturarum et ſtellarum ſicut aſtrologi. Et tamen magis intendebant iſtis quàm illis. Et hoc, eſt hypocriſis in Chriſtiano, ſcilicet magis ſolicitari circa naturalia, quàm circa gratuita. Vnde Auguſtinus: Laudabilior eſt animus, cui nota eſt propria infirmitas, quàm qui cælorum conſtellationes et terrarum fundamenta ſcrutatur. Ideo in Eccleſiaſtico: Quæ præceperit tibi Deus, cogita illa ſemper, et in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Illi ergo ſunt reprehenſibiles, qui ſoliciti ſunt conſiderare tempus huius pluuiæ, et negligunt conſiderare tempus gratiæ: maxime cum per hæc ſenſibilia manuduci poſſunt ad ſpiritualia, vnde reliquerant patriam propter viam: et faciem Domini propter eius veſtigia. Contra quos Auguſtinus: Væ his qui reliquerunt te ducem, et oberrant in veſtigijs tuis, qui nutus tuos proſe amant, et obliuiſcuntur quid innuas.

Eccli. 3. e

Aug. lib. 2. de lib. arb. to. 1.

Propter quod intelligendum quòd nubes inſinuat ſanguinem Chriſti: Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, et ingredietur Ægyptum. Apparitio nubis ab occaſu deſignat carnem Chriſti reſurgentem et aſcendentem: Qui aſcendit ſuper occaſum: Dominus nomen illi. Deſcenſus nimbi et pluuiæ deſcenſum Spiritus ſancti poſt Chriſti aſcenſionem deſignat: Nubecula parua quaſi veſtigiũ hominis aſcendebat de mari. Subditur: Et facta eſt pluuia grandis. Per auſtrum flantem flatus Spiritus ſancti venientis in diſcipulos: Surge aquilo, et veni auſter, perfla hortum meum. Hoc factum eſt quando factus eſt repente de cælo ſonus tamquàm aduenientis ſpiritus vehementis. Per æſtum ſubſequentem feruor intelligitur charitatis, qui omnes meſſes Eccleſiæ maturauit: Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit æſtate, filius cõfuſionis.

Iſa. 19. a *Pſal. 67. a* *3. Reg. 18. g* *Cant. 4. d* *Act. 2. a* *Prou. 10. a*

Moraliter autem per nubem venientem ab occaſu intelligitur dolor cõpunctionis ex memoria mortis naſcens. Per nimbum intelligitur imber lacrymarum. Per auſtrum flantem deuotio lætificans. Per æſtum deuotio inflammans: Poſt tempeſtatem tranquillum facis, et poſt lacrymationem et fletum, exultationem infundis. Vnde is eſt ordo deſcenſus gratiæ in cor noſtrum, quia primo homo conſiderat finem ſuum et mortem et deinde concipit dolorem, poſt hæc prorumpit in lacrymas, deinde ſentit conſolationem, tamdem inflammatur ad dilectionem. Vnde ſupra de pœnitente peccatrice dicitur quòd ſtans retro ſecus pedes Domini, lacrymis cœpit rigare pedes eius, et vnguento vngebat, *et cetera*.

Senſus Moralis.

Tob. 3. d *Sup. 7. e*

Secundo quantum ad commonitionem interioris iudicij, ſubditur: *Quid autem et a vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?* quaſi dicat: Et ſi negligitis exteriorem commonitionem, non negligatis interiorem. Vnde: Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo, ideſt ex tuo naturali iudicatorio. Inſertum enim eſt homini naturale iudicatorium per quod dirigitur ad videndum, et eligendum: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Et Iſaias: Redite præuaricatores ad cor: ibi enim dictatur quod iuſtum eſt. Et inter omnia quæ iuſta ſunt, hoc dictat ratio naturalis: quæ dixit Antiochus: Iuſtum eſt ſubditum eſſe

Eccli. 31. b *Pſal. 4. b* *Iſa. 46. e* *2. Mac. 9.*

A Deo, et mortalem hominem non paria Deo ſentire. Hoc ergo potiſſime eſt iuſtum quod debet iudicare quilibet, ſcilicet Deum eſſe colendum, et Chriſtum honorandum, et Spiritus ſancti donum cum reuerentia ſuſcipiendum. Quia Ioannes: Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, *et cetera*. Iuſtum eſt etiam iudicare quòd Deus iudicabit orbem terrarum in æquitate, et ſeipſum iudicando debet præuenire illud iudicium, quia: Si noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Vnde conſciẽtia naturaliter remurmurat, et ipſa teſtatur quòd mala noſtra non remanebunt inulta. Et ideo ex ipſa

Ioan. 5. d *1. Cor. 11. g*

B debemus ſolicitari ad diuinam gratiam promerendam. Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. Eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, *et cetera*.

Rom. 2. c

Tertio quantum ad commonitionem ſuperioris edicti, ſubdit: *Cum autem vadis cum aduerſario tuo ad principem, in via*. Beda: Aduerſarius noſter in via eſt ſermo Dei contrarius noſtris carnalibus deſiderijs, in præſenti vita, princeps noſter eſt Chriſtus: Princeps ea quæ digna ſunt principi cogitabit. Ad

Gloſſa in hunc locum to. 5. *Iſa. 33. b*

C hunc principem ſermo Dei dirigit nos triplici via, ſcilicet innocentiæ: de qua in pſalmo: Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat, Via pœnitentiæ: Viam trium dierum pergemus in ſolitudinem. Via ſapientiæ; Viam ſapientiæ monſtraui tibi, et duxi te per ſemitas æquitatis, *et cetera*. Has vias petebat propheta demonſtrari ſibi dicens: Vias tuas Domine demonſtra mihi, et ſemitas tuas edoce me. Has autem oſtendit exemplo: Ego ſum via, veritas, et vita. Oſtendit verbo Iſaiæ: Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, et aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis. Hæc eſt via,

Exo. 8. f *Prou. 4. b* *Pſal. 24. b* *Ioan. 14. a* *Iſa. 10. e*

D ambulate in ea. Oſtendit etiam dono diuinitus inſpirato Sapiens: Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, et oſtendit illi regnum Dei. Quoniam ergo ſermo Dei dirigit nos per viam rectam per quam carnalitas ire recuſat, et ratio magis debet credere Verbo Dei, quàm ſuggeſtioni carnali, ideo ſubdit: *Da operam liberari ab illo*, implendo præcepta, declinando prohibita, ſperando promiſſa, et timendo comminationes: qui hæc facit, ſecurus eſt ab aduerſario: Extolle aduerſarium, et afflige inimicum. Qui enim verbum diuinum extollit, inimicum, ideſt carnem, mundum, et diabolum affligit. Vnde Beda:

Sap. 10. b *Eccli. 36. b* *Gloſſa to. 5. in cap. 12. Luc.*

E Cum in hac vita præparas te ad placitam faciem iudicis videndam, quamuis ſermo Dei ſit contrarius tuæ carni, tamen eo vtere ſicut cuſtodia data tibi in hoc itinere, ne contemptus te accuſet. Ideo ſubdit: *Ne forte trahat te ad iudicem*, ſcilicet Chriſtum: Ipſe eſt qui conſtitutus eſt a Deo iudex viuorum et mortuorum, *et cetera*. *Et iudex tradat te exactori*, ideſt diabolo, qui exegit peccata. Iob: Non exaudierunt vocem exactoris. *Et exactor mittat te in carcerem*, ſcilicet infernalem: Congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum, et claudentur ibi in carcere, quia pœna iſta eſt irremediabilis, propterea ſubiungitur:

Act. 10. g *Iob 3. c* *Iſa. 24. d*

F *Dico tibi, non exies inde, donec nouiſſimum minutum reddas*, ideſt, numquam, quia numquam reddes. Beda: Reddit ſemper pœnas pro peccatis patiendo, ſed numquam veniam aſſequendo. Vnde *donec*, non ponit hic terminum, ſicut nec ibi: Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ. Auguſtinus: *Donec*, non terminum pœnæ ſignificat, ſed ſemper ſolues et numquam perſolues. Et dicitur ſoluere nouiſſimum minutum, quia non tantum pro magnis, ſed etiam pro minoribus reprobi puniuntur. Vnde Chryſoſtomus: Si ſemel condemnatus miſſus fueris in carcerem, iam non ſolum pro grauibus peccatis, ſed etiam pro verbo otioſo quod

Gloſſa in hũc locum to. 5. *Pſ. 109. a* *Auguſt. de ſerm. Dom. in mõte lib. 1. ca. 21. to. 4.*

locutus

locutus es, exigentur à te supplicia. In hæc supplicia præcipitantur, qui non custodiunt diuina verba, quæ mittunt hominem ad diuinam gratiam et ad Chri-
Ioan. 5. f stum. Vnde Ioannes: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Ex his igitur apparet quòd negligentia hominis ad Dei gratiam cognoscendam et suscipiendam est inexcusabilis, pro eo quòd ad illam commonitione triplici excitatur, scilicet per librum creaturæ, conscientiæ, et scripturæ, quasi per tres testes, quorum vnus exterior, alter interior, tertius superior. Quapropter sicut dicitur;
Heb. 2. a Abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus sermo, factus est firmus, et omnis præuaricatio et inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quo modo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?

CAP. XIII.

ADERANT *autem quidam ipso in tempore.*] Supra redarguit negligentiam respectu gratiæ cognoscendæ, hic redarguit negligentiam respectu pœnitentiæ faciendæ. Et hoc quidem facit tripliciter. Primo exemplo audito, secundo exemplo assumpto ibi: *Sicut illi decem et octo*, et cetera. Tertio exemplo adinuento siue excogitato ibi: *Dicebat autem hanc similitudinem.* Circa exemplum auditum hoc ordine procedit. Primo proponitur atrocitas supplicij. Secundo negatur enormitas delicti. Tertio concluditur necessitas pœnitendi. Primo ergo introducitur narratio atrocitatis supplicij, cum dicitur:

Diuisio.

Aderant autem quidam ipso in tempore, nunciantes illi de Galilæis, scilicet dura et terribilia, quę maxime consueuerunt recitari. Vnde et subdit: *Quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum*, secundum historiam quam narrat Iosephus. Quidam erat in Galilæa faciens se Messiam in lege promissum, et multi de Galilæis sequebantur ipsum, quibus assignauerat diē, quo ascensurus erat in cælum videntibus illis de monte Garizim. Videns autem Pilatus quòd multos seduxerat de Tetrarchia Herodis, timuit ne post seduceret eos qui erant de Tetrarchia sua. Cum ergo dies assignata esset, et illi, quos seduxerat, adorarent eum, et sacrificarent ei, repente superuenit Pilatus, et interfecit eos inter sacrificia eorum. Et inter illos occidit illum qui faciebat se Christum. Vnde de hoc ar-
Act. 5. f. g bitror intelligi illud: Ante hos dies extitit Theodas dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est, et omnes qui credebant ei dissipati sunt et redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, et auertit populum post se, et ipse perijt: et omnes, quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Et sic acerbitas fuit supplicij, quia repente grauiter et in multitudine traditi sunt in horrendam mortem.

Secundo quantum ad negationem maioris enormitatis delicti subditur: *Et respondens dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi pra omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt?* Hoc enim frequenter consueuit credi ab hominibus, qui iudicant secundum exteriora, et tamen non est ita iudicandum. Ideo subdit: *Non, dico vobis*, ideſt, assero quòd non erant præ alijs peccatores, ideo non est temere iudicandum, sed potius formidandum: quia secreta sunt iudicialia Dei.
Eccli. 8. b Vnde dicitur: Vidi impios sepultos, qui etiam cum
Ibid. c adhuc viuerent, in loco sancto erant, et laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Et post: Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: Et sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Et iterum: Omnia in futurum
Eccli. 9. a seruantur incerta, eo quòd vniuersa æque eueniant iusto et impio, bono, et malo, mundo et immundo, immolanti victimas et sacrificia contemnēti. Et ideo
1. Cor. 4. a dicitur: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Vt enim
Greg. in li. 4. Reg. c. 1. to. 2. in Edit. Rom. dicit Gregorius: Iudicia Dei non sunt temere discutienda, sed formidoloso silentio veneranda.

Tertio quantum ad conclusionem necessitatis pœnitendi subiungitur: *Sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Qui timent Dominum, custo-
Eccli. 2. b diunt mandata illius: et patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum. Sed sicut dicitur: Horrendum est
Heb. 10. f incidere in manus Dei viuentis. Quia in Psalmo: Ni-
Psal. 7. b si conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, et parauit illum. Et in Ecclesiastico:
Eccli. 5. b Non tardes conuerti ad Dominum, et ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te.

Et nota quòd duodecim de causis perit aliquis, sicut colligitur ex scripturis.

Primo propter defectum pœnitentiæ, sicut habetur hic. Si non habueritis pœnitentiam, omnes simul
Luc. 15. d peribitis. Et Lucas: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Contra: Non tardat Dominus promissionē, sicut
2. Pet. 3. c quidam existimant, sed patienter agit propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiā reuerti.

Secundo propter defectum prouidentiæ. Quia
Iob 4. d nullus intelligit, in æternum peribunt. Contra per Ec-
Eccli. 23. a clesiasticum: Doctrinam oris audite filij: et qui custodierit illam, non periet labijs suis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis.

Tertio propter defectum patientiæ. Conuerte gla-
Mat. 26. c dium tuum in locum suum, omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Peccator videbit, et
Psal. 111. b irascetur: dentibus suis fremet et tabescet, desiderium peccatorum peribit. Contra: Non in finem
Psal. 9. c obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit finem.

Quarto propter defectum innocentiæ: Inimici defecerunt frameæ in finem, et ciuitates eorum destruxisti: perijt memoria eorum cum sonitu, *et cetera*. Contra per Iob: Recordare, obsecro te, quis vmquam
Iob 4. b innocens perijt, aut quando recti deleti sunt?

Quinto propter defectum clementiæ. Increpasti
Psal. 9. a gentes et perijt impius, nomen eorum delesti in æternum et in sæculum sæculi. Expedit nobis, vt vnus
Ioan. 11. f moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat.

Sexto propter defectum sapientiæ: Quoniam non
Baruc. 3. c habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Contra: Cum inueneris sapientiam, ha-
Prou. 24. b bebis in nouissimis spem, et spes tua non peribit.

Septimo propter defectum credulitatis. Neque
1. Cor. 10. c tentemus Christum sicut quidam eorum tentauerūt, et a serpentibus perierunt. Contra per Ioannem: Exal
Ioan. 3. b tari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Octauo propter defectū charitatis: Ijs qui pereunt,
2. Thess. 2. c eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent. Contra per Ioannem: Nemo ex eis perijt ni-
Ioan. 17. b si filius perditionis.

Nono propter defectum veritatis. Testis falsus nō
Prou. 19. a erit impunitus, et qui mendacia loquitur, non effugiet. Et ibidem: Testis mendax peribit.
Ibid. 21. d

Decimo propter defectum pacis et vnitatis. Ne-
1. Cor. 10. b que murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt et perierunt ab exterminatore. Et de
Num. 16. c scismaticis qui contra Dominum murmurauerunt: Descenderunt viui in infernum operti humo, et perierunt de medio multitudinis.

Vndecimo propter defectum liberalitatis: Diui-
Eccli. 5. c tiæ conseruatæ in malum Domini sui: pereunt enim in affli-

in afflictione pessima, ideſt, perire faciunt. Et Timotheo: Qui nolunt diuites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia, et nociua, quæ mergunt homines in interitum et perditionem.

1.Tim.6.b

Duodecimo propter defectũ humilitatis, vt in Ecclesiastico: Audax secundum voluntatem suam vadit, et simul cũ stultitia illius peries. Contra per Mathæum: Non est voluntas ante patrem vestrum qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis: Oues meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me: et ego vitam æternam do eis, et non peribunt in æternum.

Eccli.8.d Mat.18.b Ioan.10.c

Sicut illi decem et octo supra quos cecidit turris, et cetera. Hic redarguit negligentiam pœnitendi per exemplum assumptum quod est conforme ad exemplum auditum. In quo præmittitur grauitas pœnæ, negatur profunditas nequitiæ, et concluditur necessitas pœnitentiæ. Primo igitur quantum ad grauitatem et horribilitatem pœnæ repentinæ, dicit:

Sicut illi decem et octo super quos cecidit turris in Siloe, et occidit eos. Isti decem et octo Hierosolimitæ erant, qui ad litteram ædificauerunt turrim iuxta Siloe, et ruina turris oppressi sunt, quasi ex improuiso. Et hoc iusto iudicio Dei, quia: Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.

Prou.17.c

Secundo quantum ad negationem profunditatis nequitiæ, subditur: *Putatis quia et ipsi debitores fuerint prater omnes homines habitantes in Ierusalem?* quia soli puniti sunt. *Non, dico vobis*, quia certe multi alij erant peccatores in ea: Circuite vias Ierusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, et quærentem fidem, et propitius ero ei.

Hier.5.a

Tertio quantum ad conclusionem necessitatis pœnitentiæ subiungitur: *Sed si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis*, non quantum ad pœnam temporalem, sed quantum ad spiritualem et gehennalem. Sicut enim super istos cecidit turris: sic super omnes reprobos cadet ille lapis angularis, de quo Matthæus: Qui ceciderit super lapidem istum confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. Hic autem lapis qui creuit in montem, recte dicitur turris propter fortitudinem et altitudinem: Turris fortissima nomen Domini. Hos reprobos conteret hæc turris in iudicio secundum illud: Conteretur cum delinquente delictum, *et cetera*. Et tunc perient cum peccatis suis: Vana sunt, et opus risu dignum: in tempore visitationis suæ peribunt. Tales sunt qui opera pœnitentiæ negligunt et crucem Christi contemnunt: Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est, ijs autem qui salui fiunt, id est, nobis, Dei virtus est.

Mat.21.d Prou.18.b Eccli.27.a Hier.10.c 1.Cor.1.c

Nota autem quòd homo puniri consueuit decem de causis, videlicet:

Ad purgationem, vt Maria soror Moysi: Maria apparuit candens lepra quasi nix, *et cetera*.

Num.12.c

Ad probationem, vt Iob: Egressus satan a facie Domini: percussit Iob vlcere pessimo a planta pedis vsque ad verticem eius.

Iob 2.c

Ad humiliationem, vt Paulus: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, vt me colaphizet, *et cetera*.

2.Cor.12.b

Ad glorificationem diuinæ potentiæ, vt cæcus natus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.

Ioan.9.a

Ad commendationem diuinæ clementiæ, sicut pater Ioannis Baptistæ: Ecce, eris tacens, et non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant, *et cetera*.

Sup.1.b

Ad manifestationem diuinæ iustitiæ, sicut Herodes: Percussit eum Angelus Domini. Sequitur: Et consumptus a vermibus, expirauit. Et sic Antiochus.

Act.12.d 2.Mach.10.b

Ad punitionem parentum: Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam et quartam generationem. Propter quod pueri Sodomitarum submersi sunt.

Exo.20.a Gen.19.e

Ad terrorem aliorum: Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Sic et isti puniti sunt, de quibus agitur hic vt ceteri terreantur.

Prou.19.d

Ad exempla posterorum: Hanc tentationem ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daret exemplum patientiæ.

Tob.2.c

Ad detestationem criminum sicut Datham et et Abiron: Dirupta est terra sub pedibus eorum, et aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis et vniuersa substantia eorum, descenderunt q. viui in infernum operti humo, et perierunt de medio multitudinis. Et sic Giezi: Lepra Naaman adhærebit tibi et semini tuo vsque in sempiternum. Et sic Ananias: Cur tentauit satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat: et venundatum, erat in tua potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? *et cetera*. Et sequitur: Cecidit et expirauit. In hoc ostenditur quãtum oporteat detestari scissuram Simoniacam et Apostasiam, ob quam statim sic puniti sunt.

Num.16.e 4.Reg.5.g Act.5.a Simonia et Apostasia.

Dicebat autem et hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam, et cetera. Hic tertio subditur exemplum excogitatum, siue adinuentum de infructuosa ficulnea excidenda, sub cuius metaphora intelliguntur tria circa animam, quæ negligit pœnitentiã; scilicet defectus negligentiæ in non fructificando, rigor sententiæ in comminando, et necessitas pœnitentiæ in remediando. Primo ergo quantum ad defectum negligentiæ in fructificando, ait:

Dicebat autem et hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, scilicet ad fructum suscipiendum ex ea, quem tamen tollit negligentia, Vnde subdit: *Et venit quærens fructum in illa, et non inuenit*, per vineam intelligitur congregatio ecclesiastica: Vinea Domini exercituum domus Israel est. Per ficum infructuosam sed folijs plenam, intelligitur anima, quæ recusat pœnitentiam propter negligentiam. Ioel: Posuit vineam meam in desertum, et ficum meam decorticauit: nudans spoliauit eam et proiecit, albi facti sunt rami eius. Hæc ficus est folijs plena quando verbis abundat ad excusationem sui: Consuerunt folia ficus, et fecerunt sibi perizomata. Et hæc est Domini maledictione digna: Videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam, et nihil inuenit in ea nisi folia tantum, et ait illi: Numquam ex te fructus nascatur.

Isa.5.b Ioel.1.b Gen.3.a Mat.21.b

Secundo quantum ad rigorem sententiæ in comminando, subdit: *Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce, anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac et non inuenio*. Per tres annos intelligitur Pueritia, Adolescentia, et Iuuentus, in quibus negligit quis pœnitentiam agere, secundum illud Iob: Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, et ille abutitur eo in superbiam. Cultor istius vineæ est prædicator et maxime prælatus de quo Apostolus: Ego plantaui, Apollo rigauit. Augustinus contra quinque hæreses: Vbi estis o boni agricolæ, quid agitis? quare vacatis? videtis quo malo ista plena sit terra, hinc spinæ, hinc tribulus, hinc fenum surgit. Spinas incendite, tribulos eradicate, fenum secate, noua semina bona spargite, non terreat hiems, et si abundet iniquitas, tamen ferueat vestra charitas. Serite hieme quod metatis æstate, *et cetera*. Tali agricolæ negligenti competit comminari seueritatem diuini iudicij. Propter quod subdit: *Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?* ideſt, denuncia eam succidendam. Secundum quod dicebat Ioannes Baptista: Facite fructum dignum pœnitentiæ. Sequitur: Iam enim securis ad radicem posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.

Iob 24.b 1.Cor.3.d *Augustin. in orat. de quinque hæresibus cap. 6.to.6.* Mat.3.b

Digitized by Google

Rom. 2. a mittetur. Et Paulus: Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ et reuelationis iusti iudicij Dei, *et*
Psal. 51. a *cetera*. Et Dauid in Psalmo: Propterea Deus destruet te in finem, et euellet, et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viuentium.

Tertio quantum ad necessitatem pœnitentiæ inremediando subiungit: *At ille respondens dixit illi: Domine, dimitte illam et hoc anno*, ideſt in tempore senectutis, *vsque dum fodiam circa illam et mittam stercora*, ideſt donec reducam ad memoriam ei suam fragilitatem et eius iniquitatem. Fodit enim, qui se humi-
Isa. 2. c liat: Ingredere in petram, et abscondere in fossa humo a facie timoris Domini, et a gloria maiestatis
4. Reg. 3. c eius: Facite alueo torrentis huius fossas et fossas. Vn-
Glossa in hūc locum so. 5. de Glossa: Fossa quippe in imo est, quando increpatio mentem sibi demonstrat et humiliat, stercora mittit qui peccatum ad memoriam reduci. Vnde
Glossa in hunc locum so. 5. Glossa Bedæ: Mittam stercora, ideſt, malorum quæ fecit abominationem ad animum reducam, et compunctionis gratiam cum fructibus boni operis, quasi de putredine stercoris exuscitem. Peccata enim ster-
Ioel. 1. d cora dicuntur. Vnde Ioel: Computruerunt iumen-
Thr. 4. a ta in stercore suo. Et in Threnis: Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Horum recogi-
Isa. 38. d tatio animam fecundat. Vnde Isaias: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.
Hier. 31. d Et Hieremias: Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. Sicut autem fructificat arbor quando circa eam mittuntur stercora, sic et anima dum peccatorum suorum recordatur. Ideo subditur: *Et si quidem fecerit fructum*, scilicet dimittes eam. Et est locutio figuratiua in qua deficit dictio necessaria: sed tamen cōmunis est modus loquendi. *Sin autem, in futurum succides eam*, per gladium iudicialis sententiæ.
Iudæ. e In canonica Iudæ: Arbores autumnales infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Vel suc-
Deut. 20. d cides per mortem: Si qua ligna non sunt pomifera,
Iob 4. d sed agrestia, *et cetera*, succide. Et Iob: De mane vsque ad vesperam succidentur: et quia nullus intelligit, in æternum peribunt.

Et nota: Sex hominis ætates sunt, quasi sex anni, scilicet Infantia, Pueritia, Adolescentia, Iuuentus, Senectus, et Senium. In prima ætate non quærit fructum Dominus propter liberi arbitrij defectum. In secunda vero requirit aliquo modo, scilicet in pueritia. In adolescentia magis, et in iuuentute maxime: expectat tamen negligentem frequenter vsque ad senectutem. Et tunc tamdem ad extremum profert seueritatem sententiæ aduersus negligentem.

Possunt autem hæc allegorice exponi de Synagoga, in qua Dominus quæsiuit fructum in tribus ætatibus mūdi intermedijs, in quibus Synagoga viguit, et adhuc ad pœnitentiam expectat, vt in triplici tempore, scilicet Patriarcharum, Iudicum, et Regum, et tamdem expectauit in tempore prophetarum. Et quia non fuit conuersa ad verba eorum, ideo succisa est in Christi aduentu.

Vel isti tres anni referuntur ad tempus triplicis legis scilicet Naturæ, Scripturæ, et Gratiæ, sed hæc sufficienter exponuntur in Glossa.

Secundum autem morum informationem spiritualiter notandum quòd arbor infructuosa succiditur, maxime quæ per triennium fructum non facit. In quo intelligitur recte homo negligens ad opera virtutis, et quidem recte per ficum infructuosam negligentia humana arguitur.

Primo quia ficus habet folia multa et magna, et in illo potissime arguitur negligentia illius qui ma-
Eccli. 4. d gna habet verba, vt in Ecclesiastico: Noli citatus esse in lingua tua, et inutilis, et remissus in operibus tuis. Contra: Vitis frondosa Israel, fructus adæqua-
Osea. 10. a tus est ei.

Secundo quia folia ficus sunt manui similia. Et in illo potissime reprehenditur negligentia eius qui alios ad operandum inuitat, cum ipse nihil operetur: Qui alium doces, *et cetera*. Contra: Cœpit Iesus
Rom. 2. d facere et docere.
Act. 1. a

Tertio quia fructus ficus est suauis, ideo merito ipsius carentia negligentiam designat, et præsentia ipsius designat opus virtutis, quod est suaue et valde delectabile: nam qui continet, et hoc ipso gaudet, ille solus est castus.

Sunt autem virtutum opera suauia, virtutem inchoanti: suauiora: virtute proficienti: suauissima iam virtute consummato. Propter quod dicitur: Numquid possum deserere dulcedinem meam,
Iudic. 9. b fructusq. suauissimos, et ire vt inter cetera ligna promouear?

Habere autem dicitur ficus fructus suauissimos ad designandū triplex genus fructuum. Quidam enim fructus sunt suaues vt fructus pœnitentiæ: quidam suauiores vt fructus iustitiæ: sed quidam suauissimi vt fructus sapientiæ. Hæc tria genera fructuum quærit Dominus in tribus annis, quia in triplici statu. Nam fructus pœnitentiæ quæritur ab incipientibus, fructus iustitiæ a proficientibus, fructus autem sapientiæ a perfectis. Primo ergo in primo anno requirit fructum pœnitentiæ, de quo supra: Facite
Sup. 3. b fructus dignos pœnitentiæ. Hic autem fructus in tribus consistit.

Primo in resecatione superfluitatis: Induxi vos in
Hier. 2. b terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, et bona illius: Carmelus interpretatur scientia circum-
Carmelus. cisionis, et designat resecationem superfluitatis.

Secundo in mortificatione carnis: Nisi granum
Ioan. 12. d frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Tertio in purificatione mentis. Isaias: Dimitte-
Isa. 27. b tur iniquitas domui Iacob, et iste omnis fructus vt auferatur peccatum eius.

In secundo anno scilicet in statu proficientium requirit Dominus fructum iustitiæ: Sitis sinceri et si-
Phil. 1. b ne offensa in die Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam et laudem Dei.

Hunc autem fructum iustitiæ concordia inchoat siue seminat: Fructus autem iustitiæ in pace semi-
Iac. 3. d natur facientibus pacem. Iob: Habeto pacem, et
Iob 22. c per hanc habebis fructus optimos.

Clemētia patefacit et prouehit, vt in Psalmo: Erit
Psal. 1. a tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et in Psalmo: A fructu frumenti, vini, et olei
Psal. 4. b sui multiplicati sunt.

Patientia conseruat: Ecce agricola exspectat pre-
Iac. 5. b tiosum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Et: Omnis disci-
Heb. 12. c plina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.

Perseuerantia colligit. Infra: Videte ficulneam et
Inf. 21. f omnes arbores cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniā prope est æstas vt in Prouerbijs de mu-
Prou. 31. b liere forti dicitur: De fructu manuum suarum plantauit vineam.

In tertio anno requirit fructum sapientiæ, de quo
Prou. 3. b in Prouerbijs: Primi et purissimi fructus eius.

Hic autem fructus est speciosissimus ad videndum:
Deut. 33. b De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli et rore, atque abysso subiacente. De pomis fructuum solis et lunæ.

Fragrantissimus ad odorandum in Ecclesiastico:
Eccli. 24. b Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, et flores mei fructus honoris et honestatis: Emissiones tuæ
Cant. 4. d paradisus

paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

Cant.2.a Sapidissimus ad degustandum: Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, et fructus eius dulcis gutturi meo. Item in Canticis: Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum, *et cetera.*

Ibid.5.a

Prou.8.c Pretiosissimus ad possidendum: Melior est fructus meus auro et lapide pretioso, et genimina mea argento electo.

Sap.3.d Sempiternus ad perdurãdum vt in Sapientia: Bonorum laborum gloriosus est fructus: et quę non concidit, radix sapientiæ. Et quia sapientia hic inchoatur et durat in sempiternum. Cum igitur Dominus requirat in arbore quam plantauit in primo statu fructum pœnitentiæ, et ille sit triformis: et in secundo fructum iustitiæ, et iste sit quadriformis: et in tertio fructum sapientiæ, et iste sit quinquiformis, requirit igitur duodecim fructus in arbore plantata. In

Apo.22.a cuius figuram dicitur in Apocalypsi: Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, et folia ligni ad sanitatem gentium.

Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis, et cetera. Pars illa in qua confutat Saluator Iudæorum peruicaciã calumniantium miracula sua, diuisa fuit in duas partes secundum duplicem modũ calumniandi miracula Christi, scilicet ex parte causæ efficiẽtis, et ex parte circumstantiæ tẽporis. Prima parte determinata, hic incipit secunda. Et diuiditur hæc pars in duas, secundum duplicem temporis opportunitatem. In prima confutat calumniantes Christi miracula quæ fiebant in sabbato in concilio: in secunda vero confutat in conuiuio, ibi: *Et factum est, cum introisset*, et cetera. Prima diuiditur in duas. Primo

Inf.14.a enim confutat eos qui dicebant sabbato non facienda esse miracula: secundo vero occasione accepta ostendit quòd sine intermissione facienda sunt bona

Inf.13.d opera, ibi: *Cui similę æstimabo regnum Dei*. Circa autem confutationem calumniantium miracula propter sabbatum procedit hoc modo. Primo præmittitur operatio creationis mirificæ, secundo adiungitur obiurgatio superstitionis iudaicæ, ibi: *Respondens autem archisynagogus*, et cetera. Tertio subiungitur confutatio obiectionis propositæ, ibi: *Respondens autem ad illum Dominus*. Quarto subinfertur assecutio glorioſæ victoriæ, ibi: *et cum hæc diceret, erubescebant*, et cetera. Circa operationem autem curationis mirificæ introducuntur tria, scilicet sollemnitas Dei, grauitas inueterata morbi, virtus accelerati miraculi. Primo igitur ad sollemnitatem diei sacri, dicit:

Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Nota quòd Dominus sabbatis docebat.

Siue propter conseruandam Iudæorum consuetu-

Act.15.d dinem! Moyses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbatum legitur.

Siue etiam propter doctrinæ publicationem, quia tunc tamquam in die sollemni magis communiter

Ioan.18.c erant verbo Dei intenti: Ego semper docui in synaga, *et cetera*, quo omnes Iudæi conueniunt.

Siue quòd sabbatum erat dies quietis, et ipse ve-

Epho.2.c nerat annunciare pacem et quietem. Vnde: Veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis, et pacem ijs qui prope.

Siue etiam quia præceptum de sabbato, quod spectabat ad charitatem, præcipue erat figura tempo-

Ioan.15.b ris gratiæ. In quo præcipitur: Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.

Siue etiam propter seruandum ordinem. Quia ibi debebat incipere reparatio, vbi terminata est con-

Gen.1.a ditio, vt in Genesi dicitur: Compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat. Subiungitur: Et benedixit diei septimo, *et cetera*.

Siue ad dandam informationem quòd intentus sapientiæ ab omnibus debet cessare secundum illud: Sapientiam scribe in tempore vacuitatis. *Eccli.38.c*

Siue etiam ex septima causa vt ostenderet se Dominum legis et sabbati, faciendo miracula in sabbato: Pater meus vsque modo operatur, et ego operor. *Ioan.5.c* Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed et patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.

Secundo quantum ad grauitatem inueterati morbi, subdit: *Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo*, quantum ad infirmitatis diuturnitatem: Languor prolixior grauat medicum: *Eccli.10.b* Breuem languorem præcidit medicus. *Et erat inclinata*, quantum ad infirmitatis grauitatem, secundum quòd ille lugebat in Psalmo: Miser factus sum *Psal.37.a* vsque in finem, *et cetera*. *Nec omnino poterat sursum respicere*, ob infirmitatis continuitatem secundum illud: Dedit me Dominus in manum de qua non po- *Thren.1.c* tero surgere: Potest autem per hanc incuruationem longæuam intelligi morbus auaritiæ et cupiditatis quæ incuruat cor ad temporalia vt in Psalmo: Oculos *Psal.16.c* suos statuerunt declinare in terram. Et hoc quærunt dæmones. Isaias: Incuruare vt transeamus. Hæc in- *Isaia 51.g* firmitas curuatiua durat per decem et octo annos, id est, per senarium triplicem, hoc est per totum tempus vitæ. Quia vt dicit Hieronymus: Cum cetera vitia senescant in senibus, sola auaritia iuuenescit. Et in Ecclesiaste dicitur de auaro: Cuncti dies eius *Eccls.2.d* doloribus et ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente quiescit. Et: Comederunt alieni robur eius, *Osea.7.c* et ipse nescit: sed et cani effusi sunt in eo, et ipse ignorauit. Hæc etiam infirmitas non finit respicere sursum. Vnde dicitur: Vbi est thesaurus tuus, ibi *Mat.6.c* est et cor tuum. Et in Psalmo: Supercecidit ignis *Psal.57.b* scilicet cupiditatis, et non viderunt solem, vt recordarentur, *et cetera*.

Tertio quantum ad virtutem accelerati miraculi subiungit: *Quam cum videret Iesus*, scilicet oculo pietatis: Quia prospexit de excelso sancto suo, Domi- *Ps.101.c* nus de cælo in terram aspexit. Vt audiret gemitus compeditorum: et solueret filios interemptorum. Et: Audiui orationem tuam, vidi lacrymam tuam. *Vo-* *4.Reg.20.a* *cauit eam ad se*, per affectum benignitatis. Ioannes: Dixit Martha Mariæ: Magister adest, et vocat te. Et: *Ioan.11.d* Voca Sunamitidem istam. Subditur: Quid vis vt *4.Reg.4.c* faciam tibi? *Et ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua*, per promissum veritatis. Vnde ratione certitudinis ponit præteritum pro futuro proximo: Non *Num.23.c* est Deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur: Dixit ergo et non faciet? locutus est, et non implebit? *Et imposuit illi manus, et confestim erecta est, et glorificabat Deum*, quantum ad effectum virtutis: Omne quod voluerit faciet, et sermo *Eccls.8.a* illius potestate plenus est. Ideo autem manus imponit, vt ostendat quia ipse est manus per quam Omnipotens operatur cuncta, et per quam reparat vniuersa. Isaias: Ecce non est abbreuiata manus Domini vt *Isa.59.a* saluare nequeat. Et: Respondit Dominus Moysi: *Num.11.c* Numquid manus Domini inualida est? Iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur. Et propterea in Ecclesiastico dicitur: Innoua signa et *Eccli.36.a* immuta mirabilia: glorifica manum et brachium dextrum. Et nota quòd hic quattuor dicit de incuruatione huius mulieris, quæ Dominus exercet in sanatione cuiuslibet animæ fidelis. Nam primo videt prædestinando. Sapientia: Respectus in electos il- *Sap.4.c* lius. Secundo vero vocat exterius attrahendo. Mat- *Mat.9.b* thæus: Non veni vocare iustos sed peccatores. Et in Prouerbijs: Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem *Prou.9.a* et ad mœnia ciuitatis. Tertio manum imponit iustificando. Ezechiel: Abij amarus in indignatione *Ezech.3.c* spiritus mei: manus enim Domini erat mecum confortans

Digitized by Google

Sup.1. f fortans me. Et ſupra: Etenim manus Domini erat
1.Reg. 2.b cum illo. Quarto erigit glorificando: Suſcitat de
puluere egenum, et de ſtercore eleuat pauperem: vt
ſedeat cum principibus, et ſolium gloriæ teneat. De
Rom. 8.f his quattuor ſimiliter dicitur ad Romanos: Quos
prædeſtinauit: hos et vocauit: et quos vocauit, hos
et iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos et ma-
gnificauit.

Reſpondens autem Archiſynagogus, et cetera. Hic ſecundo ſubiungitur obiurgatio ſuperſtitionis Iudaicæ. Circa quam primo introducitur commotio zeli inordinati in animo. Secundo ſimulatio zeli inordinati in verbo. Primo igitur quantum ad commotionem zeli inordinati in animo, dicit:

Reſpondens autem Archiſynagogus indignans, quia ſabbato curaſſet Ieſus, quaſi dicat quòd eius reſponſio ex indignatione animi originem traxit. Hæc autem indignatio oriebatur ex præſumptione iuſtitiæ. Vnde ſolum vera iuſtitia compaſſionem habet, ſed falſa iuſtitia indignationem. Hæc autem falſa iuſtitia
Rom.10.a erat æmulatrix legis quantum ad obſeruantiam ſabbati, ſed æmulatione ſtulta: Æmulationem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam: ignorantes enim iuſtitiam Dei, et ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Vnde ſtulta præſumptio parit æmulationem, et æmulatio indignationem, et indignatio diuinæ legis tranſgreſſionem ſecundum
Prou.29.d illud: Qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccata procliuior. Vnde ſtultus legis zelator eſt ipſius le-
Galat.1.c gis deſtructor. Propter quod ad Galatas: Supra modum perſequebar Eccleſiam Di, et expugnabam illam. Subiungitur: Abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.

Secundo quantum ad ſimulationem zeli inordinati in verbo, ſubdit: *Dicebat turba: Sex dies ſunt in*
Exo. 20.b *quibus oportet operari*: Ecce allegatio veritatis: Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua. Septimo autem die ſabbatum Domini Dei tui eſt. *In his ergo venite et curamini*: Ecce ſimulatio pietatis, vnde ſibi competit quod dicitur de ſimulatoribus:
2.Tim.3.a Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Vnde dicit: *Et non in die ſabbati*: Ecce oſtentatio ſanctitatis, quia tamquam ſanctus diem ſabbati oſtentat ſe velle ſeruare vt ſanctum, ſe-
Leui.23.a cundum illud: Sex diebus facietis opus, dies ſeptimus, quia ſabbati requies eſt, vocabitur ſanctus.
Ioan. 9.c Vnde Iudæi dicebant: Non eſt hic homo a Deo qui ſabbatum non cuſtodit: ſed diei ſancti obſeruantia in archiſynagogo potius erat ad ſimulationem iuſtitiæ quàm ad impletionem ſecundum il-
Iſa. 1.d lud Iſaiæ: Neomeniam et ſabbatum, et feſtiuitates alias non feram. Subditur: Kalẽdas veſtras, et ſollemnitates veſtras odiuit anima mea. Et ratio huius eſt, quia potius ſeruabant ad ſuperſtitionem quàm pro-
Thr. 1.e pter deuotionem. Vnde: Viderunt eam hoſtes, et deriſerunt ſabbata eius.

Reſpondens autem ad illum Dominus, et cetera. Hic tertio ſubiungitur confutatio obiectionis propoſitæ: Circa quam præmittit exemplum ſenſibile. Deinde elicit argumentum rationabile. Primo igitur præmittens exemplum ſenſibile, dicit:

Reſpondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocrita. In quo reſpondet Dominus ſecundum illud quod
Mat.7.d de eo dicitur in Matthæo quòd erat docens eos, ſicut poteſtatem habens. Et hoc faciebat potiſſime cum alios increpabat, ſicut iſtum quem hypocritam vo-
1.Cor.4.a cat: quia eius occulta videbat. Vnde: Qui autem iudicat me, Dominus eſt. Ipſe enim nouit abſcondita cordis, et maxime odit vitium hypocriſis. Ideo in
Eccli.1.d Eccleſiaſtico: Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum. Subiungitur: Ne reuelet Deus abſconſa tua, et in medio ſynagogæ elidat te, ſicut fecit hunc quem exemplo euidenti et ſenſibili confutat et conuincit. Ideo ſubdit: *Vnuſquiſque veſtrum ſabbato non ſol-*

A *uit bouem ſuum, aut aſinum a præſepio, et ducit adaquare?* Gloſſa: Merito hypocritas ſimulatores vocat, qui cum magiſtri plebium videri appetunt, ſanationem hominum non verentur poſtponere curæ pecorum. *Gloſſa in hũc locum to. 5.*
In iſtis impletur illud Iſaiæ: Iuſtus perit, et non eſt qui recogitet in corde ſuo. Et illud etiam hodie impleri videtur, ſecundum illud Bernardi: Perit anima, et non eſt qui curet: cadit aſina, et eſt qui ſubleuet. Hypocritam ergo vocat eum, qui zelum legis ſimulãs magis curat de pecore vel de pecunia quàm de anima. *Iſa. 57.a*

Secundo eliciens argumentum rationabile, ſubiungit: *Hanc autem filiam Abrae quam alligauit ſatanas, ecce decem et octo annis*, cui debetur miſericor-
B dia, et quia mulier infirma ex ſexu: Quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem, tamquam et coheredibus gratiæ vitæ. Et quia infirma ex expreſſione dæmonis, vnde Matthæus: Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea male a dæmonio vexatur. Quia etiam erat de ſemine Abraæ, quem Deus ſibi elegit. Vnde Matthæus: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Ex his ergo cauſis optimis multo fortius colligitur quòd curatio mulieris propter ſabbatum non debuit differ-
C ri. Ideo ſubdit: *Non oportuit ſolui a vinculo iſto die ſabbati*, immo certe oportuit, quia opportunitas temporis fuit: tum quia in infinitum maior cura debet eſſe de ſalute hominis quàm bruti animalis. Propter quod: Numquid de bobus cura eſt Deo? Tum etiam quia ſabbatum non eſt introductum in præiudicium hominis ſed potius in ſalutem humani generis. Vnde Ioannes: Si circumciſionem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi, mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato? Tum etiam quia ſabbato vetantur omnia ſeruilia. Vnde: Nullum ſeruile opus facietis in eo. Non au-
D tem opera ſpiritualia. Vnde dicit Matthæus: Non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, et ſine crimine ſunt? Non vetantur etiam opera diuina, et miraculoſa. Vnde Ioannes: Pater meus vſque modo operatur, et ego operor: Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. Non vetantur etiam opera neceſſaria ad ſanitatis conſeruationem, vt comedere, et bibere: igitur nec ad curationem. Ex quo datur intelligi quanta homini debeat eſſe ſolicitudo et diligentia, vt peccator de laqueis diaboli abſoluatur. Vnde etiam ſi fieri poſſet, vt nec modicum retardetur vt in
E Prouerbijs: Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum: ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. In cuius ſignum dicitur de filio prodigo reuertente, infra: Cum adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, et miſericordia motus eſt, et accurrens cecidit ſuper collum eius, et oſculatus eſt eum. Et nota quòd non eſt aliud filiam Abraæ ſolui a vinculo ſatanæ, quàm animam ſolui a reatu culpæ. Vnde Gloſſa: Filia Abraæ quæque fidelis anima. Hanc ſoluit Chriſtus miniſterio ſacerdotum: Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata et in cælo: et quæcumque ſolueF ritis ſuper terram, erunt ſoluta et in cælo. Sed oportet quòd homo ſeipſum diſponat quaſi ab interiori. Iſaias: Solue vincula colli tui captiua filia Sion. Et tunc Deus operatur a ſuperiori, vt in Pſalmo: Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Vnde in hac ſolutione operantur ſacerdotes per exteriorem diſpenſationem ſacramenti, et peccator per interiorem deteſtationem peccati, et Deus per ſuperiorem infuſionem gratiæ Spiritus ſancti. *Prou.6.a* *Inf. 15.e* *Mat. 18.c* *Iſa. 52.a* *Pſ. 115.b*

Et cum hac diceret, et cetera. Hic quarto ſubiungit aſſecutionem glorioſæ victoriæ, quantum ad duo quæ hic introducuntur. Scilicet confuſio rebellium, et lætificatio fidelium. Primo ergo quantum ad confuſionem rebellium, dicit:

Et cum

Digitized by Google

Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius. Glossa: Aduersarij, Scribæ et Pharisæi qui non aperte veritati contradicere possunt, nec propter inuidiam credere volunt. De talibus: Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius. Tales non instruuntur, sed confunduntur, cum veritas declaratur. Isaias: Ecce confundentur et erubescent omnes qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos, et non inuenies viros rebelles tuos.

Iob 24. b

Isa. 41. c

Secundo quantum ad lætificationem fidelium, subdit: *Et omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo.* Beda: Populus, ideſt, simplices et humiles verba veritatis, et miracula amantes. Ij gaudent de manifestatione gloriæ diuinæ. Vnde: Pauperes homines in sancto Israel exultabunt. Exultabunt, inquam. In vniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo; vt in Ecclesiastico: Gloria Domini plenum est opus eius. Et nota quòd opera Christi erant gratiosa, quantum ad condescensionem diuinæ dignationis, et de his est regratiandum. Tobias: Benedicite Deum cæli, et coram omnibus viuentibus confitemini ei: quia fecit vobiscum misericordiam suam. Erant etiam gloriosa quantum ad operationem virtutis, et manifestationem maiestatis. Et de his est gaudendum, et exultandum in Psalmo: Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua Domine, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Beda in Gloſ. in hũc locum to. 5.

Isa. 29. f

Eccli. 41. c

Tob. 12. b

Psal. 65. a

Possunt autem hæc allegorice exponi de Ecclesia ex gentibus congregata, quæ per triplicem annorum senarium fuit curua. Hoc est sub dictamine legis naturæ, legis Mosaicæ, et etiam prophetiæ. In quorum quolibet opera facta sunt ad sex dies spectantia, hoc est, opera seruilia quæ ex timore fiebant. Et hæc non possunt animam sursum erigere, quia timor deprimit, et solus amor sursum erigit. Vnde Supra: Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. et hoc fit per spiritum charitatis: Et ingressus est in me spiritus, et statuit me super pedes meos. Hæc soluitur die sabbati, sicut bos et asinus qui ducuntur ad aquare, quia Ecclesia ista congregata est ex populo Iudaico et gentili, qui per bouem et asinum habent intelligi. Secundum illud: Cognouit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui. Et: Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis, et asini: vtrumque autem Dominus soluit, et Iudæos ad ecclesiam venientes ab onere seruitutis legalis, et Gẽtiles a vinculo seruitutis idololatriæ: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnũ, et medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. De hac autem solutione confunditur populus Iudæorum Christo aduersantium, et exultat populus Gentilium, secundum illud: Multi ab oriente, et occidente venient, et recumbent cum Abraam, et Isaac, et Iacob, *et cetera*. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Et hoc propter rebellionem. Vnde: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, et indignos vos iudicatis æternæ vitę: ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus.

Sup. 1. g

Ezech. 2. a

Isa. 1. a

Ibid. 32. d

Ephes. 2. c

Mat. 8. b

Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei, et cui simile æstimabo illud? et cetera. Postquam confutauit calumniantes miracula in sabbato facta, hic secundo ostendit quòd sine cessatione facienda sunt opera bona. Et primo ad hoc incitat per manuductionem naturalis exempli. Secundo vero per manifestationem diuini decreti, ibi: *Et ibat per ciuitates et castella*, et cetera. Manuducit ergo per exemplum dupliciter.

A Per primum informamur ad proficiendum continuo in notitia veritatis. Per secundum vero ad proficiendum in feruore charitatis, ibi: *Et iterum dixit*, et cetera. Primo igitur continuum profectum in notitia veritatis ostendit sub metaphora grani sinapis, et hoc tripliciter, videlicet quantum ad proprietates quas granum sinapis habet secundum seipsum, et in quantum seminatum, et in quantum augmentatum. Primo igitur quantum ad proprietatem grani sinapis secundum seipsum per quam assimilatur notitiæ veritatis, dicit:

Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei, et cui simile æstimabo illud? Regnum cælorum dicitur hic veritatis notitia vel doctrina. Vnde Beda in Glossa: Regnum cælorum prædicatio est Euangelica, de qua alibi: Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius: Vbi hæc notitia recte dicitur regnum cælorum: quia reuera regnum cælorum non est aliud, quàm perfecta notitia diuinæ veritatis: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum. Et hæc in patria est sublimis et iocunda. Sed in via debet esse humilis et feruida, in cuius designationem, subdit: *Simile est grano sinapis*: Ideo grano sinapis assimilatur, quia ipsum est modicum mole, et magnum in virtute siue feruore. In quo insinuatur quòd nostra notitia debet esse humilis, secundum illud: Noli altum sapere, sed time. Et: Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, et vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Quia vt dicitur in Prouerbijs: Vbi humilitas, ibi et sapientia: insinuatur etiam quòd debet esse feruida, et ardens. Vnde Glossa Bedæ: Notitia scripturarum grano sinapis comparatur ob feruorem fidei: quia venena dicitur expellere, ideſt omnia dogmata prauitatis. Ideo dicitur Infra: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare et transplantare in mare, et obediet vobis.

B

C

D

Mat. 21. d

Rom. 11. d

Ibid. 12. c

Prou. 11. a

Inf. 17. b

Secundo quantum ad proprietatem ipsius in quantum seminatum, subdit: *Quod acceptum homo misit in hortum suum.* Per hortum istum intelligitur Ecclesia militans: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, et fons signatus. Hic est hortus voluptatis vbi crescunt semina virtutum. In quo primo seminandum est semen fidei, sed hoc fit per hominem. Quia prædicatio fidei per humanum ministerium seminatur, in cuius rei figuram: Tulit Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur et custodiret illum. Talis fuit Paulus: Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Hominis enim, ideſt, rationalis, et prælati est prædicare documenta fidei. Summus autem seminator huius fidei fuit Christus, qui homo dicitur per antonomasiam, secundum illud in Psalmo: Numquid Sion dicet, Homo, et homo natus est in ea, *et cetera*. Vnde et ipse vbique se vocat filium hominis. Quia homo fuit secundum plenissimam rationem et quantum ad perfectionem, et quantum ad infirmitatem. Ad Philippenses: In similitudinem hominum factus, et habitu inuentus vt homo. Et hic homo seminauit hoc semen cum doctrinam Euangelij prædicauit, vt dicit Matthæus: Simile est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Huic homini aduersatur qui prædicat falsitatem. Vnde subditur ibi: Cum autem dormirent homines, ideſt, prælati, venit inimicus homo et superseminauit zizania in medio tritici, *et cetera*.

E

F

Cant. 4. d

Gen. 2. a

1. Cor. 3. a

Psal. 86. a

Philip. 2. a

Mat. 13. d

Tertio quantum ad proprietatem ipsius inquantum augmentatur, subdit: *Et creuit, et factum est in arborem magnam.* Quod dicitur ad profectum fidei in robore virium. Vnde Glossa: Crescit non sicut herbæ quæ cito arescunt et corruunt, sed sicut arbor quæ longa annositate et inopinata fertilitate gaudet: In verbo

Coloſſ. 1. a

Digitized by Google

verbo veritatis Euangelij, quòd peruenit ad nos, A
sicut et in vniuerso mundo est, et fructificat et cre-
Ibid. b scit, sicut et in vobis. Et paulo post: Vt ambuletis
digne, Deo per omnia placentes, in omni opere bo-
no fructificantes, et crescentes in scientia Dei. Hæc
autem notitia tanto altius crescit per veritatẽ, quan-
to radix profundius descendit per humilitatem, vt Isa-
Isa. 37. f ias ait: Mittet id quod saluatum fuerit de domo Iu-
da, et quod reliquum est, mittet radicem deorsum;
et faciet fructum sursum. Et quia notitia fidei cre-
scens in se redundat in aliorum salutem, ideo subdit:
Et volucres cæli requieuerunt in ramis eius. Per volu-
Isa. 60. b cres cæli intelliguntur viri spirituales: Qui sunt isti, B
qui vt nubes volant, et quasi columbæ ad fenestras
Prou. 1. a suas? de quibus in Prouerbijs: Frustra iacitur rete an-
te oculos pennatorum. Per ramos arboris intelli-
guntur documenta virtutis procedẽtia ex ore sapien-
Eccli. 24. b tis. Vnde in Ecclesiastico dicit sapientia: Ego quasi
terebinthus extendi ramos meos, et rami mei hono-
ris et gratiæ. Volucres ergo cæli requiescunt in ra-
mis sinapis crescentis, quia quietantur sub doctrina
doctoris fidelis, quo ad notitiã veritatis perueniunt.
Glos. in hũc locum to. 5 Vnde Glossa: In ramis eius, ideſt, in diuersis senten-
tijs viri spirituales requiescunt, qui pennis virtutum
in alta conscendunt. In cuius figuram Daniel dicit:
Dan. 4. b Videbam, et ecce arbor in medio terræ, et altitudo C
eius nimia. Sequitur: Folia eius pulcherrima, et
fructus eius nimius, et esca vniuersorum in ea. Sub-
ter eam habitabãt animalia et bestiæ, et in ramis eius
conuersabantur volucres cæli. Sic ergo paululum se-
men crescit in magnitudinẽ arboris per continuum
incrementum. Qui ergo est paruulus, laborare
continue debet in profectum meriti, vt sic arbor fiat
cuius cacumen pertingat ad cælum per spem et desi-
derium æternorum.

Et iterum dixit: Cui simile æstimabo, et cetera. Post-
quam præmisit exemplum incitatiuum ad proficien D
dum cõtinue in notitia veritatis, hic adiungit exem-
plum incitatiuum ad proficiendum in feruore cha-
ritatis, et hoc sub metaphora fermenti. Ex cuius as-
similatione incitat ad continue proficiendum in cha-
ritate quantum ad eius similitudinariam proprieta-
tem in triplicem, scilicet, quam habet fermentum
ex parte naturæ propriæ, ex parte industriæ alienæ,
et ex parte vtriusque. Primo igitur quantum ad
proprietatem quam habet ex parte naturæ propriæ
per quam intendit nos ad charitatis profectum exci-
tare, dicit:

Et iterum dixit: Cui simile æstimabo regnum Dei? Et E
hic per regnum Dei intelligitur recte amor Dei, quia
Col. 1. b in solis illis regnat Deus, qui ipsum diligunt: Eri-
puit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in re-
gnum filij dilectionis suæ. Quia vt dicitur ad Roma-
Rom. 14. c nos: Non est enim regnum Dei esca et potus, sed iu-
stitia et pax, et gaudium in Spiritu sancto. Et quo-
niam charitas et gaudium cor dilatat et calefacit in-
terius, et hoc habet manifestam similitudinem cum
fermento, ideo subdit: *Simile est fermento.* Et nota
Fermentũ. quòd per fermentum aliquando intelligitur corru-
Sup. 12. a ptio pacis et veritatis, sicut Supra: Attendite a fer-
mento Pharisæorum quod est hypocrisis. Et hoc sa- F
tis recte, quia fermentum est pasta vetus et ex vetu-
state corrupta, et in acorem versa, quæ reliquam
massam corrumpit et in acorem vertit. Ideo signan-
1. Cor. 5. b ter dicitur ad Corinthios: Expurgate vetus fermen-
tum. Aliquando per fermentum intelligitur feruor
et dilectio, sicut hic, quia fermentum pastam cale-
facit et quemdam feruorem inducit quasi ab occulto
et interiori. Vnde non incongrue fermentum est cha
ritas. Nec est contrarium rationi quòd fermentũ ca-
Aug. in lib. 2. de doctr. Christ. c. 25 to. 3. piatur aliter atque aliter, ratione diuersæ proprieta-
tis. Vnde Augustinus: Quoniã multis modis res simi
les rebus apparent, non putemus esse præscriptum
vt quod in aliquo loco res aliqua per similitudinem
significauerit hoc eam semper significare credamus:
Nam et in vituperatione, fermentum posuit Domi-
nus cum diceret: Cauete a fermento pharisæorum: *Mat. 16. a*
et in laude cum diceret: Simile est regnum cælo-
rum mulieri quæ abscondit fermentum in farinæ
sata tria. Huiusmodi autem, vt dicit, multa
sunt similia in scriptura. Sicut Leo, Christum signi-
ficat in Apocalypsi: Vicit leo de tribu Iuda. Et dia- *Apoc. 5. b*
bolum: Aduersarius vester diabolus tamquam leo
rugiens, *et cetera*. Sic et alia plurima sunt, cuius di-
uersitatis causa est multiplicitas proprietautm, ex
quibus diuersitas similitudinum et repræsentatio-
num oritur in figuris.

Secundo quantum ad proprietatem ex parte in-
dustriæ alienæ, subdit: *Quod acceptum mulier abscon-
dit in farinæ sata tria.* Secundum litteram vt dicit *Beda in*
Beda: Satum est genus mensuræ, iuxta prouinciæ *Glos. in hũc*
Palestinæ modium et dimidium capiens. *locum to. 5.*

Et nota quòd per hanc mulierem intelligitur sa- *Prou. 31. b*
pientia diuina vel Ecclesia, vt in Prouerbijs: Mu-
lierem fortem quis inueniet? *et cetera*. Farina autem
sunt fideles qui teruntur inter duas molas, superio-
rem scilicet et inferiorem, timorem videlicet et
spem: Non accipies loco pignoris inferiorem et su- *Deut. 24. b*
periorem molam. Ex qua farina fit vnus panis quem
Christus in corpus suum mysticum traijcit: Vnus pa- *1. Cor. 10.*
nis, et vnum corpus multi sumus. *d*

Sed tria sata sunt tres differentiæ fidelium, in qui-
bus Dei sapientia dilectionum abscondit in via, scili-
cet Boni prælati, Boni contemplatiui, et Boni acti-
ui. Vnde Glossa: Tria sata, tria genera hominum, *Glos. in hũc*
Noe, Daniel, et Iob, vt in Ezechiele: Si fuerint *locum to. 5.*
tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, et Iob, ip- *Ezec. 14. e*
si iustitia sua liberabunt animas suas. Hæc ergo pri-
ma expositio magis secundum litteram consonat.
Aliter etiam ac multipliciter exponit Beda in Glossa, *Beda in*
vt ex hoc appareat multiformis sapientia Dei quæ *Glos. in hoc*
in mysterio abscondita est. *loco to. 5.*

Secundo per sata tria intelliguntur tres modi dili-
gendi Deum, scilicet ex toto corde, ex tota anima,
et ex tota mente. Vnde Glossa Bedæ: Abscondit *Glossa Be-*
Ecclesia fermentum dilectionis in farinæ sata: Quia *da in hunc*
præcipit vt diligamus Deum ex toto corde, ex tota *locum to. 5.*
anima, et ex tota virtute: Diliges Dominum Deum *Deut. 6. b*
tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex
tota fortitudine tua. Et Matthæus: Diliges Domi- *Mat. 22. d*
num Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota ani-
ma tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et
primum mandatum. Secundum autem simile est
huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his
duobus mandatis vniuersa lex pendet et prophetæ.

Tertio modo per sata tria intelliguntur spiritus et
anima et corpus, ex quibus homo conflatur. Glos- *Glos. in hũc*
sa: Vt spiritus et anima et corpus redacta in vnum *locum to. 5.*
non discrepent inter se, secundum illud: Integer spi- *1. Thes. 5. d*
ritus vester et anima et corpus sine querela, in ad-
uentu Domini nostri Iesu Christi conseruetur.

Quarto modo per sata tria intelliguntur tres ani-
mæ vires, quæ reformantur charitate. Glossa: Tres *Glos. in hũc*
animæ vires in vnum redigantur, vt in ratione pos- *locum to. 5.*
sideamus prudentiam, in ira odium vitiorum, in-
cupiditate desiderium virtutum, secundum illud:
Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Do- *Mich. 6. b*
minus requirat a te: Vtique facere iudicium, et di-
ligere misericordiam, et solicitum ambulare cum
Deo tuo.

Quinto modo sic vt charitas iuncta sit et quodam
modo immixta fidei Trinitatis, vt non tantum cre-
dat quis Deum vnum, sed etiam credendo tendat
in eum. Vnde Glossa: Ecclesia fidem hominis in fa- *Glos. in hũc*
rinæ sata tria miscet, ideſt, credulitati Patris et Filij *locum to. 5.*
et Spiritus sancti. Vnde de charitate dicitur quòd *1. Cor. 13. c*
omnia credit.

Sexto modo sic: Per sata tria triplex fructus, ad

Digitized by Google

Glos. in hūc locum to. 5. quem charitas ordinatur. Vnde Glossa: Possunt in his tribus satis illius Dominici seminis fructus intelligi, Trigesimus scilicet, Sexagesimus, et Centesimus, idest, Coniugatorum, Continentium, et
Mat. 13. c Virginum. De quibus in Matthæo: Fructum affert, et facit aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud vero tricesimum.

Septimo per sata tria farinæ possunt intelligi tres partes generis humani a tribus filijs Noe dissemina-
Gen. 10. a tæ per vniuersum orbem, De quibus in Genesi: Hæ sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, et Iaphet.

Octauo modo secundum Hilarium, per farinam intelligitur Scriptura. Per sata, res partes scripturæ, scilicet, Mosayca, Prophetica, et Euangelica. Et
Mat. 22. d in his abscondit Dei sapientia charitatem, quia: In his duobus mandatis vniuersa lex pendet et prophe-
Amb. in ca. 23. Luce li. 7. to. 3. tæ. Nono modo secundum Ambrosium sic: Mulier, Ecclesia: Farina eius, nos sumus, quæ Dominus nostrum Iesum abscondit, ut fermentum, in interioribus nostris, donec eum calor cælestis sapientiæ obducat.

Bernar. de consid. ad Eug. lib. 5. to. 2. Decimo secundum Bernardum sic: Mulier, Virgo Maria: Sata tria, triplex natura, seu substantia, in vna persona Christi, scilicet caro, anima, et diuinitas. Primum satum est antiquum, secundum est nouum, sed tertium est æternum. Hæc autem miscuit per fermentum suæ fidei, et dilectionis. Vnde Hugo: Quia amor in mente eius singulariter ardebat, ideo in carne eius miracula faciebat. In cuius
Gen. 18. a figura dicitur in Genesi: Festinauit Abraam in tabernaculum ad Saram, dixitq. ei: Accelera, tria sata similæ commisce. Et sic fecit beata Virgo. Quia ad verbum Angeli statim consensit: Ecce, inquiens, ancilla Domini, *et cetera*. Ex his ergo apparet quo modo de una re paruula Spiritus sanctus varios intellectus exterius eduxit per sanctos suos, vt ex hoc appareat multiformis sapientia Dei, quæ ad modum mulieris fermentum in satis abscondit. Nam, sicut dicit Dionysius, Tota mystica Theologia (quæ scilicet in mysterio abscondita est) consistit in dilectione exeessiua secūdum triplicem vim hierarchiarum, purgatiuam, illuminatiuam, et perfectiuam.

Tertio quantum ad effectum ex parte vtriusque, *Glos. in hūc locum to. 5.* subdit: *Donec fermentaretur totum*. Glossa: Tamdiu charitas in mente abscondita crescere debet, donec mentem totam in sui perfectionem commutet, vt nihil præter Deum diligat. Sicut enim fermentum magis ac magis diffunditur, sic et charitas Dei. Vn-
Gregorius in Euāg. homi. 30. to. 2 de Gregorius: Numquam est amor Dei otiosus, operatur enim magna, si est. Si autem operari renuit, amor non est. Et Bernardus: Charitas aut proficit,
Bernardus in ser. 26. super Cāt. to. 2. aut deficit. Vnde charitas numquam excidit, sed totum ad modum fermēti et ignis in sui naturam conuertit. Vnde: Totus mons Sinai fumabat, eo quòd
Exod. 19. c descendisset Dominus Deus super eum in igne. Hic
Isa. 31. d enim ignis et calor charitatis inchoatur in via, sed totum cor occupat in Patria. Isaias: Dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, et caminus in Hierusalem. Vnde sicut a corde quod est in centro, manat vitalis calor in totum corpus, sic a charitate perfecta omnes congregationes operum virtutum calorem et vigorem suscipiunt, per quem tendant sursum. Et sic
Mat. 6. c dicitur in Matthæo: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Sic, si cor tuum fuerit calens, totum corpus tuum calefactum erit: si diuinum, totus homo diuinus per amorem deificum. Secundum illud Psalmi: Defecit caro mea et
Isa. 72. d cor meum. Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum.

Et ibat per ciuitates et castella, et cetera. Supra ostendit sine cessatione facienda esse bona opera, per manuductionem exempli naturalis. Hic ostendit hoc ipsum per manifestationem diuini decreti. Quod quidem manifestat dupliciter. Primo quo ad seueritatem diuinæ districtionis in iudicando: secundo quo ad sublimitatē diuinæ dispositionis in redimendo, ibi: *In ipsa die accesserunt quidam*. Seueritas autem districtionis in iudicando ostenditur tripliciter. Primo quantum ad difficultatem in merito: secundo quantum ad rigiditatem in iudicio, ibi: *Cum autem intrauerit paterfamilias*. Tertio quantum ad calamitatem in supplicio, ibi: *Ibi erit fletus et stridor dentium*. Difficultatem autem in merito ostendit dupliciter. Exemplo scilicet in facto: et documento, in verbo. Primo igitur, quantum ad exemplum quo ostendit difficultatem ingrediendi in cælum dicit: *Et ibat per ciuitates et castella docens, et iter faciens in Hierusalem*. In hoc quòd ibat et circuibat, patet quòd sine cessatione laborabat. Vnde poterat dicere illud psalmi: Pauper sum ego, et in laboribus a iuuentute mea. Et exemplum alijs dabat ad laborandum: Discurre, festina, suscita amicum tuum. In hoc autem quòd in Hierusalem ibat, patet quòd ad passionem currebat. Vnde in Matthæo: Ecce ascendimus Ierosolimam, et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et Scribis, et condemnabunt eum morte. Et in hoc exemplum alijs dabat ad sustinendum: quia ait Petrus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquēs exemplum, vt sequamini vestigia eius. Vnde Iacobus: Exemplum accipite, fratres, exitus mali, et longanimitatis, et laboris, et patientiæ per prophetas qui locuti sunt in nomine Domini, ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, et finem Domini vidistis. Ex hoc ergo exemplo Domini qui tantum laborem et in fine passionem sustinuit, apparet quòd difficilis sit aditus cæli. Vnde infra: Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Et hinc est quòd oportet per tribulationes intrare in cælum: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Diuisio.

Infra. f

Psal. 87. d

Prou. 6. a

Mat. 10. c

1. Pet. 2. d

Iac. 5. c

Infra 24. d

Act. 14. d

Et nota quòd in his verbis tria nobis insinuantur exempla Domini, per quæ peruenit quis ad gloriam paradisi, scilicet: Actio bona, prædicatio vera, et contemplatio tranquilla. Operatio insinuatur in hoc: *Ibat per ciuitates et castella*. Prædicatio in hoc: *Ibat docens*. Contemplatio in hoc: *Erat iter faciens in Hierusalem*, quæ est visio pacis per anagogiam: Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, *et cetera*. Sequitur: Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, *et cetera*. Primum horum spectat ad prudentiam, secundum ad intelligentiam, tertium autem ad sapientiam. Vel primum ad bonitatem, secundum ad disciplinam, tertium ad scientiam: Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me.

Psal. 121. a

Psal. 118. e

Secundo quantum ad documentum in verbo, in quo respondēs ad quæstionem de paucitate saluandorum, subdit: *Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui saluantur?* Hoc quærit iste, quia non audierat diuinam sententiam, qua dicitur: Multi sunt vocati, pauci vero electi, in cuius figura dicitur: Væ mihi: quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Vel ideo hanc quæstionem faciebat, vt occasionem daret docendi verbo, quod ostendebat exemplo. Vnde subdit: *Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam*. Quàm angusta porta et arta via est, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inueniunt eam! Porta ista est Christus secundū illud Ioannis: Ego sum ostium. Similiter ipse est via: Ego sum via, et veritas, et vita: nemo venit ad patrem nisi per me. Hæc via arta est, et porta angusta, non propter paruitatem potentiæ, sed propter artitudinem modestiæ, et rectitudinem iustitiæ: Vnde Chrysostomus: Porta arta, est Christus, non potestatis paruitate, sed humilitatis ratione. Christus illos in se non recipit, nisi qui se exuerunt a peccatis, et deposuerunt omnem sarcinam

Mat. 20. b

Mich. 7. a

Mat. 7. b

Ioan. 10. b

Ibid. 14. a

Chrysost. in opere imperf. Mat. homil. 22. to. 2.

Digitized by Google

Mat.18.b nam mundi. Et propterea Matthæus ait: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Ideo ergo porta cæli dicitur angusta, quia nisi quis se redigat ad paruitatem et austeritatem, non potest intrare. Et quia pauci sunt tales, ideo subdit: *Quia multi, dico vobis, quærent intrare*. Glossa: Salutis et præmiorum amore prouocati. *Et non potuerunt*, itineris asperitate perterriti, quia nõ quærũt voluntate integra et plena. Nã volunt Christũ consequi, et nolunt eum sequi, secundum illud vult et non vult piger. Vnde Chrysostomus: Nisi ambulauerit quis per viam, non poterit peruenire ad Patriam. Si non fuisti nec es in via iustitiæ, et putas te cognoscere Christum, mentiris. Sicut qui audit mel esse dulce et non gustat, nomen mellis scit, gratiam autem et saporem mellis ignorat. Vnde pigri qui volunt et nolunt, intrare non possunt. Similiter nec isti qui volunt simul præsens sæculum et Deum. De quibus Oseas: In gregibus suis, et in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, et inuenient. Et de talibus dicitur: Nemo potest duobus dominis seruire. Subditur: Non potestis Deo seruire et mammonę. Hi non vadunt recte in cælũ. Vnde in libro Regũ: Vsquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Quia impossibile est cum cupiditatibus terrenorum introire in regnum cælorum, et difficile est has deponere, ideo oportet conari cõtra appetitum. Propterea dicit: *Contendite intrare per angustam portam*. Quasi dicat impossibile est intrare cum desiderijs carnalibus, quæ multi quærunt. Sed vos saltem nitimini, desiderijs carnis calcatis, et charitatis ardore accensi. Vnde et Matthæus ait: A diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. Nec obstat illud quod ibidem dicitur: Iugum meum suaue est, quia porta et via cælestis arta est intrantibus, sed dilatatur proficientibus, et ampla est peruenientibus. Pro primis dicebat Psalmographus: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Pro secundis: Viam mãdatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meũ. Pro tertijs ibidem: In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Pro tribus his dicitur: Iustorum semita, quasi lux splendens, procedit et crescit vsque ad perfectam diem. Et iterum ibidem: Duxi te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum.

Gloss. interlin. in hunc locum to. 5. Prou. 13. a Chrysost. in opere imperf. Mat. c. 7. homil. 38. to. 2. Osea 5. b Mat. 6. c 3. Reg. 18. d Mat. 11. d Psal. 16. a Ps. 118. d Ibid. b Prou. 4. c Ibid. b

Cum autem intrauerit paterfamilias, et cetera. Postquam excitauit ad continue proficiendum in opere bono propter difficultatem in merito, hic secundo excitat ad hoc propter rigiditatem in futuro iudicio, quam ostendit dupliciter videlicet, quia repellit supplicationem precum et allegationem rationum. Primo quantum ad repulsam supplicationis dicit:

Cum autem intrauerit paterfamilias et clauserit ostiũ, per iudiciariam districtionem. Quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, et clausa est ianua.

Mat.25.a

Et nota quòd Christus dicitur paterfamilias respectu iustorum. Vnde Matthæus: Simile est regnum cælorum homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam: dicitur autem paterfamilias, quia habet multam familiam. In cuius figuram: Fuit possessio Iob septem millia ouium, tria millia camelorũ, quingenta quoque iuga boum, et quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. Et dicitur iudex respectu malorum, quibus claudit ostium misericordiæ. Vnde dicitur: Cauete ne forte decipiatur cor vestrum, et recedatis a Domino, seruiatisq. dijs alienis, et adoretis eos: iratusq. Dominus claudat cælum, et pluuiæ non descendant. Hæc porta aperta est per totum spatium viæ, sed clauditur in fine. Ezechiel: Porta autem non claudetur vsque ad vesperam. Et adorabit populus terræ ad ostium portę illius in sabbatis et in Kalendis coram Domino. Et quia subtractio misericordiæ ducit hominem in recognitionem propriæ miseriæ, et hæc iterum ducit ad precum importunitatẽ. Ideo subdit: *Et incipietis foris stare, et pulsare ostium*, per seram pœnitudinem: Vidētes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Sequitur: Dicētes intra se, pœnitentiam agentes, *et cetera*. Et ad Hebræos: Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam, *Dicentes, Domine aperi nobis*, per importunam supplicationem. Nouissime veniunt et reliquæ virgines dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. *Et respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis*, per finalem reprobationem: Tunc inuocabunt me, et non exaudiam: mane consurgent, et non inuenient me: eo quòd exosam habuerint disciplinam, et timorem Domini non susceperint. Vnde etiam dicitur: Zelus et furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus. Et nota quòd Dominus dicitur nescire nos, non quia non cognoscat per simplicem notitiam, cum dicatur: Ipse nouit et decipientem, et eum qui decipitur. Et in Psalmo: In libro tuo omnes scribentur. Sed quia non nouit notitia approbationis, quia dicitur: Cognouit Dominus qui sunt eius. Ideo Iob: Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, et dicet: Non noui te.

Sap. 5. a Heb. 12. e Mat. 25. a Prou. 1. d Prou. 6. d Iob. 12. e Ps. 138. c 2. Tim. 2. d Iob 8. d

Secundo, quantum ad repulsionem allegationis rationum, subdit: *Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, et bibimus*. Ecce allegatio familiaritatis in vita. *Et in plateis nostris docuisti*, quantum ad familiaritatem in doctrina. Vel potest primum referri ad miracula, quæ fecit Christus inter Iudæos, quando panes multiplicauit: et aquam in vinum conuertit. Secundum ad documenta. Nam isti viderant miracula, et audierant documenta. Vnde Matthæus: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere pœnitentiam egissent. Sic allegant notitiã Christi, quia cognouerunt eius opera et miracula. Cognouerunt etiam verba et documenta. Tales erunt mali Christiani in iudicio. De quibus ad Titum: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et quoniam parum valet allegatio cognitionis sine imitatione operis, ideo subdit: *Et dicet vobis: Nescio vos vnde sitis*. Chrysostomus: Imaginem meã non cognosco in vobis. Non potestis meorum stipendia militum accipere, qui tyranni vexilla portastis. Hoc autem dicit Chrysostomus, non quantum ad imaginem Creationis, de qua in Psalmo: In imagine pertransit homo: sed quantum ad imaginem recreationis, de qua Augustinus. Non nouit eos Dominus, dum apud eos characterem fidei et dilectionis non inuenit. Vnde negatio notitiæ non respicit extraneitatem personarum, contra quam ipsi allegant familiaritatem, sed solum diuersitatem morum, secundum illud Abacuc: Mundi sunt oculi tui Domine ne videant malum, et respicere ad iniquitatem non poteris, ideo subdit: *Discedite a me omnes operarij iniquitatis*. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Ratio autem huius discessionis est distantia inter iustitiam et iniquitatem. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Quoniam ergo reprobi erunt iniusti et tenebrosi et viri Belial, Christus autem iudex erit iustus: erit lux vera: erit sine fine bonus: ideo compellet malos descendere in infernum per finale iudicium, dicendo: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Quoniam ergo homo iudicabitur non secundum magnitudinem cognitionis, sed fortitudinem operis, continue intendendum est operibus bonis. Vnde ad Romanos: Non auditores legis iusti sunt apud Deum,

Chrysost. in opere imperf. Mat. c. 25. hom. 53. to. 2. Psal. 38. b Aug. super Psal. 100. to. 9. Abac. 1. c Psal. 6. b 2. Cor. 6. c Mat. 25. d Rom. 2. b

Digitized by Google

ſed factores legis iuſtificabuntur. Propter quod in
Pſal.61. b Pſalmo: Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, et tibi Domine miſericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.

Ibi erit fletus et ſtridor dentium: Hic iam tertio poſtquam excitauit ad continue proficiendum, oſtendendo difficultatem in merito, et rigiditatem in iudicio: excitat ad hoc ipſum oſtendẽdo calamitatem in ſupplicio. Quod quidem facit dupliciter, ſcilicet ex conſideratione deiectionis propriæ, et conſideratione glorificationis alienæ. Primo igitur quantum ad conſiderationem deiectionis proprie, dicit: *Ibi erit fletus et ſtridor dentium*, quantum ſcilicet ad pœnam ſenſus. Et tangitur pœna caloris, ex qua fletus oculorum: et pœna frigoris, ex qua ſtridor oritur dentium. Ideo autem hę duæ pœnę corporales magis exprimuntur, ſiue quia iſtæ duæ qualitates ſunt actiuæ et magis af-
Iob 24. d flictiuæ. Propter quod dicitur: Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium. Siue quia dupliciter peccatur, in corpore ſcilicet per concupiſcentiam oculorum, et concupiſcentiam carnis. Vnde in his puniun
Sap.11. c tur. Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur. Siue quia fletus venit ab interiori, et ſtridor dentium venit ab exteriori. Et ab his intelligitur vniuerſitas pœ-
Beda in Gloſ. in hũc locum to.5. narum maxime corporalium. Nota, inquit Beda, per fletum, qui eſt oculorum, et ſtridorem, qui eſt dentium, veram Reſurrectionem intelligi corporum impiorum. Hic autem fletus non erit reſolutionis humoris, ſed per dolorem et gemitum. Vel, ſi erit, fiet mirabilis reſtitutio humoris, ſicut etiam mirabiliter in tantis cruciatibus habebunt corpora a ſpiritibus vegetari: Et quia pœna ſenſus coniuncta eſt pœnæ damni, quæ erit amiſſio ſocietatis ſanctorum in gloria paradiſi, ideo ſubdit: *Cum videritis Abraam, et Iſaac, et Iacob, et omnes prophetas in regno Dei*, ideſt, omnes Patriarchas et Prophetas. Quorum primi fuerũt
Ioan. 8. e exemplar viuendi in vita. Vnde Ioãnes: Si filij Abraæ eſtis, opera Abraæ facite. Secundi in vita et doctri-
2.Pet.1. d na: Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes. Vel Patriarchæ fuerunt illi quibus facta eſt promiſſio: Prophetæ illi per quos facta eſt promiſſionis promulgatio, ſecundum illud:
Sup. 1. g Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui a ſæculo ſunt, prophetarum eius, *et cetera*. Et tam iſti quàm illi excitauerũt et vocauerunt ad regnum Dei intrandum, quod non intrabunt ſed excludentur qui ſunt filij carnis, et ſanctorum imitatores eſſe recuſauerunt, ideo
Apo.22. c ſubdit: *Vos autem expelli foras*. Foris canes et venefici, et impudici, et homicidæ, et idolis ſeruientes, et omnis qui amat et facit mendacium. In cuius figuram
Gen.21. a dicitur: Eijce ancillam hanc, et filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Quia di-
Ioan. 8. d citur: Seruus non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum.

Secundo quantum ad conſiderationem glorificationis alienæ, ſubdit: *Et venient ab Oriente et Occidente et Aquilone et Auſtro*, hoc eſt de vniuerſitate gentium ex omni parte mundi congregatarum. Iudæis enim repulſis propter ſuam carnalitatem, conuocauit Dominus gentes tamquam filios ſpirituales. Vnde
Ioan.10. c dicitur: Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, et illas oportet me adducere. Hæ oues congregatæ ſunt ab omni parte mundi per miniſterium Apo-
Pſal.85. b ſtolorum ſecundum illud Pſalmi: Omnes gentes, quaſcumque feciſti, venient et adorabunt coram te Domine, et glorificabunt nomen tuum. Et Iſaias:
Iſa. 43. a Ab Oriente adducam ſemen tuum, et ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, da: et Auſtro, noli prohibere. Ideo dicuntur de tam diſtantibus partibus conuocari propter diuerſitatem morum, a quibus vocãtur ad vnitatem charitatis et felicitatis. Pro-
Iſa. 25. b pter quod ſubdit: *Et accumbent in regno Dei*. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in mõte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Et quia hoc erit ad confuſionem improborum et ad gloriam electorum, ideo ſubdit: *Et ecce, ſunt nouiſſimi, qui erant primi: et ſunt primi, qui erant nouiſſimi*. Primi ſunt nouiſſimi propter ſuperbiam, et nouiſſimi primi propter humilitatem. Quia dicitur: Omnis qui ſe exal- *Inf. 18. e*
tat humiliabitur: et qui ſe humiliat, exaltabitur. Quare hoc? Quia in Pſalmo dicitur: Excelſus Dominus, *Pſ. 137. b*
et humilia reſpicit, et alta a longe cognoſcit. Exemplum huius maxime apparet in duplici populo, ſcilicet Iudæorum, qui ſunt excæcati, et gentilium, qui
Rom.11. d ſunt electi. Ad Romanos: Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, vt non ſitis vobiſipſis ſapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, et ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Exemplum etiam huius apparet in Iuda qui fuit Apoſtolus et damnatus: et in latrone qui fuit ſaluatus. Et exemplo huius omnes excitantur ad timorem
Inf. 23. f
diuinum, ſecundum illud: Qui ſe exiſtimat ſtare, vi-
1.Cor.10.c deat ne cadat. Ex hac ergo conſideratione futuri iu- Concluſio.
dicij inducimur ad inſiſtendum continue operibus bonis propter triplicem rationem præmiſſam. Primo quia difficile eſt in conſpectu Domini iuſtificari, propter difficultatem in merito. Vnde Pſalmus: Non
Pſ. 142. a intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Et Petrus: Si iu-
1.Pet.4. d ſtus vix ſaluabitur: impius et peccator vbi parebunt? Secundo quia impoſſibile eſt excuſari propter rigiditatem in iudicio: Qui declinat aures ſuas ne audiat
Prou.28.b legem: oratio eius erit execrabilis. Et Iob: Non par-
Iob. 41. a cam ei, verbis potentibus, et ad deprecandum compoſitis. Tertio quia neceſſe habet tribulari propter calamitatem in ſupplicio: Qui non inuentus eſt in li-
Apo.20. d bro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis. Et Matthæus dicit de eo, qui non habebat veſtem nuptialem: Ligatis manibus et pedibus eius, mittite eum in
Mat.22.b tenebras exteriores: ibi erit fletus et ſtridor dentium. Et propterea bonum eſt conſilium ſapientis: Quod-
Eccl.9. e cumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas.

In ipſa autem die, et cetera. Poſtquam excitauit ad faciendum inceſſanter opera bona, propter ſeueritatem diſtrictionis in iudicando, hic ſecundo excitat ad idem ipſum propter ſublimitatem diſpoſitionis in redimendo. Habet autem pars iſta partes duas, in quarum prima exprimitur ſublimitas diſpoſitionis diuinæ in redemptione humani generis: in ſecunda vero in reprobatione plebis rebellis, ibi: *Hieruſalem Hieruſalem*, et cetera. Sublimitas autem diuinæ diſpoſitionis in redimendo oſtenditur tripliciter, ſcilicet quia paſſio Chriſti ante tempus fuit fruſtra intentata. In tempore debito fuit a Chriſto voluntarie ſuſcepta. Ab æterno vero fuit infallibiliter præordinata. Primo igitur inſinuatur paſſio Chriſti ab homine ante tempus fruſtra intentata, cum dicitur:

In ipſa die acceſſerunt quidam Phariſæorum dicentes illi: Exi et vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Hic Herodes erat filius illius, qui volens infantulum Ieſum occidere ante tempus, interfecit pueros Bethleemitas ſecundum quòd dicitur: Tunc Herodes vi- *Mat.2. e*
dens, quoniam illuſus eſſet a Magis, *et cetera*, mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem. Sic et iſte filius paterni ſceleris imitator, volebat eum occidere ante tempus, ſicut interfecerat præcurſorem ſuum. Sicut dicitur: Miſit Herodes, et decolla- *Mat.14.a*
uit Ioannem in carcere. Sic etiam et nunc facere volebat Chriſto iam adulto, et inde nepos hoc facere voluit iam glorificato. Vnde primus Herodes fuit malus, ſecundus peior, tertius peſſimus. Et omnes perſecuti ſunt Chriſtum, ſed fruſtra. Quia dicitur in Pſalmo: Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat conſilia principum. Et nota quòd Phariſæi hoc nunciabant

Omnes qui vocati ſunt Herodes, mali fuerũt.
Pſal.32. b

Digitized by Google

bant Christo, siue quòd aliqui ex eis fortassis erant boni: siue quia volebant Christum deterrere, et a se repellere: siue etiam quia volebant eum tentare si obtimorem desisteret a prædicatione veritatis. Et illud etiam est magis credibile, quia hoc consueuerunt facere. Vnde Matthæus: Abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, *et cetera*. Et nota hic secundum mysticum intellectum, Herodes interpretatur, in pellibus glorians, quod designat quemlibet superbum et vane gloriosum, qui gloriatur in ostentatione exteriorum operum et verborum. Et talis persequitur Christum nascentem in Bethleem, qui nascitur tamquam pauper: quia vanegloriosi consueuerunt persequi pauperes Christi. Vnde Bernardus: Patet quantum noceat iniqua potestas: quomodo caput impium subiectos quosque suæ conformet impietati. Misera plane ciuitas in qua regnat Herodes, quoniam Herodianæ particeps erit malitiæ. Herodiana vero malitia est nascentem velle extinguere religionem. Si quid ergo ad salutem pertinens, si quid religionis exoritur, quicumque resistit, nascentem persequitur Saluatorem.

Mat.22.b — *Mysticus sensus.* — *Herodes.* — *Ber. ser.3. de Epiph. to.1.*

Secundo vero insinuatur passio Christi vt ab ipso voluntarie susceptа, cum dicitur: *Et ait illis*, et cetera: *et dicite vulpi illi*. Vulpem vocat Herodem propter malitiam et dolositatem, quæ tamen sapientiæ Christi non prævalet: Sapientiam non vincit malitia. Attingit ergo a fine vsque ad finem fortiter, et disponit omnia suauiter. Et quia mors Christi non erat consummanda secundum machinationem humanæ malitiæ, sed secundum dispositionem propriæ sapientiæ et voluntatis suæ, ideo subdit: *Ecce ejicio dæmonia, et sanitates perficio hodie, et cras* per miraculorum operationem. Qui pertransijt bene faciendo, et sanando omnes oppressos a diabolo. *Et tertia die consummor*, per passionis perpessionem. In qua dixit Ioannes: Consummatum est. Et ad Hebræos: Decebat enim eum, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat: auctorem salutis eorum, per passionem consummari. Vnde per istos tres dies possent intelligi tres anni, in quibus Dominus prædicauit, et miracula fecit, et ita quòd in vltimo voluntarie passus fuit, et secundum suam voluntatem. Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Vnde quando voluit, nemo eum lædere potuit secundum illud Ioannis: Nemo misit in illum manus quia nondum venerat hora eius. Vnde vulpina malitia machinari potuit mortem Christi, verumtamen non potuit perficere nisi quando ipse voluit. De quo Isaias: Oblatus est, quia ipse voluit. Et per hoc etiam spiritualiter intelligitur quòd Christi corpus mysticum non patitur ab impijs hæreticis, nisi secundum quòd Deus disponit, quos Christus intelligi vult per Herodem, attribuens ei nomen et proprietatem vulpis.

Act. 10. f — *Ioan. 19. f* — *Heb. 2. c* — *Ioan. 10. d* — *Ioan. 7. e* — *Isa. 53. c* — *Spiritualis sensus.*

Tertio insinuatur Christi passio, vt ab æterno infallibiliter præordinata. Vnde subiungitur: *Verumtamen oportet me hodie, et cras, et sequenti die ambulare*. Opportunitas illa nō fuit ex compulsione, sed ex superna dispositione, secundum illud: O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ, *et cetera*. Hoc enim Deus prouiderat, secundum quòd dicitur: Hunc definito consilio, et præscientiam Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemistis. Hoc etiam Prophetæ prædixerunt secundum quod dicitur: Deus autem, qui prænunciauit per os omnium suorū prophetarum pati Christum suum, sic impleuit. Istam opportunitatem diuinæ dispositionis insinuauit ipse in passione sua cum orauit, sicut dicitur: Pater mi, Si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et quia diuina dispositio non tantum præordinauit tempus, verum etiam locum, ideo subdit: *Quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem*. Non capit, idest, non conuenit, non capit scriptura prophetalis. Vel non capit diuina prouidentia. Propheta iste per excellentiam Christus est, qui cuncta futura prænoscit, de quo in Deuteronomio: Prophetam de gente tua, et de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus. Et supra: Propheta magnus surrexit in nobis. Istum non conuenit mori nisi in Hierusalem secundum scripturas: Et quia illa erat ciuitas regalis, sacerdotalis, et magistralis. Et Christus erat summus rex, et magister, et sacerdos. Et ideo non debebat mori nisi in illo loco. Vnde infra: Ecce ascendimus Hierosolymam, et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis: nam Prophetæ hoc vniuersaliter prædixerunt quòd de Hierusalem veniret lex noua. Vnde Isaias: Venite, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Iacob. Sequitur: Quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem. Et Zacharias: In die illa erit fons patens domui Dauid, et habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris et menstruatæ. Et nota quòd Christus in Hierusalem condemnatus est, sed extra portam passus. Vnde ad Hebræos: Propter quod et Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

Deut.18.c — *Sup. 7. c* — *Inf. 18. f* — *Isa. 2. b* — *Zac. 13.d* — *Heb.13.b*

Mystice vero notandum est quòd istud triduum, secundum diuersos expositores, exponitur tripliciter: Allegorice, Moraliter, et Anagogice.

Mysticus sensus.

Allegorice sic: Prima dies est lex naturæ: secunda est lex scripturæ: et tertia est lex gratiæ: de quo Marcus: Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, *et cetera*. Vel primus dies est passionis: secundus sepulturæ: et tertius resurrectionis. Et Ioannes: Soluite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Vel prima dies, est decursus sextæ ætatis: secunda, quies animarum: et tertia, resurrectio corporum, quæ est in vitam. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos.

Allegoricus sensus. — *Mar.8. a* — *Ioan. 2. d* — *Osea 6. a*

Moraliter sic, vt prima dies sit compunctionis: Secunda confessionis. Et tertia satisfactionis. Deus Hebræorum vocauit nos, ibimus viam trium dierum in solitudinem. Vel prima dies, est bona cogitatio. Secunda est, bona locutio. Et tertia bona operatio. Ionas, secundum translationem septuaginta: Adhuc tres dies, et Niniue subuertetur. Vel tres dies sunt triplex votum religionis, scilicet castitatis, obedientiæ, et paupertatis. Tres adhuc dies sunt in quibus recordabitur Pharao ministerij tui, et restituet te in gradum pristinum.

Moralis sensus. — *Exo. 5. f* — *Ion. 3. b* — *Gen.40. b*

Anagogice sic vt prima dies sit purgatio: secunda illuminatio: et tertia perfectio. Factum est post triduum inuenerunt illum in templo. Vel, vt prima dies sit contemplatio Dei in suo vestigio: secunda sit in imagine, siue in speculo: tertia, in seipso. Arca fœderis Domini præcedebat eos per dies tres, prouidens castrorum locum. Vel prima dies sit contemplatio subcælestis hierarchiæ. Secunda, cœlestis. Et tertia, supercælestis. In prima est dæmoniorum eiectio. In secunda est sanitatis perfectio. Sed in tertia, omnis boni consummatio. Et de hoc triduo dicitur quòd exploratores peruenerunt ad montana, et manserunt ibi per tres dies. Hæc arca Christus est, qui in qualibet istarum hierarchiarum est hierarcha Altissimus et dux noster, vt veniamus ad terram promissionis nobis repromissam. In cuius figuram dicit se per triduum ambulare: quia facit nos per hanc triplicem hierarchiam semper sursum ascendere, nisi forte descendamus ad actiones. In cuius figuram dicitur: Vidit Iacob in scala angelos Dei ascendentes, et descendentes. Nullus vidit eos stantes. In quo significatur quòd semper in bono proficiēdum est. Hoc est enim appropinquare ad supernā Hierusalem, cui nō appro-

Anagogicus sensus. — *Num. 10. d* — *Sup. 2. g* — *Ioſue 2. d* — *Gen.28. b*

Digitized by Google

appropinquamus passibus corporis, sed affectibus cordis et mentis.

Hierusalem, Hierusalem, qua occidis prophetas, et cetera. Postquam manifestauit sublimitatem diuinæ dispositionis in redemptione humani generis: hic secundo manifestat in reprobatione plebis rebellis. Et primo insinuat rebellionem, deinde obdurationem, et tertio desertionem. Primo igitur quantum ad illius gentis rebellionem, dicit:

Hierusalem, Hierusalem qua occidis prophetas, et lapidas eos qui mittuntur ad te. Hic accipitur continens pro contento: Dura ceruice et incircumcisi cordibus *Act. 7. f* et auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, *et cetera*. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Vnde habetur: Sanguinem innocentem *4. Reg. 21. c* fudit Manasses multum nimis, donec impleretur Hierusalem vsque ad os. Et hoc faciebant, quia habebant odio veritatem Iuxta illud Amos: Odio habuerunt corripientem in porta: et loquentem perfecte abominati sunt. Et hoc erat, quia nolebant ar- *Amos. 5. c* gui. Qui enim male agit, odit lucem et non venit *Ioan. 3. c* ad lucem, vt non arguantur opera eius. Dicitur *Ezech. 2. a* etiam: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt a me, ipsi et patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc. Et filij dura facie, et indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Et hoc significat ipsa lapidatio.

Secundo quantum ad illius gentis obdurationem, subdit: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, et noluisti?* In quo nimia eorum apparet obduratio, quæ tanta benignitate noluit emolliri. Christus autem comparauit se auj in communi, quia proprietatem multiplicem habet auis.

Gallinæ proprietas. Quantum ad superabundantiam pietatis comparatur gallinæ in conuersatione. Quia gallina in sua pietate et vigilantia mouetur ad pullos, et eos congregat, et eos alis defendit cõtra rapacitatem Miluj. Sic et Christus fecit quamdiu in carne fuit. Ideo *Mat. 23. d* Matthæus dicit: Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti?

Pellicani proprietas. Comparatur etiam Pellicano in passione: quia Pellicanus fertur pullos suos occisos triduo lugere, et post, rostro sanguinem suum fundere, et sic viuificare. Hoc modo Christus ter fleuit pro salute hu- *Ioan. 11. e* mani generis: Primo super Lazarum: Secundo su- *Infra 19. f* per Hierusalem: Tertio in cruce: Et post sanguinem *Heb. 5. c* suum fudit, de quo et nos viuificauit. Vnde in Psal- *Ps. 101. a* mo: Similis factus sum Pellicano solitudinis.

Aquilæ proprietas. Tertio comparatur Aquilæ in resurrectione, et ascensione, quæ pullos excitat, vt sursum tendant, et in Solem aspiciant, et in sublimia volent. Et vt hoc possint, lambunt eius sanguinem. Vnde Iob: *Iob 39. d* Numquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, et in arduis ponet nidum suum? In petris manet, et in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, et de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem: et vbicumque cadauer fuerit, statim adest. Hæc autem auis, licet dura sit extraneis, valde tamen intenta est prouidentiæ suæ prolis. Propter quod merito assimilatur ei Christus Redemptor noster. Vnde di- *Deut. 32. b* citur: Circumduxit eum, et docuit, et custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans, expandit alas suas et assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. Hanc benignitatem recusare, est summæ *Isa. 1. a* obdurationis et perfidiæ. Propter quod Isaias: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis: Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.

Tertio quantum ad illius gentis desertionem subdit: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*: Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ sunt igni, *Isa. 1. b* subdit: Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, et sicut ciuitas, quæ vastatur. Et quoniam sicut obdurationi coniungitur desertio, ita deuotioni iuncta est visitatio, ideo subditur: *Dico vobis: Quia non videbitis me donec veniat, cum dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini*. Benedictus qui venit in nomine Do- *Ps. 117. d* mini. Sequitur: Deus Dominus, et illuxit nobis. Istud autem referri potest ad visionem fidei, qua non videt nisi qui credit eum verum hominem, et verum Deum: Dixit Dominus cæco nato: Tu credis *Ioan. 9. g* in filium Dei? Respondit ille, et dixit: Quis est Domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo Domine: Et procidens adorauit eum. Potest etiam referri ad visionem speciei, ad quam non peruenit nisi qui benedicit vita et lingua: Tollatur *Isa. 26. b* impius ne videat gloriam Dei, secundum aliam translationem. Secundum autem nostram dicitur: In terra sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini. Et nota quòd secundum quòd exponit Glossa, loquitur hic de visione in iudicio, quia post *Glos. in hũc locum to. 5.* visionem Christi in humilitate, non expectatur nisi visio in maiestate. Et hæc erit duplex, diuinitatis et humanitatis. Diuinitatis, et hæc erit bonorum solummodo, quia habebit gaudium adiunctum maximum. Iob: Videbit faciem eius in nubilo, et red- *Iob 33. d* det homini iustitiam suam. Isaias: Regem in decore *Isa. 33. c* suo videbunt. Alia est visio humanitatis, et hæc erit omnibus communis. Omnes enim certitudinaliter videbunt potentiam et dominium Christi: Ecce *Apoc. 1. b* venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Vult ergo Dominus dicere quòd ille populus Iudaicus non videbit Christum ad suam salutem, nisi conuertatur ad fidem ipsius et laudem, quod tamdem expectatur in finali tempore post gentium plenitudinem. Vnde Paulus: Cæ- *Rom. 11. c* citas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel saluus fieret. Et Isaias clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum *Rom. 9. f* Israel tamquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Et in hoc manifeste apparet magnitudo dispensationis diuinæ. Propter quam exclamat Apostolus: O *Rom. 11. d* altitudo diuitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles viæ eius!

CAPVT XIIII.

ET *factum est cum introisset*, et cetera. Supra confutauit calumniantes Christi miracula in concilio: hic aperte confutat eos in conuiuio. In his enim duobus locis consueuerunt potissime fieri detractiones et obseruationes scilicet in concilijs, et in conuiuijs. Diuiditur autem pars ista, quæ continet præsens capitulum, in tres partes. In quarum prima confutat Pharisæos obseruantes: In secunda informat conuiuas discumbentes, ibi: *Dicebat autem et ad inuitatos*. In tertia vero erudit turbas subsequentes, ibi: *Ibant autem et turba multa cum eo*. Circa autem confutationem obseruantium hoc ordine procedit. Primo ponitur obseruatio Pharisæorum: Secundo adiungitur detectio obseruatorum, ibi: *Et ecce homo quidam hydropicus*. Tertio detractorum confutatio, ibi: *Ipse vero apprehensum sanauit eum*. Obseruatio autem Pharisæorum, qua obseruabant Christum, describitur quantum ad duo, scilicet quantum ad benignitatem Christi, et pharisæorum malignitatem. Quantum ergo ad Christi benignitatem, dicit:

Et fa-

Digitized by Google

Et factum est cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem. In quo apparet mira Christi benignitas. Magna in hoc, quòd conuersabatur cum hominibus mortalibus cum esset Deus: Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius aduersus eum, subditur: Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conuersatus est. Maior quidem, quia conuersabatur cum suis persecutoribus, Vnde impletum est in eo illud Ezechielis: Filij hominis increduli, et subuersores sunt tecũ, et cum scorpionibus habitas. Sed maxima benignitas, quia conuersabatur vsque ad familiare contubernium, vt impleatur illud: Ecce sto ad ostium, et pulso. *Subditur:* Si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, et cænabo cum illo, et ipse mecum. In hoc ergo quòd intrauit domum alienam, commendatur Christi humilitas. In hoc quod in domum Pharisæi, charitas. In hoc quòd manducauit panem alienũ, ipsius Christi paupertas. Et in his ostenditur summa benignitas, quia Altissimus voluit pro nobis humiliari: iustissimus cum impijs conuersari: ditissimus inter homines pauper fieri, vnde dicitur: Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniã propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis.

Secundo autem quantum ad obseruantium malignitatem subdit: *Et ipsi obseruabant eum.* Non dicit Euangelista in quo, vt insinuat quòd obseruabant et verba et miracula. Et obseruabant ad comprehendum et arguendum. Cœperunt Pharisæi et legisperiti grauiter insistere, et os eius opprimere de multis insidiantes ei, et quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accusarent eum. Vnde Ioannes: Si me persecuti sunt, et vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, et vestrũ seruabunt. Obseruabant etiam miracula, secundum quòd dicitur: Obseruabant eum si sabbatis curaret, vt accusarent eum. Vnde hæc obseruatio procedebat ex malitia insidiãte, contra quod dicitur: Ne insidieris, et quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius. Sed quia difficillimũ est homini malitioso declinare proximi obseruationem, ideo dicitur: Ne comedas cum homine inuido, et ne desideres cibos eius, quoniam in similitudinem arioli et coniectoris æstimat quod ingorat. Comede et bibe, dicet tibi: mens eius non est tecum. Cibos quos comederas, euomes: et perdes pulchros sermones tuos.

Et ecce homo quidam hydropicus. Post descriptam obseruationem Pharisæorum, hic secundo describit detectionem obseruatorum. Circa quam introducuntur tria, scilicet ægritudo ad detectionem disponens, quæstio detegens, simulatio tegens. Primo ergo quantum ad ægritudinem disponentem, et ad obseruatorum detectionem, dicit:

Et ecce homo quidam hydropicus, erat ante illum. Ad litteram, hic hydropicus sua infirmitate manifesta et graui, viam præbebat ad confutandam, et detegendam Iudæorum perfidiam. Et quoniam tempus et locus se offerebant, ideo dicit: *Et ecce.* Quasi Dominus tunc adduxisset eum in medium. Vnde Ecclesiasticus: Opera omnis carnis corã illo, et non est quidquam absconditum ab oculis eius. A sæculo vsque in sæculum respicit, et nihil est mirabile in conspectu eius. Septies enim cadet iustus, et resurget: impij autem corruent in malum. Non est dicere: quid est hoc, aut quid est istud, omnia enim in tempore suo quærentur. Et post: Omnia opera Domini bona, et omne opus hora sua subministrauit. Vnde hæc ægritudo corporalis valebat ad impugnandam et expurgandam ægritudinem spiritualem, quia directe erat illi contraria. Nam hic homo hydropicus erat ante Iesum ad misericordiam implorandam, quam Pharisæi impugnabant. Implorabat namque misericordiam Dei, quia erat homo. Nam dicitur: Misericordia Dei super omnem carnem. Et quia homo infirmus, secundum illud Ecclesiastici: Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, et abundans paupertate, et oculus Dei respexit illum in bono. Et quia etiam ante illum erat, quia tales recurrunt ad Deum, et talibus condescendit Deus: Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit. Vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum, *et cetera.*

Secundo quantum ad quæstionem detegentem, subdit: *Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos et Pharisæos.* Signanter dicit, *respondens*, cum nullus prius aliquis quæreret, quia respondebat ad eorum cogitationes, quas videbat et audiebat secundum illud Matthæi: Cum vidisset Iesus cogitationes eorũ, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Vnde Glossa: Respondet Iesus insidiosis obseruatoribus, quia dixit Sapiens: Auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non absconditur. Et ideo respondet cogitationibus mouẽdo illam quęstionem quam et ipsi cogitabant, cum subdit: *Dicens: Si licet sabbato curare?* Hanc quæstionem leguntur Pharisæi Domino fecisse sicut legitur: Interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? vt accusarent eum. Sed Matthæus expressit illorum cogitatus verbo. Lucas non exprimit verbo. Hoc quærebat Dominus ab eis: quia ipsi fatebantur se legisperitos. Vnde Glossa: A legisperitis iudicium legis quæritur. Propter quod dicitur: Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent de ore eius. Et Glossa ibidem: Si sacerdos de lege interrogatur, doceat: alioquin frustra iactat dignitatem, cuius non exhibet operationem.

Tertio quantum ad simulationem tegentem, subdit: *At illi tacuerunt.* Ideo tacuerunt, quia videntes se deprehensos et detectos, timebant suam responsionem confundi. Vnde Glossa Bedæ: Merito tacent qui contra se dictum quidquid dixerint, vident. Si enim licet, cur obseruant? Si non licet, cur pecorã curant? Vnde ipsi tacendo simulabant ignorantiam, vt cooperirẽt malitiam. Simile habetur in Matthęo: Vbi cum quæsisset Dominus de baptismo Ioãnis vnde erat, noluerunt respondere, ne conuincerentur de incredulitate. Vnde poterat de istis dici illud Ecclesiastici: O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia, et dolositate illius? Quando autem istis deficiebant folia verborum, recurrebant ad ignorantiæ tenebras, et defectum verborum, vnde tacebant non ex prudentia, sed ex ignorantia, quæ habet adiũctam malitiam. Vnde Ecclesiasticus: Est tacens, non habens sensum loquelæ: et est tacens, sciens tempus apti temporis.

Ipse vero apprehensum sanauit, et cetera. Post detectionem obseruatorum, subditur hic cõfutatio detectorum: quam describit Euangelista, scilicet quantum ad magnificentiam facti, cum dicit:

Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit: In hoc quòd apprehendit, apparet eius humilitas: quia non dedignatur tangere infirmitates ad docendam humilitatem. Propter quod dicit Apostolus: Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abraæ. In hoc quòd sanauit, apparet virtuositas. Vnde supra: Virtus de illo exibat, et sanabat omnes. In hoc quòd dimisit, scilicet abire liberum, apparet liberalitas. Non enim redegit in seruitutem, propter collatum beneficium, sed dimisit abire liberum. Glossa: Dimisit eum corporaliter abire sanatum, vt se transferret ad salutem animarum. Vnde supra: Ad illum dæmoniacum quem sanauerat, dixit: Redi in domum tuam, et narra quanta tibi fecit Deus. Ac per hoc Christus in modo faciendi illud miraculum, per humilitatem, confutat Iudæorum superbiam: per virtutem, eorum desidiam: per liberalitatem et benignitatem, eorum perfidiam, cum ipsi nec dignarẽtur tangere, nec possent curare, nec vellent liberare.

Secundo quantum ad efficaciam verbi, subdit: *Et respon-*

Barue. 3. d *Ezec. 2. e* *Apo. 3. d* *2. Cor. 8. b* *Sup. 11. g* *Ioan. 15. c* *Mar. 3. a* *Prou. 24. b* *Prou. 23. a* *Eccli. 39. c* *Ibid. d* *Eccli. 18. b* *Eccli. 11. b* *Pſ. 101. e* *Mat. 9. a* *Gloſſ. inter lin. in hunc locũ to. 5.* *Sap. 1. c* *Mat. 12. a* *Gloſſ. inter lin. in hunc locum to. 5.* *Mal. 2. b* *Mat. 21. c* *Eccli. 37. a* *Eccli. 20. a* *Hebr. 2. d* *Sup. 9. e* *Gloſſa interl. in hũc locum to. 5.* *Sup. 8. f*

Digitized by Google

respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, scilicet per casualem euentum, quia hæc temporalium possessio multis modis potest periclitari, et amitti: Aliquando.

Ab interiori: per propriam mortem, sicut tota die videmus.

Iob 1. c Ab exteriori, per alienam tyrannidem Sicut Iob: Boues arabant, et asinæ pascebantur, *et cetera*. Et irruerunt Sabæi, tuleruntq. omnia.

Exod. 9. a A superiori, per pestilentiam: Ecce manus mea erit super agros tuos, et super equos, et asinos, et camelos, et oues, et boues pestis valde grauis.

Ab inferiori, per ruinam, sicut hic. Vnde non sunt hæc multum amanda, quæ possunt tot modis amitti.

Et tamen istas possessiones diligebãt multum pharisæi. Vnde Glossa: Omnes in hac auaritia similes estis. Amor enim bouis et asini faciebat eos non curare de obseruantia sabbati, ideo subdit: *Et non continuo extrahet illum die sabbati?* Per velocem succursum. Glossa: Non animali, sed suæ auaritiæ consulens. Et hoc quidem reputabant se facere sine offensione legis. Si ergo salus hominis præferenda est saluti asini, et bouis: manifestum est in curatione hominis sabbatum non solui. Et est argumentum a maiori. Magis enim videtur quòd sabbatum debeat solui per opus magis seruile, quia dicitur: Omne opus seruile non facietis in eo: sed magis est seruile opus, eruere asinum aut bouem, quàm sanare hominem. Si ergo ille non soluit sabbatum, qui bouem de fouea extrahit, multo fortius nec ille qui hominem sanat. Nam si opus auaritiæ non soluit, ergo nec opus misericordiæ, cum opus auaritiæ sit seruitutis, opus misericordiæ libertatis.

Gloſ. interlin. in hũc locum to. 5. *Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5.* *Leui. 23. a*

Tertio quantum ad euidentiam signi, subdit: *Et non poterant ad hæc respondere illi*. Glossa, conuicti. Tunc enim est euidens signum quòd homo sit conuictus, quando deficit via aliqua ad fugiendum. Nec mirum si non poterant respondere sapientiæ Christi, cum nec sapientissimi possent resistere eius discipulis. Vnde infra: Ego dabo vobis os, et sapientiam cui non poterunt contradicere, et resistere omnes aduersarij vestri. Et hoc impletum est in Stephano, de quo dicitur: Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellabatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia, et Asia disputantes cum Stephano: et non poterãt resistere sapiẽtiæ et spiritui qui loquebatur.

Inf. 21. e *Act. 6. c*

His autem secundum litteram declaratis, tria nobis considerãda occurrunt secundum spiritualem intelligentiam: quæ secundum sanctos elici possunt ex verbis præmissis. Primum est morbus hydropis, cuius proprium est, sicut dicit Glossa quòd quanto plus bibit, tanto plus sitit. Et in hoc designat omnem concupiscentiam, quæ numquam satiari potest, et maxime auaritiæ, secundum illud: Ignis numquam dicit, sufficit.

Spiritualis sensus. *Gloſ. in hũc locum to. 5.* *Prou. 30. b*

Vnde notandum quòd secundum expositores, septem sunt accidentia hydropisis. Primum est, tumor corporis. Et per hoc superbia intelligitur: Cunctus populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Secundum est, compressio spiritualium. Et in hoc intelligitur inuidia, quæ spiritualia comprimit. Putredo ossium, inuidia. Tertium est, fetor anhelitus, per quod intelligitur iracundia, quæ facit prorumpere in verba contumeliosa. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Quartum est, pigrities pedum. Per quod intelligitur Accidia: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Et Sapiens: Pedes eorum pigri ad ambulandum. Quintum est, sitis in appetitu. Per quod auaritia intelligitur: Terra quæ non satiatur aqua, ideſt, homo terrenus temporali opulentia. Et Ecclesiastes: Auarus non implebitur pecunia. Sextum est, inflatio genitalium. Per quod Luxuria designatur. Vnde Psalmus: Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Septimum est, infectio cutis, vel partium exteriorum. In quo intelligitur Gula, quæ tota est circa cutem curanda: Quorum Deus venter est, et gloria in confusionem ipsorum, qui terrena sapiunt.

Deut. 17. c *Prou. 14. d* *Psal. 13. a* *Tit. 1. d* *Sap. 15. d* *Prou. 30. b* *Eccls. 5. b*

Secundum ergo quod considerare debemus est opus virtutis, in quo intelligitur curatio spiritualis ægritudinis. Circa quod tria dicuntur, scilicet *Apprehendit, Sanauit, Dimisit*. Apprehendit, scilicet per infusionem gratiæ: Ego Dominus vocaui te in iustitia, et apprehendi manum tuã, et seruaui te. Et Psalmus: Emitte manum tuam de alto, eripe me, et libera me de aquis multis, *et cetera*. Sanauit autem, per expiationem culpæ. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Et Matthæus: Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Dimisit vero per relaxationem pœnæ: Misertus autem Dominus serui illius, dimisit illum, et debitum dimisit ei. Et hoc petimus in oratione Dominica: Dimitte nobis debita nostra, *et cetera*.

Isa. 42. a *Psal. 143. b* *Psal. 102. a* *Mat. 1. d* *Mat. 18. d* *Mat. 6. b*

Tertium autem quod considerandum est, est institutionis exemplum, in quo similitudinem ponit de boue, et asino ruentibus in puteum, qui in sabbato extrahuntur. Per bouem et asinum intelligitur vterque populus, scilicet Gentilis, et Iudaicus, secundum illud: Cognouit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui. Nam sic exponit Gregorius vt per bouem et asinum intelligitur vir sapiens, et stultus. Vnde Glossa super illud Deuteronomij: Non arabis in boue simul et asino, ideſt, fatuum sapienti in prædicatione non sociabis, vt æquali potestate verbum Dei annuncient. Hi ergo cadunt in puteum concupiscentiæ per originale peccatum, et deinde in lymbum infernalem. Et hoc vniuersaliter ante Christi aduentum. Propter quod dicitur: Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Hinc ergo Christus extrahit die sabbati, ideſt septima die, quæ est dies sepulturæ Christi, in qua quies incipit animarum, secundum illud Zachariæ. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.

Isa. 1. a *Greg. in ca. 42. Iob lib. 35. to. 1.* *Deut. 22. b* *Psal. 68. b* *Zach. 4. c*

Dicebat autem ad inuitatos, et cetera. Postquam confutauit obseruantes. Hic secundò informat conuiuantes. Diuiditur autem hæc pars in tres, secundum triplicem informationem. Primo namque informat inuitatos ad conuiuium nuptiale. Secundò informat inuitantes ad conuiuium familiare, ibi: *Dicebat autem et ei qui se inuitauit*. Tertio informat inuitandos ad conuiuiũ æternale ibi: *Homo quidam fecit cenam magnam*, et cetera. Primum horum respicit conuiuium gratiæ. Secundum, naturæ. Tertium, gloriæ. Primum sacramentale. Secundum materiale. Tertium æternale et spirituale. Informans igitur inuitatos ad conuiuiũ nuptiale, per quod intelligitur status præsentis ecclesiæ, primo vituperat vanitatem, et arrogantiam. Secundo commendat humilitatem et reuerentiam, ibi: *Sed cum vocatus fueris*. In vituperando autem arrogantiam tria introducuntur, scilicet occasio introducens parabolam. Persuasio reprehendens superbiam. Et ratio explicans verecundiam. Primo igitur quantum ad occasionem introducentem parabolam dicit:

Dicebat autem et ad inuitatos parabolam. Glossa: Parabolam aliud mystice significantem. Quia enim aliquis posset illud Domini documentum referre ad istas nuptias carnales: ideo ipse Euangelista dirigens intellectum expositoris, vult illud parabolice intelligi. Hic enim in docendo erat modus Domini Saluatoris secundum illud Psalmi: Aperiam in parabolis

Gloſ. interlin. in hũc locum to. 6. *Psal. 77. a*

Digitized by Google

bolis os meum : loquar propositiones ab initio, *et cetera*. Et quia parabola non habet gratiam nisi di-
Eccli.20.c catur suo tempore, secundum illud Ecclesiastici : Ex
ore fatui reprobabitur parabola : non enim dicit
Prou. 25.b illam in tempore suo. Et econtrario : Mala aurea in
lectis argēteis, qui loquitur verbum in tempore suo.
Ideo additur opportunitas loci, et temporis ad induc-
tionem huius parabolæ de conuiuio nuptiali, cum
subdit : *Intendens quo modo primos accubitus eligerent*,
more scilicet superborum, qui quidem mos erat
Mat.23.a Pharisæis: Amant enim primos recubitus in cœnis,
et primas cathedras in synagogis, et salutationes in
foro, et vocari ab hominibus rabbi. Et hoc in si-
Iob 29.d gnum honoris, secundum illud: Si voluissem ire
ad eos, sedebam primus. Primum enim et sum-
mum coniuncta sunt. Et superbia et ambitio, in-
ordinatus appetitus est superioritatis et prioritatis.
Vnde huiusmodi quærunt superbi, qui ab alijs cu-
1.Reg.15.f piunt honorari. Exemplo Saul : Nunc honora me
coram senioribus populi mei, et coram Israel.

Secundo vero, quantum ad persuasionem repre-
hendentem superbiam, subdit : *Dicens ad illos : Cum
inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco.*
Licet autem istud posset intelligi de carnalibus nup-
tijs, tamen textus ipse sequens, et expositores vo-
Glos.in hūc lunt intelligi de nuptijs spiritualibus. Vnde Glossa:
locum to.5. Cum per gratiam fidei vocatus a prædicatore, mem-
bris Ecclesiæ te iunxeris : non te de meritis glorian-
do, quasi ceteris sis sublimior, extollas. Nuptiæ au-
tem istæ non sunt quæcumque, sed nuptiæ agni, de
Apoc.19.a quibus dicitur : Venerunt nuptiæ agni, et vxor eius
præparauit se. Has nuptias fecit Deus pater, secun-
Mat.22.a dum quòd dicitur : Simile factum est regnum cælo-
rum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Hæ nu-
ptiæ celebratæ sunt in thalamo vteri virginalis : In
Psal. 18.a Sole posuit tabernaculum suum. Et ipse tamquam
sponsus procedens de thalamo suo. Ibi consumma-
tum est matrimonium inter diuinam et humanam
naturam, et inter Christum et Ecclesiam, per con-
sequens, secundum illud quod Apostolus de matri-
Ephes.5.g monio dicit : Sacramentum hoc magnum est : ego
autem dico in Christo, et in Ecclesia. Conuiuium
in his nuptijs est in susceptione sacramentorum Ec-
Prou. 9.a clesiæ, et documentorum sacræ scripturæ : Sapien-
tia ædificauit sibi domū, excidit columnas septem.
Immolauit victimas suas, miscuit vinum, et posuit
mensam suam. Misit ancillas suas, vt vocarent ad
arcem, et ad mœnia ciuitatis, *et cetera*. Ad hoc con-
uiuium vocantur omnes qui vocantur ad fidem per
Mat.22.a veritatis prædicationem : Misit seruos suos vocare
inuitatos ad nuptias. Sic inuitati discumbunt, et
manducant per diuinorum verborum, et mystico-
rum perscrutationem et ruminationem. In cuius si-
Manhu. gnum cibus ille cælestis vocatus est manhu : Quod
Exod.16.c interpretatur : Quid est hoc? Quia oportet intellige-
Leuit.11.a re, quæ suscipiant. Vnde et in Leuitico dicitur quòd
animal quod non ruminat, immundum est. In pri-
mo autem loco discumbit, qui alijs præfertur, siue
in officio dignitatis, siue in priuilegijs sanctitatis, si-
ue in magisterio veritatis. Et ad hoc nō debet quis ex
Heb. 5.a seipso conscendere, quia dicitur : Nec quisquā sumit
sibi honorem : sed qui vocatur a Deo, quemadmo-
Eccli.6.a dum et Aaron. Et ideo Ecclesiasticus : Non te extol-
las in cogitatione animæ tuæ, velut taurus : ne forte
elidatur virtus tua. Nec etiam coram alijs : Vnde
Eccli.11.a subditur : In vestitu ne glorieris vmquam, nec in
die honoris tui extollaris.

Tertio autem quantum ad rationem explicantem verecundiam, subdit : *Ne forte honoratior te sit inui-
tatus ab illo*. Et propter gratiam interiorem maiori
Glos. inter- honore dignus. Glossa : Gratiosior inuitatori, etsi
lin.in hunc alijs sit occultus. Vnde dicitur : Ne respicias vultum
locum to.5. eius, neque altitudinem staturæ eius, quoniam abie-
1.Reg.16.b ci eum. Nec iuxta intuitum hominis ego iudico.

A Homo autem videt ea, quæ patent : Dominus autem intuetur cor. *Et veniens qui te et illum vocauit*, per iu-
stitiæ dispositionem. Nam spirituum ponderator est *Prou.16.a*
Dominus. *Dicat tibi : Da huic locum*, propter dignita-
tis prælationem: Quia scidit Dominus regnum Israel *1.Reg.15.f*
a te hodie, et tradidit illud proximo tuo meliori te:
Et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere, per
manifestam deiectionem, secundum illud Psalmi : *Psal. 87.d*
Exaltatus autem humiliatus sum, et conturbatus. Et
ideo Ecclesiasticus : Attende, ne seductus in stulti- *Eccli. 13.b*
tia humilieris. Ille autem seducitur stultitia, qui se
reputat aliquid magnum : Si quis existimat se ali- *Galat. 6.a*
B quid esse, cum nihil sit : ipse se seducit. Et talis hu-
miliatur a Deo, iusto Dei iudicio, secundum illud :
Deposuit potentes de sede, et exaltauit humiles. De *Supra. 1.e*
huiusmodi iudicio dicitur : Multi tyranni sederunt *Eccli.11.a*
in throno, et insuspicabilis portauit diadema. Multi
potentes oppressi sunt valide, et glorioſi traditi sunt
in manus alterorum. Ideo dicitur : Noli quærere ab *Eccli.7.a*
homine ducatum, neque a rege cathedram honoris.
Quia : Hæreditas, ad quam festinatur in principio, *Prou. 20.a*
in nouissimo, benedictione carebit.

Sed cum vocatus fueris, et cetera. Postquam vitu-
perauit arrogantiam, hic secundo incitat ad reue-
C rentiam : quod quidem facit persuadendo humilita-
tem perfectam : assignando vtilitatem adiunctam :
Confirmando per æquitatem diuinam. Primo igi-
tur persuadens humilitatem perfectam, dicit :

*Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo
loco*, teipsum scilicet omnibus postponendo, secundū
illud: Quicūque voluerit inter vos maior fieri, sit ve- *Mat. 20.d*
ster minister. Et qui voluerit inter vos primus esse,
erit vester seruus: sicut filius hominis non venit mi-
nistrari, sed ministrare. Vnde ipse resedit in nouissi-
mo loco. Vidimus eum nouissimum virorum, vi- *Isa. 53.a*
rum dolorum et scientem infirmitatem : et quasi ab-
D sconditus vultus eius et despectus. In huius humili-
tatis commendationem sedes excellentiorum remo-
tiores sunt ab altari, et in possessionibus priores di-
gnitate sunt posteriores, ad ipsius scilicet Christi
imitationem, qui vtique ad hanc humilitatem inui-
tabat, cum omnium Apostolorum pedes lauit: Si ego *Ioan.13.b*
laui pedes vestros Dominus et Magister, et vos de-
betis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim
dedi vobis, *et cetera*. Quia : Non est seruus maior
Domino suo, *et cet.* Et ideo Apostolus dicebat : Cum *1.Cor. 9.c*
essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci. Et
rursus : Ego sum minimus apostolorum qui non *Ibid.15.b*
E sum dignus vocari Apostolus. Et iterū : Mihi enim *Ephes. 3.b*
omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc:
In gentibus euāgelizare inuestigabiles diuitias Chri-
sti. Et ideo dicebat princeps Apostolorum Petrus : *1.Pet.2.c*
Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Do-
minum. *Recumbe igitur in nouissimo locō*. te inferio-
rem omnibus reputando. Sed dices : Quo modo
me vere reputabo omnibus peiorem, cum multi sint
me peiores? Ad hoc respondet Bernardus : Si enim *Bern. super*
in quopiam statu vnumquemque nostrum habeat *Cant. ser.*
Deus, liquido cognosceremus, nec supra sane, nec *37.to.2.*
infra sedere deberemus, veritati in omnibus acquie-
F scentes. Nunc autem quia consilium hoc posuit te- *Eccls.9.a*
nebras latibulum suum, et sermo absconditus est a
nobis : ita vt nemo sciat, si dignus sit amore an odio,
iustius, tutiusq. profecto, iuxta ipsius veritatis con-
silium, si nouissimum nobis locum eligimus, de quo
postmodum cum honore superius educamur, quàm
præsumimus altiorem, vnde cedere mox oporteat
cum rubore. Non est ergo periculum quantum-
cumque te humilies, quantumcumque te reputes
minorem quàm sis, hoc est, quàm te veritas habeat:
Est autem grande malum horrendumq. periculum
si vel modice plus vero te extollas, si vel vni vi-
delicet in tua cogitatione te præferas, quem forte
parem tibi veritas iudicat, aut etiam superiorem.

Quemad-

Digitized by Google

Quemadmodum enim ſi per oſtium tranſeas cuius ſuperliminare, vt ad intelligentiam loquar, nimium baſſum ſit, non nocet quantumcumque te inclinaueris: nocet autem ſi vel tranſuerſi digiti ſpatio plus quàm oſtij patitur menſura erexeris, ita vt impingas, et capite quaſſato collidaris. Sic in anima non eſt plane timenda quantalibet humiliatio. Horrenda autem nimiumq. pauenda vel minima temere preſumpta erectio. Quamobrem noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni. Quid ſcis enim o homo ſi vnus ille quem forte omnium viliſſimum atque miſerrimum reputas, cuius vitam ſceleratiſſimam ac ſingulariter fœdiſſimã horres, et propterea illum putas ſpernendum non modo præ te, qui forte iam ſobrie et iuſte et pie viuere te cõfidis, ſed etiam prę ceteris omnibus ſceleratis tamquam omnium ſceleratiſſimum: quid ſcis, inquam, ſi melior et te et illis mutatione dexteræ excelſi in ſe quidem futurus ſit, in Deo vero iam ſit. Et propterea non mediocrem, non vel penultimum, nõ ipſum ſaltem inter nouiſſimos eligere locum nos voluit, ſed recumbe, inquit, in nouiſſimo loco, vt ſolus videlicet omnium nouiſſimus ſedeas, teq. nemini non dico præponas, ſed nec comparare præſumas. Hæc Bernardus.

Secundo autem aſſignans vtilitatem adiunctam, ſubdit: *Vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius.* Qui nos inuitauit eſt Chriſtus, qui venit ad nos vel per inſpirationem, ſecundum illud: Ad eum veniemus, et manſionem apud eum faciemus. Vel venit per mortem, vt cum venerit et pulſauerit, confeſtim aperiant illi. Vel venit per finale examen. Etiam venio cito, et merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Hic veniens vocat humiles amicos, Chriſtus namque amicus verus eſt, ſecundum illud: Omni tempore diligit qui amicus eſt. Et humiles recognoſcet amicos, et tales obediunt ei. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Et tunc vocat non nomine ſerui, ſed amici: Iam non dicam vos ſeruos, ſubdit: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui a patre meo, nota feci vobis. Tali dicit: *Aſcende ſuperius*, id eſt ad ſuperiorem honorem et dignitatem. Nimis honorificati ſunt amici tui Deus, *et cetera*. Et ideo ſubdit: *Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus*; ideſt coram omnibus. Vnde dicitur: Superbum ſequitur humilitas, et humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: et oſtendam illi ſalutare meum. Et propter hoc dicit Iob: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: et qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur.

Tertio confirmans per æquitatem diuinam, adiungit: *Quia omnis, qui ſe exaltat*, ſecundum illud: Quid te eleuat cor tuum, et quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos? *Humiliabitur*, per iudiciariam diſtrictionem: Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt, et curuabitur altitudo virorũ. Exaltabitur autem Dominus ſolus in die illa. Quia dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbũ et excelſum et ſuper omnem arrogantem, et humiliabitur. Et poſtea: Et incuruabitur ſublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum. Huius exemplum patuit in lucifero: Quo modo cecidiſti de cælo lucifer, qui mane oriebaris, ſubditur: Qui dicebas in corde tuo, in cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum. Et ideo corruit, quia ſe exaltauit. Vnde dicitur: Eo quòd eleuatum eſt cor tuum quaſi cor Dei: idcirco ecce ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos gẽtium, *et cetera*. polluent decorem tuum et interficient te, et detrahẽt te, et morieris in interitu occiſorum. Propter quod dicitur imitatori luciferi, cuilibet ſuperbo, illud Abdiæ: Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarum, exaltantem ſolium tuum. Et poſt: Si exaltatus fueris vt aquila, et inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. Ideo conſulit ſapiens: Non te extollas in cogitatione animæ tuę velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per ſtultitiam. Sequitur: Et relinquaris velut lignum aridum in eremo. Sic diuina iuſtitia ſuperbos humiliat: et e contrario humiles exaltat, ideo ſubdit: *Et qui ſe humiliat*, per voluntariam abiectionem. Cuſtodiens paruulos Dominus: humiliatus ſum, et liberauit me. Et: Ludam et vilior fiam plus quàm factus ſum: et ero humilis in oculis meis, *exaltabitur*, per diuinam glorificationem. Exemplum eſt in Domino Saluatore: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem. Et poſt: Propter quod et Deus exaltauit illum, *et cetera*. Et ideo dicitur: Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Et de his duobus in Pſalmo: Omnia cornua peccatorum confringam: et exaltabuntur cornua iuſti. Et Ezechiel: Scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime, et exaltaui lignum humile. Ratio autem huius iuſtitiæ et æquitatis eſt. Quia quanto quis magis ſe exaltat tanto minus honorat Deum, et tanto minus magnificat Deum, ac per hoc tanto magis eſt auerſus a Deo. Et ſic per conſequens tanto minus eſt: Nihili factus es, et non eris in perpetuum. Rurſus quanto magis ſe exaltat, tanto magis ſe ſupra ſeipſum erigit, ac per hoc tanto magis euaneſcit. Et quanto magis euaneſcit, tanto plus a veritate recedit, et tanto minus eſt. Ergo quanto quis magis a ſe exaltatur, tanto magis deijcitur. Eleuaſti me, et quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. Poſtremo quanto quis magis ſe exaltat, tãto gloriam hominum magis amat. Et quanto illam magis amplectitur, tanto plus eſt ſubiectus humanis laudibus, et propter hoc tanto magis hominum ſeruus, et tanto magis deiectus. Verumtamen propter dolos poſuiſti eis, deieciſti eos dum alleuarentur. Sed e contrario quanto quis magis ſe humiliat, tanto magis Deum honorat. Magna potentia Dei ſolius, et ab humilibus honoratur. Et quanto magis Deum honorat, tanto magis ad ipſum appropinquat, ac per hoc tanto ad ſublimiora eleuatur. Ambroſius: Quanto magis ſe humiliat homo, tanto redit ad interiora: et quanto magis interius colligitur, tanto virtus eius maior efficitur. Quanto igitur quis magis humiliatur, tanto ſecundum veritatem maior efficitur. Vnde dicitur: Virtus in infirmitate perficitur. Poſtremo quanto magis humiliatur, tanto terrenorum gloriam minus æſtimat: et quanto minus eam æſtimat, tanto magis calcat: et quanto magis eam calcat, tanto ad ſublimiora ſurripitur, et ita tanto maior efficitur. Pro eo quòd fuiſti derelicta et odio habita, et non erat qui per te tranſiret: ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generatione et generationem. Igitur omnis qui ſe exaltat, quanto magis ſe exaltat, tanto magis ſe elongat a ſuperioribus: et quanto ſe magis elongat a ſuperioribus, tanto magis recedit ab interioribus, ac per hoc tanto magis ſubijcit ſe inferioribus. Ergo quanto quis magis effertur, tanto magis ſecũdum veritatem deijcitur, et ſecundum diuinum iudicium eſt deijciendus. Et e contrario, omnis qui ſe humiliat, quanto magis ſe humiliat, tanto magis appropinquat ad ſuperiora, et tanto magis redit ad interiora, ac tanto magis calcat inferiora: ergo quanto magis ſe humiliat ſub Deo, tanto magis exaltatur diuino iudicio.

Dicebat autem et ei, et cetera. Poſtquam informauit inuitatos ad conuiuium nuptiale, hic ſecundo informat inuitantes ad conuiuium familiare. In qua informatione primo retrahit inuitantes a curialitate mundana: Secundo allicit ad curialitatem diuinam, ibi: *Sed cum facis conuiuium.* Retrahens igitur a mundana curialitate, tria introducit ad huiuſmodi refectionem, ſcilicet occaſionem inducentem: exhortationem

Iqan. 14. e *Sup. 12. e* *Apo. 22. c* *Prou. 17. e* *Ioan. 15. b* *Ibid. e* *Pſ. 138. c* *Prou. 29. d* *Pſal. 90. d* *Iob 22. d* *Iob 15. b* *Iſa. 2. e* *Iſa. 14. e* *Eze. 28. b* *Abd. 1. a* *Ibid. b* *Eccli. 6. a* *Pſ. 114. b* *2. Reg. 6. d* *Phil. 2. a* *1. Pet. 5. b* *Pſal. 74. b* *Eze. 17. g* *Eze. 28. e* *Iob. 10. b* *Pſal. 72. e* *Eccli. 3. e* *2. Cor. 12. a* *Iſa. 60. e*

Digitized by Google

tionem erudientem, et rationem persuadentem. Primo igitur quantum ad occasionem inducentem, dicit:

Dicebat autem et ei qui se inuitauerat. Hoc ideo illi dicebat: quia inuitatio illius dedit occasionem loquendi de modo inuitandi, secundum illud Eccle- *Eccli.27.b* siastici: In medio insensatorum serua verbum tempori. Vel ideo illi dicebat, vt ministranti sustentationem corporalem rependeret spiritualem eruditionem, vt sic vicissim ostendat dona diuina esse com- *1.Pet.4. b* municanda secundum illud: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Vnde forma datur hic viro spirituali suscipienti cibum corporalem, vt hospiti suo dispenset spiritua- *Sup. 10. g* lem sicut insinuatur supra: Martha suscepit Christũ in domum suam. Et soror eius Maria sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. In cuius designatione dicit sapiens de sapientia, videlicet Chri- *Sap. 8. b* sto: Proposui hanc adducere mihi ad conuiuandum, sciens quoniam mecum communicabit de bonis, et erit allocutio cogitationis et tædij mei. In hoc etiam datur forma quòd in cõuiuijs virorum spiritualium spiritualia verba sunt miscenda. Ideo consuetudo est quòd in corporali refectione misceatur lectio spiri- *Deut.8. a* tualis propter verbum Domini quòd non in solo *Mat.4. a* pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Domini.

Secundo quantum ad exhortationem erudiẽtem, subdit: *Cum facis prandium aut cœnam*. Prandium, mane: cœnam, vesperi. *Noli vocare amicos tuos*, ra- *Mat.5. g* tione sodalitatis: Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne et publicani hoc *Eccli.37.a* faciunt? Quia dicitur: Sodalis amico condolet, causa ventris, et contra hostem accipiet scutum. *Neque* *Eccli.19.b* *cognatos*, ratione affinitatis: Miseratio hominis, circa proximum suum: misericordia autem Dei super omnem carnem. *Neque vicinos*, ratione familiarita- *Ioan.Can.* tis. Ideo dicitur: Charissime, fideliter facis quid- *3. b* quid operaris in fratres, et hoc in peregrinos qui testimonium reddiderunt charitati tuæ. *Neque fratres*. *Psal.44. c* ratione consanguinitatis, quia dicitur: Obliuisce- *Deut.33.b* re populum tuum, et domum patris tui. Et: Qui dixerit patri suo, et matri suæ: Nescio vos: et fratribus suis, ignoro illos, et nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, et pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Iacob, et legẽ tuam o Israel. *Inf. 16. e* *Neque diuites* ratione pompæ. Quia dicitur: Homo quidam erat dives qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide. Et post subdit quòd sepultus est in inferno. Hæc autem non dicit quia contra præceptum sit inuitare notos, cum *1.Tim.5.a* scribatur: Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, et est infideli deterior. Et de Ioseph scribitur quòd fecit conuiuium *Gen.45. g* fratribus suis. Sed hoc dicitur quòd homo in huiusmodi inuitationibus si vult vitam æternam mereri, non debet habere intentionem carnalem, sed spiritualem, non terrenam sed cælestem, non mercenariam sed piam. Propter quod nota quòd est conui- Varia conuiuia. uium indifferens: quod quidem est familiaritatis hu- *Iob 1. a* manæ, de quo legitur: Ibant filij eius, et faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo. Et est conuiuium malum, et hoc triplex: scilicet, malum, peius, pessimum. Primum est Gastrimargiæ, de quo *Rom.13.d* ad Romanos: Non in commessationibus et ebrieta- *Prou.23.c* tibus, *et cetera*. Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt. Qui vacantes potibus, et dantes *Iac. 5.a* symbola consumentur. Et epulati estis super terram, et in luxurijs nutristis corda vestra. Secundum est *Dan. 5. a* iactantiæ: De quo Daniel: Balthazar rex fecit gran- *Mar. 6. c* de conuiuium optimatibus suis, *et cetera*. Et: Hero des natalis sui cœnam fecit principibus et tribunis et primis Galilææ. Et in primo conuiuio deuastata et dehonestata fuerunt vasa Domini. In secundo interfectus est præcursor Christi. Tertium est malitiæ, de quo dicitur quòd Absalon vocauit Ammon fra- *3.Reg.13.e* trem suum ad conuiuium, vbi sequitur quòd in conuiuio interfecit eum. Et in Machabæis dicitur *1. Mach.* quòd filius Abobi fecit conuiuium magnum Simo- *16. e* ni: et cum inebriatus esset, occidit eum et duos filios eius. Est etiam conuiuium bonum triplex, scilicet, bonum, melius, et optimum. Primum est pietatis, de quo infra: Cum facis conuiuium voca pauperes et debiles, *et cetera*. Secundum est charitatis, de quo in Canticis: Comedite amici, et bibite, et *Cant. 5.e* inebriamini. Tertium est felicitatis: Faciet Domi- *Isa.25. b* nus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuiũ vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Primum conuiuium, ideſt indifferens permittitur. Secundum, ideſt, illud malum prohibetur. Tertium vero suadetur.

Tertio quantum ad rationem persuadentem, subdit: *Ne forte te et ipsi reinuitent, et fiat tibi retributio*. Quia qui opera facit pro terrena mercede, non habet nisi terrenam retributionem et temporalem. Nam merces æterna commutatur in temporalem *Mat.6. a* per amorem gloriæ: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem nõ habebitis apud patrem vestrum *Ibidem.* qui in cælis est. Vnde de hypocritis dicitur: Amen dico vobis receperunt mercedem suam pro amore terrenitatis. Vnde super illud Exodi: Timuerunt ob- *Exod. 1. d* stetrices Deum, et ædificauit illis domos. Dicit Glos- *Glos. in hũc* sa quòd merces æterna illis in temporalem commu- *locum to. 5.* tata est pro amore carnalitatis: Qui amat patrem aut *Mat.10.d* matrem plus quàm me, non est me dignus. Et hoc est, quia sicut dicitur: Nemo potest duobus Domi- *Mat.6. c* nis seruire. Et intentio operi tuo, vt dicit Ambrosius, nomen imponit. Ideo qui facit rem pro mercede temporali, fraudatur mercede æterna, quia nulli operi debetur cælum quod fit propter mundum. Sed contra: Ea quæ propter Deum fiunt, vtraque mercede digna sunt. Vnde dicitur: Pietas ad omnia *1.Tim.4.b* vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est et futuræ. Et ideo dicebat Dominus: Quærite pri- *Mat. 6. d* mum regnum Dei, et iustitiam eius: et hæc omnia adijcientur vobis. Homini vero mundano dicitur: Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, et La- *Infra 16.f* zarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.

Sed cum facis conuiuium, et cetera. Postquam retraxit a curialitate mundana, hic secundo inuitat ad curialitatem diuinam. Quod quidem facit tripliciter, scilicet per commendationem pietatis fraternæ: per assignationem rationis inductiuæ: et per approbationem rationis inductæ. Primo igitur quantum ad commendationem pietatis fraternæ, dicit: *Sed* *cum facis conuiuium, voca pauperes*, propter defectum rerum exteriorum: Frange esurienti panem tuum, *Isa. 58. b* et egenos vagosq. induc in domum tuam, *et cetera*. Et hoc præcipiebatur in lege: Non deerunt pau- *Deut.15.b* peres in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno et pauperi, qui tecum versatur in terra. Huic pauperi debes aperire manum et maxime iusto. Vnde Ecclesiasticus: *Eccli.9. d* Viri iusti sint tibi conuiuæ, et in timorem Dei sit ti- *Tob.2.a* bi gloriatio. Et in Tobia dicitur: Cum esset dies festus et factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo: Vade, et adduc aliquos de tribu nostra timentes Deum, vt epulentur nobiscum. Vnde Ecclesiasticus: Da bono, et non receperis pecca- *Eccli.12.b* torem: Benefac humili, et non dederis impio. Verũ- † *Chryſ. in* tamen nõ excluditur hic quin etiam alijs pauperibus *c.25. Mat.* debeat fieri eleemosyna, et quin ipsi debeãt vocari, si- *hom.80. to.* cut satis innuit †Chrysostomus super Matthẽũ dicen- *2. in ſenſu* tẽ: Quamdiu nõ feciſtis vni minimorũ horũ, neque *tantum.* mihi

Digitized by Google

mihi feciſtis, dicit Dominus. Ait enim: Nō de diſcipulis hoc ſolum dictū eſt, neque de his qui elegerūt monachorū vitam, ſed de omni homine fideli. Qui enim talis eſt, et ſi ſeruus fuerit, et ſi eorū qui in foro mendicant, credat autem in Deum, iuſtum eſt vt omnium fruatur deuotione. Et ſi deſpexerimus talem hominem nudum vel eſurientem, hæc audiemus verba, *Eccli.7. d* et cetera. *Debiles*, propter defectum virium. Non te pigeat viſitare infirmum, ex his enim in dilectione *Mat.25.d* firmaberis. Et in Matthæo: Infirmus eram et viſitaſti me, dicet Dominus: Quia qui infirmitati alienæ condeſcendit quod illi facit, Chriſto impendit. *Claudos et cæcos*, propter defectum membrorum. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis, et pauperes ac debiles, et cæcos et claudos introduc huc. Et hoc quidem recte, quia miſeris impendenda eſt miſericordia, et ſubuentio his qui habent penuriam. Vnde dicitur: *Mar.8. a* Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent.

Secundo quantum ad aſſignationem rationis inductiuæ ſubdit: *Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi*. Ideo oportet quòd alius retribuat pro eis. Fœneratur Domino qui miſeretur pauperis: quod dicitur propter immenſitatem mercedis, de qua ſubditur: *Retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum*, id eſt, in gloria æterna. De qua Reſurrectione in Apocalypſi: *Apo.20.b* Beatus et ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima. Et infra: *Inf. 20. f* Illi qui digni habebuntur ſæculo illo in reſurrectione ex mortuis, neque nubēt, neque ducent vxores, neque vltra mori poterunt. Æquales enim angelis ſunt, et filij ſunt Dei, cum ſint filij reſurrectionis. In hac reſurrectione reſurgēt mali ad mortem. *Ioan. 5. e* Sed iuſti ad vitam. Procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. In hac, retributio *Eccli.12.a* fiet miſericordibus. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: Benefac iuſto, et inuenies retributionem magnam, et ſi non ab ipſo, certe a Domino: Et maxime de eleemoſyna. *Mat.26.c* Vnde in Matthæo: Venite benedicti patris mei, *et cetera*. Et poſt: Eſuriui enim et dediſtis mihi *Mat.5. a* manducare, *et cetera*. Et ideo Matthæus ait: Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiā conſequentur. *Eccli.17.c* Vnde operibus pietatis maxime fit retributio felicitatis. Propter quod dicitur: Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, et gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: et poſtea reſurget, et retribuet illi retributionem vnicuique in caput ipſorum. Ratio autem huius eſt, quia nemo eſt dignus miſericordia, *Iac. 2. c* niſi qui facit miſericordiam. Quia: Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. Et nullus ad æternam beatitudinem venit, niſi per miſeri*Pſal.35. a* cordiā. Homines et iumenta ſaluabis Domine: Quēadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. *Tit. 3. b* Et: Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.

Tertio quantum ad approbationem rationis inductæ, ſubdit: *Hæc cum audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibus*. Audiſſet, inquam, non tantum aure corporis, verum etiam aure mentis vel cordis, ſecundum *Apo. 2. b* illud: Qui habet aurem, audiat quid ſpiritus dicat Eccleſijs. Et quoniam qui ſic audit credit, ſecundum *Rom.10.d* illud: Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti, id eſt, qui credit audiendo teſtimonium red*Iob 29. b* dit loquendo et confitendo. Auris audiens beatificabat me, et oculus videſ teſtimonium reddebat mihi, ideo ſubdit: *Dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei*, quaſi dicat: Melior eſt retributio quæ erit in reſurrectione mortuorum, quàm iſta quæ eſt in *Pſal.83. c* præſenti, quia iſta eſt miſera, illa vero beata: quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. Vnde in *Apo.19. b* Apocalypſi: Beati qui ad cænam nuptiarum agni vocati ſunt. Et nota quòd cibus ille qui erit in regno Dei, non erit cibus carnalis, ſed panis ſpiritualis. Et iſte panis eſt verbum increatum, et verbum incarnatum. Quem quidem panem manducamus ſacramentaliter, ſecundum illud: Probet autem ſeipſum homo: et ſic de pane illo edat, et de calice bibat. In Patria vero manducabimus ſpiritualiter, videndo facie ad faciem. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet *Ioan. 6. f* in æternum. Et: Hæc eſt vita æterna. Vt cognoſcant *Ioan.17. a* te, ſolum Deum verum, et quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Hic panis promittitur nobis edendus poſt egreſſum de hac vita. Vnde Pſalmus: Cum dederit *Pſ. 126. a* dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas Domini, filij merces, fructus ventris. Sicut autem nemo venit ad ſomnum quietis, niſi per ſenarium laboris: ſic iſtius panis manducationem præcedit ſenarius panum qui ſunt præparatorij ad illum cibum æternum quem manducabimus in Patria.

Primus panis eſt doloris pœnitentiæ: Fuerūt mihi *Pſal. 41. a* lacrymæ meæ panes die ac nocte, *et cetera*. Et iterum: Surgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem *Pſ. 126. a* doloris. De hoc pane dicitur in figura: Dedit Abraam *Gen.22. b* Agar panem, et vtrem aquæ, *et cetera*, et dimiſit eam. Quæ cum abijſſet, errabat in ſolitudinem, *et cetera*.

Secundus eſt panis laboris et iuſtitiæ: In ſudore *Gen. 3. b* vultus tui veſceris pane tuo. Et: Labores manuum *Pſ. 127. a* tuarum quia manducabis: beatus es, et bene tibi erit.

Tertius eſt panis inſtructionis et doctrinæ. Non in *Mat.4. a* ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. De hoc dicitur: Paruuli petierunt *Thren.4.a* panem, et non erat qui frangeret eis.

Quartus eſt panis Sacramenti euchariſtiæ, de quo in Ioanne: Panis quem ego dabo, caro mea eſt. Et in *Ioan. 6. f* Matthæo: Cænantibus autem eis, accepit Ieſus pa*Mat.26.c* nem, *et cetera*.

Quintus eſt panis conſolationis internæ. Dede*1.Reg.30.* runt puero Ægyptio panem, *et cetera*. Quæ cum co*c* mediſſet, reuerſus eſt ſpiritus eius, et refocillatus eſt. Et Sapiens: Panē de cælo præſtitiſti illis ſine labore. *Sap.16. c*

Sextus eſt panis contemplationis ſupernæ. De quo in Geneſi: Aſer pinguis panis eius: et præbebit deli*Gen.49. c* cias regibus. Et: Venite, comedite panem meum, *Prou. 9. a* et bibite vinum quod miſcui vobis. Et: Cibabit il*Eccli.15.a* lum pane vitæ et intellectus, et aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Per hos ſex panes venitur ad ſeptimum, de quo hic: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*. Sed multi ſunt ita miſeri quòd non poſſunt venire de pane ad panem. Vnde ad panem cæleſtis conuiuij non veniunt, quia panes alios præambulos manducare nolunt. In figura horum ſeptem panum dicitur: Accipiens Ieſus ſeptem panes, *et cetera*, gra*Mat.15.d* tias agens fregit, *et cetera*. Incipiendo namque a pane doloris pœnitentiæ peruenitur ad panem refectionis æternæ: quem qui manducauerit non habebit vlterius vllam penuriam: Ego ſum panis vitæ, qui venit *Ioan. 6. d* ad me non eſuriet: et qui credit in me, non ſitiet. Quia nec habebit faſtidium ſecundum illud Eccleſiaſtici: Qui edunt me, adhuc eſurient: et qui bibunt *Eccli.24.e* me adhuc ſitient: vſque ibi: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

At ipſe dixit ei: Homo quidam, et cetera. Poſtquam inuitatos informauit ad conuiuium nuptiale, et inuitantes ad conuiuium familiare, hic informat inuitandos ad cōuiuium æternale per introductionem parabolæ. In hac autem parabola tria introducuntur. Quorum primum eſt inuitatio plurimorum. Secundum eſt excuſatio inuitatorum, de qua ibi: *Et cœperunt ſimul omnes excuſare*. Tertium eſt repulſio contemptorum, ibi: *Et reuerſus ſeruus*, et cetera. Circa autem inuitationem plurimorum tria introducuntur ab Euangeliſta, ſcilicet præparatio refectionis æternæ, vocatio multitudinis ad fidem, et excitatio eiuſdem ad deuotionem. Primo igitur quantum ad præparationem refectionis æternæ, dicit:

Homo quidam fecit cenam magnam, id eſt Chriſtus præparauit refectionē æternam. Nam Chriſtus dicitur homo quidam ſingulariter, Conceptus ſine virili ſemine,

Digitized by Google

semine, natus sine matris dolore, immunis ab omni peccato, et mortuus pro hominum peccato. De
Psal. 86. b quo homine in Psalmo: Homo natus est in ea, et ipse fundauit eam Altissimus. Hic fecit cænam, quia
præparauit refectionem summam et vltimam. Vn-
Glos. in hũc locum to. 5. de Glossa: Hoc conuiuium non prandium, sed cæna dicitur, quia post prandium, de quo Matthæus
Mat. 22. a agit, cæna restat, et post cænam nullum conuiuium
Apo. 19. b restat. De hac cæna dicitur: Beati qui ad cænam nuptiarum agni vocati sunt. Hæc cæna magna est, quia
Gen. 15. a inæstimabilis. Vnde in Genesi: Ego merces tua ma-
Baruc. 3. c gna nimis. Quia interminabilis: O Israel, quàm magna est domus Dei, et ingens locus possessionis
B eius! Magnus est et non habet finem, excelsus et immensus. Ideo autem æstimari non potest, quia
tam cibus quàm ille qui ministrat, Deus est, et sum-
Inf. 22. e mum bonum: Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo, et sedeatis super
tronos iudicantes duodecim tribus Israel. De quo in
Psal. 35. b Psalmo: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Secundo quantum ad vocationem multitudinis ad fidem, subdit: *Et vocauit multos*, ad fidem, quia de omni statu, et gente, et ætate. Secundum illud C
Ioel. 2. d Ioelis: Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos, et sugentes vbera. Qui sic vocantur, per consequens ad æternam refe-
1. Pet. 5. c ctionem vocantur. Vnde Petrus: Deus autem omnis gratiæ qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, *et cetera*, ipse perficiet, *et cetera*. Ideo autem vocat multos vt ostendat summam libertatem et benignitatem, sed ideo paucos elegit vt ostẽdat iudicij seueritatem. Propter quod Matthæus:
Mat. 20. b Multi sunt vocati: pauci vero electi. Vnde hæc vocatio multitudinis comparatur captioni sagenæ, quæ D
Mat. 13. f capit ex omni genere piscium: Simile est regnum cælorum sagenæ missæ, *et cetera*, et ex omni genere piscium congreganti, *et cetera*.

Tertio quantum ad excitationem eiusdem multitudinis ad deuotionem, subdit: *Et misit seruum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent*. Seruus iste
Glos. in hũc locum to. 5. vt dicit Glossa, est ordo prædicantium: qui cum sint
Prou. 9. a multi, intelliguntur tamen nomine vnius serui, pro vnitate officij de qua missione: Misit ancillas suas,
Isa. 49. b vt vocarent ad arcem, et ad mœnia ciuitatis. De hoc seruo Isaias ait: Et nunc hæc dicit Dominus formans me ex vtero seruum sibi, *et cetera*. Parum est E
vt sis mihi seruus ad suscipiendas tribus Iacob, et fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.
Hora cœnæ, est finis sæculi, hoc est, tempus sextæ
1. Cor. 10. ætatis, secundum illud: In quos fines sęculorum
1. Ioan. 2. c deuenerunt. Et: Filij, nouissima hora est. Hi serui dicunt inuitatis vt veniant ad cœnam, veniant inquam per internum desiderium et deuotionem,
Psal. 41. a secundum illud Psalmi: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei. Hi serui Dei debent prædicare,
Isa. 2. a secundum illud Isaiæ: Venite et ascendamus ad mon F
tem Domini, et ad domum Dei Iacob, et docebit
Apoc. 22. c nos, *et cetera*: quia secundum illud in Apocalypsi: Et qui audit dicat: Veni. Et quia nihil tantum excitat desiderium ut veniat ad Deum, quantum consideratio illorum præmiorum, ideo subdit: *quia iam parata sunt omnia*. Parata sunt habitacula:
Io. 14. a In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado vobis parare locum. Et si abiero et præparauero vobis locum, iterum venio et accipiam vos ad meipsum. Item
1. Cor. 2. b præparata sunt grandia: Oculus non vidit, et auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit quod præparauit Deus ijs qui diligunt illum, acceptum est,

de Isaia: Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te. Item præparata
Isa. 64. a est mensa. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me, *et cetera*. Item præ-
Psal. 22. a parata est sponsa cum ijs qui prædestinati sunt ad vitam: Venerunt nuptiæ Agni, et vxor eius præ-
Apoc. 19. a parauit se, quia sicut dicitur: Quæ paratæ erant, intra-
Mat. 25. a uerunt cum eo ad nuptias, et clausa est ianua.

Et cœperunt simul omnes. Post inuitationem plurimorum sequitur hic excusatio vocatorum, quia multi veniunt ad fidem qui tamen nolunt peruenire vsque ad charitatem, propter vitiorum pronitatem quam in excusationis velamen assumunt, *et cœperunt simul omnes excusare*. Glossa: Excusat se omnis
Glos. in hũc locum to. 5. qui plus terrena quàm cælestia diligit, etiam si ad cælestia se tendere dicat. Quoniam ergo triplex est radix omnis peccati quæ nos retrahit a charitate Christi, ideo hic tria genera hominum citationem huius reprobantium introducit, secundum triformem excusationem. Quarum prima venit ex ambitione superbiæ: secunda ex solicitudine auaritiæ: tertia vero ex libidine lasciuiæ. Primo igitur quantum ad primam excusationem, quę venit ex ambitione superbię, dicit:

Primus dixit illi: Villam emi. Iste primus est superbus, qui semper vult obtinere primatum: Initium
Eccli. 10. b superbię hominis, apostatare a Deo, quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius, quoniam initium omnis peccati est superbia. Huius est villam emere, quia nihil aliud quęrit quàm dominari, et prœesse.
Auguſt. de Verbis Do. ſer. 33. to. 10. Vnde Augustinus: In empta villa dominatio notatur et superbia. Habere enim villam, homines sibi in illa subdere, superbię vitium primũ notat. Hanc emptionem facit superbus dando animam in seruitutẽ diaboli, quia: Omne sublime videt et ipse est rex super
Iob 41. d vniuersos filios superbię. Vnde dum vult esse dominus hominum, efficitur seruus vitiorum, et hęc est valde mala permutatio. Vnde talis fatetur se seruum cum subdit: *Et necesse habeo exire et videre illam*. Hanc necessitatem inducit superbia quę facit hominẽ euanescere, et quodam modo extra se exire: Ex te exibit
Nahum. 1. c cogitans contra Dominum malitiam: mente pertractans prœuaricationem. Et quia vitium palliat se sub pallio virtutis, quia superbus vult videri humilis, ideo subdit: *Rogo te habe me excusatum*. Glossa: Ora
Glos. interlin. in hũc locum to. 5. ex Greg. vt infra. pro me quia homo peccator sum, seipsum humiliat in voce, cum superbiat in corde. Vnde Gregorius: Humilitas sonat in voce, dum autem venire contemnit, superbia est in actione. Tales designantur per illos de quibus dicitur: genuflexo ante eum, illudebant ei.
Greg. in Euãg. homil. 36. to. 2. Et de huiusmodi dicitur: Est qui nequiter humiliat se, et interiora eius plena sunt dolo. Et de talibus dicit propheta in Psalmo: Non declines cor meum in
Mat. 27. d verba malitiæ, ad excusandas excusationes in pecca-
Eccli. 19. d tis. Et ideo econtrario dicitur de viro iusto: Iustus
Psal. 140. a prior est accusator sui.
Prou. 18. c

Secundo quantum ad secundam excusationẽ quę venit ex solicitudine auaritię subdit: *Et alter dixit: Iuga boum emi quinque*. Solicitudo namque auaritię facit quòd quis non quęrit nisi terrena tractare, ideo labori boum comparatur, quorum est terram sulcare et exercere. Et dicuntur quinque iuga boum propter quinque sensus conuersos ad hęc terrestria. Vnde Glossa: Hęc iuga boum dicuntur quia per hos ter-
Glos. in hũc locum to. 5. rena reguntur. Boues enim terram versant. Dici etiã possunt iuga, quia collum ligant, et ceruicem domant, et totum deprimunt in terram, et animã vendunt pro terra: Nihil est iniquius, quàm amare pecu-
Eccli. 10. b niam. Hic enim et animã suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Quia, vt dicitur:
Mat. 6. c Vbi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. Et thesaurus auari est extra se, scilicet in terra, ideo intima hominis auari proiecta sunt in terra. Vnde necesse est, quòd iugo seruitutis opprimatur, quia vendidit se-

Digitized by Google

Eccli.27.a metipsum. Vnde Ecclesiasticus: Inter medium venditionis, et emptionis angustiabitur peccatis. Reddit enim auaritia solicitum et curiosum, ideo subdit: *Et eo probare illa*, quia curiosus continuam cu-
Glos.in hūc locum to.5. ram de superfluis habet. Vnde Glossa: Recte per quinque sensus curiositas designatur quæ dum exterius inuestigat vitam proximi, sua intima nescit, et curiosi animus quanto est peritior alieni, tanto ignarior fit sui. Et nota quòd charitas non habet nisi iugum vnum: quia omnem solicitudinem reducit ad
Sup. 10. g vnum, secundum illud: Vnum est necessarium. Et:
Mich. 6.c Solicitum ambulare cum Deo tuo, *et cetera*. Et:
Mat.11.d Iugum meum suaue est. *et cetera*. Et: Bonum est vi-
Thr. 3. d ro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sed curiositas habet quinque, quantum ad vniuersitatem sensibilium circa quæ versatur. Vnde Eccle-
Eccli.7. d siasticus: Inueni quòd fecerit Deus hominem rectum, et ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Et quoniam vitiū cupiditatis et auaritiæ palliat se sub specie prouidentiæ, ideo subdit: *Rogo te, habe me excu-*
Hier.2.g *satum*, sed talibus potest dici illud: Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper malitias tuas docuisti vias tuas, et in alijs tuis inuentus est sanguis animarum pauperum et innocentium?

Tertio quantum ad tertiam excusationem, quæ venit ex libidine lasciuiæ, subdit: *Et alius dixit: Vxorem duxi, et ideo non possum venire*. Hæc vxor est
Eccls.7. d concupiscentia carnis, de qua Ecclesiastes: Inueni amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum est, et sagena cor eius. Hæc dicitur vxor pro-
1.Cor.6. d pter vehementem libidinis adhæsionem: An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne vna: propterea addit: *Et ideo non possum venire*. Nec addit: habe me excusatum, quia solum peccatum carnis est quod minime palliat se sub specie virtutis, et minime excusatur, et tamen secundum veritatem magis est excusabile, propter maiorem pronitatem concu-
Rom.7. d piscentiæ, secundum illud: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ et captiuantem me in lege peccati, et pro tanto dicit: *Non*
Bern. epist. 2.ad Fluconem.to.2. *possum venire*, quia sicut dicit Bernardus: Sicut ignis et aqua simul esse non possunt, sic spirituales deliciæ et carnales in eodem se non compatiuntur. Mentitur tamen iste, quia talis, etsi sit concupiscentiæ seruus, potest facere, quo facto habeat gratiam, per quam habeat posse domandi concupiscentiam. Vnde
Rom.7. d ad Romanos: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et respondet continuo: Gratia Dei per Iesum Christum Dominū nostrum,
Phil.2. b quia: Deus est qui operatur in vobis velle et perficere pro bona voluntate. Et nota hic quòd licet vxor licite habeatur, tamen propter abusum, et propter vitium coniunctum, per rem bonam intelligitur ma-
1.Cor.7. e lum, propter quod et Apostolus dicit: Reliquum est, vt qui habent vxores, tamquam non habentes sint.
Glos.in hūc locum to.5. Et Glossa dicit quòd multi non propter fecunditatem, sed propter desideria carnis, vxores ducunt. Ideo per rem istam carnalis voluptas designatur. Vnde non est inconueniens quòd vxor ratione vinculi sacramentalis designet Ecclesiam sponsam Christi, et ratione libidinis designet carnalis concupiscentiam voluptatis.

Et reuersus seruus, et cetera. Post inuitationem plurimorum, et excusationem inuitatorum, sequitur hic tertio repulsio contemptorum. Circa quam tria introducuntur ab Euangelista, scilicet vocatio indigentium, compulsio negligentium, et repulsio contemnentium. Quantum ad vocationē indigentium, quæ ortum habuit ex contemptu aliorum, dicit:

Et reuersus seruus, nunciauit hæc Domino suo: videlicet vocatorum duritiam et rebellionem. Hanc autem seruus nunciat, quādo ordo prædicatorum non A quærit proprium commodum, sed honorem diuinum. Vt sicut missus est a Deo per cōmissionem auctoritatis, sic reuertatur per intentionem puritatis. Et de talibus dicitur: Animalia ibant, et reuertebantur in similitudinē fulguris coruscantis. Vnde Iob: *Exech.1.d* *Iob 38. d* Numquid mittes fulgura, et ibunt: et reuertentia dicent tibi: Adsumus, ibi Glossa: Vadunt fulgura cum prædicatores miraculis coruscant, reuertentia dicunt: adsumus, cum non sibi, sed Deo tribuunt quidquid se fortiter egisse cognoscunt: vel reuertuntur ad Deum per gratiarum actionem, secundum illud: Ad locum vnde exierunt flumina, reuertuntur, *Eccli.1.b* B vt iterum fluant. Et quia non possunt gratias agere de audientium rebellione, sed potius gemere ex detestatione culpæ, ideo dicuntur Domino nunciare. Sicut et de Apostolis dicitur quòd cum molestiam *Act.4.e* paterentur a Iudæis vnanimiter leuauerunt vocem suam ad Deum, et dixerunt: Domine, tu es qui fecisti cælum, *et cetera*, qui Spiritu sancto, per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerūt gentes? *et cetera*, nunc Domine respice in minas eorum, et da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. Et sequitur: Et cum orassent, motus est *Ibid. f* locus: in quo intelligitur commotio iræ Dei contra C rebellionem auditorum, propter quod et subdit: *Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Exi cito in plateas et vicos ciuitatis*, ideſt ad publicam prædicationem, secundum illud: Sapientia foris prædicat, in *Prou. 1.b* plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua. Exitus iste est ad exercitium prædicationis, secundum illud: Exijt, qui seminat, seminare semen suum: et *Mat.13.a* quia repulsis superbis acceptātur humiles, ideo subdit: *Et pauperes, ac debiles, et cæcos, et claudos introduc huc*, quod secundum Glossam habet exponi tripliciter. *Glos.interlin.in hunc* Vno modo, vt ista sonent defectus naturales, vt D *Pauperes*, qui carent rebus. *Debiles*, qui carent viri- *locum to.5.* bus. *Cæcos*, qui habent defectum in visu. *Claudos*, qui habent defectum in progressu: quia ad litteram et tales admittuntur ad regnum cælorum: Videte *1.Cor.1.d* vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mūdi, elegit Deus, vt confundat sapientes: et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: et ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.

Alio modo legitur, vt sonent defectus vitiosos, E vt sint. *Pauperes*, propter defectum gratiæ. *Debiles*, propter defectum virtutis. *Cæci*, propter defectum prudentiæ: et *Claudos*, propter defectum bonæ voluntatis. Et hos elegit, et vocat Deus: Quia: Non *Mat.9.b* veni vocare iustos, sed peccatores. Vnde et per Mat- *Mat.21.c* thæum dictum est pharisæis: Publicani et meretrices præcedent vos in regnum Dei.

Tertio modo legitur, vt sonēt defectus virtuosos, vt dicantur *pauperes*, quantum ad propriam reputationem: vt illos intelligamus pauperes qui non confidunt de nimia opulentia, de quibus in Prouer- F bijs: Est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit. Il- *Prou.13.a* los autem, *Debiles*, qui non confidunt de sua virtute: *1.Cor.1.d* Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, *Cæcos*, qui non confidunt de sua scientia, ideſt qui reputant se cæcos. Vnde Ioannes: Si cæci essetis, non *Ioan.9.g* haberetis peccatum, nunc vero dicitis: Quia videmus: peccatum vestrum manet. *Claudos* qui non confidunt de sua rectitudine. Vnde Iacob postquam vidit Dominum, dicitur claudicasse: Tales introduc- *Gen.32.g* cit Dominus, scilicet, *pauperes*, per contemptū terrenæ opulentiæ: Parcet pauperi et inopi. *Debiles*, *Psal.71. c* per contemptum propriæ confidentiæ: Qui sperant *Isa.40.g* in Domino mutabunt fortitudinem. *Cæcos*, per contemptum propriæ industriæ: In iudicium ego in- *Ioan.9.g* hunc

Digitized by Google

hunc mundum veni: vt qui non vident, videant, et cetera. *Claudos*, per contemptum propriæ iustitiæ.

Isa. 35. b Tunc saliet sicut ceruus claudus, et aperta erit lingua
Sup. 7. c mutorum. Et pro ijs omnibus dicitur supra: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Quia ipsi ad vitam introducuntur, et vocantur: et hic vltimus intellectus videtur magis consonus præcedentibus, quia Deus superbis resistit.

Secundo quantum ad compulsionem negligentium, quæ sequitur vocationem humilium, subditur: *Et ait seruus: Domine factum est vt imperasti: et adhuc locus est*: quia non tot sunt humiles, quot prædestinati ad vitam, nec tot sunt ad vitam æternam voluntarij, quot sunt a Deo prædestinati, ideo subdit: *Et ait*
Sepes qd. *Dominus seruo: Exi in vias, et sepes*. Per vias et sepes, quæ sunt extra vrbem, intelliguntur peccatores qui sunt extra Ecclesiæ vnitatem, et maxime gentiles. Vnde Gregorius: Cum de vicis et plateis vocat, Iudæos
Gregorius in Gloſſa in cap. 14. Luc. ea ſup iſta verba: Exi, etc. to. 5. Et hom. 36. in Euāg. to. 2. significat, qui tenere legem sub vrbana conuersatione nouerāt, cum autem de vijs et sepibus vocat, agrestem populum gentiū significat. Et per hanc eamdem rationem ceteri peccatores possunt intelligi, et maxime pigri, qui ad bonum trahuntur inuiti. Vnde subdit: *Et compelle intrare*, comminatione scilicet æternorum suppliciorum et ostensione præsentium: quia sicut dicit Gregorius: Mala quæ nos hic comprimunt, ad Deum ire compellunt: propter quod in
Pſal. 77. d Psalmo: Cum occideret eos, quærebant eum. Vnde hos compulit seruus Dei, quando eos terret comminatione seueritatis iudicij, secundum illud:
2. Tim. 4. a Prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, *et cetera*. Et ratio huius est, complementum numeri electorum. Vnde subdit: *Vt implea-*
Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5. *tur domus mea*. Gloſſa: Numero prædestinatorum fidelium, qui numerus inexpletus non remanebit, de
Apo. 6. c. quo numero in Apocalypsi: Vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, et fratres eorum. Hæc ergo domus impletur, quando saluatur vniuersitas electorum, de quibus dicitur:
Apo. 7. b Post hæc vidi turbam magnam, quam dinu-
Apo. 14. a merare nemo poterat. Et iterum: Vidi, et ecce, agnus stabit supra montem Sion, et cum eo centum, *et cetera*.
Deu. 32. b Et in Cantico Deuteronomij: Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel? Vbi
Saluādorū numerus. dicit Gregorius quòd tot saluabuntur homines quot Angeli steterunt. Quidquid tamen sit de hoc, certum est quòd perfectus erit numerus electorum, in
Deu. 33. a cuius figuram dicitur: Dominus apparuit de monte Pharan, et cum eo sanctorum millia.

Tertio quantum ad repulsionem contemnentium, subiungit: *Dico autem vobis quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt*, et se excusauerunt, *gustabit cænam meam*, quia nullus ad cænam illam pertingit, nisi humilis:
Mat. 18. a Nisi cōuersi fueritis, et efficiamini sicut paruuli, non
Pſal. 30. c intrabitis in regnū cælorum. Vnde et in Psalmo dicitur: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te! timentibus autem Dominus reseruat, sed superbos repellit. Si enim angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus in-
2. Pet. 2. a. b ferni, *et cetera*. sicut dicit Petrus. Et post: Nouit
Rom. 11. c Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos. Ideo dicitur: Noli altū sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Et ideo dicitur
Heb. 2. a ad Hebræos: Propterea abundantius oportet obseruare nos ea quę audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim qui p angelos dictus est sermo, factus est firmus, quo modo nos effugiemus, si tātā negleximus salutē?

Ibant autem turba multa, et cetera. Postquam confutauit calumniantes et erudiuit conuiuantes, hic iam tertio informat comitantes. Diuiditur autem pars ista in duas. In prima erudit comitantes per verba expressa, in secunda vero per exempla parabolica, ibi: *Quis enim ex vobis ædificare volens turrim*, et cetera. Erudiens autem per verba expressa ad Christum specialiter comitandum, procedit hoc ordine, exprimendo scilicet spiritualis comitatus indicium, principium, et complementum. Primo ergo quantum ad spiritualis comitatus indicium, dicit:

Ibant autem turba multa cum eo, in signum spiritua- *Gloſ. interl. in hunc locum to. 5.*
lis comitatus. Vnde Glossa: Ibant turbæ cum eo, captæ scilicet dulcedine prædicationis et miraculorum. Vnde poterant dicere illud: Domine, ad quem *Ioan. 6. g*
ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et nota hic quòd Pharisæi calumniabantur Christum, turbæ comitabantur, quia quem superbi despiciunt, humiles comitantur. Vnde Ioannes: Numquid ex principibus *Ioan. 7. g*
aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt. Sicut oues pastorem: Videns Iesus turbas, misertus est eis, quia *Mat. 9. d*
erant vexati et iacentes, sicut oues non habentes pastorem. Sicut populus regem: turbæ quæ præcedebant et quæ sequebantur, clamabant dicentes: Osanna, *et cetera*. Sicut discipuli doctorem: Factum est, *Sup. 5. a*
cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbū Dei, et ipse stabat secus stagnum Genezareth.

Secundo quantum ad spiritualis comitatus principium subdit: *Et conuersus dixit ad illos. Conuersus*, inquam, per benignitatem: Deus tu conuersus viui- *Pſal. 84. b*
ficabis nos. *Dixit*, per veritatem doctrinæ. *Si quis venit ad me*, per supererogationem iustitiæ. Venite ad *Mat. 11. d*
me omnes qui laboratis, et onerati estis. *Et non odit patrem suum, et matrem, et vxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam*, per mortificationem affectus carnalis, secundum illud Psalmi: Au- *Pſal. 44. e*
di filia, et vide, et inclina aurem, et cetera. *Non potest meus esse discipulus*, per assumptionē Euangelicæ perfectionis, de qua Lucas? Perfectus omnis erit, si sit *Luc. 6. f*
sicut magister eius. Et ratio huius est quia principiū spiritualis vitæ est exuere carnalem affectum. Quia: *1. Cor. 2. d*
Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, et non potest intelligere, *et cetera*. Et Isaias: Quem docebit scientiam? et quem in- *Iſa. 28. c*
telligere faciet auditum? ablactatos a lacte, *et cetera*: hoc est separatos a carnali affectione. Vnde notandum est quod non præcipit hic odium parentū quantum ad naturam, quia hoc esset impietatis, cum dicat Ioannes: Qui odit fratrem suum, homicida est. *1. Ioan. 3. c*
Sed quantum ad culpam, sicut dicit Augustinus: Sic *Aug. in Pſ. 100. et 118 to. 8.*
diligendi sunt homines, vt eorum errores non diligantur: De quo odio in Psalmo*: Nonne qui oderunt te Domine, oderam: et super inimicos tuos tabescebam? Et post: Perfecto odio oderam illos, *et cetera*. **Pſ. 138. d*
Vnde Gregorius: Simul et odisse possumus et diligere, vt ex cognatione nobis coniunctos ex præcepto *Gregor. homil. 37. in Euāg. to. 2.*
diuino diligamus, et quos aduersarios in via Dei patimur, odiendo et fugiendo nesciamus. Vnde odium illud non venit ex crudelitate, sed ex charitate, sicut et odiū animæ suæ, quam debemus odisse, non quantum ad salutem, sed quantum ad carnalitatem. Vnde
Gregorius: Tunc animam nostram odimus, cum eius *Greg. ibid.*
affectibus carnalibus reluctamur. De hoc odio dicitur: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam *Ioan. 12. d*
æternam custodit eam. Augustinus: Si male amaueris tunc odisti, si bene oderis tunc amasti. Felices qui *Aug. tract. 51. in c. 12. Ioan. to. 9.*
sic oderunt custodiendo, ne perdant amando. Hoc *Eccli. 18. d*
est quod expressius dicitur in Ecclesiastico: Fili post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudiū inimicis tuis. Sicut ergo principium spiritualis vitæ est non concupiscere, vbi omne malum prohibetur, et declinare a malo: sic fundamentum spiritualis comitatus est carnalitatem omnem declinare, siue ad se, siue ad parentes. Propter quod
dicitur: Deponite vos secundum pristinam conuer- *Epheſ. 4. e*
sationem, veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

Digitized by Google

Tertio quantum ad spiritualis comitatus complementum, subiungit: *Et qui non baiulat crucem suam.* per perfectam carnis mortificationem. *Et venit post me.* per rectam intentionem. *Non potest meus esse discipulus*, per certam imitationem. Et nota quòd hic est consummatio discipulatus Christi et comitatus, scilicet in baiulando crucem, quia ibi Christus consummauit, sicut dicitur: Et baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum. In cruce enim Christi est summa humilitas: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Summa paupertas, ita vt vere posset dicere Christus illud Iob: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, et nudus reuertar illuc. Vnde dicitur quòd milites, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, et fecerunt quattuor partes. Est et ibi summa austeritas, secundum illud psalmi: Foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.

Ioan.19. c *Phil.2. b* *Iob 1. d* *Ioan.19. c* *Psal.21. c*

Baiulare crucē quid sit.

Crucem ergo baiulare est humilitatem in corde, austeritatem in carne, et paupertatem in passione assumere, contra illa tria radicalia, et contra triplicem excusationem eorum qui noluerunt venire ad cænam, quia hæc crux fuit Christi, quia Christus voluntarie eam susceptit. Similiter qui vult Christum sequi, oportet quòd portet eam voluntarie: vt ferat eam sicut crucem suam, ex voluntate propria, non in angaria, sicut alienam, alioqui non esset imitator Christi, sed potius Simonis, de quo Marcus: Angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum, *et cetera*, vt tolleret crucem eius. Ad hanc crucem potissime nos inuitat Christus, qui primus eam portauit, sicut vexillum et signum regale. Vnde Paulus: Christus extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum, *et cetera*. Qui ergo sic non vult sequi, non est Christi discipulus, quia non vult imitari eum, in quo se præbuit exemplar nobis et magistrum. Vnde dicitur: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscētijs. Propter quod: Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt et vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Vnde Chrysostomus: Nullus verecundetur crucem, circumferamus eam vt coronam, etenim omnia, quæ secundum nos sunt, per crucē perficiuntur, regeneratio, cōsecratio. Propter hoc in domo, in ianuis, in vijs, in frontibus, et in mente eā scribimus. Hæc igitur baiulanda est, tamquam signum Dei viui, de quo in Apocalypsi: Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui, et clamauit voce magna quattuor Angelis quibus datum est nocere terræ et mari, dicens: Nolite nocere terræ et mari, neque arboribus quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus suis, vt sciatur, scilicet manifeste quis sit Christi discipulus.

Mar.15. b *Heb.13. b* *Gal.5. d* *2.Cor.4. c* *Chrysosto. in cap. 14. Mat. homi. 51,to,2.* *Apoc.7. a*

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, et cetera. Postquam inuitauit et informauit comitantes, et hoc per verba expressa, hic secundo informat eosdem per exempla parabolica. Et quoniam Christum debemus imitari in actionibus et passionibus, in primis similes sumus ædificantibus, in secundis similes præliantibus. Ideo primo in hac parte introducit parabolam de homine ædificante. Secundo vero adiungit parabolam et exemplum de rege præliante, ibi: *Aut quis rex iturus*, In tertia vero subiungit adoptationem vtriusque, ibi: *Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciauerit*. Circa parabolam de homine ædificante, tria introducuntur, scilicet conceptio propositi ædificandi, prouisio sufficientis stipendij, declinatio imminentis opprobrij. Primo igitur quantum ad conceptionem propositi ædificandi, dicit:

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare. Per turrim quæ est ædificiū altissimū, possumus intelligere cumulum perfectionis meritorum, quæ gradatim ascendit ab imo vsque ad summum, incipiens a fundamento timoris, et perueniens vsque ad culmen sapientiæ deiformis.

Et est primo ædificāda turris doni timoris, de qua potest intelligi illud Micheæ: Tu turris gregis nebulosa, *et cetera*, vsque ad te veniet, quia timor paruulum facit ex consideratione iudicij. Secunda turris est pietatis, de qua Isaias: Ædificauit turrim in medio vineæ, et torcular extruxit in ea, quia pietas oritur ex consideratione passionis.

Tertia est turris scientiæ: Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clipei pendent ex ea, omnis armatura fortium, *et cetera*: quod intelligitur de scientia sacræ scripturæ.

Quarta est turris fortitudinis: Turris fortissima nomen Domini: ad ipsam currit iustus, et exaltabitur. Et in psalmo: Deduxisti me, quia factus es spes mea turris fortitudinis.

Quinta est turris concilij, de qua in Canticis: Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum quia consilium est contra insidias inimici.

Sexta turris est intellectus, de qua: Collum tuum sicut turris eburnea: oculi tui sicut piscinæ in Hesebon: vbi datur intelligi munditia cordis et limpiditas intelligentiæ spiritualis.

Septima est turris sapientiæ: Ego murus: et vbera mea sicut turris. Quod dicitur propter consolationem, quæ est in gustu lactis vberum diuinæ sapientiæ. Antequam autem huius ædificij altitudo erigatur, necessaria est ædificatio ædificij septem virtutum, de qua in Prouerbijs: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Huius ædificij Christus est fundator, et fundamentum et complementum: huic tamen ædificationi vir spiritualis comparatur. Vnde dicitur: Dei sumus adiutores, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Omnis, qui proponit ad culmen virtutis ascendere, hic vult turrim ædificare.

Cam.4. a *Cam.4. a* *Prou.18. b* *Psal.60. a* *Cam.7. b* *Ibidem. a* *Cant.8. c* *Prou.9. a* *1.Cor.3. b*

Secundo quantum ad prouisionem sufficientis stipendij subdit: *Non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum?* Sedere illud, est considerare intra se secreta conscientiæ suæ: Sedebit solitarius, et tacebit. Computare, est præuidere per solicitam considerationem. Vnde Glossa: Omne quod agimus prouenire per studium considerationis debemus. Et hoc est quod dicitur: Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Sumptus autem necessarij sunt sufficientes conatus mentis, quibus quis cooperatur gratiæ. Viriliter, secundum illud psalmi: Viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum. Vtiliter, quia: Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, et lapides pretiosos, *et cetera*. Efficaciter quia: Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei. Perseueranter quia: Perfecit omne opus quod faciet Salomon in domo Domini. Hac ædificatione perfecta Dominus apparet ad habitandum. Vnde: Factum est, cum perfecisset Salomon ædificium domus Domini, *et cetera*, apparuit ei Dominus. Hi ergo sumptus sufficientes ad perficiendum consistunt in proposito voluntatis agentis viriliter, vtiliter, efficaciter, et perseueranter. Sed si quid deest, Dominus supplet. Vnde dicitur: Deus est qui operatur in nobis, *et cetera*, velle et perficere, pro bona voluntate. Qui vult ergo opus alium incipere, debet præuidere, si velit perseuerare: quia sicut dicitur supra: Nemo mittens manum ad aratrum, *et cetera*.

Thre.3. d *Glos. interlin. in hunc locum to. 5.* *Prou.4. d* *Psal.26. d* *1.Cor.3. c* *Heb.12. d* *3.Reg.7. g* *3.Reg.9. a* *Phil.2. b* *Sup.9. g*

Tertio quantum ad declinationem imminentis opprobrij, subiungit: *Ne postea quam posuerit fundamentum*. ideſt, altiorem statum aggrediendo in imitando Christum: hoc enim est ponere fundamentum,

1.Cor.3.b tum, de quo dicitur: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Iesus Christus. Hoc fundamentum incipit quis ponere per fidem et bonam operationem, secundum il-
Mat.7.d lud: Omnis qui audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. In hac petra, fundamentum habitationis collocat qui Christum vult perfecte imitari,
Hier.48.d secundum illud: Relinquite ciuitates, et habitate in petra habitatores Moab, et cetera. *Et non potuerit perficere*, et hoc perseuerando, sicut sunt illi, de quibus
Sup. 8. b dicitur: Ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Tales sunt qui destruunt recidiuando
Eccli.34.d quidquid ædificauerunt boni inchoando. Vnus ædificans, et vnus destruens: quid prodest illis, nisi la-
Prou.18.b bor? Tales sunt dissoluti et remissi: Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. *Omnes qui vident*, inceptam perfectionem
1.Cor.4.b circumspiciendo: Spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus. Quod enim in alto ponitur, omnibus ostenditur: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt: *Incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, et non potuit consummare*. Et hoc contumelias inferendo, et deridendo: quia hoc valde est opprobriosum retrocedentibus et apostatantibus. Nam deridentur a dæ-
Thren.1.c monibus: Viderunt eam hostes, et deriserunt sabba-
Psal.24.a ta eius. Hanc irrisionem abhorret vir spiritualis: Neque irrideant me inimici mei, *et cetera*. Hi inimici
Nehē.4.a & Esdra 2. dicitur. deridēt imperfectionem, secundum illud: Tobias Ammanites, *et cetera*, ait: Ædificent: si ascenderit
Ambr. in Glos. in hūc locum to.5. vulpes, transiliet murum eorum lapideum. Vnde Ambrosius: In omni, quod agimus, occultos aduersarios considerare debemus, qui nostris operibus insidiantur, et nisi contra eos vigilemus patimur eos irriso-
Eccli.20.b res, quos ad malum habemus persuasores. Qui autem retrocedit ab incepto deridetur pro temeritate in præsumendo, pro instabilitate in prosequendo, pro pusillanimitate in desistendo, et hoc non solum a diabolo, verum et a mundo. Fatuo non erit amicus, et non erit gratia in bonis illius. Et post: Quoties, et quanti irridebunt eum, *et cetera*.

Aut quis rex iturus committere, et cetera. Supra posuit parabolam de homine ædificante, hic proponit parabolam de rege præliante. In qua quidem parte tria introducuntur, scilicet propositio belli, præuisio periculi, et prouisio remedij. Primo igitur quantum ad propositionem belli, dicit:

Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem. Rex iste est quilibet, qui se regit secundum le-
Prou.20.b gem Dei: Rex qui sedet in solio iudicij, *et cetera*. Et
Apo. 5. c in Apocalypsi: Fecisti nos Deo nostro regnum, *et cetera*: et regnabimus super terram. Istius est commit-
Iob 7. a tere bellum. Quia: Militia est vita hominis super terram. Hoc autem tripliciter habet intelligi: Vel vt
Iob 41. d quis committat bellum cum rege superbiæ, de quo Iob: Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Vel
Psal. 2. b cum rege iustitiæ, de quo in Psalmo: Reges eos in virga, *et cetera*. Vel cum rege supernæ prouidentiæ,
Eccls.5.b de quo Ecclesiastes: Insuper vniuersæ terræ rex imperat, *et cetera*. Committit autem bellum cum rege
Ephe.6.b superbiæ, quando ab ipso dissentit. Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem, subdit: Aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Committit bellum cum rege iustitiæ, quando vult in conspectu Dei se iustificare, quod dicitur in Hieremia:
Hier.2.g Ego iudicio cōtendam tecum, eo quòd dixeris: Non peccaui. Sic et Iob volebat committere, qui dicebat:
Iob.13.a Ad omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cu-
Hier.12.a pio. Et iterū: Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen iusta loquar ad te. Committit autem bellum cum rege supernæ prouidentiæ cum

A se parat ad conflictum patiētiæ, sicut dicit Iob: Quis det vt veniat petitio mea, et quod expecto, tribuat mihi Deus. Et qui cœpit, ipse me conterat? Sic tripliciter cum rege tripliciter dicto committitur bellum. Primum committit pœnitentia de peccatis: secundum confidentia de meritis: tertium autem patientia in flagellis. Iob 6. b

Secundo quantum ad præuisionem periculi, subdit: *Non sedens prius cogitat*, ad prouidendum, secundum illud: Vtinam saperent, et intelligerent, ac nouissima prouiderent. Propter quod ad Ephesios dicitur: Videte itaque fratres quo modo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, et cetera. *Si possit cum decem millibus occurrere*, scilicet ad resistendum. *Ei, qui cum viginti millibus venit ad se*, ad impetendum. Et hoc tripliciter habet exponi sicut et præcedens. Nam si exponatur de rege superbiæ, occurrimus ei per opera virtutum, quæ immediate resistunt ei, quæ ideo decem millia dicuntur propter obseruantiam decem mandatorum, et aduersarius venit cum numero geminato, quia cuilibet virtuti respōdet duplex vitium ex opposito, secundum superabundantiam et defectum. Vnde quia pluribus modis est obligari quàm dirigi, plures dicuntur esse in exercitu regis nobis contrarij. Vnde Iudith: Gloriabatur quasi potens in Iudith 1. b potentia exercitus sui, et in gloria quadrigarum suarum. Sed non est fugiendum nec timendum, quia sicut dicitur: Facile est concludi multos in manu pau- 1.Mac.3.c corum: et non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis et in paucis: quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. Si autem intelligitur de rege iustitiæ: Occurrimus cum decem millibus, id est, confidentia meritorum, ex obseruantia decem mandatorum. Et ipse cum viginti millibus, hoc est cum seueritate iudiciorum, in quibus fit discussio operum et cogitationum. Vnde Beda: Cum decem millibus occurrit, qui offert opera decem mandatorum, sed Deus quasi cum duplicato numero cōtra venit, cum vix in solo illum opere præparatum, simul de opere et cogitatione discutit. Ex quo datur intelligi, quòd nō est tutum cum decem millibus impugnare viginti millia: sic non est securum cum iudice illo contendere. Propter quod Iob: Vere scio quòd non iustificetur homo compa- Iob 9. a ratus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respōdere vnum pro mille. Vnde Malachias: Mala.3.a Ecce venit dicit Dominus exercituum. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? *et cetera*. Ipse enim quasi ignis conflans, *et cetera*. Et in Psalmo: Tu ter- Psal.75.b ribilis es, et quis resistet tibi? Si vero intelligatur de rege supernæ prouidentiæ, cum decem millibus vadit, qui vult pro Christo sustinere multa et magna, sed ipse cum viginti millibus: quia pro nobis sustinuit incomparabiliter plura, cum ipse sit gigas geminæ substantiæ, propter quod in Psalmo: Quid retri- Psal.115.a buam Domino pro omnibus, *et cetera*. Et Micheas: Mich.6.b Quid dignum offeram Domino? *et cetera*.

Tertio quantum ad prouisionem remedij, subdit: *Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea, quæ pacis sunt*, videlicet si suam recognoscit infirmitatem, respectu istius triplicis pugnæ, laborat ad illius pugnæ declinationem. Missio autem istius legationis nil aliud est, quàm missio orationis, quam pro nobis portant Angeli ante conspectum Dei, tamquam nostri legati: Quando orabas cum lacrymis, Tob.12.c et sepeliebas mortuos, sequitur: Ego obtuli orationem tuam Domino. Hæc legatio mittenda est pro 2.Cor.12. repellenda pugna tentationum, quæ veniunt a rege b superbiæ, sicut orabat Paulus: Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, vt me colaphizet, propter quod ter Dominum rogaui, *et cetera*. Item mittenda est hæc legatio pro repellenda pugna diui-

Digitized by Google

narum disceptationum, quæ venit a rege iustitiæ, sicut orabat Propheta in Psalmo: Non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu, *et cetera*. Mittenda est legatio, pro repellenda pugna tribulationum: quia venit a rege prouidentiæ, sicut orabat Ionas: Orauit Ionas ad Dominum Deum suũ de vtero piscis, et dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, et exaudiuit me. Ex quo colligitur quòd consideratio periculi excitat ad procurationem remedij. Vnde Glossa: Nos fragilitatis nostrę insufficientiam attendentes ad impetrandam seueri iudicis pacem, debemus præmittere legationem lacrymarum, bonorum operum, et piorum affectuum, ideo dicitur: Ante languorem adhibe medicinam, et ante iudicium interroga teipsum, et in conspectu Dei inuenies propitiationem: ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam, vt sic per legationem sacerdotum inuenias regem placatum.

Psal. 142. *a*
Ion. 2. *a*
Gloss. in hũc locum to. 5.
Eccli. 18. *c*

Sic ergo omnis ex vobis, et cetera. Postquam præmisit exemplum parabolicum de ædificante, et exemplum de præliante, hic tertio ponit adaptationẽ vtriusque. Et quoniam hæc exempla introducta erant ad excitandum nos ad prouidentiam rei opportunæ, et ad cautelam rei nociuæ, et ad dandam intelligentiam spiritualem vtriusque: ideo in hac parte introducitur prædicatorum exemplorum adaptatio quantum ad prouidentiam rei opportunæ, quantum ad cautelam rei nociuæ, et quantum ad spiritualem intelligentiam vtriusque. Primo igitur quantum ad prouidentiam rei opportunæ dicit: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet*, per cõtemptum temporalium. *Non potest meus esse discipulus*, per perfectionem spiritualium, quasi dicat: sicut ædificans non potest consummare sine sumptibus: nec pugnans secure pugnam aggredi sine militibus: sic nullus perfecte potest sequi Christum, nisi renunciet omnibus. Et nota quòd duplex est Christi discipulatus, vnus necessitatis, sicut dicitur quòd discipuli consueuerunt vocari illi qui nunc dicuntur Christiani, de qua disciplina Isaias: Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Alius est discipulatus supererogationis, quo quis Christum sequitur in consilijs euangelicis, de quo Matthæus: Videns Iesus turbas, ascendit in montem: et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Primo discipulatui necessarium est omnibus renunciare, quãtum ad terrenorum contemptus. Secundo autem necessarium est omnia relinquere, non solum quantum ad affectum, verum etiam quantum ad rem. Vnde Glossa: Hoc distat inter renũciare omnibus, et relinquere omnia: quia renunciare conuenit omnibus, qui ita licite vtuntur mundanis quæ possident, vt tamen mente tendant ad æterna. Relinquere est tantummodo perfectorum, qui omnia temporalia postponunt, et solis æternis inhiant, et hoc necessarium est perfectis Christi discipulis, vt conformes sint paupertati Magistri. Vnde Matthæus: Ecce, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te. Bernardus: Bene, optime, et non ad insipientiam sibi, quia currentem sequi non poterat oneratus. Exultauit enim vt gigas ad currendam viam. Cum enim primum sit inter Christi documenta: Beati pauperes spiritu. Qui hoc ignorat, per consequens nescit quæ sint elementa exordij sermonum Christi, ac per hoc Christi discipulus non est, nec Christum intelligit. Et ideo Antiochus, qui interpretatur silentium paupertatis, subuertit fundamenta Hierusalem, quia non potest esse discipulus pauperis crucifixi, qui consilium paupertatis contemnit.

Act. 9. *et* 6. *c. a*
Isa. 1. *e*
Mat. 5. *a*
Gloss. in hũc locum to. 5. Renũciare, et relinquere quo modo differãt.
Mat. 19. *d*
Ber. in declamat. in princ. to. 2.
Mat. 5. *a*
1. *Mac.* 1. *d* Antiochus.

Secundo quantum ad cautelam rei nociuę, subdit: *Bonum est sal, si autem sal euanuerit*. Per sal intelligitur perfectus quisque discipulus, qui exemplo et verbo debet condire corda aliorum. Vnde Matthæus: Vos estis sal terræ: quod dicitur, quia discretionem summam debet habere in conuersatione, secundum illud: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. Quia sicut non potest comedi cibus nisi sit sale conditus, sic nec stomachus cordis verbum suscipit indiscretum. Iob: Numquid poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? Debent etiam habere sapientiam. Vnde in Leuitico: Præcipitur quòd in omni sacrificio offeratur sal. Et talis qui prudens est et sapiens, recte verbo et exemplo condimentum est Ecclesiæ. Vnde Glossa: Sal cibos condit, vermes necat, carnes siccat, sic prædicatio a vermibus vitiorum, et putredine illæsam seruat Creatori suo humanam naturam. Sed tunc sal euanescit, quando Christi discipulus efficitur indeuotus in contẽplatione, et indiscretus in actione et in prædicatione, sicut de illis dicitur: Euanuerunt in cogitationibus, et obscuratum est insipiens cor eorum, *et cetera*. Hoc est maximum periculum, ideo subdit: *In quo condietur?* Quasi dicat in nullo. Vnde Ecclesiasticus: Quis miserebitur incantatoris a serpente percusso? Quasi diceret, talis prorsus est despectibilis et inutilis tam coram Deo quàm coram hominibus, tam in actis spiritualibus quàm in temporalibus, ideo addit: *Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur*. Glossa: Qui per agnitionem veritatis retrocedit, neque ipse fructum boni operis ferre, neque alios excolere valet, sed eijcitur. Immo quod plus est, reddit terram sterilem: quia vir perfectus cadens suo malo exemplo, alios reddit inutiles ad bonum faciendum. Et ideo vir retrocedens comparatur vxori Lot, de qua dicitur quòd respiciens post se, versa est in statuam salis. Et ideo in Prouerbijs: Homo apostata, vir inutilis, gradiens ore peruerso, *et cetera*. Sicut igitur ædificium incæptum, et nõ consummatũ ad nihilum vtile est, et homo qui incępit, et nõ perfecit, ab omnibus deridetur, et similiter ille qui in prælio superatur: sic et discipulus apostatans despicitur tamquam sal infatuatum. Vnde Matthæus: Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, et conculcetur ab hominibus.

Mat. 5. *b*
Gen. 19. *f*
Prou. 6. *b*
Mat. 5. *b*

Tertio quantum ad spiritualem intelligentiam vtriusque subiungit: *Qui habet aures audiendi audiat*. In quo inuitat ad perfectam intelligẽtiam, vt non solum verba prædicta audiantur quo ad sonum vocalem, de quo dicitur: Incrassatum est cor populi huius, et auribus grauiter audierunt: verumetiam quo ad intellectum spiritualem, secundum illud Iob: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Et Psalmus: Audiã quid loquatur in me Dominus Deus *et cetera*. Et etiam quo ad effectum manualem: Estote factores verbi, et non auditores tantum. Vult igitur dicere quòd verba præmissa sunt parabolica, et ideo sunt spiritualiter et non carnaliter audienda et discutienda, secundum illud: Audiens sapiens, sapientior erit: et intelligens, gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam et interpretationem verba sapientum, et ænigmata eorum. Qui hoc modo audiunt verbum Dei, efficacissime suscipiunt iuxta illud Ecclesiastici: Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Mat. 13. *b*
Iob 41. *a*
Psal. 84. *b*
Iac. 1. *d*
Prou. 1. *d*
Eccli. 24. *e*

CAPVT XV.

ET RANT *autem appropinquantes*, et cetera.] Postquam confutauit dolositatem Pharisæorum calumniantium Christi potentiam in miraculis, in hac parte confutat eorum impietatem, remurmurantium contra clemẽtiam in operibus pietatis. Diuiditur autem hęc pars in partes tres. In quarum prima præmittitur expressio impietatis Iudaicæ. In secunda subditur manifestatio pietatis diuinæ, ibi: *Et ait ad illos parabolam*, et cetera. In tertia vero adiungitur commendatio et persuasio pietatis humanæ, ibi: *Dicebat autem*

Diuisio.

Inf. 16. *a*

Digitized by Google

autem ad discipulos suos : Homo quidam erat dives. Circa expressionem autem impietatis iudaicæ tria introducuntur, scilicet occasio impietatis exprimendæ : expressio iam conceptæ : et simulatio æquitatis iustitiæ. Primo igitur quantum ad occasionem impietatis exprimendæ, dicitur:

Erant autem appropinquantes ei publicani et peccatores. In quo ostenditur summa Christi pietas ad peccatores publicos, ex quo Pharisæi occasionem accipiebant impie iudicandi, quia mos est impijs impietatem suam augere de visis operibus pietatis. Vnde
Psal. 111. *b* in psalmo : Dispersit, dedit pauperibus, *et cetera*, et statim subdit : Peccator videbit, et irascetur. Ostendebat autem Christus pietatem magnam, quia suscipiebat publicanos qui erant publici peccatores.
Glos. interlin. in hūc locum to. 5. Vnde Glossa : Publicani qui publica vectigalia exigunt, vel conducunt, et qui lucrum sæculi per negotia sectantur, et tales erant multis iniustis lucris intenti. Huiusmodi autem peccatores licet videantur repellendi ex iustitia : suscipiuntur tamen ex misericordia, de qua confisi erant appropinquantes. Appropinquabant enim ei tamquam clementissimo
Iac. 4. b Domino, secundum illud : Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis. Appropinquate, inquam, per
Ps. 118. y deuotam supplicationem : Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo : tamquam etiam paratissimo Magistro. Vnde subdit : *vt audirent illum*, secun-
Eccli. 51. d dum illud consilium Sapientis : Appropiate ad me indocti, et congregate vos in domum disciplinæ.
Deut. 33. a Quia sicut dicitur : Qui appropinquāt pedibus eius, accipient de doctrina illius. Huic summo doctori Christo, appropinquabant et pharisæi et publicani,
Hier. 12. a sed pharisæi simulate, secundum illud : Prope es tu ori eorum, et longe a renibus eorum. Quia tales per simulatam iustitiam videntur proximi, sed per occultam superbiam sunt longinqui, secundū illud: Me
Isa. 58. a etenim de die in diem quærunt, et scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, et iudicium Dei sui dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ, et appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, et non aspexisti ? humiliauimus animas nostras et nescisti ? et subdit : Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, *et cetera*. Publicani vero appropinquantes erant vere vt audirent, et audito, a malis per pœnitentiam resipiscerent, secundum Domi-
Mat. 4. c nicam exhortationem : Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum, et vt audiendo
Eccls. 4. d obedirent secundum illud : Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, et appropinqua vt audias. Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ.

Secundo quantum ad expressionē impietatis conceptæ, subditur: *Et murmurabant pharisæi et scribæ.* Murmuratio est oblocutio, quæ nec omnino exprimitur, nec omnino reticetur : Auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non absconditur. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest : et a detractione parcite linguæ, quoniā sermo
1. Cor. 10. b obscurus in vacuum non ibit. Et ideo dicitur: Neque murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt, et perierunt ab exterminatore. Hanc murmurationem odit Dominus, maxime quia nihil pro-
Thr. 3. e dest, nec sibi, nec proximo : Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis ? quasi dicat frustra. Et quia procedit ex corde maligno, quia nec audet aperte arguere, nec tamen potest cordis malitiam occultare. Vnde hoc sonat ipsum vocabulum
Murmurare quid sonet. murmurare, dicitur enim a mutio mutis quod est, quasi velle loqui et non audere fateri. Et oritur aliquando ex infirmitate : Ortum est murmur populi,
Num. 11. a quasi dolentium pro labore contra Dominum. Aliquando ex ignorantia et errore sicut illud Ioannis:
Ioan. 7. b Murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant : Quia bonus est : Alij autem dicebant, Non, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo. Aliquando ex malignitate : Increduli ad sermonem Domini Dei vestri murmurastis in tabernaculis vestris, atque dixistis : Odit nos Dominus, et idcirco eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in manus Amorrhæi. Similiter et hi bonum conuertebant in malum, scilicet publicanorum pœnitentiam, et Iesu misericordiam, et in hoc vitium incidebant, quia erant superbi et inhumani. De quibus potest intelligi illud: Qui dicunt : Recede
Deut. 1. d *Isa. 65. a* a me, non appropinques mihi, quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.

Tertio quantum ad simulationem æquitatis iustitiæ, subditur : *Dicentes, quia hic peccatores recipit*, quātum ad affabilitatem colloquij. *Et manducat cum illis*, quantum ad familiaritatem conuiuij. In quo volebant ipsum redarguere tamquam fautorem malorum, et contemptorem præceptorum. Vnde Glossa, quasi contrarius esset legi, quæ hoc prohibet. In lege enim prohibetur contractus rei immundæ. In quo intelligitur vitatio societatis. Vnde dicitur: Non
Deut. 7. a inibis cum eis fœdus, *et cetera*, neque sociabis cum eis coniugia. Sed, sicut dicit Glossa, dupliciter errāt, quia et se iustos putant, cum sint superbi, et illos peccatores, cum iam pœniteant. Vnde ipsi simulando æquitatem cadebant in impietatem, peccando in seipsos, superbiendo: quod consueuerunt facere pharisæi: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus.
Inf. 16. d Item peccando in proximos male iudicando, ita vt posset eis dici illud : Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, *et cetera*. Item peccando in Christum, eius misericordiam redarguendo, qui peccatores recipiebat, iuxta quod promiserat per Hieremiam : Vulgo dicitur, si dimiserit vir vxorem suam,
Sup. 6. f *Hier. 3. a* et recedens ab eo, duxerit virum alterum, numquid reuertetur ad eum ? Subditur : Tu autem fornicata es cum amatoribus multis : tamen reuertere ad me, dicit Dominus, et ego suscipiam te. Hoc enim est excellentissimæ misericordiæ. Vnde Ioannes: Eum
Ioan. 6. d qui venit ad me non eijciam foras. Redarguebant et misericordiā eius, quia eis condescendebat ad manducandum, cum tamen hoc sit misericordiæ summæ, secundum illud : Ecce sto ad ostium et pulso,
Apoc. 3. d *et cetera*. Et Matthæus : Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. Et Ioannes : Si quis sitit, veniat ad me, et bibat, *et cetera*. Nam et propheta ex
Mat. 11. d *Ioan. 7. f* repletione spiritus vocat omnes: Omnes sitientes venite ad aquas. Et ratio huius est, quia, sicut dicitur:
Isa. 55. a Non est distinctio Iudæi et Græci, Nam idem Domi
Rom. 10. c nus omnium, dives in omnes qui inuocant illum, *et cetera*.

Et ait ad illos parabolam, et cetera. Postquam manifestauit impietatem Iudaicam, hic secundo notificat pietatem diuinam, ad impietatem iudaicam confutandam. Et quoniam pietas Dei specialiter est ad hominem in humani generis reparatione in qua indiget homo sacrificio reconciliante, pretio redimente, et spiritu adoptante. Ideo in hac parte triplicem introducit parabolam. Quarum prima est de Diuisio. oue, quæ sacrificatur. Secunda de drachma qui est nummus regius. Tertia est de Patre et Filio qui misericorditer recipitur. Atque etiam quoniam pietas Dei specialiter ad hominem est ratione trium, quæ Deus posuit in homine secundum rationem insitæ mansuetudinis, ratione impressæ imaginis, et ratione collatæ similitudinis. Et per primam assimilatur homo oui. Per secundam vero, nummo imperiali. Per tertiam Filio Patris æterni. Ideo in hac parte Euangelista spiritu illuminatus triplicem ponit parabolam, per os carnis Dei prolatam, ad notandam pietatem Dei ad humanam naturam. Quarum prima est de pastore et ouibus suis. Secunda est de muliere et drachmis suis, ibi : *Aut quæ mulier habens drachmas decem*. Tertia de Patre et Filijs, ibi : *ait autem:*

tem: Homo quidam habuit duos filios. In quo oſtenditur manifeſte quòd omnis creatura quodam modo prætendit pietatem, quam Deus habet reſpectu hominis: Scilicet creatura brutalis, vt ouis: et materia corporalis, vt drachma: et rationalis, vt homo. Circa parabolã igitur de oue perdita procedit hoc ordine. Nam primo exprimitur ſolicitudo mæſtitiæ pro oue perdita: ſecundo vero magnitudo lætitiæ pro oue inuenta, ibi, *et cum inuenerit*, et cetera. In explicando autem ſolicitudinem mæſtitiæ circa ouem perditam, quattuor introducuntur ab eodem, ſcilicet poſſeſſio multitudinis integræ, deperditio ouis centeſimæ, et dimiſſio multitudinis habitæ, et requiſitio ouis deperditæ. Primo igitur quantum ad poſſeſſionem multitudinis integræ, quam vult intelligi non ad litteram, ſed parabolice, dicit:

Et ait ad illos parabolam iſtam. Ideo parabolice loquitur, quia docet eius ſapientiam: Aperiam in parabolis os meum, *et cetera*. Et quia hoc requirebat Iudæorum perfidia, quibus debebant velari myſteria, ſecundum illud: Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, et audientes non audiunt. Vel quia decebat ſacram ſcripturam, in qua non tantum voces, verum et res ſunt ſigna ad manuducendum intellectum paruulorum, et ſimplicium ad concipiendum in ſe multiformitatem intellectorum diuinorum, ſecundum illud: Parabolæ Salomonis ad ſciendam ſapientiam et diſciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ, et ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ. Sequitur, vt detur paruulis aſtutia, adoleſcenti ſcientia et intellectus. Et quoniam paruulis loquitur, ideo exempla manifeſta ſupponunt, cum dicit: *Quis ex vobis homo qui habet centum oues*. Homo iſte inter homines eſt Dei filius, de quo Baruch: Poſt hæc in terris viſus eſt, et cum hominibus conuerſatus eſt. Et ad Philippenſes: In ſimilitudinem hominum factus, et habitu inuẽtus vt homo. Oues iſtius hominis ſunt rationales creaturæ ratione inſitæ manſuetudinis: Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum, *et cetera*. Oues meæ vocẽ meam audiunt. Et poſtea: Et ego vitam æternam do eis. Dicuntur autem hæ centum propter perfectionem, quæ inſinuatur per centenarium propter reditionem denarij ſupra ſeipſum. Vnde Beda. Quia numerus centenarius eſt perfectus, Deus centum oues, ideſt, numerum perfectum habuit, cum Angelorum et hominum ſubſtantiam creauit. Ob hanc cauſam etiam in deſignatione perfecti meriti ponitur Supra: Aliud cecidit in terram bonam: et ortum, fecit fructum centuplum. Et in Geneſi: Seruit Iſaac in terra illa, et inuenit in ipſo anno cẽtuplum. Similiter et quantum ad perfectionem prẽmij: Omnis qui reliquerit, *et cetera*. Sequitur: Centuplum accipiet, et vitam æternam poſſidebit. Habere igitur centum oues, eſt habere creaturas in perfecto numero, et ſtatu conditionis ſuæ.

Secundo quantum ad perditionem ouis centeſimæ, ſubdit: *Et ſi perdiderit vnam ex illis*. Vnam ouẽ de centum perdidit Deus, quando homo peccauit. Vnde Beda: Vna ouis perijt quando homo paſcua vitæ peccando reliquit. De hac oue dicitur in Pſalmo: Erraui ſicut ouis, quæ perijt. Ideo autem dicitur homo vna ouis, quia omnes ex vno homine proceſſerunt, in quo et peccauerunt, ſecundum illud: Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, et per peccatum mors, *et cetera*, in quo omnes peccauerunt. Sed propter varietatem culparum ſuperadditarum dicuntur multæ oues: Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. Et Petrus: Eratis ſicut oues errantes, *et cetera*. Et hoc fuit quouſque homo caruit paſtore. Vidi cunctũ Iſrael diſperſum in montibus ſicut oues non habentes paſtorem. Impegerat enim hæc ouis in lupum diabolum de quo Ioannes: Lupus rapit, et diſpergit oues, *et cetera*.

Pſal.77.a *Mat.13.b* *Baruch.3.d* *Phil.2.a* *Mat.10.b* *Ioan.10.e* *Beda in Gloſ. in hoc loco to.5.* *Sup.8.a* *Gen.26.c* *Mat.19.d* *Beda in Gloſ. in hũc locum to.5.* *Pſ.110.y* *Rom.5.b* *Iſa.53.b* *1.Pet.2.d* *3.Reg.22.c* *Ioan.10.c*

Tertio quantum ad dimiſſionem multitudinis habitæ ſubiungitur: *Nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto?* Per nonaginta nouem intelliguntur Angeli, tum quia nouenarius optime competit deſignationi numeri Angelorum, propter ternarium triplicatum in ordinibus Angelorum, ad deſignandum Deum trinum et vnum: tum quia Angelis ruentibus et homine perdito remãſit eorum numerus imperfectus. Vnde Gloſſa: Reliquit nonaginta nouem, quia rationalis creaturæ numerus pereunte homine, erat imminutus: iſtos reliquit Chriſtus non localiter deſerens, cum ſit ſemper vbique, ſed quia illos minime apprehendit: Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abraæ apprehendit. Dicitur autem reliquiſſe in deſerto, ideſt in cælo quod deſertum fuit ab Angelis et hominibus, et nullus iam ibi poterat introire, propter quod illa ſuprema patria deſerto comparatur, vnde Gloſſa: In deſerto, ideſt in cælo quod deſertũ eſt ab homine peccante, propter quod et illa ſuperna Hieruſalem dicitur deſerta, ſecundum illud: Illa, quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt quæ eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim: Lętare ſterilis quæ non paris, *et cetera*, quia multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Et Iſaias: Lætabitur deſerta et inuia, et exultabit ſolitudo, et florebit, quaſi lilium, *et cetera*.

Gloſ. in hũc locum to.5. *Heb.2.d* *Gloſ. interlin. in hũc locum to.5.* *Gal.4.d* *Iſa.35.a*

Quarto quantum ad requiſitionem ſingularis ouis deperditæ, adiungit: *Et vadit ad illam quæ perierat*, ad iſtam ouem, ſcilicet hominem ſaluandum venit Deus, Dei Filius in hunc mundum: Venit filius hominis quærere et ſaluum facere quod perierat. Vnde ad Timotheum: Fidelis ſermo et omni acceptione dignus quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Et hoc fecit Chriſtus tamquam bonus paſtor. Vnde Ezechiel: Ecce ego ipſe requiram oues meas, et viſitabo eas, ſicut paſtor viſitat gregem ſuum. Sed quia bonus paſtor non deſiſtit ab inquiſitione ante ſalutem, ideo ſubdit: *Donec inueniat eam*. Tunc autem hæc ouis a Chriſto inuenitur, quando eius ſanguine a perditione liberatur ſecundum illud: Dominus ſolus Dux eius fuit, et non erat cum eo Deus alienus. Et paulo ſuperius: Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris et vaſtæ ſolitudinis. Inuenit autem Deus homines perditos, cum magna difficultate, ſecundum illud Oſeæ: Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael, quaſi prima poma ficulneæ. Vnde paſtor iſte pro ouibus ſuis inueniendis, laborauit vſque ad mortem, ſecundum illud: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Propter quod et paſtor iſte agnus factus eſt inter oues, vt redimeret oues, ſecundum illud: Sicut ouis ad occiſionem ducetur, et quaſi agnus coram tondente ſe, obmuteſcet, et non aperiet os ſuum. Vnde et hanc inuentionem præfigurabat illa inuentio qua Abraam volens offerre filium, inuenit arietem: Leuauit Abraam oculos ſuos, viditq. poſt tergum arietem inter uepres, hærentem cornibus, quem aſſumens, obtulit holocauſtum pro filio. Cetera ergo illa ſacrificia oblata tã ouium quàm agnorum et hircorum quàm arietum et vitulorum, hoc ſignificabant quòd Chriſtus per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Et hoc eſt quod dicit: *Quarit diligenter donec inueniat eam*.

Inf.19.b *1.Tim.1.d* *Ezec.34.e* *Deut.32.b* *Oſea.9.e* *Ioan.10.e* *Gen.22.e* *Hebr.9.e*

Et cum inuenerit eam, et cetera. Poſt ſolicitudinem mæſtitiæ pro oue perdita, ſequitur hic magnitudo lætitiæ pro oue inuenta, circa quam introducuntur tria, ſcilicet exultatio priuata, congratulatio publica, et concluſio principaliter intenta. Primo igitur quantum ad exultationem priuatam de oue inuenta, dicit: *Et cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens*. Humeri iſti, vt dicit Ambroſius, ſunt brachia crucis: illic, inquit, peccata mea depoſui, in illa nobili

Amb.lib.7. Cõment.in ca.15.Luca to.3.

Digitized by Google

nobili patibuli ceruice requieui. In hos ergo humeros ouem perditam imposuit, quia ibi peccata nostra
Isa. 53. a portauit. Vnde Isaias: Vere lãguores nostros ipse tulit,
et dolores nostros ipse portauit. Et Petrus: Qui pec-
1. Pet. 2. d cata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum,
vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Et hoc est quod
Beda Glossa in hunc locum to. 5. dicit Beda: Ouem in humeris suis imposuit, quia humanam naturam suscipiens peccata nostra ipse portauit. Et peccata nostra portauit in cruce, et crucem no-
Isa. 9. b stram portauit in humeris, secundum illud: Factus
Isa. 22. c est principatus super humerum eius. Et: Dabo clauem domus Dauid super humerum eius. Super hunc humerum gaudens nos portauit, propter magnam B charitatem quam ipse habuit ad liberationem no-
Isa. 40. c stram. Sicut pastor gregem suum pascet in brachio
Isa. 66. d suo congregabit agnos. Subditur: Fœtas ipse portabit, et hoc cum maximo gaudio, secundum illud: Ad vbera portabimini, et super genua blandientur vobis. Quo modo si cui mater blandiatur, ita et ego consolabor vos. Sequitur: Videbitis et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt.

Secundo quantũ ad congratulationem publicam, subdit: *Et veniens domum conuocat amicos et vicinos.*
Isa. 60. b Domus ista est Hierusalem superna, de qua Isaias:
Ioan. 14. a Domum maiestatis meæ glorificabo. Et Ioannes: In C domo Patris mei mansiones multæ sunt. In hãc Chri-
Isa. 63. a stus venit in Ascensione, de quo aduentu Isaias: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? In hanc portat ouem, quia sicut dicitur in Psalmo:
Psal. 67. b Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem. Et ibi conuocat Angelos, qui dicuntur amici propter familiaritatem in cognoscendo secreta, hoc enim est signum
Ioan. 16. b amicitiæ. Vos autem dixi amicos, *et cetera*. Et vicini, propter propinquitatem in communicando sola-
Mat. 18. b tia. Vnde Matthæus: Angeli eorum in cælis semper vident faciem patris qui in cælis est: hos conuocat Dominus ad concorditer gaudendum, propter salu- D tem hominum. Vnde et subdit: *Dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.* Hoc dicit, quasi dans eis materiam congratulandi de consecutione tanti beneficij et amoris charitatiui, quem Deus ostendit homini, vnde dicit Sapientia æterna:
Prou. 8. d Deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. Vnde Beda:
Beda Glossa in hunc locum to. 5. Non dicit: Cõgratulamini oui inuentę, sed mihi, quia gaudium eius est vita nostra. Vnde in expressione huius gaudij permagnifici notatur humani generis
Ex Greg. hom. in Euangelia. reinuẽtio iucunda, hoc est gaudium nuptiale, de quo exultant cælestes ciues: Audiui quasi vocem turbæ magnæ, *et cetera*: dicentium: Alleluia. Sequitur: E
Apo. 19. a Gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, et vxor eius præparauit se. Desponsauit enim agnus sanctam Ecclesiam de peccatoribus collectam, et habet agnus ouiculã reinuentam.

Tertio quantum ad conclusionem principaliter intentam, subiungit: *Dico vobis quòd maius gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente.* Laudate cæli, et exulta terra: iubilate montes laudem, quia
Isa. 49. d consolatus est Dominus populum suum, et pauperum suorum miserebitur. Magnum est gaudium, quia maius est infirmum sanare, quàm sanum conseruare, et ideo subdit: *Quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.* Hoc autem dicitur: non quia melior sit peccator pœnitens quàm nonaginta nouem iusti, sed quia in redemptione humani generis maiora operatus est Deus, quàm in conseruatione totius multitudinis cælestis, quia hoc est mani-
Aug. to. 9. Tract. 72. in Ioann. festatiuum maioris potentiæ, maioris prudentiæ, et maioris misericordiæ. Maioris potentiæ, quia ma-
Iob 26. d ius est iustificare impium, quàm creare cælum et terram. Maioris prudentiæ, vnde Iob: Prudentia eius percussit superbum. Maioris clementiæ siue miseri-
Sup. 1. g cordiæ, vnde supra: Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit, *et cetera*. Maior enim fuit in Christo condescensio, maior et humani generis sublimatio, secundum illud: Quoniam eleuata est *Psal. 8. a* magnificentia tua super cælos. Vnde hoc intelligitur quantum ad causam nostræ pœnitentiæ, hoc est humani generis redemptionem, in qua maior est materia gaudij quàm in omnibus alijs operibus Dei. Si autem intelligatur de peccatore quolibet per se, tunc intelligitur quòd gaudiũ est magis nouum, vel quòd peccator est feruentior frequenter quàm iustus. Vnde Gregorius in moralibus: Quidam in Dei seruitio ex ante acta alicuius debilitate roborantur, eosq. ad ** Greg. homil. 34. in Euang. to. 2. vbi est exemplum vt infra.* custodienda mandata, et futurorum trahit desideriũ, et impellit memoria præteritorum. Vnde hoc non refertur ad omnes peccatores nec ad omnes iustos, sed ad peccatores feruidos post conuersionem, et iustos tepentes. Vnde et Gregorius * exemplificat et Beda in Glossa: Maius gaudium est de peccatore resurgente in feruore, quàm de iusto pigro stante. Vt Dux *Beda Glossa in hunc locum to. 5.* in prælio cum militem plus diligit, qui post fugam reuersus hostẽ fortiter premit, quàm eum qui numquam fugit nec vmquam fortiter egit. Vel hoc dicitur ratione confusionis aduersariorum, secundum illud: Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in mes-
Isa. 9. a se, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia, *et cetera*.

Aut quæ mulier, et cetera. Post parabolam de pastore et ouibus suis, subditur hic parabola de mulierę et drachmis. In qua quidem sub metaphora drachmæ manifestatur pietas Dei ad hominem, et hoc quadrupliciter scilicet ad hominem reparatum, et ad hominem iustificatum. Primo igitur quantum ad pietatem Dei respectu hominis conditi, dicit:

Aut quæ mulier habens drachmas decem. Mulier ista est diuina sapientia, quę mulier dicitur: quia diligenda est tamquam sponsa speciosissima. Sapiens: Lo-
Sap. 8. a quens de Sapientia dicit: Hanc amaui et exquisiui eam a iuuẽtute mea, et quæsiui in sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius. Dicitur autem mulier non ab infirmitate sexus, sed a pietate diuini affectus et misericordiæ, ratione cuius cõparat Deus affectum suum ad hominem affectui materno. Numquid obliuisci potest mulier infantem
Isa. 49. d suum, vt non misereatur filio vteri sui? *et cetera*. Et ideo sapientia de se dicit: Ego mater pulchræ dile-
Eccli. 24. b ctionis, *et cetera*. Vnde cum sapientia Dei sit potentissima, sit speciosissima, sit prouidissima, sit et clementissima, datur intelligi per mulierem fortem, secundum quod dicitur: Mulierem fortem et bonam
Prou. 31. b et speciosam. Et: Sicut sol oriens mundo. Per mu-
Eccli. 26. c lierem prouidam: Sapiens mulier ædificat domum,
Prou. 14. a id est, sapientia, per mulierem piam, sicut in parabola. Vnde Glossa: Mulier, id est Dei sapientia, decem
Glos. in hũc locum to. 5. drachmas habuit cum homines et angelos creauit. Drachma autem est creatura rationalis, diuina videlicet imagine insignita. Vnde Glossa: Drachma est
Glos. interlin. ibid. nummus certe quantitatis habens imaginem regis. Talis nummus est homo, de quo dicitur: Faciamus
Gen. 1. d hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Vnde et Ecclesiasticus: Deus creauit de terra homi-
Eccli. 17. a nem, et secundum imaginem suam fecit illum. Talis nummus est angelicus spiritus. Vnde Ezechiel: Tu F
Eze. 28. c signaculum similitudinis plenus sapientia, et perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti. Igitur drachmæ decem, sunt nouem ordines angelorum, et decima hominum ad totius vniuersi complementum, quia inter denarium clauditur vniuersitas numerorum. Vnde et in eo est quidam numerorum status. Vnde Beda: Decem drachmas mulier habuit, *Beda Glossa in hunc locum to. 5.* cum nouem ordinibus angelorum homo additus est decimus, vt compleretur numerus electorum. In hoc ergo apparet pietas Dei ad rationabilem creaturam conditam, sicut ad rem sua imagine insignitam.

Secundo quantum ad pietatem Dei respectu hominis lapsi subdit: *Et si perdiderit drachmam vnam*, scilicet in hominis præuaricatione. Drachma enim ista

Digitized by Google

Gloſſa vbi ſupra. Drachma decima qd.

iſta perdita eſt humana natura. Vnde Gloſſa: Mulier, ideſt Dei ſapientia decem drachmas habuit cum homines et Angelos ad imaginem ſuam creauit, ſed vnam perdidit, cum homo a ſimilitudine Creatoris receſſit. Vnde quia homo creatus eſt poſt nouem ordines Angelorum recte intelligitur per decimam drachmam. Hinc eſt quòd ad liberationem hominum præfigurandam Deus præcepit ſibi offerri decimã. Hinc etiam eſt quòd decẽ præcepta ei data ſunt, per quæ quaſi per quoſdam gradus vſque ad Deum conſcendat. Hinc eſt etiam quòd in præfiguratione incarnationis dicitur ſol retroceſſit decem lineis, ſicut dicitur: Sol namque per decem lineas retroceſſit, cum Deus qui eſt ſupra Angelos vſque ad hominem qui eſt decimus, deſcendit. Hinc etiam denarius eſt pretium omnium laborantium in vinea patriſfamilias: Conuentione facta, *et cetera*. Recte igitur decima drachma perdita deſignat naturam humanam lapſam. Ad hanc drachmam perditam diuina ſapiẽtia habet pietatem et miſericordiã, propter quod ſubdit: *Nonne accendit lucernam*, in incarnatione. † Lucerna eſt lux in teſta, hoc eſt Deus in carne humana. Vnde Gloſſa: Dei ſapientia lucernam ad quærendam drachmam accendit, cum in carne apparuit, quia lucerna eſt lux in teſta, ideſt, verbum in carne. De hac lucerna dicitur in Pſalmo: Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Vnde de accẽſione iſtius lucernæ dicitur: Deus erat verbum. Sequitur: Lux vera quæ illuminat omnem hominem. Et poſt: Verbum caro factum eſt, et habitauit in nobis. Nec tantum hoc, *Sed et euertit domum*, ſcilicet in prædicatione. Gloſſa: Domum euertit quando conſcientias hominum de reatu ipſorum perturbauit. Et hoc ſpectat ad prædicatores. Vnde dicitur: Scrutabor Hieruſalem in lucernis, et viſitatio ſuper viros defixos in fęcibus ſuis. *Et quærit diligenter, donec inueniat eam*, in noſtra redemptione, vnde Sapiens: Dignos ſe, ipſa circuit quærens, et in vijs oſtendet ſe illis hilariter, et in omni prouidentia occurret illis, vnde et ſibi competit illud Pſalmi: Si dedero ſomnũ oculis meis, et palpebris meis dormitationem. Donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

Gloſſ. in hũc locum to. 5. *Pſ. 131. d* *Ioan. 1. a. b* *Gloſ. in hũc locum to. 5.* *Sopho. 1. c* *Sap. 6. c* *Pſ. 131. a*

Tertio quãtum ad pietatem reſpectu hominis reparati adiungit: *Et cum inuenerit, conuocat amicas et vicinas*: Per amicas et vicinas diuinæ ſapiẽtię intelliguntur Angeli boni et animæ ſanctę. Vnde Gloſſ. Et amicæ et vicinæ ſunt ſupernæ poteſtates, quæ Deo tanto propius ſunt, quanto eum vicinius contemplantur. Quæ ideo dicuntur amicæ ſapientiæ quia ipſam diligunt et ab ipſa amantur, ſecundum illud: Per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, et prophetas cõſtituit. Neminem enim diligit Deus, niſi eum qui cum ſapientia inhabitat. Conuocare autem nihil aliud eſt quàm ad vnitatem et conformitatem amoris copulare. Poteſtas et terror apud eum eſt qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. Et per iſtam concordiam mutui amoris communem materiam gaudij tribuit. Et ideo ſubdit: *Dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram*. Sapientia namque inuitat ad congaudendum, quia hæc eſt lex charitatis: Charitas non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Et ſapiens dicit: Hæc cogitans, *et cetera*. Quoniam immortalitas eſt in cognatione ſapientiæ, et in amicitia illius delectatio bona, quia vult gaudia vniuerſorum eſſe communia non priuata, ſicut potiſſime in illa Hieruſalem ſuperna. Vnde Tobias: Confitere Domino in bonis eius, et benedic Deum ſæculorum, ſubditur: Et reuocet ad te omnes captiuos, et gaudeas in omnia ſęcula ſęculorum. In hac enim reinuentione drachmæ fit reintegratio numeri electorum in illa Hieruſalem. Et hæc eſt magna materia lætitiæ: Ecce ego creo Hieruſalem exultationem, et populum eius gaudium, quia congratulabantur diuinæ ſapientię, et ſaluationi noſtrę, ſecundum illud: Lętamini cum Hieruſalem, et exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuerſi qui lugetis ſuper eam, vt ſugatis, et repleamini ab vberibus conſolationis eius: vt mulgeatis, et delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius.

Iob 25. a *1. Cor. 13. b* *Sap. 8. d* *Tob. 13. c* *Iſa. 65. c* *Iſa. 66. c*

Quarto quantum ad pietatem Dei reſpectu hominis iuſtificati, ſubdit: *Ita dico vobis: Gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Gaudent autem Angeli de pœnitentia hominis peccatoris, quia deſtruitur culpa, reſtituitur iuſtitia, confutatur dęmonum ſuperbia, efficax efficitur Angelorum cuſtodia, reparatur Eccleſia, placatur ira diuina, et reſtauratur Hieruſalem ſuperna. Et de his ſeptem gaudent maxime Angeli beati. Ideo et de pœnitentia peccatoris, in qua vident fieri ſeptem effectus prędictos, gaudium eſt Angelis Dei.

Septem de cauſis gaudent Angeli ſuper vno peccatore pœnitentiã agente.

Act. 3. c *Marc. 1. a* *Apoc. 2. b* *Eccli. 17. c* *Pſal. 6. b* *Hier. 31. d* *Apoc. 3. d* *Mat. 9. b* *Exec. 18. c* *Eccli. 12. a* *Hier. 18. a* *Mat. 4. c* *Iob 42. c* *2. Cor. 7. b*

Primo quia deſtruitur culpa: Pœnitemini, et conuertimini, vt deleantur peccata veſtra. Vnde dicitur quòd erat Ioannes prędicans baptiſmum pœnitentię in remiſſionem peccatorum, *et cetera*.

Secundo quia per pœnitentiam recuperatur iuſtitia. Vnde in Apocalypſi: Memor eſto vnde excideris, et age pœnitentiam, et prima opera fac. Et Eccleſiaſticus: Pœnitentibus dedit viam iuſtitię, et confirmauit deficientes.

Tertio quia per pœnitentiam confutatur dęmonum ſuperbia: Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Et poſt: Erubeſcant et conturbentur vehementer omnes inimici mei. Tunc enim dęmones erubeſcunt de ſua impudentia, quando peccator per pœnitentiam erubeſcit de culpa: Poſtquam conuerſti me, egi pœnitentiam. Subdit: Confuſus ſum, et erubui, quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentię meę.

Quarto quia per pœnitentiam efficax efficitur Angelorum cuſtodia. Vnde dicitur: Ego quos amo, arguo et caſtigo. Æmulare ergo, et pœnitentiã age. Ecce ſto ad oſtium et pulſo. Hoc enim Angelus nos cuſtodiens facit ſolicite.

Quinto quia per pœnitentiam reparatur Eccleſia, propter quod dicitur: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Nam Chriſtus vocat ad vnitatem Eccleſiaſticam, in qua fit remiſſio peccatorum, et datur ſuperna gratia, ſecundum illud Ezechielis: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, *et cetera*, vita viuet, et non morietur.

Sexto quia placatur ira diuina: Altiſſimus odio habet peccatores, et miſertus eſt pœnitentibus. Et Hieremias: Si pœnitentiam egerit gens illa a malo ſuo, *et cetera*, agam et ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei.

Septimo quia per pœnitentiam reintegratur Hieruſalem ſuperna. Vnde Matthæus: Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cælorum. Et propterea ciues cæleſtes exultant, ſicut dicitur hic quòd *gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*. Vident enim quantæ virtutis ſit pœnitentia, quæ non ſolum recuperat perdita, ſed et multo plura impetrat a pietate diuina. Vnde Iob: conuerſus Dominus ad pœnitentiam recuperat perdita. Addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob, duplicia. Et hac de cauſa omnes qui diligunt Deum, qui diligunt bonum, et qui habent pietatis affectum, cum Angelis exultare debent de conuerſione et pœnitentia peccatorum. Vnde Apoſtolus: Epiſtola illa, et ſi ad horam, vos contriſtauit: nunc gaudeo: non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Et

poſt

Digitized by Google

post subdit: In vobis operatur solicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. Et ex his, debitus honor redditur diuinæ maiestati: numerus cælestis impletur: et recuperatur vnitas ecclesiasticæ pacis. Et ideo in conuersione et pœnitentia vnius peccatoris merito exultat hierarchia supercælestis, cælestis, et subcælestis.

Ait autem: *Homo quidam habuit duos filios*. Post parabolam de pastore et ouibus suis, et de muliere et drachmis, subditur hic tertio parabola de patre et filijs, vt sic, cum maxima sit pietas patris ad filium, maxima ostendatur hic pietas Dei erga peccatorem conuersum, qui intelligitur per filium prodigum. Et quoniam misericordia patris in hoc ostenditur, quòd releuauit miseriam filij prius peccantis, et postmodum pœnitentis, ideo in hac parabola quattuor describit Euangelista. Primo namque describit filij prodigi insolentiam: secundo miseriam et indigentiam, ibi: *Postquam omnia consummasset*: tertio eiusdem pœnitentiam, ibi: *In se autem reuersus dixit*, et cetera: quarto patris misericordiam, ibi: *Cum autem adhuc longe esset*. Et hoc quidem facit rectissimo processu et ordine. Nam insolentia præcipitauit in miseriam et in indigentiam: indigentia autem excitauit ad pœnitentiam: et pœnitentia præparauit ad patris misericordiam obtinendam. Circa filij prodigi insolentiam exprimendam tria introducuntur ab Euangelista, scilicet conditio libertatis humanæ: perpetratio voluntariæ culpæ: et dissipatio boni, gratiæ, et naturæ. Primo igitur quantum ad conditionem libertatis humanæ, dicit:

Homo quidam habuit duos filios. Per hominem istum, sicut sæpe dictum est, intelligimus Dominum benignum et pium. Nam ipse ratione summæ pietatis, quæ reddit eum benignum et humanum erga hominem, homo merito dici potest, vnde Daniel: Tetigit me quasi visio hominis, et confortauit me. Ad cuius etiam designationem Deus in effigie humana, per subiectam creaturam, frequenter apparuit sanctis patribus et prophetis. Per duos autem filios intelligimus humani generis vniuersitatem, non solum quo ad Gentiles et Iudæos sicut Glossa exponit, sed et generaliter quo ad innocentes et pœnitentes, sicut oportet intelligi ex ipsa applicatione parabolæ. Vnde Beda: Hæc parabola de Iudæo et Gentili, generaliter de pœnitente et iusto, vel qui sibi iustus videtur potest intelligi. Et hi dicuntur filij, qui in libertate arbitrij sunt creati, et ad æternam hereditatem habendã. Seruus non manet in domo in æternũ, filius manet in æternum, vnde et in Psalmo: Quo modo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se. Et quia libertas arbitrij in vanis et peccatoribus frequenter de proprijs viribus præsumit, et sibi vsurpat quod Dei est, ideo subdit: *Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit.* Iste adolescentior dicitur ille, qui vanior est, et ad sensibilia bona magis intentus, secundum illud Ecclesiastes: Adolescentia enim et voluptas vana sunt. Et: Lætare iuuenis in adolescentia tua. Sequitur, et scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Hic adolescens petit partem suam, cum relinqui vult libertati suæ, vt iam non secundum imperium gratiæ, sed secundum nutum voluntatis suæ incedat. Vnde Beda: Substantia est omne quod agimus, quod viuimus, sapimus, cogitamus et loquimur. Huius ergo portionem substantiæ minor petit fibi dari, cũ homo rationali sensu suo delectatus, per liberum arbitrium se regere, et a Domino Creatore suo exire quærit. Hæc petitio non fuit pro se, sed magis contra se, quia petit se sibi exponi, et suo iudicio derelinqui. Sicut et petitio filiorum Israel qua petierunt regem. Dixerunt filij Israel ad Samuelem: Constitue nobis regem, vt iudicet nos. Subditur: Dixitq. Dominus ad Samuelem, non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Et quia Dominus iusto suo iudicio, cum de se præsumit, derelinquit sibi, ideo subdit: *Et diuisit illis substantiam*: Nam sic conueniebat, secundum illud: Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilij sui. Nam sic Dominus iusto iudicio facit, secundum illud: Vni dedit quinque talenta, alij vero duo, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, *et cetera*.

Secundo quantum ad perpetrationem voluntariæ culpæ, subdit: *Et post non multos dies congregatis omnibus*, per liberi arbitrij dominium, quod habet respectu omnium virium naturalium. *Adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam*: et hoc perpetrãdo peccatum, Regio namque longinqua a Deo dicitur, non quantum ad situm localem, cum Deus sit vbique, sed per voluntatis dissimilitudinem. Vnde Glossa: Abijt in regionem longinquam non mutando locum, sed animum. Quanto enim quis in prauo opere amplius delinquit, tanto a Dei gratia longius recedit. Vnde in Prouerbijs: Longe est Dominus ab impijs: et orationes iustorum exaudiet. Est autem peccatum regio longinqua a Deo, quia cum sit iniquitas, elongat a summa bonitate, secundum illud: Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos et Deum vestrum, et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Cum sit tenebra: quia elongat a summa luce et veritate, Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt vllæ. Si dixerimus, quoniam societatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus: mentimur, et veritatem non facimus. Et paulo post subditur de quibus tenebris intelligatur: Qui odit fratrem suum, in tenebris est, *et cetera*. Cum etiam peccatum sit nihil, quia elongat a summa æternitate, propter quod Hieremias: Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt se a me, et ambulauerunt post vanitatem? De his tribus simul dicitur: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Et ibidem: Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Et propterea merito peccator, qui elongat se a Deo per peccatum, et vadit in regionem longinquam longe a cælesti regione proijcitur, videlicet in infernum, qui est regio mortis et tenebrarum, secundum illud: Antequam vadam, et non reuertar ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine, terram miseriæ et tenebrarum: vbi vmbra mortis, et nullus ordo, *et cetera*.

Tertio quantum ad dissipationem boni, et gratiæ, et naturæ, subiungit: *Et ibi dissipauit substantiam suam. Dissipauit*, inquam, per peccata spiritualia, quæ maxime dissipant animam, et hoc quidem per superbiã: Quia reddidit Dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, et propagines eorum corruperunt. Item per inanem gloriam: Populi meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant. Item per inuidiam, secundum illud: Dissipata sunt ossa nostra secus infernum, supple per inuidiam de qua dicitur: Putredo ossium, inuidia. Item per iracundiam. Dissipati sunt nec compuncti, subdit frenduerunt super me dentibus suis. Vnde iracundus similis est dæmoniaco, de quo supra: Subito clamat, et elidit, et dissipat eum cum spuma. Item dissipauit per accidiam, secũdum illud: Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Et quia peccata spiritualia frequenter præcipitant in carnalia, ideo addit: *Viuendo luxuriose*, quantum ad gulam, et luxuriam, secundum illud: Luxuriosa res, vinum, et tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. Vnde in his est consummatio dissipationis, secundum illud Iob: Ignis est vsque ad perditionem deuorans, et omnia eradicans genimina. Vnde et his peccatis non solum dissipantur animæ

Ioan. 10. d *Gloss. in hũc locum to. 5.* *Beda Gloss. in hunc locum to. 5.* *Ioan. 8. d* *Psal. 102. c* *Eccls. 11. d* *Ibid. e* *Beda Gloss. in hunc locum to. 5.* *1. Reg. 8. a* *Eccli. 15. a* *Mat. 25. b* *Gloss. in hũc locum to. 5.* *Prou. 15. d* *Isa. 59. a* *1. Ioan. 1. b* *Hier. 2. a* *2. Cor. 5. c* *Iob 10. d* *Isa. 3. c* *Ps. 140. b* *Prou. 14. d* *Psal. 34. c* *Sup. 9. e* *Prou. 18. b* *Prou. 20. a* *Iob 31. b* *Nahũ. 2. a*

Digitized by Google

animæ vires, sed et corporis membra, et diuitiæ temporales, ac per hoc dissipatur tota hominis substantia, scilicet rerum, membrorum, et morũ. Propter quod
Prou. 29. a dicitur: Vir qui amat sapientiam lætificat patrem
suum: qui autem nutrit scorta, perdet substantiam.
Ps. 48. b. d Quia in huiusmodi impletur illud Psalmi: Homo cum in honore esset, *et cetera*.

Et postquam omnia consummasset, et cetera. Post descriptam filij prodigi insolentiam, hic describit miseriam et indigentiam, et hoc quantum ad tria, scilicet quantum ad famis incommodum, seruitutis opprobrium, et quantum ad mendicitatis genus extremũ. Primo ergo quantum ad incommodum famis, dicit:
Et postquam omnia consummasset, scilicet culpa totum deuastante, secundum illud: Nationes iniquæ
Sap. 3. d diræ sunt consummationis, de qua consummatione
Iac. 1. b Iacobus: Concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. *Facta est fames valida in regione illa*, diuina scilicet iustitia vlciscente. Hæc fames est inopia spiritualium bonorum. Vnde Glossa: Fames valida in regione longinqua, est indigentia verbi veritatis in obliuione Creatoris. Et de hac fame per Amos:
Amos. 8. d Emittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Et de hac
Ps. 104. b in Psalmo: Vocauit famem super terram, et cetera. *Et*
Amb. lib. 7. Cõment. in Luc. c. 15. to. 3. *ipse cœpit egere*, nullo scilicet auxiliante. Vnde Ambrosius: Virtutibus earum fonte relicto. Merito ergo iste egere cœpit, qui thesauros sapientiæ et scientiæ Dei, diuitiarumq. cælestium altitudinem dereliquit. Vnde dicitur:
Prou. 13. c Egestas et ignominia ei, qui deserit disciplinam, et hoc propter culpam: quia:
Beda Glossa in hunc locum to. 5. Miseros facit populos peccatum. Propter quod dicit Beda: Omnis locus, absente patre, penuria est. Sicut enim sapientia adueniente, veniunt omnia bona pa-
Sap. 7. b riter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius: sic ipsa abeunte, omnia bona recedunt, et su-
Prou. 3. d peruenit egestas, secundum illud: Egestas a Domino in domo impij: habitacula iustorũ benedicentur.

Secundo quantum ad opprobrium seruitutis, subdit: *Et abijt, et adhæsit vni ciuium regionis illius*, cuius autem in regione dissimilitudinis et peccati est ille qui in peccato mansionem perpetuam collocauit. Inter huiusmodi autẽ ciues vnus et primus est ipse dia-
Glos. in hũc locum to. 5. bolus. Vnde Glossa: Vnus ciuium ille est, qui concupiscentijs terrenis, merito prauitatis suæ, præpositus, princeps mundi vocatur, secundum illud:
Ioan. 14. d Venit enim princeps mundi huius, *et cetera*. Huic ciui adhæret quis quando vult per omnia eius facere voluntatem, quod faciunt peccatores, secundum quod
2. Mac. 4. c designatur in Machabæis, de quibusdam, de quibus dicitur quòd illis consimiles esse cupiebant, quos hostes et peremptores habuerant. Et nota quòd dicitur adhæsisse, quia diabolus non habet posse nisi quantum peccator ei dat ex mera voluntate. Vnde ex per-
Isa. 51. g sona diaboli Isaias: Incuruare, vt transeamus. Et quia potestate accepta, diabolus semper incitat hominem ad peccata, ideo subdit: *Et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos*. Per porcos intelliguntur dæmones,
Mat. 7. a propter ruditatem. Ratione cuius dicitur: Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas
2. Pet. 2. d vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis. Item propter carnalitatem contingit eis illud veri prouerbij, *et cetera*. Sus lota in volutabro
Prou. 11. c luti, et hoc facit carnalitas. Vnde in Prouerbijs: Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua. Quia diabolus per illam inquinat multos. Hanc autem ruditatem habent dæmones in seipsis: sed carnalitatem suggerunt alijs, propter quod etiam dicuntur spiritus immundi: vnde rectè porcis cognati sunt, se-
Mat. 8. d cundum illud: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem
Ambr. in Glos. in hũc locum to. 5. porcorum. Hi enim porci pascuntur immundicijs peccatorum, quia in hoc solum dæmones delectantur. Vnde Ambrosius: Cibus dæmonum est ebrietas, fornicatio, et huiusmodi quæ blanda sunt, et ad suum vsum prouocant: neque alia cura est luxuriosis, nisi vt ventrem suum impleant. De quibus dicitur:
Phil. 3. d Quorum Deus venter est: et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Vnde hos porcos pascunt homines porcini, in quibus regnat ruditas intelligentiæ, carnalitas concupiscentiæ, cupiditas auaritiæ. Et tales ad modum porcorum nihil prorsus valent ad vitam: sed solum ad interitum, in cuius designationem dicitur, quòd impetu abijt grex per præceps in
Sup 8. e stagnum, et suffocatus est, *et cetera*.

Tertio autem quantum ad extremum genus mendicitatis, subdit: *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant*. Siliqua, vt dicit Glos-
Glos. interlin. in hunc locum to. 5. sa, est genus leguminis sonoris follibus et vacuis, quod ventrem magis onerat quàm reficiat. Et ideo designat delectationes vitiorũ, quæ peccatorem aliquando aliquid sonare videntur exterius, sed nihil interius sunt, vnde huiusmodi delectationes somnijs comparantur. Sicut somniat esurlens, et comedit, cum
Isa. 29. c autem expergefactus, vacua est anima eius: et sicut somniat sitiens, et bibit, et postquam fuerit expergefactus, lassus, adhuc sitit, et anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. Has siliquas porci manducant, quia dicitur: Lætantur cum male fecerint,
Prou. 2. e et exultant in rebus pessimis. Et his delectationibus, tamquam delicijs suis, peccator quærit et appetit satiari. Vnde de talibus Iob: Qui rodebant in solitu-
Iob 30. a dine, squallentes calamitate et miseria. Et mandebant herbas, et arborum cortices, et radix iuniperorum erat cibus eorum. Sequitur: Qui inter huiusmodi lætabantur, et esse sub sentibus delicias computabãt. Et quia talibus non potest homo satiari, ideo subdit: *Et nemo illi dabat*. Quia frequenter, cum peccator huiusmodi quærit delicias, iusto Dei iudicio perdet illas. Vnde in Osea dicit anima peccatrix: Vadam
Osea 2. a post amatores meos, qui dant panes mihi, et aquas meas, lanam meam, et linum meum, et oleum meum, et potum meum: propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam maceria: et semitas suas non inueniet. Et post: Cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, neomeniam eius, et sabbata eius, et omnia festa tempora eius. Et hæc facit Deus: ideo peccatores a se auersos per delectationes, ad se reuocat per afflictiones. Vnde Augustinus: Om-
Aug. in lib. Confess. to. 1. nes, inquit, delectationes meas, quas amabam, respexisti Domine Deus, vt quærerem sine offensione lætari, et non inuenirem nisi in te. Nemo igitur dat de istis siliquis, quando peccatori subtrahitur consolatio carnalis, vt sic saltem reuertatur ad cognitionem Dei, et sui. Et sicut inebriatus est per delectationem, sic euigilet per tribulationem, secundum illud Isaiæ:
Isa. 28. e Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Vnde et in Leuitico: Mittam pestilentiam in
Leu. 26. d medio vestri, et trademini in manibus hostium. Subditur: Et comedetis, et non saturabimini.

Ipse autem in se reuersus. Post descriptam filij prodigi insolentiam, et miseriam, describit hic tertio eius pœnitẽtiam: quam describit valde sufficientem, scilicet quantum ad humilitatem contritionis, confessionis, et satisfactionis. Primo igitur quantum ad humilitatem contritionis seu compunctionis, dicit:

In se autem reuersus, scilicet per agnitionem propriæ iniquitatis, quia dolor compunctionis facit circumspicere internam conscientiam, propter quod
Isa. 46. e dicit: *In se autem reuersus*, secundum illud: Redite præuaricatores ad cor. Facit et dolor compunctionis circumspicere felicitatẽ amissam, propter quod addit: *Dixit: Quanti mercenarij in domo patris abundant panibus*, ideſt, in domo Dei feliciter et suauiter viuunt. Et nota quòd quidam sunt mercenarij mali, de quibus Ioannes: Mercenarius autem fugit, quia
Mercenarij. Ioan. 10. c mercenarius est. Isti etsi abundant aliquando in domo su-

Digitized by Google

mo ſupremi patris panibus materialibus, non tamen
Mat.6. a ſpiritualibus: propter quod dicitur: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Et talibus dicitur:
Iſa. 55. a Quare appenditis argentum non in panibus, *et cetera*. Alij ſunt mercenarij boni, de quibus dicitur: If-
Gen.49. b ſachar aſinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem quòd eſſet bona, et terram quòd optima, et ſuppoſuit humerum ſuum. Et iſti ſunt qui ſeruiunt pro mercede æterna, et tales abundant frequenter panibus fidei, ſpei, et charitatis, de quibus ſupra:
Sup. 11. a Amice commoda mihi tres panes: Et de quibus in
Pſ. 131. d pſalmo: Pauperes eius ſaturabo panibus. Facit ad hæc compunctio conſpicere calamitatem propriam, vnde addit: *Ego autem hic fame pereo*. ſcilicet ob defectū diuinæ gratiæ et doctrinæ, et hæc eſt magna ca-
Thren.4. b lamitas: Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame, quoniam iſti extabuerunt conſumpti a ſte-
Thre. 2. f rilitate terræ. Et pro iſtis dicitur: Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum qui defecerunt in fame in capite omnium cōpitorum. Ex hac autem afflictione compunctionis ſpiritus prouoca-
Pſal.37. b tur, et excitatur, propter quod in pſalmo: Afflictus ſum et humiliatus ſum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. Et ſequitur: Quoniam ego in flagella paratus ſum.

Secundo quantum ad humilitatem confeſſionis, ſubdit: *Surgam, et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater, peccaui in cælum*. In quo confitetur ſe peccaſſe in Eccleſiaſticam vnitatem, quæ intelligitur nomine
Iſa.66. a cæli. Nam in hac habitat Deus: Cælum ſedes mea.
Pſal. 10. a Et in pſalmo: Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius. Confitetur et ſe peccaſſe contra diuinam maieſtatem, vnde addit: *Et coram te*, quia illi omnia ſunt aperta: Omnia nuda et aper-
Hebr.4.a ta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. Propter
Prou. 16.a quod et in Prouerbijs: Omnes viæ hominum patent oculis eius, et ſpirituum ponderator eſt Dominus. Et quia offenſa tantæ maieſtatis priuat nos dignitate diuinæ filiationis, ideo confitetur ſuam indignitatem, cum ſubdit: *Iam non ſum dignus vocari filius tuus*. Et hoc quidem recte et vere confitetur, quia eſſe filium Dei eſt maximę charitatis, ſecundum il-
1.Ioan.3.a lud: Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur et ſimus. Hoc nomine peccator eſt indignus, quia contempſit patrem ſuum, ſecun-
Iſa.1. a dum illud: Filios enutriui et exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Et quoniam veræ confeſſionis eſt, non ſolum confiteri peccati impietatem, et peccantis indignitatem, verumetiam implorare pietatem, ideo addit: *Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis*. Et nota quòd hic diſtinguitur filius, et ſeruus, et mercenarius: quia filius eſt qui ſeruit ex amore: Quoniã eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui, *et cetera*.
Gal. 4. a Seruus qui ex timore: Filius honorauit patrem, et
Malac. 1. b ſeruus Dominum ſuum, *et cetera*. Sed mercenarius
Iob 7. a eſt qui ſeruit ex ſpe hereditatis æternæ, de quo mercenario Iob: Militia eſt vita hominis ſuper terram, et ſicut dies mercenarij, dies eius. Sicut ceruus deſiderat vmbram, et ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui, ſic et ego habui menſes vacuos, et noctes laborioſas enumeraui mihi. Ex his ergo colligitur quòd confeſſio debet eſſe vera et humilis, vt ſic recognoſcatur grauitas peccati, indignitas peccantis, et imploretur miſericordia pij Patris, affectu
Eccli. 35.e ſcilicet humili, quia dicitur: Oratio humiliantis ſe,
Inf. 18. e nubes penetrabit. Huius exemplum eſt infra de Publicano.

Tertio quantum ad humilitatem ſatisfactionis, ſubiungit: *Et ſurgens venit ad patrem ſuum*. Per ſurrectionem iſtam intelligitur peccati deſertio: et quædam elongatio ab illo, quæ eſt ſatisfactionis initium. Nam ſatisfacere eſt cauſas peccatorum excidere, et eis peccandi aditum non indulgere. Vnde et in huius figuram adoleſcenti adhuc mortuo dictum eſt:

Adoleſcens, tibi dico, ſurge: vt ſic deſeratur culpa. *Sap.7.b*
Homini ſimiliter languido dictum eſt: Surge, tolle *Ioan. 5.b*
grabatum tuum, et ambula: vt ſic deſeratur peccatorum ſequela. Similiter et Petro compedito dictum eſt: Surge velociter: vt ſic relinquatur peccandi occaſio, ſeu mala ſocietas, et conſuetudo. Proprer quæ *Act.12. a*
peccatori dicitur: Surge qui dormis, et exurge a *Epheſ.5. c*
mortuis, *et cetera*. Et quia minus eſt mala non agere, niſi quiſque etiam ſtudeat bonis operibus inſudare, protinus ſubditur: *Venit ad patrem ſuum*, per ipſius imitationem: Nemo venit ad patrem niſi per *Ioan.14. a*
me. Venit, inquam, vt qui prius receſſerat ſuperbe præuaricando, nunc ad patrem veniat humiliter ſatisfaciendo, ſecundum illud: Adorabunt veſtigia *Iſa. 60.c*
pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, *et cetera*. Omnis qui ſic venit, a Deo trahitur: Nemo po- *Ioan.6. e*
teſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Et ſic tractus adiuuatur: Quis mihi tribuat ut *Iob 23. a*
cognoſcam et inueniam illum, et veniam vſque ad ſolium eius? et ſic adiutus ſuſcipiar: Eum qui venit *Ioan.6.d*
ad me, non eijciam foras.

Cum autem adhuc longe eſſet. Poſt deſcriptam inſolentiam, miſeriam, atque pœnitentiam, hic quarto deſcribitur pij patris miſericordia. Diuiditur hæc pars in duas. In quarum prima deſcribitur pij patris miſericordia in acceptando conuerſionem peccatoris. Secundo in placando indignationem obedientis, ibi: *Erat autem filius eius ſenior*. Miſericordiam autem acceptantem filij prodigi conuerſionem manifeſtat Euangeliſta quārum ad triplicem actum, ſcilicet primo ſuſcipiendo indignum: ſecundo inveſtiendo nudum, ibi: *Dixit autem ad ſeruos ſuos:* tertio vero in reficiendo famelicum, ibi: *Et adducite vitulum ſaginatum*. Nam is eſt ordo reparationis animæ per donum miſericordiæ paternæ. Primo ſuſcipitur ad benignitatem gratiæ. Secundo veſtitur veſtimento iuſtitiæ. Tertio reficitur ſuauitate lætitiæ et iucunditatis internæ. Circa miſericordiam igitur ſuſcipientem indignum, duo introducuntur, ſcilicet clementia patris ſuſcipientis: et reuerſio filij ſeipſum accuſantis. Primo ergo quantum ad clementiam patris ſuſcipientis, ait:

Cum autem adhuc longe eſſet, propter culpam a Deo elongantem: Longe a ſalute mea verba delictorum *Pſal.21. a*
meorum. Et rurſus: Longe a peccatoribus ſalus: quia *Pſ.118. n*
iuſtificationes tuas non cuſtodierunt. *Vidit illum pater ipſius, et miſericordia motus eſt*, infundendo gratiam præuenientem, de quo reſpectu infra: Reſpe- *Inf. 22. g*
xit Dominus Petrum. Sequitur: Et egreſſus foras Petrus fleuit amare. Et de hoc dicitur: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto. Subditur: Deſcendi vt liberem eum. Hunc reſpectum petebat propheta Dauid cum dicebat: Vide humilitatē meam, *Pſal. 24. c*
et laborem meum, et dimitte vniuerſa delicta mea. Et rurſus: Reſpice in me et miſerere mei, *et cetera*. *Pſal. 85. d*
Et accurrens cecidit ſuper collum eius, per gratiam concomitantem, quaſi dicat, amplexatus eſt eum, ſecundum illud: Leua eius ſub capite meo, et dextera *Cant. 2. a*
illius amplexabitur me. Et hoc eſt per gratiam concomitantem, quæ adiuuat ad portandum iugum diuinæ legis. Vnde Ambroſius: Super collum filij *Ambroſij*
cecidit, dum leue iugum dilectionis ſibi impoſuit. *Gloſ.in hūc*
Hoc enim iugum adiuuat ad portandum onus: am- *locum to.5.*
plexus diuini brachij, eſt humanitas verbi incarnati. Vnde Gloſſa: Brachium, ideſt, filium amplexum *Gloſ.in hūc*
reuertentis humiliauit: De quo brachio in pſalmo: *locum to.5.*
Saluauit ſibi dextera eius, et brachium ſanctum eius. *Pſal.97. a*
Et per iſtum amplexum, ſoluuntur vincula peccatorum ſecundum illud: Solue vincula colli tui captiua *Iſa.52. a*
filia Sion. *Et oſculatus eſt eum*, per gratiam ſcilicet ſubſequentem, quæ quidem conſiſtit in amore reconciliante. Oſculum enim ſignum eſt amoris et *Beda Gloſ.*
pacis. Vnde Beda: Rediens oſculum charitatis a pa- *in hunc lo-*
tre accipit, dum per gratiam certificatur de indul- *cum to.5.*

Digitized by Google

Epheſ.1. c gentia, ſecundum illud: In quo et credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hereditatis noſtræ. Hoc oſculum amoris et pacis petit *Cant.1. a* ſponſa in Canticis: Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora, *et cetera*. In hoc magnus apparet pietatis affectus, quo Deus pater peccatori redeunti maximum oſtendit dilectionis indicium. Et per hoc cognoſcit Deus Pater, ſi ſumus eius Filij, cum libenter oſculamur eum per amorem intimum et vnitiuum: *Gen.27. d* Accede ad me et da mihi oſculum Fili mi. Acceſſit, et oſculatus eſt eum, et ſequitur quòd benedixit ei. Quia benedictionis plenitudo ex hoc oſculo procedit. Vnde in pſalmo: Benedixiſti Domine terram *Pſal. 84. a* tuam. Et ſubditur: Miſericordia et veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia et pax oſculatæ ſunt. Iſtius deoſculationis origo eſt in Verbo incarnato in quo eſt vnio ſummi amoris, et connexionis duplicis naturæ, per quam Deus nos oſculatur, et nos Dominum deoſcu- *Cant.8. a* lamur ſecundum illud: Quis mihi det te fratrem meum. Sequitur: Vt inueniam te foris, et deoſculer te, et me nemo deſpiciat? *et cetera*.

Secundo quantum ad reuerentiam filij ſeipſum accuſantis, ſubdit: *Dixitq. ei Filius: Pater peccaui in cælum*, ſcilicet per contemptum maieſtatis omnibus *Iob. 11. b* præſidentis. Excelſior cælo eſt, et quid facies? pro- *Iob 22. b* fundior inferno, et vnde cognoſces? Et: An cogitas quòd Deus excelſior cælo ſit? *et cet.* In cælum ergo *1.Eſd.9. b* peccat qui Deum cæli contemnit. Vnde dicitur: Iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, et delicta noſtra creuerunt vſque ad cælum, *et cetera. Et coram te*, per contemptum veritatis omnia ſpeculantis: Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, et profundum abyſſi, et hominum corda intuentes in abſconditas partes. Domino enim Deo antequam crearentur omnia, ſunt agnita, ſic et *Pſal.50. a* poſt perfectum reſpicit omnia. Tibi ſoli peccaui, et malum coram te feci. *Iam non ſum dignus vocari filius tuus*, propter contemptum bonitatis omnibus *Sap. 12. c* prouidẽtis: Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, et cum magna reuerẽtia diſponis nos. Subeſt enim tibi cum volueris, poſſe. Docuiſti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iuſtum eſſe, et humanum, et bonæ ſpei feciſti filios tuos, quoniam das locum in peccatis pœnitentiæ. Quia igitur contempſi hanc ſummam bonitatem, cuius eſt dare ſpiritum adoptionis filiorum, ſecundum illud: *Rom. 8. c* Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum. Cuius etiam eſt regenerare per aquam et Spiritum ſanctum in regnum filiorũ Dei, *Col.1. b* ſecundum illud: Eripuit nos de poteſtate tenebrarum, et tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. Ideo: *Iam non ſum dignus vocari filius tuus*. Et nota quòd licet pater ſibi occurrat, collum ſtringat per amplexum, licet ſuſcipiat ad oſculum: tamen verus pœnitens numquam obliuiſcitur ſuum peccatum, ſecundum illud pſalmi: *Pſal. 37. d* Quoniam ego in flagella paratus ſum, et dolor meus in conſpectu meo ſemper: Quoniam iniquitatem meam annunciabo, et cogitabo pro peccato meo. Licet autem recognoſcat, nihilominus anhelat ad charitatem perfectam. Et ideo non petit hic dilectionem mercenariam, ſicut ſupra faciebat, cum non haberet adhuc gratiam infuſam. Sed nunc ad patrem plene conuerſus, tamquam vere pœnitens ſe commendat, et poſtulat gratiam diuinam: et hoc eſt quod dicit Gloſſa: Vult, *Gloſ. interlin. in hũc locum to.5.* inquit, per gratiam fieri quod fatetur ſe indignum *2.Paral.vlti. in Orat. Manaſſes.* per meritum, ſicut ille pœnitens petijt: Nunc flecto genu cordis mei precans a te bonitatem Domine: Peccaui Domine, peccaui, et iniquitatem meam agnoſco: peto rogans te Domine: Remitte mihi, remitte mihi, ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum reſerues mala mihi, quia indignum ſaluabis me, ſecundum magnam miſericordiam tuam, et laudabo te ſemper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cælorum, et tibi eſt gloria in ſæcula ſæculorum.

Dixit autem Pater ad ſeruos ſuos. Poſt oſtenſam miſericordiam Patris in ſuſcipiendo indignum, ſubditur hic miſericordia in veſtiendo nudum. Et quoniam peccator nudatur a veſte interioris puritatis, et ornatu exterioris honeſtatis: ideo quantum ad hæc duo, oſtendit filium prodigum per Patris miſericordiam releuari. Primo igitur quantum ad veſtem interioris puritatis, dicit:

Dixit autem Pater ad ſeruos ſuos: Cito proferte ſtolam primam, et induite illum. Prima ſtola eſt veſtis intimioris puritatis, qua mens noſtra debet indui, et qua a principio ſui conditionis induta fuit. Vnde Beda: Stola prima veſtis eſt innocentiæ, in qua *Beda Gloſ. in hunc locum to.5.* primus homo conditus eſt, ſed poſt culpam ſe nudum nouit: et pelliceum, ideſt, mortale ſumpſit indumentum. De hoc puritatis indumento dicitur: Veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ. *Apo. 3. a* His veſtimentis induitur qui ſe per diuinæ gratiæ adiutorium in puritate cuſtodit, ſecundum illud: Habes pauca nomina in Sardis *Apo. 3. a* qui non inquinauerunt veſtimenta ſua: et ambulabunt mecum in albis: quia digni ſunt. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, et non delebo nomen eius de libro vitæ: et confitebor nomen eius, *et cetera*. Hæc autem veſtis puritatis datur per ſuſceptionem ſacramentorum, ſcilicet baptiſmi qui omnes ſordes abluit. In cuius deſignatione baptizatus alba veſte veſtitur. Et etiam pœnitentiæ, quæ ad baptiſmi puritatem conatur reducere, vt dicit Auguſtinus. Et quia hæc diſpenſatio ſacramentorum fit per diligentiam miniſtrorum, ideo dicitur quòd Pater dixit ſeruis et miniſtris. Nam ſic dicitur: Acci- *Ioan. 20. c* pite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, *et cetera*.

Secundo quãtum ad ornatum honeſtatis exterioris, ſubdit: *Et date annulum in manu eius*, per pulchritudinem pudicitiæ. Annulus enim in manibus ſignificat deſponſationem, ac per hoc caſtum amorem. Ex quo intelligimus quòd annulum in manu portat qui pudicitiam in operibus ſuis ſeruat. Hæc pudicitia et ſi appareat in integritate carnis: maxime tamen conſiſtit in integritate fidei, ſecundum illud: Deſponsi *2.Cor.11.b* vos vni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto. Vnde annulus eſt fidei ſignaculũ, quo anima ſubarrhatur, vt opera eius placeant Chriſto. Quia ad Hebræos: *Heb.11. b* Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Ideo et beata Agnes dicebat: Annulo fidei ſuæ ſubarrhauit me. *Agnes in Reſp. eius feſti.* Tunc autem annulus eſt in manu, quando fides relucet in operatione. Quia Iacobus: Fides ſine operibus mortua eſt. Vnde Gloſſa Ambroſij: *Date* *Iac.2.d* *annulum*, ideſt, ſignaculum fidei quo ſignantur promiſſa in cordibus fidelium. *Date in manu*, ideſt, in *Ambroſij Gloſ. in hũc locum to.5.* operatione, vt per opera fides clareſcat, et per fidem opera confirmentur. In cuius rei deſignationem dicitur: Tulit annulum Pharao de manu ſua, et dedit *Gen.41.c* eum in manu Ioſeph. Et quia non ſufficit quòd aliquis ſit pudicus in operibus ſuis niſi etiam ſit obediens et humilis, ideo ſubdit: *Et calceamenta in pedes eius*, per promptitudinem ſcilicet obedientiæ. Qui enim calciatus eſt, promptus eſt ad itinerandum, *Epheſ. 6.c* propter quod dicitur: Calciati pedes in præparationem Euangelij pacis. Tunc autem iſta obedientia eſt maxime placita, quando fit ex affectu filiali: Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, fi- *Cant.7.a* lia Principis! Et quia nullus eſt idoneus ad tranſeundum ex hoc mundo ad patrem niſi habuerit promptitudinem obedientiæ, ideo in eſu Paſchalis agni hæc datur edendi forma: Renes veſtros accingetis, et calceamenta veſtra habebitis in pedi- *Exo.12. b* bus, tenentes baculos in manibus, et comedetis feſtinantes:

Digitized by Google

stinantes: Est enim phase, id est transitus Domini. Et hæc obedientia maxime requiritur in prædicatoribus exemplo Christi, et sanctorum: Quàm pulchri super montes pedes annunciantis, et prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicientis Sion: Regnabit Deus tuus. Vnde Beda: Calceamenta autem in pedes, officium euangelizandi denunciant, vt cursus mentis ad cælestia tendens, a terrenarū contagio rerum inuiolata seruetur, et munda, priorumq. munitus exemplis, super serpentes, et scorpiones securus incedat. Vnde quia calceamenta fiunt de pellibus animalium mortuorū, per hoc possunt designare exempla priorum patrum, sicut hic dicit Beda in Glossa: Quia vero dicuntur dari in pedes, designare possunt vetustatem peccati, ideo dicitur Moysi: Solue calceamentum de pedibus. Et supra: Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamēta. Vnde supra loquitur de calceamentis ad litteram, hic autem per similitudinem parabolicam.

Isa. 52. b

Beda Glossa in hunc locum to. 5.

Exo. 3. b

Sup. 10. a

Et adducite vitulum saginatum. Post misericordiam in suscipiendo indignum, et vestiendo nudum, subditur hic misericordia in reficiendo famelicum. Et hoc recto ordine: quia post remissionem culparum, et vestitionem virtutum, sequitur diuinarum oblectatio deliciarum, quæ consurgit ex duplici consideratione, scilicet ex consideratione Saluatoris nostri, et hominis saluati. Primo igitur, quantum ad considerationem Saluatoris nostri, Christi dicit:

Adducite vitulum saginatum, et occidite. Vitulus iste saginatus est Christus pro nobis occisus, qui nobis in sacramēto altaris proponitur in cibum suauissimum. Christus autem dicitur vitulus: quia pro peccatis oblatus. Immolabit vitulum coram Domino, et offerent filij Aaron sacerdotes sanguinem eius fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi. Dicitur autem saginatus, quia omnibus bonis repletus et suauissimus ad spiritualem cibum. Vnde Glossa: Christus vitulus saginatus omni spirituali virtute opimus, vt pro totius mundi salute sufficiat. De hoc in figura in Genesi de conuiuio angelis facto ab Abraam dicitur, quòd Abraam ad armentum cucurrit, et tulit inde vitulum tenerrimum et optimum. Hunc vitulum adducunt serui Christi, et occidunt, quando in altari immolant pro salute peccatorum, et nobis exponunt in cibum. Vnde Glossa: Semper Christus immolatur. Vel tunc adducitur et occiditur, quando mors eius, et sacramentum altaris ad memoriam per prædicatorem reuocatur ad sustentationem, et cibum. Vnde Beda: Adducere autem vitulum et occidere, est prædicare Christum, et mortem eius insinuare. Tunc etenim cuique nostrū quasi recens occiditur, cum credit occisum. Tunc caro eius comeditur, cum eius passionis sacramentū et ore ad emundationem percipitur, et corde ad inuitationem cogitatur. Ceterum, etsi omnes Christiani habeant refectionem in passione Christi, illi tamen potissime oblectantur qui per illam se a maioribus malis et periculis, et peccatis ereptos et liberatos vident. Et ideo subdit: *Et manducemus et epulemur.* Non conuiuio carnali, quo dicunt impij: Comedamus, et bibamus, cras enim moriemur, secundum quod dicit Isaias sed spirituali, de quo dicitur: Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, et veritatis. Et in Canticis: Comedite amici, et bibite, et inebriamini charissimi. In hoc conuiuio Christus est cibus, conuiua, et dispensator, quia ipse delectatur nobiscum, et nos cum ipso, et hoc facientе ipso: Ecce sto ad ostium, et pulso, subditur: Si quis aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum, et cænabo cum illo, et ipse mecum.

Levit. 1. b

Glos. interlin. in hunc locum to. 5.

Gen. 18. a

Glos. interlin. in hunc locum to. 5.

Beda Glos. in hunc locum to. 5.

Isa. 22. d

1. Cor. 5. c

Cant. 5. a

Apo. 3. d

Secundo quantum ad considerationem hominis saluati, subdit: *Quia hic filius meus mortuus fuerat*, per culpam, quæ mortuos facit. Non mortui laudabunt te Domine. Et iterum: In peccato vestro moriemini: *Et reuixit* per pœnitentiam: Surge qui dormis, et exurge a mortuis: et illuminabit te Christus. Et in Psalmo: Auferes spiritum eorum, et deficient. Deinde: Emittes spiritum tuum, et cetera: *Perierat*, per amissionem iustitiæ. Quicumque sine lege peccauerunt, sine lege et peribunt. Et: In corruptione sua peribunt percipientes mercedem iniustitiæ suæ. *Et inuentus est*, per recuperationem gratiæ, secundum illud Iob: Inueni in quo ei propitiet. Et hoc facit Dominus, cum gratiam suam infundit in animam. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Et quia de hoc est omnibus gaudendum, ideo subdit: *Et cœperunt epulari.* Beda: Non solum filius, pro quo vitulus occisus est, reficitur: sed et pater et serui eius: quia refectio Dei, et sanctorum est salus peccatorum. In cuius rei figuram dicitur: Epulaberis in festiuitate tua tu et filius tuus et filia tua, et seruus tuus et ancilla: Leuites quoque, et aduena, et pupillus, ac vidua, qui intra portas tuas sunt, *et cet.*

Ps. 113. d

Ioan. 8. c

Ephe. 5. c

Psal. 103. d

Rom. 2. b

2. Pet. 2. c

Iob 34. a

Psal. 88. d

Beda Glossa in hunc locum to. 5.

Deut. 16. g

Erat autem filius eius senior in agro, et cum veniret, et cetera. Postquam ostendit misericordiam pij patris in acceptando conuersionem pœnitentis, hic secundo ostendit misericordiam eius in placando indignationem filij obedientis. Diuiditur autem hæc pars in duas. In quarum prima exprimitur impatientia filij ad indignationem concipiendam. Secundo, clementia patris ad indignationem placandam, ibi: *Pater ergo illius egressus*, et cetera. Circa impatientiam filij indigenti tria introducit Euangelista, ex quibus indignatio illa originem traxit: scilicet difficultatem laboris peracti: sollemnitatem gaudij auditi: et liberalitatem paterni beneficij indicati. Ex quorum consideratione incidit ille filius maior in indignationē. Primo igitur quantum ad difficultatem laboris peracti, dicit:

Diuisio.

Erat autem filius eius senior in agro. Filius iste senior dicitur ille, qui moribus maturior est, patri conformior et obedientior: quia dicitur: Cani sunt sensus hominis: et ætas senectutis vita immaculata. Et quia bona vita numquam est otiosa, ideo dicit quòd erat in agro, scilicet ad laborandum. Vt posset dicere illud: Homo agricola sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Vnde in agro laborabat secundum sapientis consilium: Qui operatur terram suam, saturabitur panibus. Et: Præpara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum: quia sic dictum est homini: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Sap. 4. b

Zach. 13. b

Prou. 12. b

Prou. 14. a

Gen. 3. d

Secundo quantū ad sollemnitatē gaudij auditi, subdit: *Et cum veniret et appropinquaret domui, audiuit symphoniam et chorū.* Per domum istam intelligitur cōgregatio iustorū. Deus in loco sancto suo: Deus inhabitare facit vnius moris in domo. Et: Vt scias quo modo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna et firmamentū veritatis. In hac domo auditur symphonia, et chorus per cōcordem lętitiam, quantū ad conformitatem interiorē et exteriorem, hoc est, morum, animorum, et sermonum. Est enim symphonia cōcordia et collectio quorumcumque sonorum. Et designat lætitiam quæ venit ex concordia animorum. Vnde Ambrosius: Symphonia est diuersarum ætatum et virtutum velut variarum chorū darum indiscreta concordia, secūdum quod dicitur: Multitudinis credentiū erat cor vnum et anima vna. Chorus vero est collectio vocum, et significat lætitiam quæ venit ex concordia vocum et verborum in prædicando, et laudando Deum, secundum illud Prophetæ: Laudate eum in tympano et choro: hoc est, in sancta Ecclesia. Obsecro vt idipsum dicatis omnes. Et de ijs duobus dicitur: Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis: implete

Psal. 67. a

1. Tim. 3. d

Symphonia quid.

Amb. to. 3. li. 7. in c. 2 5 Luce.

Act. 4. f

Chorus.

Ps. 150. a

1. Cor. 1. b

Phil. 2. a

Digitized by Google

gaudium meum, vt idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, vnanimes, idipsum sentientes. Hanc ergo harmoniam iucundam in hac domo Dei audit, qui ad illam appropinquat. Appropinquatio autem ista est per considerationem sacræ scripturæ, quæ quasi est quoddam ostium ad cognoscendum ea quæ sunt intra vnitatem sanctæ Eccle-
Eccli. 51. d siæ: Appropiate ad me indocti, et congregate vos in domum disciplinæ. Et tunc quando quis attendit scripturam, in ipsa audit istius Ecclesiæ concordiam et harmoniam, intra eius membra. Quia tota scriptura nihil aliud docet quàm charitatis concordiam
Mat. 22. d et harmoniam, secundum illud: In his duobus man-
Rom. 13. c B datis, *et cetera*. Et: Qui diligit proximum, legem
1. Tim. 1. b impleuit. Nam: Finis præcepti, est charitas de corde puro, *et cetera*.

Tertio quantum ad liberalitatem paterni beneficij indicati, subdit: *Et vocauit vnum de seruis, et interroganit quid hæc essent*. Iste vnus seruus vocatus, est ordo prædicantium et docentium, de quo seruo supra:
Sup. 14. d Misit seruum suum hora cænæ dicere inuitatis,
Glos. inter- vbi Glossa: Seruus iste est ordo prædicãtium: ab hoc
lin. in c. 14. seruo requirenda sunt ecclesiastica sacramenta et my-
Luca super steria scripturarum, quia: Labia sacerdotis custo-
illud: Misit. dient scientiam, et legem requirent ex ore eius: quia
et cet. to. 5. Angelus Domini exercituum est. Et quoniam verus
Malac. 2. prædicator est annunciator præcipuus diuinæ pieta-
b tis, ideo subdit: *Isq. dixit illi: Frater tuus venit*, per
Isa 21. c humilitatem pœnitentiæ: Si quæritis, quærite: con-
Isa. 60. a uertimini, et venite. Et: Filij tui de longe venient, et filiæ tuæ de latere surgent. *Et occidit pater tuus vitulum saginatum*, per refectionem Eucharistiæ, se-
Ioan. 6. f cundum illud: Caro mea, vere est cibus, et sanguis meus, vere est potus. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, *et cetera*. *Quia saluum illum recepit*, per recuperationem iustitiæ, quam so-
Act. 4. c lus Christus potest restituere secundum illud: Nec est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hæc autem tria prædicat sacra scriptura tota, scilicet pœnitentiam, gratiam et salutem. Vnde præcursor Christi hæc prædicabat,
Mat. 3. a scilicet: Pœnitentiam agite, simul promittens gra-
Mat. 4. c tiam et salutem. Similiter et ipse Christus: Pœnitentiam agite. Similiter et vniuersus chorus Apostolorum et maxime Petrus et Paulus qui non tantum verbo, verum et exemplo clamabant, secundum il-
1. Tim. 1. d lud: Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. Vnde et propter peccatores dicebat vitulum saginatum esse occisum, cum dicebat: Com-
Rom. 5. b mendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adduc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Et paulo post: Vbi abunda-
Ibid. d uit delictum, superabundauit et gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita gratia regnet per iustitiam. Et quia iustus de suis meritis præsumens hanc iustitiã non acceptat, immo potius indignatur contra misericordiam Dei, quasi inique agat reddendo bona pro malis, ideo subdit: *Indignatus est autem, et nolebat introire*: Qui enim non acceptat affluentiam misericordiæ Dei, sed sufficientiam iustitiæ suæ, non potest introire ad vnitatis ecclesiasticæ
Rom. 10. a charitatem, et hoc est, quod dicitur de talibus: Ignorantes iustitiam Dei, et suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Vnde et hac de causa populus Iudaicus non vult introire in Ecclesiasticam vnitatem. Et quia superbiens de sua iustitia, non acceptat summi patris misericordiam peccato-
Rom. 3. d ribus impensam. Sed contra tales dicitur: Iustificati gratis per gratiam ipsius, et per redemptionem quæ est in Christo Iesu quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, *et cetera*, vt sit ipse iustus, et iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio tua? excluſa est. Et sequitur: Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Iste præsumens de iustitia, et indignans de misericordia fratri impensa, non ambulat secundum iustitiam, sed secundum iniustitiam. Quia in Prouerbijs dicitur: Qui ad indignan-
Prou. 19. d dum facilis est, erit ad peccata procliuior.

Pater ergo illius egressus, et cetera. Post descriptam impatientiam filij ad indignationem concipiendam, hic secundo ostenditur clementia patris ad indignationem placandam, vbi tria introducuntur. Primo enim præmittitur ex parte patris allocutio pia. Secundo a parte filij responsio proterua. Tertio subiungitur persuasio placatiua. Primo igitur quantum ad patris allocutionem pijssimam, dicit:

Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. Egreditur autem pater ad exteriora per condescensionem, secundum illud: Egressus es in salutem populi tui, et
Abac. 3. a in salutem cum Christo tuo. Egressus scilicet iste non est aliud nisi manifestare se exterius in carne:
C Propter Sion non tacebo, et propter Hierusalem
Isa. 62. a non quiescam donec egrediatur vt splendor iustus eius, *et cetera*. Et quia hic egressus fuit ex magna pietate ad hominem saluandum, ideo dicit: *cœpit rogare eum*. Tamquam filijs, vobis of-
Heb. 12. b fert se Deus. Rogat ergo si contra ipsum dedignamur, secundùm illud: Aures tuæ audient verbum
Isa. 30. c post tergum monentis. Hæc est via, ambulate in ea. Vnde ipse Deus Pater contra Filium indignatum nõ indignatur, sed potius eum rogat et consolatur, vt impleatur illud Isaiæ: Quo modo si cui mater blan-
Isa. 66. d diatur, ita ego consolabor vos: nec immerito, quia
D sicut dicitur: Ipse est pater misericordiarum et Deus
2. Cor. 1. a totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Vnde Hieremias dicit de hac allocutione: Ergo saltem amodo voca me: Pater meus,
Hier. 3. b dux virginitatis meæ tu es, *et cetera*. Et sic impletur illud Iob: Orabam filios vteri mei.
Iob 19. c

Secundo quantum ad filij responsionem, subdit: *At ille respondens dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi*. vbi proterue respondet, quia seipsum iactat de iustitia dicens quòd longo tempore seruiuit patri, cum tamen ipse pater obsequio nostro non indigeat, secun-
dum illud: Dixi Domino, Deus meus es tu, quo-
Psal. 15. a E niam bonorum meorum non eges. Et Iob: Porro si
Iob 33. b iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Ostentat ergo se in hoc quòd iactat se pro patre magna fecisse. Ostentat et se in hoc quòd dicit se nihil contra eum fecisse, cum addit: *Et numquam mandatum tuum præteriui*. Et in hoc iustificat seipsum, cum tamen dicat Apostolus: Nihil mihi conscius
1. Cor. 4. a sum, sed non in hoc iustificatus sum. Contra illud supercilium dicitur: Non est homo qui non
3. Reg. 8. c peccet. Et: Si dixerimus quoniam peccatum non
1. Ioan. 1. d habemus, ipsi nos seducimus, *et cetera*. Quia dicitur ad Romanos: Omnes peccauerunt, et egent glo-
Rom. 3. c F ria Dei. Ostentat ergo suam iustitiam, accusat et patris duritiam, cum subdit: *Et numquam dedisti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer*, quasi dicat, semper fuisti mihi durus, et non dedisti aliquam interiorem consolationem, quæ esset indicatiua dilectionis tuæ: et tamen hoc facit Deus iusto iudicio et occulto, secundum illud: Sunt iusti, atque sapientes,
Eccls. 9. c et opera eorum in manu Dei, et tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Iste autem non attendens occulta Dei iudicia, patris duritiam accusat, quasi diceret illud Iob: Mutatus es mihi in crudelem, et in
Iob 30. c duritia manus tuæ aduersaris mihi. In hoc ergo accusat patris duritiam. Similiter reprehendit patris

clemen-

Digitized by Google

clementiam, cum adiungit: *sed postquam filius tuus hic:* quasi diceret non frater meus, sicut dicebat Dominus ex indignatione: Descende, peccauit populus tuus, *tuus*, inquit, non meus, quia propter culpam dedignor vt fratrem ipsum recognoscam. Vnde addit: *Qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit*, et ita dignus esset ira, quia prodigus immundus, et fœdus, et ideo merito perdendus. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Et: Facta est Hierusalem quasi polluta menstruis inter eos. Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. *Occidisti illi vitulum saginatum*, ostendendo summam beneuolentiam, quam ostendit cum alicui deuotionem dat circa beneficium Dominicæ passionis, secundum illud: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. *Occidisti ei*, id est, per deuotionem dedisti, ac si solum pro ipso occisus esset, sicut et Paulus dicebat: Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. Vnde et præmittebat: Christo confixus sum cruci. Arguit ergo iste sua responsione proterua, et patris clementiam, et accusat duritiam, et ostentat suam iustitiam, nec attendit quòd Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, sicut dicitur. Siquidem Deus peccatoribus est dulcis vt eos excitet ad spem. Et durus iustis, vt eos inclinet ad humilitatem, propter quod dicitur: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, *et cetera*.

Exo. 32. b
Psal. 72. d
Thre. 1. f
Cant. 1. d
Gal. 2. d
Iac. 4. b
Inf. 17. c

Tertio quantum ad satisfactionem placatiuam, subiungit: *At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es.* Nota hic benignissimam patris responsionem, quia cum posset arguere filium de præsumptione, de indignatione, de proteruia, et de inhumanitate. Tamen non arguit, ne magis perturbet, sed pie blanditur, vt leniat: Quia responsio mollis frangit iram. Non ergo arguit perturbatum, sed dulciter et rationabiliter placat iratum, laudando, scilicet filij obedientiam, cum dicit: *Fili, tu semper mecum es.* Et sem per mihi obtemperas, ita vt sis de numero illorum quibus dicitur: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et possis dicere illud: Vt iumentum factus sum apud te: Et ego semper tecum, *semper mecum es*, in domo manens sicut filius. Filius manet in domo in æternum, placat etiam ostendendo beneuolentiam, cum addit: *Et omnia mea tua sunt*, per beneuolentiam, scilicet charitatis, secundum illud: Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo. Sequitur: Siue præsentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. Quia sicut dicitur: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Vult ergo dicere quòd licet magna non ostendat, tamen magna reseruat, secundum illud: Oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Omnia ergo sunt viri iusti, vel in re, vel in spe. Nam cum sint quædam superiora, quædam inferiora, quædam paria. Superiora sunt viri iusti ad fruendum: Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. Æqualia scilicet Angeli, et sunt ipsius iusti, ad coadiuuandum: Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis. Inferiora, iusti sunt, ad vtendum et dominandum: Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum? Sequitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius, *et cetera*. Et in hoc apparet mira patris beneuolentia. Placat etiam approbando impensam misericordiam cum subiungit: *Epulari autem et gaudere oportebat*, charitate scilicet vrgente, quia charitas est quæ cogit de bono gaudere. Vnde Apostolus: Siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus, vobis. Charitas enim Christi vrget nos. Et sicut charitatis est vri de alieno scandalo, secundum illud: Quis scandalizatur, et ego non vror? Sic lætari et refici de alieno remedio, ideo dicit: *Quia frater tuus hic, mortuus erat et reuixit, perierat et inuentus est.* Mortuus fuerat deserendo Christum, qui de se dicit: Ego sum via, et veritas, et vita. Et: Vita erat lux hominum, *perierat*, amando peccatum: Quia: Qui amat periculum, in illo peribit, *reuixit* autem redeundo ad Christi gratiam: Ego sum resurrectio et vita, et cetera, *et inuentus est*, redeundo ad pœnitentiam. Sicut supra inuenta fuit ouicula, inuenta fuit et perdita drachma, et ideo *epulari oportebat et gaudere*, quia sicut supra dictum est: Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: gaudium etiam pastori de oue, gaudium et mulieri de drachma. Ergo multo fortius gaudium debet esse fratri de fratre suo, et patri de filio reinuento.

2. Cor. 5. c
2. Cor. 11. f
Ioan. 14. a
Ioan. 1. a
Eccli. 3. d
Ioan. 11. c

CAPVT XVI.

DICEBAT *autem et ad discipulos suos*, et cetera.] Post expressionem impietatis Iudaicæ, et notificationem pietatis diuinæ, subintroducit hic Euangelista commendationem, et persuasionem pietatis humanæ. Et diuiditur pars ista in duas. In quarum prima persuadetur ipsis discipulis per Christi documenta, et per exempla parabolica pietas humana, quantum ad opera corporalia. In secunda, quantum ad spiritualia: *Et ait ad discipulos suos*. Pars prima continet præsens capitulum, quod in tres partes distinguitur. In quarum prima proponitur exemplum parabolicum pietatis prouidæ. In secunda elicitur documentum pietatis perfectæ, ibi: *Et ego dico vobis, facite*, et cetera. In tertia subiungit exemplum impietatis punitæ, ibi: *Homo quidam erat dives*, et cetera. Circa exemplum igitur pietatis prouidæ, quod proponitur circa villicum, qui fuit de bonis Domini sui largus, attendendum quòd illud partim est exemplum expressum, partim dictum parabolicum, nisi enim esset exemplum expressum, non subderetur in fine parabolæ, quòd *laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset*, et cetera: sed rursus nisi esset parabolice dictum, factum tantæ fraudis adeo detestandum, in exemplum nullatenus a Domino proponi deberet. Propter quod oportet exemplum istud partim ad litteram prosequi, partim etiam parabolice: cum habeat rationem exempli et parabolæ, sicut et illud de diuite epulone. Istud tamen plus tenet rationem parabolæ, et illud magis rationem exempli, et ideo magis intelligitur secundum litteram. Istud autem partim secundum metaphoram, partim secundum litteram est intelligendum. Ad huius igitur parabolici exempli euidentiam, attendendum quòd aliquid proponitur in eo recogitandum, aliquid refutandum, aliquid vt formidandum, aliquid vt tolerandum, aliquid vt prouidendum, aliquid vt imitandum, et aliquid vt commendandum. Recogitanda namque est origo potestatis humanæ, de qua ibi: *Homo quidam erat dives*. Refutanda est abusio potestatis commissæ, quam insinuat, ibi: *Et hic diffamatus est apud illum*. Formidanda est discussio æquitatis supernæ, de qua ibi: *Et vocauit illum, et ait illi*. Toleranda est imperfectio impietatis humanæ, quam ibi insinuat: *Ait autem villicus intra se*. Prouidenda est inuentio fidelis amicitiæ, ibi: *Scio quid faciam: vt cum amotus fuero*. Imitanda est exhibitio liberalis clementiæ, de qua ibi: *Conuocatis itaque singulis debitoribus*. Laudanda siue commendanda est discretio sagacis prouidentiæ, de qua ibi: *Laudauit Dominus villicum iniquitatis*. Primo igitur in hac parabola insinuatur origo potestatis mundanæ a discipulis recogitanda, cum dicit:

Diuisio.

Inf. 17. a

Dicebat autem et ad discipulos suos. Quibus dixit supra: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Et Ioannes: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui a patre meo, nota feci vobis. Ideo autem et ad discipulos dicebat, quia Iudæis confutatis, eis debebat pietas persuaderi, ad quam vehementer incitat consideratio originis potestatis terrenæ. De qua dicit: *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum*. Homo iste quidam singularis et singulariter diues, recte intelligitur Deus, secundum illud: Idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Iste solus diues, quia habet omnia et abundat. Meus est enim orbis terræ, et plenitudo eius. Et rursus: Meæ sunt omnes feræ siluarum. Et rursus: Domini est terra, et plenitudo eius orbis terrarum, *et cetera*. Huius hominis diuitis villicus est quilibet homo, qui habet aliquid posse terrenum, siue dignitatis, siue diuitiarum ad dispensandum. Vnde Glossa: Villicus est, cui Deus aliquas pecunias ad erogãdum pauperibus commisit. Et vt alia Glossa dicit: Villicus est propriæ villæ custos, sed ponitur hic pro œconomo, id est dispensatore. Humana igitur potestas, quoniam non est, nisi ad tempus et ab alio collata, non est nisi quædam villicatio et œconomia. Vnde dicitur: Tua sunt omnia, et quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Peregrini etiam sumus coram te, et aduenæ sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra super terram, et nulla est mora. Vnde et Apostolus nolebat se æstimari Dominum, sed œconomum, et villicum, cum dicebat: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei, *et cetera*. Talem villicum rerum præsentium se existimabat Iob: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est.

Secundo quantum ad abusionem potestatis commissæ ab omnibus fugiendam, subdit: *Et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius*. Bona namque Dei dissipat, qui temporalia ista vel male retinet, vel male accipit, vel male dispensat. Vnde Glossa: Dissipatio est, quando ipsa bona male congregantur, vel quando non bene expenduntur. Et ratio huius est, quia bona temporalia sunt, vt per hæc acquirantur bona æterna. Cum ergo hæc temporalia sic habentur, quòd propter illa æterna perduntur, tunc absque dubio dissipantur. Qui ergo hæc temporalia bona sic expendunt, quòd non quærunt in eis meritum salutis, sed solatium carnis: temporalia non dispensant ad modum boni villici: sed dissipant ad modum filij prodigi. De quo supra dicitur quòd dissipauit substãtiam suam viuendo luxurioſe. Contra quos dicit Dominus per Oseam prophetam: Dedi eis frumentum, et vinum, et oleum, et argentum multiplicaui eis, et aurum, quæ fecerunt Baal: Idcirco conuertar, et sumam frumentum meum in tempore suo, et vinum meum in tempore suo, et liberabo lanam meam, et linum meum, quæ operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius. Vnde quia plures sunt dissipatores et pauci dispensatores, dicitur: Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Tunc autẽ hæc temporalia bene dispensantur, quando in opera misericordiæ distribuuntur, secundum illud: Quis putas est fidelis dispensator et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? *et cetera*. Et istius dissipationis origo, et mater est in misericordia. Ideo dicitur: Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam, homines pestilentes dissipant ciuitatem. Tunc autem hic villicus apud Dominum diffamatur, quando clamor pauperum ascendit ad Dominum. Vnde dicitur: Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. Et post: Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat, et clamor eorum in aures Domini sabaoth introiuit. Et quoniam crudelis est qui famam negligit, et omnis homo maxime horret infamiam, ideo talis bonorum abusio est cauenda, ne ex dissipatione bonorum dispensatorum cadat in opprobrium et derisionem publicam, secundum illud: Fatuo non erit amicus, et non erit gratia in bonis illius. Et postea: Quoties et quanti irridebunt eum? Neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit, similiter et quod non erat habẽdum.

Tertio quantum ad districtionem æquitatis diuinæ, cuilibet formidandam, subditur: *Et vocauit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te?* Glossa: Vocat quando incutit timorem æternæ damnationis, de qua vocatione dicitur: Et audiui post me vocem commotionis magnæ. Benedicta gloria Domini de loco suo. Hac voce vocatur qui ad considerandum futurum iudicium excitatur, vbi arguetur non solum secundum famam, sed secundum conscientiam, propter quod addit: *Redde rationem villicationis tuæ.* Hæc namque vox in aure cuiuslibet debet resonare, quia absque dubio diuina æquitas rationem exiget de bonis commissis ad dispensandum, sicut innuitur in Matthæo: Assimilatum est regnum cæloruṁ homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. De malis commissis: Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debebat ei decem millia talenta. Sequitur: Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, et debitum dimisit ei. Et post subditur quòd de hoc rationem exegit. De bonis etiam omissis: Post multum temporis venit Dominus seruorum illorum, et posuit rationem cum eis, et subdit de seruo pigro quòd proiectus est in tenebras exteriores.

De malis etiam perpetratis: Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comessationibus. Et sequitur: Qui reddent rationẽ ei, qui paratus est iudicare viuos et mortuos. Nec tantum de magnis malis, verumetiam de paruis secundum illud: De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Ab hoc ergo villico exigit rationẽ villicationis quantum ad omnia quattuor prædicta: quia quantum ad modicum dicit Bernardus: Sicut nec capillus de capite peribit, sic nec momentum de tempore transit, de quo non exigatur ratio. Et post istius rationis exactionem non restabit possibilitas ad merendum, ideo subdit: *Iam enim non poteris villicare*, quia dicitur: Nec opus, nec ratio, nec sapientia, neç scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Vnde dicitur cuilibet villico: Non habebis iugiter potestatem. Et: Omnis potentatus, breuis vita. Propter quod Propheta in Psalmo: Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus eius, et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, *et cetera*.

Quarto quantum ad imperfectionem infirmitatis humanæ in villico tolerandam, subditur: *Ait autem villicus intra se, quid faciam, quia Dominus meus aufert a me villicationem?* Quia enim timor iudicij solicitat mentem ad prouocationem remedij, ideo videns villicus se esse iudicandum, requirit remedium secundum illud: Ante iudicium para iustitiam tibi, et antequam loquaris disce. Ante languorem adhibe medicinam, et ante iudiciũ interroga teipsum. Et quia perfectio pœnitentiæ consistit in afflictione et labore corporali, et humilitate et pudore mentali, et hæc duo recusat animus infirmi hominis, ideo addit: *Fodere non valeo*, propter laboris corporalis difficultatem: quia sicut dicitur: Qui delicate a pueritia sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum cõtumacem, *mendicare erubesco*, propter actus contemptibilis vilitatem. Super minimum pro magno placeat tibi, et improperium peregrinationis non audies. Et post subdit: Grauia hæc homini habenti sensum. Correptio

Sup. 8. b *Ioan. 15. b* *Rom. 10. c* *Psal. 49. b* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Glos. in hũc locum to. 5.* *1. Paral. 29. d* *1. Cor. 4. a* *Iob 1. d* *Glos. interlin. in hũc locum to. 5.* *Sup. 15. d* *Osea 2. b* *1. Cor. 4. a* *Sup. 12. c* *Prou. 29. a* *Iac. 5. a* *Glos. interlin. in hũc locum to. 5.* *Eccli. 20. b* *Exo. 3. c* *Mat. 18. c* *Ibid. d* *Mat. 25. b* *Ibid. c* *1. Pet. 4. a* *Mat. 12. c* *Eccle. 9. c* *Prou. 27. d* *Eccli. 10. b* *Psal. 145. a* *Prou. 19. c* *Eccli. 29. d*

Digitized by Google

reptio domus, et improperium feneratoris. Huic ergo villico similis est qui refugit ordinem Cisterciensium, quia laborant: vel ordinem Minorum, quia mendicant. Et hoc tamen tolerabile est, quia ex infirmitate venit quòd fugiat laborem, et ex pudore quòd fugiat mendicationem. Illum fugit vt intolerabilem: hunc vt contemptibilem. Sed licet ista sint difficilia homini imperfecto, facilia tamen sunt propter Christum perfecto Christiano. Nam Christus pro nobis factus est pauper, et in laboribus multis secundum illud: Pauper sum ego, et in laboribus a iuuentute mea. Et per hoc Dominus veris Christianis reddit laborem optabilem, et mendicitatem honorabilem, quia gloria magna est sequi Dominum, sicut dicitur: Ipse autem Dominus de se dicit: Ego autem mendicus sum et pauper, et Dominus solicitus est mei. Quod quidem non dicitur quantum ad spiritualia, quibus abundat, sed quantum ad temporalia, in quibus pro nobis egenus et mendicus factus est, secundum illud: Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, *et cetera*. Et propterea dicit beatus Franciscus in regula sua quòd fratres suos non oportet verecundari dum mendicant, quia Dominus se pro nobis fecit pauperem in hoc mundo. Verumtamen quia villico tamquã imperfecto non erat data gratia, per quam perfecte efficeretur conformis Christo, ideo tamquam infirmus dicit: *Mendicare erubesco*, non ait mendicare contemno, quia hoc non esset infirmitatis tolerandæ, sed impietatis detestandæ.

Psal. 87. d — *Eccli. 33. d* — *2. Cor. 8. b* — *S. Frãciscus*

Quinto quantum ad inuentionem fidelis amicitię prouidendam, subdit: *Scio quid faciam*, vt acquiram fidelem amicitiam. Vnde Glossa: Villicus est cui Deus aliquas pecunias ad erogandum pauperibus commisit: qui si cogitet talem villicationem cum vita ista finiendam, magis de acquirendis amicis, quàm de congregandis diuitijs pertractaret. Ille enim recte potest dicere: Scio quid faciam: qui intendit acquirere proximi amicitiam, quia econtrario dicitur: Qui odit fratrem suum, in tenebris est, et in tenebris ambulat, et nescit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Sed contra: Qui diligit, ipse scit quid facit: facit enim secundum doctrinam Christi, quia quærit remedium contra periculum. Propter quod subdit: *vt cum amotus fuero a villicatione*, per diuinam sententiam, secundum illud: Veniam tibi cito, et mouebo candelabrum tuum de loco suo, *recipiant me in domos suas*, per amicabilem misericordiam. Nam hæc est lex amicitiæ in necessitate, non deesse amico. Vnde in Prouerbijs: Omni tempore diligit qui amicus est, et frater in angustijs comprobatur, quia: Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius.

Gloſ. in hũc locum to. 5. — *1. Ioan. 2. b* — *Apoc. 3. b* — *Prou. 17. c* — *Eccli. 6. b*

Sexto quantum ad exhibitionem liberalis misericordiæ imitandam, subditur: *Conuocatis igitur singulis debitoribus Domini sui*. Vbi ad litteram ostenditur liberalitas munificentiæ et misericordiæ in villico, tum quia largitur multis, tum quia multum, tum quia moderate multis, quia singulis debitoribus Domini sui. Secundum illud quod Dominus suadet: Omni petenti te tribue. Et Isaias: Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis et asini. Et quia misericordia impendi debet egentibus, ideo non cuilibet dat, sed debitoribus. Secundum illud: Dimitte eos qui confracti sunt liberos, et omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosq. induc in Domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. Multum, quia magnam summam pretij dimittit. Propter quod subditur: *Dicebat prime*: *Quantum debes Domino meo?* Dicebat, inquam, per familiarem allocutionem: Congregationi pauperum affabilem te facito. Et: Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, et redde debitum tuum, et respondе illi pacifice, *et cetera*. Et: Nonne ardorem refrigerabit ros? sic et verbum melius quàm datum. *At ille dixit: Centum cados olei*, per fidelem agnitionem debiti. Debitum enim suum debet quisque fideliter agnoscere, ne forte dicatur sibi illud: Dicis, Diues sum, et locupletatus, et nullius egeo: et nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus. Est autem cadus mensura continens tres vrnas. Vnde Glossa: Cadus Græce, amphora Latine, continens vrnas tres. In hoc autem insinuatur debiti magnitudo opprimens debitorem, quia: Qui accipit mutuum, seruus est fenerantis. *Dixitq. illi: Accipe cautionem tuam, et sede, cito scribe quinquaginta*, per liberalem condonationem. Multum namque exonerat qui medietatem oneris auferendo supportat. Et in hoc lex charitatis impletur, secundum illud: Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. Moderate et largiter, quia secundum exigentiam debiti, propter quod addit: *Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes?* Ideo mensuram quærit vt mensurate distribuat, quia: Vbi manus multæ sunt, claude: et quodcumque trades, numera et appende, datum vero et acceptum omne describe. *Qui ait: Centum coros tritici*. Vbi magnam mensuram exprimit, vt largam condonationem obtineat. Corus autem, vt dicit Glossa, modijs triginta impletur, vnde maior mensura est, quàm cadus. Et quia in maioribus donis, minor debet esse numerus, vt debita mensura seruetur, ideo subditur: *Ait illi: Accipe litteras tuas, et scribe octoginta*. Glossa: Quintam partem dimittit, licet autem minus videatur dimittere secundum proportionem arithmeticam, quia huic non nisi quintam partem dimittit, superiori autem dimidiam, plus tamen dimittit secundum geometricam: quia plus sunt in quantitate viginti cori tritici, quàm quinquaginta cadi olei. Elucet ergo quòd villicus iste liberaliter condonauit, quia non solum multis et multa, verum et moderate, secundum illud: Quo modo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. In hac autem condonatione quinquaginta partium, et viginti, recte intelligitur plena remissio liberalissimæ pietatis. Nam quinquagenarius, qui consurgit ex septenario super seipsum replicato, addita scilicet vnitate, designat remissionem septiformis misericordiæ. In cuius designationem in iubileo fiebat plena remissio, secundum illud Leuitici: Sanctificabis annũ quinquagesimum, et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ vestræ. Ipse est enim iubileus qui iubileus est annus quinquagesimus. Iste autem numerus, si vigesimus accesserit, consurgit in septuagesimum, in quo intelligitur remissio plena. In cuius rei figuram populus Domini in captiuitatem ductus, post septuaginta annos est liberatus, sicut dicitur: Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, et suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum, *et cetera*.

Gloſ. in hũc locum to. 5. — *Gloſ. interlin. in hũc locum to. 5.* — *Eccli. 4. a* — *Eccli. 18. b* — *Apoc. 3. c* — *Gloſ. in hũc locum to. 5.* — *Prou. 22. a* — *Gal. 6. a* — *Eccli. 42. a* — *Tob. 4. b* — *Leuit. 25. b* — *Hier. 29. b*

Numerus quinquagenarius.

Septimo quantum ad discretionem prouidentiæ commendandam, subditur: *Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset*. Glossa: Non de fraude, sed de prudentia, quamuis peccantẽ, laudat. Vnde licet villicus aliqua habeat in se vituperabilia, præuidendi tamen modus potest in exemplum bonorum trahi. Sicut enim serpens in diffusione veneni est detestabilis, in prudentia tamen custodiendi caput est imitabilis a viris perfectis, propter quod dicitur: Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Sic villicus iste detestandus est, quia

Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5. — *Mat. 10. b*

Digitized by Google

quia fraudem commisit: ratione cuius, villicus iniquitatis dicitur, et laudandus est, quia prudenter sibi contra periculum, remedium adinuenit. Et quia posset quis mirari quòd Dominus talem villicum in exemplum prudentiæ traxit, ideo huic respondẽs Euangelista, subdit: *Quia filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt*. Non dicit quòd simpliciter sint prudentiores: sed in his, inquit, quæ ad carnalem spectant generationem, sicut bubo et murilegus clarius videt nocte, quàm homo, non ad legendum litteras, sed ad mures capiendum. Sed est prudentia spiritus, quæ est in filijs lucis excellentior, quàm prudentia carnis, quæ est in viris carnalibus, *Rom.8.b* secundum illud: Prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita et pax. Habet tamen aliquid prudentia ista mundana, per quod excitat et instruit prudentiam spiritus, sicut solicitudo hominis quærentis pecuniam proponitur in exemplum *Prou.2.a* homini quærenti sapientiam: Si sapientiam inuocaueris, et inclinaueris cor tuum prudentiæ: si quæsieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei inuenies. Vnde quia nullum vitium tantum est, vt deleat extremæ naturæ vestigia, ideo habet omnis vitiosus aliquid quod ipsum excitet ad bonum. Sicut consideratione hominis lasciui, potest se homo excitare ad amorem: ex consideratione auari ad solicitudinem: ex consideratione hominis superbi ad magnificentiam. Vnde ex ista parabola et exemplo, non solum instruimur particulariter, verum et vniuersaliter, vt ex omnibus sciamus elicere documentũ quod nos excitet et informet ad bonum. Sicut enim sancti sua bonitate excellenti testimo- *1.Tim.3.b* nium debent habere et habent ab ijs, qui foris sunt, ita vitia omnia effigiem aliquam habent virtutis et pietatis. Virtus ab omnibus generali quadam voce approbatur, sed impius ab omnibus condemnatur.

Et ego vobis dico, et cetera. Post exemplum pietatis prouidæ, subditur documentum pietatis perfectæ: quod quidem elicitur ex sensu parabolæ supradictæ. Primo igitur elicitur documentum ad informationem discipulorum obedientium. Secundo ad confutationem pharisæorum rebellium, ibi: *Audiebant autem omnia hæc pharisæi*, et cetera. Circa informationem autem discipulorum ad pietatem, procedit hoc ordine: Inuitat enim eos ad misericordiam, primo ratione mercedis habendæ, secundo ratione fidelitatis seruandæ, ibi: *Qui fidelis est in minimo*. Tertio ratione duplicitatis cauendæ, ibi: *Nemo seruus potest duobus Dominis seruire*. Ratione autem mercedis habendæ inuitat hoc ordine, scilicet præmittendo exhortationem erudientem, et addendo rationem mouentem. Primo ergo quantum ad exhortationem erudientem, præmittit:

Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Mammona, vt dicit Glossa, lingua Syro- *Glos.in hũc locum to.5.* rum dicuntur diuitiæ: Dicuntur autem iniquitatis, quia habent frequenter iniquitatem annexam, secun- *Eccli.11.b* dum illud: Si dies fueris, non eris immunis a delicto. Vnde Augustinus: Omnis dies aut iniquus, aut hæres iniqui est. Sicut dicit Beda in homelia: Mammon mãmonis lingua punica dicitur lucrum. Nec debet intelligi de eo quod quis per rapinam et iniquitatem acquisiuit, et iniusto titulo possidet, debet enim hoc eleemosyna dari, quia contra hoc di- *Eccli.34.c* citur: Dona iniquorum non probat Altissimus. Et rursus eodem capite: Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Sed intelligitur quòd dari debeat de diuitijs quæ iusto titulo possidentur, et tamen iniquitatem pariunt nisi distribuantur, secundum illud: *Eccli.10.b* Nihil est iniquius quàm amare pecuniam. Hic enim et animam suam venalem habet. De his, inquam, diuitijs debent tibi fieri amici per largitionem eleemosynarum, quæ manifestant pietatis affectum. Nam dicitur: Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quo modo charitas Dei manet in eo? Et: Perde pecuniam propter fratrem *Eccli.29.b* et amicum, et ne abscondas illam sub lapide in perditionem, quia: Qui abscondit frumenta, maledi- *Prou.11.d* cetur in populis, *et cetera*.

Secundo quantum ad rationem manentem, subdit: *Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*. Ex quo intelligitur quare dandum est munus, et quid debeat hominem mouere ad faciendam eleemosynam, quia non præsens commodum, sed præmium æternum, non propter tabernaculum transiens, sed æternum, secundum illud: Cum facis elee- *Mat.6.a* mosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciunt, *et cetera*. Amen dico vobis, *et cetera*. Et post: Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tũa. Hæc autem tabernacula æterna, sunt mansiones gloriæ, de quibus Isaias: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, *Isa.32.d* et in tabernaculis fiduciæ, et in requie opulenta. In æterna tabernacula alios recipiunt: qui adeo perfecti sunt, vt merita eorum etiam alijs valeant: et propter quæ merita sibi et alijs æterna tabernacula acquirant. Vnde semper illud: *Facite vobis amicos*, dicit Glossa: Non quoslibet pauperes, sed eos qui pos- *Glos.interlin. in hũc locum to.5.* sint in æterna tabernacula recipere. Tales autẽ non sunt pauperes inuoluntarij, sed pauperes spiritu. *Mat.5.a* De quibus Matthæus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ipsorum namque tamquam illius regni regum et professorum, est introducere in regnum cælorum. Ipsorum etiam tamquam iudicum, secundum illud: Non saluat *Iob 36.b* impios, et iudicium pauperibus tribuit. Pauperibus, inquam, perfectis et voluntarijs, de quibus dicitur: Vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me *Mat.19.d* in regeneratione, *et cetera*. Sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Ipsorum etiam tamquã familiarium, et amicorum, propter quod Iacobus: Nonne Deus elegit pauperes *Iac.2.a* in hoc mundo: diuites in fide, heredes regni quod repromisit Deus? *et cetera*. Tales introducit amicos et benefactores suos per illam legem iudicialem, per quam Dominus in futuro iudicio sententiabit, secundum quod dicitur: Quamdiu fecistis vni de *Mat.25.d* his fratribus meis minimis, mihi fecistis, et per illam aliam legem quam Dominus tulit, de quo Matthæus: Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet *Mat.10.d*:

Qui fidelis est in minimo, et cetera. Postquam inuitauit ad pietatem ex consideratione mercedis habendæ, hic secundo inuitat ex consideratione fidelitatis seruandæ. Est enim fidelitas seruanda in dispensatione temporalium tũ propter meritum et demeritum, tum propter periculum et damnum. Primo igitur quantum ad considerationem meriti fidelitatis in huiusmodi rebus terrenis, dicit:

Qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est, quasi dicat, licet temporalia ista contemnenda sint tamquam minima, tamen fidelis eorum dispensatio non debet contemni: quia eadem est fidelitas in re magna, sicut et in re parua: et fidelis dispensatio rerum temporalium disponit ad fidelem dispensationem et custoditionem spiritualium et æternorum. Vnde Glossa: Qui fidelis est in minimo, ideſt, in pecu- *Glos.in hũc locum to.5.* nia cum paupere participanda, et in maiori fidelis est adhærens Creatori. Et ideo dicitur huiusmodi seruo illud: Esto fidelis vsque ad mortem, et dabo *Apoc.2.c* tibi coronam vitæ. Et similiter: Euge serue bone et *Mat.25.b* fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Vnde fidelitas circa parua, fidelitatem ponit etiam circa magna. Et econtrario, infidelitas circa minima, infide-

Digitized by Google

infidelitatem ponit circa maiora: et ideo subdit: *Et qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus est*. Modicum recte dicitur omne quod temporaliter possidetur, tum quia modicę quantitatis. Quoniam sicut momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum. Tum quia modicæ dominationis: Transierunt omnia illa tamquam vmbra. Et: Dormierunt somnum suum, et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum, *et cetera*. Tum quia modicæ iucunditatis. Vnde Gregorius: Pauca sunt bona præsentis vitæ, licet multa videantur: quia non sine alicuius molestiæ admixtione sunt. Multa autem bona æterna, quæ sunt sine omni corruptione. Qui ergo iniquus est in istis, non potest habere charitatem Dei: quia pro paruis maxima contemnit. Vendit enim fidem et iustitiam pro eo quod nihil valet. Vnde Augustinus: Lucrum in arca, damnum in conscientia: tulit vestem, et perdidit fidem: acquirit pecuniam et amittit iustitiam. Male ergo dispensando pecuniam, perdit felicitatem, perdit charitatem, perdit iustitiam, quæ sunt maxima Dei bona. Vnde Glossa: Qui temporalia quæ possidet, non bene dispensat, æternorum sibi gloriam, de qua tumet, euacuat. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt: Deum, quem nō videt, quo modo potest diligere? Et qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo: quo modo charitas Dei manet in eo, sicut habetur in Ioanne?

Sap.21. d *Sap. 5. b* *Psal.75. b* *Greg.lib.5. in 2. Reg. 21. cap.2. to. 2.* *Aug.10.homil. to. 10. homil.5.* *Glos.in hūc locum to.5.* *1.Ioan.4.d* *1.Ioan.3.c*

Secundo quantum ad considerationem periculi, et damni, subdit: *Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis?* Quasi dicat, magnum est periculum, male dispensare hæc temporalia bona: quia propter infidelem dispensationem perdit quis diuitias veras. Vnde Glossa: Si diuitias carnales quæ labuntur, non bene dispensatis, veras et æternas diuitias quis dabit vobis? Dicuntur autem diuitiæ iniquæ, mammon, quia sicut dicit Glossa: Diuitijs præest iniquus mammon, vt de eis tentet, sicut tentauit Ananiam, de quo: Cur tentauit satanas cor tuum? *et cetera*. Tentatio illa fuit de furto. Similiter de Achan dicitur: Verum autem dicitur illud bonum quod semper manet: Nam hæc temporalia omnia, quia transeunt, vana sunt, secundum illud: Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. Illud autem verum, est Dei gratia, vel Dei gloria, vel potius ipse Deus, qui est merces bonorum. Et ideo Psalmus: Veritas Domini manet in æternum. Et iterum: In generatione et generationem veritas tua. Et in hac veritate consistit beatitudo secundum Augustinum dicentem: Beatitudo est gaudium de veritate. Quia enim verum est id quod est: ideo solus ipse Christus est ipsa pura veritas, qui dicit: Ego sum qui sum. Et istud verum non conceditur nec creditur nisi a veracibus et fidelibus. Vnde Ioannes: Omnis qui male agit, odit lucem: et non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem vt manifestentur opera eius: quia in Deo facta sunt. Et: Si manseritis in sermone meo, *et cetera*. cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos. Magnum ergo periculum infidelitatis est in ijs paruis: quia pro vano perditur verum et magnum. Immo et propriū, et ideo subdit: *Et si in alieno fideles non fuistis*. per debitam boni terreni dispensationem. Vnde Glossa: Alienum a nobis est, quidquid sæculi est, quia præter naturam. Hæc quidem bona dicuntur aliena: quia ea nobiscum nec afferre possumus, nec auferre. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium, quòd nec auferre quid possumus. Et Iob: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, et nudus reuertar illuc: *Quod vestrum est quis dabit vobis?* pet assequutionem cælestis præmij. Istud namque nostrum est, ad quod sumus creati et prærordinati, et quod habitum non potest perdi. Vnde Matthæus: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum, *et cetera*. Et supra: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei: hoc autem regnum non est aliud nisi Deus et Dominus Iesus Christus. Vnde Glossa: Quod vestrum est, id est, quæ proprie homini deputata sunt, Christus noster est, quia Christus vita nostra est: Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis, *et cetera*.

Glos.in hūc locum to.5. *Glos.interl. in hunc locum to.5.* *Act. 5. a* *Iosue 7. d* *Eccls.1. a* *Ps.116. a* *Ps.118. m* *Aug.li.10. Confes. c. 23. to.1.* *Exo. 3. d* *Ioan. 3. c* *Ioan.8. d* *Glos.interlin. in hūc locum to.5.* *1.Tim.6.b* *Iob 1. d* *Mat.25.c* *Sup. 6. c* *Glos.interlin. in hūc locum to.5.* *Colos.3. a*

Nemo seruus potest duobus dominis seruire, et cetera. Post inuitationem ad pietatē ex consideratione mercedis habendæ, et fidelitatis seruandæ, hic tertio inuitat ex consideratione duplicitatis vitādæ: quia non potest simul pietas haberi ad Deum, et cupiditas ad mundum: quod quidem facit hoc ordine, ponens scilicet duplicitatis reprobationem, et adiungens reprobationis assertionem. Primo ergo quantum ad reprobationem duplicitatis, dicit:

Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Hæc propositio per se nota est, propter quod dicitur: Væ duplici corde, et labijs scelestis, *et cetera*. et peccatori terram ingredienti duabus vijs. Et: Vir duplex animo, incōstans est in omnibus vijs suis. Et ideo dicitur: Ne accesseris ad illum duplici corde, hoc est, non velis duobus dominis simul inseruire, quia hoc non potest fieri recte. Domini autem duo ab inuicem diuisi, quibus non potest simul seruiri, sunt in differentia quadruplici. Sunt enim isti domini, vitium et virtus: propter quod dicitur: Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, *et cetera*. Et Isaias: Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, et pallium breue vtrumque operire non potest. Domini etiam isti sunt caro et spiritus. Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcumque vultis, illa faciatis. Ideo ad Romanos: Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Item Domini isti sunt Christus et diabolus. Quæ conuentio Christi ad Belial? Et: Non potestis calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum, *et cetera*. Item Domini isti sunt, Deus, et iste mundus: Adulteri, nescitis, quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur. Et: Nolite diligere mundum, *et cetera*. Si quis diligit mundum, non est charitas Dei in eo. Et de his duobus Dominis intelligit dissuadendo cupiditatem mundanam, et inuitando ad pietatem diuinam. Vnde Glossa corripiens auaritiā, dicit: Amatores pecuniæ, Dominum amare non possunt: qui ergo Dominum amat, pecuniam contemnat. Ex quo apparet quòd qui vult esse seruus Christi, non potest esse seruus istius mundi. Vnde Beda: Debetis hæc temporalia fideliter distribuere, vt Domini temporalium, non vt serui.

Sup. 6. c *Glos.interlin. in hūc locum to.5.* *Colos.3. a* *Eccli. 2. c* *Iac. 1. a* *Eccli. 1. d* *3.Reg. 18. d* *Isa. 28. c* *Gal. 5. c* *Rom. 8. c* *2.Cor. 6. c* *1.Cor.10.a* *Iac. 4. a* *1.Ioan.2.c* *Glos.in hūc locum to.5.* *Beda Glossa in hunc locum to.5.*

Secundo quantum ad affectionem reprobationis subiungit: *Aut enim vnum odiet, et alterum diliget*: Quod dicitur quantum ad charitatem, quæ odire facit malum, diligere bonum, secūdum illud: Odientes malum, adhærentes bono, charitate fraternitatis inuicem diligentes. Psalmus: Iniquos odio habui, et legem tuam dilexi: *Aut vni adhærebit, et alterum contemnet*. Quod dicitur quantum ad cupiditatem, qua quis adhæret mundo et diabolo in contemptū Dei, secundum illud: Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, et foderunt sibi cisternas, *et cetera*, quæ continere non valēt aquas. Ratio autem quare quis non potest simul seruire Dominis prædictis est quadruplex. Prima scilicet oppositio ministeriorum. Nam seruitium Dei est in exercitio virtutum, secundum illud: Seruiamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso. Et: Secundum eum, qui vocauit vos, sanctum, vt et ipsi in omni conuersatione sancti sitis, *et cetera*. Sed seruitium diaboli est in exer-

Rom.12. b *Psal.118.f* *Hier. 2. c* *Sup. 1. g* *1.Pet.1. c*

Digitized by Google

Sup.15. d in exercitio vitiorum. Vnde Supra: De Filio prodigo dicitur quòd misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Secunda ratio est dissimilitudo ministrorum, quia Dominus vult habere seruientes oculatos, Ezec. 10. c propter quod dicitur quòd animalia plena erant Prou. 14. d oculis ante et retro. Et in Prouerbijs: Acceptus est regi minister intelligens. Sed diabolus vult habere 1. Reg. 11. a seruientes monoculos. Vnde dicitur: In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros. Dominus etiam vult habere ministros 3. Reg. 10. a compositos, et ordinatos. Vnde dicitur: Videns Regina Saba habitacula seruorum, et ordines ministrantium, *et cetera*: Sed diabolus vult habere 2. Reg. 10. a compositos et deformatos. Vnde dicitur: Hanon rex filiorum Ammon rasit dimidiam partem barbæ eorum, et præscidit vestes eorum medias vsque ad nates. Dominus etiam vult habere seruientes humiles, secundum illud Psalmi: Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur Psal. 100. b iniqua, *et cetera*. Sed diabolus vult habere arrogan- Iob 41. d tes: Omne sublime videt, et ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Tertia ratio est elongatio locorum, quia Dominus vult esse in loco sublimi, et Psal. 122. a mundo: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cæ- Cant. 2. b lis. Et: Ecce, venit saliens in montibus transiliens Iob 40. c colles. Sed diabolus in locis immundis: Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humẽtibus. Quarta ratio est discretio temporum, quia diabolus vult Hier. 16. c quòd sibi seruiatur omni tempore: Seruietis dijs alienis die ac nocte qui non dabunt vobis requiem. Si- Psal. 1. a militer Dominus vult quòd sibi omni tempore: In lege Domini meditabitur die ac nocte, *et cetera*. Quoniam igitur Dominus vult totum tempus habe- Deut. 6. a re et totum cor secundum illud: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua. Et diabolus et mundus vult similiter totum: ideo impossibile est vtrisque seruire simul. Et ideo infert: *Non potestis Deo seruire et mammonæ*. Dicitur autem ille seruire mammonæ, in cuius affectu diuitiæ dominantur, ita vt possit dici auarus, quia tunc est seruus idolorum. Nam sicut Ephes. 5. b dicitur: Auaritia est idolorum seruitus. Vnde Glos- Glos. in hũc locum to. 5. sa: Non ait, habere diuitias, sed *seruire*. Seruit qui diuitias custodit, vt seruus. Sed qui seruitutis excussit iugum, distribuit vt dominus. Et ideo dicebat 1. Cor. 7. e Apostolus: Reliquum est vt qui emunt, tamquam non possidentes sint, et qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur, *et cetera*. Sed aliqui simul volunt habere Deum et mundum, qui sunt similes il- 4. Reg. 22. g lis gentibus, de quibus dicitur: Erant gentes timen- Leuit. 19. d tes quidem Dominum, sed nihilominus et idolis suis seruientes. Contra quos dicitur: Veste quæ ex duobus texta est, non indueris. Contra quos itidem Hier. in Regula Mon. de laude religionis to. 9 hic loquitur Dominus. Et contra tales dicit Hieronymus: Impossibile est vt præsentibus et futuris quis fruatur bonis, vt hic ventrem, ibi mentem impleat, vt de delicijs ad delicias transeat: vt hic cum sæculo gaudeat, et ibi cum Deo regnet: vt in vtroque sæculo primus in cælo et in terra appareat gloriosus.

Audiebant autem omnia hæc, et cetera. Post documentum informatiuum humilium subditur documentum repressiuum rebellium. Et quia pharisæi rebelles erant doctrinæ Christi, propter elationem quam habebant de meritis: et quia hæc elatio veniebat ex litterali obseruantia legis, ideo pars ista habet duas partes. In quarum prima describitur repressio arrogantiæ pharisæorum. In secunda vero euacuatio obseruantiæ legalium præceptorum, ibi: *Lex et prophetæ vsque ad Ioannem*. Vt sic ex ostensione euacuationis legis auferatur inanis gloriatio a Pharisæis. Primo igitur repressio arrogantiæ Pharisæorum describitur per hunc modũ. Præmittitur enim pharisæorum rebellio, subditur rebellionis reprehensio, et subiungitur reprehensionis ratio. Primo igitur quantum ad pharisæorum rebellionem, qua Christum deridebant, dicitur:

Audiebant autem omnia hæc pharisæi qui erant auari, et deridebant eum. Deridebant autem eum tamquam superbi de verbis simplicitatis secundum illud: Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. Vel sicut stolidi de consilijs vtilitatis: Stultus irridet disciplinam patris sui, *et cetera*. Vel sicut stupidi de monitis pietatis, secundum illud: Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ et obturantis aures suas. Vnde Glossa: Illi præceptorem misericordiæ et humilitatis et parsimoniæ derident, quasi minus vtilia, et numquam facienda noxius imperet. Vel sicut cupidi derident de laudibus largitatis. Vnde Glossa: Deridebant intelligentes, scilicet parabolam aduersus se dictam, et carnalia, quasi præsentia, futuris spiritualibus quasi incertis præponentes. Et hoc est quod dicitur: Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. Vel sicut legisperiti de commendationibus paupertatis. Vnde Glossa: Disputantem contra phisargiriam deridebant, quasi contrarium legi et prophetis, cum in lege multi diuites Deo placuerint, et cum lex suis obseruatoribus bona terræ promittat. Vnde dicitur: Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: et qui arguit impium, sibi maculam generat. Et hoc totum veniebat ex rebellione quadam elata, et stolida.

Iob 12. a — Glos. in hũc locum to. 5. — Prou. 15. a — Psal. 57. a — Glos. in hũc locum to. 5. — Glos. in hũc locum to. 5. — Prou. 18. a — Glos. in hũc locum to. 5. — Prou. 9. b

Secundo quãtum ad rebellium reprehensionem, qua Christus eorum supercilium deprimebat, subditur: *Et ait illis: Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus*, per ostentationem iustitiæ vestræ, qua vosipsos iustos reputatis: Ignorantes iustitiã Dei, et suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Et qua etiam iustos vos dicitis, contra illud: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendere, prauum me comprobabit. Qua etiam iustos vos exterius prætenditis contra illud: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Et quoniam talis iustificatio parit culpam, ideo addit: *Deus autem nouit corda vestra*, per detestationem superbiæ: vnde non nouit ad comprobandum, sed ad iudicandum: Excelsus Dominus, et humilia respicit, et alta a longe cognoscit. Vnde dicitur: Omnes viæ hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus. Hieremias: Prauum est cor omnium et inscrutabile, et quis cognoscet illud? Parum igitur valet vobis humano testimonio commendari, cum sitis reprobandi in iudicio Dei qui scrutator est cordis. Ideo dicitur: Nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat Dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Vnde quia iustitia ista non erat veritatis sed vanitatis: non ad rem, sed ad hominem: non intra, sed extra: potius erat culpa detestanda, quàm virtus commendanda, potius digna pœna, quàm retributione æterna. Vnde Matthæus: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarũ et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

Iob 9. c — Mat. 6. a — Psal. 137. b — Prou. 16. a — Hier. 17. b — 1. Cor. 4. a — Mat. 6. a

Tertio quantum ad reprehensionis rationem, qua diuinum iudicium exprimebat, subdit: *Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum*. Nota quòd non reprehendit altitudinem perfectionis, de qua dicitur: Altissima paupertas eorum, abundauit in diuitias simplicitatis eorum, *et cetera*. Nec altitudinem contemplationis, de qua ad Romanos: O altitudo diuitiarum sapientiæ, et scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, *et cetera*. Et: Ego in Altissimis habitaui, et thronus meus in columna nubis. Nec altitudinem desiderij et expectationis, de quo in psalmo. Tu es Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Hæ enim altitudines sunt ante Deum. Sed est alia altitudo, quæ elongat

2. Cor. 8. a — Rom. 11. d — Eccli. 24. a — Psal. 90. b

Digitized by Google

gat ab Altissimo, et hæc est altitudo præsumptionis, A
Hier.48.e de qua dicitur: Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde: sublimitatem eius, et arrogantiam, et superbiam, et altitudinem cordis eius ego scio, ait
Hier.49.e Dominus. Hæc etiam est altitudo ambitionis: Arrogantia tua decipit te, *et cetera:* et apprehendere niteris altitudinem collis. Hæc etiam est altitudo osten-
Ezc.31. d tationis. Pro eo quòd sublimatus est in altitudine, et dedit summitatem suam virentem atque condensam: et eleuatum est cor eius in altitudine sua: tradidi eum in manus fortissimarum gentium, *et cetera*. Ista altitudo est etiam in conspectu hominum, sed est
Prou.16.a abominatio apud Deum, secundum illud: Abomi- B
natio Domini est omnis arrogans, etiam si manus ad manum fuerit, non erit innocens. Dicitur autem Dominus abominari huius altitudinem propter seue-
Isa. 2. c ram ipsius deiectionem, secundum illud Isaiæ: Oculi sublimes hominis humiliati sunt, et incuruabitur altitudo virorum, exaltabitur autem Dominus solus in die illa. Ideo hæc triplex altitudo, tamquam Domino abominabilis dissuadetur. Primo scilicet altitudo
Eccli.3. c præsumptionis: Altiora te ne quæsieris. Et: Noli al-
Rom.11. c tum sapere, *et cetera*. Secundo altitudo ambitionis:
Rom.12. c Non alta sapientes, sed humilibus consentientes, *et*
Psal.74. a *cetera*. Dissuadetur etiam altitudo ostentationis: No- C
lite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Hanc autem altitudi-
1.Reg.16.b nem abominatur Dominus quia fastuosa: Ne respicias altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum,
Dan.3. a quia simulata. Daniel: Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, *et*
Prou.17. c *cetera*. Quia ruinosa, propter quod dicitur: Qui altam facit domum suam, quærit ruinam, et ideo di-
2.Cor.10. b citur: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Dei ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem D
se aduersus scientiam Dei, et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.

Lex et prophetæ, vsque ad Ioannem, et cetera. Post repressionem arrogantiæ pharisæorum rebellium, subditur hic secundo descriptio euacuationis præceptorum legalium, quorum causa Pharisæi erigentes supercilium, Christi documenta spernebant, et suam auaritiam palliabant. Et quoniam lex Mosaica per Christum est euacuata, ita quòd manet quantum ad spiritualem intelligentiam cæremonialium, et litteralem obseruantiam moralium: ideo in hac parte insinuat non solum ipsius legis euacuationem secundum obseruantiam litteralem, verumetiam impletionem secundum intelligentiam spiritualem, et durationem, secundum ius morale et copulam coniugalem. Primo igitur quantum ad euacuationem legis secundum obseruantiam litteralem, dicit: E

Lex et prophetæ, vsque ad Ioannem: quasi dicat pharisæis, non debetis supercilium erigere pro legis obseruantia, quia iam cessat quantum ad litteram et fi-
Rom.10. a guram. Et nota quòd licet Christus dicere posset vsque me, quia finis legis Christus ad iustitiam, *et cetera*, maluit tamen nominare præcursorem tamquam suam vocem, quia per ipsius Ioannis ministerium F
Ioan. 1. d ostensus est digito agnus: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit, *et cetera*. Et ipse iam incepit ostendere veritatem apertam, ac per hoc euacuare figurã: quia enim lex et prophetæ omnes promittebant Christum futurum, et Ioannes ostendit præsentem, ideo lex et prophetæ vsque ad Ioannem, quia non potuit vltra nuncium properari, quod claret venisse testimonio Ioannis. Et quia finis legis est per inchoationem noui Testamenti, ideo sequitur: *Ex eo regnum Dei euangelizatur*, id est, ab eo Euangelium gratiæ inchoatur.
Mar.1. a Vnde Marcus: Initium euangelij Iesu Christi filij Dei sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce ego mitto Angelum meum, *et cetera*. Et beatus Lucas ab ipsa beati Ioannis conceptione in suo Euangelio exordium sumpsit. Fuit in diebus Herodis, *et cetera*. Vnde vt ipsius prædicatio noua ostenderetur, dicitur quòd erat baptizans, et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et quia prædicatio Ioannis fuit pœnitentia, in qua homo facit sibi violentiam, ideo addit: *Et omnis in illud vim facit*, quod expressius dicitur: A diebus Ioannis baptistæ *Mat.11.b*
vsque nunc, regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. Hæc autem est violentia, qua quis excedit virtutem naturalem. Vnde Beda: Magna vis *Beda Glos-*
est, violentia grandis est, nos terra genitos cælorum *sa in hunc*
sedem quærere, possidere velle per virtutem, quod *locum to.5.*
non potuimus tenere per naturam. Hæc etiam est, quæ vincit incuruationem naturæ. Vnde Glossa: Fa- *Glos.in hũc*
ciamus vim naturæ, vt non ad terrena nos demergat, *locum to.5.*
sed ad superna se erigat. Hæc etiam est violentia qua quis vincit torporem pigritiæ. Vnde Beda: Omnis *Beda Glos-*
qui vim facit, vehementi studio properat, non tor- *sa in hunc*
penti lentescit affectu. Est ergo fidei religiosa violen- *locum to.5.*
tia, segnities criminosa. Magna enim violentia est, dum quis per vim et rigorem pœnitentiæ mitigat seueritatem diuinæ sententiæ, dum per orationem humilem inclinat districtionem sublimem. In cuius figura dictum est Iacob strenuo luctatori: Si contra *Gen.32. f*
Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Et nota quòd beatus Bernardus distin- *Ber.in sen-*
guit quattuor genera hominum possidentium regnũ *tentijs, sen-*
cælorum. Alij namque violenter rapiunt. Alij mer- *tẽt.4. to.1.*
cantur. Alij furantur. Alij compelluntur. Illi nam- Cælũ quot
que rapiunt, qui derelinquunt omnia et sequuntur modis pos-
Christum, ad quos referri potest illud: *Catulus leo- sideatur.
nis Iuda ad prædam fili mi ascendisti. Et iterum ibi- **Gen.49.b*
dem: Beniamin lupus rapax, mane comedet præ- *Ibid. d*
dam, et vespere diuidet spolia. Mercantur autem qui dant temporalia vt accipiant æterna. De quibus su- *Sup.12. d*
pra: Facite vobis sacculos, qui non veterascunt. Et: *Ibid. b*
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Talibus competit illud Augustini: Venale habeo, vena- *Aug. li.50.*
le habeo, quid? Regnum cælorum. Quo modo emi- *hom. to.10.*
tur? Paupertate regnum, vilitate gloria, dolore gau- *homil. 8.*
dium, labore requies, morte vita. Furantur vero, qui *Et to. 8. in*
bona occulte faciunt, et laudem humanam vitantes, *Psal.93.*
solo diuino testimonio sunt contenti, quibus competit illud: Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, et *Mat.6. c*
faciem tuam laua. Compelluntur autem intrare pauperes, quos hic ignis paupertatis, Deo dispensante, probat ne in futuro ignis iudicij damnabiliter prematur. Et de ijs supra: Exi in vias et sepes, et compelle *Sup.14. c*
intrare, vt impleatur domus mea. Licet ergo tempore legis esset tempus mercandi, nunc post Ioannem est tempus rapiendi: nam sicut tunc promittebatur opulentia, sic nunc suadetur paupertas.

Secundo quantum ad impletionem legis secũdum intelligentiam spiritualẽm, subditur: *Facilius est autem calum et terram præterire*, scilicet per conflagrationem mundi. Et tu in principio Domine terram *Psal.101.d*
fundasti. Ipsi peribunt, et cetera, *quàm de lege vnum apicem cadere*, per frustrationem alicuius promissi. Rabanus: Cælum et terra transibunt, per commutationem inuocationis, vetustate deposita, manente priori substantia, sed verba Domini sine effectu completionis nullo modo transibunt. Ideo dicitur: Cæ- *Mat.24.c*
lum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Quia sicut dicitur in Psalmo: In æternum *Ps. 118. l*
Domine verbum tuum permanet. Vnde licet lex vetus videatur transitoria, permanentior tamen est, quàm mundana creatura. Manet etiam per diuini verbi spiritualem intelligentiam. Vnde in Matthæo: *Mat.5. b*
Non veni soluere legem, sed adimplere: Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum et terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege donec omnia fiant. Et nota quòd dicit vnum apicem: Apex enim proprie dicitur summitas litteræ, quæ ponitur ad ipsius litteræ decorem, et est quasi minimum quiddam.

Digitized by Google

quiddam. In quo datur intelligi, quòd nihil omnino nec paruum, nec magnum est in scriptura, nec aliquid quod non habeat completionem suam. Omnia enim referuntur ad salutem humanam, quæ habebit dominationem perpetuam, transeunte etiam mundana creatura secundum exteriorem faciem. Et
Isa. 51. b Isaias: Cæli sicut fumus liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur, *et cetera*. Salus autem mea in sempiternum erit, et iustitia mea non deficiet. Vnde liber scripturæ est proximior libro vitæ, quàm liber creaturæ, et ideo inexpletus remanere non potest.

Tertio quantum ad durationem legis secundum ius naturæ et copulam coniugalem, subdit: *Omnis qui dimittit vxorem suam, et alteram ducit, mœchatur*. Primo quia non potest priorem dimittere nisi ex sola
Mat. 19. b causa fornicationis, secundum illud: Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur. Secundo quia quacumque ex causa illam dimittat, non ei licet illa viuente aliam ducere, et hoc secundum legem naturæ diuinitus in-
Gen. 2. d stitutam in hominis formatione. Relinquet homo patrem suum, et matrem, *et cetera*. Hæc est enim quæ dictat, quòd matrimonium est maris, et feminæ coniunctio, indiuiduam vitæ retinens consuetudinem: quæ etiam dictat quòd illud vinculum est insolubile. Et ideo subditur: *Et qui dimissam a viro ducit, mœchatur*. Et ratio huius est, quia vxor est illius cuius primo fuit, quantumcumque videatur se-
Rom. 7. a parari. Vnde Apostolus: Quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi, *et cetera*. Igitur viuente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Et
Hier. 3. a ideo dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam, et recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid reuertetur ad eam vltra? numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Notandum est autem quòd licet nulla mentio fieret de vxoribus, Dominus tamen volens ostendere statum legis, quantum ad moralia et transitum, quantum ad cæremonialia et iudicialia, exemplificat de matrimonio, pro eo quod in ipso libellus repudij dabatur. Et matrimonij lex in Euangelio confirmatur tamquam ius morale, et li-
Mat. 19. a bellus repudij reprobatur. Vnde dicitur: Moyses mandauit dare libellum repudij, et dimittere? ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Ex his igitur colligitur, qualiter lex manet, qualiter euacuatur, qualiter impletur: et nihilominus pharisæorum supercilium de littera legis gloriantium confutatur.

Homo quidam erat dives, et cetera. Post exemplum pietatis prouidæ, et documentum pietatis perfectæ, subditur hic exemplum impietatis punitæ. Quia sicut supra dictum est, magis tenet rationem exempli quàm parabolæ, quia ad litteram iste dives in delicijs fuit, et postmodum in tormentis. Vnde Glossa Bedæ contra derisores auaros quod proposuerat exemplo astruit, scilicet quòd dives apud inferos ideo torquebatur quia Lazarum nõ fecit sibi amicum, a quo recipi posset in æterna tabernacula. Et magis videtur narratio quàm parabola. Vnde et sancti doctores verba huius parabolæ adducunt in testimonium status damnatorum, et vt ostendatur quòd ad litteram fuerit verum, hic nomen pauperis explicatur. Ad huius igitur exempli enarrationem explicandam introducit Euãgelista tria, scilicet immisericordiæ causam, culpam, et pœnam. Immisericordiæ causa fuit amor respectu sui. Immisericordiæ culpa fuit incompassio respectu proximi, de qua ibi: *Et erat quidam mendicus*. Immisericordiæ pœna fuit deiectio in calamitatem inferni, de qua ibi: *Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno*. Circa immisericordiæ causam quę est amor priuati boni, introducit tria circa diuitem, de quibus notat eum: et sunt concupiscentia oculorum, superbia vitæ, et concupiscentia carnis. Primo igitur quantum ad concupiscentiam oculorum, dicit: *Homo quidam erat dives*. Homo iste diues dicitur non solum propter diuitiarum possessionem, sed propter earum dilectionem, ratione cuius dicitur: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, *et cetera*. Quia ratione dilectionis terrenorum incrassatur, et prægrauatur spiritus, vt non possit peruenire in sublimia regna cælorum: propter quod dicitur: Facilius est camelum per foramen acus transire quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Hoc explicans B. Marcus, dicit: Filioli, quàm difficile est confidentes in pecunijs in regnum Dei introire? Facilius est camelum, *et cetera*. De huiusmodi diuite dicitur: Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. Quæ communicatio sancto homini ad canem? Aut quæ pars bona diuiti ad pauperem? Venatio leonis onager in eremo: sic et pascua diuitum sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic execratio diuitis pauper.

Secundo quantum ad superbiam vitæ, subdit: *Et induebatur purpura et bysso*. Beda: Purpuram regij habitus esse colorẽ marinis e conchylijs tinctam, nemo est fere qui dubitet. Nam conchylia ferro circumcisa lacrymas purpurei coloris, quibus lana tingitur, emittunt. Byssum vero genus est quoddam lini, nimium candidi et mollissimi. Habebat autem hic vestimenta pulchra, et pretiosa ad vanam gloriam. Vnde Gregorius: Nemo vestimenta pretiosa nisi ad gloriam quærit, vt honorabilior ceteris habeatur. Et hoc quidem est reprehensibile et peccatum, propter quod dicitur: In vestitu ne glorieris vmquam, nec in die honoris tui extollaris. Peccatur autem in vestibus quadrupliciter. Primo propter pretiositatem. Vnde Beda: Si cultus pretiosarum vestium culpa non esset, sermo Dei non tam vigilanter exprimeret, quòd dives purpura et bysso indutus apud inferos irremediabiliter torqueretur. Valde autem absurdum est putridum cadauer pretiosa veste ornari, vnde possent multi pauperes sustentari. Excusatur autem hoc, ratione dignitatis personæ, ratione significantiæ, et ratione cautelæ. Secundo propter superabundantiam: Vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Sequitur: Thesaurizastis vobis irã in nouissimis diebus: et hoc propter iniuriam pauperum. Vnde Iob: Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum, *et cetera*. Hieronymus: Aliena rapere conuincitur, qui temporalia vltra necessitatem habere comprobatur. Tertio propter curiositatem: De vestimentis quid soliciti estis? Et iterum: Considerate lilia agri, quo modo crescunt, non laborant, neque nent: Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnus ex istis. Quarto propter indecentiam, quia non decet clericum vestiri vt mulierem, vel vt histrionem: Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. Et: Nec vir vtetur veste feminea. Omnibus autem his modis consueuerunt homines in vestitu excedere, et excedendo gloriari, et gloriando peccare, et ita gloriatio vana similis est gloriationi Æsopi Corniculæ. Hieronymus: Quis enim de lana, et vermis de serico debet gloriari, non homo putredo, et filius hominis vermis.

Tertio quantum ad concupiscentiam carnis, subdit: *Et epulabatur quotidie splendide*. Glossa: Ecce voracitas, quæ vt plurimũ habet luxuriam adiunctam. Epulati estis super terrã, et in luxurijs enutristis corda vestra. Et nota quòd est splendor in epulatione spirituali, quem facit sapientia, et hic est laudandus, sicut et illa epulatio, de qua supra: Manducemus et epulemur, quia hic filius, *et cetera*. Hæc epulatio est splendida, quia nil habet sordis, sed venit ex fonte luminis sempiterni: Inebriabuntur ab vbertate. Et post: Quoniam apud te est fons vitæ: et in lumine tuo videbimus lumen. Et iterum: Quoniam transibo in locum

1. Tim. 6. b
Mat. 19. d
Mar. 10. e
Eccli. 13. d
Beda Glossa in hunc locum to. 5.
Gregor. homil. 40. in Euãg. to. 2.
Eccli. 11. d
Beda Glossa in hunc locum to. 5.
Iac. 5. a
Iob 24. b
Hier.
Mat. 6. d
Soph. 1. b
Deut. 22. a
Æsopi corniçula.
Glos. in hũc locum to. 5.
Iac. 5. b
Sup. 15. f
Ps. 35. b

Nomen pauperis cur hic explicetur.

Digitized by Google

locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. In voce exultationis et confessionis, sonus epulantis. Item est splendor in epulatione corporali, quem facit misericordia, et hic etiam est laudandus:
2. Cor. 9. c de quo dicitur: Non ex tristitia, aut necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. Et hic splendor consistit in faciei hilaritate et eleemosynarum largi-
Eccli. 31. c tate, de quo dicitur: Splendidum in panibus benedicent labia multorum, et testimonium veritatis illius fidele. Est etiam splendor in epulatione carnali,
Luc. 7. b quem facit lasciuia: Numquid non vobis comedistis et bibistis? Et iste splendor extenditur non solum ad fercula artificio præparata, sed etiam ad vasa argentea, ad supellectilia candida, ad luminaria multiplicata. De hoc Lucanus:

O quæsitorum terræ pelagoq; ciborum
Ambitiosa fames, et lauta gloria mensæ.

Bern. in Apol. ad Guil. lel. to. 2. De hoc Bernardus: Ceterum voluptas gutturis, quæ hodie tanti æstimatur, vix duorum spatium obtinet digitorum: huius tam modicæ partis, tam exigua delectatio, quanta paratur solicitudine? quantam denique molestiam parit? Hæc autem abundantia epularum parit inopiam sapientiæ et virtutum,
Prou. 21. c et frequenter etiam tẽporalium. Vnde dicitur: Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum et pinguia, non ditabitur.

Et erat quidam mendicus, et cetera. Post misericordiæ causam, introducit hic Euangelista immisericordiæ culpam, quam ostendit reprehensibilem ex triplici circumstantia, scilicet ex parte pauperis qui ab Euangelista ostenditur misericordia dignus, et diues ille per consequens immisericors et impius. Ostenditur enim immisericors respectu pauperis languidi, respectu pauperis derelicti, respectu pauperis Deo chari, et iusti. Primo igitur quantum ad pauperis languidi egestatem, dicit:

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus. Et nota hic quòd cum diues nominatus sit nomine communi, pauper nominatur nomine proprio, vt ostendatur illud quod dicitur in psalmo: Parcet pauperi et inopi, *et cetera*. Et post: Et honorabile nomen
Ps. 71. c eorum coram illo. Vnde Glossa: Pauper humilis
Glos. inter. lin. in hunc locũ. to. 5. per approbationem ex nomine scitur. Vnde Dominus Moysi: Noui te ex nomine, et inuenisti gratiam
Exo. 33. c coram me, et hoc quidem magnum. Vnde licet de
Psal. 48. c diuitibus dicatur in psalmo: Vocauerunt nomina
Sup. 10. d sua in terris. Pauperibus dicitur supra: Gaudete quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. Et nota quòd immisericordia diuitis aggrauat ex hoc quòd ille pauper erat vnicus. Vnde dicit quidam psalmus:
Psal. 24. c Respice in me et miserere mei: quia vnicus et pauper sum ego. Quia erat mendicus, vnde addit, *mendicus*, quasi pulsans ad ostium per petitionem eleemosynarum: Rogationem contribulati ne abijcias:
Eccli. 4. a et non auertas faciem tuam ab egeno. Quia erat manifestus, vnde addit: *qui iacebat ad ianuam eius*, vt iam non posset de ignorantia excusari, propter quod
1. Io. 3. c dicitur: Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua, *et cetera*. O quàm dis-
Iob 31. d similis erat iste Iob: Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Quàm dissimilis etiam Abraæ qui sedebat in ostio tabernaculi vt statim susciperet peregrinos. Aggrauatur etiam quia erat lan-
Gen. 18. a
Eccli. 7. d guidus, et ideo subdit: *Vlceribus plenus*. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaris. Vnde poterat hic dicere: Ego sum pauper et
Psal. 68. d dolens, *et cetera*. Item aggrauatur, quia fuit fame-
Isa. 58. b licus, vnde addit: *cupiens saturari*: Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosq. induc in domum
Eccli. 4. a tuam, *et cetera*. Et: Animam esurientem ne despexeris, et non exasperes pauperem in inopia sua. Item aggrauatur, quia fuisset micis contentus. Vnde se-
Iob 22. a quitur: *De micis, quæ cadebant de mensa diuitis*: Aquam lasso non dedisti, et esurienti subtraxisti panem. Et

A Ambrosius: Diuites tamquam supra naturam siti de miserijs pauperum incentiua suarum capiant voluptatum. Ex his autem sex manifeste ostenditur istius pauperis egestas, quæ dignum ipsum misericordia faciebat, et diuitem de duritia reprehensibilem ostendebat. *Ambr. lib. 8. in ca. 16. Luca to. 3.*

Secundo quantum ad pauperis derelictionẽ, subdit: *Et nemo illi dabat*, vnde poterat dicere Lazarus illud: Circumspexi et nõ erat auxiliator: quæsiui, et nõ *Isa. 63. b*
fuit qui adiuuaret. Et: Nullus deinceps recordatus *Eccls. 9. d*
est hominis illius pauperis, quia sicut dicitur: Fra- *Prou. 19. a*
tres omnes pauperis oderunt eum, insuper et amici
B eius procul recesserunt ab eo, vnde iste pauper vere erat derelictus, secundum illud: Tibi derelictus est *Psal. 9. d*
pauper. Quia nullus eius releuabat egestatem, nullus etiam fouebat infirmitatem. Vnde subditur. *Sed et canes veniebant, et lingebant vlcera eius*. Glossa: *Glos. inter. lin. in hunc locum to. 5.*
Hos nec a se remouere poterat, nec visitator erat qui remoueret, ex quo apparet quòd diues inexcusabilis erat qui pauperem ita derelictum videbat. Ex hoc etiam potest mira huius diuitis immisericordia aduerti, quia canibus fuit liberalior, quàm pauperi: et canes fuerunt mitiores ipsi pauperi, quàm diues. Vnde Petrus Rauennas: Canes pauperis vlcera curant magisterio naturæ, diues pauperem negligit natura accusante. Et hoc contra illud quod dicitur: Visitans speciem tuam, non peccabis. Vnde *Iob 5. d*
idem Petrus Rauennensis: Miser diues qui micam pauperi non dedisti, saltem quare canes abigere neglexisti? sed canes tui mitiores te, immo tu immitior eis, et mitior canibus tuis, quàm pauperi fuisti: canes tui aliquando pinguia, sed pauper nec micam de mensa tua aliquando recepit. Ex magnitudine igitur miseriæ pauperis aggrauatur immisericordia diuitis, et ex abundantia diuitis augetur patientia pauperis mendici. Vnde Gregorius: In vna *Greg. in Euãg. homil. 40. to. 2.*
D re duo Dei iudicia exprimuntur, cum ex visione pauperis diuiti non miserenti cumulus damnationis infertur: et rursus etiam ex visione diuitis quotidie tentatus pauper probatur: Diues et pauper obuiaue- *Prou. 22. a*
runt sibi: vtriusque operator est Dominus.

Tertio quantum ad pauperis sanctitatem, subiungit: *Factum est autem vt moreretur mendicus, et portaretur ab Angelis in sinum Abrae*, ex quo apparet quòd hic mendicus erat sanctus, et bonus, quia moriens ab Angelis suscipitur, et in locum pacis deportatur: Visi sunt oculis insipientium mori, Et sequitur: Illi *Sap. 3. a*
autem sunt in pace. Tales angelico portantur minis-
E sterio: Vnde Petrus Rauennensis: Non dedignantur eum portare Angeli, cui prius hic ministrabant: Omnes sunt administratorij spiritus, *et cetera*. Et *Heb. 1. d*
post: Merito isti pauperi angelica deputantur officia, cui tam crudeliter denegata sunt humanitatis obsequia. Deferunt autem Angeli mendicum iustum in sinum Abraæ, idest in locum quietis. Qui quidem locus ante apertionem ianuæ erat in limbo. Et dicitur sinus Abraæ, quia ipse Abraam susceptus est ibi, tamquam in sinum merito fidei, qua dictus est pater multarum gentium: et illi qui ibi suscipiuntur, dicuntur in eius sinu suscipi. Vnde et ei primo facta
F est repromissio de incarnatione Christi. Vocatur autem sinus, quia sicut in sinu res absconditur, fouetur, et custoditur quasi in loco familiari, sic et sancti patres in loco illo conseruabantur: Super om- *Isa. 4. a*
nem gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, et in securitatem et abscondionem a turbine et a pluuia. Et: Quoniam ab- *Psal. 26. b*
scondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. In hoc sinu positus est Lazarus, et ab omnibus malis sua morte liberatus, secundum illud: In sex tribulationibus li- *Iob 5. c. d*
berabit te, et in septima non tanget te malum. In fame, eruet te de morte: et in bello, a manu gladij. A flagello linguæ absconderis: et non timebis cala-

Digitized by Google

mitatem cum venerit. Subditur: Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum.

Nota quòd est sinus culpabilis, laudabilis, et desiderabilis. Sinus culpabilis triplex est. Carnalitatis: Quare seduceris fili mi ab aliena, et foueris in sinu alterius? Et: Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant, *et cetera*. Sic qui ingreditur ad vxorem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Cupiditatis: Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij. Crudelitatis: Tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, et collocauit in sinu suo, suum autem filium qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Et Iob: Si abscondi quasi homo peccatum meum.

Triplex est sinus laudabilis, scilicet, Humilitatis in abscondendo: Retrahe manum tuam in sinum tuum. Retraxit, et protulit iterum, et erat similis carni reliquæ, *et cetera*. Benignitatis in refouendo: Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam. Longanimitatis in conseruando: Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Et: In sinu eius erat cubitus, et cubitus in latitudine, et definitio eius vsque ad labium eius, cubitus scilicet perfectæ mercedis.

Est tertio sinus desiderabilis, et de hoc dicitur hic: *Factum est autem vt moreretur mendicus, et portaretur ab Angelis in sinum Abrae*, per quem sinum intelligitur requies beatarum animarum: Multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraam, et Isaac, et Iacob in regno cælorum.

Mortuus est autem et diues, et cetera. Post immisericordiæ causam et culpam, subiungit hic immisericordiæ pœnam quam describit dupliciter. Primo quantum ad miseriam inflictam: secundo quantum ad misericordiam denegatam, ibi: *Et dixit illi Abraam*, et cetera. Miseria autem inflicta propter immisericordiæ culpam tripliciter describitur, scilicet, quantum ad deiectionem in locum miseriarum, quantum ad elongationem a loco iustorum, et quantum ad multitudinem multiplicium calamitatum. Primo igitur quantum ad deiectionem in locum miseriarum, dicit:

Mortuus est autem et diues, per desertionem temporalium gaudiorum. Et nota quòd vtitur præterito tempore ad innuendum quòd ille miser diues mortuus est, non vna tantum sed triplici morte. Prima est culpæ, qua separatur anima a Deo, hac mortuus fuerat etiam dum viueret: Vidua quæ in delicijs est, viuens mortua est. Vidua est enim anima a Deo separata. Secunda est mors naturæ, qua separatur anima a corpore: O mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis! Tertia est mors gehennæ, qua separatur anima a vita beata. De hac in Apocalypsi: Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. In huius triplicis mortis designationem dicitur: Væ, væ, væ, habitantibus in terra, *et cetera*. *Et sepultus est in inferno*, per deiectionem in locum suppliciorum. Et hoc propter culpam superbiæ: Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum. Propter culpam lasciuiæ: Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt. Propter culpam immisericordiæ: Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et iterum: Veniat mors super illos, et descendant in infernum viuentes: quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, *et cetera*. Ex hoc appareat quanta sit differentia inter parochianos Christi et diaboli, quia illi sublimantur in cælo, isti sepeliuntur in inferno, vbi est fouea valde profunda: In profundissimum infernum descendunt omnia mea. Et in psalmo: Ipsi introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Secundo quantum ad elongationem a loco iustorum, subdit: *Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis*. In loco scilicet continuæ afflictionis: Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum: Præparata est ab heri Tophet, *et cetera*. Deinde: Nutrimenta eius ignis et ligna multa, flatus Domini sicut torrens sulphuris succedens eam. *Vidit Abraam a longe, et Lazarum in sinu eius. Vere a* longe et quantum ad situm, et quantum ad statum, quia diues in loco infimo, ille autem in supremo: Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet gloria. Et: Lacebunt mali ante bonos, et impij ante portas iustorum. Item diues in afflictione erat, pauper in requie: Serui mei comedent: et vos esurietis. Item quia diues in egestate, et pauper in abundantia. Supra: Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes: Edent pauperes et saturabuntur. Et alibi: Diuites eguerunt et esurierunt: inquirentes autem Dominum, *et cetera*. Dicitur autem quòd vidit Abraam, et non ad solatium, sed potius ad cumulum tormentorum. Vnde Gregorius: Credendum est quòd ante retributionem extremi iudicij, iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt, vt eos videntes in gaudio, non solum de suo supplicio, verumetiam de eorum bono crucientur: Peccator videbit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit. Et: Videntes turbabuntur timore horribili, *et cetera*.

Tertio quantum ad aggregationem multiplicium calamitatum, subditur: *Et ipse clamans dixit: Pater Abraam miserere mei*. Vt sic ex clamore appareat magnitudo mæstitiæ, secundum illud: Ecce, serui mei laudabunt præ exultatione cordis, et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ contritione spiritus vlulabitis. Et hoc quidem conueniens fuit diuiti: Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur. *Et misit Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam*. Vt sic ex petitione guttæ aquæ, appareat multitudo inopiæ: Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, et nihil inueniet. Apprehendet eum quasi aqua inopia: Dormierunt somnum suum, et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Vnde Chrysostomus: Qui in pretiosis excessit in culpa, vilissima hic petijt in pœna. Et iterum loquens ad diuitem quidam, dicit: Lazarum videre non dignabaris, et nunc extremum eius digitum desideras? Et Beda: Diues ille qui mensæ suæ minima dare noluit, in inferno positus vsque ad minima quærenda peruenit, nam guttam aquæ petijt qui Lazaro micam panis negauit: Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem sustinebit penuriam. *Vt refrigeret linguam meam*. Vt sic ex afflictione linguæ appareat rectitudo diuinæ iustitiæ. Vnde Petrus Rauennas: Si iam te totum possidet infernus, quare solius linguæ desideras æstibus subueniri? an quia lingua magis ardet quæ pauperi insultauit? quæ misericordiam denegauit? Hæc præcedit ad iudicium, quæ præcessit ad peccatum. Hæc primo degustat cruciatus, quæ pretiosos cibos, et odorifera pocula degustauit, secundum illud: Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur. Vnde Beda in Glossa: Nota quòd, sicut mos est, inter conuiuia loquacitati studuit, et ideo apud inferos grauius in lingua ardere perhibetur. Vnde dicitur: In multiloquio non deerit peccatum. *Quia crucior in hac flamma*. Vt sic appareat rigor diuinæ vindictæ: Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Et: Ignis succensus est in furore meo, et ardebit vsque ad inferni nouissima. Præterea dicitur: Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij, ignis et vermis. Et nota quòd flamma hæc erat vera, sed lingua erat imaginaria, quia verus ignis affligit spiritus,

Prou. 5. d *Prou. 6. d* *Prou. 17. d* *3. Reg. 3. c* *Iob 31. d* *Exo. 4. b* *Prou. 21. b* *Iob 19. d* *Exa. 43. d* *Mat. 8. b* *1. Tim. 5. a* *Eccli. 40. a* *Apoc. 20. d* *Apoc. 8. d* *Isa. 14. c* *Iob 21. c* *Psal. 48. c* *Psal. 54. c* *Iob 17. d* *Psal. 62. b* *Apoc. 14. c* *Isa. 30. g* *Prou. 29. d* *Prou. 14. c* *Isa. 65. b* *Sup. 1. e* *Psal. 21. d* *Psal. 33. b* *Greg. hom. 40. in Euã to. 2.* *Psal. 111. b* *Sap. 5. a* *Isa. 65. c* *Prou. 21. b* *Iob 27. d* *Psal. 75. a* *Chrysost. in ps. 25. to. 1.* *Beda Glossa in hunc locum to. 5.* *Prou. 18. d* *Beda Glossa in hunc locum to. 5.* *Prou. 10. c* *Psal. 10. b* *Deut. 32. b* *Eccli. 7. b* *Sap. 11. c*

Digitized by Google

Mat.25.d spiritus; secundum illud: Discedite à me maledicti in ignem æternum, *et cetera*. Et anima etiam affligitur sub imaginibus, quas traxit a corpore, secundum
Sap.17. b illud: Apparebat illis subitaneus ignis, timore plenus: et timore percussi illius, quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur. Et
Reproborũ afflictio. post: Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris. Vnde ex hoc colligitur quòd in afflictione reproborum simul concurrit pœna vera et imaginaria, simul actio naturalis et supernaturalis, simul afflictio intrinseca et extrinseca, simul et propria et aliena, vt sic impleatur illud:
Sap. 5. c Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos: vera namque flãma adurebat, lingua etiam imaginaria et phantastica in anima diuitis aduſtioni illi fo-
Lingua. mentũ prębebat. Magis autem expressio fit de lingua quàm de alio membro quod cruciatur et affligitur in inferno, quia ipsa in culpis est, quasi fomes totius iniquitatis:
Iac. 3. a Lingua modicum quidem membrum est, et magna exaltat: ecce quantus ignis quàm magnam siluam incendit! Et lingua, ignis est vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quę maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostræ inflammata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum, *et cetera*, domantur. Sequitur: Linguã autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena ſte veneno mortifero.

Hoc autem dicitur quia ipsa lingua impugnat diuinam maiestatem, veritatem, bonitatem, mutuam charitatem, et omnium morum honestatem. Impu-
Psal.11. a gnat maiestatem per verba iactantiæ: Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus, *et cetera*. ideo præmittit ibi: Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, et linguam magniloquam. Item per verba blas-
Apo.16. a phemiæ: Commanducauerunt linguas suas præ do-
2. Mach. 15. f. c. lore, et blasphemauerunt Deum. Et: Linguam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari: blasphemauerat enim. Veritatem, per verba
Prou.36.d mendacia: Lingua fallax non amat veritatem, et os
Hiere.9.a lubricũ operatur minas. Extenderunt linguam suam
Ibid. b quasi arcum mendacij et non veritatis. Et post: Docuerunt linguam suam loqui mendacium, *et cetera*.
Psal.77. d Dilexerunt eum in ore, *et cetera*. Tota die iniustitiam
Psal. 51. a cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti do-
Psal. 49. d lum. Et iterum: Lingua tua concinnabat dolos. Et:
Eccli. 5. c Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in du-
Prou. 6. c plici lingua. Bonitatem, per verba blandientia, vt custodiant te a muliere mala, et a blanda lingua extraneæ. Et:
Eccli.20.b Fatuo non erit amicus, et non erit gratia in bonis illius: Qui enim edunt panem illius, fal-
Prou.28.d sæ linguæ sunt. Qui corripit hominem, *et cetera*. Item
Sap. 1. c per verba detrahentia. Custodite vos a murmuratione quæ nihil prodest, et a detractione parcite linguæ.
Eccli.28.d Et: Sepi aures tuas spinis, linguã nequam noli audi-
Prou. 25.d re detrahentem. Et: Ventus aquilo dissipat pluuias,
Iob. 20. b et facies tristis linguam detrahentem. Cum dulce fuerit in ore eius, malũ abscõdet illud sub lingua sua.
Psal. 30.d Mutuam charitatem per verba litigantia. Proteges eos in tabernaculo tuo, a contradictione linguarum: Non litiges cum homine linguato, et non strues
Eccli.8. a in ignem illius ligna. Et: Noli citatus esse in lingua
Eccli.4. d tua. Item per verba prouocantia: Fili hominum,
Psal. 56. a dentes eorum arma et sagittæ, *et cetera*. Et: Sagitta
Hier. 56.b vulnerans lingua eorum, dolum locuta. Acuerunt
Ps. 139. a linguas suas sicut serpentes. Omnem morum honestatem, per verba impudica. Liberasti me a lingua
Eccli. 51. a coinquinata, et a verbo mendacij: Lingua constitui-
Iac. 3. b tur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, et inflammat, *et cetera*. Item per verba infructuosa:
Iac. 1. d Si quis putat se religiosum esse non refrenãs linguam
Eccli. 1. c suam, *et cetera*. Et: Quis est enim qui non deliquerit lingua sua? *et cetera*. Et ideo Iacobus: Si quis in
Iac. 3. a verbo non offendit, hic perfectus est vir. Vnde dici-
Prou. 16. a tur: Hominis est animam præparare, et Domini gu-

bernare linguam. Propter quod dicitur: Mors, et vita in manibus linguæ. Et ideo orabat Ecclesiasticus:
Prou.18. d *Eccli.22.d* Quis dabit ori meo custodiam, et super labia mea signaculum certum, vt non cadam in ipsis, et lingua mea perdat me? Propter hoc ergo diues hic in inferno positus dicit, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Et dixit illi Abraam, et cetera. Postquam descripsit pœnam quantum ad miseriam inflictam, hic describit eam quantum ad misericordiam denegatam. Et hæc pars diuiditur in duas. In quarum prima exprimitur denegatio misericordiæ respectu personæ propriæ, in secunda respectu personæ coniunctæ, ibi: *Et ait: Rogo ergo te pater*, et cetera. Circa denegationem misericordiæ respectu personæ propriæ, introducuntur tria, scilicet dissimilitudo meritorum, oppositio stipendiorum, et rectitudo diuinorum iudiciorum. Primo igitur quantum ad dissimilitudinem meritorum, dicit:

Et dixit illi Abraam: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua: filium vocat non ex imitatione, sed ex naturali generatione. Filij alieni mentiti sunt mihi,
Psal.17. d filij alieni inueterati sunt. Vnde dicit Petrus Rauennas: Tu vocas me patrem, et ego te filium, vt te grauiter doleas perdidisse quod natus es, quòd tibi gratia dederat et natura. Huic filio dicit quòd recordetur bonorum non ad solatium, sed potius ad tormentum. Vnde Boetius: Infelicissimum genus fortunæ est, fuisse felicem. Et hoc recipit in remu-
Aug. in ser. 2. de tempore to. 10. nerationem bonorum suorum. Vnde Augustinus: Nota quòd diues iste aliquid boni habuit, ex quo bonũ transitorium in hac vita recepit. Erat enim de numero illorum de quibus dicitur; Amen dico vobis re-
Mat.6. a ceperunt mercedem suam. Hoc ergo meritum fuit transitorium, et præambulum ad supplicium. Sed contrarium fuit meritum Lazari. Vnde subdit: *Et Lazarus similiter mala*. Hoc est simile in contrario: Lazarus enim recepit mala ad tempus, ad purgandũ mala culpę, et ad inquirendum bona felicitatis æternæ. Vnde Bedа: Lazarus aliquid mali habuit, sed
Bedæ Glossa in hunc locum to. 5. ignis inopiæ purgauit. Et Gregorius: Si qua reprehensibilia in pauperibus videmus, non debemus despicere, quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat,
Gregor. homil. 40. in Euãg. to. 2. hos medicina paupertatis sanat. Et hæc est via perueniendi ad regnum. Per multas tribulationes oportet
Act.14. d nos intrare in regnum Dei. Vnde in hoc verificatum
Eccli.8. c est illud: Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum. Nec immerito dicitur:
Tob. 12. c Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.

Secundo quantum ad oppositionem stipẽdiorum subdit: *Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris*. Hic,
Ioan.16. b inquam, consolatur pro tribulatione: Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Vnde Matthæus: Beati qui lu-
Mat.5. a gent, quoniam ipsi consolabuntur. Sicut enim dicitur: Id quod in præsenti est momentaneum et leue
1.Cor.4. d tribulationis nostræ, supra modum, *et cetera*. Et ideo
Iac. 1. a Iacobus: Omne gaudiũ existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Et post: Beatus vir qui sustinet tentationem, *et cetera*. Vnde Chrysostomus: Si ægrotamus, si pauperes sumus, gaudeamus, accipiamus mala in vita nostra, vt post recipiamus bona, nam sic dicit Propheta: Trãsiuimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium. Et in huius figuram dicitur: In nuptijs aqua conuersa est in vi-
Ioan.2. a num. Aut è contrario: Diues crucietur: Væ vobis di-
Sup. 6. d uitibus, qui habetis consolationem vestram. Et: Ri-
Prou.14. b sus dolore miscebitur, et extrema gaudij luctus occupabit. Hæc enim delectatio temporalis est, in æternum deliciæ cruciantur. Vnde Gregorius:
Gregor. homil. 40. in Euãg. to. 2. Momentaneum est quod delectat, sed æternum est quod cruciat. Iusto igitur Dei iudicio est correspondentia, vt sic fit transitus a contrario in contrarium,

Digitized by Google

a tribulatione scilicet ad consolationem, et a consolatione ad æternam afflictionem: ad modum cuiusdam crucis, in cuius figuram dicitur de Iacob quòd in benedictione filiorum Ioseph manus cancellauit ad modum crucis. *Gen.48. c*

Tertio quantum ad rectitudinem diuinorum iudiciorum, subdit: *Et in his omnibus, inter nos et vos chaos magnum firmatum est*, in quo insinuatur impossibilitas appropinquandi inter reprobos et electos. *Eccles.11.a* Ecclesiastes: Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Hanc intransgressibilitatem vocat chaos, quia nec possunt boni in tenebras descendere, nec mali in lucem bonorum. Propter quod dicitur: Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. *Ioan.12. c* De hac intransgressibilitate in Glossa dicit Ambrosius: Inter pauperem et diuitem chaos est, quia post mortem nequeunt merita mutari, ac per hoc nec haberi aliqua consolatio mutua. Et ideo subdit: *Vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint*, præstando pietatis auxilium, *nec inde huc transmeare*, attingendo ad præmium æternum. Vnde Gregorius: Iustorum animæ, etsi in naturæ suæ bonitate misericordiam habẽt, iam tunc auctoris sui iustitiæ coniunctæ, tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur, mali quidem non possunt de ergastulo exire tartari infernalis: Relinquunt alienis diuitias suas: Et sepulchra eorũ domus illorum in æternum. De hoc non potest exiri quia: Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas: nec enim de inferno possunt egredi, nec in requiem electorum intrare. Non adijcet vltra vt pertranseat per te incircumcisus et immundus. Vnde dicitur: Foris canes et venefici, et impudici, et homicidæ, et idolis seruientes, *et cetera*. Boni autem non possunt transire ad malos videndos, possunt tamen ad contemplandos. Vnde Isaias: Egredientur et videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur: et erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

Ambr. in Gloss. interlin. in hũc locum to.5. *Greg. hom. 40. in Euã gel. to.2.* *Psal.48. b* *Eccls.9.c* *Isa. 52. a* *Apoc.22.c* *Isa. 66. g*

Et ait: Rogo ergo te Pater, et cetera, post denegationem misericordiæ respectu personæ propriæ, subditur hic denegatio respectu personæ coniunctæ. Circa quam introducuntur quattuor, scilicet petitio misericordiæ, denegatio misericordiæ postulatæ, ratio petitionis propositæ, et approbatio responsionis iam datæ. Primo igitur quantum ad petitionem misericordiæ respectu personæ coniunctæ, dicit:

Et ait: Rogo ergo te Pater, vt mittas eum in domum Patris mei. Hæc vero petitio erat carnalis, quia solum ad fratres se extendit, vnde subdit; *Habeo enim quinque fratres*: Miseratio hominis circa proximum suum, *et cetera*. Ideo carnalis erat, quia pro fratribus carnalibus, et secundum carnem viuentibus. Et hoc insinuat etiam ipse numerus quinarius in quo intelligitur quòd quinque sensibus corporis erãt dediti, secundũ illud quod dicitur Samaritanæ: Quinque viros habuisti, et hunc quem habes, *et cetera*. Et: Iuga boum emi quinque. Carnalis etiam, quia hoc non faciebat propter vitandum supplicium alienum, sed ne ex eorum aduentu augeretur suũ quod subdit: *Vt testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum*. Hoc quidem dicebat ne ex eorum præsentia sua calamitas cresceret per multiplicata proximorum tormenta. Vnde Beda: Seruatur diuiti ad pœnam suam et cognitio pauperis, quem despexit, et memoria fratrum quos reliquit, vt de visa gloria despecti, et de pœna inutiliter amatorum amplius torqueatur. Et illud est præcipue verum quando imitatores scelerum alienorum fiunt participes supplicijs amplius torqueantur, et eorum videbunt gloriam quos contempserunt, et illorum pœnam, quos inutiliter amauerunt. Erat autem hæc petitio non solum carnalis respectu sui, verum etiam crudelis respectu proximi, quia propter amorem suorum parentum carnalium volebat quòd Lazarus egrederetur sinum quietis, et iret in locum periculorum, vt verificetur illud in eo: Nouit iustus iumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia. Vnde et Christus qui Lazarum fratrem Mariæ ad vitam reuocauit fleuisse dicitur: Et lacrymatus est Iesus. Erat etiam fatua, quia credebat plus valere verbum hominis mortui, quàm immortalis Dei. Vnde impletur in eo illud: Sed in via stultus ambulãs, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat, *et cetera*. Vnde Glossa: Serius hic diues magister incipit esse, cum iam nec discendi tempus habeat, nec docendi. Erat similiter inuerecunda, quia parua negauerat, et modo maxima postulabat: contra illud quod dicitur: Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, et ad dandum collecta, *et cetera*.

Beda Gloss. in hunc locum to.5. *Greg. hom. 40. in Euã gel. to.2.* *Prou.12.b* *Ioan. 11.c* *Eccli.19.a* *Gloss. in hũc locum to.5.* *Eccli.4. b*

Secundo quantum ad denegationem misericordiæ postulatæ, subdit: *Et ait illi Abraam: habent Moysen et prophetas: audiant illos*. Moysen, ideſt doctrinam legis, quæ audienda est pro magnitudine auctoritatis. Nam: Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et ideo dicebat Legislator: Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Subditur: Date magnificentiã Deo nostro. Dei perfecta sunt opera. *Et habent etiam prophetas*, ideſt doctrinam prophetarum audiendam pro certitudine veritatis, secundum illud: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris, qui huius duplicis doctrinæ verba tam auctentica et tam certa audire recusat, nullam prorsus habet excusationem. Propter quod dicit Dominus per Hieremiam prophetam: Si non audieritis me, vt ambuletis in lege mea quam dedi vobis, vt audiatis sermones seruorum meorũ prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens et dirigens, et non audistis: dabo domum istam sicut Silo, et vrbem hanc dabo in maledictionem. Si igitur inexcusabiles sunt qui non audiunt legem et prophetas, prorsus inexcusabiles sunt qui non audiunt Apostolos et Euangelistas, immo nec ipsam sapientiam incarnatam. Vnde ipsa conqueritur: Quia vocaui et renuistis, extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret. Subditur: Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit. Qui hanc sapientiam quæ foris prædicat in plateis non vult audire, prorsus inexcusabilis est, quia sibi prohibent testimonium lex et prophetæ. Vnde Matthæus: Apparuerunt illis Moyses et Elias cum eo loquẽtes. Sequitur: Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, *et cetera*, ipsum audite, et propterea dicitur: Oportet obseruare nos ea quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus. Subditur: Quo modo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Et: Accessistis ad testamenti noui Mediatorem Iesum, et sanguinis asperſionem melius loquentem quàm Abel. Videte ne recusetis loquentem.

Prou.28.b *Deut.32.a* *2.Pet.1. d* *Prou.1.c* *Hier.26.b* *Mat.17.a* *Heb.2.a* *Heb.12. f*

Tertio quantum ad rationem petitionis propositæ, addit: *At ille dixit: Non pater Abraam, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent*. In hoc ostendebat fratrum suorum carnalitatem, vtpote qui magis mouerentur ad corporalem suscitationem, quàm ad spiritualem reuelationem. Vnde hi erant de numero illorum de quibus dicitur: Dixerunt impij cogitantes apud se non recte. Deinde: Non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. In hoc etiam ostendebat suam, et fratrum

Sap.2. a

fratrum ſuorum peruerſitatem, vt teſtimonium hominis mortui præferrent teſtibus diuini verbi. Contra illud Iſaiæ: Numquid non populus a Deo ſuo requiret viſionem? pro viuis a mortuis? Ad legem magis, et ad teſtimoniū. Quod ſi non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. In hoc etiam oſtendebat fratrum incredulitatem, vt nollent credere, niſi ſigna et prodigia viderēt ſicut ille regulus: Niſi ſigna et prodigia videritis, non creditis. In hoc ſimiliter oſtendebat fratrum fatuitatem, quia magis deberent ad pœnitentiam prouocari ex hoc quòd vident homines mori, quàm ſi viderent eos reſuſcitari. Memor eſto iudicij mei: ſic enim erit et tuum, mihi heri, et tibi hodie. Et: Ante mortem confitere: A mortuo quaſi nihil perit confeſſio. Non mortui laudabūt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernū.

Iſa. 8. d *Ioan. 4. g* *Eccli. 38. c* *Eccli. 17. d* *Pſ. 113. d*

Quarto quantum ad approbationem reſponſionis iam dictæ, ſubdit: *Ait autem illi: Si Moyſen et Prophetas non audiunt*, eis ſcilicet obediendo, ſic enim audiendi ſunt, ſecundùm illud: Beatus qui legit et audit verba prophetiæ huius, et ſeruat ea, *et cetera*. Qui tantos teſtes non audit, veritatem contemnit, ſecundum illud Ezechielis: Domus Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Iſrael attrita frōte eſt, et duro corde. Vnde, quia tantæ veritati reſiſtunt obdurati et inhabiles ad credendum, ideo addit: *neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent*. Ratio huius conſequentiæ eſt, quia qui non credit teſtimonio magis credibili, nec etiam minus credibili. Huius exemplum habemus in Lazaro alio reſuſcitato, cui Iudæi increduli non ſolum non crediderunt, immo ſicut dicitur: Cogitauerunt principes ſacerdotum, vt et Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, et credebant in Ieſum. Sed phariſæi obſtinati non ſolum non crediderunt, verumetiam fidem credentium extinguere volebant. Huius exemplum habemus etiam in Chriſto, cui etiam ſuſcitato Iudæi credere noluerūt. Vnde Chryſoſtomus: Chriſtus a mortuis reſurrexit, et quæ mala erant in inferno nunciauit: deſcendit et de cælo, et quæ bona ibi erant prædicauit, nec tamen eſt ei creditum. Et hoc eſt, quia tales recuſauerunt teſtimonia legis et prophetarum. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan et mihi, de me enim ille ſcripſit. Si autem illius litteris non creditis: quo modo verbis meis credetis? Ex prædictis igitur apparet diuiti immiſericordi omnino ab Abraam patre pijſſimo miſericordia denegata, vt impleatur illud: Tu pater noſter, et Abraam neſciuit nos. Et ſic verificatum eſt illud: Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. Et: Impijs vſque in nouiſſimum ſine miſericordia ira ſuperuenit. Talibus enim dicitur in iudicio illud: Diſcedite a me maledicti in ignē æternum, qui præparatus eſt diabolo et angelis eius.

Ioan. 12. b *Ioan. 5. g* *Iſa. 63. d* *Iac. 2. b* *Sap. 19. d* *Mat. 25. d*

CAPVT XVII.

ET *ait ad diſcipulos ſuos*, et cetera.] Poſt confutatam Iudæorum impietatem ſecundum eleemoſynas corporales, ſequitur hic ſecunda pars, in qua inuitat ad pietatem ſecundum eleemoſynam ſpiritualem. Diuiditur autem hæc pars in tres: in quarum prima diſcipulos informat documento rationabili: In ſecunda manifeſtat exemplo ſenſibili, ibi: *Et dixerunt Apoſtoli Domino*. In tertia confirmat facto admirabili, ibi: *Et factum eſt dum iret*. Circa documentum rationabile, primo præmittit diſſuaſionem ſpiritualis impietatis, quæ conſiſtit in ſcandalo proximorum: deinde adiungit perſuaſionem pietatis ſpiritualis, quæ conſiſtit in remiſſione iniuriarum ſiue offenſarum, ibi: *Attendite vobis: Si peccauerit*, et cetera. Circa diſſuaſionem igitur impietatis ſcandali, procedit hoc ordine. Oſtendit ſcandalum paſſiuum ineuitabile, actiuū autem damnabile, et ſupplicium eius horribile. Primo igitur quantum ad ineuitabilitatem ſcandali paſſiui, dicit:

Diuiſio.

Et ait ad diſcipulos ſuos, impoſſibile eſt, vt non veniant ſcandala. Hoc enim non dicitur de ſcandalo actiuo, quia illud bene poteſt quis euitare, ſed de paſſiuo, quod non eſt in poteſtate alicuius hominis, quia illud aliquando occaſionem ſumit non ſolum de malo, verumetiam de bono, ſicut dicitur de Iudæis: Qui ſcandalizabantur in eo. Propter quod Matthæus: Beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Quia dicitur non credentibus: Lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: et lapis offenſionis, et petra ſcādali. Hoc autem permittit Deus iuſto iudicio euenire ad vindictam malorum, et probationem iuſtorum. Vnde Matthæus: Neceſſe eſt vt veniant ſcandala. Et ratio redditur: Oportet hereſes eſſe, vt et qui probati ſunt, manifeſti fiant. Licet autem per malos et a malis veniant ſcandala, debent tamen a viris iuſtis, quantum poſſunt, euitari ſalua veritate triplici. Vnde Beda: Nota quòd in quantum potes ſine peccato, vitare debes ſcandalum proximi: quod ſi de veritate eſt, pro ſcandalis relinqui veritas non debet. Eſt autem triplex veritas, quæ non debet pro ſcandalo relinqui, ſcilicet vitæ, doctrinæ, et iuſtitiæ. Vnde Hieronymus: Omne quod poteſt fieri, vel non fieri, ſalua triplici veritate, dimittendum eſt Iſtud autem non eſt neceſſitatis, ſed perfectæ iuſtitiæ, ſecundum quam dicebat Apoſtolus: Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Et: Bonum eſt, non manducare carnem, et non bibere vinum: neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. Vnde ſi aliquis propter perfectionis opera ſcandalizatur, non ſunt tamen dimittenda. Hinc Hieronymus de morte Blaſillæ: Scandalizat quempiam veſtis fuſcior, ſcandalizat Ioannes, qui camelorum pilis veſtitus erat. Exemplum autem dimittendi indifferentia propter ſcandalum, habemus in Chriſto: Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, *et cetera*. Vbi ſoluit tributum. Et tamen documenta veritatis propter ſcandalum non dimiſit. Vnde Matthæus: Scis, quia phariſæi, audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt. At ille reſpondens, ait: Sequitur: Sinite illos, cæci ſunt, et duces cæcorum, *et cetera*.

Mar. 13. g *Mat. 11. a* *1. Pet. 2. b* *Mat. 18. a* *1. Cor. 11. d* *Beda Gloſſa in hunc locum to. 5.* *1. Cor. 8. d* *Rom. 14. a* *Mat. 17. d* *Mat. 15. b*

Secundo quantū ad damnabilitatem ſcandali actiui, ſubdit: *Va autem illi, per quem veniunt*, id eſt, qui actiue ſcandalizāt. Illi autem actiue ſcandalizant, qui per dictum vel factum minus rectum præbent occaſionem ruinæ. Nam Gloſſa dicit: Scandalum eſt, vbi rectè ambulanti deceptio ad peccandum ſubijcitur, ſicut fecit Balaam filijs Iſrael. Propter quod dicitur: Habes tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filijs Iſrael, edere, et fornicari, *et cetera*. Hoc ſcandalum eſt impietatis ſpiritualis, cum quis malo exemplo animam proximi occidit, et ideo ipſe dignus morte efficitur. In cuius figuram dicitur: Cur feminas reſeruaſtis? Nonne iſtæ ſunt quæ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionem Balaam, et præuaricari vos fecerunt in Dominum, *et cetera*. Sequitur: Ergo cunctos interficite, quidquid eſt generis maſculini etiam in paruulis. et mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate. Et: Hoſtes vos ſentiant Madianitæ, et percutite eos, quia et ipſi hoſtiliter egerunt contra vos. Maxime enim hoſtiliter agit qui ſpiritum vitæ in fonte cordis extinguit. Ideo dicitur: Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, et proijce abs te: et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, et proijce abs te: bonum tibi eſt vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Hoc autem non intelligitur de corporalibus membris, ſed de amicis, qui tamquam

Num. 31. c *Apo. 2. d* *Num. 31. c* *Num. 25. d* *Mat. 18. a*

Digitized by Google

membra sunt nobis carnaliter coniuncti, a quibus, si scandalizant, debemus separari, secundum illud:
Mat.10.d Veni separare hominem aduersus patrem suum, *et cetera*, et nurum aduersus socrum suam, et inimici
Eccl.6. d hominis domestici eius. Ideo dicitur: Ab inimicis tuis separare, et ab amicis attende. Chrysostomus: Nihil ita nociuum est sicut conuersari cum perniciosis. Et ideo ipse dicit: Si membra abscidimus cum incurabiliter se habuerint, et reliquis obfuerint, multo magis in amicis hoc facere debemus.

Tertio quantum ad horribilitatem supplicij, subdit: *Vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum*
Beda Glos. in hunc locum to.5. *eius, et proiiciatur in mare*. Beda: Secundum ritum prouinciæ loquitur, vbi erat ista pœna criminum, vt ligato saxo in profundum demergeretur. Hoc inquam dicit vtilius, *quàm vt vnum scandalizet de pusillis istis*. Quia longe minor est ista, quàm illa quam
Beda Glos. in hunc locum to.5. scandalizando proximum meretur. Vnde Beda: Vere vtilius innoxium grauissima pœna vitam finire, quàm lædendo fratrem, mortem mereri perpetuam. Et iterum: Vtilius est enim pro culpa breuem recipere pœnam, quàm æternis cruciatibus reseruari. Ratio autem quare tãta pœna debeatur scandalizanti est, quia aufert Christo illud quod amat maxime,
Sap. 11. d scilicet animam, secundum illud: Tua sunt Domine omnia, qui amas animas. Vnde et Apostolus;
1.Cor.8.d Peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est. Et sequitur: Sic autem peccantes in fratres, et in Christum peccatis. Alia ratio est, quia sicut operibus ædificationis magna debetur corona, ita de ædificantibus magna debetur
Rom. 14.c pœna: Quæ pacis sunt sectemur: et quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus, noli propter escam destruere opus Dei. Tertia ratio est, quia sicut magna crudelitas est affligere ægrotantes, sic magna peruersitas est seducere simplices: propter quod di-
Leuit.19.c citur: Nec coram cæco pones offendiculum. Et ideo signanter dicitur: *Vnum de pusillis istis*. Quarta ratio: quis scandalizans obligatur non solum ad reddendã animam suam, verumetiam animam scandaliza-
Exo.21. f tam: Si quis aperuerit cisternam, et non operuerit eam, ceciderit q. bos aut asinus in eam, reddet Dominus cisternæ pretium iumentorum. Est autem hoc peccatum graue in omnibus sed maxime in his, quorum vita trahitur in exemplum, sicut sunt prælati, sicut magni clerici, sicut etiam viri religiosi et
Malac.2. famosi. Vnde dicitur: Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore eius. Sequitur: Vos autem recessistis de via, et scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, *et cetera*, propter quod et ego dedi vos contemptibiles, *et cet.*

Attendite vobis, et cetera. Postquam dissuasit impietatem quæ consistit in scandalo proximorum, hic consequenter suadet pietatem spiritualem, quæ consistit in remissione iniuriarum. Et quoniam pietas debet exhiberi secũdum ordinatam charitatem, quæ consistit in custodia respectu sui, et clementiã respectu proximi, ideo in hac parte hortatur Apostolos ad custodiam suarum mẽtium, ad disciplinam respectu aberrantium, et ad indulgentiam respectu pœnitentium. Primo igitur quantum ad custodiam suarum mentium dicit:

Attendite vobis. Quasi diceret, prius debetis circa vestram correctionem inuigilare quàm circa pec-
Eccli.39.d cata proximi: Miserere animæ tuæ placens Deo.
1.Tim.4.d Hoc docebat Apostolus: Attende tibi et doctrinæ, *et cetera*. Hoc enim faciens, teipsum saluum facies et eos qui te audiunt. Et istud maxime est ipsorũ prę-
Act.20. f latorum qui primo debent circa se inuigilare: Attendite vobis et vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiã Dei quam acquisiuit sanguine suo. Hic autem ordo est necessarius, ne forte dicatur intendenti correctioni alienæ
Rom. 2. d et negligenti suam, illud: Qui alium doces, teipsum non doces? Et illud: Hypocrita, eijce primum *Mat. 7.a*
trabem de oculo tuo, et tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Et ideo dicebat bonus ille speculator: Super speculam Domini ego sum stans *Isa. 21. b*
iugiter per diem: et super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. Intendebat proximo non sicut Cain: Numquid custos fratris mei sum ego? *Gen. 4. b*
Intendebat sibi ne diceretur illud: Medice, cura teipsum. *Sup.4.d*

Secundo quantum ad disciplinam respectu peccantium, subdit: *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum*. Et per correptionem amicabilem, secundum illud: Argue, obsecra, increpa in omni patientia *2.Tim.4.a*
et doctrina. Et: Corripe amicum, ne forte non intellexerit, et dicat: Non feci: aut si fecit, ne iterum addat. Vnde ista increpatio non debet venire ex ira, sed ex clementia, non ex libidine vindictæ, sed ex amore iustitiæ. Vnde Gregorius in moralibus: Si proximos sicut et nos diligere debemus, restat, vt eorum peccatis sicut et nostris irascamur. Dicitur autem peccare in nos, quando non solum in personam nostram, sed etiam nobis præsentibus peccat. *Serm. 16. to.10.*
Vnde Augustinus de Verbis Domini: Peccat frater in nos, si etiam nobis scientibus, peccat: quia quantum in eo est, exemplo nos corrumpit, quos testes iniquitatis efficit. Et nota quòd in hac increpatione seruari debet ordo qui exprimitur ibi: Si pecca *Mat.18.b*
uerit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum. Et post subdit quòd adhibendi sunt testes, deinde dicendum est Ecclesiæ. Nam primo peccator debet reuocari amore: quod fit quando recte monetur: Si præoccupatus fuerit homo in ali- *Gal. 6. a*
quo delicto, *et cetera*. Secundo, pudore: quod fit cum testes adhibentur, secundum illud: Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue *Leui.10.d*
eum, ne habeas super illo peccatum. Tertio autem terrore: quod fit in facie Ecclesiæ: Peccantes coram *1.Tim.5.c*
omnibus argue: vt et ceteri timorem habeant. Hic autem ordo congruitatis est, non necessitatis, et maxime si percipiatur quòd proximus incorrigibilis est ad verbum fratrum, et tamen corrigibilis manu forti, secundum illud: Noli arguere derisorem, ne oderit te: Vnde Hieronymus: Frustra niti, et nihil aliud *Prou.9. b*
laborando quàm odium quærere, extremæ dementiæ est. Propter hoc sanctus Ioseph istum ordinẽ seruauit, de quo in Genesi dicitur quòd accusauit fra- *Gen.37. a*
tres suos apud patrẽ crimine pessimo. Ex quo datur forma quòd prælato qui vult prodesse, etiam nulla præcedente correptione, potest et debet culpa proximi accusari extra iudicium si sit occulta: et in iudicio, si habeatur probatio certa. Vnde Beda: Ita *Beda Glos. in hunc locum to.5.*
peccat qui peccantem videns tacet, sicut qui pœnitenti non indulget: quod quidem intelligitur, quando verbo suo potest proximus corrigi, et maius periculum non timetur. Vnde super illud: Exite de *2.Cor.6.d*
medio eorum, dicit Glossa: Exire est facere quod *Glos. in hũc locum to.6.*
pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu vniuscuiusque, salua pace.

Tertio quantum ad indulgentiam respectu pœnitentium, subdit: *Et si pœnitentiam egerit, dimitte illi*.
Beda: Non iubemur passim peccanti, sed pœnitenti *Beda Glos. in hunc locum to.5.*
dimittere. Primum ergo est peccantem increpare, vt post pœnitenti possimus dimittere. Hanc enim legem statuit Dominus in oratione Dominica: Di- *Mat. 6. b*
mitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus, *et cetera*. Et sequitur: Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester cælestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ideo dicitur: Relinque proximo tuo nocenti te, et *Eccli.28.a*
tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat iram: et a Deo quærit medelam? In hominem similem sibi, non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit, reseruat iram:

Digitized by Google

iram: et propitiationem petit a Deo? Et quoniam misericordia debet excedere offensam, ideo subdit: *Etsi septies peccauerit in te*, per læsionem multiplicem.

Beda Glos. in hunc locum to. 5. *Prou. 24. b* Beda: Solet vniuersitas septenario designari, propter quod etiam dicitur: Septies enim in die cadit iustus, et resurget. Possunt autem per istas septem vices septiformes colligi tribulationes, quibus quis proximum lædit, seducendo intellectum, corrumpendo affectum, affligendo corpus, subtrahendo propria, denegando sua, verbo lædendo famam, et exemplo vitiando vitam. De quibus dicitur: In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum. Hæc omnia dimittenda sunt pœnitenti: propterea addit: *Et septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, pœnitet me*, per mentalem compunctionem. *Dimitte illi*, per misericordem condonationem, ne forte dicatur tibi illud quod dictū est seruo nequam:

Iob 5. c *Mat. 18. d* Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui, sicut et ego tui misertus sum? Sicut ergo Deus omni petenti veniam tribuit, secundum illud:

Eze. 33. e Impietas impij non nocebit ei in quacumque die cōuersus fuerit, *et cetera*. Sic et nos debemus pœnitenti dimittere. Ponitur enim hic numerus finitus pro infinito. Vnde Chrysostomus: * Et si septuagies septies dimiseris, tum sicut gutta aquæ ad pelagus, ita immo multo magis deficit tua φιλανθρωπία ad infinitam bonitatem Dei. Debent ergo omnes offensæ quantæcumque, et quotcumque, et quandocumque, et inquemcumque, et a quocumque factæ fuerint, dimitti, si humiliter per veram pœnitentiam venia postulatur. Debet etiam persequenti offensa remitti, sed aliter petenti, aliter persequenti. Vnde Glossa Bedæ: Aliter fratri petenti, aliter inimico persequenti veniam dare præcipimur. Fratri concessa remissione socia charitate communicamus. Persecutori malum nobis volenti, vel si potest nobis facienti, bona voluntate faciamus quod possumus. Et hoc exemplo Christi, de quo infra: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Exemplo Dauid, qui dicebat: Si reddidi retribuentibus mihi mala, *et cetera*. Exemplo protomartyris Stephani, de quo dicitur: Positis autem genibus, clamauit vòce magna: Domine ne statuas illis hoc peccatum: Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino.

Chrys. hemil. 62. in c. 18. Mat. to. 2. φιλανθρωπία, id est humanitas, benignitas, seu misericordia.

Beda Glossa in hunc locum to. 5 *Inf. 23. e* *Psal. 7. a* *Act. 7. g*

Et dixerunt Apostoli Domino. Postquam informauit discipulos ad spiritualem pietatem rationali documento, hic secundo manuducit exemplo. Et quoniā duplex est radix pietatis spiritualis, scilicet fides ferua, et humilitas timorata, secundum illud: Timor Dei initium dilectionis eius. Fidei autem initium agglutinandum est ei. Ideo hic primo proponit exemplum quod manuducit ad feruidam fidem. Secundo vero, quod manuducit ad timoratam humilitatē, ibi: *Quis autem vestrum habens seruum*. Circa igitur exemplum manuducens ad fidem tria insinuantur, quæ ad perfectionem fidei concurrunt, scilicet fidei ortus, profectus, et virtus. Fidei ortus consistit in susceptione doni diuini: profectus in cooperatione liberi arbitrij: virtus vero in executione mirandi imperij. Primo ergo quantum ad fidei ortum consistentem in susceptione doni diuini præmittit:

Ecclı. 25. b *2. Cor. 12. a* *Heb. 11. a*

Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem. Videntes enim Apostoli, se non sufficere ad illa sublimia opera pietatis, quæ consistunt in scandalis vitandis et iniurijs remittendis, sine magnitudine fidei, petunt sibi fidem augeri per donum diuinum, a quo fides habet originem, quæ non est homini a seipso, sed ex dono et munere diuino. Vnde dicitur: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eumdem spiritum, alteri fides in eodem spiritu. Petunt a Domino fidem sibi augeri, tamquam donum primarium: Fides, est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, *et cetera*. Et post: Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem, *et cetera*. Petunt similiter tamquam donum aliorum donorum imperatiuum. Postulet in fide, nihil hæsitans. *Iac. 1. b* Et: Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis, *et cetera*. Petunt etiam tamquam donū custoditiuum: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, *et cetera*. Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiore homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris. Et ideo Dominus dicebat Petro: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Ob hoc etiam dictum est ipsi Petro: Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, *et cetera*.

Mat. 21. c *Mat. 15. c* *Ephe. 3. e* *Inf. 22. d* *Mat. 16. c*

Secundo quantum ad fidei profectum consistētem in cooperatione liberi arbitrij, subdit: *Dixit autem Dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis*. Per granum sinapis, quod in se est quantitate paruum, acumine feruidum, et incremento magnum, intelligimus liberi arbitrij cooperationem quantum ad captiuationem intellectus, inflammationem affectus, et multitudinem boni effectus. Vnde interlinearis, declarat cuiusmodi fidem debeant quærere, scilicet humilem et feruētem, cui numquam sufficiat quod bene gessit. In grano namque sinapis, propter paruitatē intelligitur fides, in qua est purificatio intellectus. Simile est regnum cælorum grano sinapis, *et cetera*. Subditur: Quod minimum est omnibus seminibus. Nullâ enim virtus adeo captiuat intellectum humanum, sicut fides. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, *et cetera*. Per acumen autem intelligitur inflammatio affectus. Vnde Glossa: Fidem perfectam grano sinapis comparat, quod in facie est humile, et nullarum virium apparens, sed pressuris tritum quantū intus ferueat ostenditur. Vnde de Apollo dicitur: Hic erat edoctus viam Domini, et feruens spiritu loquebatur, *et cetera*, ea quæ sunt Iesu. Propter incrementum illud intelligitur multiplicatio boni affectus, secundum illud: Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit. Subditur: Cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, et fit arbor. In quo intelligitur bonorum operum multitudo et congeries cumulata. Vis scire o homo inanis quoniam fides sine operibus mortua est? Abraam pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: et ex operibus fides consummata est. *et cetera*.

Gloss. interlin. in hunc locum to. 5. *Mat. 13. e* *2. Cor. 10. b* *Gloss. in hūc locum to. 5.* *Act. 18. f* *Mat. 13. e* *Iac. 2. d*

Tertio quantum ad fidei virtutem in executione mirandi imperij, subiungit: *Dicetis huic arbori moro, Eradicare, et transplantare in mare: et obediet vobis*. In quo datur intelligi mira virtus fidei, quantum ad ea quæ aguntur secūdum cursum naturæ, et secundum impetum culpæ, et secundum meritum iustitiæ. Omnia enim hæc subsunt regimini diuinæ prouidentiæ, et quodam modo imperio fidei perfectæ, secundum illud: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Secundum litteram igitur per imperium fidei supra morum transplantandam intelligitur imperium respectu corporalium elementorum. Vnde Glossa: Species ponitur pro genere, quia fides consummata etiam potest elementis imperare. Hinc etiam dicitur: Si habueritis fidem, et non hæsitaueritis, *et cetera*. Sed et monti huic dixeritis: Tolle et iacta te in mare, fiet. Propterea explicat Apostolus de sanctis dicens quòd per fidem vicerunt regna. Subditur: Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, et fortes facti sunt in bello. Secundum autem tropologiam intelligitur in hoc imperium respectu diaboli, et tentationum eius.

Mat. 17. b Sensus litteralis.

Gloss. interlin. in hunc locum to. 5. *Mat. 21. b* *Heb. 11. f* Tropologia.

Vnde

Amb. to.3. li.8.in c.17 Luce. Vnde Ambrosius: Fructus mori primo albet in flore, deinde iam formatus irrutilat, maturitate nigrescit. Diabolus quoque ex albenti angelicæ flore naturæ, et potestate rutilante, præuaricatione deiectus, tetro inhorruit odore peccati qui per fidem excluditur. Vnde dicitur: Aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Et: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Secundum autem allegoriam intelligitur imperium respectu prædicationis crucis et Euangelicorum sacramentorū. Vnde Glossa: Per morum cuius colore sanguineo fructus et virgulta virent, Euangelium crucis exprimitur, quæ per fidem Apostolorum de gente Iudæorum, in qua velut in stirpe generis tenebatur verbū prædicationis, eradicata est, et in mare gentium trāsplantata. Huius sanguis accendit nos ad conflictum contra monstra virorum. Vnde in Machabæis: Elephantis ostenderunt sanguinem vuæ, et mori, *et cetera*. Hæc transplantatio per fidem Apostolorum docentium, et miracula facientium facta est in Ecclesia de Gentibus congregata. Vnde Ioannes: Qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet. In huius figuram dicitur: Fide, muri Iericho corruerunt circuitu dierum septem. Fide, Rahab meretrix non perijt cum incredulis. In quo intelligitur transplantatio mori in mare, per reprobationem Iudæorum, et electionem gentilium prædictorum.

1.Pet.5.c — Ephes. 6.c — Gloss.in hūc locum to.5 — Verbū prædicationis. — 1.Mac. 6.d — Ioan.14.b — Heb. 11.e

Quis autem vestrum habens seruum. Post exemplum manuducens ad fidem seruidam, subdit hic exemplum manuducens ad humilitatem timoratam. In huius autem exempli descriptione hoc ordine procedit, proponit namque obsequium seruitutis, assumit necessitatem seruiendi, et concludit humilitatem spiritualis seruitutis. Primo igitur quantum ad obsequium seruitutis quod quærendo proponit, dicitur:

Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, per laborem vitæ actiuæ quæ consistit in operando viriliter. Et hoc insinuatur in actu arandi, secundum illud Oseæ: Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. Et supra: Nemo mittens manum ad aratrum, *et cetera*. Consistit etiam in præsidendo solicite, et hoc insinuatur in actu pascendi, secundum illud quod dictum est Petro: Pasce oues meas. Glossa: Seruus arans vel pascens, doctor est Ecclesiæ, de quo dicitur: Nemo mittens manum ad aratrum, *et cetera*. Et Dominus Petro ait: Pasce oues meas. *Qui regresso de agro dicat illi: statim transi, et recumbe*. Per dulcorem contemplatiuæ. In qua est regressus ad cor: Animalia ibant, et reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Est etiam transitus ad dilectionis conuiuium, secundum illud:

Oseæ 10.e — Sup. 9.g — Ioan.22.c — Gloss.in hūc locum to.5. — Ezech.1.d — Eccli.24.c

Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis adimplemini: spiritus enim meus super mel est dulcis. Hæc enim refectio non statim datur homini venienti de exercitio actionis, vt dicitur: In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, et non inueni. Quia Dominus non statim se offert, vt humilius et vigilantius requiratur. Vnde subdit: *Et non dicit: Para quod canem, et præcinge te et ministra mihi donec manducem et bibam*, scilicet per gemitum compunctionis internæ, in qua conuiuium paratur: Ante orationem præpara animam tuam, et noli esse quasi homo qui tentat Deum. Seipsum præcingit, restringendo mentales defluxus: Succincti lumbos mentis vestræ, *et cetera*. In hac etiam ministrat, seipsum deijciendo, et Deum cibat, et potat dum facit quod maxime acceptat: Si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, et cænabo cum illo. Vnde Glossa: Ministrat Conditori, qui eius misericordiā considerans, et eius iudicia pertimescens, de suis virtutibus se humiliat. Et quia post hāc compunctionem sequitur deuotio, ideo subdit: *Et post hac tu manducabis, et bibes*, per gustum suauitatis æternæ. Glossa: Postquam tua prædicatione, et compunctione refectus ero, tunc æternis meæ sapientiæ dapibus reficieris: Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, et delectatus sum, *et cetera*. Et iterum: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Et post: In voce exultationis et confessionis sonus epulantis. Et iterum: Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, *et cetera*. Hoc autem totum facit Dominus ad humilitatem conseruandam, quæ æternarum virtutum est radix, conseruatio et custodia. Ideo et Paulus iam perfectus dicebat: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, *et cetera*. Et: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo inuenies gratiam. Nam: Cum consummauerit homo, tunc incipiet.

Gloss.interlin. in hūc locum to.5. — Psal.76.a — Psal.41.a — Psal.29.d — 2.Cor. 12.d — Eccli.3.e — Eccli.18.a

Secundo quantum ad necessitatē seruiendi quam assumit, subdit: *Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit qua ei imperauerat? Non puto*, idest, puto quòd non. Glossa: Quid mirum, si facit seruus quod debet, cuius est laborare et seruire assidue: Seruum inclinant operationes assiduæ. Et nota quòd Dominus non habet agere gratias seruo, non quia eius opera non acceptet, cum dicatur: Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratre sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ comparasti illum. Sed hoc dicitur, quia quod facit, magis est debitum quàm donum: magis iustitia mercationis, quàm gratia supererogationis. Et hoc maxime est verum in Deo. Vnde Iob: Porro si iuste egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua percipiet? Vnde Glossa: Si homo ab homine seruo, non vniforme sed multiplex ministerium exigit, nec gratum habet: quanto magis nec vos qui sine me nihil potestis: non vnius vsum operis, vel laboris exercere debetis, sed semper nouis studijs augere priora. Si enim verum istud est in homine seruo alterius hominis quòd seruitia eius magis sunt debita quàm grata, hoc multo verius est in homine seruo Dei. Tum quia omnia sunt ab ipso: Omnia opera nostra operatus es Domine: Tua sunt omnia: et quæ de manu tua accipimus; dedimus tibi. Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate: Tum quia omnia sunt per ipsum: Quis appendit tribus digitis molem terræ, et librauit in pondere montes, et colles in statera? Et postea: Ecce, gentes quasi stilla situlæ, et quasi momentum statera reputatæ sunt. Subditur: Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, et quasi nihilum et inane reputatæ sunt ei. Tum quia omnia sunt propter ipsum: Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Et ideo Apostolus ait: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Gloss.in hūc locum to.5. — Iob 35.b — Ioan.15.b — Isa. 26.b — 1.Par.29.d — Phil. 2.b — Isa. 40.c — Prou.16.b — 1.Cor.10.g

Tertio quantum ad humilitatem spiritualis seruitutis quam concludit, subiungit: *Sic et vos cum feceritis omnia quæ precepta sunt vobis*, per completionem obedientiæ: hæc enim est vera obedientia, qua omnia implentur mandata. Nam Iacobus dicit: Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Et: Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, et eos opere perficit. Et ideo Dominus dicit: Ad omnia quæ mittam te, ibis: et vniuersa, quæcumque mandauero tibi, loqueris. Et propheta in psalmo: Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, *et cetera*. Qui sic est obediens in opere, debet esse humilis in reputatione. Et ideo subdit: *Dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus*, per recognitionem infirmitatis propriæ: serui, inquam, quia empti vltra quàm valeatis: Empti estis pretio magno. Glorificate

Iac.2.b — Deut.27.d — Hier.1.b — Ps.118.q — 1.Cor.6.d

Digitized by Google

1.Pet. 1. c rificate et portate, *et cetera*. Et: Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, *et cetera*: sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati, et cetera. *Inutiles*. Non quia opera nostra bona nullam habeant mercedem vel fructum, quia vtilia sunt nobis, sed quia nihil ex hoc diuinæ

Psal. 15. a bonitati cõferimus: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Nihil etiam est, quod facimus in comparatione eius, quod recipimus, et Deo debemus. Vnde Glossa: Qui venit

Glos. in hũc locum to. 5. ministrare, et non ministrari, nos debitores sibi fecit, ne nostris operibus confidentes, sed eius examen expauescentes, omnibus, quæ præcepta sunt, impletis, nos imperfectos esse cognoscamus. Ideo dicebat pro-

Psal. 115. a pheta: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Item nihil est quod nos sustinemus

Rom. 8. c respectu eius quod expectamus. Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Qui ergo se humiliat sic, ille est qui disponit se ad perfectam gloriam, et æternam. Vnde hæc humilitas quæ totum Deo tribuit, et nihil

Apo. 4. d sibi perfecte erit in Patria, secundum illud: Procidebant viginti quattuor seniores, ante sedentem in throno, et adorabant viuentem in sæcula sæculorum, et mittebant coronas suas ante thronum dicentes: Dignus es Domine noster accipere gloriam, et honorem, et virtutem, *et cetera*. Et in statu viæ, quantum

Dan. 9. b ad viros perfectos, secundum illud: Nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, et patribus nostris, qui peccauerunt: tibi autem Domino Deo nostro misericordia et propitiatio, *et cetera*.

1.Tim. 1. d Ideo singulis diebus dicere debemus illud: Regi autem sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor, et gloria in sæcula sæculorum Amen.

Et factum est, dum irent, et cetera. Postquam discipulos ad spiritualia opera pietatis informauit documento rationali, et manuduxit exemplo sensibili, hic iam tertio confirmat facto mirabili. In quo ipsi discipuli ex viso opere mirabili confirmantur ad credendum, et ex intellecto accenduntur ad imitãdum. Et ideo simul litteraliter et spiritualiter hoc miraculum tractandum est. In huiusmodi autem miraculi descriptione primo præmittitur curatio ægritudinis incurabilis: secundo additur approbatio gratitudinis commendabilis, ibi: *Vnus autem ex illis vt vidit*. Circa autem curationem ægritudinis incurabilis tria introducũtur ad expressionem, et commendationem miraculi et ad mysterium significationis, scilicet congruitas loci, calamitas morbi, et facilitas modi curandi. Primo ergo quantum ad congruitatem loci, dicit:

Et factum est, dum iret in Hierusalem. Per quam significatur status quietis: nam interpretatur visio pa-

Ps. 147. a cis: Lauda Hierusalem Dominum, lauda, *et cetera*. Et post: Qui posuit fines tuos pacem. *Transibat per mediam Samariam, et Galilæam*. Per quas designatur decursus præsentis itineris. Samaria namque interpretatur custodia, quæ debet esse in actione, quan-

Eccls. 4. d tum ad actum, secundũ illud: Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Item quantum ad effectum:

Deut. 4. b Custodi temetipsum, et animam tuam solicite. Et il-

3.Reg. 20. g lud potissime competit prælatis, secundum illud: Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua

Psal. 38. a pro anima eius. Item quantum ad verbum: Dixi: Custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Galilæa interpretatur transmigratio, quæ debet esse

Eccls. 2. b in contemplatione, secundum illud: Transiui ad con-

Psal. 41. b templandam sapientiam, *et cetera*. Et in Psalmo: Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. Et nota quòd dicitur per mediam Samariam transire: et post exprimitur Galilæa: quia prius oportet transire per actiuam, postea per

Gen. 19. c contemplatiuam. Vnde Iacob non habuisset Rachelem, nisi prius habuisset Liam. Et dicitur per me-

diam transiremam in actione medium teneri debet, declinando superfluum et diminutum. In prælatione similiter, declinando acceptionem personarum. Ite, et redite de porta ad portam per medium castrorum, *et cetera*. In contemplatione similiter medium teneri debet in considerando. In cuius figuram dicitur de Seraphin, quòd duabus alis velabant faciem

Exo. 32. f

Isa. 6. a eius, et duabus velabant pedes eius, et duabus videlicet intermedijs volabant.

Secundo quantum ad calamitatem morbi, subdit: *Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi*. Ad litteram lepra est morbus mi-

Lepra qd. serabilis calamitatis, quia aufert remedium artis, priuat solatio societatis, affligit grauamine infirmitatis. Et tales desolati recursum habere debent ad patrem misericordiæ. Ideo addit: *Qui steterunt a longe*, suam agnoscẽtes immunditiam. *Et leuauerunt vocem*, suam exprimentes miseriam. *Dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri*, diuinam implorantes misericordiam. Iuxta quod Propheta dicit: Afflictus sum et humilia-

Psal. 37. b tus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Spiritualiter autem per decem leprosos intelligitur vniuersitas peccatorum peccantium contra decalogum. Glossa: Qui contra decalogum peccant, nec amando Deum, de quo male sentiunt, nec proximũ, a quo diuiduntur, sub denario numero ad Deum clamant. Oritur autem vniuersitas peccatorum ex quattuor causis, scilicet ex timore male humiliante. Et fic designatur per leprã Mariæ: vbi dicitur quòd post-

Num. 12. c quam murmurauit contra Moysen, apparuit candens lepra quasi nix. Secundo ex amore male inflammante ad concupiscentiã carnis. Et hoc significatur per lepram Naaman Syri, de quo dicitur quòd erat vir fortis et diues, sed leprosus. Tertio ex amore male in-

4.Reg. 5. a flammante ad concupiscentiam oculorum. Et hoc intelligitur per lepram Giezi. Nam dictũ est ei pro-

4.Reg. 5. g pter cupiditatem et simoniam: Lepra Naaman adhęrebit tibi et semini tuo. Quarto ex amore male inflammante ad superbiam vitæ. Et hoc intelligitur per lepram Oziæ, de quo dicitur quòd cum vellet

2. Paral. 26. d ponere incensum in domo Domini, et dignitatem

4.Reg. 7. a vsurpare sacerdotalem percussus est lepra. In figura harum quattuor causarum lepræ dicitur quòd quattuor viri leprosi erant iuxta portam Samariæ, ad designandam quandam conformitatem causæ. Et hic sunt decem ad designandam vniuersitatem culpæ.

Lepra spiritualis. Spiritualiter autem intelligitur per lepram vitium contra Christianam religionem, quod quattuor modis habet fieri. Vnde Glossa: Quisquis hæretica pra-

Glos. in hũc locum to. 5. uitate, vel gentili superstitione, vel Iudaica perfidia, vel fraterno schismate, per Dei gratiam mundatus caruerit, necesse est vt mundatus ad Ecclesiam redeat. His autem quattuor vitijs prædictis præcipue impugnatur lex veritatis, quæ consistit in obseruatione Decalogi. Et ideo merito per quattuor, et per decem habent figurari. Huiusmodi autem peccatores licet per vias tenebrosas incedant, se-

Prou. 4. c cundum illud: Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant: Domino tamen intrante castellum, id est, veniente in carnem, illuminantur ad videndam

Isa. 9. a viam, secundum illud: Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis, et occurrunt ei per pœnitentiam, quæ faciem auersam facit conuerti. Conuerte me, et conuertar: quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam. Hæc autem pœnitentia facit stare a longe per humi-

Hier. 31. d litatem propriæ abiectionis: Publicanus a lõge stans,

Inf. 18. c et cetera: leuare vocem per amaritudinem compunctionis: Dedit abyssus vocem suam, id est, peccator: etiam sanitatem petere per fiduciam, secundum

Abac. 3. c

Psal. 40. a illud: Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam.

Tertio quantum ad facilitatem modi curãdi, subiungit: *Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus*

tibus. Ad sacerdotes enim spectat lepræ iudicium, secundum illud : Leprosus quando mundandus est, adducetur ad sacerdotem, *et cetera*, per totum capitulum. *Et factum est, dum irent mundati sunt*, scilicet per diuinum imperium, cuius dicere est facere : Sermo illius potestate plenus est. Et omne quod voluerit faciet. Spiritualiter autem intelligitur hic modus curandi a lepra spirituali, scilicet per ministerium sacerdotis, et hoc insinuat in hoc quod dicit : *Ostendite vos sacerdotibus* : Hic est ritus leprosi qui mundandus est, adducetur ad sacerdotem. Ideo dicitur : Honora Deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes, et propurga te cum brachijs. Honorificentia ista est per suiipsius accusationem, secundum illud : Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, et confitere, *et cetera*. Vnde dicitur : Cognosce iustitias et iudicia Dei, et sta in sorte propositionis, et orationis Altissimi Dei. In partes vade sæculi sancti, cum viuis et dantibus confessionem Deo. Ideo dicit: *Ostendite*, et cetera. In tempore infirmitatis ostende conuersationem. Qui sic vult confiteri iam incipit in voluntate rectificari, et ideo dicitur: *Dum irent mundati sunt*, secundum illud : Dixi : Confitebor aduersum me iniustitiam, *et cetera*. Ex hoc manifeste apparet efficacia confessionis curantis omnem morbum, atque languorem: apparet etiam dignitas sacerdotalis, quam qui contemnit a Domino sanari potest ? Apparet etiam mira Dei pietas, quæ omnes occurrentes curat, secundum illud : Eum qui venit ad me, non ejiciam foras. Apparet etiam ex hoc quanta debet esse pietas in ministris Dei, ad infirma membra Christi : Rogamus vos fratres, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum, *et cet.* Propter hoc diuina dispositio caput Apostolorum cadere permisit, vt in suo casu disceret qualiter alijs misereri posset, atque deberet.

Vnus autem ex illis, et cetera. Post curationem incurabilis morbi vel ægritudinis, describitur hic secundo, commendatio approbabilis gratitudinis : circa quam introducuntur tria, scilicet gratiarum actio : ingratitudinis increpatio : et gratitudinis approbatio. Primo quantum ad gratiarū actionem premittit: *Vnus autem exillis vt vidit quia mundatus est*, per recognitionem scilicet beneficij : Vide ergo in te bonitatem Dei, si permanseris in bonitate. *Regressus est cum magna voce magnificans Deum*, per glorificationem benefactoris, secundum illud : Benedicite Deum cæli, et coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Et : Cantabo Domino qui bona tribuit mihi. *Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens ei*, scilicet per exhibitionem reuerentiæ et honoris : Vidi et cecidi in faciem meam. Et : Cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tamquam mortuus. *Et hic erat Samaritanus*, ad expressionem figuræ et significationis. Iste enim, quia Samaritanus et alienigena, significat gentiles ad cultum Christi redeuntes, sicut etiam illa mulier Samaritana. Vnde Glossa : Vnus regressus significat vnius Ecclesiæ deuotam Christo humilitatem. In cuius designationem dicitur : Vna est columba mea. Et : Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Propter quod vnus introducitur hic regressus, sicut in illa multitudine vnus saluatur: Mouebatur aqua, *et cetera*, et sanus fiebat, *et cetera*, et Christus vnum tantum ibi curauit, vt, sicut dicit Augustinus, ostenderet quòd nullus sanari potest nisi intra Ecclesiasticam vnitatem, de qua vnitate dicitur : Soliciti seruate vnitatē spiritus in vinculo pacis. Subditur : Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, *et cetera*. Hic vnus dicitur cadere in faciem, quia non tantum habet vnitatem per amorem, verumetiam per humilitatem, per gratitudinem, et timorem. Et hoc significat ipse casus in faciem. Casus enim in faciem significat reuerentiam, secundum illud : Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, *et cetera*. Sed casus post tergum significat ruinam : Abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. Et : Cecidit Heli de sella retrorsum. Vnde Glossa : Qui in faciem cadit videt quo cadat : qui retro cadit non videt. Boni ergo in faciem cadunt, quia humiliant se in his visibilibus, vbi vident quid eos sequatur, vt ad inuisibilia erigantur. Mali vero retrorsum cadunt, quia cadunt in inuisibilibus, vbi non vident quid eos sequatur. Cadit autem quis in faciem, supernorum mirabilium reuelatione, sicut dicitur : Audiui vocem sermonum eius : et audiens iacebam consternatus super faciem meam, et vultus meus hęrebat terræ in diuinorum charismatum postulatione : Omnis populus cecidit in faciem adorantes Dominum, et communi lamentatione et fletu vnanimes preces suas effuderunt Domino, *et cetera*. In beneficiorum susceptione : Cecidit Abraam in faciem suam, et risit, *et cetera*.

Secundo quantum ad ingratitudinis increpationem, subdit : *Respondens autem Iesus, dixit : Nonne decem mundati sunt, et nouem vbi sunt?* Non quærit de nouem velut ignorans cuiuslibet personam, sed reprobans ingratitudinem, et irreuerentiam, sicut quærebat Dominus : Adam vbi es ? vnde Glossa : Ingratos quasi ignotos vbi sint requirit. Ita vt in eis verificetur illud : Si quis ignorat, ignorabitur. Et ideo vt ostendat quòd hæc reprobando dixit, subdit : *Non est inuentus qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena*. In quo manifeste ostenditur Iudæorum ingratitudo, quia cum essent nouem, nullus ex eis redijt, sed solus iste Samaritanus qui vnus erat et solus. In quo intelligitur electio gentium, et reprobatio Iudæorum, secundum illud : Aliquando vos eratis gentes in carne, *et cetera*, eratis illo in tempore sine Christo, alienati a cōuersatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope, *et cetera*. Alienigena dicitur qui alibi habitat, et alibi natus est : sic est de omnibus qui carnaliter nati ad spiritum transeunt, secundum illud : Non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Quia sicut dicitur : Quod natum est ex carne, caro est, *et cetera*. Et ideo in Psalmo dicitur Ecclesiæ : Obliuiscere populum tuum, et domum Patris tui. Et in figura dicitur Abraæ : Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, *et cetera*. Et : Obsecro vos tamquam aduenas et peregrinos, abstinere vos a carnalibus desiderijs.

Tertio quantum ad gratitudinis approbationem, subdit : *Et ait illi : Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit*. Surge per pœnitentiam : Surge qui dormis, et exurge a mortuis. Et : Excitauit eum, dicens : Surge velociter, *vade* per iustitiam : Dico huic, vade, et vadit, scilicet per obedientiam, quæ est nobilissima pars iustitiæ, quæ potissime fuit in Christo, secundum illud : Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo ; Hoc est, Ire a Deo ad Deum, et secundum Deum, et propter Deum : Sciens quia a Deo exiuit, et ad Deum vadit. Et : Vado ad eum qui misit me, *et cetera*. *Fides tua te saluum fecit*, per confidentiam quæ ad agendas gratias inclinauit, est autem fides nostræ salutis initium quæ facit cognosci nomen Domini Iesu Christi : De quo dicitur : Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Spes autem est huius salutis incrementum, secundum illud : Spe salui facti sumus. Sed charitas complementum, secundum illud : Tuus sum ego, saluum me fac : quoniam iustificationes tuas exquisiui. Et nota quòd Christus attribuit salutem, quam ipse virtuose fecerat, fidei, vt sic

Leuit.14.a *Eccls.8.a* *Leuit.14.a* *Eccli.7.d* *Iosue 7.d* *Eccli.17.c* *Eccli.18.c* *Psal.31.b* *Ioan.6.d* *1.Thes.5.c* *Rom.11.e* *Tob.12.b* *Psal.12.b* *Eccli.2.a* *Apoc.1.d* *Glos.in hūc locum to.5.* *Cant.6.c* *1.Cor.9.d* *Ioan.5.a* *Eph.4.a* *Apoc.7.e* *Ioan.18.a* *1.Reg.4.d* *Glos.in hūc locum to.2.* *Dan.10.b* *Iudit.6.c* *Gen.22.a* *Gen.3.b* *Glos.in hūc locum to.5.* *1.Cor.14.g* *Ephes.2.b* *Rom.9.b* *Ioan.3.a* *Psal.44.c* *Gen.12.a* *1.Pet.2.b* *Ephes.6.e* *Act.12.a* *Mat.8.a* *Mat.26.b* *Ioan.13.c* *Ioan.16.a* *Act.4.b* *Rom.8.d* *Ps.118.g*

Digitized by Google

vtſic ex hoc miraculo fiat confirmatio præcedẽtium quo ad pietatem animi in Chriſto miſerente, humilitatem obſequij in liberato procidente, firmitatem fidei in leproſo curationem promerente: vt ſic ex prædicto miraculo prædicta omnia firmiter confirmentur. Vnde Gloſſa: In ſuperiori parabola decernitur, fidem per humilitatem debere augeri. In iſta rebus ipſis manifeſte oſtenditur, non fidei tantum agnitam rationem, ſed fidei executam operationem eſſe, quæ ſaluum faciat credentem, detq. gloriam Patri qui eſt in cælis.

Gloſ. in hũc locum to. 5.

Interrogatus autem a Phariſæis, et cetera. Terminatis duabus partibus principalibus in quibus cõfutata eſt Iudæorũ doloſitas et impietas, et per oppoſitum ſimplicitas, et pietas commendata, hic ſequitur pars tertia, in qua confutatur curioſitas. Et quoniam curioſitas non tantum conſiſtit in perſcrutatione ſcientiæ, verumetiam in poſſeſſione pecuniæ ſecundum beatum Auguſtinum: ideo pars iſta diuiditur in duas. In prima confutat curioſitatem in perſcrutando: in ſecunda curioſitatem in poſſidendo. *Interroganit eum quidam princeps*: prima pars diuiditur in tres. In prima reprehenſio Iudaicæ curioſitatis introducitur: in ſecunda aſſignatio rationis, ibi: *Nam ſicut fulgur coruſcans*, et cetera. In tertia perſuaſio ſtudioſitatis, ibi: *Dicebat autem parabolam ad illos*, et cetera. In reprehenſione autem curioſitatis phariſæorum tria introducuntur, ſcilicet improbatio curioſitatis phariſæorum interrogantium, approbatio diſcipulorum deſiderantium, et reprobatio contrarietatis hæreticorum decipientium. Primo ergo quantum ad improbationem curioſitatis phariſæorum interrogantium dicit:

Iuſ. 18. d

Interrogatus autem a phariſæis quando venit regnum Dei. per curioſam ſcilicet inquiſitionem. Hæc interrogatio erat curioſa, quia de re ſecreta, quam in ſuo ſecreto occultat. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, qua pater poſuit in ſua ipſius poteſtate. Et: Altiora te ne quæſieris, et fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, et in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Et: Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cũ ignorat quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuæ et tempore quod velut vmbra præterit? aut quis ei poterit iudicare quid poſt eum futurum ſub Sole ſit? Et ideo ſubdit: *Reſpondens eis dixit: Non veniet regnum Dei cum obſeruatione, neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic*, per humanã comprehenſionem. Humana enim comprehenſio non ſe extendit ad cognoſcendum iudicij tempus. Vnde dicit: *Et nõ veniet cum obſeruatione*. Gloſſa, temporis. De die autem illa et hora nemo ſcit, nec angeli cælorum, niſi ſolus pater. Et: Dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Non extendit ſe etiam ad ſciendum locũ, propter quod dicit: *Nec dicent, ecce hic*, et cetera. Gloſſa: Nec ſcietur determinatus locus. Sed contrarium videtur dici in Ioel: Congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Ioſaphat, et diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo. Sed illud intelligẽdum eſt, quòd Ioſaphat accipitur pro interpretatione: interpretatur autem vallis iudicij. Iudicium enim non exiſtet in terra, ſed potius in aere, ſicut dicit Hieronymus ſuper hunc locum. Et quoniam curioſa inquiſitio non excluditur, niſi per ſtudioſam. Ideo ſubdit: *Ecce enim regnum Dei intra vos eſt*, per diuinæ gratiæ oblationem, quæ quidem facta fuit in Aduentu Chriſti. De quo Ioannes: Medius veſtrũ ſtetit, quem vos neſcitis. Vnde Beda: Regnum Dei ſeipſum dicit, intra illos vtique poſitum, hoc eſt in cordibus eorum, vbi credidere regnantem. Propter quod dicitur: Si in digito Dei eijcio dæmonia: profecto peruenit in vos regnum Dei. Illud ſcilicet, de quo dicitur: Non eſt regnum Dei eſca et potus, *et cetera*. Vult igitur dicere quòd aduentum primum debent conſiderare, et ſecundi aduentus deſinant tempus indagare. Vnde Beda: Quando veniat neque ab angelis, neque ab hominibus poteſt obſeruari, ſicut tempus dominicæ Incarnationis certiſſimis et prophetarum vaticinijs præfixum, et angelorum eſt manifeſtatum præconijs.

Act. 1. b
Eccli. 3. c
Eccli. 7. a
Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5.
Mat. 24. d
1. Theſ. 5. a
Gloſ. interlin. in hũc locum to. 5.
Ioel. 3. a
Ioſaphat.
Hier. to. 5. in c. 3. Ioelis
Ioan. 5. d
Beda Gloſſa in hunc locum to. 5
Sap. 11. c
Rom. 14. c

Secundo quantum ad approbationem charitatis diſcipulorum deſiderantium, ſubdit: *Et ait ad diſcipulos ſuos: Venient dies quando deſideretis videre vnum diem filij hominis*, ſcilicet dies tribulationis, in quibus augetur deſiderium æternitatis, ſecundum illud: In die tribulationis meæ Deum exquiſiui, *et cetera*. Et illa erit dies tribulationis maximæ ſecundum illud: Erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vſque modo. Et nota quòd pluraliter dicitur *dies*, propter pluralitatem tribulationum quas Eccleſia poſt Chriſti Aſcenſionem erat paſſura. Sunt autem quattuor principales. Prima tyrannorum: ſecunda hæreticorum: tertia falſorum Chriſtianorum: et quarta erit conflata ex omnibus, quæ erit Antichriſti, et ſuorum complicum. Et hæ deſignatæ fuerunt in quattuor beſtijs, quas vidit Daniel: Prima erat ſimilis leenæ: ſecunda vrſo: tertia pardo: quarta non deſcribitur, quia in ea eſt omniũ peruerſitatum concurſus. Et hæc tribulatio parit deſiderium diei, de qua dicitur: Erit dies vna quæ nota eſt Domino. Et hæc eſt deſiderabilis, ſecundum illud: Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. Et hanc deſiderant viri iuſti, ſicut Paulus: Deſiderium habens diſſolui, et eſſe cum Chriſto, multo magis melius. Deſiderant etiã afflicti, ſicut diſcipuli. Vnde Beda: Poſt Aſcenſionem meam vos in hoc mundi exilio ingemiſcentes deſiderabitis me videre in gloria mea: quæ voluntas laudanda eſt, non tamen in hoc mundo implenda. Et ideo ſequitur: *Et non videbitis*. Implebitur tamen hoc aliquando, quia deſiderium ſuum iuſtis dabitur. Excitatur autem hoc deſideriũ ex tribulatione, tum quia mũdus iſte magis deſpicitur, tum quia ſpes æternorum fortius concipitur, tum quia ignis amoris vehementius inflammatur. Propter quod dicitur: Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Nam et in hoc ingemiſcimus habitationem noſtram, quæ de cælo eſt, ſuperindui cupiẽtes, *et cetera*.

Beda Gloſ. in hunc locum to. 5.
Pſal. 76. a
Mat. 24. b
Quattuor Eccleſiæ tribulationes principales.
Dan. 7. a. b
Zach. 14. b
Pſal. 83. c
Phil. 1. c
Beda Gloſſa in hunc locum to. 5.
Prou. 10. d
2. Cor. 5. a

Tertio quantum ad reprobationem contrarietatis hæreticorum decipientium, ſubdit: *Et dicent vobis: Ecce hic, vt ecce illic*. Gloſſa: In hac perſona vel in hoc tempore eſt Chriſtus. Hoc enim hæretici aliquando auſi ſunt et audebant dicere, et maxime ille filius perditionis. Vnde Beda: Multi contra Eccleſiam venere, multi venturi ſunt hæretici, qui ſe Chriſtos aſſeuerent, quorum primus Simon magus, extremus autem ille maior ceteris eſt Antichriſtus. Vnde etiam ille qui fuit dux ſectæ Manichæorum, dixit ſe eſſe Spiritum ſanctũ, ſicut dicit Auguſtinus. Vnde quia hæretici diſcordant, et vnus dicit vnum, et alter contrariũ ſentit, ideo dicit, quòd vnus dicit: *ecce hic*, alter, *ecce illic*. Hinc Matthæus: Multi venient in nomine meo, dicẽtes: Ego ſum Chriſtus, et multos ſeducent. Seducuntur autem qui ſuſcipiunt eorum doctrinam, et ſubſequuntur vitam, ideo addit: *Nolite ire*. Gloſſa: Vt credatis, quæ dicunt: Qui crediderit non feſtinet, *nec fœminæ*. Gloſſa: Vitam eorum. Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas. Ideo autem tam diligenter monet, quia difficile erit illorum pſeudoprophetarum, et prædicatorum prauorum vitare ſeductiones. Surgent pſeudochriſti, et pſeudoprophetæ, et dabunt ſigna magna et prodigia, ita vt in errorem mittantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Vnde Chryſoſtomus: Homo circa mortem phantaſias videt: ſic et mundus in exitu ſuo multos patietur errores.

Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5.
Beda Gloſſa in hunc locum to. 5.
Aug. cont. epiſt. Manic. quã vocant fund. lib. 1. to. 6.
Mat. 24. a
Gloſ. interlin. in hũc locum to. 5.
Iſa. 28. d
Gloſ. interlin. in hũc locum to. 5.
Prou. 1. a
Mat. 24. b

Nam ſicut fulgur, et cetera. Poſt reprehenſionem Iudaicæ curioſitatis, ſubditur hic ratio reprehenſionis, quæ ſumitur ex modo veniendi ipſius filij Dei, qui non

non poterit latere cum venerit, nec ante præuideri. Diuiditur autem hæc pars in tres. In prima agit de modo apparendi: In ſecunda de modo veniendi, ibi: *Et ſicut factum eſt in diebus Noe.* In tertia de modo euadendi, ibi: *In illa die*, et cetera. Circa modum apparendi, duo introducuntur, ſcilicet, Chriſti apparentis manifeſtatio, et apparitionis ordo. Primo ergo quantum ad apparitionis manifeſtationem, dicit:

Chryſ. hō. mil. 77. in c. 18. Mat. *Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cælo in ea, quæ ſub cæla ſunt fulget*, ſcilicet velociter et aperte. Chryſoſtomus: Coruſcatio non indiget præcone, ſed in momento, in thalamis, et in domibus, et per vniuerſum orbem manifeſtatur: *Ita erit filius hominis in die ſua.* *Gloſ. interl. in hunc locum to. 5.* Gloſſa: Subitus et coruſcus, vt nullus in ſua mente latere permittatur, quin iudicis fulgore penetretur. *Pſ. 49. a* Apparitio autem Domini coruſcationi fulguris com- *Eze. 1. d* paratur, quia Manifeſta. Deus manifeſte veniet Deus noſter, et non ſilebit. Terribilis: Hæc erat viſio diſcurrens, *et cetera*, ſplendor ignis, et de igne fulgur *Iſa. 29. b* egrediens. Repentina: Eritq. repente confeſtim. A Domino exercituum viſitabitur in tonitruo, et commotione terræ, et voce magna turbinis et tempeſtatis, et flamma ignis deuorantis.

Sicut igitur ſtultum eſt nocte ſolicitari de apparitione ſolis quando apparebit, cum eius ortus nullo modo poſſit latere, et magis ſtultum eſt de apparitione fulguris: ſic de Aduentu diei illius inquirendo certum momentum temporis, cum illud omnibus ma- *Apo. 1. b* nifeſte innoteſcet, ſecundum illud: Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, *et cetera*. Ex hoc manifeſte poſſumus diſcernere Chriſtum ab Antichriſto, quia Antichriſtus in momento temporis non poterit ſe cunctis reddere manifeſtum.

Secundo quantum ad apparitionis ordinem ſubdit: *Primum autem oportet illum multa pati, et reprobari a generatione hac.* Hoc autem intelligitur de Chriſto capite, et Iudæorum perfida generatione, a qua mul- *Deu. 31. c* ta perpeſſus eſt, de qua dicitur: Generatio peruerſa *Prou. 30. b* eſt, et infideles filij. Et: Generatio quæ patri ſuo maledicit, et quæ matri ſuæ non benedicit. Ab hac generatione Chriſtus multa paſſus eſt opprobria, con- *Iſa. 53. a* uitia, verbera, et tormenta, ſecundum illud: Nos reputauimus eum quaſi leproſum et percuſſum a Deo et humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: hæc autem paſſio incepit a capite, et deſcendit in omnia Chriſti membra, qua conſummata, tunc finis erit, *Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5.* et tempus aduentus ſecundi. Vnde Gloſſa: Oportet te reprobari a generatione hac non tantum Iudæorum, ſed omnium reproborum, a quibus quotidie patitur Chriſtus in ſuo corpore. Propter quod et Pau- *Coloſſ. 1. d* lus dicit: Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Hac autem paſſione in corpore Chriſti conſummata, non reſtat niſi glorificatio et retributio plena. Propter quod dicitur: *Apo. 6. e* Sanctis deſiderantibus ſecundam ſtolam, vt requieſcerent, adhuc tempus modicum donec compleantur conſerui eorum, et fratres eo- *Apo. 7. a* rum. Et: Nolite nocere terræ, et mari, neque arboribus, quouſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus ſuis. Hoc eſt ſignum Dei viui, quod eſt ſignum *Eze. 9. b* crucis, quo omnes electos oportet conſignari. Signa thau ſuper frontes virorum gemētium et dolentium. Et poſt: Tranſite per ciuitatem ſequentes eum, et percutite, *et cetera*. omnem autem ſuper quem videritis thau, ne occidatis.

Et nota quòd paſſio iuſtorum præcedit reprobationem reproborum, quia excitatur iuſtitia ad vindictam, propter ſummæ iniquitatis perfidiam. *Iſa. 59. c* Conuerſum eſt retrorſum iudicium, et iuſtitia longe ſtetit: quia corruit in platea veritas, et æquitas non potuit ingredi. Et facta eſt veritas in oblionem, et qui receſſit a malo, prædæ patuit. Et vidit Dominus, et malum apparuit in oculis eius, quia non eſt iudicium, et indutus eſt iuſtitia vt lorica, et galea ſalutis in capite eius. Deinde: Indutus eſt veſtimentis vltionis, et opertus eſt quaſi pallio zeli, ſicut ad vindictam, *et cetera*.

Et ſicut factum eſt in diebus, et cetera. Poſtquam deſcripſit modum apparendi: hic ſecundo deſcribit modum veniendi. Deſcribitur autem repentinus eſſe Chriſti Aduentus reſpectu peccatorum per duplex ſimile et exemplum. Primo quidem oſtenditur per ſimile ex parte diluuij inundantis: Secundo ex parte incendij conſumentis, ibi: *Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth.* Circa ſimilitudinem diluuij inundantis tria introducuntur, ſcilicet ipſius diluuij figura, cauſa, et pœna. Primo igitur quantum ad ipſius diluuij figuram, dicit:

Et ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit et in diebus filij hominis. Hoc enim congruum erat, quia Noe figuram gerebat Chriſti, qui ſe vocat filium hominis: Noe enim interpretatur requies, et in ſolo Chriſto eſt requies et pax. Nam ipſe eſt pax noſtra, qui fecit *Ephe. 2. c* vtraque vnum. Et: Vt in me pacem habeatis. In *Ioan. 16.* mundo preſſuram habebitis, *et cetera*. Vnde Auguſtinus: Inquietum eſt cor meum Domine donec quieſcat in te. Ideo ipſe dicit: Tollite iugum meum ſu- per vos, *et cetera*. et inuenietis requiem animabus veſtris. Non tantum autem nomine Chriſtum ſignificat, verumetiam facto. Nam ſicut Noe ſaluauit ſemen hominum per lignum, ſic et Chriſtus per crucis patibulum. Spes orbis terrarum ad ratem confu- *Sap. 14. a* giens, remiſit ſæculo ſemen natiuitatis, quę manu tua erat gubernata. Benedictum eſt enim lignum, per quod fit iuſtitia. Vnde etiam præmittit: Exiguo ligno credunt homines animas ſuas, *et cetera*. Et ſicut Noe fabricauit Arcam, ſic et Chriſtus Eccleſiam, quæ ad modum Arcæ de lignis leuigatis per bitumen charitatis connexis ædificatur, habens cænacula et triſtega propter diuerſitates officiorum, graduum, et dignitatum. Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam *Ephe. 4. b* autem prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem paſtores et doctores, ad conſummationem ſanctorum, *et cetera*. ad ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes. Sequitur: In virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. In qua ſcilicet erit longitudo, latitudo, et altitudo Arcæ nobiliſſimæ conſummata. Sicut etiam qui intra Arcam fuerunt, ſaluati ſunt, ſic qui intra Eccleſiam ſunt, ſaluantur per aquam baptiſmi. In diebus Noe, *1. Pet. 3. d* cum fabricaretur Arca, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod et vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma: non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum, per reſurrectionem Ieſu Chriſti. Et ſicut qui extra arcam fuerunt, deleti ſunt, ſic omnes qui extra Eccleſiam ſunt per finale iudicium damnabuntur. In cuius deſignationem dixit Paulus: Niſi hi in naui *Act. 27. f* manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis.

Secundo quantum ad diluuij cauſam, ſubdit: *Edebant et bibebant, vxores ducebant et dabantur ad nuptias vſque in diem qua intrauit Noe in arcam*, hoc eſt, operibus carnis totaliter intenti erant, et ideo in carne corruptibili corrumpi et deleri digni erant. Vnde Gloſſa Ambroſij: Non connubia vel alimenta damnantur cum in his ſucceſſionis, in illis naturæ ſint poſita ſubſidia, ſed immoderatus licitorum vſus arguitur. Quia ergo his ſe totos dedendo Dei iudicia contemnebant, alij igne, alij aqua perierunt. Vnde in his actibus inſinuatur eorum carnalitas, propter quod digni erant ira diuina. Cum vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram, dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit coram me, repleta eſt terra iniquitate a facie eorum, et ego diſperdam eos cum terra. Principalis autem culpa eorum venit ex carnalitate, et hoc inſinuat in quattuor actibus quos tangit, *edebant*, id eſt,

Noe interpretatio Chriſto cōgruit.

Ambroſij Gloſ. in hūc locum to. 5.

Gen. 6. e

Digitized by Google

ideſt, eſui erant dediti vt guloſi, et ita ira digni: Ad-
Pſal. 77. d huc eſcæ eorum erant in ore ipſorum: et ira Dei
aſcendit ſuper eos, *bibebant*, vt ebrioſi, et ideo ira
Prou. 23. c digni ſecundum illud: Cui væ, cuius patri væ? *et cetera*. Nonne his qui commorantur in vino, *et ce-*
Iſa. 5. c *tera*. Iſaias: Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinũ,
Iſa. 22. c et viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Et: Ecce, gaudium et lætitia, *et cetera*, comedere carnes et bibere vinum. Sequitur: Et reuelata eſt in auribus meis vox Domini exercituum: Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus exercituum, *vxores ducebant*, vt laſciui: Cumq. cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, et filios procreaſſent, videntes Filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Et ſequitur: Dixitq. Dominus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Et *dabantur ad nuptias*, vt ſecuri, et
1. Theſſ. 5. a ideo ad interitum diſpoſiti, ſecundum illud: Cum dixerint, pax et ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Vnde qui his vitijs eſt abſorptus, neceſſe eſt quòd a diluuio inuoluatur. Propter quod
Ibidem. dicitur: Vos fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies illa tamquam fur comprehendat, *et cetera*. Igitur non dormiamus ſicut, *et cetera*, ſed vigilemus et ſobrij ſimus. Modus autem deſcribitur ad Roma-
Rom. 13. c. d nos: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo, *et cetera*, et poſt: Non in comeſſationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitijs. Sequitur: Sed induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Tertio quantum ad diluuij pœnam, ſubdit: *Et venit diluuium, et perdidit omnes*, ſcilicet qui erant extra arcam, ſtatim poſt ingreſſum Noe ſecundum
Gen. 7. c illud: In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe in arcam. Sequitur: Factumq. eſt diluuium quadraginta diebus, conſumptaq. eſt omnis caro quæ mo-
2. Pet. 2. 1 uebatur ſuper terram. Vnde dicitur: Originali mundo non pepercit, ſed octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens. Ex quo intelligitur quòd pœna futuri iudicij ſuper eos veniet qui ſunt extra Eccleſiam Chriſti, ſaluatis nihilominus raris iuſtis, quia
Gloſ. in hũc locum to. 5. Gloſſa: Noe arcam ædificat, cum Dominus fideles in Eccleſia congregat, quam conſummatam ingreditur, cum hanc in iudicij præſentia ſua illuſtrat, ſed dum arca ædificatur iniqui luxuriantur: et dum intratur, æterna damnatione plectuntur. Dicitur autem hoc fieri in articulo diei, quia in exordio vnius omnium reſur-
Pſal. 5. a rectionis: Mane aſtabo tibi et videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Et: Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diẽ iudicij reſeruare cruciandos. Ex hoc exemplo figura apparet tam ex
2. Pet. 2. b ſignificatione allegorica, quàm ex ſimilitudine expreſſa, ſcilicet quòd dies iudicij ſuper homines carnales et animales veniet ſubito, et ad ipſorum perditionem qui ſunt extra Eccleſiæ vnitatem. His autem qui in arca ſunt, etſi ſubito venit, non nocet,
Inf. 21. g quia eos inuenit paratos. Vnde dicitur: Attendite vobis ne forte grauentur corda veſtra in crapula, et ebrietate, et curis huius vitæ, et ſuperueniat in vos repentina dies illa, tamquam laqueus qui ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ, *et cetera*.

Similiter ſicut factum eſt, et cetera. Poſt ſimilitudinem ſumptam ex parte diluuij inundantis, introducit ſimilitudinem ex parte incendij conſumentis. Circa quam ſimilitudinem tria introducuntur: ſcilicet ipſorum Sodomitarum demeritũ, ſupplicium, et exemplum. Primum quantum ad demeritum dicit:

Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot, ſcilicet viri iuſti. Et nota quòd in deſcriptione iniquitatis populi impudici, præmittitur iuſtitia viri iuſti, quia ex hoc magis apparet eorum impietas, quòd vir iuſtus inter eos erat. Propter quod dicitur: Iuſtum *2. Pet. 2. b* Lot oppreſſum a nefandorum iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit. Aſpectu enim et auditu iuſtus erat: habitans apud eos qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Vnde propter iuſtitiam viri iuſti aggrauatur in impijs enormitas peccati. Quantum ad demeritum ſubdit: *edebant et bibebant*, ſcilicet Sodomitæ, vt laſciui, ſicut illi de quibus in Exodo: Sedit populus manducare et bibe *Exo. 32. b* re, et ſurrexerunt ludere: et non addit quòd vxores ducebant, ſicut prius, quia non peccabãt ſecundum naturam, ſed contra naturam: Homines Sodomitæ *Gen. 13. c* peſſimi erant, et Peccatores coram Domino nimis. Et etiam dicitur quòd vallauerunt domũ Lot a pue-*Gen. 19. a* ro vſque ad ſenem, omnis populus ſimul. Vocaueruntq. Lot et dixerunt ei: Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? adduc illos huc, vt cognoſcamus eos, *emebant et vendebant*, vt auari: Qui quærit lo-*Eccli. 27. a* cupletari, auertit oculum ſuum. Sicut ſi in medio compaginis lapidum palus figitur: ſic et inter medium venditionis et emptionis anguſtiabitur peccatis. Propter quod contra hos dicitur: Qui emunt, *1. Cor. 7. c* tamquam non poſſidentes, et qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi, *plantabant et ædificabant*, ſicut ſecuri qui deberent in domibus habitare et fructum arborum comedere, ſicut ille diues: Anima habes mul-*Sup. 12. c* ta bona poſita in annos plurimos, ſed Dominus dicit ei: Stulte hac nocte, *et cetera*. Et ideo Amos: Do-*Amos. 5. c* mos quadro lapide ædificabitis, et non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantiſſimas, et non bibetis vinum earum, quia cognoui multa ſcelera veſtra. Ideo Iſaias: Væ qui coniungitis domum ad domum, *Iſa. 5. b* et agrum agro copulatis vſque ad terminũ loci. Quia igitur Sodomitæ et laſciui erant et auari et ſecuri, ideo erant ira diuina digni: Hæc fuit iniquitas So-*Ezec. 16. f* domæ ſororis tuæ ſuperbia, ſaturitas panis et abundantia, et otium ipſius et filiarum eius: et manum egeno et pauperi non porrigebant.

Secundo quantum ad ſupplicium ſubdit: *qua die autem exijt Lot a Sodomis*, per æquitatem diuinæ iuſtitiæ liberantis: Apprehenderunt Angeli manum Lot, *Gen. 19. d. f* et manum vxoris, ac duarum filiarum eius eo quòd parceret Dominus illi: Eduxeruntq. eum, et poſuerunt extra ciuitatem: ibique locuti ſunt ad eum, dicentes: Salua animam tuam, *et cetera*. Et infra: Li-*Ibid. f* berauit Dominus Lot de ſubuerſione vrbium, in quibus habitauerat. In quo Lot gerit typum iuſtorum qui egrediuntur de medio malorum. Vnde Gloſſa: Lot qui interpretatur declinans, eſt populus *Gloſ. in hũc locum to. 5.* electorum qui dum in Sodomis, ideſt, inter reprobos, vt aduena moratur, quantum valet, ſcelera eorum declinat. Et hoc ſecundum illud: Exite de *2. Cor. 6. d* medio eorum, et ſeparamini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis, et ego recipiam vos: et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias. Liberauit ergo diuina iuſtitia Lot iuſtum, et econtrario perdidit populum impium. Et ideo addit: *pluit ignem et ſulphur de cælo*, et omnes perdidit, ſcilicet Dominus per ſeueritatem iuſtitiæ vlciſcentis: Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam et Gomorrham ſulphur et ignem a Domino de cælo: et ſubuertit ci-*Gen. 19. c* uitates has et omnem circa regionem, vniuerſos habitatores vrbium, et cuncta terræ virentia. Et nota quòd ſignanter dicit, quòd pluit Dominus a Domino, quia licet omne iudicium debeatur Domino filio, ſecundum illud: Neque pater iudicat quem-*Ioan. 5. d* quam, ſed omne iudicium dedit filio: ſubdit: Quia filius hominis eſt. Tamen huius peccati iudicium ſpecialiter ſibi debetur, quia directe eſt contra verbum incarnatum. Et naturam quam Filius Dei fecit

Digitized by Google

cæleſtem, angelicam, et diuinam, facit viliorem, quàm ſit natura brutalis, non tenendo legem quam bruta animalia ſeruant. Et ideo non tantum igne, ſed etiam ſulphure punitur hoc vitium propter inordinatiſſimæ libidinis incendium et fœtorem. De
Rom.1.d incendio rei talis dicitur: Exarſerunt in deſiderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem
Iſa.34.a operantes. De fœtore: De cadaueribus eorum aſcendet fœtor. Tabeſcent montes a ſanguine eo-
Pſal.13.a rum, *et cetera*. Et: Corrupti ſunt, et abominabiles facti ſunt, *et cetera*, propter hæc merito ſunt igne et ſulphure concremati. Nam flamma gehennalis moram non ſuſtinens, execrabilem iſtam præuenit tollere nationem, nec non collidere ipſam et ſeruam tantæ confuſionis abſumpſit ignis et ſpiritus procellarum.

Tertio quantum ad exemplum ſubdit: *ſecundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur*. Hæc eſt dies iudicij in qua fiet reuelatio Ieſu Chriſti Saluatoris reſpectu bonorum: Cuſtodimini per fidem,
1.Pet.1.a in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo. Fiet etiam reuelatio Chriſti iudicis reſpectu malo-
1.Cor.4.a rum: Nolite ante tempus iudicare, quouſque veniat Dominus qui et illuminabit abſcondita tenebrarum, et manifeſtabit conſilia cordium. De
Iſa.36.a vtroque Iſaias: Iuxta eſt ſalus mea, vt veniat, et iuſtitia mea vt reueletur. Hæc dies reuelationis ſimilis eſt incendio Sodomorum, quia in illo ipſius præ-
Ep.Can. Iudæ b. ceſſit exemplum: Sicut Sodoma et Gomorrha, et finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, et abeuntes poſt carnem alteram, facti ſunt exemplum,
2.Pet.2.b ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Et: Ciuitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum qui impie acturi ſunt ponens. Et ideo dicit, vt ſimile ſit exemplum quantum ad demeritum, quantum ad iudicandi modum, et quantum ad ſupplicium. Quantum ad demeritum, quia ſicut in Sodomis multi erant mali et pauciſſimi boni, ſic tempore fi-
Inf.18.b nalis iudicij. Secundum illud: Filius hominis veniens, putas inueniet fidem ſuper terram? Vnde
Gloſ.in hũc locum to.5. Gloſſa: Qui interim non apparens omnia videt, tunc apparens omnia iudicabit, quando cunctos iudiciorum ſuorum oblitos, huic ſæculo conſpexerit mancipatos, vt merito debeant cum ipſo quem inhabitant orbe deleri. Quantum ad iudicandi mo-
Gen.18.c dum, quia dicitur Dominus deſcendiſſe: Dixit Dominus Abraæ, Clamor Sodomorum et Gomorrhæorum multiplicatus eſt, et peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam et videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint:
1.Teſſ.4.d ſic et Dominus deſcendet in die iudicij: Quoniam ipſe Dominus in iuſſu et in voce Archangeli et in tuba Dei deſcendet de cælo. Sicut etiam liberauit
Sap.10.b Lot iuſtum damnando impios: Hæc, iuſtum a pereuntibus impijs liberauit fugientem, deſcendente igne in Pentapolim, quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra, et in certo tempore fructus habentes arbores, et incredibilis animæ memoria ſtans figmentum ſalis, *et cetera*.
Gloſ.in hũc locum to.5 Sic etiam erit in finali iudicio. Vnde Gloſſa: Exeunte Lot, Sodoma perit, quia in conſummatione ſæculi, exibunt Angeli, et ſeparabunt malos de medio iuſtorum, et mittent eos in caminum ignis, ſicut
Mat.13.g dicitur: Sicut etiam ſubito ira Dei impijs ſuperue-
Iſa.30.c nit, ſic erit etiam in iudicio finali: Subito dum non ſperatur, veniet contritio eius, et comminuetur ſicut conteritur lagena, *et cetera*. Et: Moram autem
Mat.25.a faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, *et cetera*, quantum ad ſupplicium. Illi enim puniti ſunt igne
Gen.19.f et ſulphure: Surrexit Abraam mane, *et cetera*. Vidit aſcendentem fauillam de terra, quaſi fornacis fumum. Sic erit in ſupplicio impiorum in iudicio:
Pſal.10.b Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, et ſulphur, et ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Et: Ignem et ſulphur pluam ſuper eum, et ſuper exercitum eius, et ſuper populos multos qui ſunt cum eo. Vnde in
Exec.38.g Apocalypſi: Si quis adorauerit beſtiam, bibet de vi-
Apoc.14.b no iræ Dei quod miſtum eſt mero in calice iræ ipſius, et cruciabitur igne et ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum. Sequitur: Et fumus tormentorum eorum aſcendit in ſæcula ſæculorum.

In illa die qui fuerit in tecto, et cetera. Poſtquam deſcripſit modum apparendi et veniendi: hic tertio deſcribit modum euadendi, habet autem pars iſta tres. In quarum prima deſcribitur euadendi modus, ſecundo euadentium ſtatus, ibi: *Dico vobis, in illa nocte*, et cetera. In tertia euaſionis terminus et locus, ibi: *Reſpondentes dicunt illi*, et cetera. Circa modum euadendi quattuor introducuntur, ſcilicet modus effugiendi, ratio periculi, modus periclitandi, et ratio remedij. Primo igitur quantum ad modum effugiendi, dicit:

In illa die qui fuerit in tecto, per amorem ſpiritualium. Vnde Gloſſa: In tecto eſt qui carnalia excedens velut in aura libera ſpiritualiter viuit. Super hoc tectum debet aſcendere prædicator veritatis, vt faciat illud quod alijs perſuadet: Quod in aure au-
Mat.10.c ditis, prædicate ſuper tecta. Nam Iſaias dicit:
Iſa.40.b Super montem excelſum aſcende tu qui Euangelizas Sion, *et cetera*. [*et vaſa eius in domo*, per contemptum carnalium. Gloſſa: Vaſa eius in domo, concu-
Gloſ.in hũc locum to.5. piſcentiæ ſunt carnales quas nimis amauerat, ſed ſuperna petens in hoc mundo relinquerat, ſecundum illud: Sciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione et honore: non in paſſione deſiderij, ſicut et gentes quæ ignorant Deum. De quibus Iſaias: Comedunt carnem ſuillam, et ius pro-
Iſa.65.a phanum in vaſe eorum, *non deſcendat tollere illa*, per peccati recidiuum, ſicut ille de quo ſupra: Homo
Sup.10.e quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho, et incidit in latrones. Iſaias: Væ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis ſperantes, *et cetera*. *Et*
Iſa.31.a *qui in agro*, per exercitium virtutum. Gloſſa: In agro
Gloſ. interlin.in hunc locum to.5. eſt qui operatur in Eccleſia plantans et rigans: Diligenter exerce agrum tuum, et poſtea ædifices domum tuam, *ſimiliter non redeat retro*, ad opera vi-
Prou.24.c tiorum, quia ſicut dicitur ſupra: Nemo mittens
Sup.9.g manum ſuam ad aratrum, et aſpiciens retro, *et cetera*. Vult ergo dicere quòd qui vult illam diem iudicij euadere vt non pereat, deſpiciendo mundana, perſeuerantiſſime tendat ad æterna, ſicut
Phil.3.c Paulus faciebat, et dicebat: Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt priora extendens me ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Licet autem hæc perſeuerantia ſit omnibus neceſſaria, maxime tamen imminente futuro iudicio, quoniam inſtabunt tribulationes, et multa mala exempla, et documenta: Pſeudoprophetæ ſurgent, et ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum: qui autem perſeuerauerit vſque in finem, *et cetera*.
Mat.24.a

Secundo quantum ad modum periclitandi qui debet declinari, ſubdit: *Memores eſtote vxoris Lot*, de qua dicitur: Reſpiciens vxor Lot poſt ſe, conuerſa eſt in ſtatuam ſalis. Et ratio huius eſt, quia contra mandatum Domini fecit, quo prædixit: No-
Gen.19.d li reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne et tu ſimul pereas. In quo intelligitur quòd totum periculum in conuerſis ad Chriſtum conſiſtit in retrocedendo. Vnde Petrus: Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti. Et rationem huius reddit, cum præmit-
2.Pet.2.d tit: Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri, et Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora

Digitized by Google

posteriora deteriora prioribus. Et propterea ad detestationem Apostasiæ recidiui et retrocessionis, Dominus memoriale illud posuit de vxore Lot. De qua
Bap.10. b Sapiens: Incredibilis animæ memoria stans figmentum salis, *et cetera*. Ideo signanter dicit: *Memores estote vxoris Lot*. Nam ideo versa est in statuam salis, vt sic ostendendo suam fatuitatem, det alijs sapientiæ condimentum, vt nullus aspiciat retrorsum, secun-
Sup.14. g dum illud quod dicitur: Bonum est sal. Si autem sal
Glos.in hũc euanuerit, in quo condietur? *et cetera*. Vnde Glossa:
locum to.5. Vxor Lot significat eos qui in tribulatione retro respiciunt, et se a spe diuinæ promissionis auertunt, et ideo statua facta est salis, quia in admonendo homines, ne similia faciant, corda eorum condit, ne sint fatui. Hoc autem non tantum est exemplum, verum etiam significat præsagium. Nam sicut illud incendium signat finale iudicium imminens: sic vxor Lot retro aspiciens animas effœtas et carnales, quæ retrocedent et apostatabunt in illa tribulatione.

Tertio quantum ad rationem periculi, subdit: *Quicumque quæsierit animam suam saluam facere*, per amorem priuatum. Accipitur enim hic anima pro vita
Leu.17. d carnali, de qua dicitur: Anima omnis carnis in sanguine est. Glossa: Ibi vitam corporis vocauit non animam quæ migrat a corpore, sed quæ morte finitur. Hanc quærit saluare qui nimis eam diligit. Vnde Glossa: Super istud: Quicumque quæsierit animam suam saluã facere, id est, qui vitam carnalem negãdo Christum in mundo saluare voluerit. De quo subdit:
Ioan.12. d *Per illam*, scilicet per diuinum iudicium: Qui amat animam suam, perdet eam. Et quidem hoc fiet iusto Dei iudicio: vt qui sui amore immoderato offendit, simul perdat diuinam felicitatem, et animæ salutem. Et hoc est, quia amat bonum commutabile super in-
Ps. 10. b commutabile. Qui diligit iniquitatem, odit animam
Mat.16.d suam. Et vere, quia sicut: Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Totius igitur illius periculi ratio est conuersio ad priuatum bonum, quo quis nimis seipsum diligit, et seipsum nimis diligendo plus debito afficitur circa bonum priuatum sperãdo, et gaudendo de eius præsentia: timendo et dolendo de eius absentia. Et hoc totum venit ex amore priuati boni,
2.Tim.3.a qui maxime regnabit in fine mundi: In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, *et cetera*. Nimis se-
Isa. 28. c ipsos diligendo, Deo se reddunt exosos: Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat: et palliũ breue, vtrumque operire non potest, *et cetera*.

Quarto quantum ad rationem remedij, subdit: *Et quicumque perdiderit illam*, per odium omnis carnalitatis: vitam namque perdere dicitur, qui carnalitatem ipsius crucifigendo persequitur, sicut Paulus di-
Gal. 5. d cit: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscentijs. Ideo ipse dicebat:
Gal. 2. d Christo cõfixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Huius exemplum ostenditur in Actibus: Vincula tribulationis Hierosolymis
Act.20. c me manent. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quàm me, dummodo cõsummem cursum meum, et ministerij verbum quod accepi. Ille igitur perdit, qui se perditioni exponit pro amore Iesu Christi, et de hoc subditur: *Vinificabit*
Ioan.12. d *eam*, per præmium æternæ felicitatis: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eã. Et ratio huius est, quia ille est dignus a Domino liberari, qui diligit eum vsque ad odium sui: Ipsi
Apo.12.c vicerunt eum propter sanguinem agni, et propter verbum testimonij sui, et non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Qui enim sic diligit Deum, summe
Ioan.15. b diligit secundum illud: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et qui sic est diligens, dignus est diligi,
Prou. 8. b secundum illud: Ego diligentes me, diligo. Etiam

A merito dignus est æternaliter viuificari, et ab omni periculo liberari: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui *Apo. 7. e*
sunt, et vnde venerunt, et dixit mihi: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et lauerunt stolas suas, et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum Dei: non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque vllus æstus, quoniam agnos qui in medio throni est, reget illos, et deducet eos ad vitæ fontes aquarum.

Dico vobis: In illa nocte, et cetera. Postquam descripsit euadendi modum, hic describit euadentium statum, quem describit triplicem, scilicet contemplati-
B uorum, actiuorum, et prælatorum secundum illud:
Exe. 14. e Si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, et Iob ipsi liberabunt animas suas. In quibus intelligitur triplex status saluandorum. In Noe qui præfuit arcæ, prælati. In Daniele, contemplatiui. In Iob, actiui. In omni tamen statu sunt aliqui boni, et aliqui mali: aliqui iniusti, et aliqui iusti: vt sic omnis status timore solicitetur, et subditus fiat omnis mundus Deo. Primo igitur quantum ad statum contemplatiuorum, dicit:

Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno, quantum ad statum contemplantium, qui recte dicitur lec-
C tus, secundum illud: In lectulo meo per noctes quæ-
Cant.3. a siui, quem diligit anima mea. Intelligitur autem per lectulum status contemplatiuorum, quia ipse est locus quietis. En lectulum Salomonis sexaginta fortes
Cant.3. c ambiunt. Item locus solitudinis: Tu autem cum ora-
Mat.6. a ueris, intra in cubiculum tuum, *et cetera*. Item locus cõtubernij nuptialis. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Ecce tu
Cant.1. d pulcher es dilecte mi, et decorus. Lectulus noster floridus. In hoc ergo lecto admittuntur etiam aliquando electi, et reprobi: propter quod addit: *Vnus assumetur*, scilicet ad diuinum consortium. In cuius fi-
D guram dicitur: Assumpsit Iesus Petrum et Iacobum
Mat.17.d et Ioannem fratrem eius, et duxit illos in montem excelsum seorsum. Vnde ille sanctus contemplatiuus dicebat in Psalmo: Tenuisti manum dexteram meã:
Psal.72. d Et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me. Et iterum: Quia Domini est assumptio no-
Psal.88. b stra, et sancti Israel regis nostri. *Et alter relinquetur*, scilicet ad æternũ supplicium: Deuorabit eum ignis,
Iob 20. d qui non succenditur: affligetur relictus in tabernaculo suo. Et nota quòd cum prius præmisisset in illa die, nunc dicitur in illa nocte: nam finalis tribulatio dicitur dies propter ipsius iudicis reuelationem: et
E dicitur nox propter tribulationis horrorem, secun-
Sap.17. a dum illud: Nec siderum lympidæ flammæ illumina-
Glos.in hũc re potuerant illam noctem horridam. Vnde Glossa:
locum to.5. In illa nocte, id est, in illa tenebrosa tribulatione, vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Et
Psal.103.c de hoc Psalmista: Posuisti tenebras, et facta est nox, in ipsa pertrãsibunt omnes bestiæ siluæ. In hac enim non solum cadent simplices, verum etiam aliqui contemplatiui et magni. In cuius figuram dicitur: Stel-
Mat.24.c læ cadent de cælo, et virtutes cælorum commouebuntur.

Secundo quantum ad statum actiuorum, subdit:
F *Duæ erunt molentes in vnum*, per exercitium circa actiuam, quæ recte intelligitur per molam: quia qui versantur circa actus vitæ actiuæ ad modum molæ circumeunt, et decurrunt, nec in vno opere sistunt, sicut
Sup. 10. g dictũ est Marthę: Martha, Martha solicita es, et turbaris erga plurima. Vel quia tales debent erigi spe æternorum præmiorũ, et deprimi terrore suppliciorum, per spem scilicet, et timorem, quibus tamquam mo-
Deut.24.b lis, spirituale molendinum mouetur. Vnde in Deuteronomio: Non accipies loco pignoris inferiorem, et superiorem molam. Et quoniam circa hanc versatur homo quantum ad inferiorem rationis portionem, ideo idicit: In femineo genere. *Duæ erunt mo-* *Glos.in hũc*
lentes. Vnde Glossa: Duæ differentiæ sequentium *locum to.5.*

Digitized by Google

orbem rerum mobilium, quæ femineo genere designantur, quia maiorum consilio reguntur, vt feminæ a viris, quæ tamen in vnum molunt inquantum de suis negotijs Ecclesię vsibus deseruiunt. Et quia inter hos sunt aliqui boni, ideo additur: *Vna assumetur,* scilicet ad gloriam, secundum illud Psalmistæ: Misit de summo, et accepit me, et assumpsit me de aquis multis. *Et altera relinquetur*, scilicet ad gehennam: Derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, et velut ciuitas, quæ vastatur. Et: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Psal. 17. b *Isa. 1. c* *Mat. 23. d*

Tertio quantum ad statum prælatorum, subiungit: *Duo in agro*, per custodiam Ecclesiarum. Glossa: Duæ differentiæ prædicatorum in Ecclesia, quasi in agro laborantium. Vnde et Apostolus prælatum, et prædicatorem agricolam vocat: Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Et: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Propter quod dictum est: Ecce cōstitui te hodie super gentes, et super regna: vt euellas, et destruas, et disperdas, et ædifices, et plantes. In hoc agro Ecclesiastico crescunt fructus bonorum operum. Ecce odor filij mei sicut odor agri, cui benedixit Dominus. Crescunt et flores sanctorum, scilicet rosæ martyrū, lilia virginum, et violæ confessorum. Pulchritudo agri mecum est. In hac autem agricultura aliqui saluabuntur, et ideo addit: *Vnus assumetur*, scilicet ad culmen æternorum bonorum. Assumam te Zorobabel, fili Salathiel, et ponam te quasi signaculum, quia te elegi. *Et alter relinquetur*, scilicet in calamitate infernalium opprobriorum. Ciuitas munita desolata erit, speciosa relinquetur et dimittetur quasi desertum. Ex his omnibus colligitur quòd in quolibet statu saluandorum aliqui erunt boni, et aliqui mali, vt sic omnes formident, secundum illud: Sunt iusti atque sapientes, et opera eorum in manu Dei: et tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Propter quod si quis vult futurum iudicium euadere, necessarius est ei non tantum mundi contemptus, verum etiam timor diuinus secundum illud: Ingredere in petram, et absconde in fossa humo a facie timoris Domini, et a gloria maiestatis eius: cuius enim vult, miseretur: et quem vult, indurat. Ideo vnusquisque territus cum Apostolo exclamet, et dicat: O altitudo diuitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, *et cetera*.

Gloss. interlin. in hunc locum to. 5. *2. Tim. 2. a* *1. Cor. 3. b* *Hier. 1. b* *Gen. 27. d* *Psal. 49. b* *Agg. 2. d* *Isa. 27. c* *Eccle 9. a* *Isa. 2. b* *Rom. 9. d*

Respondentes dicunt illi, et cetera. Postquam descripsit euadendi modum, et euadētium statum, subditur hic vltimo euasionis terminus, et locus quietis, quem Apostoli requirunt, cum dicitur: *Respondentes*, scilicet Apostoli. *Dicunt illi: Vbi Domine?* scilicet *assumetur*, et *relinquetur*. Vnde Apostoli vtrumque requirunt, sed Dominus vnum respondet expresse, et aliud innuit tacite. Vnde Glossa: Duo quærentibus, vnum respondet, sanctos scilicet secum assumendos, aliud subijciendo innuit malos, scilicet a se repulsos cum diabolo damnandos. Et ideo subdit: *Qui dixit illis: vbicumque fuerit corpus, illuc congregabūtur et aquilæ*. Nota hic notabile exemplum, electi congregantur ad Christum, sicut ad summæ refectionis abundantiam, quemadmodum aquilæ congregantur ad corpus sicut ad escam. Iob loquens de aquila dicit: Vbicumque fuerit cadauer, statim adest. Vnde Hieronymus: Aquilę et vultures transmarina sentire dicuntur cadauera. Congregātur autem per viuacissimum olfatum, lympidissimum aspectum, velocissimum motum, et auidissimum appetitum. Sic sancti ad Christum congregabuntur et ad verbum incarnatum, per ardentissimum desiderium, lympidissimum contuitum, sapidissimum gustum, et per motum amoris excessiuum. Propter quod et Propheta Dauid exprimens aquilarū harum accessus ad Christum, exprimit in seipso desiderium dicens: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Contuitum: Quoniā apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen, *et cetera*. Gustum: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Amorem: Quia inflāmatum est cor meum et renes mei commutati sunt, et ego ad nihilum redactus sum, *et cetera*. In horum figuram dicitur: Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, et in arduis ponet nidum suum? In petris manet, et in præruptis silicibus commoratur, de longe oculi eius respiciunt, pulli eius lambunt sanguinem, *et cetera*. De natura aquilæ dicit Ambrosius quòd aquila alta petit, humilia derelinquit, longæuam fertur habere ætatem. Sic sancti post Resurrectionem renouati ad modum aquilæ, secundum illud: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, et sursum tendent et semper cum Domino viuent, secundum illud: Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus.

Psal. 41. a *Psal. 35. b* *Psal. 16. d* *Psal. 72. c* *Iob 29. d* *Amb. lib. 8. Cōment. in Luca c. 17. to. 3.* *Psal. 102. a* *1. Thess. 4. d*

Sancti aquilis comparantur. *Iob 39. d* *Hiero. li. 4. in cap. 24. Mat. to. 6.* *Idem habet Ambr. cap. 29. in Symb. to. 4.*

CAPVT XVIII.

DICEBAT *autem et parabolam ad illos*, et cetera.] Post confutationem Iudaicæ curiositatis in perscrutando futura, subditur hic persuasio studiositatis in postulando diuina suffragia. Et quoniam oratio studiosa, est oratio Deo placita in qua simul est feruor affectionis et humilitas reputationis, ideo pars ista habet duas. In quarum prima exemplo parabolico inducit ad orationis instantiam, in secunda vero ad orationis reuerentiam, ibi: *Dixit autem ad quosdam*, et cetera. Ad orationis igitur instantiam mouet introducendo parabolam de iudice et vidua: circa cuius descriptionem primo introducitur ratio introducendi: Secundo additur introductio ipsius parabolæ, ibi: *Ait autem Dominus*. Primo igitur quantum ad rationem introducendi parabolam dicit:

Dicebat autem et parabolam ad illos. Notandum autem est quòd hæc parabola non est intelligenda per metaphoram similitudinis (quia iudex ciuitatis nullo modo Deo assimilabatur, qui non est imitandus) sed potius per dissimilitudinem et per contrarium intelligenda est, vt quasi a minori Dominus manuducat ad cognoscendam efficaciam orationis. Vnde hic non comparat personam personæ, sed negotium negotio. Et hoc est quod dicit Beda in Glossa: Nota quòd Dominus parabolas ponit, vel secundum similitudinem, vt de homine qui habuit duos filios, et personam Dei gerit: vel secundum dissimilitudinem, vt de iniquo iudice qui personam Dei nullatenus tenet. Introducit ergo hanc parabolam ad persuadendam orationis instantiam, propter quod addit: *Quoniam oportet semper orare et non deficere*, quod debet intelligi, vt, *semper*, non distribuat pro omni parte temporis sed pro horis statutis. Iuxta quod secundum institutionem propheticam dicitur in Psalmo: Septies in die laudem dixi tibi. Et hunc modum obseruat Ecclesia. Vnde Glossa: *Semper*, idest canonicis horis quotidie secundum morem Ecclesiæ. Vel *semper orare* hic intelligitur, vt oratio semper vel sit in ore per postulationem, vel sit in corde per desiderium, vel sit in opere per præparationem. Qui autem bona agit ad hoc se disponit, vt eius oratio debeat audiri. Et secundum hoc dicitur: Sine intermissione orate. Ibi Glossa: Semper orat qui bene agit semper: ipsum enim desiderium bonum, oratio est: et si continuum est desiderium, continua est oratio. Et hoc est quod dicit hic Beda in Glossa:

Beda Gloss. in hunc locum to. 5. Sēper quid. *Psal. 118. x* *Gloss. in hūc locum to. 5.* *1. Thes. 5. e* *Gloss. in hūc locum to. 5.* *Beda Gloss. in hunc locum to. 6.*

Semper

Semper orat qui semper agit bona: nec definit ora-
Eccli. 18. c re, nisi cum definit iustus esse: Non impediaris ora-
re semper, et ne veteris vsque ad mortem iustifica-
Eccli. 29. b ri. Et: Conclude eleemosynam in corde pauperis,
et hæc pro te exorabit, *et cetera*. Si autem intelligatur de opportunitate congruitatis, tunc oportet semper orare, ideſt frequentissime et instantissime ad
Hiero. ſtatim poſt ſer. de B. Virg. to. 9. orationem recurrere. Vnde Hieronymus: Frequens oratio, vitiorum impugnationem extinguit: instans vero oratio impetrat veniam de peccatis, secundum illud: Qui diligit Deum exorabit pro peccatis, et
Eccli. 3. a in oratione dierum exaudietur, *et cetera*. Nota quòd vtile est orare semper propter decem, videlicet quia B
impetrat relaxationem diuinæ sententiæ, sicut apparet in Ezechia: Orauit Ezechias ad Dominum, et
Isa. 38. a dixit: Obsecro Domine, memento quæso quo modo ambulauerim coram te. Et post subditur quòd
Sap. 18. d Dominus reuocauit sententiam mortis. Et Sapiens: Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum, orationem, et per incensum deprecationem alligans restitit iræ.
Mat. 17. c Secundo remissionem culpæ perpetratæ: Hoc genus dæmonij non ejicitur nisi per orationem et ieiunium. Super quo loco Hieronymus: Ieiunio sanantur pestes corporis: oratione pestes mentis. Et Psal-
Psal. 31. b C
mista: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino et tu remisisti impietatem peccati mei. Et post: Pro hac orabit ad te omnis sanctus,
Mat. 26. d *et cetera*. Tertio repulsionem spiritualis pugnæ: Vigilate, et orate, vt non intretis in tentationem. Et:
1. Mal. 4. b Tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda, et contritæ sunt gentes, et fugerunt, *et cetera*. Quarto reparationem virtutis naturæ: Oratio fidei saluabit
Iac. 5. d infirmum, et alleuiabit eum, *et cetera*. Et: Fili, in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum, et ipse curabit te. Quinto conseruationem pacis in
1. Tim. 2. a tempore: Obsecro primum omnium fieri obsecra- D
tiones, orationes, postulationes, gratiarum actiones, vt quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate, *et cetera*. Sexto custoditionem
Phil. 4. a tranquillitatis conscientiæ: Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat, *et cetera*. Septimo inflammationem diuinæ
3. Reg. 18. d gratiæ. In cuius figuram dicitur de Elia: Inuocabo nomen Domini: et Deus qui exaudierit per ignem
Act. 1. c ipse sit Deus. Vnde dicitur quòd perseuerantes erant vnanimiter in oratione. Et post: Dum com- E
plerentur dies Pentecostes, apparuerunt illis dispertitæ linguæ, *et cetera*. Octauo illustrationem supernæ sapientiæ. Cuius exemplum habetur in Sa-
3. Reg. 3. b lomone de quo dicitur quòd orauit et petijt sapientiam, quam etiam obtinuit. Et Iacobus: Si quis ve-
Iac. 5. a strum indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnibus affluenter. Nono adaperitionem cælestis ianuæ, quæ virtute orationis clauditur malis et aperi-
Iac. 1. d tur bonis. Elias, homo erat similis nobis passibilis, et oratione orauit vt non plueret super terram, et non pluit annos tres, et menses sex. Et rursum orauit, et cælum dedit pluuiam. Decimo acquisitio- F
Mat. 6. a nem mercedis æternæ: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, et pater tuus qui videt in ab-
Psal. 60. a scondito, reddet tibi. Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. Et: Laudabo nomen tuum assi-
Eccli. 51. b due, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. In figuram autem harum decem efficaciarum, Sol ad orationem Ezechiæ legitur decem
4. Reg. 20. b gradibus retrocessisse. Ex quibus colligitur quòd oratio præualet naturæ inferiori, præualet virtuti cæli, imperat naturæ spirituali, attrahit Spiritum sanctum, inclinat filium Dei, et mitigat patrem, ac per

A hoc quodam modo dominium habet respectu vniuersorum.

Iudex quidam erat, et cetera. Post rationē parabolæ introducendæ, subditur hic introductio ipsius parabolæ: circa cuius expressionem tria introducuntur, scilicet duritia Iudicis, instantia pauperis, et efficacia precis. Primo quantum ad duritiam Iudicis, dicit:

Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, propter duritiam cordis, quæ facit Deum non timere, secundum illud: Induraſti cor nostrum, *Isa. 63. d*
ne timeremus te. Tales obdurati Deum non timēt, B
sed potius contemnunt. In quorum persona Iob dicit: Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? Et: Quasi *Iob 16. b*
nihil possit facere omnipotens, æstimabant eum. *Iob 22. c*
Tales sunt qui dicunt illud: Manus nostra excelsa, *Deut. 32. d*
et non Dominus fecit hæc omnia. Et quia ad duritiam concomitatur superbia, ideo addit: *Et hominem non reuerebatur*, propter arrogantiam mentis. Vnde hic de numero illorum fuit, de quibus dicitur: Opprimamus pauperem iustum, et non parcamus *Sap. 2. c*
viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis. Tali dicitur: Væ qui prædaris, nonne et ipse prædaberis? et qui spernis, nonne et ipse sperneris? Cum consummaueris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus defieris contemnere, contemneris. *Isa. 33. a*

Secundo quantum ad instantiam pauperis, subdit: *Vidua autem quadam erat in ciuitate illa*. Vidua scilicet destituta solatio viri, et talibus maxime est subueniendum, secundum illud: Quærite iudicium, *Isa. 1. e*
et subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Talibus magis debet fieri iustitia, quia minus se possunt defendere, et frequentius opprimuntur. Et ideo dicitur: Libera eum qui iniuriam *Eccli. 4. b*
patitur, de manu superbi. In iudicando, esto pupillis misericors vt pater, et pro viro matri illorum: et eris tu velut filius Altissimi obediens, et miserebitur tui magis quàm mater. De hac igitur vidua indigente iudicis patrocinio, propter oppressionem malorum, subdit: *Et veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo*, per districtionem iudicij iusti. Et hoc quidem iustum erat tali personæ reddi. Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures perue- *Eccli. 21. a*
niet, et iudicium festinato aduenier illi, scilicet a Deo. Et: Deprecationem læsi exaudiet. Non despi- *Eccli. 25. e*
ciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, et exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascēdunt vsque ad cælum. Et tamen non perueniunt, vsque ad cor hominis induratum. Vnde subdit: *Et nolebant per multum tempus*, propter perfidiam animi obdurati: vnde hic erat de numero illorum, de quibus dicitur: Principes tui *Isa. 1. f*
infideles, socij furū. Omnes diligunt munera, secuntur retributiones. Pupillo non iudicāt: et causa viduę non ingreditur ad illos. Et: Causam viduæ non iu- *Hier. 5. g*
dicauerunt, causam pupilli non direxerunt, *et cet.*

Tertio quantum ad efficaciam precis subdit: *Post hæc autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem vereor*, per audaciam cordis, propter quam similis erat illi superbo de quo Iob: Cucurrit aduer- *Iob 15. d*
sus Deum erecto collo, et pingui ceruice armatus est. Vnde de numero illorum erat, de quibus in psalmo: Contritio, et infelicitas in vijs eorum, *et cetera. Tamen quia molesta est mihi hæc vidua*, per instan- *Psal. 13. b*
tiam precis quæ omnia vincit, secundum illud: De *Iudic. 14. d*
vxore Samsonis, quæ septem diebus conuiuij flebat ante eum, tamdemq. die septimo cum ei esset molesta, exposuit. Propter quod dicitur: Et ille dein- *Sup. 11. a*
tus respondeat, noli mihi molestus esse, quia pueri mei mecum sunt in cubili. Sequitur: Et si ille perseuerauerit pulsans, dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eo quòd amicus eius sit, propter improbita-

Digitized by Google

tem tamen eius surget, et dabit illi quotquot habet necessarios. Sic et iudex iste improbitate vincitur, *Vindicabo illam*, secundum exigentiam sui iuris, hoc enim est officium iudicis, vt releuet oppressos et puniat opprimentes. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, et sic colligeris ad populum tuum. Hoc non debet iudex facere ex odio personæ, sed ex amore iustitiæ, sicut Matathias, de quo dicitur: Accensus est furor eius, secundum iudicium legis, et insiliens trucidauit eum super aram. Hic autem iudex non exercebat vindictam propter zelum legis, sed propter vitandum tædium precis, et ideo subdit: *Ne in nouissimo veniens fugillet me*, per frequentiam clamoris. Beda: In nouissimo, idest, ne iterum et iterum veniens strangulet me tædiosis clamoribus. Vnde Glossa dicit quòd fugillo a fugo tractum a lamijs, idest strangulo. Lamiæ enim paruulos occidunt et sanguinem fugunt, ac per hoc suffocant, et strangulando occidunt. Dicitur igitur fugillari qui verbis et rationibus hinc inde adeo coartatur, vt vix possit loqui, nec respirare permittatur. Vel dicitur fugillari qui tanto tædio afficitur, quòd præ tedio sanguis fugitur et diminuitur. Vnde sensus fugillet me, idest, sanguinem meum fugat sicut lamiæ, de quibus dicitur: Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos.

Num.31.a *1.Mac.2.c* *Beda Glos. in hunc locum to.5.* *Gloss.interlin.in hunc locum to.5.* *Thren.4.a*

Ait autem Dominus, et cetera. Post rationem parabolæ introducendæ et introductionem ipsius parabolæ, sequitur hic adaptatio introductæ. Circa quam tria introducuntur. Excitatur enim humana audientia. Erigitur fiducia: et arguitur diffidentia. Primo igitur quantum ad excitationem audientiæ, dicitur:

Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit, idest, considerate huius responsionem: in qua considerandum est quantæ sit efficaciæ orationis instantia, quia instantia peperit molestiam, et molestia extorsit iustitiam. Vnde licet haberet cor lapideum, motus tamen est per frequentiam precum, vt verificetur in illo illud poeticum: Gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo. Licet autem in eo iniquitas fuerit, compulsus est tamen ad reddendam iustitiam per viduæ importunam instantiam, ex quo intelligimus quòd si instantia precis emolliuit iudicem durissimum, et inclinauit iniustissimum ad faciendum iudicium: quòd multo fortius inclinabit Deum pium et iustum. Vnde Chrysostomus: Non iudex talis, fide dilectionis carens, tædio compulsus, nec actio eius hic laudari potest, sed si iste quocumque animo victus est viduam, Deus iudex maxime vlciscitur suorum iniuriam. Ex quo miro modo instantis orationis ostenditur efficacia, quia ille qui nec Deum timebat, nec hominis curauit verecundiam, nec amabat iustitiam, victus est a vidua per precum instantiam importunam.

Ouidius 4. de Ponto eleg.10. *Chryso.lib.2.de orãdo Deo to.5.*

Secundo quantum ad erectionem humanæ fiduciæ, subdit: *Deus autem non faciet vindictam electorum suorum*. Ex districtione sui iudicij: Mihi vindictam: et ego retribuã. Et in Deuteronomio: Mea est vltio, et ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum. *Clamantium ad se die ac nocte*, scilicet ex afflictione animi: Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, et clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo Domine, sanctus et verus, non iudicas, et non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra, *et cetera*. Immo ipsis ore tacentibus, tribulationes eorum clamant: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *Et patientiam habebit in illis?* per remissionem zeli, quasi diceret, non: Quia: Dominus iudicabit iustos, et faciet iudicium, vt fortissimus non habebit in illis patientiam quousque contribulet dorsum ipsorum. Hoc autem dicitur, non quia Dominus non expectat peccantes, sed quia iudicio imminente iam amplius nolit expectare: An diuitias bonitatis eius, et patientiæ, et longanimitatis contemnis? Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, et reuelationis iusti iudicij Dei qui reddet vnicuique secundum opera eius, ijs quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam et honorem et incorruptionem quærunt vitam æternam: ijs autem qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia in animam hominis operantis malum. *Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum*. Et hoc per vltionem peccati: Sanguinem seruorum suorum vlciscetur: et vindictam retribuet in hostes eorum, et propitius erit terræ populi sui. Et: Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum: et sceptra iniquorum contribulet, donec reddat hominibus secundum actus suos, et secundum opera Adæ, et secundum præsumptionem illius, donec iudicet iudicium plebis suæ. Sed numquid est sanctorum clamare ad Deum pro vindicta, cum dicatur: Qui vindicari vult, a Domino inueniet vindictam, et peccata seruans seruabit? Responsio quòd sic pro vindicta afflictionis facientis ad Deum redimere, vel facientis a stultitia cessare, si Deo placet. Vindictam autem afflictionis personæ debet horrere, et contra vindictam damnationis æternæ debent interpellare.

Rom.12.d *Deut.32.f.e* *Apoc.6.c* *Gen.4.b* *Eccli.35.d*

Tertio quantum ad arguitionem diffidentiæ, subdit: *Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Hoc quidem dicit, quia licet fides credulitatis in multis videatur esse, fides fidelitatis et confidentiæ reperitur in paucis: Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet? Et: Perijt fides, et ablata est de ore eorum. Et hoc maxime erit approximante aduentu Filij Dei: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et: Hæc erunt in medio terræ, in medio populorum, quo modo si paucæ oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea, et racemi cum fuerit finita vindemia. Et nota quòd dicit Dominus: *Putas*. Non quia dubitat, sed quia infidelitatem reproborum reprobat, et condemnat. Vnde Glossa: *Putas?* In verbo dubitationis infidelitas increpatur, non opinatur diuinitas, scit enim, cum per se facta sint omnia: sed dubitando increpat infidelium corda. Vnde illa putatiua Domini inquisitio, designat dubitationem et nutationem quæ erit in tribulatione illa finaliter imminente, ob quam non erit qui consurgat, et teneat eum ne consurgat ad delendam terram, secundum illud: Non est qui inuocet nomen tuum: qui consurgat et teneat te: abscondisti faciem tuam a nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.

Prou.20.a *Hier.7.f* *Mat.24.b* *Isa.24.b* *Gloss.in hũc locum to.5.* *Isa.64.c*

Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant, et cetera. Postquam induxit ad orationis instantiam, in hac parte intendit inducere ad orationis reuerẽtiam: quoniam autem reuerentia haberi non potest in oratione, nisi habeatur et humilitas in conuersatione, ideo in hac parte primo introducit exemplum parabolicum ad commendandam humilitatem orationis.

Secundo vero exemplum parabolicum ad commendandam humilitatem conuersationis, ibi: *Afferebant autem ad illum infantes*. In parabola autem prima explicanda procedit per hunc modum. Primo enim tangit conditiones personarum. Secundo conditiones precum, ibi: *Pharisæus stans, hæc apud se orabat*. Tertio conditiones exauditionum, ibi: *Dico vobis, descendit hic iustificatus*, et cetera. Circa conditiones personarum quibus loquitur, et de quibus loquitur: et primo quidem quantum ad conditiones personarum quibus loquitur, ait:

Dixit

Digitized by Google

Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant, tamquam iusti, per magnificationem virtutis propriæ, et hoc est contra deum superbiæ, secundum illud:
Rom.10.a Ignorantes iustitiam Dei, et suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Tunc autem confidit in se quis tamquam iustus, quando se iustũ reputat
Rom. 2. c ex suis operibus, sicut faciebant Iudæi. Probas vtiliora instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ et veritatis in lege. Hæc autem confidentia potius est veræ iustitiæ inimica.
Prou.11.d Qui confidit in diuitijs suis, corruet: propter quod
Hier.48.a dicitur: Pro eo quòd habuisti fiduciam in munitionibus tuis, et in thesauris tuis, tu quoque capieris. Et hoc totum est propter defectum humilitatis, quæ est totius iustitiæ fundamentum. Vnde Gregorius: Eam quippe, quam non inuenit humilẽ, veritas fugit mentem. Et iterum: Qui sine humilitate virtutes congregat quasi puluerem in vẽtum portat. Et quia præsumptio sui ducit in contemptum proximi, ideo subdit: *Et aspernabantur ceteros*, quantum ad contemptum, scilicet meriti alieni, sicut illi de quibus
Isa. 65. a dicitur: Qui dicunt: Recede a me, ne appropinques mihi, quia immundus es. Isti fumus erunt in furore
Rom.14.a meo, ignis ardens tota die. Et ideo dicitur: Is qui manducat, non manducantem non spernat: et qui
Eccli.11.a non manducat, manducantem non iudicet. Et: Ne spernas hominem in visu suo, breuis in volatilibus est apis, et multum dulcoris habet fructus illius. Ad hos igitur dixit parabolam istam in detestationem
Glos. in hũc locum to.5. superbiæ, et laudem humilitatis. Vnde Glossa: In hac parabola ostendit non fidei tantum verba, sed opera examinanda. Inter quæ maxime humilitas regnat, quam quia non habent superbi, de sua iustitia præsumentes et infirmos despicientes, quasi fide vacui cum orant, despiciuntur.

Secundo quantum ad conditiones personarum de quibus loquitur, subdit: *Duo homines ascendebant in templum vt orarent*, per intentionem conformem et etiam laudabilem. Ad hoc enim debemus in tem-
Mat.21.b plum conscendere vt oremus, secundum illud: Domus mea domus orationis vocabitur. Vnde et Au-
Aug. in Regula 3. c.3. to. 1. gustinus dicit: Nemo in oratorio aliquid agat nisi illud ad quod factum est, vnde et nomen accepit. Propterea Dominus eos qui in templo non orabant, sed mercabantur, eiecit non sine asperitate verborum:
Ioan. 2. c Inuenit Iesus in templo vendentes oues et boues et columbas, et nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc: et nolite facere domum patris mei, domũ negotiationis. Et hoc quia domus illa locus orationis est. Et propterea, vt competeret ei, propter quod erat, ideo in alto erat, et per gradus ascendere oportebat ad insinuandum quòd qui vult orare, oportet sursum erigere se. Vnde et in Præfatione dicitur: Sursum corda. Propter quod et Bernardus dicit quòd licet Deus vbique sit, tamen in oratione sursum est cogitandus, vt sursum cor nostrum eleuetur. In cuius fi-
Exo.24. c guram dixit Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem. Licet autem ad vnum consimiliter tenderet locum, valde tamen habebant differentiam morum. Et ideo subdit: *Vnus Pharisæus, et alter Publicanus*, per conuersationem difformem. Vnde Pharisæus apparenter bonus erat, quia pharisæi dicebantur quasi ab alijs habitu, gestu, et obseruantijs distincti, tamquã ipsius legis obseruatores præcipui, secun-
Act.26. a dum illud Pauli: Vitam meam a iuuentute nouerunt omnes Iudæi præscientes me ab initio, si velint testimonium perhibere, quoniam secũdum certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus. E diuerso Publicanus erat patenter malus, quia publicani dicebantur exactores vectigalium publicorum, sicut sæpe exposi-

A pe exposi-
tum est. Vnde supra: Erant appropinquan *Sup.15. a*
tes Iesu Publicani et peccatores vt audirent illum. Et murmurabant Pharisæi et Scribæ, *et cetera*. Magna ergo differentia est inter Pharisæum et Publicanum quantum ad apparentiam, maior etiam quantum ad existentiam, quia Pharisæus per arrogantiam suam iustitiam tabefaciebat, et Publicanus per pœnitentiam suam iniustitiam expurgabat. Ideo dicitur Pharisæis: Publicani et meretrices præcedent vos in re- *Mat.21.c*
gnum Dei. Hoc autem dicitur Pharisæis, non quia apparebant boni, sed quia erant mente superbi, propter quod dicitur: Vos estis qui iustificatis vos co- *Sup.16. d*
B ram hominibus, Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altũ est, abominatio est ante Deum.

Pharisæus stans, et cetera. Postquam descripsit conditiones personarum orantium, hic secundo describit conditiones orationum. Et describitur hic primo conditio precis ex parte Pharisæi superbientis: secundo ex parte Publicani seipsum humiliantis, ibi: *Et Publicanus a longe stans*. Tria autem insinuantur in modo orandi ipsius pharisæi, in quibus manifestatur arrogãtia mentis ipsius tam respectu Dei, quàm proximi, ac etiam sui. Introducũtur enim hic ipsius pha-
C risæi gratiarum actio fastuosa, reprehensio aliorum præsumptuosa, et commendatio sui vane gloriosa. Primo igitur quantum ad gratiarum actionem fastuosam, dicit:

Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi. In quo arguitur pharisæus, non quia gratias agit Deo, sed quia hoc facit modo superbo. Vnde Gregorius: Si reprehenditur ille qui superbe gratias agit, quid ergo erit illi, qui impugnat gratiam? Apparet autem fastus ipsius ex hoc quòd non incuruato corpore orabat, sed erecta fronte, cum dicatur; Venient ad te curui filij eorum, qui te humiliaue- *Isa. 60. c*
runt, et adorabunt vestigia pedum tuorum. Appa-
D ret etiam fastus quia apud se orabat tamquam sibi placens, contra illud quod dicitur: Debemus nos fir- *Rom.15. a*
miores imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis ipsis placere. Etenim Christus non sibi placuit. Et ideo dicitur: Ne sis sapiens apud temetipsum. Ti- *Prou. 3. a*
me Dominum, et recede a malo, *et cetera*. Apparet insuper fastus ipsius, quia incœpit a magnificatione bonorum quę acceperat, cum potius a sui accusatione debuisset incœpisse. Iustus prior est accusator sui. *Prou.18.c*
Incœpit ab altis, cum debuisset incipere ab infimis, vt peruenire ad summa. Vnde Hieronymus: Humilitas *Hieron.*
est virtus prima Christianorum, et ideo ipsa prætermissa, in vacuum laboratur. Et Beda: Ecce pharisęus *Beda ex*
E ad referendas gratias oculum habet, ad humilitatis *Gregor. homil. 7. in Ezec. to.2.*
custodiam non habet. Et quid prodest si tota ciuitas custodiatur, et vnum foramen per quod intrent hostes, relinquatur.

Secundo quantum ad reprehensionem proximi præsumptuosam, subdit: *Quia non sum sicut ceteri hominum*, quasi diceret, ceteri sunt peccatores, ego autem iustus. Vnde interlinearis: Quid est ceteri ho- *Glos. interlin. in hũc locum to.5.*
mines, nisi omnes præter ipsum? quasi solus iustus sit, ceteri peccatores. Et in hoc dupliciter dicebat falsum, et quia dicebat se non esse peccatorem, cum di-
F catur: Si dixerimus, quoniam peccatum non habe- *1.Ioan.1.d*
mus: ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Falsum etiam dicebat, quia se solum dicebat iustum, cum Dominus Eliæ dicenti: relictus sum ego solus, dicat: Derelinquam mihi septem millia vi- *3.Reg. 19.*
rorum, quorum genua non sunt incuruata ante *d*
Baal. Hic autem cum sit in immensum Elia inferior, non solum se dicit iustum, verumetiam ceteros asserit peccatores, vocans eos de multitudine virorum, et ideo addit: *Raptores, iniusti, adulteri*, vt raptores dicantur per concupiscentiam oculorum: iniusti per superbiam vitæ: et adulteri per concupiscentiam carnis. In quibus notat communiter alios a se esse infectos hoc triplici vitio, ex quo manat vniuersalis

Digitized by Google

uersalis transgressio et perpetratio peccatorum, secun
1.Ioan.2.e dum illud: Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ. Et ne videretur loqui sicut incertus, adducit publicanum in exemplum, adijciens: *Velut etiam hic publicanus*. Quod non dicit publicano compatiendo, sed potius despiciendo et irridendo, contra illud:
Eccli.7. b Non irrideas hominem in amaritudine animæ. Est enim qui humiliat et qui exaltat, circũspector Deus. Et nota quòd pharisæus ex consideratione publicani consurrexit in temeritatem iudicij, quia cum videret illum esse peccatorem, non solum ipsum, verumetiam ceteros condemnabat. Consurrexit in elationem animi. Vnde Bernardus: Incentiuum elationis est consideratio deterioris, sicut incentiuum humilitatis est consideratio melioris.

Tertio quantum ad commendationem sui vane gloriosam, subdit: *Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo*, quasi diceret perfectam iustitiam seruo et erga meipsum, et erga Deum, quia carnem macero ieiunando bis in sabbato, id est in septimana. Et pietatem ad Deũ seruo reddendo decimas et eleemosynas. Et hæc duo sunt quę maxime placent Deo.
Tob. 12. b Vnde etiam Angelus dixit Tobiæ: Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna magis quàm thesauros auri recondere. Vnde et hic multum semetipsum commendat, sed in hoc suam iustitiam per vanam
Prou.27.a gloriam fœdat: Laudet te alienus, et non os tuum:
2.Cor.10.d extraneus, et non labia tua. Quia sicut dicitur: Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: Im-
Eccli.8. a mo certe reprobatus. Vnde dicitur: Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est. Et:
Hier.7. a Ecce, ego iudicio contendam tecum, eo quòd dixe-
Iob 9. c ris: Non peccaui. Et Iob: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Et hoc totum propter
Ephe.2. b vitium elationis quæ maxime displicet Deo: Gratia estis saluati per fidem. Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Sed cum iste pharisæus bona quæ habet a Domino recognoscat, non videtur inaniter gloriari: quia ille inaniter gloriatur qui gloriatur quasi non acceperit. Hic autem gratias Deo
Bernardus Tract. de grad. humilit. to.5. agit. Ad quod respondet Bernardus: Non recte recognouit bona quæ accepit, ait enim sic: Gratias agit non quia bonus, sed quia solus non tam de bonis quæ habet, quàm de malis quæ in alijs videt. Talis autem modus est elationis, vnde Gregorius: Quattuor sunt species, quibus omnis tumor arrogantium
Gregli.22. in cap. 32. Iob to.2. demonstratur. Cum vel aliquis bonum quod habet, a se habere se existimat: aut si datum a Deo credit, pro meritis datum putat: aut cum iactat se habere quod non habet, aut cum despectis ceteris appetit singulariter videri habere quod habet. Hac peste pharisæus laborabat qui sua merita extollendo se ceteris præferebat.

Et publicanus a longe stans, et cetera. Postquam expressit conditiones precis superbi pharisæi, hic secundo exprimit conditiones precis humilis publicani. Et perfectæ quidem humilitatis insinuationem exprimit quantum ad gestum, quantum ad motum, quantum ad verbum. Primo quantum ad insinuationem humilitatis per gestum, subditur:

Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad cælum
Beda Gloss. in hunc locum to.5. *leuare*. Beda: Vt humilis, non audet appropinquare, vt Dus ad eum appropinquet: non aspicit vt aspiciatur: nihil enim placet Deo tantum in pœnitente, sicut dicit Bernardus, quantum humilis verecundia, et taliter vult orari. Vnde iste publicanus erat de quibus
Isa. 49. f dicitur: Vultu in terra demisso adorabunt te, et puluerem pedum tuorum lingent. Non audebat oculos leuare ad cælum, quia recognoscebat se offen-
Sup. 15. e 2.Par. 36. & oratione. disse Deum cæli, vt diceret sicut filius prodigus pœnitens: Pater, peccaui in cælum et coram te. Et illud: Peccaui super numerum arenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, *et cetera*. Ideo igitur non audebat leuare faciem propter peccati verecundiam, ita vt intra se diceret illud: Deus meus confundor et
1.Esd.9.b erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, et delicta nostra creuerunt vsque ad cælum.

Secundo quãtum ad insinuationem humilitatis, et quantum ad corporis motum, subdit: *sed percutiebat pectus suum*. In quo reddebat seipsum culpabilem et ostendebat dolorem. In hoc enim quòd pectus percutitur ostenditur cor introrsus supplicio dignum. In
2.Reg.24. b cuius rei signum dicitur: Percussit autem cor Dauid suum, postquam numeratus est populus: et dixit Dauid ad Dominum: Peccaui valde in hoc facto: sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui. Sic iste percutiebat pectus quasi indignatus contra seipsum. Vnde Glossa: Percutit pectus, et pœnas de
Glos. in hũc locum to.5. se exigit, vt Deus parcat. Vnde etiam consuetudinis nostræ est in confessione dicendo culpam, tundere pectora nostra in redargutionem, et pœnitentiam nostrorum cordium, et contestationem conscientiarum. Vnde infra dicitur quòd turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud et videbant quæ
Inf. 23. g fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Propter quod et tunsio pectorum, sicut dicit Augustinus,
August. de ver. Dom. ser.8.to.10 valet ad remissionem venialium. Vnde est vnum de nouem, quibus venialia remittuntur: Venialia enim dicuntur remitti confessione, pectoris tunsione, aquę benedictæ asperſione, cordis contritione, crucis signatione, oratione, sacra communione, eleemosynarum largitione, iniuriarum remissione, extrema vnctione, leui pœnitentia, et compassione fraterna. Quibus venialia diluũtur.
Vnde versus:

Confiteor, tundo, respergo, conteror, oro:
Signor, edo, dono, per quæ venialia pono.
Vnctio, pœna leuis, compassio, quæ fit egenis.

Idem Cantiloqu. p.1. sect. 6.

Tertio quantum ad insinuationem humilitatis per verbum, subiungit: *Dicens: Deus propitius esto mihi peccatori*. Nota hic breuissimam orationem et efficacissimam, quia in hac orans seipsum humiliat, et Deum exaltat, et talis oratio est Deo accepta, secundum illud: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, et do-
Eccli.35.c nec propinquet, non consolabitur: et non discedet, donec Altissimus aspiciat. Deum etiam magnificat humiliter petendo veniam: Laudabo nomen tuum
Eccli.51.b assidue, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, et eruisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, et benedicam nomen Domini. Magnificat etiam eum vocando ipsum Deum, quia hoc est nomen summæ maiestatis. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, et non
Deus. Psal. 99.a ipsi nos. Et iterum: Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus, *et cetera*. Est similiter nomen
Psal. 94. a summæ veritatis. Non est Deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo
Num.23.a et non faciet? Et: Est autem Deus verax, *et cetera*.
Rom. 3. a Est similiter nomen summæ charitatis. Vnde dicitur: Deus charitas est, et qui manet in charitate, in
1.Ioan.4.c Deo manet. Est etiam nomen summæ pietatis: Be-
1.Cor.1. a nedictus Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, *et cetera*. Dicit igitur publicanus orando tam humiliter, quàm deuote, *Deus propitius esto mihi peccatori. Deus*, summæ maiestatis, *Propitius esto mihi peccatori*, ad manifestandam tuam potentiam, secundum illud: Misereris omnium, quia omnia potes, et dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam, *et*
Sap.11. d *cetera*. Summæ veritatis, *Propitius esto mihi peccatori*, ad manifestandam tuam iustitiam: In veri-
Ps.142. a tate tua, exaudi me in tua iustitia. In veritate, *inquam*, quam promisisti. Ezechiel: Impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuersus
Eze.33. c fuerit ab impietate sua. Summæ charitatis, *Propitius esto*

Digitized by Google

sius esto mihi peccatori, ad manifestandam tuam be-
Sap.11. d neuolentiam: Parcis autem omnibus, quoniam tua
Hier.31.a sunt Domine, qui amas animas. Et: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans, *et cetera*. Summæ pietatis: *Propitius esto mihi peccatori*, ad manifestandam tuam misericordiam, pro quo ora-
Psal. 50. a bat Propheta in psalmo: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, *et cetera*. Et:
Eccli.36.a Miserere nostri Deus omnium, et respice nos, et ostende nobis, *et cetera*.

Dico vobis. Postquam descripsit conditiones personarum et precum, hic tertio describit conditionem exauditionis. Describitur autem hic exauditionis conditio, quantum ad iudicium particulare, et quantum ad edictum vniuersale. Primo igitur quantum ad iudicium particulare, dicit:

Dico vobis: Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. ideſt, plus quàm ille, quia Pharisæus descendit iustificatus, secundum suam opinionem, sed iste secundum veritatem. Vnde Dominus plus pensat vnam humilem supplicationem peccatoris pœnitentis quàm innumerabiles actiones alicuius iusti
Sup.15. b de se præsumentis. Propter quod dicitur: Gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia, ideſt qui se reputant non egere. In quo miro modo reprimitur superbia humana, vt non de suis meritis præsumat. Propter quod etiam Deus reprobauit superbum populum Iudaicum, et elegit plebem humilem gentilium populorum, quorum figuram gerunt hic pharisæus et iste publica-
Glos.in hũc locum to.5. nus. Vnde Glossa: Typice Pharisæus Iudæorum populum designat qui ex iustificationibus legis extollit merita sua, et superbiendo recedit: humiliatus publicanus gentilem qui longe a Deo positus peccata confitetur, et lamentando appropinquat Deo, et
Rom.11.c exaltatur. Ideo dicitur: Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Si ergo Deus repressit iustos propter superbiam, quanto magis impios et su-
1.Pet.4. d perbos? Si iustus vix saluabitur, impius et peccator vbi parebunt?

Secundo quantum ad edictum vniuersale, subdit: *quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur*. Hic datur generalis sententia de hu-
Glos.in hũc locum to.5. militus et superbis. Vnde Glossa: Posita pharisæi et publicani controuersia, ponitur iudicis sententia, vt caueatur superbia. In qua sententia vniuersaliter præfertur humilis superbo, quia superbus debet
Abd.1.b deijci secundum quòd dicitur in Abdia: Si exaltatus fueris vt aquila, et si inter sidera posueris nidum
Iob 20. a tuum, *et cetera*. Et Iob: Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, et caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinium in fine perdetur. Propter quod di-
Prou.16.c citur: Contritionem præcedit superbia, et econtra-
Iob 22. d rio humilis iustus exaltatur. Iob: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, et qui inclinauerit oculos suos, ip-
1.Pet. 5. b se saluabitur. Et ideo Petrus: Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitatio-
Prou.18.b nis, de his duobus simul dicitur: Antequam conteratur exaltatur cor hominis, et antequam glorifice-
Prou.29.d tur, humiliatur: quia sicut dicitur: Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet glo-
Eccli.20.b ria. Et hoc est quod dicitur: Est propter gloriam minoratio, et est qui ab humilitate leuabit caput. Vnde exemplum habemus hic in pharisæo et publi-
1.Reg.16.a cano. Exemplum in populo Iudaico et gentili. Exemplum in Saule reprobo et Dauid electo. Exemplum summum in Lucifero et Iesu Christo. Vnde secundum hanc sententiam decurrit totius regimen vni-
Sup.14. e uersi. Et nota quòd eadem sententia supra fuit posita contra inuitatos ad nuptias et nunc iteratur hic, sed non sine causa, quia duplex est humilitas: Vna est charitatis, qua voluntate quis humiliat se, alia est humilitas veritatis, qua quis parua de se sentit. Supra ergo hoc dixit, vt incitaret ad humilitatem charitatis, hic iterat idipsum, vt incitet ad humilitatem veritatis, sicut apparet, quia publicanus propter conscientiam mali meriti, de se compellebatur mala sentire. Hæc autem humilitas duplex est nobis necessaria, scilicet veritatis in intellectu, et charitatis in affectu, vt excludatur a nobis superbia præsumptionis, et ambitionis: et ideo ad hoc insinuandum hæc sententia non irrationabiliter iteratur.

Afferebant autem ad illum et infantes, et cetera. Postquam exemplo parabolico induxit ad humilitatem in oratione, hic consequenter exemplo expresso inducit ad humilitatem in conuersatione, et hoc exemplo infantium qui Christo fuerunt oblati et accepti ab ipso, in signum approbationis humilitatis. In huius autem exempli explicatione, quinque introducuntur ab Euangelista. Primum oblatio importuna infantium. Secundum, carnalis increpatio offerentium. Tertium, benigna susceptio oblatorum. Quartum, iudicialis approbatio humilium. Quintum, seuera reprobatio superborum. Primo igitur quantum ad infantium oblationem, dicit:

Afferebant autem ad illum et infantes, vt eos tangeret. Glossa: Post dictam controuersiam et datam sententiam humili magistro offeruntur infantes, vt ostendatur quòd innoces et simplex ætas ad gratiam pertineat. Vnde in Psalmo: Ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem: offerebant autem vt eis daret benedictionem per manuum impositionem. In quo præfigurabatur, et quodam modo insinuabatur sacramentum confirmationis: in quo datur copia gratiæ benedictionis, secundum illud: Imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum. Hic autem Spiritus sanctus requiescit super paruulos, secundum illud: Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? et quis est iste locus requietionis meæ? ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu, et trementem sermones meos? Et dicit alia translatio: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum? Et hoc maxime verum est quando Domino offertur: Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Et ideo in figuram huius dicitur: Quidquid semel fuerit consecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino.

Glos.in hũc locum to.5. *Psal.8. a* *Act. 8. c* *Isa. 66. a* *Psal.26. d* *Leuit.27.d*

Secundo quantum ad offerẽtium increpationem, subdit: *quod cum viderent discipuli, increpabant illos*. scilicet offerentes, et hoc quia carnaliter afficiebantur circa Christum. Vnde Glossa: *Increpabant* non quòd nollent infantes manu et voce Saluatoris benedici, sed quia nondum perfecti in fide putabant eum in similitudinem hominum lassari importunitate offerentium. Vnde propter quietem magistri impediebant opus alienæ salutis, sicut et Petrus Domino dicenti quòd oporteret eum pati, dicebat: Absit a te Domine, non erit tibi hoc. Vel quia carnaliter afficiebantur circa populum suum. Vnde Glossa: *Increpabant*, hoc ideo fortasse, quia prius populum Iudæorum, ex quo secundum carnem erant, volebant saluari. Et ideo carnali misericordia mouebantur, de qua dicitur: Miseratio hominis, circa proximum suum: misericordia autem Dei, *et cetera*. In hoc autem facto discipuli gerebant typum carnalium sacerdotum et põtificum qui amant magis carnalem quietem et sanguinis proximitatem quàm populorum salutem. Sicut et in contentione eorum, scilicet discipulorum de maioritate quam habuerunt, figura geritur ambitiosorum, de qua infra: Facta est et contentio inter discipulos, quis eorum, *et cetera*. Et hæc duo vitia sunt, quæ maxime Ecclesiam Dei corrumpunt, scilicet ambitio dignitatum, et negligentia proximorum. Pro vtroque istorum dicitur: Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter:

Glos.in hũc locum to.5. *Mat.16.c* *Glos.in hũc locum to.5.* *Eccli.18.b* *Infr. 22.c* *Hier.48.b*

Digitized by Google

ter: et maledictus qui prohibet gladiũ ſuum a ſanguine. Alia trãſlatio habet: Negligẽtia. In quo ſimul fraudulenta ambitio, et deſidioſa negligẽtia reprobatur. Tertio quantum ad benignam oblatorum ſuſceptionem, additur: *Ieſus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, et nolite vetare eos*, quos ſcilicet magis debetis attrahere et vocare. Vnde dicitur:

Prou. 9. a Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem, et ad mœnia ciuitatis. *Si quis eſt paruulus veniat ad me*. Hos ergo non debebant vetare, ſed vocare. Noli prohibere benefacere eum qui poteſt: ſi vales, et ipſe benefac. Vnde Chryſoſtomus: Si ſancti futuri ſunt quid vetatis filios ad patrem venire? ſi peccatores futuri ſunt, quid ſententiã damnationis profertis antequam culpam videatis? quales modo ſunt, meum eſt: quales vero futuri ſunt, ipſorum: quod meum eſt, honorate: quod ipſorum erit, miſeremini. Ex quo manifeſte apparet quòd pueri non ſunt prohibendi, ne accedant ad Chriſtum, in cuius etiam ſignum, vt ipſe ſe præberet pueris in exemplum, dicitur de ipſo

Sup. 2. f ſupra quòd cum factus eſſet annorum duodecim, relictis parentibus remanſit in Hieruſalem. In cuius etiam ſignum infantium puerorum acceptauit martyrium, de quo Matthæus: Mittens Herodes, occidit omnes pueros qui erant in Bethleem a bimatu, et infra. In huius etiam ſignum acceptauit puerorum

Mat. 22. b præconium laudantium: Videntes principes ſacerdotum et ſcribæ mirabilia quæ fecit, et pueros clamantes in templo, et dicentes: Oſanna filio Dauid indignati ſunt, et dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dicit eis: Vtique numquam legiſtis: quia ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem? *et cetera*. Licet ergo pueri occidantur ab Herode, repellantur a phariſæis, ſuſcipiendi ſunt a diſcipulis: quia ſuſcipiuntur a Chriſto, et a Deo. Vn-

Pſ. 112. a de pſalmus: Laudate pueri Dominum, *et cetera*.

Quarto quantum ad iudicialem humilium approbationem, ſubiungitur: *Talium eſt enim regnum Dei*, ideſt pueris ſimilium. Et nota quòd pueri habent aliqua in ſe in quibus aſſimilantur eis mali, et aliqua in quibus aſſimilantur eis boni, propter quod dici-

1. Cor. 14. d tur: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Habent namque pueri ſtoliditatem in ratio-

Prou. 22. e ne: ſtultitia colligata eſt in corde pueri. Sapiens:

Sap. 12. d Tamquam pueris inſenſatis iudicium in deriſum dediſti. Habent concupiſcentiam in affectione. Eccle-

Eccls. 10. d fiaſtes: Væ tibi terra, cuius rex puer eſt, et cuius

Prou. 29. c princeps, *et cet*. Et: Puer qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam. Habent etiam inſta-

Iſa. 40. g bilitatem in operatione: Deficient pueri, et labora-

Epheſ. 4. c bunt, et iuuenes in infirmitate cadent. Et: Non ſimus paruuli fluctuantes, *et cetera*. Et ideo Iſaias:

Iſa. 65. d Puer centum annorum morietur, et peccator, *et ce-*

Dan. 1. a *tera*. Habent præter hæc pueri puritatem: Præcepit rex præpoſito Eunuchorum vt introduceret pueros

1. Reg. 21. a in quibus nulla eſſet macula. Ideo dicitur: Si mundi ſunt pueri, maxime a mulieribus, manducent. Et Da uid, *et cet*. Fuerunt vaſa puerorũ ſancta. Habent ſim-

Prou. 20. b plicitatẽ: Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer, ſi munda et

Oſea. 11. a recta ſint opera eius. Oſeas: Puer Iſrael, et dilexi eum

1. Paral. vlt. d propter ſimplicitatem. Et: Scio Deus meus quòd probes corda, et ſimplicitatem. Habent docilitatem:

Sap. 8. d Puer eram ingenioſus, et ſortitus ſum animam bo-

Prou. 23. b nam. Et: Noli ſubtrahere a puero diſciplinam, ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur. Habet

Iob 29. a amicabilitatem: Erat omnipotens mecum, et in

Sup. 11. a circuitu meo pueri mei. Et: Noli mihi moleſtus eſſe, quia pueri mei mecum ſunt. Habent tractabili-

1. Reg. 2. d tatem: Samuel miniſtrabat ante faciem Domini: puer accinctus ephod lineo. Et de Ioſeph dicitur:

Gen. 38. a Ioſeph paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc

Dan. 13. e puer. Habent veracitatem: Suſcitauit Dominus Spiritum ſanctum pueri iunioris, et exclamauit: Mun-

Hier. 1. a dus ego ſum a ſanguine huius. Et: Neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit Dominus ad me: Noli dicere, Puer ſum. Et: Tu puer, propheta, *et cetera*. Ha- *Sup. 1. g*

bent etiam humilitatem: Catelli comedũt ſub men- *Mar. 7. d*
ſa de micis puerorum: et ratione huius maxime Deo placent, et hic introducuntur in exemplum: Et *Mat. 18. a*
qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine *Pſ. 137. b*
meo, me ſuſcipit: quia excelſus Dominus et humilia reſpicit. Ideo Matthæus: Ecce puer meus quem *Mat. 12. b*
elegi, *et cetera*. Talium igitur, ideſt, habentium puritatem in carne, ſimplicitatem in intentione, docilitatem in cognitione, amicabilitatem in operatione, veracitatem in ſermone, et humilitatem in conuerſatione, eſt regnum cælorum. Et ratione huius humilitatis vocatur Abraam puer in ſcriptura: Me- *Pſ. 104. d*
mor fuit verbi ſancti ſui quod habuit ad Abraam puerum ſuum. Chriſtus autem puer dicitur: Me- *Eccls. 4. c*
lior eſt puer pauper et ſapiens rege ſene et ſtulto, *et cetera*. Et ratione omnium prædictorum, et maxime ratione humilitatis dicitur, talium eſt regnum cælorum. Propter quod ſupra: Depoſuit potentes *Sup. 1. e*
de ſede, et exaltauit humiles. Et Iob: Qui humilia- *Iob 22. d*
tus fuerit, erit in gloria: et qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur.

Quinto quantum ad ſeueram ſuperborum reprobationem, ſubinfertur. *Amen dico vobis, quicumque non acceperit regnum Dei ſicut puer, non intrabit in illud*, quaſi diceret: qui recuſat humiliari propter ſuperbiam cordis ſui, non intrabit in illud regnum per ſententiam veritatis Dei. Vnde Matthæus: Niſi con- *Mat. 18. a*
uerſi fueritis, et efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum: nam oportet eum qui intrat in regnum, eſſe ſicut puerum, ideſt purum et paruum. Regnum autem cælorum dicitur ſacra doctrina, ad quam qui vult venire, oportet quòd ſeipſum faciat ſicut puerum. Vnde Gloſſa: Regnum cæ- *Gloſ. in hũc*
lorum, ideſt doctrinam Euangelij, ſicut puer iube- *locum to. 5*
mur accipere. Puer in diſcendo non contradicit doctoribus, non rationes et verba ad reſiſtendum componit, ſed fideliter ſuſcipit, obtemperat, et quieſcit. Ideo dicitur: Abſcondiſti hæc a ſapientibus et pru- *Mat. 11. d*
dentibus, et reuelaſti ea paruulis. Et: Pueris autem *Dan. 1. c*
his dedit Deus ſcientiam et diſciplinam in omni libro, *et cetera*. Regnum etiam cælorum dicitur gratia, de qua ſupra: Regnum Dei intra vos eſt, et hoc *Sup. 17. e*
non datur niſi pueris per mũditiam et humilitatem: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Iac. 4. b*
Regnum cælorum etiam dicitur gloria æterna: Iuſti *Mat. 13. f*
fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum, et hoc non datur niſi paruulis ſecundum illud: Beati pauperes *Mat. 5. a*
ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Et etiam pueris qui ſunt puri: Beati mundo corde: quo- *Mat. 5. a*
niam ipſi Deum videbunt. Vnde Gloſſa: Sicut puer *Gloſ. in hũc*
non perſeuerat in ira, læſus non meminit, non con- *locum to. 5.*
cupiſcit mulierem, nec cogitat vel loquitur malum, ſic vos niſi talem innocentiam et puritatem habueritis non intrabitis in regnum cælorum. Qui ergo recuſat paruitatem humilitatis, et puritatem ſanctitatis, ille deſpicit vitæ æternæ meritum: et ideo neceſſe eſt reprobari per diuinum iudicium, vt non intret in regnum cælorum, ſed foras pellatur procul: Fo- *Apo. 22. c*
ris canes, et venefici, et impudici, et homicidæ, idolis ſeruientes. Propter quod in Pſalmo: Non ſaluatur rex per multam virtutem, et gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ, ideo Iudith ait: Nec *Pſal. 32. e*
ſuperbi ab initio placuerunt tibi, ſed hum ilium et *Iudit. 8. d*
manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Qui ergo non vult damnari neceſſum habet humiliari: Humilia valde ſpiritum tuum; quoniam vindicta *Eccli. 7. b*
carnis impij, ignis et vermis.

Et interrogauit eum quidam, et cetera. Poſt confutationem curioſitatis in perſcrutando, ſequitur hic ſecunda pars huius partis in qua fit confutatio curioſitatis in poſſidendo, et hoc quidem facit dupliciter, primo ſcilicet commendando paupertatem, ſecundo approbando

Digitized by Google

Inf. 19. a approbando libertatem infra. *Et ingressus perambulabat Iericho.* Paupertatem autem ostendit commendabilem et approbabilem ex quattuor. Primo ratione perfectionis in contrario, ibi: *Hũ ille audiũ, contristatus est.* Tertio, ratione consummationis in præmio, ibi: *ait autem Petrus: Ecce,* et cetera. Quarto, ratione dignationis Christi in exemplo, ibi: *Assumpsit autem Iesus duodecim.* In explicando autem meritum perfectæ paupertatis quattuor introducuntur, scilicet interrogatio, qua quæritur quid agendum. Responsio, qua ostenditur quò tendendum. Informatio, qua declaratur iter salutiferum. Exhortatio qua suadetur iter perfectum. Primo igitur quantum ad interrogationem qua quæritur quid agendum, dicitur:

Et interrogauit eum quidam princeps. Hic videtur quòd Ambrosius et Beda sibi contradicant. Ambrosius enim dicit quòd iste interrogauit Iesum interrogatione tentatiua et curiosa, et hoc colligitur, tum ex hoc quòd Dominus ipsum reprehendit, tum ex hoc quòd ipse Domini consilium non acceptauit. Vnde* Ambrosius in Glossa dicit, versuta fuit interrogatio, et ideo arguta responsio. Beda autem dicit quòd interrogauit interrogatione fideli et studiosa, quod elicit ex hoc quòd maxime dicitur Dominus Iesus eum dilexisse. Vnde Beda in Glossa ait: Non putandus est iste, vt quidam aiunt, vel Deum tentasse, vel de sua vita mẽtitum esse, alioquin, vt Marcus ait, intuitus arcana cordis eius diligere eum non diceretur Iesus. Sed hoc soluitur per quoddam verbum Ioannis Chrysostomi. Iste, inquit, dimes et tentator et superbus erat, sed Iesus oculis misericordiæ intuitus est eum. Et infra: Dilexit in eo non quod prius erat per superbiam, sed quod cœpit esse per gratiam. Quacumque autem intentione hoc fecerit, vtilem fecit interrogationem, et ideo subdit dicens: *Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo?* Hæc est recta et vtilis interrogatio secundum illud: State super vias, et videte, et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, et ambulate in ea, et hoc consilio Domini: Quærite primum regnum Dei, et iustitiam eius: scilicet per quam acquiritur regnũ. Et: Consilium semper a sapiente perquire: et maxime consilium salutare, semper perquirendum est ab vno sapientissimo Christo, et summo Magistro. Et ideo vocat eum Magistrum, a quo tamquam a peritissimo petit consilium sanum, secundum illud: Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi vnus ex mille. Et hic est Christus de quo in Cantico: Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus. Et: Virum de mille vnum reperi: Ab isto igitur, qui solus est Magister noster Christus, qui solus est sapientia: Prædicamus Christum Dei virtutem et Dei sapientiam: qui solus est verus consiliarius, secundum illud: Vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, *et cetera.* Hoc consilium et documentum est requirendum secundum illud: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas.

Amb. li. 8. in c. 18. Luca to. 3. et in Glossa in hũc locum to. 5.

Beda Glossa in hunc locum to. 5

Chrys. homil. 64. in c. 19. Mat. to. 2.

Hier. 6. d

Mat. 6. d

Tob. 4. c

Eccli. 6. a

Cant. 5. c

Eccls. 7. d

1. Cor. 1. d

Isa. 9. b

Secundo quantum ad responsionem qua ostenditur quò tendendum, subditur: *Dixit autem Iesus: Quid me dicis bonum?* quod non dicit arguendo eum tamquam mendacem, sed quia vocans eum bonum, intentionem figebat in humanitate. Vnde Augustinus de Trinitate: Vocas me, secundum illud quod vides, Magistrum bonum, huius formæ visio non erit in bonum eis, qui male agunt: quasi diceret, bonitas ad quam tendere debes non est in me secundum quòd homo, sed secundum quòd Deus sum. Et ideo addit: *Nemo bonus nisi solus Deus.* Quod non intelligitur de bonitate per participationem quæ omnibus communicatur a Deo secundum illud: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona: sed de bonitate per essentiam quæ facit beatos et bonos, secundum illud: Ego ostendam omne bonum tibi. Hoc bonum quærendum est, sicut finis omnis boni. Vnde dicitur: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus Deus, *et cetera,* id est, bonum finale in solo Deo est, qui est finis omnium, quia bonum et finis idem. Et propterea dicitur: Ego sum Alpha et ω, principium et finis. Et: Bonus Dominus, et confortans in die tribulationis: et sciens sperantes in se. Ab hoc bono manat in nos bonitas per Spiritum sanctũ. Sapiens: O quàm bonus, et suauis est Domine spiritus tuus in omnibus! Et: Quàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. Hęc autem bonitas nostra ad diuinam bonitatem comparata non est bonitas. Vnde Iob: Numquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo punior erit? Ibi Glossa: Humana iustitia diuinæ comparata, iniustitia est. Et ideo Iob: Numquid iustificari potest homo comparatus Deo? quasi diceret non. Et: Deus solus iustificabitur, et manet inuictus rex in æternum. Christus igitur responsurus quæstioni vtili ad salutem totius mundi tamquam Magister morum, et moralis totius philosophiæ, incœpit a summo bono per essentiam, a quo et secundum quod, et ad quod ordinari debet omne bonum, alioquin desinit esse bonum.

Mat. 19. c

Apo. 1. b

Nahũ. 1. b

Sap. 12. a

Psal. 72. a

Iob 4. d

Iob 35. b

Eccli. 18. a

Tertio quantum ad informationem qua declaratur iter salutiferum, subdit: *Mandata nosti?* quod dicitur expressius in Matthæo: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: explicat autem ea cum subinfert: *Non occides,* per iracundiam: Qui odit fratrem suum, homicida est: et ideo dicitur: Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. *Non mœchaberis,* per lasciuiam, quia dicitur: Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui. Et: Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. *Non furtum facies,* per auaritiam. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis. *Non falsum testimonium dices,* per fraudulentiam. Testis falsus non erit impunitus, et qui mendacia loquitur, peribit. *Honora patrem tuum et matrem,* scilicet per beneficentiam. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filijs. Et qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: et qui obedit patri, refrigerabit matrem. Vnde Ambrosius: Primus gradus pietatis est iste, nam hos auctores tibi esse voluit Deus: Honora obsequijs, vt abstineas a contumelijs. Quia nec vultu quidem lædenda pietas est parentum. Ideo dicitur: Qui timet Dominum, honorat parentes, et quasi Dominis seruiet his qui se genuerunt. Attende autem hoc loci quòd Dominus enumerat hic præcepta ordinate et sufficienter. Ordinate quidem, quia prius est declinare a malo quàm facere bonum. Et ideo prius ponit negatiua quàm affirmatiua. Sufficienter, quia mandata primæ tabulæ, non sunt de agendis, sed potius dirigunt in illud summum bonum desiderandum. Duo vero vltima de concupiscentia vxoris et rei alienæ reducuntur ad prohibitionem mœchiæ et furti. Vnde in hoc sufficienter docet declinare omnem deordinationem respectu proximi, et quantũ ad irascibilem, et quantum ad concupiscibilem, et quãtum ad operatiuam, et quantum ad interpretatiuam. Et docet etiam perfectam beneficentiam per vltimum mandatum. Et sic in his continentur duo præcepta legis naturalis, de quorum primo dicitur: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. De secundo: Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, ita et vos facite illis. In his etiam continetur sufficienter mandatũ de dilectione proximi, de qua dicitur: Qui diligit proximum, legem impleuit. Et quoniam hęc mandata non iustificant per simplicem notitiam, sed per experimentalem obseruantiam, ideo non quærebat Dominus de notitia simplici, cum dicebat: *Mandata nosti:* sed de experimentali, quia dicitur: Non audito-

Mat. 19. c

1. Ioan. 3. c

Mat. 5. c

Deut. 27. d

Mat. 5. d

Ephe. 4. f

Prou. 19. a

Eccli. 3. a

Ambr. li. 8. in c. 18. Luca to. 3.

Eccli. 3. a

Tob. 4. c

Mat. 7. b

Rom. 13. c

Rom. 2. b

Digitized by Google

auditores legis iuſti ſunt apud Deum : ſed factores legis, *et cetera*. Et ideo ad hoc reſpondet iſte legiſperitus, ſicut intelligens, cum ſequitur : *Qui ait : Hæc omnia cuſtodiui a iuuentute mea*. Et hoc quidem ſecun
Prou. 3. a dum conſilium ſapientis : Fili mi, ne obliuiſcaris legis meæ, præcepta mea cor tuum cuſtodiat : longitudinem enim dierum, et annos vitæ apponent tibi :
Eccls 8. a quia dicitur : Qui cuſtodit præceptum, non experietur quidquam mali.

Quarto quantum ad exhortationem qua ſuadetur
Gloſ. interlin. in hũc locum to. 5. paupertatis iter perfectum, ſubditur : *Quo audito, Ieſus ait ei : Adhuc vnum tibi deeſt*. Gloſſa : Ad perfectionem. Eſt autem perfectum cui nihil deeſt. Vn-
Luc. 2. a de dicitur : Sitis perfecti, et integri, in nullo deficientes. Et hoc fit perfecte implendo voluntatem diuinam, non ſolum faciendo præcepta et vitãdo prohibita, verumetiam implendo conſilia ſecundum il-
Rom. 12. a lud : Probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta. Et : Perfectus autem omnis erit,
Sup. 6. f ſi ſit ſicut magiſter eius, id eſt Chriſtus, qui nihil prorſus habet propter quod adiungit : *Omnia quæcumque*
**Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5.* *habes, vende, et da pauperibus*. Gloſſa* : Non partem,
Act. 5. a ſicut fecit Ananias, de quo dicitur quòd fraudauit
Aug. in Pſ. 102. to. 8. de pretio agri. Et hoc, quia regnum cælorum, vt dicit Auguſtinus : Tantum valet, quantum habes. Ideo
Sup. 14. g dicitur : Qui non renunciat omnibus quæ poſſidet,
Mat. 13. f non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et : Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, *et cetera*. Et ne hoc graue videatur, adiungit : *Et habebit thelob 22. d* *ſaurum in cælo*. Iob : Dabit pro terra ſilicem, et pro ſilice torrentes aureos. Et ij ſunt in gloria æterna, vbi
Mat. 6. c ſunt theſauri incorruptibiles. Theſaurizate vobis theſauros in cælo : vbi neque ærugo, nec tinea demolitur : et vbi fures non effodiunt, nec furantur. Et quia, vt dicit Gloſſa : Non ſufficit relinquere ſua, niſi ſequatur Dominum, imitando, ideo ſubdit : *Et veni*
1. Pet. 2. d *ſequere me*, per ſummam vitæ aſperitatem, ſecundum illud : Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, *et cetera*. Per ſummam rerum mendicitatem. Nam diſcipulo volenti eum ſequi ex cupiditate, et dicenti : Magiſter, ſequar te quocumque ieris. Reſpondet : Vulpes foueas habent, et volucres cæli nidos : filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Per ſummam cordis humilitatem :
Eccli. 23. d Gloria magna eſt ſequi Dominum. Et : Qui ſequitur
Ioan. 8. b me non ambulat in tenebris. Et de his ſupra : Si quis
Sup. 9. c vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, et tollat crucem ſuam quotidie, et ſequatur me. Sequi autem Chriſtum, eſt ſe perfecte illi configurare, ſecundum
Iob 23. c illud : Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, non declinaui ex ea, *et cetera*.

His ille auditis contriſtatus eſt, et cetera. Poſtquam oſtendit paupertatem commendabilem, ratione perfectionis ſui in merito : hic oſtendit eam commendabilẽ ratione imperfectionis in ſuo contrario : quod quidem eſt tenacitas diuitiarum. Circa quod quattuor introducuntur ab Euangeliſta, ſcilicet humanæ tenacitatis indicium, periculum, obſtaculum, remedium, quod eſt diuinæ gratiæ donum. Primo ergo quantum ad humanæ tenacitatis indicium, dicitur :

His ille auditis contriſtatus eſt, quia diues erat valde. Quia enim abũdabat diuitijs, horruit penuriam paupertatis, et ideo de paupertatis laude et conſilio triſtis effectus fuit. Et hæc ſequela eſt cupiditatis, et indicium tenacitatis, cum quis triſtatur ob horrorem
Eccli. 14. b paupertatis. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non ſatiabitur, donec conſumat arefaciens animam ſuam. Et non ſatiabitur pane indigens, et
Triſtitia ſæculi mala. in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Hæc autem triſtitia mala eſt, quia eſt triſtitia ſæculi, de qua dicitur :
2. Cor. 7. c Sæculi triſtitia mortem operatur. Nam dicitur : A
Eccli. 38. b triſtitia feſtinat mors, et cooperit virtutem, et triſtitia cordis flectit ceruicem. Qui ergo hanc triſtitiam vult fugere, oportet eum odire cupiditatem diuitiarum quæ pungunt ad modum ſpinarum, ſicut
Mat. 13. c inſinuatur in Matthæo : Nam de diuite dicitur : So-
Iob 15. c nitus terroris ſemper in auribus, et cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur. His autem contrarij ſunt viri iuſti
Heb. 10. f et perfecti Chriſtiani, ad quos dicitur : Rapinas bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes habere meliorem et manentem ſubſtantiam.

Secundo quantum ad humanæ tenacitatis periculum ſubditur : *Videns autem Ieſus illum triſtem factum*, propter affectum puſillanimitatis, contra quam dicitur : Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. Exorare
Eccli. 7. a et facere eleemoſynam ne deſpicias, dixit : *Quàm difficile qui pecunias habent in regnum Dei intrabunt*, propter vitium tenacitatis. Gloſſa : Qui pecunias habent, id eſt, cum amore poſſident, et in eis confidunt. Vnde alibi dicitur expreſſius : Quàm difficile eſt confi-
Mar. 10. c dentes in pecunijs in regnum Dei introire ? Et ratio huius eſt, quia temporalia hic amplectuntur tamquam magna, contemnunt illa æterna. Vnde Gloſſa :
Gloſ. interlin. in hũc locum to. 5. Qui diuitijs multiplicandis incumbunt, alterius vitæ gaudia contemnunt, præterea qui hic temporalia diligunt, multis tentationum iaculis exponuntur.
1. Tim. 6. b Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, et deſideria multa et inutilia, et nociua, quæ mergunt homines, *et cetera*. Alia ratio eſt, quia qui his affectu coniunguntur, haud facile ſeparantur. Vnde de talibus in Pſalmo : Quoniam hu-
Pſal. 43. d miliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter. Vnde et hæc plus mundi concupiſcentia quàm ſubſtantia nocet. Et hæc fugiendarum diuitiarum ratio præcipua eſt, quia aut vix aut numquam abſque amore valent poſſideri. Limoſa enim et glutinoſa eſt ſubſtantia mundi huius, et cor humanum facile opibus frequenter adhæret. Et ideo Gloſſa : Difficulter diuitiæ contemnuntur :
Gloſ. interlin. in hũc locum to. 5. omnium ergo tutiſſimum eſt diuitias nec habere nec amare. In quo dat intelligere quattuor hominis
Beda Gloſſa in Marc. c. 10. to. 5. differentias quas exponit Beda, et habentur in Gloſſa ſuper decimum Marci. Multi habẽt et non amant : multi non habent et amant : alij habent et amant : alij nec ſeſe habere, nec amare gaudent. Hi tutiſſimi
Gal. 6. d ſunt, quia cum Apoſtolo dicere poſſunt : Mihi mundus crucifixus eſt, et ego mundo.

Tertio quantum ad ipſius tenacitatis obſtaculum, ſubiungit : *Facilius eſt enim camelum per foramen acus tranſire*, licet ſit contra naturam, *quàm diuitem intrare in regnum Dei* : quia hoc eſt contra diuinam iuſtitiam. Hoc enim minus impoſſibile eſt quòd res magna pertranſeat per paruam acum quàm quòd anima cupida et auara intret in cælum, vbi eſt ſufficientia bonorum. Quia ſicut dicitur : Auarus non implebitur pecunia, et qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis : immo certe interitum ſempiternum.
Eccls. 5. b Quia pondus diuitiarum trahit deorſum : Diuitiæ
Ibid. c conſeruatæ in malum Domini ſui. Perimit enim in afflictione peſſima. Vnde quantum diſtet cælum a terra, tantum diſtat cor auari, quod circa terrena conuerſum eſt, a regno Dei, quod eſt in cælo. Propter
Iſa. 55. c quod dicitur : Sicut exaltantur cæli a terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ a vijs veſtris, et cogitationes meæ a cogitationibus veſtris. Et attendendum quòd recta
Recte auarus camelo cõparatur. eſt comparatio auari ad camelum, quia camelus ingentibus membris eſt animal, enorme, monſtruoſum, et gibboſum : ſic auarus per amorem copulatus ſuis poſſeſſionibus, eſt quaſi animal mõſtruoſum. Aditus autem regni cæleſtis comparatur foramini acus, propter artitudinem et ſpiritualitatem. Vnde
Mat. 7. b Matthæus : Anguſta porta et arta via eſt quæ ducit ad vitam, et pauci ſunt qui inueniunt eam. Vnde maior eſt impoſſibilitas ipſius auari ad aditum in regnum cælorum quàm cameli ad tranſigendum foramen acus. Propter quod Bernardus : Per anguſtam contendamus ingredi portam neceſſe eſt. Quid tu camele gibbum, quid tu pecunioſe Iudæ proditoris loculos

Digitized by Google

loculos tollis? Non sic impie, non sic ingredieris foramen acus huius, sarcinas non admittit. Sed excusant se aliqui dicentes: Abraam, Isaac, et Iacob, ceteriq. sancti numquid non terrenas diuitias habuisse leguntur? et sufficit nobis, neque enim sumus patribus meliores. Quid respondebimus nouis imitatoribus sanctorum veterum? imponant vitulos super altare Domini, mactent arietes, hircos immolent, quia hoc etiam Abraam fecit. Sic autem sacrificijs illis, sic et diuitijs, carnalibus adhuc populis, dispensatio Dei timorem gerebat, vbi sane cælestis promissio sonuit, necesse est spiritualibus spiritualia comparari, et mutari sacrificium spe mutata.

Quarto quantum ad ipsius tenacitatis remedium per diuinum adiutorium, subdit: *Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri?* Quod dicunt quærentes remedium, et exhorrentes periculum. Cum enim pauciſſimi sint qui diuitias perfecte contemnant, videtur ex hoc quòd vix vllus possit adipisci salutem perpetuam. Vnde Augustinus: Cum plures sint pauperes quàm diuites, non hoc dixissent Apostoli, nisi in numero diuitum intellexissent cunctos qui diuitias adipisci volunt: pauci autem sunt qui non sunt tales, quia sicut dicitur: Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Christi. Omnes igitur in periculo damnationis esse videntur. Ideo Dominus ostendit remedium per suę gratię donum, cum subdit: *Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines*, per virtutem virium suarum, *possibilia sunt apud Deum*, idest possibilia fiunt per eius adiutoriū: quod dicitur, quia et si sit difficile hic temporalia contemnere per vim naturæ, efficitur tamen facile per donum gratiæ, secundum illud: Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Vnde non est intelligendum, quòd Dominus cupidum manentem introducat per potentiam in cælum, sed quòd per gratiæ donum conuertat ipsum de vitio ad virtutem. Vnde Glossa dicit: Ab amore terrenorum ad charitatem conuertit æternorum, non quòd superbi et cupidi intrent. Et hoc est magnæ potentiæ quòd tanta fiat mutatio, vt de cupido fiat charitatiuus, de terreno cælestis, de diuite pauper, de superbo humilis, de filio perditionis filius regni, vt possit dici illud: Hæc mutatio dexteræ excelsi. Quia ipse est qui dare potest sufficientiam cordis per gratiam, quæ non potest dari per pecuniam, vel per aliquam creaturam, secundum illud: Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, *et cetera*, quia sicut dicitur supra: Non erit apud Deum impossibile omne verbum.

Aug. epist. 89. ad Hilar. to. 2. *Phil. 2. e* *Cant. 8. c* *Glos. interlin. in hūc locum to. 5.* *Psal. 76. b* *2. Cor. 9. b* *Sup. 1. d*

Ait autem Petrus. Postquam commendauit paupertatem per perfectum in merito, et per imperfectum in contrario, hic tertio commendabilem eam ostendit propter consummationem in præmio. Circa eius descriptionem, proceditur hoc ordine. Introducitur enim hic perfectæ paupertatis altitudo, vt authentica per Apostolicam obseruantiam, vt approbata per diuinam sententiam, vt locupletata per gratiam, et vt præmiata per gloriam. Primo igitur quantum ad paupertatis auctoritatem per Apostolicam obseruantiam dicitur:

Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te. Hoc autem dicit Petrus tamquam princeps Apostolorum, super quem ecclesiastica perfectio est super ædificata, secundum illud: Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Dicit autem hoc non ad ostentationem, sed ad sciendam remunerationis sublimitatē. Vnde Matthæus: Nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? *et cetera*. Hoc etiam dicit Petrus, vt ostendat paupertatis consilium per Apostolos adimpletum. Vnde *Hieronymus: Grandis fiducia. Petrus piscator erat: diues non fuerat, cibos manu et arte quærebat, et tamen confidenter loquitur dicēs: dimisimus omnia. Et causam huius reddit Gregorius, dicens sic: Tanta quippe a sequentibus dimissa sunt, quanta a non sequentibus concupisci potuerunt. Quoniam ergo omnia potuerunt concupisci, ideo quando concupiscentiam dimiserunt, omnia dimiserunt. Hoc etiam dicit Petrus, non iactanter ad ostentationem, sed sapienter, vt alios inuitet ad imitationem. Vnde Bernardus super hoc verbum: Ecce nos reliquimus omnia: Bene Petre, et non ad insipientiam tibi, quia mundus transit, et concupiscentia eius, et relinquere magis expedit, quàm relinqui. Et nota quòd optime hic duo coniungit, reliquimus et te secuti sumus. Quia Christum currentem sequi non possumus, nisi post eum curramus: et currere non possumus nisi exoneremur. Vnde dicitur: Deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes, *et cetera*. Et de hoc Bernardus: Bene, inquit, Petre, et non ad insipientiam tibi, quia currentem non poteras sequi one ratus, sed nec inutilis commutatio est, pro eo quod super omnia est, omnia reliquisse. Christum etiam, quem sequimur, non possumus consequi nisi exoneremur, et frustra sequimur nisi consequamur, secundum illud: Sequar autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum. Et de hoc Bernardus: Felices liquet esse qui exonerati sunt et sequuntur Dominum expediti, artissimum foramen nos expectat, si quem sequimur consequi volumus. Et sic sequebatur Paulus qui dicebat: Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatū prosequor brauium supernæ vocationis. Sic et alij Apostoli de quibus dicitur: Relictis retibus et patre, secuti sunt Dominum, dicitur de Iacobo et Ioanne. Et de Petro et Andrea, relictis retibus, secuti sunt eum. Similiter de beato Matthæo dicitur quòd relictis omnibus surgens, secutus est Dominum.*

Bern. in Declamat. in princ. to. 2. *Heb. 12. a* *Ber. in Declamat. in princ. to. 2.* *Phil. 3. c* *Ber. in Declamat. in princ. to. 2.* *Phil. 3. c* *Mat. 4. d* *Mar. 1. b* *Sup. 5. f*

Secundo quantum ad paupertatis approbationem per diuinam sententiam, subditur: *Qui dixit eis: Nemo reliquit domum*, quo ad hereditatis fundamentum: Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam, *et cetera*. *Aut parentes*, scilicet quo ad hereditatis principium: Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam et obliuiscere populum et domum patris tui. *Aut fratres*, quo ad hereditatis consortium. Fratres scilicet carnales, de quibus Iob: Fratres mei prætereunt me, sicut torrens raptim transit in conuallibus, *aut vxorem*, quo ad hereditatis dominiū, quia vxor et vir sunt vnum corpus, ideo dicitur: Viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Possunt tamen dimitti propter amorem Christi, vt non ducantur, vel si ductæ sunt ex earum consensu, vel propter fornicationis peccatum. Nam dicitur: Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur. De hoc Apostolus: Dico autem non nuptis et viduis, bonum est illis, si sic permanserint sicut et ego. Subditur: Ijs autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem a viro non discedere, *et cetera*. Quod ergo dicitur de dimissione vxoris, intelligitur secundum modum prædictum, *aut filios*, quo ad hereditatis successionem: Qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus, *aut agros*, quo ad hereditatis dilatationem. De quo Isaias: Væ qui coniungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. *Propter regnum Dei*, hoc est secundum rectam intentionem, qua quærendum est regnum Dei, et iustitia eius. Hanc autem derelictionem Dominus acceptat, in qua derelinquitur simul cupiditas, et carnalitas. Ideo dicitur Abraæ: Egredere de terra tua,

Mat. 19. b *1. Cor. 8. b* *Mat. 19. d* *Mat. 10. d* *Isa. 5. b* *Mat. 6. d* *Gen. 12. a*

Digitized by Google

tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrauero tibi. Non enim sufficit quòd relinquatur possessio, nisi etiam relinquatur et affectus carnalis, propter quod dicitur:
Deu. 33.b Qui dixerunt patri suo, et matri suæ: nescio vos: et fratribus suis, ignoro illos et nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, et pactum tuũ seruauerũt, iudicia tua o Iacob, et legem tuam o Israel.

Tertio quantum ad paupertatis locupletationem per gratiam, adijcitur. *Et non recipiat multo plura in hoc tempore:* quod non est intelligendum de temporalibus vt multo plures vxores habeat, vel filios vel fratres carnales, sed intelligitur de spiritualibus charismatibus gratiarum, quibus paupertas incomparabiliter locupletatus sine aliena iactura. Et hoc per donum charitatis, quæ facit omnia communia: secundum illud: Omnia vestra sunt siue præsentia, siue futura. Per donum etiam abundantissimæ simplicitatis. Vnde dicitur: Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis. Et: Sicut egentes, multos autem, *et cetera*. In huius figuram dicitur: Sicut Isaac in terra illa, et inuenit in ipso anno centuplum, benedixitq. ei Dominus, et locupletatus est. Vnde dicitur: Centuplum accipiet, *et cetera*. Super quem locum dicit Hieronymus: Qui carnalia pro Domino dimiserit, spiritualia accipiet, quæ comparatione et merito sui ita erunt, quasi paruo numero centenarius comparatur. Vnde ne intelligatur de temporali locupletatione dicitur: Nemo est qui reliquerit, *et cetera*, qui non accipiat centies tantum in tempore hoc cum persecutionibus. Super quo loco dicit Bernardus: Signanter additur, cum persecutionibus, forte enim quis cum audiret hic promitti centuplum, coniectaret hoc et de temporalibus exhiberi, sed præcidit hunc intellectum, nomen additum persecutionis. Quid enim est terrenæ consolationis quod non facile persecutio tollat? Quid terrenum inter persecutiones sancti martyres acceperunt? Interim tamen vndecumque sint accepturi, dummodo sit centuplũ, dum valeat centupliciter, centupliciter placeat, consoletur, delectet, et ametur, quid insaniæ est quòd cunctantur homines relinquere simpla pro cẽtuplis?

1.Cor.3.d *2.Cor.8.a* *2.Cor.6.a* *Gen.26.e* *Mat.19.d* *Hiero.li.3. in cap. 19. Mat. to. 6.* *Mar. 10. d* *Ber. in Declama. multo ante fin. to. 2.*

Quarto quãtum ad paupertatis remunerationem per gloriam, subiungitur: *Et in sæculo futuro vitam æternam*. Recto autem nomine gloria, vita æterna dicitur. Quia sicut separatio a fonte vitæ mors est, et damnatio æterna, sic coniunctio cum illo est vita æterna. Propter quod in Psalmo signanter dicitur: Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ. Et recte additur æternitas vitæ, quia æternitas nihil aliud est quàm incommutabilis vitæ possessio, tota simul et perfecta possessio. Et tale est quod excedit temporalia in infinitum: Ita vt vere dicatur: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quia dicitur: Id quod in præsenti est momentaneum et leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis: hoc pondus immensum gloriæ pro leui pondere rerum mercari possumus, quia præmium superexcellit meritum per omnem modum: Mensuram bonam et confertam et coagitatam et superefluentem dabunt in sinum vestrum. Et ideo dicitur: Non impediaris orare semper, nec veteris vsque ad mortem iustificari: quoniam merces Dei manet in æternum.

Psal.35. b *Rom.8. c* *2.Cor.4.d* *Sup.6.e* *Eccli.18.e*

Assumpsit autem Iesus duodecim, et cetera. Postquam paupertatem ostendit commendabilem et appetibilem, per perfectionem meriti sui, et per imperfectionem contrarij, et consummationem præmij cumulati: hic quarto ostendit eam approbabilem et eligibilem ratione exempli perfectissimi, videlicet Christi crucifixi. Et quoniam exemplum illud posset videri aliquibus contemptibile ratione infirmitatis, ideo in hac parte præmittitur hic exemplum dignationis Christi. Secundo ad illius confirmationem adiungitur miraculum virtutis, in illuminatione pauperis cæci, ibi: *Factum est autem cum appropinquaret Hiericho*. Circa exemplum dignationis quod consistit in sustinẽtia crucis perfecte describendum, quattuor introducuntur, scilicet benignitas magistri, profunditas mysterij, acerbitas supplicij, et cæcitas cordis humani respectu talis exẽpli. Primo igitur quantum ad benignitatem Magistri præmittit:

Assumpsit autem Iesus duodecim, hoc, est familiariter ad se sumpsit, et hoc fuit miræ dignationis et benignitatis: Expandit alas suas, et assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. Assumpsit autem vt eos consolaretur docendo, et consolando doceret. Vnde subditur: *Et ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam*, tamquam ad locum, scilicet passionis. Glossa: Præuidens ex passione sua discipulos perturbandos, prædicit et passionis pœnam et gloriam resurrectionis, vt cum morientem cernerent, resurrecturum non dubitarent. Prædicit autem hanc futuram in Hierusalem. Nam sicut supra dictum est: Non capit prophetam perire extra Hierusalem. Ratio autem huius est, quia Hierosolyma erat locus, in quo erat sedes regni, sacerdotij, magisterij, et iudicij: et ideo ibi debebat pati ille qui est rex, sacerdos, magister, et iudex, vt sic ex Hierusalem exiret, et inciperet Christi regnum, secundum illud: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, *et cetera*. Exiret salus et remedium: Propter Sion non tacebo, et propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splendor, iustus eius. Exiret etiam lex et iudicium: Venite, et ascendamus ad montem Domini. Et post: Quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem. Ideo in Hierosolymam ascendit Christus, vt in cruce patiens, regnum virtutis, sacerdotium sanctitatis, et legem iudicij et veritatis gentibus daret. Propter quod et ipsa Hierusalem typum gerit Ecclesiæ, animæ sanctæ, et Hierusalem supernæ. Vnde Isaias: Omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Hierusalẽ, sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem, *et cetera*.

Deu. 32.b *Sup. 13. g* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Psal. 100. a* *Isa. 62. a* *Isa. 2. a* *Isa. 4. a*

Secundo quantum ad profunditatem mysterij, subditur: *Et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis*. In quo apparet mira profunditas mysterij passionis Dominicæ pro eo quòd in ipso est consummatio totius reuelationis prophetiæ. Omnes enim prophetæ principalem aspectum habuerunt ad præsentiam Christi, secundum triplicem dignitatem, scilicet regni magisterij, et sacerdotij. Et secundum triplicem perfectionem, virtutis scilicet, veritatis, et bonitatis, secundum quòd dicitur de Christo: Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, Dominus saluabit nos. Secundum quòd Rex, regit nos per præcepta et iudicia. Secundum quòd Magister, erudit nos per mysteria et exempla. Secundum quòd Sacerdos, sanctificat nos per sacrificia et sacramenta. Quoniam ergo in cruce sunt hæc sex consummata, ideo dicuntur: *consummata omnia quæ dicta sunt per prophetas*. Consummata namque sunt præcepta propter nimiam charitatem, quia finis præcepti, est charitas, de qua in Psalmo: Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Consummata sunt iudicia propter nimiam seueritatem quam habuit ad se. Consummatio abbreuiata inundabit iustitiã. Et iterum: Consummationẽ, et abbreuiationẽ audiui a Domino *et cet.* Consummata mysteria: In diebus vocis septimi Angeli consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Consummata exempla:

Isa. 33.d *1.Tim. 1.a* *Psal. 118. l* *Isa. 10. e* *Isa. 28. f* *Apo. 10. e*

Decebat

Heb. 2. *c* Decebat enim eum, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eorum, per passionem consummari, *et cetera*. Consummata sunt sacrificia. Vnde dicitur: *Heb.* 10. *c* Vna in oblatione consummauit in sempiternum *2. Mach.* sanctificatos. Et ⌣: Orationem faciebant omnes sa- *1. e* cerdotes, dum consummaretur sacrificium, *et cetera*. *Heb.* 8. *c* Consummata sunt sacramenta: Consummabo super domum Israel, et super domum Iuda testamentum nouum, et hoc testamentum consummatum est in *Heb.* 9. *f* sanguine Christi. Hic ille sanguis testamenti, quod mandauit, *et cetera*. Et ex hoc impletum est testamentum vetus, et omnia consummata. Et ideo in huius *Sup.* 13. *g* figuram dicitur supra: Ecce sanitates perficio hodie, et cras et tertia die consummor. Et ideo Ioannes ait: *Ioan.* 19. *f* Sciens Iesus quia omnia consummata sunt, *et cetera*. dicit, Sitio: Subditur: Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit: Consummatum est: Et inclinato capite tradidit spiritum. Et sic verificatum est illud: *Eccli.* 34. *a* Sine mendacio consummabitur verbum legis, et sapientia in ore fidelis complanabitur.

Tertio quantum ad acerbitatem supplicij, subdit: *Tradetur enim gentibus*, vt extraneus, secundum quòd *Psal.* 87. *b* prædicitur a Dauid in Psalmo: Traditus sum, et non egrediebar. Huius figura præcessit in Ioseph, de quo *Gen.* 37. *f* dicitur quòd fratres eius vendiderunt eum Ismahelitis. *Et illudetur*, vt stultus. Cuius figura præcessit *Iob* 30. *a* in Iob, de quo dicitur: Nunc deridet me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum *Mar.* 15. *b* canibus, *et cetera*. Et: Induunt eum purpura, et imponunt ei plectentes spineam coronam: Et cœperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum: Et percutiebant caput eius arundine⌣. *Et flagellabitur*, vt infirmus. *Psal.* 72. *b* Vnde in Psalmo: Et fui flagellatus tota die. Et: Cor- *Isa.* 50. *b* pus meum dedi percutientibus, et genas meas vellen- *Ioan.* 19. *a* tibus. Vnde Ioannes: Apprehendit Pilatus, et flagel- *Isa.* 50. *b* lauit eum. *Et conspuetur*, vt immundus: Faciem meam non auerti ab increpantibus, et conspuentibus in me. *Iob* 30. *b* Et Iob: Longe fugiunt a me, et in faciem meam con- *Mat.* 26. *g* spuere non verentur: Expuerunt in faciem eius: et colaphis eum ceciderunt. *Et postquam flagellauerint, occident eum*, quasi esset iniquus. Vnde dicitur: Post *Dan.* 9. *g* sexagintaduas hebdomadas occidetur Christus, et *Isa.* 53. *b* non erit eius populus, qui eum negaturus est. Et: Sicut ouis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram *Mat.* 27. *d* condente se, obmutescet. Et⌣: Postquam illuserunt ei, induerunt eum vestimentis eius, et duxerunt eum vt crucifigerent. Et cum eo crucifigunt duos latro- *Mar.* 15. *e* nes, *et cetera*. Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est. *Et tertia die resurget*, vt verus Deus, quod dicitur ne ex passione terrerētur. Huius resurrectionis figura in Iona præcessit. Vnde di- *Mat.* 15. *c* citur: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde ter- *Osea* 6. *a* ræ. Vnde Osæas: Viuificabit nos post duos dies, in *Ioan.* 2. *d* die tertia suscitabit nos. Et de hoc Ioannes: Soluite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. In ijs autem sex quę facta sunt in nostra redemptione, scilicet traditione, illusione, flagellatione, consputatione, occisione, et resurrectione recte clauditur vniuersitas operum reparationis. Vt sicut in sex diebus totus mundus fuit perfectus, sic etiam in ijs sex opus reparationis consistit, et tandem sequitur Spiritus sancti datio: *Gen.* 2. *a* Sicut in die septima, in cuius mysteriū dicitur: Compleuit Deus die septimo omne opus suum. Subdit: Et benedixit diei septimo, et sanctificauit illum. In quo *Ioan.* 7. *f* intelligitur datio gratiæ septiformis. Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.

Quarto, quantum ad cæcitatem cordis humani, subiungit: *Et ipsi nihil horum intellexerunt*, quia hanc *Psal.* 81. *b* veritatem non aduertebant. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Et in hoc gerunt figuram ignorantium prælatorum, qui ignorant documenta scripturarum, secundum illud: Ipsi pastores *Iob* 56. *d* ignorauerunt intelligentiam: *Et erat verbum istud absconditum ab eis*, quia hanc veritatem non perquirebant tamquam animales, et sensibiles. Vnde Sapien- *Iob* 28. *c* tia venit? et quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viuentium. Et in hoc gerebant Apostoli figuram Iudæorum, quibus diuina secreta velantur: Cum legitur Moyses, positum est velamen *2. Cor.* 3. *d* super cor eorum. Quia nondum velum erat scissum per passionem, secundum illud: Velum templi scis- *Mat.* 27. *f* sum est. *Et non intelligebant quæ dicebantur*, et hoc, quia hanc veritatem non diligebāt. Cum enim Christum carnaliter diligerēt, displicebat eis quòd Christus debebat pro nobis mori. Sicut et Petrus dicebat: Absit a te Domine, non erit tibi hoc. Vnde Glossa⌣ *Mat.* 16. *d* Bedæ: Discipuli sermonem Dominicæ Passionis to- *Beda Glos-* ties replicatū: ideo intelligere non valent, quia quem *sa in hunc* maxime viuere desiderant, eius mortem audire non *locum to.* 5. possunt: et quem non solum hominem innocentem, sed et verum Deum esse sciunt, mori posse non putant. Et quotiens dicit aliquid de sua passione, hoc allegorice dictum putant. Ex quo apparet cæcitas cordis humani, quæ mysteria redemptionis sui non intelligit, nisi Deus tamquam cæco lumen ostendat suę lucis, et reddat contuitum veritatis. Ideo recte sequitur miraculum de illuminatione cæci, in quo intelligitur illuminatio generis humani, quia genus humanū per se ignorat redemptionis opus, et quantum ad factum, et quantum ad rationem, et quantum ad mysterium. Nos autem prædicamus Christum cru- *1. Cor.* 1. *d* cifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: necesse est ergo quòd Christus sensum nobis aperiat ad intelligendum⌣.

Factum est autem cum appropinquaret, et cetera. Postquam proposuit exemplum imitabile in passione crucifixi, hic exponit factum admirabile in illuminatione pauperis cæci, in quo simul manifestatur Christi potestas, et benignitas, et etiam acceptatur mendicantis paupertas. Ad huius autem miraculi insinuationem explanandam, quattuor introducuntur ab Euangelista, scilicet opportunitas mendicantis, importunitas supplicantis, liberalitas medentis, et integritas sanitatis. Primo igitur quantum ad opportunitatem, seu necessitatem mendicantis, subdit⌣:

Factum est autē cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Vere hic mendicus erat, qui simul indigebat pane et luce, quæ omnibus communiter se offert⌣. Et designat hic cæcus genus humanum, quod cæcum erat per carentiam lucis sapientiæ, et mendicans per defectum gratiæ et iustitiæ, vnde sibi potest dici illud: Nescis quia tu es mi- *Apo.* 3. *c* ser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus. Et de Pharisæis dicitur: Sinite illos: cæci sunt, et duces *Mat.* 15. *b* cæcorum. Excæcatum est autem genus humanum per cupiditatem temporalium. Supercecidit ignis, *Psal.* 57. *b* et non viderunt Solem. Vnde huius notabilis figura præcessit in Tobia vbi sic dicitur quòd fieret cæcus *Tob.* 2. *b* de stercoribus hirundinum. Et hoc consonat, quia cæcus ille erat iuxta Iericho. Iericho enim interpre- Iericho qd. tatur Luna, et designat mutabilitatem rerum temporalium, ex quarū amore homo excæcatur et stultus efficitur. Homo sanctus in sapiētia manet, sicut Sol: *Eccli.* 27. *b* nam stultus sicut Luna mutatur. Et hic cæcus non est in via, sed secus viam, secundum illud: Errauimus a *Sap.* 5. *a* via veritatis, et iustitiæ lumen non luxit nobis, et Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Sed tunc cæcus sedet secus viam, quando ad lumen veritatis appropinquat ex consideratione suæ inopiæ, et variabilitatis. Vnde Glossa: Iericho interpretatur Luna, per quam *Glos. in hūc* defectus mortalitatis intelligitur. Dum ergo verbum *locum to.* 5. Dei infirmitatem nostræ carnis suscipit, homo ad cognoscenda diuina redit⌣.

Secundo quantum ad importunitatem postulantis, subditur: *Et cum audiret turbam prætereuntem*. In

Digitized by Google

quo explicatur importunitas cæci orantis, et dantis nobis exemplum orandi, quærit enim, petit, et pulsat secundum illud: Petite, et accipietis: querite, et inuenietis: pulsate, et aperietur vobis. Quærit ergo solicite ex auditu turbæ, propter quod dicit: *Interrogabat quid hoc esset*, scilicet a turba prætereunte. Turba ista transiens, est decursus creaturarum, quæ interrogatæ aliquo modo manuducunt nos ad Saluatorem. Propter quod Iob ait: Interroga iumenta, et docebunt te, et volatilia cæli, et indicabunt tibi. Loquere terræ, et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris. Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit? In cuius manu anima omnis, et viuentis spiritus vniuersæ carnis. Ideo hæc omnia ducunt ad suum factorem, et reparatorem. Propter quod additur: *Dixerunt autem ei quòd Iesus Nazarenus transiret*. Omnes hæ creaturæ secundum quòd loquuntur nobis per librum creaturæ, respondent nobis de verbo incarnato. Benedicite omnia opera Domini Domino. Et: A magnitudine enim speciei, et creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri. Quia: Inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Secundum autem quòd loquuntur nobis per verbum, respõdent nobis de verbo incarnato. Vnde Ioannes: Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Quia finis legis, Christus ad iustitiam. Vnde in Cantico Deuteronomij: Interroga patrem tuum, et annunciabit tibi, *et cetera*. Petit etiam deuote, et ideo sequitur: *Et clamauit dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei*. In hoc quòd clamauit, ostendit se habere excessum desiderij. Propter quod dicitur: Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. In hoc autem quod dixit: *Iesu*, ostendit se habere fiduciam spei. Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum. Spe enim vocat Iesum, id est Saluatorem: Quia spe salui facti sumus. In hoc quod dicit: *Fili Dauid*, ostendit se habere intelligentiam fidei, qua credimus Christum ex semine Dauid natum, secundum illud: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Vnde dicitur quòd clamabant: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Et quoniam orationi nostræ præstant obstaculum rerum imaginationes, quæ deberent nos in Deum ducere, ideo subdit: *Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret*. Vnde Glossa: Qui Iesum venientem præeunt, significant tumultus carnalium desideriorũ, qui dissipant cogitationes hominis, et perturbant vocem orationis, ne Iesus ad illuminandum venire possit cor hominis. Vnde huiusmodi imaginationes retrahentes nos ab oratione per strepitum suum, nihil aliud sunt quàm quoddã obstaculum inter nos, et Christũ secundum illud: Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. Et ideo opus est importuna pulsatione. Propter quod cæcus pulsat continue, cum subiungitur: *Ipse vero multo magis clamabat: fili Dauid miserere mei*. Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, et nocte coram te. Et hæc virtus orationis quæ ex vera fide procedit. Vnde Chrysostomus: Talis est natura fidei, quanto magis vexatur, tanto magis accenditur, propter quod serui Dei in persecutionibus non minuuntur. Vnde Glossa dicit quòd credens, sentiens se grauari fantasmate priorum vitiorum, et vocem orationis suæ impediri, ne pro se exorare possit, ardentius clamat.

Tertio quantum ad liberalitatem medentis, subiungitur: *Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se*. Dicitur autem Iesus stare, quia ipse in se immutabilis est. Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. Vnde Glossa: Iesus transiens, cæcum audit, stans illuminat, quia per humilitatem suam nostræ cæcitatis vocibus compatitur, sed per diuinitatis suæ potentiam lumen nobis gratiæ suæ infundit. Et licet per orationem videamur eum trahere ad nos, ipse magis trahit nos ad se, sicut nauis ad petram, sicut dicit Dionysius. Ideo sponsa dicit: Trahe me post te. Vnde ad ipsum trahimur, quando mente ad ipsum excitamur et supra nos excedimus. In cuius figura dicitur de hoc cæco, qui, proiecto vestimento, *et cetera*. Et arcana verba audimus secundum illud prophetæ in Psalmo: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, et ideo additur: *Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam?* In quo apparet liberalitas dantis, quia offert se beneplacito postulantis. Vnde Glossa: Non ex ignorantia Dominus quærit, sed ideo vt rogetur, vt mentem ad orationem excitet secundum illud: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et quoniam qui in Iesu nomine petit, petit salutaria, ideo subdit: *At ille dixit: Domine vt videam*. Glossa: Non petit cæcus aurum vel aliquod temporale, sed tantum lumen. Imitemur ergo eum quem corpore et mente audimus sanatum. Vnde dicitur: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, et dabitur ei. Exemplum huius habetur in Salomone, de quo dicitur quòd apparuit Dominus Salomoni, et dixit: Postula, quid vis, vt dem tibi, subditur: Dabis ergo seruo tuo cor docile, *et cetera*. Placuit sermo coram Domino quòd Salomon postulasset huiusce modi rem. Et dixit Dominus Salomoni, subditur: Quia tu postulasti sapientiam, ecce dedi tibi cor sapiens, et intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit.

Quarto quantum ad integritatem sanitatis, subdit: *Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit*, per infusionem diuinæ gratiæ. Per respectum namque fidei cor nostrum erigitur ad iustitiam: Iustificati per fidem, pacem habeamus ad Deum. Et hæc est prima virtus, de qua habetur: Credere oportet accedentem. Nam ipsa est sperandarum substantia rerum, *et cetera*. *Et confestim vidit*, per circumspectionem prudentiæ: Videte fratres quo modo caute ambuletis. Et: Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. *Et sequebatur illum magnificans Deum*, per subiectionem obedientiæ. Glossa: Videt, et sequitur, qui bonum quod intelligit operatur, et Iesum prætereuntem imitatur. Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. *Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo*, per manifestationem diuinæ gloriæ, hoc enim est opus, in quo summe manifestatur potentia, sapientia, et misericordia, quando scilicet de peccatore fit iustus, de stulto sapiens, de errante fidelis, et de impio virtuosus. Et ideo de hoc maxime laudandus Deus. Eram ignotus facie, dicit Paulus, Ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo: tantum autem auditum habebant. Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat, et in me clarificabant Deum. Et hoc debemus facere, secundum illud: Glorificantes Dominum, quantumcumque potueritis, superualebit adhuc, et admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude.

CAPVT XIX.

ET ingressus, perambulabat Iericho, et cetera.] Supra confutauit cupiditatem per approbationem paupertatis: hic secundo confutat tenacitatem per approbationem liberalitatis. Et quoniam dispersio et communicatio temporalium, est via ad multiplicationem spiritualium: ideo in hac parte primo approbat liberalitatem distrahentem temporalia: Secundo vero sedulitatem multiplicandi spiritualia.

Mat.7. a *Iob 12. b* *Dan. 3. e* *Sap.13. a* *Rom. 1. c* *Ioan. 5. f* *Rom. 10. a* *Deut.32. a* *Rom. 8. e* *Psal.21. a* *Rom. 8. d* *Rom. 1. a* *Mat.21. a* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Thre. 3. e* *Psal.87. a* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Ps. 101. d* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Cant.1. a* *Mar.10. g* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Ioan.16. c* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Iac. 1. a* *3.Reg.3. a* *Rom. 5. a* *Heb.11. b* *Ephe.5. d* *Prou. 4. d* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Ioan. 8. b* *Gal. 1. d* *Eccli.43. d*

Digitized by Google

lia. *Hæc illis audientibus adijciens, et cetera.* Primum facit per exemplum expressum, secundum vero per parabolicum. Introducitur ergo exemplum per quod commendatur liberalitas, per quam Zachæus de impio factus est iustus. Et cum esset camelus transijt per foramen acus. Et foramen dedit diuitibus intrandi in cælum. In hoc igitur exemplo introducuntur tria commendabilia in Zachæo, per quæ exemplar est imitandum, et signum etiam vocationis gentium. Propter quod et Euangelium istud legitur in dedicatione ecclesiarum. Et hæc fuit ipsius Zachæi studiositas ad Christum suscipiendum hospitio, ibi *Et cum venisset ad locum*: Ipsius Zachæi liberalitas ad distributionem suorum, ibi: *Stans autem Zachæus*, et cetera. Studiositas Zachæi commendatur ex tribus, scilicet ex parte attractiui, retardatiui, et expeditiui: Vera enim studiositas est, in qua animus trahitur ad Christum, et si occurrant impedimenta, tamen non frangitur desiderium, sed plus acceleratur. Primo ergo quantum ad attractiuum quod quidem erat in præsentia Iesu Christi, dicit:

Et ingressus perambulabat Iericho; idest ambulabat per Iericho. Iericho enim ciuitas erat, quam transito Iordane subuerterunt Iudæi, secundum quod dicitur in Iosue: sed reædificata fuit sub Achab rege Israel: In diebus Achab ædificauit Hiele Bethel, Iericho in Abiram primitiuo suo fundauit eam, et in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun. Hanc Dominus sua illustrauit præsentia, qua peccatoribus condescendebat, et peccatores ad se attrahebat. Pietas enim attrahit miseros, sicut adamas ferrum. Ideo subditur attractio peccatoris, propter quod sequitur: *Et ecce vir nomine Zachæus*. Cuius nomen erat notum et vulgatum, non propter famam virtutis, sed propter infamiam rapacitatis. Vnde subdit: *Et hic erat princeps publicanorum*, qui scilicet lucra sæculi sectabatur per fas et nefas. Hunc autem principatum non habebat propter iustitiam, sed propter pecuniam, ideo addit: *Et ipse diues*. Et ita gibbosus sicut camelus, et ineptus ad regnum: Facilius est camelum per foramen acus transire, *et cetera*. Et tamen diuina virtute fuit introductus, quia amore ipsius Christi fuit attractus. Vnde et subditur: *Et quærebat videre Iesum quis esset*: quod non faceret ita studiose nisi amaret, nec amaret vel crederet, nisi gratia eius præuentus esset, quia dicitur: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Hunc traxit Iesus, vt esset in exemplum alijs. Vnde ipse iam implebat consilium sapientis secundum illud: Accipite disciplinam meam, et non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite. Qui sic quærit Iesum, inuenit secundum illud: In simplicitate cordis quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum, *et cetera*.

Secundo quantum ad retardatiuum quod fuit frequentia populi, subdit: *et non poterat pra turba, quia statura pusillus erat*. Hæc turba eum impediebat, quæ semper impedire cõsueuit venientem ad Christum. Hæc namque turba impediebat illuminationem cæci: Cum audiret turbam prætereuntem, *et cetera*, et increpabant eum vt taceret. Curationem paralytici: Venerunt ad eum ferentes paralyticum qui a quattuor portabatur. Et cum non possent offerre eum illi præ turba, *et cetera*. Liberationem surdi et muti: Apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos in auriculas eius, et expuens, tetigit linguam eius. Curationem mortui: Et cum eiecta esset turba, intrauit et tenuit manum eius. Impedit etiam approximationem Zachæi, sicut dicitur hic, quia *non poterat pra turba*. Turba enim prona ad malum, a Iesu reuocat potius quàm ad Iesum perducat. Propter quod dicitur: Ne oblecteris in turbis, nec immodicis, assidua enim est commissio illorum. Ideo dicitur: Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt a vero deuies. Ideo dicitur: Dimissa turba, ascendit Iesus in montem solus orare.

Tertio quantum ad expeditiuum, quod quidem erat eminentia arboris Sycomori, subiungit: *Et præcurrens ascendit in arborem Sycomorum, vt videret eum, quia inde erat transiturus*. In quo apparet eius studiositas, et in præcurrendo, et in ascendendo in altum, vt quod sibi deerat, suppleret per adiutorium alienum. Vnde Glossa: Qui mira deuotione fidei ad videndum Saluatorem quod natura minus habuerat, ascensu supplet arboris, atque ideo iuste, quamuis ipse rogare non audeat, benedictionem Dominicæ susceptionis, quam desiderabat, accipit.

Sed hic attendendum quòd Euãgelista sic diligenter nomen ciuitatis te nomen arboris propter mysterium magis exprimit, quàm propter exigentiam narrationis. Propter quod intelligendum quòd iste publicanus recte designat populum gentilem. Iericho, quæ Luna interpretatur: sicut supra tactum est, designat mundum propter sui defectum, et mutabilitatem. Quia: Mundus transit et concupiscentia eius. Hanc ciuitatem destruxit Iosue, nec aliquis saluatus est in ea, nisi Raab meretrix, quæ credidit nuncijs, et ipsos recipit: quia veniens Iesus, hanc mundanam conuersationem in carne apparendo damnauit. Nec aliquis potest saluari, nisi qui credit: In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit. Et post: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt, *et cetera*. Vnde dicitur: Fide, muri Iericho corruerunt. Fide, Raab meretrix non perijt. Vnde illa Raab Ecclesiam signat gentilium ad Christũ conuersam. Et hoc ipsum significatur per Zachæum publicanum qui quærebat videre Iesum, vt scilicet cognosceret verum Deum. In quo signat populum gentilium, sicut Naaman Syrus, de quo dicitur: Naaman princeps militiæ regis Syriæ, diues, sed leprosus. Qui veniens ad Eliseum curatus est. Vnde et Ioannes: Dicunt gentiles: volumus Iesum videre: sed non possunt, tum propter conturbationem phantasmatum, tum propter defectum naturalis lucis, quia hoc est supra rationem. Et ideo opus est ascendere per fidem ad cognoscendum eum. Vnde per Sycomorum, quæ ficus fatua interpretatur, intelligitur eminentia fidei, quæ stultitia esse videtur, secundum illud: Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. In huius fatuitatis credulitatem oportet conscendere eum qui vult ad sapientiã peruenire, secundum illud: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Nam stultitia fidei deducit ad eminentiam sapientiæ Christi, et hoc quasi per sex gradus, quia fides disponit ad prudentiam, prudentia ad scientiam, scientia ad consilium, consilium ad intellectum, intellectus ad sapientiam. Et hic thronus est Salomonis, ad quẽ per sex gradus ascenditur, secundum quòd insinuatur in libro Regum: Vnde et in Psalmo dicitur: Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, *et cetera*. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, *et cetera*. Hæc ergo studiositas Zachæi, et exemplar fuit incitandum, et figura conuersionis gentium ad Christum. Per cuius fidem adiuti eleuantur ad ipsum contuendum. Ideo Glossa: Ascensa autem Sycomoro transeuntem prope Dominum cernit, quia per hãc laudabilem fatuitatem, et si nec dum vt est solide, iam tamen raptim, quasi in transitu, luci sapientiæ cælestis intendit. Ideo Isaiæ septimo, secundum aliã translationem: Nisi credideritis, non intelligetis.

Et cum venisset, et cet. Postquam expressit Zachæi studio-

Diuisio.

Iericho.

Iosue 6. c — *3. Reg. 16. g* — *Sup. 18. e* — *Ioan. 6. e* — *Prou. 8. a* — *Sap. 1. a* — *Mar. 2. a* — *Mar. 7. d* — *Mat. 9. c* — *Eccli. 18. d*

Exo. 23. a — *Mat. 14. c* — *Glos. in hũc locum to. 5.* — *1. Ioan. 2. c* — *Ioſue 6. c* — *Ioan. 1. b* — *Heb. 11. f* — *4. Reg. 5. a* — *Ioan. 12. d* — *1. Cor. 1. d* — *1. Cor. 3. d* — *3. Reg. 10. c* — *Pſal. 83. b* — *Glos. in hãc locum to. 5.* — *Iſa. 7. b*

ſtudioſitatem ad Chriſtum videndum, hic ſecundo exprimit hoſpitalitatem ad Chriſtum ſuſcipiendum. Circa quam deſcribendam introducuntur tria, ſcilicet dignatio ex parte Chriſti, deuotio ex parte Zachæi, et murmuratio ex parte populi peruerſi. Primo igitur quantum ad dignationem ex parte Chriſti, dicit:

Et cum veniſſent ad locum, ſuſpiciens Ieſus vidit illum.

Pſal.32. d per aſpectum benignitatis. In quo oſtendebat ſe approbare affectum publicani per ſignum. Oculi Domini ſuper metuentes eum, et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Hunc aſpiciebat, quia ſtatura puſillus erat. Excelſus enim Dominus, et humilia reſpicit, per dignationem. *Et dixit ad eum: Zachæe, feſtinans deſcende*, ad impendendum beneficium hoſpitalitatis. *Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5.* Et hoc facit in ſignum magnæ dignationis, qui hoſpitium petere non erubuit. Vnde Gloſſa: Non inuitatus ſe inuitat, quia etſi non audierat vocem inuitantis, audiebat tamen affectum. *Ex Ambr. to. 3. c. 19.* Et nota quòd dicit: *feſtinans*, quia ad opera et beneficia hoſpitalitatis *Luc. lib. 8.* debemus eſſe prompti, exemplo Zachæi, et etiam *Gen.18. a* Abraæ. Feſtinauit Abraam in tabernaculum ad Saram, dixitq. ei, accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, et fac ſubcinericeos panes. Ipſe vero ad armentum cucurrit, et tulit inde vitulum tenerrimum et optimum, deditq. puero qui feſtinauit et coxit illum. Et hæc petebat Chriſtus, quia indigebat, vnde ſubdit: *Quia hodie in domo tua oportet me manere*; ad exemplum humilitatis. Exemplum namque erat humilitatis quòd in domo peccatoris manere volebat. Exemplum etiam humilitatis quòd neceſſitatem ſuam et opportunitatem humiliter indicabat ſecũdum illud:

Mat.8. c Vulpes foueas habent, et volucres cæli nidos, *et cetera*. Et iſtud eſt verbum potius humilitatis, quàm vrbanitatis, quia Chriſtus magis venit in mundum ad docendum humilitatem, quàm ad docendum curialitatem. Ideo dicebat ipſe diſcipulis: Diſcite a me,

Mat.11. d quia mitis ſum, et humilis corde. Hanc dignationem

Hier.14. b admitatur Hieremias: Quare quaſi colonus futurus

Baruc 3. d es in terra, et quaſi viator declinans ad manendum? Et: Cum hominibus conuerſatus eſt.

Secundo quantum ad deuotionem Zachęi, ſubdit: *Et feſtinans deſcendit: et excepit illum cum gaudio*. In quo oſtenditur eius deuotio, quia non tantum præbuit hoſpitalitatem feſtinanter, verumetiam lætanter. Talis enim conditio eſt maxime neceſſaria: Ante omnia mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes. Et poſt: Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Non enim debet eſſe triſtitia, ſed iucunditas. Hilarem datorem diligit Deus. Et: Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enim placuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis. Propter quod et ſanctus

Iob 13. d Iob dicebat: Foris non manſit peregrinus: oſtium meum viatori patuit. Et hoc debet fieri, quia qui recipit membrum Chriſti, et ipſum Chriſtum recepit:

Mat.25. b Hoſpes eram, et collegiſtis me. Et poſt: Quærentibus quo modo hæc fecerunt, reſpondet: Quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Vnde et Zachæus per hanc hoſpitalitatem ſaluatus eſt. Similiter et Lot liberatus eſt a Sodomis per

Gen.19. d
4. Reg. 4. f Angelos hoſpitio receptos. Et ſimiliter mulier ſunamitis, per Eliſeum, quem hoſpitio recepit, et habuit prolem, cum eſſet ſterilis: et poſt filius eius a mortuis ſuſcitatus eſt. Et mulier ſareptana ſuſcipiendo

3. Reg. 17. a Eliam periculum famis euaſit. Et vniuerſaliter qui hoſpitales fuerũt, diuinam gratiam adepti ſunt, quia

Deut.10. d ſicut dicitur: Dominus amat peregrinum, et dat ei

Prou.19. c victum atque veſtitum. Vnde in prouerbijs: Fœneratur Domino qui miſeretur pauperis.

Tertio quantum ad murmurationem populi peruerſi ſubdit: *Et cum viderent omnes*, ſcilicet oculo iu-

Eccli.11. d dicij peruerſi de quo dicitur: Sicut proſpector videns caſum proximi ſui: Bona enim in mala conuertens

A inſidiatur; et in electis imponet maculam. Et quia ad malum iudicium ſequitur murmur, ideo ſubdit: *Murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuerſiſſet.* Suſurrio verbi doloſi quod valde vitandum eſt, ſecundum illud: Cuſtodite vos a murmuratione *Sap. 1. c* quæ nihil prodeſt, et a detractione parcite linguæ. Hoc autem murmur multum diſplicet Deo per omnem modum. Ideo dicitur: Quid murmurauit homo *Thre. 3. c* viuens, vir pro peccatis ſuis? Hic autem populus ſemper libenter murmurauit, ſicut omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen, et Aaron. Ortum eſt *Num. 11. a* murmur populi contra Dominum. Et ideo dicitur:

B Neque murmuraueritis ſicut quidam eorum murmurauerunt, et perierunt ab exterminatore. Et nunc *1. Cor. 10. b* murmurabant contra Dominum. Et in hoc figuram gerebant illius gentis murmurantis contra Dominum, quia ſuſcepit gentes. Vnde Gloſſa dicit: Ma- *Gloſ. in hũc locum to. 5.* niſeſtum eſt, Iudæos ſemper odiſſe gentem, vel non intellexiſſe ſalutem. Vnde et aduerſus Petrum dicitur: Quare introiſti ad viros præputium habentes? *Act. 11. a* Propter quod intelligendum, ſicut prætactum eſt, quòd per ingreſſum Chriſti in domum Zachæi principis publicanorum intelligitur eius ingreſſus in Eccleſiam gentiũ, a qua libenter ſuſceptus eſt. Ideo Chriſtus dixit Zachæo, vt deſcenderet ad humilitatem,

C quia opportunum erat quòd in domo eius maneret, ſynagoga deſetente fidem. Vobis oportebat primum *Act. 13. g* loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, et indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Et nota quòd domus, in qua Chriſtus opportune manet, eſt ſeptiformis.

Prima ſcilicet eſt domus habitationis materialis, in qua manet in perſona pauperis. Frange eſurienti *Iſa. 58. b* panem tuum, et egenos vagosq. induc in domum tuam, *et cetera*. Secunda eſt domus baſilicæ materialis, in qua manet in ſacramento altaris: Domus mea *Mat. 21. b*

D domus orationis vocabitur. Et: Introibo in domum *Pſal. 5. b* tuam, *et cetera*. Tertia eſt domus Eccleſiæ militantis, in qua manet in membris ſuis: Hæc tibi ſcribo fili, vt ſcias quo modo oporteat te in domo conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui. Quarta eſt domus vteri *1. Tim. 4. d* virginalis, in qua manet per præſentiam carnis. Do- *Pſ. 92. b* mum tuam decet ſanctitudo in longitudine dierum. Quinta eſt domus conſcientiæ mundæ, in qua manet ſpiritu ſanctitatis. Intrans in domum meam con- *Sap 8. d* quieſcam cum illa, non enim habet amaritudinem, *et cet.* Et iterum: Præcurre prior in domũ tuam, et illic *Eccli. 32. c* auo care, et illic lude, et age conceptiones tuas. Sexta

E domus eſt ſcripturę ſacrę, in qua manet in lumine veritatis: Deus in domibus eius cognoſcetur, cum ſuſci- *Pſ. 47. a* piet eam. Et: Sapientia ędificauit ſibi domum, excidit *Prou. 9. a* columnas ſeptem, *et cetera*. Septima domus eſt Hieruſalem ſuperna, in qua manet in gaudio felicitatis: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Et iterum: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in do- *Ioan. 14. a* mum Domini ibimus. Quoniam ergo his ſeptem *Pſ. 121. a* modis ſuſcipitur Chriſtus in Eccleſia gentium, quæ deſignatur per Zachæum, ideo hoc Euangelium legitur in dedicationibus Eccleſiarum quæ deſignant domus ſpirituales, de quibus dicitur: Ad quem ac-

F cedentes, lapidem viuum, *et cetera*, et ipſi tamquam *1. Pet. 2. a* lapides viui ſuperædificamini domus ſpirituales, ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles, *et cetera*.

Stans autem Zachæus, et cetera. Poſtquam deſcripſit Zachæi ſtudioſitatem, et hoſpitalitatem, hic deſcribit liberalitatem, quam quidem deſcribit quantum ad conditionem triplicem, ſcilicet quantum ad Zachæi oblationem ſufficientem, Chriſti acceptationẽ ſuſcipientem, et rationem principaliter mouentem. Primo ergo quantum ad oblationem ſufficientem, præmittit:

Stans autem Zachæus, ex cordis humilitate: Stare er- *Ephe. 6. c* go ſuccincti lumbos veſtros in veritate: *dixit ad Dominum*

Digitized by Google

minum: Ecce dimidium bonorum do pauperibus. Ex cordis liberalitate. In quo ostenditur perfecta liberalitas quia dat abunde, dat enim dimidium, secundum illud: Fili, si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude, ad imitationem illius qui dat omnibus affluenter, et non improperat. Dat licite, vnde dicit: *Bonorum meorum.* Honora Dominum de tua substantia, contra quod dicitur: Dona iniquorum nō probat Altissimus. Et ideo ibi subditur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, *et cetera.* Item dat accelerate. Vnde dicit Dominus: Nec dicas amico tuo, vade, et reuertere, cum statim possis dare. Et: Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti. Item dat discrete, *Pauperibus:* Si bene feceris, scito cui feceris. Et supra: Pauperes ac debiles, et cæcos et claudos introduc huc. Item dat ordinate propria, restituendo aliena, et non solum restituendo ablatum, verumetiam et damnum. Vnde dicit: *Et si quid aliquem defraudauí, reddo quadruplum.* Hoc dicit secundum legem: Si quis furatus fuerit, restituet quattuor oues pro vna oue. Hoc autem necessarium est ad liberalitatem perfectam. Vnde Augustinus: Alterum horum non est satis. Nec habet gratiam liberalitatis, quia non spolia, sed dona quæruntur.

Tob. 4. b
Rom. 3. b
Eccli. 34. c
Prou. 3. d
Eccli. 4. a
Eccli. 12. a
Sup. 14. e
Luc. 1. a
Exo. 22. a

Secundo quantum ad Christi acceptationem susciptentem, subdit: *Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est*, per diuinæ gratiæ collationē, quæ data est ad Christi præsentiam, per quem dedicatur, et sanctificatur Ecclesia. Salus quæ hodie Iudæorum domum implebat, hodie populo gentium illuxit, secundum illud: Parum est vt sis mihi seruus, ad fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Et hæc salus dabitur prædestinatis. Ideo subdit: *Eo quòd et ipse filius sit Abrae.* Glossa: Filius non carne, sed fide: Neque qui semen Abraæ sunt, omnes filij, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine. Et de his filijs supra: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ. Et: Iesus moriturus erat vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum.

Isa. 49. b
Gloss. in hūc locum to. 5.
Rom. 9. b
Sup. 3. b
Ioan. 11. g

Tertio quantum ad motiuam rationem, subiungit: *Venit autem filius hominis quærere*, per sapientiam. Errauí sicut ouis, quæ perijt, quære seruum tuum, *et cetera. Et saluum facere quod perierat*, scilicet per misericordiam: Saluabis me secundum magnam misericordiam tuam. Et hæc est misericordia saluans. Propter quod et Iesus vocatur: Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et: Non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde dicitur: Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Psa. 118. y
2. Par. vlt. in orat.
Mat. 1. d
Act. 4. b
Rom. 10. c

Hæc illis audientibus, et cetera. Postquam exemplo expresso approbauit liberalitatem in distribuendo temporalia, hic exemplo parabolico commendat sedulitatem in multiplicando spiritualia, et econtrario reprobat negligentiam. Est autem ista sedulitas per ipsorum spiritualium liberalem distributionem: et negligentia per ipsorum absconsionem. In hac igitur parabola exponenda procedit hoc ordine. Primo namque præmittit occasionem introducendi parabolam: secundo vero, subdit ipsius parabolæ descriptionem ordinatam, ibi: *Dixit ergo: Homo quidā nobilis*, et cetera. Circa occasionem attendendum quòd duplicem notat istius parabolæ introducendæ occasionem, rationalem scilicet confutationem rebellium, et instructionem simplicium. Primo igitur quantum ad confutationem rebellium, dicit:

Hæc illis audientibus, scilicet illis qui murmurabāt, *adijciens dixit parabolam, eo quòd esset prope Hierusalem*, in qua scilicet a Iudæis rebellibus occidendus erat, secundum quòd Euangelista passionem ipsius in Hierusalem factam in sequentibus narrat. Ideo parabolam dicit, in qua confutatio rebellium explicatur, secundum quòd in fine parabolæ ponitur: *Verumtamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, et interficite ante me.* In hanc autem rebellionem inciderunt, quia non habuerunt sedulitatem ad Christi gratiam cognoscendam, et ideo excæcati sunt, et obdurati: et gratiam quam debebant suscipere, impugnabant: et propterea etiam iusto Dei iudicio eis veritas proponebatur non explicite, sed parabolarū ænigmatibus obuolata secundum illud: In parabolis loquor eis, quia videntes non videnť, et audientes non audient, neque intelligent: et adimpletur in eis prophetia Isaiæ dicentis: Auditu audietis, et non intelligetis: et videntes videbitis, et non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius, et auribus grauiter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et conuertantur, et sanem eos.

Inf. cod. d
Mat. 13. b
Isa. 6. c
Mat. 13. c
Isa. 6. c

Secundo quantum ad eruditionem simplicium subdit: *Et quia existimarent quòd confestim regnum Dei manifestaretur.* Hoc æstimabant Christi discipuli, quia credebant Christum Redemptorem, et Saluatorem ire in Hierusalē ad suæ regiæ potestatis ostentationem. Vnde et secundum seriem narrationis historiæ euangelicæ hoc tempore accessit mater filiorum Zebedæi ad Iesum, quando secundum quòd dicitur, dixit Domino: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, et vnus ad sinistram in regno tuo. Vnde Glossa: quia discipuli existimabant regnum Dei mox esse venturum, hanc eorum ignorantiam illuminat, docens se regni sui fidem toto orbe dispersurum, et in fine sæculi iudicem omnium, regemq. venturum. Vnde et hæc parabola est ad instructionem omnium volentium peruenire ad regnum, vt intelligant se non posse in illud peruenire nisi per multiplicationem spiritualium et fidele obsequium, secundum quòd dicitur: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Hæc autem voluntas Dei consistit in fideli vsu, et dispensatione bonorum spiritualium commissorum, secundum illud: Quis putas est fidelis dispensator et prudens, quem constituit Dominus super familiā suam? Sequitur: Vere dico vobis, quoniam super omnia quæ possidet, constituet illum.

Gloss. in hūc locum to. 5.
Mat. 7. c
Sup. 12. c

Dixit ergo: Quidam homo, et cetera. Post occasionem introducendæ parabolæ, subditur hic ordinata expressio introductæ. Circa quam primo describitur status meriti et demeriti. Secundo vero status et forma iudicij, ibi: *Et factum est, vt rediret accepto regno*, et cetera. Circa statum meriti et demeriti, tria intruducuntur, scilicet subtractio diuinæ præsentiæ in Christi ascensione: collatio supernæ gratiæ in Spiritus sancti missione: obduratio humanæ perfidiæ in Iudæorum rebellione. Primo ergo quantum ad subtractionem diuinæ præsentiæ in ascensione Christi, dicitur:

Dixit ergo: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam. Homo iste nobilis Christus est, qui nobilis erat secundum carnem, cum esset de genere regio: Iesu fili Dauid, *et cetera.* Nobilior erat quantum ad superadditam potestatem, propter quod dicitur: Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Et hoc erit in iudicio. Sed nobilissimus est, quantum ad originem ipsius ex patre. Ideo dicitur: Habet in vestimento et in fœmore suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantium. Vere nobilis, ad cuius generationem laudandam, exprimendam, et cogitandam deficit omnis lingua: Generationem eius quis enarrabit? Ideo Angelus ad Virginem

Sup. 18. g
Prou. vlt. c
Apo. 19. c
Isa. 53. c
Sup. 1. d

Digitized by Google

Sap. 1. d Virginem dixit: Hic erit magnus et filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus, *et cetera*. Hic abijt in regionem longinquam cum ascendit in cælum, et in altissimum cælum quod maxime elongatur a terra, et locali distantia, et qualitatiua differentia. Ideo Prou. 7. c in huius figuram dicitur: Non est vir in domo sua, abijt via longissima. Et hoc quidem factum est in Psal. 67. d Ascensione: Psallite Deo qui ascendit super cælum Isa. 60. c cæli ad Orientem. Et tunc verificatum est illud: Sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a vijs vestris. Et quoniam sic abijt in cælum, vt reuersurus esset ad iudicium, ideo subdit: *Accipere sibi regnum et reuerti*. Abijt scilicet ad regnum, sed regnans Act. 1. b reuertetur ad iudicium secundum illud: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? *et cetera*. Veniet autem rex cum potestate magna, et tunc reuer- Isa. 30. f tetur de terra longinqua: Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, et grauis ad portandum.

Secundo quãtum ad collationem gratiæ in missionem Spiritus sancti, subdit: *Vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem mnas*. Per vocationem seruorum intelligimus vocationem prædicatorum et prælato- Heb. 5. a rum qui debent vocari, quia dicitur: Nec quisquam Serui cur sic dicãtur. sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo quemadmodum et Aaron. Hi dicuntur serui, et a seruando. A seruiendo per reuerentiam humilitatis, secundum Mat. 20. d illud: Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Dicuntur etiam serui a seruando per custodiam gregum, quia debent gregem Dominicum ser- 3. Reg. 20. g uare et custodire. Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Et de hoc di- 1. Pet. 5. a citur: Seniores, pascite qui in vobis est gregem Dei. Subditur: Neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Hi dicuntur esse decem, siue propter numeri sufficientiam, siue propter hoc quòd omne Christi seruitium reducitur ad obseruantiam perfectam decem mandatorum, quorum notitiam litteralem Apostoli habebãt ex lege decalogi: sed intelligentiam et obseruantiam perfectam non habebant, nisi per gratiam datam, ideo dicitur dedisse decem mnas, id est gratiam sufficientem ad illa præcepta intelligenda, implenda, et prædicanda. Vnde Beda Glossa in hunc locum to. 5. Beda vocat decem seruos dum elegit discipulos litteram decalogi imbutos, dat decem mnas dum post resurrectionem aperit sensum eis, vt spiritualiter intelligant legis dicta. Et hoc plene factum est, quando per Spiritum sanctũ omnem edocti sunt veritatem. Ioan. 16. b Vnde Ioannes: Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos, *et cetera*. Dedit autem decem mnas ad insinuandam intelligentiam perfectam scripturarum. Glos. in hũc locum to. 5. Vnde Glossa: Mna, decem drachmas appendit: et omnis scripturæ sermo, quia vitæ cælestis perfectionem suggerit, quasi centenarij numeri pondere fulget. Act. 2. a In huius designationem spiritus ille venit post Ascensionem decem diebus, et descendit super duo- Act. 1. c decies decem discipulos, id est centum et viginti ad perfectionem ministerij et corporis mystici secundũ Ephe. 4. b illud: Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores et Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij. Dedit autem eis sapientiam propter Ecclesiam instruendam. Et ideo addit: *Et ait illis: Negotiamini dum venio*. Negotiamini scilicet prædicando, et fructifi- 1. Cor. 12. a cando. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Est enim triplex negotiatio indifferens, pessima, et optima. Indifferens, qua temporalia com- Baruc 3. c mutantur in temporalia. Fili Agar qui exquirunt, *et cetera*. Alia vero est mala, scilicet quia spiritualia cõmutantur in temporalia per simoniam, et hæc est Ioan. 2. c Deo displicens, de qua dicitur: His qui columbas vendebant dixit: Auferte ista hinc, et nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Alia negotiatio est optima, qua quis spiritualia dat, vt spiritualia colligat, et hæc est bona, et Deo placita, secundum illud: Erunt negotiatio eius, et merces eius sanctificatæ Domino. Et de hac in Prouerbijs: Gustauit quoniam bona est negotiatio eius. Quia simile est regnum cælorum homini negotiatori, *et cetera*. Vnde Glossa: Verba legis mystica interpretatione discussa populis offerte, et ab eis fidei confessionem, morũq; probitatem recipite. Qui ergo prædicat propter lucrum temporale, malus negotiator est, qualis non erat Paulus, qui dicebat: Non quæro quæ vestra sunt, 2. Cor. 12. sed vos. Si autem sic metet carnalia, vt non ponat ibi finem suum, sed potius e contrario, non recedit a spirituali negotiatione, nec ponit Euangelium venale. Hoc enim licet, si non fiat sicut principale intentum, sed sicut ad aliud ordinatum, quia sicut dicitur: Si 1. Cor. 9. b nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?

Tertio quantum ad obdurationem perfidię humanæ, in rebellione populi Iudaici, subiungitur: *Ciues autem eius oderant eum*. Ciues isti dicuntur Iudæi. Vnde Glossa: Ciues, id est Iudæi, ex quibus est Christus Glos. interl. secundum carnem, secundum illud: * Quorum adoptio est filiorum, et gloria, et testamentum, et legislatio, et obsequium, et promissa, quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus. Hi ciues oderunt eum secundum illud: Vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cum potius deberent eum diligere. Et: In propria Ioan. 1. b venit, et sui eum non receperunt. Et quia Iudæi non tantum oderunt Christum præsentem, verumetiam resurgentem, et ascendentem. Ideo subdit: *Et miserunt legationem post illum dicentes: Nolumus hunc regnare super nos*. Legationem dicuntur post mortem mittere, quando non solum persecuti sunt eum in se, verumetiam in suo corpore. Vnde Glossa: Non solum Glos. interlin. in hũc locum to. 5. præsentem vsque ad mortẽ crucis oderant, sed etiam post Resurrectionem eius miserunt persecutionem Apostolis, et prędicationem regni cælestis spreuerũt. Vnde dicitur: Facta est in illa die persecutio magna Act. 8. a in Ecclesia quæ erat Hierosolymis, et omnes dispersi sunt per regiones. Et: Imitatores facti estis fratres 1. Thes. 2. e Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu, quia eadem passi estis et vos a confratribus vestris, sicut et ipsi a Iudæis, qui et Dominum occiderunt Iesum, et Prophetas, et nos persecuti sunt, et omnibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui, vt salui fiant, vt impleant peccata sua semper. Vnde ipsum negauerunt: Non habemus regem nisi Cæsarem: nolendo autem Christum regem, perdiderũt regnum. Ioan. 19. c Vnde Daniel: Non erit eius populus qui eum negaturus est. Et nolendo eum regnare desierunt esse ciues, secundum illud: Quo modo facta est meretrix Dan. 9. g Isa. 1. f ciuitas fidelis, *et cætera*. Ideo autem noluerunt regnare cælestem, quia amabant regnum carnale: Lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Et sic verificatum est illud: Filios Ioan. 3. b enutriui, et exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Isa. 1. a

Et factum est, vt rediret, et cetera. Postquã descripsit statũ meriti, describit hic formam et statum iudicij, quem quidem describit Euãgelista primo, scilicet generaliter respectu omnium: secundo respectu seruorũ fidelium ibi: *Venit autem primus dicens*, et cetera. Tertio respectu negligentium, ibi: *Et alter venit dicens*, et cetera. Quarto respectu rebellium, ibi: *Verumtamen inimicos meos*, et cetera. Statum autem iudicij in generali describit tripliciter, scilicet quantum ad ipsius iudicis apparitionem manifestam, iussionem potestatiuam, et inquisitionem districtam. Primo igitur quantum ad iudicis apparitionem manifestam, dicit: Glos. interlin. in hunc locum to. 5 *Et factum est, vt rediret accepto regno*. Glossa: Hoc erit, quando ille qui humilis apparuit in manifesta claritate

Apo. 1. b rate iudicaturus aduenier: Ecce venier cum nubibus et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Tunc erit manifestus ille aduentus eius. Vnde
Sup. 17. e supra: Sicut fulgur coruscans de sub cælo, in ea quæ sub cælo sunt, fulget: ita erit filius hominis in die
1. Cor. 4. a sua. Quia sicut dicitur: Illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Quod
Amos 5. f autem dicitur: Numquid non tenebræ dies Domini, et non lux, et caligo, et non splendor? Intelligitur quantum ad superbos et impios, quos tenebrosus turbo inuoluet, et tollentur, ne videant Domini claritatem.

Secundo quantum ad iussionem potestatiuam, B subdit: *Iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam.* Hæc autem iussio summæ potestatis erit, quia etiam mor-
1. Thess. 4. d tuos suscitabit: Ipse Dominus in iussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Hæc autem iussio erit in propria virtute, secundum illud:
Ioan. 5. e Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Erit etiam per ministerium
2. Thess. 1. c Angelicũ: In reuelatione Domini Iesu de cælo cum Angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam. Vnde Matthæus: Mittet filius hominis Ange-
Mat. 13. f los suos, et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem. Congregant etiam C bonos virtute, et velocitate naturæ. Vnde Psalmus:
Ps. 102. d Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

Tertio quantum ad inquisitionem districtam, subdit: *Vt sciret quantum quisque negotiatus esset.* Glossa:
Glos. interlin. in hunc locũ. to. 5. Ideſt sciri faceret, tunc enim omnium opera, et cogitationes omnibus palam ostendentur. Vnde Da-
Dan. 7. e niel: Iudicium sedit, et libri aperti sunt. Hæcq. apertio, est disquisitio, et ponderatio meritorum et demeritorum, secundum comparationem factorum, ad orationes faciendorum. Vnde in Apocaly-
Apo. 20. d psi: Vidi mortuos magnos, et pusillos, stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt, et alius liber apertus est qui est vitæ: et iudicati sunt mortui ex ijs quæ scripta erant in libris. Quia secundum quòd di-
2. Cor. 5. b citur: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. Vnde cuili-
Sup. 16. a bet dicetur illud quod dicitur villico: Redde rationem villicationis tuæ.

Venit autem primus, et cetera. Postquam descripsit iudicij formam respectu omnium, hic consequen- E ter describit eam respectu seruorum fidelium. Et quoniam duplex fuit ordo prædicantium secundum duplicem parietem Ecclesiæ coniunctum per lapidem angularem. Quidam enim conuerterunt populum Iudæorum: alij vero conuerterunt populum gentium. Ideo primo describit iudicium remuneratiuum fidelis serui in eruditione Iudæorum: secundo vero in conuersione Iudæorum tria introducuntur, scilicet, multiplicatio talenti commissi, approbatio superni iudicij, et retributio præmij cumulati. Primo igitur quantum ad multiplicationem talenti commissi, dicit:

Venit autem primus dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Primus autem seruus dicitur ille, cui primo commissum est prædicationis officium, sicut fuit Petrus, cui commissa est synagoga conuertenda Iudæorum. Vnde Glossa: Primus seruus est
Glos. in hũc locum to. 5. ordo doctorum in circumcisionem missus: qui ideo
Act. 13. g dicitur primus, quia sicut dicitur: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei. Hic enim seruus dicitur vnam mnam accepisse propter vnitatem gratiæ
Glos. in hũc locum to. 5. et doctrinæ. Vnde Glossa: Vnam mnam negotiationis accepit, quia vnum Deũ, vnam fidem, vnum
Ephe. 4. a baptisma iussus est prædicare: Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: vnum corpus, et A vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Dicitur etiam decem mnas acquisiuisse propter conuersionem eorum qui erant sub lege. Vnde et Glos- *Glos. in hũc*
sa: Decem mnas acquisiuit, dum populum sub lege *locum to. 5.*
constitutum docendo sibi sociauit: Magis augebatur *Act. 5. c*
credentium in Domino, multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateas eijcerent infirmos, vt venien te Petro saltẽ vmbra illius obumbraret quemquam illorum, et liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Hanc ergo plebem acquisitam Domino offert, tamquam meritum. In cuius figuram dicitur: Sur- *Gen. 27. e*
ge, sede, et comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Et nota quòd non dicit, acquisiui, sed mna acquisiuit, vt dicat illud: Omnia opera *Isa. 26. c*
nostra in nobis operatus es Domine. Et illud: Non *1. Cor. 15. b*
ego autem, sed gratia Dei mecum.

Secundo quantum ad acceptionem superni iudicij, subdit: *Et ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis.* Et nota quòd euge aliquando est irriso- Euge quid.
rium, secundum illud: Dixerunt, Euge, euge, vi- *Psal. 34. e*
derunt oculi nostri. Est aliquando adulatorium: Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi Eu- *Psal. 69. a*
ge euge. Et iterum: Ferant confestim confusionem *Psal. 39. d*
C suam qui dicunt mihi euge euge. Quia adulatio est citissime repellenda. Aliquando est adhortatorium, sicut hic. Et Matthæus: Euge serue bone et fidelis, *Mat. 25. b*
et cetera, super multa te constituam. Hic autem dicitur seruus bonus in obsequio faciendo et fidelis in commisso seruando et dispensando: Hic iam quæri- *1. Cor. 4. a*
tur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Et: *Prou. 20. a*
Multi homines misericordes vocãtur, virum autem fidelem quis inueniet? Et ideo aliquis fidelis dicitur simpliciter, quia fidelitatem circa parua seruauit. Nam supra: Qui fidelis est in minimo, et in maiori *Sup. 16. c*
fidelis est. Modicum autem, vt dicit Glossa, est quid- *Glos. in hũc*
D quid in præsenti percipimus donorum ad compara- *locum to. 5.*
tionem futurorum. Ex parte enim cognoscimus, et *1. Cor. 13. c*
ex parte prophetamus, sicut dicitur: In his autem est fidelis, quia ea fideliter communicat, non quærens quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Bernardus: *Ber. ser. 13*
Fidelis re vera seruus Domini es, si de multa gloria *super Cãt.*
Domini tui, et si non exeunte ex te, tamen transeun- *to. 1.*
te per te nihil manibus tuis adhærere contigerit. Talis seruus fuit Paulus qui dicebat: Non sum sicut *2. Cor. 2. d*
plurimi adulterantes Verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo, in Christo loquimur, *et cetera*.

Tertio quantum ad retributionem præmij cumulati, subiungit: *Eris potestatem habens super decem ciuitates.* Nota quòd decem ciuitates istæ intelliguntur esse animæ beatificatæ, sicut per decem mnas acquisitas, animæ ad Christum conuersæ, quas vocat mnas in statu viæ propter vertibilitatem, sed in statu patriæ ciuitates, propter immutabilitatem gloriæ. Et de his Glossa: Decem ciuitates sunt animæ *Glos. in hũc*
per verba legis ad gratiam Euangelij peruenientes, *locum to. 5.*
quibus tunc glorificandus præponitur qui eis pecuniam verbi digne Deo commendauerit. Vnde dici- *1. Thes. 2. d*
F tur: Quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum? Dicuntur autem eis præponi propter quamdam excellentiam gloriosam, non propter imperium potestatis. Quia cum euacuauerit omnem principatum *1. Cor. 15. e*
et potestatem et virtutem, *et cetera*. Quod dicitur quantum ad imperium dominationis, non quantum ad gradum excellentiæ, et dignitatis: quia magna erit dignitas de multorum conuersione. Ideo dici- *1. Tim. 3. e*
tur: Qui bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent. Et iterum: Qui bene præsunt presbyte- *Ibid. 5. c*
ri, duplici honore digni habeantur, quia et ratione sui, et ratione populi acquisiti. Vnde et Daniel: Qui *Dan. 12. b*
ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ, *et cetera*. Et propterea dicitur: Sapientia confortauit sapien- *Eccls. 7. c*
tem,

Digitized by Google

tem, ſuper decem principes ciuitatis. Licet ergo Iudæorum populi pro maxima ſui parte fuerint obdurati, non fruſtra tamen eis prædicauerunt Apoſtoli.

Rom.11.d Vnde dicitur: Numquid Deus repulit populũ ſuum? Abſit: Nam et ego Iſraelita ſum ex ſemine Abraam, *et cetera*. Non repulit Deus plebem ſuam quam præſciuit. Et poſt: Ergo in hoc tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt, quæ quidem ſunt in gloriam prædicantium, ſecũdum illud:

Iſa.39.e Omnibus his velut ornamento veſtieris.

Et alter venit dicens. Poſtquam iudicij expreſſit formam circa ordinem prædicantium, qui fideliter laborauerunt in conuerſione Iudæorum, hic ſecundo exprimitur circa ordinem prædicantium qui fideles fuerunt in conuerſione gentilium populorum. Circa quem ordinem duo introducuntur, ſcilicet fidelitas miniſterij, et ſublimitas præmij. Primo ergo quo ad miniſterij fidelitatem, dicitur:

Et alter venit dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Gloſſa: Mna una quinque fecit, quia gentes quinque ſenſibus antea mancipatas, ad gratiam fidei euangelicæ conuertit. In cuius figuram dictum eſt illi mulieri Samaritanæ, quæ figuram gentium gerebat: Quinque enim viros habuiſti, *et cetera*. Sed quando iſti quinque ſenſus conuerturtur ad Dei obſequium, tunc mna gratiæ dicitur quinque lucrari, ſecundum illud: In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaam, et iurantes per Dominum exercituum. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, et titulus Domini iuxta terminum eius. Dicuntur ergo animæ de gentibus conuerſæ quinque, non propter hoc quòd pauciores ſint illis quæ de Iudæis conuerſæ ſint, ſed quia illæ agebantur ſecundum legem Decalogi: iſtæ vero ſecundum leges ſenſuum et carnalium voluptatum. Propter quod et Iudæi dicuntur vocari de prope, Gentiles vero de longe: Euangelizauit pacem vobis qui longe fuiſtis, et pacem ijs qui prope.

Gloſ. in hũc locum to.5. *Ioan.4.e* *Iſa.19.e* *Ephe.2.e*

Secundo quantum ad præmij ſublimitatem ſubdit: *Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinque ciuitates*, ideſt gloriam habeas de vniuerſitate fidelium conuerſorum. Vnde Gloſſa: Reſpectu earum animarum quas imbuiſti fide et conuerſione magnus et ſublimis eſto: et non tantum de tuis, ſed etiam de auditorum profectibus honoreris. De ijs gentibus Paulus nobiliſſimus prædicator, licet minimũ ſe diceret et ſentiret Apoſtolorum, maximã tamen multitudinẽ adduxit ad ouile Domini. Cum ſecundum illud:

Gloſ. interlin. in hunc locum to.5 *Iſa.60.d* *Gal.2.b*

Minimus erit in mille: et paruulus in gentem fortiſſimam. Vnde et ipſe dicebat: Qui operatus eſt Petro in apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt et mihi inter gentes. Et nota quòd licet decem ſeruos dixerit vocatos propter humilitatem prædicatorum, non reſumit niſi de tribus, duobus ſcilicet bonis, et vno malo, ad inſinuandum quòd omnis prædicatio bonorum eſt bipartita ſecundum duplicem populum, et duplicem parietem. Ratione cuius etiam duplex ſacerdotium fuit, et duplex teſtamentum, et duplex dicitur eſſe ordo prædicantium bonorum, ſecundum duplicem differentiã ouium paſcendarum.

Gen.32.b In cuius figuram dicitur: In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum: et nunc cum duabus turmis regredior.

Ioan.10.c Et: Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili.

Ephe.2.e Et: Vt duos condat in ſemetipſo in vnum nouum hominem, faciẽs pacem. In huius diſſipationem etiam duos principes Apoſtolorum tamquam duos prædicatores præcipuos et duces prædicantium Dominus præmiſit, Petrum ſcilicet, et Paulum, dans Petro præcipuam poteſtatem faciendi mirabilia: Paulo vero profundiſſimam ſapientiam ad intelligenda myſteria. Quia ſicut dicitur: Iudæi ſigna petunt, et

1.Cor.1.c Græci ſapientiam quærunt. Quicumque ergo boni prædicatores ſunt, imitatores ſunt horum duorum, et adducunt ad præſepe Dominicum vel bouem vel aſinum, ideſt, decem mnas, vel quinque ſecundum horum differentiam populorum. Et ex hoc apret differentia inter parabolã, quam proponit Matthæus de talentis, et quam hic ponit Lucas. Quia iſta, differentiam reſpicit prædicatorum reſpectu audientium, illa vero reſpectu propriorum meritorum: ideo hic dicit quòd tantumdem omnibus dedit: ibi vero quòd vni plus, alij minus. Vnde et illa in Hieruſalem propoſita fuit, hæc autem in via. In vtraque tamen fidelium prædicatorum ſtudioſa ſedulitas approbatur, et negligentia reprobatur. Et in hoc ſpecialiter Iudæorum rebellium perfidia condemnatur, cum in fine parabolæ ſubditur, de interfectione inimicorum, hoc eſt, rebellium Iudęorum.

Mat.25.b

Et alter venit dicens, et cetera. Poſtquam deſcripſit iudicij formam reſpectu omnium et reſpectu fidelium, hic deſcribit eam reſpectu negligentium qui omnes in perſona iſtius ſerui tertij deſignantur. Circa hęc autem quattuor introducuntur ab Euangeliſta, ſcilicet ſerui pigri abſconſio, nequam excuſatio, et recta redargutio, et condemnatio iuſta. Primo ergo quantum ad ipſius ſerui abſconſionem pigram, dicit:

Et alter venit dicens: Domine, ecce mna tua quam habui repoſitam in ſudario. Gloſſa: Tertius ſeruus, illi ſunt qui poſt collectos Iudæos et gentes negligenter vtuntur commiſſo prædicationis officio. De quibus dicitur: Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, et maledictus qui prohibet gladium ſuum a ſanguine. Tunc negligenter fit, quando donum ſapientiæ abſconditur et occultatur. Ideo dicit repoſitam eſſe in ſudario. Pecuniam reponit in ſudario qui ad prædicandum idoneus, officium prædicandi vel ſuſcipere renuit, vel ſuſceptum verbum negligenter gerit, et percepta dona ſub torpore corporis abſcondit, dicens: ſufficit mihi vt de me rationem reddam: cur alijs prædicem, vt de alijs cogar reddere rationẽ? Talis eſt merito maledicendus. Quia qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis. Paruus enim paſtor eſt qui cibum habens permittit oues fame mori. Propter quod dicitur: Perde pecuniam propter fratrem et amicum: et non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. Et ſi hoc eſt de pecunia dictum, multo fortius de ſcientia. Vnde dicitur: Sapientia abſconſa, et theſaurus inuiſus, quæ vtilitas? *et cetera*. Vnde Ezechiel: Si dicente me ad impium, *et cetera*. ibi Gloſſa: Magnum diſcrimen eſt ibi celare ſermones. Sed hoc intelligitur non de occultatione quæ venit ex prudentia. Nam dicitur: Tempus tacendi, et tempus loquendi. Et in pſalmo: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Propter quod dicitur: Sapientes abſcondunt ſcientiam. Et: Eſt tacens qui inuenitur ſapiens, et eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum: ſed intelligitur de abſconſione ex timore, vel adulatione, vel auaritia, vel negligentia, ideo ſignanter dicit: repoſita eſt in ſudario. In ſudario enim inuoluuntur mortui. Et tunc mna repoſita eſt in ſudario quãdo affectio mortua ad proximum abſcondit loquelam et doctrinam propter malam vitam, ſicut illi de quibus dicitur: Qui veritatem Dei in iuſtitiam detinent, vel propter cordis deſidiam, quia non habet charitatem fraternam, propter quod dicitur: Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro. Et propterea in eius figuram mna abſconditum computruit: Et mna in ſudario non multiplicatur, et frumentum in horreo non excreſcit, ſed a tineis manducatur: ſolum autem fructificat quando ſeminatur: Sic et verbum Dei quod pretio et ſemini comparatur. Et ideo dicitur: Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam, cor ſtultorum diſſimile erit.

Gloſ. interlin. in hunc locum to.5. *Hier.48.b* *Prou.11.d* *Eccli.29.b* *Eccli.41.d* *Exec.3.d* *Eccls.3.b* *Pſ.118.b* *Prou.15.b* *Eccli.20.a* *Rom.1.e* *Eccli.30.e* *Exo.16.d* *Prou.15.a*

Secundo quantum ad excuſationem nequam, ſubdit: *Timui enim te, quia homo auſterus es*. In quo ſe excuſat,

Digitized by Google

Prou. 22. b excusat, vt piger per timorem. Dicit Piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum. Vnde et talibus competit illud: Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Excusat se nequiter, quia culpam suæ negligentiæ imponit austeritati Domini iu-
Mat. 11. d dicantis, cum e contrario ipse dicat: Discite a me,
Rom. 2. a quia mitis sum, et humilis corde. Et: Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Excusat etiam insipienter, quia cum deberet loqui pro se, loquitur contra se, cum subdit: *Tollis quod non posuisti: et metis, quod non seminasti.* Glossa: Metit Do-
Glos. in hūc locum to. 5. minus vbi non seminauit, id est eos reos impietatis tenet quibus verbum legis, vel Euangelij non ministrauit. In quo allegat seueritatem diuini iudicij, quia Dominus punit etiam ignorantes, et ideo timere debet, quòd multo fortius puniet negligentes. Vnde di-
Eccli 2. d citur: Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei. Punit etiam Dominus illos quibus legem non dedit a quibus requirit iustitiam: quia etsi non habent legem scriptam, habent tamen legem naturæ interius impressam, propter quod dicitur:
Rom. 2. b Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Vn-
Ibid. c de et ibidem: Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimoniū reddente illis conscientia ipsorum, *et cetera*, cum iudicabit Deus occulta hominum per Iesum Christum.

Tertio quantum ad serui redargutionem rectam, subditur: *Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequam.* Seruum nequam vocat, quia piger erat in negligendo, quia superbus fuit in iustificando se, et nequam
Glos. interlin. in hunc locum to. 5. Dominum accusando. Glossa: *Nequam*, quia piger ad exercendum officium, superbus ad accusandum diuinum iudicium. Et ideo ex suo ore dum se credit
Iob 9. e iustificare, potius accusat, secundum illud: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocētem ostendere, prauum me comprobabit. Quia
Augus. in sent. to. 3. sent. 6. vt dicit Augustinus: Bene loqui, et male viuere, nihil aliud est, quàm se sua lingua damnare. Hic ergo negligens dum iudicium et seueritatem Dei ostendit se scire, loquitur contra se, vnde et subdit: *Sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, et metens quod non seminaui*, per seueritatem vindictæ, se-
Ps. 74. a cundum illud: Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. *Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam*, per sedulitatem vigilantiæ, per quam pecuniam euangelicæ prædicationis debuit multiplicare euangelizando, ne propter negligentiam diuinam incur-
Glos. in hūc locum to. 5. reret iram. Vnde Glossa: Si durum et crudelem esse me noueras, et aliena sectari, ibiq. metere vbi non seuerim, quare non tibi istiusmodi cogitatio incussit timorem, vt scires me mea diligentius quæsiturum? Et nota quòd vocat mnam pecuniā suam, quia scientia et gratia et doctrina potius est Dei quàm nostra.
Eze. 2. c Et ideo dicitur: Loquens verba mea ad eos. Glossa:
Act. 10. b non tua. Vnde Matthæus: Non enim vos estis, qui loquimini, *et cetera*. Sed est hæc pecunia nobis concessa ad fructificandum, et ideo addit: *Et ego veniens cum vsuris vtique exegissem illud?* scilicet per æquitatem iustitiæ, per quam exigit vsuras multiplicis fru-
Glos. in hūc locum to. 5. ctificationis. Vnde Glossa: Qui verbi pecuniam a doctore percipit, euntq. credendo, necesse est eam cum vsuris soluat operando. Qui ergo neglexit alios docere cum potuit, illorum negligentiæ sibi imputabuntur. Vnde Chrysostomus: Qui seminandi causa semen accepit, et tempore seminationis non seminat, damnum facit Domino (et si semen custodiat) tantum, quantum poterat lucrum facere si opportuno tempore seminasset. Vnde et Dominus veniens ad iudicandum, non requirit solum donum quod dedit, verumetiam fructum quem ex dono expectauit. Ideo dicit Matthæus: Omnis arbor, quæ non fa-
Mat. 3. b cit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.

A Vnde et de ficulnea supra dicitur: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, et non inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? Quærit ergo et de arboribus fructum, et de pecunia spirituali vsuras. Vnde Gregorius dicit quòd cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. *Sup. 13. b* *Greg. hom. 9. in Euangel. to. 2.*

Quarto quantum ad ipsius serui condemnationem iustam subiungitur: *Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, et date illi, qui decem mnas habet.* Astantes vocat eos qui assistunt ei in iudicio siue angelos, siue sanctos alios, quorū iudicio et approbatione præmium
B correspondens dono inutiliter habito auferetur, et dabitur gloria et gaudium dispensatori fideli, secundum illud: Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Hoc etiam iudicium exercet Dominus in præsenti sæculo, auferendo etiam dona concessa propter negligentum desidiam, et abusionem. Vnde Glossa: Collatam gratiam amittit, qui eam communicando alijs, prædicare neglexerit: augetur vero illi, qui in ea laborauit, sicut regium chrisma quod superbiendo Saul amisit, Dauid obediendo promeruit. Spiritus enim Dei, qui a Saule recessit, directus est a die illa et deinceps in Dauid. Vnde et dicitur:
C Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius. Magis autem datur ei qui habet decem mnas propter mysterium, quia illum designat ordinem eorum, qui Iudaico populo prędicauerunt, qui etiam finaliter ad Christum conuertendus est. Vnde Glossa: Cum omnis Israel saluus erit, tunc omnis plenitudo spiritualis gratiæ quam modo tepenter exercemus, doctoribus illius populi abundanter conferetur. Vnde dicitur: Isaias clamet pro Israel:
D Si fuerit numerus filiorū Israel tamquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Et quia hoc videtur irrationabile et incredibile, quod dat abundanti. Ideo subditur: *Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas*, quasi dicant, non videtur esse recta sententia. Ideo pro omnibus generaliter sententiat, dicens: *Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur et abundabit.* Glossa: Vtenti eo quod habet. *Ab eo autem qui non habet*, scilicet rectum vsum. *Et quod habet*, scilicet diuinum donum. *Auferetur ab eo*, per diuinum iudicium. Quod expressius dicitur: Quod videtur habere auferetur ab eo. Vnde tunc verificatur illud: Alij diuidunt propria et ditiores fiunt, alij rapiunt non sua, et semper in egestate sunt. Et ideo generaliter omni habenti scilicet desiderium audiendi, dabitur sensus intelli-
E gendi. Si dilexeris audire, sapiens eris. Habenti voluntatem operandi, dabitur facultas perficiēdi. Deus est qui operatur in vobis et velle et perficere. Habenti opera, dabitur intelligentia spiritus: A mandatis tuis intellexi. Super senes intellexi. Habenti iustitiam, dabitur sapientia: Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam. Habenti gratiam, dabitur gloria: Gratiam et gloriam dabit Dominus. Habenti arrhā, dabitur hereditas æterna: In quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, *et cetera*. Habenti cumulum meritorum, dabitur cumulus præmiorum. Quia dicitur:
F Qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. Supra: Date, et dabitur vobis. Mensurā bonā, *et cetera*.

Verumtamen inimicos meos, et cetera. Post formam iudicij respectu omnium et fidelium et negligentiū hic subiungitur pœna respectu rebellium. Vnde ex hac parabola possunt quinque differentiæ hominum elici, quarum duæ bonæ, et tres malæ. Nam boni sunt fideliter docentes, boni fideliter eorum doctrinæ adhærentes. Mali vero sunt ignorantes, et negligentes, et malignantes. Omnes enim boni aut sunt subditi, aut prælati. Mali vero aut ex ignorantia, aut infirmitate, aut malitia vniuersaliter peccant. Vnde Glossa dicit his quinque personis omne genus hominum

Sup. 13. b *Greg. hom. 9. in Euangel. to. 2.* *Apo. 3. c* *Glos. in hūc locum to. 5.* *1. Reg. 16. e* *Mat. 21. d* *Glos. in hūc locum to. 5.* *Rom. 9. f* *Glos. interlin. in hūc locum to. 5.* *Mat. 25. e* *Prou. 11. e* *Eccli. 6. d* *Phil. 2. b* *Psal. 118. m* *Eccli. 1. d* *Psal. 83. d* *Ephe. 1. c* *2. Cor. 9. b* *Sup. 6. c*

Quinque hominum differentiæ.

Glos. in hūc locum to. 5.

Digitized by Google

minum in futuro iudicio discutiendum signat. In hac igitur parabola circa iudicium rebellium duo insinuantur, scilicet rebellium pœna, et rebellium persona. Primo igitur quantum ad rebellium pœnam dicitur:

Verumtamen inimicos meos, per suam arrogantiam, *Psal. 73. d* secundum Psalmum: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Ille enim maxime inimicatur Deo, qui contra eum erigit ceruicem suam per superbiam, *Iob 15. d* secundum illud: Cucurrit aduersus Deum erecto collo, et pingui ceruice armatus est. Talis est *Iac. 4. d* qui quærit gloriam in hoc mundo: Nescitis, amici- *1. Ioan. 2. c* tia huius mundi, inimica est Dei? Quicumque, *et cetera*. Et: Si quis diligit hunc mundum, non est charitas patris in eo. *Illos qui noluerunt me regnare super se,* *Hier. 2. d* per inobedientiam: A sæculo confregisti iugum meũ, rupisti vincula mea, et dixisti: Non seruiam. Et hæc *Iob 22. c* oritur ex arrogantia. Qui dicebant Deo: Recede a nobis: et quasi nihil posset omnipotens, æstimabant eum. *Adducite huc: et interficite ante me*, per seueram vindictam, qua interficientur per gladium diuinæ sententiæ, et deijcientur in locum damnationis æter- *Ps. 149. b* næ, gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam *Apo. 1. c* vindictam in nationibus. Vnde dicitur: De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat. Et hoc com- *Deut. 32. f* minatur in Deuteronomio: Si acuero vt fulgur gladium meum, et arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis. Et de hoc in figura *Eze. 9. b* Ezechiel: Transite per ciuitatem sequentes eum, et percutite.

Secundo quantum ad rebellium personam insinuandam, subdit: *Et his dictis præcedebat ascendens Hierosolymam*, quasi ex ipso facto ostẽdebat se dicere prædicta propter Hierosolymitas qui erant eum negaturi, non esse suum regem. Propter quam etiam causam statim consequenter agit, quo modo vt rex venit in Hierusalem, sedens super asinam. Sed post illam magnam gloriam sustinere debebat contumeliam. Et quia ad illam non ibat compulsus sed voluntarius, ideo signanter dicitur quòd præcedebat, vt animaret ceteros ad tolerantiam passionum, secundum illud: *1. Pet. 2. d* Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exem- *Heb. 2. a* plum, vt sequamini vestigia eius. Et: Curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Iesum, *et cetera*. Ideo etiam præcedebat, vt formam daret prælatis præcedendi *Ioan. 10. a* oues contra ferocitatem lupinam: Bonus pastor cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, et oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. In huius figuram *1. Mac. 5. e* dicitur de Iuda: Cum videret populum trepidantem ad transferendum torrentem, transfretauit ad illos prior. Huius notabilis imitator fuit Paulus, qui licet sciret quòd multa a Iudæis deberet pati in Hie- *Act. 20. e* rusalem, secrete ascendit ad subditorum salutem. Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens, quoniam vincula et tribulationes Hierosolymis me manent, *et cetera*. Nec facio animam meam pretiosiorem quàm me, dummodo consummem cursum meum et ministerium verbi quod accepi. Sic et Christus faciebat. Vnde licet ad tempus Iudæam declinasset, quia nondum venerat hora eius. Nunc ibat tradere animam suam, propter nos in manus inimi- *Hier. 12. b* corum secundũ illud: Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Ideo ascendebat Hiero- *Sup. 13. g* solymam, quia sicut supra dictum est, non capit prophetam perire extra Hierusalem. Quare autem hoc? ratio supra reddita est, quia hoc exigit excellentia pontificalis, magistralis, et regiæ dignitatis, et Iudai- *Glos. in hũc locum to. 5.* cæ perfidiæ excæcandæ. Vnde Glossa: Finita parabola, vadit Hierosolymam, vt ostendat de eiusdem maxime ciuitatis euentu parabolã fuisse præmissam.

Et factum est cum appropinquasset, et cetera. Postquã confutauit Iudæorum dolositatem, impietatem, et curiositatem, hic sequitur quarta pars principalis in qua confutat incredulitatem, quæ in cordibus Iudæorum fuit causa et radix omnium prædictorum. Diuiditur autem hæc pars in duas, in quarum prima confutat incredulitatem Iudæorum per facta: in secunda vero per verba et documenta. Et factum est in *Inf. 20. a* vna dierum, *et cetera*. Confutat ergo incredulitatem Iudæorum per facta, per quæ ostendit se Christum Dominum in lege promissum. Primo quò ad potestatem regalem: secundo quò ad pietatem pontificalem, ibi: *Et vt appropinquauit, videns ciuitatem*. Tertio quantum ad æquitatem iudicialem, ibi: *Et ingressus in templum*, et cetera. Quarto quantum ad auctoritatem magistralem, ibi: *Et erat docens quotidie in templo*, et cetera. Potestatem autem regalem ostendit se Christus habere tripliciter. Primo per excellentiam in imperando. Secundo per discipulorum obedientiam in obsequendo, ibi: *Abierunt autem qui missi erant*. Tertio per populorum reuerentiam in laudando, ibi: *Eunte autem illo*, et cetera. Excellentia igitur regiæ potestatis in Christo ostenditur per imperium ipsius pium, prouidum, et potestatiuum. Tale namque imperium decet regem clementissimum, sapientissimum, et potentissimum. Ostenditur autem imperium eius pium secundum mysterium gratiæ, prouidum secundum spiritum prophetiæ, et potestatiuum per culmen auctoritatis præcelsæ. Primo igitur quantum ad imperium pium per mysterium gratiæ, dicit:

Et factum est, cum appropinquasset ad Bethphage, et Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti. Quod et si verum fuerit ad litteram, hoc tamen aliud prætendebat per figuram et mysticam intelligentiam. Vnde Ambrosius: Venit ad montem oliuarum, vt nouellas oliuas virtute in sublimi plantaret. Et nota quòd *Ambr. li. 9. in cap. 19. Luca to. 3.* dicit tria, scilicet Bethphage, quæ est in monte Oli- *Hiero. li. 3.* ueti, et viculus sacerdotum, vt dicit Hieronymus: Et *in cap. 21.* interpretatur domus buccæ, per quam confessio et *Mat. to. 6.* pœnitentia significantur. Bethania domus obedientiæ. Et mons Oliueti propter mixtionem olei insinuat vnctionem et eminentiam sapientiæ. Et per hęc tria Dominus appropinquat nobis, id est facit appropinquare sibi, scilicet per pœnitentiam. Erant ap- *Sup. 15. d* propinquantes ad Iesum publicani, *et cetera*. Per obedientiam: Appropiate ad me indocti, et congre- *Eccli. 51. d* gate vos in domum disciplinę. Et hęc est domus obedientiæ siue religionis. Per sapientiam: Qui appro- *Deut. 33. a* pinquant pedibus eius, *et cetera*. Pedes autem Domini venientis, ascendentis, et iudicantis steterunt super montem Oliuarum, quia qui vult vias eius videre (quæ sunt misericordia, et veritas) indiget vnctione per quam in eminentiam sapiens eleuetur, vt per contemplationem conscendat in cælum per tres gradus. Primus gradus est incipientium, secundus proficientium, tertius perfectorum. Et ad hoc omnis Christi operatio et Euangelica prædicatio ordinatur, scilicet, vt sic tripliciter Christo appropinquemus. Et ideo subdit: *Misit duos discipulos suos, dicens: Ite in castellum quod contra vos est*. Per duos discipulos missos intelligitur vniuersitas discipulorum missorum ad conuertendum mundum et maxime popu- *Chryso. in opere impf. Mat. c. 21. hõ. 37. to. 2.* lum gentium. Vnde Chrysostomus dicit quòd isti duo primo prædicauerunt gentibus: Philippus in Samaria: Petrus in Cæsarea: ideo autem sunt duo, ad *Act. 8. a* commendandum nexum charitatis, seu propter du- *Act. 10. a* plicem ordinem prædicantium, secundum qualitatem populorum conuertendorum. Vnde Glossa: *Glos. inter-* Duos mittit propter scientiam veritatis, et mundi- *lin. in hũc* tiam operis, vel geminæ dilectionis Dei, et proximi *locum to. 5.* sacramentum toto orbe prædicandum: vel propter duos ordines prædicandi, vnum in circumcisione, et alterum in gentibus. In cuius designationem dicitur: Misit illos binos ante faciem suam. Vnde dicitur: Melius est duos esse simul, quàm vnum. Per ca- *Eccle. 4. b* stellum illud quod est contra discipulos intelligitur mundus,

Digitized by Google

Ioan.15.c mundus, de quo Ioannes: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Et tamen in hunc misit discipulos ad prædicandum. Vnde Glossa: Misit discipulos in castellum quod cõtra eos erat, *Glos.interlin.in c.21 Mat.to.5.* ideſt doctores qui indocta ac barbara totius orbis latera, quasi contrapositi castelli mœnia euangelizando penetrarent. In hoc igitur prefiguratur discipulorum missio ad conuertendum mundum, quæ facta est post passionem et resurrectionem, secundum il-*Mar.vlt.c* lud: Dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Hoc ergo fuit imperium pium: et hoc designat appropinquatio ad montem Oliueti, de quo Christus ascendit in cælum.

Secundo quo ad mandatum prouidum per spiritum prophetiæ, subdit: *In quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatum*, quod quidem dicere non poterat certitudinaliter, nisi quia habebat præscientiam futurorum, verumtamen et hoc ipsum sine mysterio esse non potest, quia rex cæli et terræ quærit pullum, et non quemcumque, sed indomitum. Vnde subdit: *Cui nemo vmquam hominum sedit*, nec qualitercumque, sed alligatum, propter quod addit: *Soluite et adducite*. Ex quo manifeste apparet quòd hoc sine mysterio esse non potest. Propterea intelligendum est quòd sicut per asinam intelligitur synagoga, ita per pullum gentilitas designatur. Vn-*Glos.in hũc locum to.5.* de Glossa: Tres Euangelistæ Græce scripserunt qui pullum tantum commemorant. Matthæus qui hebraice scripsit, et asinam solutam et adductam refert, vt hebreæ quoque gentis, si pœnituerint, non *Mat.21.a* desperandã monstret esse salutem. Vnde Matthæus: Inuenietis asinam alligatam, et pullum cum ea. Dicitur autem populus gentilis pullus asinæ propter stoliditatem ingenij: Vir vanus in superbiam erigitur, *Iob 11.c* et tamquam pullum onagri se liberum natum putat. Sed alligatus dicitur funibus peccatorum, secundum *Prou.5.d* illud: Impius funibus peccatorum suorum constringitur. Et his funibus non tantum populus gentium ligatus erat, verumetiam synagoga. Vnde supra: *Sup.13.c* Hanc autem filiam Abraæ, quam alligauit Satanas ecce decem et octo annis, non potuit solui a vinculo? Et dicitur etiam indomitus esse, quia carebat omni *Glos.in hũc locum to.5.* regimine disciplinæ Dei. Vnde Glossa: Introeuntes in mundum prædicatores, inuenerunt populum nationum perfidiæ vinculis irretitum, liberum et lasciuum, cui nemo vmquam hominum insederat, id est, nullus rationalis doctor frenum correctionis imposuit. De hoc ergo mandat discipulis, vt soluant, *Mat.18.c* secundum illud: Quæcumque solueris super terram, erunt soluta et in cælo: hoc autem non est virtute humana, sed diuina, propter quod dicit Iob: Quis *Iob 39.a* dimisit onagrum liberum, et vincula eius quis soluit? *Isa.60.b* Et tunc qui soluitur, ad Iesum adducitur: Aperientur portæ tuæ iugiter, vt afferatur ad te fortitudo gentium, et reges eorum adducantur.

Tertio quo ad mandatum protestatiuum per culmen auctoritatis præcelsæ, subditur: *Et si quis vos interrogauerit: Quare soluitis?* scilicet contrectantes rem alienam, *Sic dicetis ei: Quia Dominus operam eius desiderat*, vt eo vtatur tamquam re propria. Hic ad litteram ostendit quòd Christus Dominus erat omniũ, quia qua ratione Dominus erat asini, ea erat et vniuersorum. Et vt Dominum se significet omnium generaliter seipsum vocat Dominum. Vnde ipse dicit *Ioan.13.b* de se: Vos vocatis me Magister et Domine, et bene dicitis, sum etenim. Nam ipse est qui habet in ve-*Apoc.19.c* stimento, et in femore suo scriptum: Rex regum, et Dominus dominantium. Vnde et sibi dicitur il-*Esth.13.c* lud: Domine, domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, et non est qui possit tuæ resistere voluntati: Dominus omnium tu es. Secundum mysterium autem hæc debet esse responsio prædicantium et absoluentium qui non faciunt hoc ad

A aliud, nisi vt ad Christum trahant tamquã ad verum Dominum, qui habet desiderium animarum. Nam ipse dicit: Deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. *Prou.8.d* Ipse desiderat cor hominis: Præbe fili mi cor tuum *Prou.23.c* mihi. Quia ipse solus est Dominus. Vnde etsi diabolus ligare permittatur per peccata, non tamen vendicat sibi super rationalem spiritum dominium verum. Et hoc est quod Ambrosius dicit: Dominatum sibi, inquit, vendicare non poterat, quẽ reum *Amb.li.3. in cap.19. Luca. to.3.* fecerat, non natura, sed culpa. Et ideo cum Dominus dicitur, agnoscitur. Nam etsi multi dij, et multi domini, generaliter tamen vnus Deus, et vnus *1.Cor.8.b* B Dominus. Vnde dicitur: Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra, siquidem sunt dij multi, et domini multi, nobis tamen tuus est Deus, pater, et vnus Dominus Iesus Christus. Hic Dominus nullo indiget, secundum illud: Dixi Domino, *Psal.15.a* Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Et tamen desiderat operam nostræ salutis: Om-*1.Tim.2.a* nes homines vult saluos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Hæc est enim voluntas Dei, sanctifica-*1.Thes.4.a* tio vestra.

Abierunt autem qui missi erant, et cetera. Postquam manifestauit regiam potestatem in Christo per ex-C cellentiam in imperando, hic secundo manifestatam per discipulorum obedientiam, in obsequendo. Circa quod explicandum ostenditur in discipulis perfectio obedientiæ in eundo, exequendo, et redeundo. Primo ergo quantum ad discipulorum obedientiam per præceptum euntium, dicitur:

Abierunt autem qui missi erant: et inuenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum. In quo apparet quòd qui Christo obtemperat, decipi non potest, quia ipse sic præcepit præsentia, quòd præscit futura. Vnde dicitur: Omnia nuda et aperta sunt oculis eius, ad *Heb.4.c* quem nobis sermo. Secundum autem mysterium D significationis discipuli inuenerunt pullum stantem, quia inuenerunt gentilem populum otiosum, secundum illud: Vidit alios stantes in foro otiosos, et di-*Mat.20.a* xit illis, *et cetera*. Statum autem ad modum standi expressius dicit Marcus: Vbi dicitur quòd abeun-*Mar.11.a* tes inuenerunt pullum alligatum ante ianuam foris in biuio. Nam gentes antequam ad Christum venirent, foris erant. Vnde dicitur: Quid enim mihi *1.Cor.5.d* de ijs qui foris sunt, iudicare? Sequitur: Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Vnde Glossa: Mar-*Glos.in hũc locum to.5.* cus ait foris ante ianuam ligatum, quia quicumque extra Christum est, foris in via est: qui est in Chri-E sto, foris non est. Ideo Ioannes: Si quis in me non *Ioan.15.a* manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet. Ideo autem dicitur esse in biuio, quia non sequebatur aliquam certam viam. Vnde Glossa: In biuio li-*Glos.in hũc locum to.5.* gatus stabat qui non vnam fidei vitæq. viam tenebat, sed pluribus erroribus deseruiebat. Ideo dicitur: Testificor Domino, vt iam non ambuletis, sicut *Ephe.4.d* et gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis. In hoc ergo inuenerunt discipuli populum gentium, qui per diuersas sectas et vias idolatrabant, secundum illud: F In vijs sedebas, expectans eos quasi latro in solitudi-*Hier.3.a* ne, et polluisti terram in fornicationibus tuis. Ideo recte designatur per Thamar, de qua dicitur: Mu-*Gen.38.c* tato habitu sedit in biuio. Et: Vir duplex animo, in-*Iac.1.a* constans est in omnibus vijs suis.

Secundo quantum ad obedientiam discipulorum præceptum exequentium, dicitur: *Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos: quid soluitis pullum?* per attrectationem rei alienæ. Qui plures Domini dicuntur, quia secundum veritatem historiæ, tam asina, quàm pullus dicitur fuisse totius istius castelli, quo vtebantur pauperes ad afferendum aquam. *At illi dixerunt: Quia Dominus eum necessarium habet*, per dominium rei propriæ. Vnde ex hoc

Digitized by Google

apparet virtus diuini præcepti, quia nec amplius quæſierunt, nec reſtiterunt. Vnde Chryſoſtomus: Virtus Chriſti præparauit eorum cor ad dandum ignotis. Ex hoc etiam apparet virtus obedientiæ, quantæ ſit efficaciæ, quia ei, cui obedit, nullus valet contradicere dominus. Vnde dicitur: Vir obediens loquetur victoriam. Et nota hic quòd ſecundum myſterium plurimi dicuntur populi gentilis domini, quia ſeruus erat ille populus non vnius Domini et Dei, ſed multorum vitiorum, et dæmonum. Quia a quo quis ſuperatus eſt, huius et ſeruus eſt. Vnde Gloſſa: Multos habebat dominos qui non vni ſuperſtitioni, ſed pro libitu immundorum ſpirituum ſectabantur errores. Ideo dicitur: Domine Deus noſter poſſederunt nos domini abſque te. Hi reſiſtunt Apoſtolis volentibus ſoluere pullum, quia tam dæmones, quàm peccata, atque etiam diaboli membra reſiſtunt, et obſtaculum ponunt gratiæ, ſicut Simon magus Petro, et Elymas magus Paulo. Reſiſtebat autem illis Elymas magus, quærens auertere proconſulem a fide. Sed audito nomine Chriſti, et eius virtute per miracula patefacta obmuteſcunt, quia omnes tales in Chriſti nomine ſuperantur. Vnde Gloſſa: Qui doctoribus ad ſalutem gentium venientibus obſtiterunt, ſuas tenebras defendunt, donec miraculis atteſtantibus veri poſſeſſoris virtus innoteſcat. Vnde et Petrus cum Apoſtolis dixit ijs qui prohibebant eos prædicare ad pulli ſolutionem: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Et hoc quia ipſe eſt ſolus verus Dominus, et perſonarum noſtrarum et rerum: Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſiluarum, iumenta in montibus et boues.

Chryſo. in opere imp. Mat. c. 21. homil. 37. to. 2. — *Prou. 21. d* — *2. Pet. 2. d* — *Gloſ. in hũc locum to. 5.* — *Iſa. 26. b* — *Act. 13. a* — *Gloſ. in hũc locum to. 5.* — *Act. 5. e* — *Pſal. 49. d*

Tertio quantum ad diſcipulorum obedientiam, ſecundum præceptum redeuntium ſubiungitur: *Et duxerunt illum ad Ieſum*. Vt implerent Chriſti mandatum, quibus ſupra dixerat: Soluite et adducite mihi: *Et iactantes veſtimenta ſua ſupra pullum, impoſuerunt Ieſum*. Vt oſtenderent Ieſum eſſe promiſſum regem. Vnde dicitur: Hoc autem factum eſt, vt impleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam et pullum filium ſubiugalis. Sic enim habetur: Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem: Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus et Saluator: ipſe pauper, et aſcendens ſuper aſinam et ſuper pullum filium aſinæ. Ex hoc ergo manifeſto iudicio, et præhabito colligebatur quòd Chriſtus erat verus rex Iudæorum. Sed hoc eſt mirabile quòd Chriſtus cum eſſet verus Deus, et rex regum, aſcendere voluit ſuper animal tam deſpectum. Sed tamen hoc valde rationabiliter fecit, et propter myſterium, et propter exemplum. Propter myſterium, inquam, quia ſicut tactum eſt, per pullum intelligitur populus gentilis, per aſinam Iudaicus. Et ideo licet alter deberet ſibi ſufficere, tamen ſuper vtrumque aſcendit: primum ſuper pullum, et deinde ſuper aſinam, vt oſtenderet ſe primo vocaturum populum gentium, deinde in fine mundi populum Iudæorum. Vnde et in illa nobiliſſima prophetia dicitur: Non auferetur ſceptrum de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, et ipſe erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum ſuum, et ad vitem, o fili mi, aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, et in ſanguine vuæ pallium ſuum: hoc fuit in torculari crucis. Quoniam ergo hunc pullum, ideſt, populum gentium Chriſtus ad ſe duci fecit, et ſuper eum aſcendit per miniſterium Apoſtolorum: ideo dicitur quòd diſcipuli iactauerunt veſtimenta ſua, ideſt, exempla bona, per quæ conuerterunt gentem illam, de quibus veſtimentis in Apocalypſi dicitur: Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. In huius figuram etiam dicitur quòd Elias miſit pallium ſuum ſuper Eliſeum. Quoniam ergo iſta conuerſio facta eſt nõ ſolum per

Mat. 2. a — *Zach. 9. b* — *Gen. 49. b* — *Apo. 16. c* — *3. Reg. 19. c*

A Apoſtolos, verumetiam per ſeptuaginta diſcipulos, quibus deputatæ ſunt particulares Eccleſiæ gentium conuerſarum. Ideo in huius figuram dicitur de iudice quodam qui habuit 40. filios et 30. ex eis nepotes aſcendentes ſuper ſeptuaginta pullos aſinarum. Et de hoc Gloſſa: Veſtimenta Apoſtolorum doctrina virtutum, vel diſcretio ſcripturarum, et gratia ſpiritualis quibus illi corda hominum prius nuda et frigida contegunt, vt mereantur habere ſeſſorem Chriſtum. Fecit etiam hoc propter exemplum ad conterendum ſupercilium ſuperborum qui delectãtur in multitudine equorum et curruum: Hi B in curribus, et hi in equis. Et: Væ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium in equis ſperantes, et habentes fiduciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt, *et cetera*. Quod exemplo Chriſtus ſuo condemnans non multitudinem equorum habuit: immo nec vnum equum, ſed ſuper contemptibilem pullum aſcendit in die præcipui honoris ſui. Vnde Chryſoſtomus: Vis cognoſcere manſuetudinem venientis, conſidera ſpeciem aduentus eius. Non ſedet in curru aureo purpura fulgens, non aſcendit ſuper feruidum equum diſcordiæ amatorem, non habuit in circuitu ſplendentes gladios, aut cetera ornamenta C terribilium armorum: ſed quid? Ramos frondentes teſtimonia pietatis. Et ſic oſtendit verum eſſe quod in pſalmo dicitur: Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibijs, *et cetera*.

Iudi. 12. d — *Gloſ. in hũc locum to. 5.* — *Pſal. 19. b* — *Iſa. 31. a* — *Chryſoſt. in opere imp. Mat. c. 21. homil. 37. to. 2.* — *Pſ. 146. b*

Eunte autem illo, et cetera. Poſtquam oſtendit ſe poteſtatem habere regalem per ſuam excellẽtiam in imperando, et diſcipulorum obedientiam in obſequendo, hic oſtendit tertio per populorum honorificentiam in collaudando. Ad hoc autem exprimendum primo explicatur deuotio laudantium. Secundo vero celſitudo laudum, ibi: *Benedictus qui venit rex in nomine Domini*. Tertio vero confutatio intuidoD rum, ibi: *Et quidam Phariſæorum*, et cetera. Circa igitur deuotionem laudantium exprimendam duo introducuntur, ſcilicet expreſſio deuotionis in opere, et expreſſio in ſermone et voce. Primo igitur quantũ ad expreſſionem deuotionis in opere, dicit:

Eunte autem illo ſubſternebant veſtimenta ſua in via, quod ſignum erat magnæ deuotionis. Non autem exprimit qui erant illi qui ſternebant, quia hoc communiter faciebant omnes, et maxime turbæ. Vnde dicitur: Plurima turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, et ſternebant in via. Et nota hoc quod a myſterio non vacat, quòd diſcipuli veſtimẽta ſua poſuerunt ſuper aſel E lum, ſed turba ſternebat veſtimenta ſua ſub pedibus aſini ad conculcandum. Per hoc enim intelligimus quòd populus gentium conuertendus documenta Apoſtolorũ debebat venerari, et traditiones Iudæorum, et cæremonias conculcare. Vnde Chryſoſtomus: Super iumentum Apoſtoli poſuerunt veſtimenta ſua: ſub pedibus vero ceteri, quia mandatis Apoſtolorum Euãgelicis ſubſternuntur Chriſtiani, leges autem conſuetudinis conculcant. Vnde dicitur: Quæ mihi fuerunt lucra, arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. Secundum moralitatem autem per ſtrationem veſtimentorum in via, intelligimus conculF cationem corporum noſtrorum per abſtinentiam, et patientiam ad aliorum bona exempla, per quæ dirigantur in via. Vnde Gloſſa: Turba martyrum exẽpla ſequens, carnem per abſtinentiam edomat, vt Domino iter ad mentem paret, et ſequentibus præbeat bona exempla. In cuius etiam rei figuram dicitur quòd Elias reliquit pallium ſuum Eliſeo. Et quia bonum exemplum quaſi bono odore trahit ad imitationem, ideo dicitur: Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris. Et hæc in via ſtrata videmus. Vnde dicitur: Tãtam habentes impoſitã nubem teſtium, *et cet.*

Quare Apoſtoli ſuper Aſellum; et ceteri in via poſuerint veſtimenta.

Chryſoſt. in opere imp. Mat. c. 21. homil. 37. to. 2. — *Phil. 3. b* — *Gloſ. in hũc locum to. 5.* — *4. Reg. 2. g* — *Cant. 4. e* — *Heb. 12. a*

Secundo quantum ad expreſſionem deuotionis in ſermone, ſubditur: *Et cum appropinquaret iam ad deſcenſum*

Digitized by Google

descensum montis Oliueti, propter congruentiam loci, quia prope Hierusalem. Vnde et de illo loco ascendit: Reuersi sunt in Hierosolymam a monte, qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem, sabbati, habens iter. Per descensum autem illum intelligitur descensus dignationis misericordiæ Dei, propter quod merito a nobis debet laudari, secundum illud: Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, *et cetera*. Et ideo subdit: *Cœperunt omnes turba descendentium gaudentes laudare Deum voce magna*, per conuenientiam modi. Date nomini eius magnificētiam, et confitemini illi in voce labiorum vestrorum. Et: Bene psallite ei in vociferatione. Ratio autem huius laudis magnificæ fuit consideratio mirabilium Christi. Et ideo addit: *Super omnibus, quæ videbant, virtutibus*, per conuenientiam ex parte motiui. Nam visio mirabilium inducit et mouet ad laudandum. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Inter omnia autem mirabilia, quæ fecit, maximum fuit suscitatio mortui quatriduani. Ratione cuius turba præcipue Christo obuiam venit. Testimonium perhibebat, quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, et suscitauit eum a mortuis. Propterea, et obuiam venit ei turba: quia audierat eum fecisse hoc signum. Turbę autem admonebantur a signis, vt crederent ipsum esse Christum promissum regem in lege. Vnde Ioannes: Illi homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.

Dicentes, benedictus, et cetera. Post deuotionem laudantium, describitur hic secundo celsitudo diuinarum laudum. Describitur ergo salus Christi excellens ex ore turbarum excellenter laudantium regem Christum, et quantum ad venientis excellentem personam: et quantum ad ipsius aduentus efficaciam excellentem. Primo ergo quantum ad venientis excellentem personam, dicitur:

Benedictus, qui venit rex in nomine Domini. Benedicitur autem Christus non quia ex benedictione humana aliquid sibi acquiratur, sed tamquam summe bonus laudatur. Vnde Hieronymus: Benedictio quæ fit in Deo, cōfessio sola est, et laudatio bonorum quæ præstita sunt. Benedictio vero quæ fit a Deo, in nobis impletur, dum de eius beneficijs implemur. Benedicunt ergo eum, et laudant tamquam regem ex semine Dauid, secundum carnem natum. Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, et regnabit, *et cetera*. Et ad Romanos, allegans Apostolus auctoritatem Isaiæ dicit: Et rursus Isaias ait: Erit radix Iesse: et qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt, secundum aliam translationem. Et: Ecce dies veniunt, et suscitabo Dauid germen iustum, et regnabit rex, *et cetera*. Benedicunt etiam eum tamquam diuinitus missum, cum dicunt: *Qui venit rex in nomine Domini*. In nomine Domini venit, qui ex parte Dei patris venit: Ego veni in nomine patris mei. Venit autem Christus in nomine Domini tripliciter, scilicet in carnem. In propria venit, et sui eum non receperunt. Et hic aduentus est memorandus propter nimiam dignationem: Adhuc modicum est, et ego mouebo cælum et terram, *et cetera*. Sequitur: Et veniet desideratus, *et cetera*. In huius figuram dicitur: Quid causæ est vt veniat Dominus meus rex ad seruum suū? *et cetera*. Venit in mentem: De quo Iob: Si venerit ad me, non videbo eum. Et hic aduentus est acceptandus propter nimiam dilectionem. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus: et mansionem apud eum faciemus. Et illud: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Venit ad iudiciū finale, de quo in Apocalypsi: Ecce venit cum nubibus, *et cetera*. Et hic aduentus est præstolandus propter nimiam discretionem. Ecce venit, et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Quia supra dicitur: Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. In quolibet autem trium aduentuum ille qui venit scilicet Christus est benedicendus. O Domine saluum me fac, o Domine bene prosperare: Benedictus qui venit in nomine Domini. Et pro hoc triplici aduentu Ecclesia sollemnizat, primum recolens, alium petens, et tertium, vt propinquum, præuidens.

Secundo quantum ad aduentus excellentem efficaciam, dicitur: *Pax in cælo et gloria in excelsis*, quo datur intelligi duplex efficacia aduentus Christi. Prima est in reconciliationem peccantium per gratiam, et hanc notat cum dicit: Pax in cælo. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati, et inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius, *et cetera*. Et pro hac faciēda venit. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnū. Et veniens, euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem ijs qui prope, *et cetera*. Secunda efficacia est beatificatio iustorum per gloriam. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. Et de hoc duplici effectu rursus in Psalmo: Quoniam misericordiā et veritatem diligit Deus, gratiam et gloriā dabit Dominus. Et: Hic duplex effectus est per Christum venientem, secundum illud: Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua et stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Et de hoc duplici effectu nobili debet Christus veniens collaudari, et in sua natiuitate, et imminente passione. Vnde sicut Angeli cantauerunt: Gloria in Altissimis Deo, et in terra pax hominibus, *et cetera*. Sic versa vice, nunc cantant homines imminente passione. Et ideo Glossa: Sicut nascente Domino hominum et Angelorum agmina cælestia decantabant: Gloria in excelsis Deo, sic eidem mox triumphatorie homines concinunt: Pax in cælo et gloria in excelsis. Alij autem Euangelistæ dicunt quòd cantabant: Osanna filio Dauid, Osanna in altissimis. In quo continetur intellectus gloriæ, et multorum aliorū, et ideo non fuit translatum. Vnde Chrysostomus: Quidam interpretantur Osanna gloriam, quidam redemptionem, alij saluificationem, alij saluum me fac: Augustinus autem dicit, quòd Osanna est vox lætantis, vel obsecrantis, vt dicunt nonnulli Hebræi, magnum affectum indicans potius, quàm aliquam rem significans, sicut racha interiectio indignantis esse perhibetur. Vnde secundum vocem, nec Latinus, nec Græcus interpretari potuit, sed secundum sensum. Et hoc vult beatus Lucas dicere, cum ait: Pax in cælo, et gloria in excelsis. Vnde quia ista laus fuit laus sublimis humilitatis Christi, ideo ex ipsa cum laude Seraphin (quæ est laus Trinitatis) constituitur laus immedietate antecedens canonem Missæ etiam paulo ante consecrationem sacramenti altaris, qua dicitur: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus sabaoth, *et cetera*.

Et quidam Pharisæorum. Post deuotionem laudantium, et celsitudinem laudum, subditur confutatio inuidorum, circa quam describendam duo introducuntur, scilicet indignatio inuidentium, et approbatio laudatorum. Primo ergo quantum ad indignationem inuidentium, dicit:

Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Hoc autem dixerunt ex indignatione. Vnde Matthæus: Videntes principes sacerdotum, et scribæ mirabilia quæ fecit, et pueros clamantes in templo et dicentes: Osanna filio Dauid, indignati sunt. Hæc autem indignatio ortum habebat ex inuidia, et præcipitabat eos in stultitiam et demētiam. Vnde Glossa: Mira inuidentium demen-

Psal.116.a *Act. 1. b* *Psal.117. d* *Eccli.39. b* *Psal. 32. a* *Coloss. 1. c* *Psal.97. a* *Ioan. 12. c* *Ephe.2. c* *Psal. 5. c* *Psal.83. d* *Ioan. 6. b* *Rom. 5. a* *Sup. 2. b* *Glos. in hūc locum to. 5.* *Mat.21.a* *Mar.11.b* Benedictio. *Chrysost. in opere imp. Mat. c. 21. hō. 37. to. 2.* *Sup. 1. d* *Rom.15. c* *Isa. 11. c* *Hier.23.a* *August. Tract. 51. super 12. c. Ioan. to. 9.* *Ioan. 5. g* *Ioan. 1. b* *Agg. 2. b* *2.Reg. 34. d* *Iob 9. b* *Ioan.14. c* *Sap. 7. b* *Apo. 1. b* *Mal.3.* *Sup.12.* *Glos. in hūc locum to. 5.*

dementia, cum vera docentem nouerant, cum magnum nominari audiunt, diſcipulos eius quaſi melius edocti redarguendos exiſtimant, quos ille inſtruxerat, quem Dominum apparet eſſe per miracula. Vnde ex laude et gloria Chriſti maxime commoti ſunt ad iracundiam ſcribæ et phariſæi, cum potius deberent lætari, ſecundum illud: Phariſæi dixerunt ad ſemetipſos: Videtis quia nihil proficimus. Ecce mundus totus poſt eum abijt. Triſtati ſunt ergo, vnde debuiſſent lætari, et excæcati, vnde debuiſſent illuminari. Et hoc iuſto iudicio Dei, qui dicit: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videāt, et qui vident cæci fiant. Vnde et propter illuminationem fidelium, et confutationem rebellium, Dominus acceptauit honorem iſtum, ſicut Gloſſa dicit: Frequenter ingreſſus eſt ciuitatem Hieruſalem, ſed non cum ijs laudibus, non rex vocatus, quod ſemper fugerat, niſi modo cum oſtendit paſſurus, quod ideo factum eſt, vt amplius illorum contra ſe excitaret inuidiam, quia iam tempus paſſionis inſtabat, non quia Dominus illorum malum vellet intendi, ſed quia iuſto iudicio ſuo faciendo quod debuit, illi occaſionem acceperunt, vt ardentius inflammarentur ad odium, ex quo Deus magnum eliceret bonum. Vnde Chryſoſtomus: Excitauit eos non vt facerent, quod ante noluerunt: facultas data eſt, non mutata voluntas. Vnde impletum eſt in ijs illud: Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, et immutatæ ſunt viæ eius.

Ioan. 12. e — *Gloſ. in hūc locum to. 5.* — *Sap.* 2. e

Secundo quātum ad approbationem laudatorum ſubditur: *Quibus ipſe ait: Dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt*, quaſi dicat, hæc voluntas Dei eſt, quòd ipſi laudent, ſecundum illud: Ieſus autem dicit eis: Vtique. Numquam legiſtis, quia ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem? Hoc enim ſcriptum eſt in Pſalmo. Quod voluit Dominus facere ad confuſionem Phariſæorum. Vnde ſtatim ſubditur: Propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum et vltorem. Hic autem plus dicit quòd ſit voluntas Dei, vt a Phariſæis non poſſint impediri. Voluit autem Dominus ſic fieri imminente paſſione, et propter exemplum, et propter myſteriū. Propter exemplum, vt ignominia paſſionis ſubſequentis grauior eſſet ex magnitudine gloriæ præcedentis, ſecundum illud: Ego ille quondam opulentus repente contritus ſum. In hoc oſtenditur quale ſit gaudium huius mundi, quia citiſſime tranſit. Riſus dolore miſcebitur, et extrema gaudij luctus occupabit. Et per hæc oſtendit mundanum gaudium, et præconium laudis huius, et gloriam mundi eſſe contemnēdam, et quòd per famam et infamiam oportet tranſire eum, qui vult ire in Hieruſalem ſupernam, ſecundum illud: Per arma iuſtitiæ a dextris, et a ſiniſtris, per gloriam, et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam: vt ſeductores, et veraces quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, tamquam nihil habentes, et omnia poſſidentes. Voluit etiam propter myſterium, quia laus paruulorum ſignat laudem ipſius in Eccleſia gentium. Ideo dicit quòd lapides clamabunt, id eſt gentes, quę dicuntur lapides, quia corda habebant dura et lapidea. Ideo in huius figurā dicitur: Dico vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraæ, duritiam ſcilicet cordium auferendo, ſecundum illud: Auferam cor lapideum de carne veſtra, et dabo vobis cor carneum. Emollitum eſt autem cor eorum durum, per virtutem crucis, quæ petram conuertit in aquam. In cuius figuram dicitur quòd in morte Chriſti petræ ſciſſæ ſunt, et monumenta aperta ſunt. Vnde Gloſſa: Si cæcitas contingeret in Iſrael, vt a laude Dei conticeat, populus gentium mollito corde lapideo Creatorem ſuum credet, et annunciabit, ſecundum illud: Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, et ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Vnde in huius figuram expreſſam dicitur:

Mat. 21. b — *Pſal.* 8. a — *Ibid.* a — *Iob* 16. e — *Prou.* 14. b — *2. Cor.* 6. b — *Sap.* 3. b — *Eze.* 36. f — *Mat.* 27. f — *Gloſ. in hūc locum to. 5.* — *Rom.* 11. d

Statim poſt murmur phariſæorum, erant autem quidam gentiles ex his, qui aſcenderant, vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum dicentes: Domine, volumus Ieſum videre. Et ſequitur ibi quòd Philippus et Andræas dixerunt ad Ieſum: Ieſus autem reſpōdit eis: Pater clarifica filium tuum. Ex quo manifeſte apparet quòd hæc facta ſunt ad manifeſtandum nomen Chriſti, et ad præſignandum vocationem populi Chriſtiani, excæcatis Iudæis, de quorum proxima ſubuerſione in conſequētibus agit deplorans excidium Hieruſalem ciuitatis regalis.

Et vt appropinquauit, et cetera. Poſtquam deſcripſit qualiter Dominus oſtenderit ſe eſſe Chriſtum promiſſum, quantum ad poteſtatem regalem: hic ſecundo oſtendit idipſum quo ad pietatem pontificalem. Sicut enim poteſtas et honor decent regem, ſic pietatis dolor decet Pontificem, ſecundum illud: Non habemus Pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Oſtenditur autem hæc pietas Chriſti magna, quia in die ſummi honoris ſui in terris non ceſſabat a lacrymis per affectum compaſſionis. Deſcribitur ergo pietas Chriſti, vt deplorans ſacerdotalis ciuitatis gaudium ſtultum, excidium proximum, et peccatum præambulum. Primo ergo quantum ad Chriſti pontificis fletum pijſſimum, dicit:

Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam. Appropinquauit non tantum corporis ſitu, verumetiam cordis affectu, ſecundum illud: Appropiate Deo: et appropinquabit vobis. Et: Nec eſt alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, *et cetera*. Vidit etiam ciuitatem non tantum oculis corporis, verumetiam aſpectu pietatis. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus, *et cetera*. Et: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, *et cetera*. Fleuit ſuper illam per affectionem pijſſimam, et compaſſionem affectuoſam. Et nota quòd Chriſtus legitur ter fleuiſſe pro nobis. Super Lazarum ſuſcitandum: Et lacrymatus eſt Ieſus: Super ciuitatem Hieruſalem, ſicut hic. Et tandem in cruce: Cum clamore valido, et lacrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. Ex quo fuit pietas Chriſti perfectiſſime manifeſta ad nos. Creditur etiam fleuiſſe in ſua infantia, quando intrauit in præſentis ſtatus miſeriam, ſecundum quòd Eccleſia de ipſo cantat: *Vagit infans inter arcta conditus præſepia*. In hoc autem quadruplici fletu, quattuor in nobis oſtendit debere eſſe differentias lacrymarum et fletuum, ſcilicet ex compunctione. Lauabo per ſingulas noctes lectum meū, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Et etiam dicitur de Petro quòd egreſſus foras, fleuit amare. Ex compaſſione, Iob: Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi. Et: Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarū? *et cetera*. Item pro incolatu præſentis miſeriæ: Plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit. Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. Pro appetitu felicitatis æternæ. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Has lacrymas debemus petere quàm diu ſumus ſuper aſellum mortalitatis noſtræ. Sicut enim Chriſtus ſuper aſinum fleuit, ſic et anima quæ inſidet corpori miſero tamquam aſſello flere debet. In cuius figuram dicitur quòd Axa filia Caleb ſedens in aſino ſuſpirauit. Et poſt ſubditur quòd dixit: Terram arenam dediſti mihi: da et irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum ſuperius, et irriguum inferius. Ijs modis lacrymandi irrigari debet paradiſus conſcientiæ. In cuius deſignationem dicitur quòd fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. In quo intelligitur quòd ex pietate cordis noſtri debet quadruplex fluuius deriuari.

Ioan. 12. e — *Iac.* 4. b — *Deut.* 4. a — *Pſ.* 101. e — *Exo.* 3. b — Chriſtus ter fleuiſſe legitur. — *Ioan.* 1. e — *Heb.* 5. e — Hymn. in Dom. paſſ. ex Fortuna to. — *Pſal.* 6. b — *Mat.* 26. g — *Iob* 30. d — *Hier.* 9. a — *Ioan.* 16. e — *Pſal.* 119. a — *Mat.* 5. a — *Iudic.* 1. e — *Gen.* 2. b — *Heb.* 4. d

Secundo

Digitized by Google

Secundo quàtum ad regiæ ciuitatis gaudium ſtultum ſubdit, *dicens: Quia ſi cognouiſſes et tu*, per prouidentiam, fleuiſſes ſupple per pœnitentiam. Vnde
Gloſ.interlin.in hunc locum to. 5 Gloſſa: Si cognouiſſes ruinam, quæ imminet, fleuiſſes. Et hic eſt defectus neceſſariæ dictionis, ſed Dominus deciſe loquitur ad modum dolentis, et ſupplet ex ipſo actu dolendi et flendi, vt affectus ſuppleat conceptum, et factum ſuppleat verbum, *fleuiſſes vtique*, et ſi quæras, quando? *Et quidem*, hoc eſt, certe, *in hac die tua, quæ ad pacem tibi*, in quo ſcilicet exultas. Vnde Gloſſa: Quæ modo, quia neſcis
Gloſ.interlin.in hunc locum to. 5. quod imminet, exultas. Et ſi cauſam quæras, quare exultat et non plorat, eſt improuidentia, vnde B ſubdit: *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis*, tempore lætitiæ non præuidentur futuræ miſeriæ: ideo ergo habebat gaudium ſtultum, propter conſiderationem diei præſentis, de quo die dicit: *In hac die tua*, propter obtentum præſentis pacis, de qua addit: *Quæ ad pacem tibi*, et propter abſconſionem calamitatis, de qua ſubiungit: *Nunc autem ab-*
Gloſ.in hùc locum to. 5. *ſcondita ſunt ab oculis tuis*. Vnde Gloſſa: Dum carnem das voluptatibus mala futura non proſpiciens, habes bona præſentia quæ ad pacem tibi poſſunt eſſe temporalem. Et cur hoc ſubdit, ſcilicet quòd non præuidet mala quæ ſunt ventura. Si enim præ- C uideret in præſentibus proſperis, læta non eſſet. Et hinc eſt quòd viri iuſti præſentem diem deſpiciunt,
Hier.17.c ſecundum illud: Diem hominis non deſideraui, tu
Hier.20.d ſcis. Et: Maledicta dies in qua natus ſum. Et de Iob
Iob 3. a dicitur: Maledixit Iob diei ſuo, et locutus eſt: Pereat dies in qua natus ſum, et nox in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo. Præſentem pacem contem-
Pſal.72. a nunt: Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum vi-
Ezec.13.b dens. Et: Prophetæ deceperunt populum meum, dicentes: pax pax, et non eſt pax. Futura conſpiciunt
Eccli.28.a et attendunt, ſecũdum illud: Memento nouiſſimorum, et deſine inimicari. Sed econtrario viri mali D non cogitant iudicium, et ideo lætantur, ſecundum
Prou. 2.c illud: Lætantur dum malefecerint, et exultant in rebus peſſimis. Et hoc eſt, quia diem iſtum conſide-
Iob. 11.b rant, et non extremum: Tenent tympanum, et citharam, et gaudent ad ſonum organi, et ducunt in bonis dies ſuos, et in puncto ad inferna deſcendunt.
Eccle.11.d Ideo ei ironice dicitur: Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, et in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ. Sequitur: Et ſcito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Ex hoc ergo apparet il-
Eccli.7. a lud quod dicitur: Melius eſt ire ad domum luctus, E quàm ad domum conuiuij.

Tertio quantum ad ciuitatis excidium proximũ, ſubdit: *Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo*, per obſidionem, ſecundum illud:
Exec. 4. a Sume tibi laterem, et deſcribes in eo ciuitatem Hieruſalem. Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, et ædificabis munitiones, et comportabis aggerem, et dabis contra eam caſtra, et pones arietes in gyro. Hoc autem impletum eſt tempore Romanorum. Vnde
Gloſ.interlin. in hùc locum to. 5. Gloſſa: Inimici ſcilicet Romani principes qui ad litteram dicuntur tres aggeres feciſſe contra Hieruſa- F lem ad eius captionem. *Et circumdabunt te, et coangußabunt te vndique*, per obſidionis continuationem,
Exec.4.a ſecundum illud: Pones ſartaginem in murum ferreum inter te et ciuitatem, et obfirmabis faciem tuam ad eam: et eris in obſidionem, et circumdabis eam: ſignum eſt domui Iſrael. Et hoc factum eſt, quia vt dicit Ioſephus, fuit obſeſſa ſtrictiſſime, adeo vt mater comederet filium, et vnus alterum de-
Thre. 2. d uoraret. Vnde impletum eſt illud: Matribus ſuis dixerunt, vbi eſt triticum et vinum? cum deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas
Ibid. g ſuas in ſinu matrum ſuarum. Et infra ibi: Ergo ne comedent mulieres fructum ſuum, paruulos ad menſuram palmæ? *Et ad terram proſternent te, et filios tuos*
Thre. 2. c *qui in te ſunt*, per ciuitatis deſtructionem: Cogita-

A uit Dominus diſſipare murum filiæ Syon, tetendit funiculum ſuum, et non auertit manum ſuam a perditione. Luxitq. antemurale, et murus pariter diſſipatus eſt: nec ipſa ſolum diſſipata, ſed etiam tota gens diſperſa, ſecundũ illud: Defixæ ſunt in terra por
Thre.2.e tæ eius: perdidit, et contriuit vectes eius, regem eius et principes eius in gẽtibus: non eſt lux, et prophetæ eius non inuenerunt viſionem a Domino. *Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem*, per omnimodam euerſionem. Vnde Gloſſa: Cum Hieruſalem modo
Gloſ. in hùc locum to.5. ſit conſtructa extra portam, vbi Dominus crucifixus erat, apparet illam Hieruſalem ex toto fuiſſe deſtructam. Impletum eſt autem illud: Fecit Dominus B
Thre.2. f quæ cogitauit compleuit ſermonẽ ſuum: quem præceperat a diebus antiquis: deſtruxit, et non pepercit, et lætificauit ſuper te inimicum, et exaltauit cornu hoſtium tuorum. Et ſtatim ſubditur: Deduc quaſi torrentem lacrymas per diem et noctem. Hoc autem Spiritualis ſenſus. ſpiritualiter contingit contra quemlibet peccatorem manentem in proſperitate temporaliter. Qui primo circumdatur in infirmitate, coangußatur in infirmitatis aggrauatione, ad terrã proſternitur in morte, et prorſus euertitur in incineratione, ſecundum
Iob.7.d illud: Ecce nunc in puluere dormiam: et ſi mane C me quæſieris, non ſubſiſtam. Poteſt etiam intelligi de peccatore ad iudicium accedente qui circumdatur a multitudine accuſantium iniquitatum. Quo-
Pſal.39. c niam circumdederunt me mala quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui vt viderem. Coangußatur in diſtrictione diuinorum iudiciorum: Non eſt in hominis pote
Eccl.8. a ſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec finitur quieſcere ingruente bello, neque ſaluabit impietas impium. Ad terram proſternitur in latione ſententiarum: Si multiplicati fuerint
Iob 27.c filij eius, in gladio erunt, ſcilicet diuinæ ſententiæ. Et D
Pſ.140.b tãdem omnino euertitur in acerbitate pœnarũ: Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. Tunc enim nõ relinquitur excuſatio impijs: Diruam maceriem
Iſa. 5. a eius, et erit in conculcationem. Et de ijs omnibus dicitur: Tribulabitur et circuietur terra, et detra-
Amos 3.c hetur ex te fortitudo tua, et diripientur ædes tuæ: Hæc dicit Dominus. Propter quod Anſelmus: Superius erit iudex iratus, ſubitus horrendum chaos patens infernus, a dextris peccata accuſantia, a ſiniſtris infinita dæmonia ad infernum trahentia: intus conſcientia vrens, foris mundus ardens, miſer peccator ſic deprehenſus quo effugiet? latere erit impoſſibile, apparere erit intolerabile.

Quarto quantum ad peccatum præambulum, ſubiungit: *Eo quòd non cognouerit tempus viſitationis tuæ.* Et hoc propter incredulitatem: Miluus in cælo co-
Hier.8.c gnouit tempus ſuum, turtur, et hirundo, et ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Sicut ergo fides eſt fundamentum totius ædificij ſpiritualis, per quam Chriſtus habitat in nobis, qui eſt fundamentum. Propter quod dicitur quòd fides eſt ſperanda-
Heb.11. a rum ſubſtantia rerum. Sic infidelitas origo eſt deſtructionis omnium ſpiritualium ædificiorum. Ideo F
Iob.4. d dicitur: Et quia nullus intelligit, in æternum peri-
Rom. 1. d bunt. Et: Sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. Vnde et Iudæi, quia in Deum noluerunt credere excæcati ſunt, et reprobati, quia hoc fuit maximum peccatum, ſecundum illud: Arguet mundum de peccato quidem: quia non crediderunt in me. Ideo dicitur: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, ſaluus erit: *Mar. vlt. d*
qui vero non crediderit, condemnabitur. Immo quod plus eſt, iam incipit ſua damnatio. Qui non *Ioan.3. b*
credit, iam iudicatus eſt: quia non credidit in nomine Vnigeniti filij.

Et ingreſſus in templum, et cetera. Poſtquam deſcripſit Euangeliſta qualiter Chriſtus ſe oſtendit ex

Digitized by Google

facto habere potestatem regalem, et pietatem pontificalem, hic tertio explicatur, quo modo ostendit se habere æquitatem iudicialem. Ad cuius declarationem tria introducuntur, scilicet: Æquitas iudicis, veritas iuris, et enormitas siue impietas sceleris. In his autem tribus ostendit se quasi syllogistice, recte iudicare. Proposita enim veritate scripturæ sacræ, assumpta peruersitate nequitiæ Iudaicæ, recte concluditur seueritas diuinæ vindictæ, secundum illud:

Ioan. 16. a Arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio. Proponit enim iustitiam, assumit peccatum, et concludit iudicium. Primo ergo quantum ad æquitatem iudicis, dicit:

Et ingressus in templum, cœpit eijcere vendentes, et ementes. in quo ostenditur æquitas iudicis: qui licet esset mansuetus in tolerando iniuriam propriam, se-

Hier. 11. d cundum illud: Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam: tamen in vlciscendo iniuriam diuinam fuit seuerus iudex, et iustus. Et quia maxima iniuria est, cum dehonestatur, vbi debet honorari: ideo dicitur quòd ingressus est in templum, vt ibi faceret iudicium quod fecit, et in suæ prædica-

Ioan. 2. e tionis exordio, secundum quod narratur post miraculum de mutatione aquæ in vinum: et in termino post miraculum de Lazaro suscitato, vt sic ve-

Psal. 68. b rificetur illud: Zelus domus tuæ comedit me, *et ce-*

Ioan. 2. c *tera*. Et Ioannes dicit, hoc tunc verificatum esse. Et attendendum quòd Dominus statim post annunciationem excidij Hierusalem, intrauit ad templum purgandum, vt ostendat quòd maxima causa destruc-

Glos. in hũc locum to. 5. tionis eius fuit peccatum sacerdotum. Vnde Glossa: Post enumerata mala, ingressus templum eiecit vendentes et ementes: per hoc inuens quòd ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit, cum vendentes et ementes percutit, ostendit vnde radix per-

Mich. 3. d ditionis processit. Vnde dicitur: Audite hæc principes domus Iacob, et iudices domus Israel qui abominamini iudicium, et omnia recta peruertitis: qui ædificatis Sion in sanguinibus, et Hierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, et sacerdotes eius in mercede docebant, et prophetæ eius in pecunia diuinabant, propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, et Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, et mons templi in excelsa silu-

Thre. 4. e arum. Et: Propter peccata prophetarum eius, et iniquitates sacerdotum eius qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. In hoc autem quòd Dominus eiecit ementes et vendentes, ostendit se maxime damnare in clericis auaritiam, et potissime si-

Mat. 12. b moniam. Vnde dicitur quòd cathedras vendentium

Act. 8. d columbas euertit. Omnibus talibus Petrus dicit: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donũ Dei existimasti pecunia possidere.

Secundo quantum ad æquitatem iuris, subdit: *Dicens illis: Scriptum est, quia domus mea, domus orationis est*. Hoc autem est: Quia holocausta eorum, et

Isa. 56. e victimæ eorum placebunt mihi super altari meo, quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis, ait Dominus Deus qui congregat di-

Psal. 92. b sperssos Israel. Vnde et Dauid in psalmo dicit: Do-

Psal. 5. b mum tuam decet sanctitudo. Et iterum: Introibo ad domum tuam, adorabo ad templum sanctum

3. Reg. 8. e tuum. Et in constructione templi dicitur: Sint oculi tui aperti super domum hanc die ac nocte, super domum de qua dixisti: Erit nomen meum

2. Par. 7. e ibi. Oculi mei erunt aperti, et aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit. Elegi enim, et sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi sempiternum. Et ideo dicebant sa-

1. Mach. 7. e cerdotes: Tu Domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt esset domus orationis et obsecrationis populo tuo. Ad hoc tamen præcipue ordinata est domus Ecclesiastica, quæ facta est, vt illic quidem præcipue colatur per actum oratio-

A nis, in qua Deus oratur et adoratur, et impletur principium præceptorum legalium, quo præcipitur vt adoretur Deus: et replicatur, videlicet: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli seruies. *Leu. 20. a* *Deut. 5. a* *Mat. 4. b*

Tertio quantum ad enormitatem sceleris, subiungit: *Vos autem fecistis illam spelunCam latronum*. Hoc autem dicitur ipsis sacerdotibus. Vnde Glossa: Qui ad hoc in templo residetis, vt vel non dantes munera prosequamini corporaliter, vel spiritualiter dantes veteris, secundum illud: Si quis non dederit in ore eorum quippiam, *et cetera*. Tunc autem domus Dei fit spelunca latronum, quando contra voluntatem

B Christi contractatur patrimonium Christi crucifixi: hoc est enim furari et latrocinari, quando publice fit, propter quod dicitur: Numquid spelunCam latronum facta est domus ista in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? Sequitur: Ite ad locum meum in Silo, et videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Hæc autem malitia principaliter sacerdotibus imputatur. Ideo eis specialiter dicit: *Vos*, quorum erat eam purgare, et in sanctitate custodire. Vnde Chrysostomus: Vnusquisque christianus pro suo peccato suam reddet rationem. Sacerdotes autem non tantum pro suis, sed pro om-

C nium subditorum. Quemadmodum enim videns arborem pallentibus folijs, marcidam intelligit quòd causam aliquam habeat in radice: sic cum videris populum indisciplinatum, cognosce, quia sacerdotium eius non est sanum. Ideo dicitur: Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. Vos autem recessistis de via, et scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Leui. Sequitur: Propter quod ego dedi vos contemptibiles omnibus populis. *Hier. 7. b* *Mala. 2. b*

Et erat docens quotidie, et cetera. Postquam describit qualiter Christus facto ostendit se regem, iudi-

D cem, pontificem, hic quarto describit quo modo Christus ostendit se doctorem, ad cuius explicationem tria introducuntur, in Christo scilicet assiduitas docendi: in Pharisæis autem assiduitas malignandi: in populis vero assiduitas addiscendi. Ex quibus apparet quòd Christus verus erat doctor, quia doctrina eius erat publica cunctis, exosa peruersis, et gratiosa bonis: et hoc propter suam celebritatem, veracitatem, et gratiositatem. Primo ergo quantum ad doctrinæ Christi celebritatem, qua erat publica cunctis, dicitur:

E *Et erat docens quotidie in templo*, in qua insinuatur perfecta doctrinæ publicatio, quia erat sine intermissione, nam quotidie docebat. Sic Paulus bonus doctor faciebat, de quo dicitur: Non subterfugi, quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis. Subditur: Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte et die non cessaui cũ lacrymis monere vnumquemque vestrũ. Hoc etiam hortatur fieri scribens ad Timotheum: Testificor coram Deo, et Iesu Christo: prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Perfecta

F publicatio erat, quia sine exclusione alicuius. Non enim in secreto, sed in publico loco, scilicet in templo: Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, et in templo quo omnes Iudæi conueniunt: et in occulto locutus sum nihil. Perfecta etiam publicatio, quia sine alicuius vtilis celatione. Ideo generaliter dicit: *Docens*, quia omnem veritatem docebat, secundum illud: Ego Dominus docens te vtilia. Et: Omnia quæcumque audiui a patre meo, nota feci vobis. Et ipse erat iuste docens, quia proprie ipse solus doctor, secundum illud: Magister vester vnus est Christus: quod exponens Augustinus dicit: Cathedram habet in cælo qui intus docet corda. Perfecta ergo erat communicatio doctrinæ *Act. 20. f* *2. Tim. 4. a* *Ioan. 18. c* *Isa. 49. e* *Ioan. 15. b* *Mat. 23. b*

Digitized by Google

ctrinæ ex parte loci, et ex parte documenti, iuxta
Act.20. d quod Paulus de se dicit: Nihil subtraxi vobis vtilium, quo minus annunciarem vobis, et docerem vos publice, et per domos testificans Iudæis, et gentilibus in Deum pœnitentiam, et fidem in Dominum nostrum Iesum Christum.

Secundo quantum ad doctrinæ Christi veracitatem, qua exosa erat incredulis, subdit: *Princeps autem sacerdotum*. Propter ambitionem dignitatis sacerdo-
Isa. 1. f talis, de quibus Isaias: Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, *et cetera*. [*Et scriba*. propter ambitionem cathedræ magistralis, secũdum
Mat.23.a illud: Super cathedram Moysi sederunt scribæ, et
Inf. 20. g pharisæi. Et: Attendite a scribis, qui volunt ambulare in stolis, et amant salutationes in foro, et primas cathedras in synagogis. *Et principes plebis*, propter ambitionem potestatis iudicialis, de quibus dicitur:
1.Esd.6. a Manus principum, et magistratuum fuit in transgressione hac prima. Et quia primo eis imputatur debi-
Num.25.a tum populorum, ideo dicitur: Tolle cunctos principes populi, et suspende eos contra solem in patibulis. De ijs dicitur quòd *Quærebant illum perdere*, per
Ioan. 7. e odium malignitatis, ideo Ioannes dicebat: Quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum. Ideo autem isti magis quærebant quàm alij, quia minus volunt sustinere vitia sua tangi, secun
Amos.5.c dum illud: Odio habuerunt corripientem in porta. Vel potius, quia timebant perdere honorem suum. Et hæc fuit principalis ratio, quæ mouit eos ad occidendum Christum. Et hac ratione totus hic mundus, quia amat priuatum bonum, coniurauit contra Christum, qui dicit ipsum contemnendum. Vnde dicitur: Astiterunt reges terræ, et principes conuenerunt in vnum. Vnde Bernardus: O bone Iesu, totus mundus videtur contra te coniurasse, et ij primi in persecutione tua sunt, qui videntur regere populum, et diligere principatum.

Tertio quãtum ad doctrinę Christi gratiositatem, qua placita erat deuotis, subiungitur: *Et non inueniebant quid facerent illi*, quia acceptus erat plebi. Vn-
Inf. 20. e de infra: Quærebant principes sacerdotum et scribæ mittere in illum manus illa hora: et timuerunt populum. Et hoc quia diligebant eum sicut magistrum fidelem, et bonum. Et ideo subdit: *Omnis enim popu-*
Ioan.7. g *lus suspensus erat, audiens illum*. Vnde in Ioanne: Dixerunt illi qui missi fuerant ad eum capiendum: Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Vnde suspensi erant per admirationem. Propter quod
Mat.7. d dicitur: Admirabantur turbæ super doctrina eius.
Sup. 6. e Suspensi etiam erant ex deuotione. Multitudo copiosa plebis, *et cetera*. Qui venerant, vt audirent eum, et sanarẽtur a languoribus suis. Suspensi etiam erant
Eccli.3. d ex auiditate et desiderio, secundum illud: Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam, et maxime sapientiam sapientum, quæ est ipsa sapien-
Pro.8. d tia, quæ dicit: Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidiè, et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, et hau-
Eccli.24.c riet salutem a Domino. Et: Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

CAPVT XX.

Diuisio. ET *factum est: in vna dierum*, et cetera.] Postquam confutauit incredulitatem ludęorum, per facta; hic confutat per verba, et documẽta. Diuiditur autem hæc pars in tres. In quarum prima documentis confutat Pharisæos errantes ex malitia. In secunda confutat sadducæos errantes ex ignorantia, ibi: *Accesserunt autem quidam sadducæorum*, et cetera. In tertia informat discipulos ad sapientiam, ibi: *Audiente autem omni populo*, et cetera. Prima pars in qua Phari-

A sæos confutat, tres habet partes. In quarum prima repellit obiectam calumniam. In secunda arguit occultam perfidiam, ibi: *Cœpit autem dicere ad plebem*, et cetera. In tertia vero confutat versutiam adinuentam, ibi: *Et quærebant principes sacerdotum*, et cetera. Confutationem ergo calumniæ obiectæ describit Euangelista hoc ordine. Primo introducitur pharisæorum proteruitas in impediendo. Secundo Christi sagacitas in resistendo. Tertio pharisæorum dolositas in fugiendo. Quarto Christi veracitas aduersarios refellendo. Primo ergo quantum ad proteruitatem pharisæorum in impediendo, præmittit:

B *Et factum est: in vna dierum docente illo populum in templo, et euangelizante*, secundum euangelicam veritatem, quæ omnibus declaranda est secundum quòd ipse discipulis suis dixit: Quod in aure auditis, prędi- *Mat.10.a*
cate super tecta. Et: Prædicate Euangelium omni *Mar.16.d*
creaturæ, sic et ipse faciebat secundum illud: Do- *Eccli.24.d*
ctrinam quasi ante lucanum illumino omnibus, et enarrabo illam vsque ad longinquum. Et post; Videte quoniam non solum mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem. Hæc autem doctrina veritatis odiosa est malis, quia qui male agit, odit lucem. Ideo subditur: *Conuenerunt omnes principes sa-* *Ioan. 3. e*
C *cerdotum, et scriba cum senioribus*, per fatuosam proteruitatem. In principibus namque erat fastus propter excellentiam dignitatis: in scribis, propter excellentiam cognitionis: in senioribus, propter canitiem senectutis. Ideo non conueniebant sicut humiles ad addiscendum, sed sicut superbi ad calumniandum, secundum illud: Conuenerunt in vnum aduersus *Psal. 2. a*
Dominum et aduersus Christum eius. Vnde in his completur illud: Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescie- *Iob 24. b*
runt vias eius. Rebellio autem ortum habet ex inuidia, quæ est filia superbiæ. Hæc est fera pessima, quę *Gen.37. g*
deuorauit Ioseph. Et de illa Chrysostomus: Dice- *Chrysost.in*
D bant sacerdotes apud se, nos fuimus columnæ tem- *opere imp.f.*
pli, et ecce super illum tota reclinatur Ecclesia: nos *Mat. c.21.*
fuimus tacẽtium scripturarum quasi lingua visibilis, *homil. 39.*
et ecce ille resonat in medio templi, et nos contempti *to. 2.*
tacemus. Nos fuimus patres, ille generat filios, et nos steriles sumus. Quod dicit quantum ad prædicta tria genera personarum, quę per inuidiam excæcata sunt, propter quod manifesta dederunt in dubium et calumniantur. Propter quod adiungitur: *Et aiunt dicentes ad illum: Dic nobis in qua potestate hac facis? aut quis est, qui dedit tibi hanc potestatem?* Hoc autem requirunt vt dubium, cum tamen per euidentissima
E miracula sit manifestum, secundum illud: Opera, *Ioan. 5. f*
quæ ego facio, testimonium perhibent de me: sed ipsi quærendo totam plebem in dubitationem ducere volebant, quasi illa miracula non essent a Deo, sed potius a diabolo. Vnde Glossa: De Dei potestate du- *Glos.in hũc*
bitant, et subintelligi volunt diaboli esse omne quod *locum to.5.*
facit. Hæc autem dubitatio veniebat illis ex corruptione conscientiæ suæ. Vnde Chrysostomus: Om- *Chrys. vbi*
nis homo secundum se existimat alterum, et fornica- *supra, parum infra.*
rius neminem putat castum: castus non facile de fornicario suspicatur: superbus neminem putat humilem: sic qui non est ex Deo sacerdos, nullius sacerdotium putat esse ex Deo. Vnde et cæcus illuminatus
F arguebat Pharisæorum cæcitatem, qui dicebant se nescire vnde Christus esset, secundum illud: In hoc *Ioan. 9. f*
enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, et aperuit meos oculos. Scimus autẽ quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, *et cetera*. Ideo dicitur: In manu Dei potestas hominis. Et: Non est *Eccli.10.a*
potestas nisi a Deo. *Rom.13.a*

Secundo quantum ad sagacitatem Christi in resistendo, subdit: *Respondens autem Iesus dixit ad illos: Interrogabo vos et ego vnum verbum*. Cum deberet respondere, interrogabat, non quia nesciret, sed quia *Beda Glosa*
melius ligantur per interrogationem factam, quàm *in hunc*
per responsionem absolutam. Vnde Beda: Poterat *locum to.5.*
aperta

aperta responsione tentatorum calumniam confutare, sed prudenter interrogat, vt vel suo silentio, vel
Sup. 19. d sua sententia condemnentur, sicut dicitur: De ore tuo te iudico serue nequam. Cautela enim est quòd omnino aduersanti omnino aduersandum est, et cõtra tergiuersantes oportet ex datis procedere, vt videantur. Ideo caute quærit et interrogat, quia quidquid respondeant, conuincuntur, cum subdit: *Respondete mihi: Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus?* Ad hoc non poterant respondere, nisi tripliciter: vel simpliciter tacendo, et sic erant confusi: vel dicendo quòd erat de hominibus, et sic ab hominibus essent lapidati: vel dicendo quòd de Deo, et sic Christus haberet propositum, quia Ioannes testimonium perhibuit de Christo in suo ba-
Ioan. 5. f ptismo, secundum illud: Vos misistis ad Ioannem,
Ioan. 1. e et testimonium perhibuit veritati: Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de cælo, et manfit super eum: et ego vidi, et testimonium perhi-
Glos. in hũc locum to. 5. bui, quia hic est filius Dei. Vnde Glossa: Quem confitemini de cælo habuisse prophetiam, mihi testimonium perhibuit, et ab illo audistis, in qua potestate
Ioan. 1. a hæc faciam. Quoniam ergo vt dicitur: Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Dubitatores de lumine remittuntur ad lucernæ consi-
Ioan. 5. f derationem. Nam sicut dicitur: Ille erat lucerna ar-
Ioan. 1. c dens et lucens. Et dubitatores de verbo remittuntur ad vocem: Ego vox clamantis in deserto.

Tertio quantum ad Pharisæorum dolositatem in subterfugiendo, subiungitur: *At illi cogitabant intra se dicentes: Quia si dixerimus de cælo*, confitendo veritatem, *dicet: Quare ergo non credidistis illi?* arguendo,
Mat. 11. e scilicet nostram incredulitatem, qua scilicet viro cælesti credere recusabant, secundum illud: Venit Ioannes neque manducans neque bibens, et dicunt: Dæmonium habet. *Si autem dixerimus ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos*, abhorrendo mendacium. Nam blasphemi lapidandi erant, secundum legem:
Leuit. 24. e Educ blasphemum extra castra, et ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, et lapidet eum populus vniuersus. *Certi sunt enim Ioannem prophetam esse*, propter euidentissimam sanctitatem, ob
Mat. 11. b quam de Ioanne dicitur: Quid existis videre? prophetam? etiam dico vobis et plus quàm prophetam.
Sup. 3. d Vnde supra: Existimante autem populo de Ioanne, ne forte ipse esset Christus: Respondit Ioannes dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corigiam calceamentorum eius. Et quia odium veritatis ex vna parte vrgebat, et ex alia timor lapidationis, ideo prætenditur ignorantiam responsionis, cum subditur: *Et responderunt se nescire vnde esset.* Glossa: Ti-
Glos. interlin. in hũc locum to. 5. mentes lapidationem, sed magis timentes veritatis confessionem. Huius autem confessio ignorantiæ superba erat et dolosa, quia tales dicebant contra conscientiam, vt vitarent redargutionem apertam. Vnde Chrysostomus: Mendacia et si non habent quem
Psal. 26. d decipiant, tamen ipsa sibi mentiuntur. Mentita est
Psal. 17. d iniquitas sibi. Et iterum: Fili alieni menti sunt
Ioan. 8. g mihi. Et ideo Ioannes: Si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis, mendax.

Tertio quãtum ad Christi veracitatem in refellendo, subiungit: *Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio.* Quia cum veritatem denegant digni sunt, vt eis a veritate notitiæ, veritas denege-
Rom. 1. d tur, secundum illud: Sicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum. Et nota quòd Dominus eis veritatem occul-
Glos. in hũc locum to. 5. tauit duplici de causa. Vnde Glossa: Propter duas causas veritas quærentibus est abscondenda: Vel quia minus capaces sunt ad audiendum. Vnde dicitur:
Ioan. 16. b Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Vel quia ex odio vel contemptu quærunt.
Mat. 7. a Vnde dicitur: Nolite dare sanctum canibus, Hinc

A Chrysostomus dicit: Quia ipse dixit, nolite sanctum dare canibus: non dicebat, ne ipse transgrederetur præceptum, quod posuit, et non præteribit. Informantur ergo ex hoc ad celanda mysteria sacra maleuolis. Secretum meum mihi, secretum meum mi- *Isa. 24. e*
hi. Et ad occultandum nostram excellentiam dicitur: Laudet te alienus, et non os tuum: extraneus, et *Prou. 27. a*
non labia tua.

Cœpit autem dicere ad plebem, et cetera. Postquam repulit Pharisæorum calumniam, hic consequenter tangit, et arguit occultam ipsorum perfidiam per parabolam ad plebem propositam. In hac autem para-
B bola, tria insinuantur. Primum est benignitas liberalitatis diuinæ. Secundum est malignitas peruersitatis Iudaicæ, ibi: *Et in tempore misit*, et cetera. Tertium est, seueritas vltionis iudiciariæ. De qua ibi: *Quid ergo faciet illis Dominus vinea*, et cetera. Benignitatem autem liberalitatis diuinæ circa synagogam, ostendit tripliciter, scilicet in inuitando synagogam ad sui culturam: in dando debitam custodiam: et in committendo libertatem voluntariam. Primo ergo quantum ad parabolicam expressionem vocationis synagogæ ad diuinam culturam, dicit:

Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Quia
C scilicet maiores non erant digni audire. *Homo quidam plantauit vineam.* Per hominem istum Deus intelligitur, ad cuius imaginem homo est formatus. Faciamus hominem ad imaginem, *et cetera*. Vinea autem *Gen. 1. d*
ista est synagoga. Vinea Domini exercituum, domus *Isa. 5. b*
Israel est. Hanc vineam Dominus plantauit, quando in Patriarchis eos ad culturam suam elegit et vocauit. Propter quod Hieremias: Ego plãtaui te vineam *Hier. 2. e*
electam, omne semen verum. De istius vineæ plan- *Isa. 5. a*
tatione, Isaias: Vinea facta est dilecto meo, in cornu filio olei: Et sepiuit eam, et lapides elegit ex ea, et plãtauit vineam electam, et ædificauit turrim in me-
D dio eius. Per sepem autem vineæ intelligitur angelorum custodia. Angelis suis mandauit de te, vt cu- *Psal. 90. c*
stodiant, *et cetera*. Per lapides electos intelligitur Patriarcharum stabilitas. Vnde in duodecim lapidibus *Exo. 39. c*
rationabiliter erant nomina duodecim filiorũ Israel. Per turrim autem sacra Scriptura. Sicut turris Da- *Cant. 4. a*
uid collum tuũ, quæ ædificata est cũ propugnaculis.

Secundo quantum ad debitam custodiam datam, subdit: *Et locauit eam colonis*. Per colonos intelliguntur duces et proceres synagogæ. Glossa: Coloni sunt *Glos. in hũc*
operarij qui ad colendam vineam hora prima, ter- *locum to. 5.*
tia, sexta, et nona sunt conducti, secundum illud: Si- *Mat. 20. a*
E mile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Et de ijs in Canticis: Vinea fuit pacifico, in ea *Cant. 8. c*
quæ habet populos tradidit eam custodibus. Ideo autem dicitur locasse, quia exigit pensionem. Vnde
dicitur: Vir affert pro fructu eius mille argenteos. *Cant. 8. d*
Vinea mea coram me est. Mille tui pacifice, et ducenti his qui custodiunt fructus eius. Huius coloni in Ecclesia, quæ vinea Domini est, sunt Episcopi et sacerdotes. Vnde dicitur: Ego plantaui, Apollo ri- *1. Cor. 3. a*
gauit. De hoc dicit Chrysostomus: Coloni sunt sacerdotes qui curam populi susceperunt, vel ad
F magnam gloriam, vel ad magnum periculum: ad gloriam, si diligenter: ad periculum, si negligenter egerint. Hanc ergo coloniam debent isti coloni diligentissime exercere: quia ad hoc constituti sunt: propter quod Chrysostomus: Sacerdos non tantum placet *Chrysost. in opere imp. Mat. c. 21. homil. 40. to. 2.*
Deo propter suam iustitiam, quantum pro populi sanctitate, quia sua iustitia vna est, populi autem multiplex. Valde ergo timendum est illud: Per agrum hominis pigri transiui, et per vineam viri stulti: et ecce, totum repleuerant vrticæ, id est, peccata luxuriæ, et operuerunt superficiem eius spinæ, id est, pec- *Aug. serm. de quinq. hæresibus c. 6. to. 6.*
cata auaritiæ. Et ideo Augustinus: Vbi estis o boni agricolæ? Quid agitis? quare vacatis? videtis quo malo ista plena sit terra, hinc spinæ, hinc tribuli, hinc

fœnum

Digitized by Google

fœnum surgit. Spinas incendite, tribulos eradicate, semina bona spargite.

Tertio quantum ad libertatem voluntariam vnicuique concessam, subiungitur: *Et ipse peregre fuit multis temporibus*. Beda: Peregre fuit qui vbique præsens est, quia imitatoribus liberum arbitrium operandi reliquit: Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilij sui. Sequitur: Apposui tibi aquam et ignem, ad quod volueris extende manum tuam. Ante hominem vita et mors. Bonum et malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Dicitur autem peregre esse diebus multis: quia magnam habet patientiam in expectando ad pœnitentiam. Vnde Ambrosius: Longo tempore abfuit, ne præpropera videretur exactio. Et ideo quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior peruicacia. Vnde dicitur: Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Et: Patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

Et in tempore misit, et cetera. Postquam descripsit benignitatem liberalitatis diuinæ, hic describit malignitatem peruersitatis iudaicæ. Describitur autem peruersitas malignitatis Iudæorum dupliciter. Primo, scilicet ante Christi aduentum: secundo post Christi aduentum, ibi: *Dixit autem Dominus vineæ: Quid faciam*, et cetera. Ante Christi aduentum describitur tripliciter scilicet respectu legislatoris, respectu regalis potestatis, et respectu cunei prophetalis. Et secundum tria per quæ populus ille manuduci poterat ad iustitiam, scilicet per legem psalmodiam, et prophetiam, secundum altitudinem potestatis et certitudinem veritatis. Primo quantum ad peruersitatem Iudaicæ gentis, respectu legislatoris Moysi, dicit:

Et in tempore misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darent illi. Glossa: Primus seruus qui mittitur, est Moyses legislator qui per quadraginta annos fructum legis, quam dederat, a cultoribus inquirebat: Misit Moysen seruum suum Aaron quem elegit ipsum. De hac missione dicitur: Veni, mittam te ad Pharaonem vt educas populum meum filios Israel de Ægypto: sed quia hunc seruum Iudæorum peruersitas non acceptauit, ideo subditur: *Qui cæsum dimiserunt eum inanem*. Glossa: Cæsum dimittunt, et inanem, quia irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini. Et iterum: Vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Vnde in Deuteronomio: Ego scio contentionem tuam, et ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, et ingrediente vobiscum, semper contentiose estis contra Dominum, quanto magis cum mortuus fuero? Hoc autem fecerũt coloni specialiter, ideſt proceres synagogæ: Ecce Core filius Isaar, et Dathan atque Abiron, *et cetera*, surrexerunt contra Moysen, alijq. filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, et qui tempore consilij per nomina vocabantur. Et hos sequebantur minores. Vnde et sequitur post, quòd murmurauit omnis multitudo filiorum Israel, sequenti die contra Moysen et Aaron. Cumq. oriretur seditio, et tumultus increscret, Moyses et Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis

Secundo quantum ad peruersitatem respectu regis Dauid præcipui cultoris Dei, subdit: *Et addidit alterum seruum mittere*. Glossa: Alter seruus Dauid propheta qui post Moysen colonos vineæ Psalmodiæ modulamine et citharæ dulcedine ad exercitium boni operis inuitauit: Hunc Dominus misit, quando de pascuis elegit eum ad regendum, et pascendum populũ suum, secundum quòd ipse propheta Dauid dicit in Psalmo: Elegit Dauid seruum suum, et sustulit eum de gregibus ouium. De post fœtantes accepit eum. Pascere Iacob seruum suum, et Israel hereditatem suam. Vnde dicitur: Hæc dices seruo meo Dauid: Ego tuli te de pascuis sequentem greges, vt esses rex super populũ meum Israel, et fui tecum in omnibus vbicumque ambulasti: feciq. tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra, vnde et ei scilicet Dauid dedit sedem regalem in sempiternum. Et dedit prophetiæ spiritum, eidem dedit psalmodiæ cantum, vt sic inclinaret populum illum durum, et tamen mitigari non potuit duritia Iudæorum, propter quod addit: *Illi autem hunc quoque cadentes et afficientes contumelia, dimiserunt inanem*, quia contempserunt eius regnum et ducatum. Vnde Glossa: Contumelia affectum dimittunt inanem dicentes: Non est nobis pars in Dauid neque hereditas in filio Isai: Vbi etiam præmittitur qualiter Dauid cum Absalone persecuti sunt: Venit nuncius ad Dauid, dicens: Toto corde vuiuersus Israel sequitur Absalon: et ait Dauid seruis suis: Surgite, fugiamus, neque erit nobis effugium a facie Absalon. Et post dicitur de contumelijs ei illatis: Ita loquebatur Semei, cum malediceret regi. Egredere, egredere vir sanguinum et vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul: et ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.

Tertio quantum ad peruersitatem illius populi respectu cunei prophetalis, subiungitur: *Et addidit tertium mittere*. Glossa: Tertius seruus est chorus prophetarum qui populum corripiebant, et mala quæ vineæ imminebant, prædicebant. De missione huius serui dicitur: Misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo, et mittens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam, et peius operati sunt quàm patres eorum. Vnde et addit: *qui et illum vulnerantes, eiecerunt*. Nam Isaiam serrauerunt, Hieremiam lapidauerunt, et Ezechielem excerebrauerunt. Ideo Matthæus: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt. Et in Actibus dicebat Stephanus Iudæis: Dura ceruice, et incircũcisis cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis: sicut patres vestri, et vos: quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu iusti. Nam et ipsi prophetæ videntes eius duritiam, et arguebant, et deplorabant. Nam dicitur de vinea: Expectaui, vt faceret vuas, et fecit labruscas. Et: Quo modo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Et: Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est. Subditur: Et euulsa est in ira, in terramq. proiecta: et ventus vrens siccauit fructum eius. In hoc autem mira apparet Iudæorum perfidia, quia omnes isti quos persecuti sunt maxime diligebant eos. Nam Moyses non cessabat orare pro populo: Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti. Et paulo inferius: Aut dimitte eis hanc noxam, *et cetera*. Similiter et Dauid: Deus virtutum conuertere, respice de cælo, et vide, et visita vineam istam. Similiter chorus prophetarum. Vnde Hieremias: Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, et auerterem indignationem tuam ab eis. Et ij omnes figuram Christi gesserunt, de quo Isaias: Ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogauit.

Dixit autem Dominus vineæ, et cetera. Post descriptam peruersitatem Iudæorum ante Christi aduentum in personas seruorum, hic describit malignitatem peruersitatis eorundem post aduentum contra ipsum Dei filium Iesum Christum. Circa cuius descriptionem tria introducuntur, scilicet gratuitum Dei beneficium, Iudæorum propositum peruersum, et eorumdem factum flagitiosum. Primo quantum ad gratuitum Dei beneficium, præmittit:

Dixit

Beda Gloſſa in hunc locum to. 5. *Eccli. 15. c*

Ambr. li. 9. c. 20. Luca to. 3. *Rom. 2. a* *2. Pet. 3. b*

Gloſ. in hũc locum to. 5. *Pſ. 104. c* *Exo. 3. c*

Gloſ. in hũc locum to. 5. *Pſ. 105. c* *Ibid. e* *Deut. 31. g*

Num. 16. a

Ibid. f

Gloſ. in hũc locum to. 5.

Pſal. 77. g

2. Reg. 7. b

1. Reg. 16. e

Gloſ. in hũc locum to. 5.

2. Reg. 20. a

2. Reg. 15. c

2. Reg. 16. b

Gloſ. in hũc locum to. 5.

Hier. 7. f

Mat. 23. d

Act. 7. f

Iſa. 5. a *Hier. 2. e* *Ezec. 19. c*

Exo. 22. e

Ibid. g *Pſal. 79. e*

Hier. 18. d

Iſa. 53. d

Digitized by Google

Dixit autem Dominus vineæ: Quid faciam? mittam filium meum dilectum. hoc fuit maximum beneficium,
1.Ioã.4.b secundum illud: In hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in
Ioan.3.b mundum vt viuamus per eum. Et: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Hæc autem missio fuit ex occulto, et secretissimo proposito, et consilio Dei. Et quoniam hoc proposuerat diffinito consilio, ideo dicit: *Quid faciam?* Propter
Exo.4.d quod Moyses dicebat: Obsecro Domine, mitte quẽ missurus es: sed Dominus reseruauit eum mittere, tum propter consummationem ordinis, secundum
Gal. 4. a illud? Cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Tum etiam, vt appareret quòd per nullum alium poterat subuenire humanæ perfidiæ, et obdurationi. Propter quod addit: *Forsitan cum hunc viderint, verebuntur. Forsitan*: non notat dubitationẽ in Deo qui certissime cuncta præuidet: sed arbitrij libertatem ad vtrumque vertibilem. Vnde Glossa: Quod ambigit, ideſt, verbo dubitationis vtitur, non est Dei ignorantia, sed vt reseruetur homini libera voluntas, vnde quòd Christum non sunt veriti Iudæi, non fuit defectus ex parte Dei, sed ex parte duritiæ cordis humani: Quid
Isa.5.d est quod debui vltra facere vineæ meæ, et non feci ei? Qui enim filium Dei non verentur, numquam amplius Deum nec eius nuncium verebuntur: quia
Ioan.5.d dicitur: Pater omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum.

Forsitan qd

Glos.interlin.in hunc locũ. to.5.

Secundo quantum ad propositum peruersum, subdit: *Quem cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se dicentes: Hic est heres*, per coniecturam veritatis, nam certa scientia non cognouerunt, cum non per fidem, sed per aliqua signa manuducẽtia ad credendum quòd esset Messias in lege promissus, peruenerunt. Ideo non ex ignorantia, sed ex certa malitia
Glos.in hũc locum to.5. contra ipsum conspirauerunt. Vnde Glossa: Aperte probat Iudæos, non per ignorantiam crucifixisse filium Dei, sed per inuidiam. Intellexerunt enim eum
Psal.2.b esse hunc, cui dictum est: Postula a me, et ego dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam
Act.3.c terminos terræ. Quod ergo dicitur: Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut et principes vestri, non excludit a Iudæis qualemcumque notitiam, sed notitiam certam: vel dicitur, quo ad minores qui peccauerunt ex ignorantia. Nam maiores hoc fecerunt ex certa malitia, quia timebant perdere gloriam temporalem, ideo addit: *Occidamus illum, vt nostra fiat hereditas*, per machinationem peruersitatis: quod dixerunt, non vt hereditatem nouam acquirerent, cum Christus esset summe pauper, sed
Ioan.11.f vt habitam conseruarent. Vnde dicitur: Collegerunt pontifices, et pharisæi consilium, et dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: et venient Romani, et tollent nostrum locum, et gentem. Vnde illud propositum nequam originem traxit ex auaritia, traxit etiam ortum ex inuidia. Vnde
Sap.2.c dicitur: Circumueniamus virum iustum. Sequitur: Quia contrarius est operibus nostris, et improperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disci-
Ibid.d plinæ nostræ. Et inferius: Morte turpissima condemnemus eum. Hæc cogitauerunt, et errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum. Et postea: Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. Hu-
Gen.47.d ius figura præcessit in Ioseph: Cogitauerunt fratres eius illum occidere. Et mutuo loquebantur: Ecce somniator venit: venite occidamus eum, et mittamus in cisternã veterem: dicemusque: Fera pessima deuorauit eum, *et cetera*. Ideo Euangelium istud legitur simul cum historia Ioseph imminẽte passione.

A Tertio quantum ad factum flagitiosum, subiungitur: *Et eiectum illum extra vineam, occiderunt*, ideſt, extra Hierusalem, quia dicitur: Extra portam Chri- Heb.vlt.b
stus passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Occiderunt eum, vel tradiderunt eum Pilato ad occidendum, et petierunt vt crucifigeretur. Vnde dicitur: Iesum Christum Act.4.c
filium Dei tradidistis, et negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Sequitur: Petistis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitæ interfeciſtis, *et cetera*. Impletum est illud: De vinea plan- Isa.5.b
tata expectaui, vt faceret iudicium, et ecce iniquitas: et iustitiam, et ecce clamor. Clamor scilicet ad
B Christum occidendum, de quo Marcus: Clamabant, crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis: Quid Mar.15.b
enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum. Vnde ex hac vinea non exiuit vinum, sed fel, secundum illud: De vinea Sodomorum vinea Deut.32.c
eorum, et de suburbanis Gomorrhæ. Vua eorum vua fellis, et botrus amarissimus. Fel draconum, vinum eorum, et venenum aspidum insanabile.

Quid ergo faciet illis Dominus vineæ? et cetera. Postquã descripsit parabolice benignitatem liberalitatis diuinæ, et peruersitatem malignitatis Iudaicæ, hic iam
C tertio describit seueritatem vltionis iudiciariæ. Circa quam tria insinuantur, scilicet seueritas vltionis diuinæ, incredulitas rebellionis Iudaicæ, firmitas attestationis scripturæ. Primo ergo quantum ad seueritatem vltionis diuinæ, dicit:

Quid ergo faciet illis Dominus vineæ? Hoc quærit, non vt dubitans, sed vt excitet ad intelligẽdum scientiam. Et quantum ad hoc, subdit: *Veniet, et perdet colonos istos, et dabit vineam aliis*, in quo datur sententia reprobationis Iudæorum, et electionis gentium. Et hæc sub figura vineæ, et inimicorum, de qua Isaias: Nunc ostendam vobis, quid faciam vineæ meæ: Isa.5.a
D Auferam sepem eius: et erit in direptionem, diruam maceriam eius, et erit in cõculcationem. Et ponam eam desertam, non potabitur, et non fodietur, et ascendent super eam vepres et spinæ, et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Hanc repro- Psal.79.c
bationem plangit psalmographus dicens: Vt quid destruxisti maceriam eius, et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? Exterminauit eam aper de silua, et singularis ferus depastus est eam. De electione vero gentium dicitur: Cæcitas ex par- Rom.11.d
te contigit in Israel, vt plenitudo gentium intraret. Et de hoc ad Romanos: Vocabo non plebem meam, Rom.9.a
E plebem meam. Sequitur: Et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam: quod sumptum est de Osea. Et de hoc Matthæus: Auferetur Osea 2.d
a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius. Mat.21.d

Secundo quantum ad incredulitatem rebellionis Iudaicæ, subdit: *Quo audito, dixerunt illi: Absit*, quasi dicant non ita eueniet, vt dixisti. Sed contrarium huius videtur in Matthæo, vbi sic dicitur: Cum ve- Mat.21.d
nerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiũt illi: Malos male perdet, et vineam suam locabit alijs agricolis qui reddent ei fructum temporibus
F suis. Hic autem dicitur quòd contradixerunt, sed hanc apparentem contrarietatem soluit Augustinus Aug.de cõ.
in libro de concordia Euangelistarum, vbi dicit sic: sen. Euãg.
Intelligimus quosdam respondisse: quod Matthæus lib.2.c.70.
cõmemorat: quosdã vero illud quod Lucas. Aliter re to.4.
spondet Chrysostomus quod vnum dixerunt corde, Chryso. in
scilicet quod Matthæus dicit: Aliud ore, scilicet opere imp.
quod dicit Lucas. Vnde conscientia consona erat di- Mat.c.21.
uinæ sententiæ, et parabolæ, sed lingua contraria. homil.40.
Vnde Glossa: Contradicunt sententiæ, quam contra to.2.
perfidiam suam dictam cognoscunt: quod enim in Glos.in hũc
mente gerebant, in parabola intelligebat contineri. locum to.5.
Et ex hoc mirum Dei apparet iudicium, quòd contradicendo volebant latere, et tamen seipsos detegebant,

Digitized by Google

bant, dum veritati ſeipſos opponebant, contra illud:
Eccli.4. d Non contradicas verbo veritatis vllo modo, et de mendacio, *et cetera*.

Tertio quantum ad firmitatem atteſtationis ſcripturæ, ſubiungit: *Ille autem reſpiciens eos, ait: Quid eſt*
Pſ. 117. c *ergo hoc quod ſcriptum eſt: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli?* Hoc ſcribitur in Pſalmo: Vbi ſtatim additur mira Chriſti humilitas, qui voluit reprobari. Propter quod admiratur
Iſa. 53. a Iſaias: Quis credidit auditui noſtro? et brachium Domini cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, et ſicut radix de terra ſitienti. Et nos reputauimus eum quaſi leproſum, et percuſſum a Deo, et humiliatum. In hoc etiam oſtenditur mira Chriſti poteſtas, quòd diſiuncta maxime ad vnitatem reduxit, quaſi lapis angularis. Dicitur autem Chriſtus, lapis, propter permanentiam ſtabilitatis, de qua
Dan. 2. e Daniel: Videbas ita donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, et percuſſit ſtatuam, *et cetera*. Lapis autem qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, et impleuit vniuerſam terram. Dicitur autem
Ephe.2. c angularis propter virtutem connexionis. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Sequitur: Vt duos condat in ſemetipſo in vnum nouum hominem, fa-
Iob 38. a ciens pacem. De hoc Iob: Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Et quis poſuit menſuras eius? Sequitur: Aut quis dimiſit lapidem angularem eius? Hic lapis angularis terræ eſt lapis vnitiuus
Iſa. 28. d Eccleſiæ, de quo Iſaias: Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum. Dicitur etiam caput anguli, propter ſummitates perfectionis.
Ephe.2. d Ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto, in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templũ ſanctum in
1.Pet. 2. a Domino. Ideo Petrus ait: Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum. Sequitur: Et ipſi tamquam lapides viui, *et cetera*. Imaginandus eſt ergo Chriſtus tamquam lapis eſſentialis in toto corpore Eccleſiæ, quod circumferentiæ circuli comparatur, ad quem quidem omnes lineæ deductæ angulum faciunt, et vniuntur in ipſo tamquam in puncto, in quo fit oſculum linearum crucis, in medio ſcilicet ſui concurrentium in vnum. Eſt ergo lapis iſte ſtabiliens electos, et e contrario eſt conterens aduerſarios, et reprobos. Et ideo ſubdit: *Omnis, qui ceciderit ſuper illum lapidem, conquaſſabitur*, per corruptionem peccati. *Super quem autem ceciderit, comminuet illum*, per vltionem iudicij futuri. Culpa enim naturam infirmam reddit, ſed pœna æterna
Gloſ. in hũc locum to.5. totaliter conterit, et in puluerem reducit. Vnde Gloſſa: Qui modo contemnit et iniurijs afficit, nondum penitus interit, ſed quaſſatur vt non ambulet rectus: cadit autem ſuper eum lapis, quem veniens in iudicio opprimit. Ad hunc ergo lapidem pedem offendunt, qui in ipſum non credunt, vel non imitantur:
1.Pet. 2. b Vobis honor credentibus, non credentibus autem, lapis quem vero reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, et lapis offenſionis et petra ſcandali his qui offendũt verbo, nec credunt in quo et poſiti ſunt. Et ſic factum eſt Iudæis, ſecundum illud:
Iſa. 8. c Erit vobis in ſanctificationem. In lapidem autem offenſionis, et petrã ſcandali, duabus domibus Iſrael, in laqueum et in ruinam habitantibus Hieruſalem. Et offendent ex eis plurimi, et cadent et conterentur, et irretientur, et capientur. Et poſt: Expectabo Dominum, qui abſcõdit faciem ſuam a domo Iacob: Qui ergo ſcandalizantur, ſuper hunc lapidem cadũt: ſed qui condẽnantur, ab hoc lapide conterũtur, ſecun-
Iſa. 30. e dum illud: Subito dum non ſperatur, veniet contritio eius, et comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli contritione perualida, et non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incen-
Pſal. 1. c dio, aut hauriatur parum aquæ de ſouea. Propter quod non ſic impij non ſic: ſed tamquã puluis quem A proijcit ventus a facie terræ. In hac ergo auctoritate confirmat Dominus intentionem parabolæ, ſcilicet quòd ipſe reprobandus eſt a Iudæis, electurus gentes, repulſurus Iudæos propter ſuam perfidiam, et tandem condemnaturus per ſententiam diffinitiuam.

Et quærebant principes ſacerdotum, et cetera. Poſt repulſam calumniam, et detectam perfidiam, ſequitur hic tertia pars in qua deprehendit adinuentam verſutiam. Huius autem verſutiæ Euangeliſta primo deſcribit adinuentionem fallacem: ſecundo vero confutationem veracem, ibi: *Conſiderans autem dolum illorum*, et cetera. Adinuentionem verſutiæ deſcribit
B Euangeliſta quantum ad tria, ſcilicet quantum ad phariſæorum indignationem maleuolam, inſidiationem malignam, et interrogationem malitioſam. Primo ergo quantum ad phariſæorum indignationem maleuolam, dicit:

Et quærebant principes ſacerdotum et ſcriba mittere in illum manus illa hora. Quærebant, inquam, ad ipſum occidendum ſecundum illud: Nunc autem quæritis *Ioan. 8. e*
me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum. Ex animi ergo indignatione quærebant, ſed ob populi formidinem non audebant. Vnde addit: *Et timuerunt populum*, non Deum. Contra quod di-
C citur: Qui timet hominem, cito corruet. Populum *Prou.29. d*
autem magis timebant quàm Deum, quia plus amabant populi laudem, quàm Chriſti veritatem: laus enim populi vngebat, ſed veritas Chriſti arguebat. Vnde ſubditur: *Cognouerunt eum quòd ad ipſos dixerit ſimilitudinem hanc*. Sic veritas odium peperit, et verificatum eſt illud: Odio habuerunt corripientem in *Amos. 5. c*
porta, et loquentem perfecte abominati ſunt. In huius figuram dicit Hieremias: Locuti ſunt ſacerdotes, *Hier. 25. c*
et prophetæ ad principes, et ad omnem populum, dicentes: Iudicium mortis eſt viro huic, quia prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, ſicut audiſtis auribus veſtris. Iſti autem Phariſæi dum volebant occidere Chriſtum impugnando veritatẽ, auditam ipſam
D veritatem implebant, ſecũdum illud: Qui habitabant *Act. 13. d*
Hieruſalem, et principes eius hunc ignorantes, et voces prophetarum quæ per omne ſabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt, et nullam cauſam mortis inuenientes in eo, petierunt a Pilato, vt interficerent eum. Cumq. conſummaſſent omnia, quæ de eo ſcripta erant, deponentes eum de ligno, poſuerunt eum in monumento.

Secundo quantum ad inſidiationem malignam, ſubdit: *Et obſeruantes miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos*
E *ſimularent*, contra illud: Ne inſidieris, et quæras im- *Prou.24. b*
pietatem in domo iuſti, neque vaſtes requiem eius. Inſidiæ autem fiunt per ſimulationes, contra quos Iob: Simulatores, et callidi prouocãt iram Dei. Quia *Iob 36. c*
dicitur: Simulator ore decipit amicum ſuum. Et quia *Prou.12. b*
ſimulatio adiunctam habet intentionem peruerſam, ideo addit: *Vt caperent eum in ſermone, vt traderent illum principatui, et poteſtati præſidis*, ſcilicet Herodis. Vnde dicitur: Mittunt ad eum quoſdam ex Phariſeis, *Mar. 11. b*
et Herodianis: vt eum caperent in verbo. Et hæc fuit magna verſutia. Vnde Gloſſa: Quod præ timore po- *Gloſ. in hũc locum to.5.*
puli per ſe non poſſunt, manibus præſidis efficere vo-
F lunt, ut velut immunes a morte ipſius videantur. Ideo
in perſona talium dicitur: Circumueniamus iuſtum, *Sap. 2. c*
quoniam inutilis eſt nobis, et contrarius eſt operibus noſtris, et improperat nobis peccata, et diffamat in nos peccata diſciplinæ. Vnde et in figuram huius dixerunt Philiſthijm ad Dalidam: Decipe eum, et diſce *Iudic. 16. a*
ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, et quomodo eum ſuperare valeamus.

Tertio quantum ad interrogationem malitioſam, ſubiungit: *Et interrogauerunt eum dicentes: Magiſter, ſcimus, quia recte dicis, et doces*. Quantum ad verbum, verum quidem dicunt: quia dicitur: Sermo tuus, ve- *Ioan. 17. c*
ritas eſt. Hoc ipſi dicebant blandiendo, vt extorquerent ſecretum cordis ab ipſo. Vnde Chryſoſtomus:

Hæc

Chryſoſt.in opere impf. Mat. c.22. hō.42.to.2. Hæc eſt prima hypocritarum prudentia, ficta laudatio, ſicut qui tantum non poteſt viribus ſubiugare, mollibus manibus fricat ceruicem eius: vt blandiendo comprehendat. De talibus dicitur: *Prou.16.d* Vir iniquus lactat amicum ſuum, et ducit eum per viam non bonam. *Prou.27.c* Et: Qui benedicit proximo voce grandi, de nocte conſurgens maledicenti ſimilis erit, *et non accipit perſonam*, quantum ad animum. Hoc verum fuit, ſecundum illud: *Act.10.e* In veritate comperio, quia non eſt *Deut.10.d* perſonarum acceptor Deus. Et: Deus magnus et potens et terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera, *ſed viam Dei in veritate doces*, quantū ad exemplum. *Ioan.14.a* Propter quod ipſe dicebat: Ego ſum via, et veritas, et vita. Vel, recte dicis, quo ad veritatem vitæ: perſonam non accipis: quò ad veritatem iuſtitię: ſed viam Dei in veritate doces, quò ad veritatem doctrinæ. In quo laudant Chriſtum laude vera, ſed fallaci corde: et hoc patet ex ipſorum verſuta interrogatione, cum ſubditur: *Licet nobis tributum dare Cæſari, an non?* ſecundum diuinæ legis decretum. In quo quæſtionem doloſam proponunt, quia vtrouis dato ipſum ad inconueniens deducere intendunt. Nam aut diceret quòd ſic, et ita videretur dicere contra legem, et contra populum Iudæorum, et opinionem communem. Aut diceret quòd non, et tunc traderent eum principatui, ſicut Cæſari rebellem: et totius imperij hoſtem. *Gloſ.in hūc locum to.5.* Vnde Gloſſa: Phariſæi, qui de iuſtitia ſibi applaudebant, qui decimas et primitiua Deo dabant, tributa homini ſoluenda negabant. Et hinc eſt quòd Chriſto blandiebantur, vt ex ore Chriſti extorquerent hoc documentum, vt ſic poſſent dicere illud: *Ioan.19.b* Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: Omnis enim, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari.

Conſiderans autem dolum illorum, et cetera. Poſtquam deſcripſit verſutiæ adinuentionem fallacē, hic ſecundo deſcribit confutationem veracem: circa quam tria introducuntur, ſcilicet circumſpecta conſideratio ſapientiæ reſpondētis, verax diſſolutio propoſitæ quæſtionis, et euidens confutatio aſtutiæ verſipellis. Primo ergo quantum ad circumſpectam conſiderationem ſapientiæ reſpondentis, dicit:

Conſiderans autem dolum illorum, in animo. Vnde Hieronymus: Prima virtus reſpondentis eſt interrogantium mentes recognoſcere. In his mentibus ipſa *Sap.7.d* ſapientia videbat dolum. Vnde dicitur: Sapientiam *Eccli.16.c* non vincit malitia. Et: *Heb.4.e* Omne cor intelligitur ab illo, et vias illius quis intelligit? Quia viuus eſt ſermo Dei et efficax. Sequitur: Et diſcretor cogitationum et intentionū cordis. Ideo iſte ſermo, *dixit ad eos. Quid* *Eccli.13.b* *me tentatis?* ſcilicet in verbo ſecundum illud: Ex multa loquela tentabit te, et ſubridens interrogabit te de *Sap.2.e* abſconditis tuis. In perſona horum dicitur: Tentemus quæ ventura ſunt illi, et ſciemus, quæ erunt nouiſſima illius. Et quia cautela tentationis reuincitur per manifeſtationem veritatis, ideo ſubditur: *Oſtendite mihi denarium: Cuius habet imaginem et ſuperſcriptionem? Reſpondentes dixerunt ei: Cæſaris*, ſcilicet in exteriori ſigno. Hoc Dominus non quærit, quia dubitet, ſed vt ex eorum reſponſione ipſos conuincat. Vel ideo quærit imaginem et ſuperſcriptionem denarij, vt ex ipſa forma, et figura, et qualitate rei oſtendat, manare debere iudicium æquitatis. Vel ideo hoc requirit, vt oſtendat quòd vnuſquiſque iudicandus eſt ſecundum ſuperſcriptionem quam ſuperſcriptam habet imagini mentis ſuæ. Nam per denarium intelligitur homo: quia denarius eſt de materia terreſtri, *Gen.2.a* ſcilicet de metallo, et homo de limo. Formauit Deus hominem de limo terræ. Et ipſe decimus eſt poſt nouenarium angelorum, et per drachmam decimam *Sup.15.b* deſignatus eſt. Aut quæ mulier habens, *et cetera*. Per imaginem denarij intelligitur Trinitas perſonarum *Eccli.17.a* de qua dicitur: Deus creauit de terra hominem, et *Gen.1.c* ſecundum imaginem ſuam fecit illum. Et: Faciamus hominem ad imaginem, *et cetera*. Per ſuperſcriptionem intelligitur qualitas morum, et hæc eſt duplex, vna diuina, alia mundana. Diuina eſt per lumen gratiæ et iuſtitiæ. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus *Pſal.4.b* tui Domine. Mundana autem quæ eſt Cæſaris per *Amb.lib.9.* appetitum cupiditatis et auaritiæ, de hac Ambroſius: *in cap.20.* Imago Cęſaris non reperitur niſi in mari: ibi dra- *Luce to.3.* cones. In quo tangitur illud quod legitur: Vbi Chri- *Mat.17.d* ſtus miſit Petrum ad mare: et inuenit piſcem, et in piſce ſtaterem quem Cæſari ſolueret. In quo intelligitur quòd ſuperſcriptio ſtrenuitatis non eſt niſi in mundanis mentibus: in quibus pro cupiditatibus varijs eſt procella, et impetus tempeſtatis.

Secundo quantum ad veracem diſſolutionem propoſitæ quæſtionis, ſubdit: *Et nit illis: Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari*. In quo manifeſte iuſtam dat reſponſionem. Eſt enim actus iuſtitiæ reddere vnicuique quod ſuum eſt. Si ergo res eſt eius cuius habet ſuperſcriptionem, cum temporalia ſuperſcriptionem Cæſaris habeant: non eſt contra Deum, ſi terrenis principibus perſoluantur. Ideo ad Romanos dicitur: *Rom.13.b* Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal. Subditur: Nemini quidquam debeatis: niſi vt inuicem diligatis. Et quia non ſufficiens iuſtitia eſt, niſi ſuum vnicuique reddatur, ideo addit: *Et quæ ſunt Dei, Deo.* Gloſſa: Sicut Cæſar exi- *Gloſ.in hūc* git impreſſionem imaginis ſuæ, ſic et Deus animam *locum to.5.* lumine vultis ſui inſignitam. Propter quod dicitur: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus et *1.Cor.15.f* imaginem cæleſtis. Et nota quòd prius præmittit, vt reddantur quæ ſunt mundi, quia ſicut dicitur: Non *1.Cor.15.f* prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale: deinde quod ſpirituale. Prius enim deponendum eſt pondus quàm quis erigatur ſurſum. Vnde Gloſſa: Si *Gloſ.in hūc* non vis eſſe obnoxius Cæſari, noli habere quæ ſunt *locum to.5.* mundi. Et ſi habeas diuitias, obnoxius es Cæſari. Si vis terreno regi nihil debere, omnia tua relinque, Chriſtum ſequere. Vnde et bene prius quæ ſunt Cæſaris reddenda decreuit, quia non poteſt quis eſſe Domini, niſi prius renunciet mundo. Omnis ex vobis, *Sup.14.g* qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Dei autem ſunt anima et corpus, quia ipſe corpus, et animam formauit: corpus de limo terræ, animam de nihilo. Et ideo vtrumque debet reddi et offerri Deo, quod deſignatur in illa vidua, quæ miſit duo æra minuta in gazophylacium Domini. Et ideo ad Romanos: Vt exhibeatis *Inf.21.a* corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo pla- *Rom.12.a* centem, rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri. Vnde hoc verbo clauditur ſententia totius iuſtitiæ perfectæ.

Tertio quantum ad euidentem conſiderationem aſtutiæ verſipellis, ſubiungit: *Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe*, per apparentem contradictionem. Nec mirum, quia dicitur: Tu quis *Rom.9.d* es, qui reſpondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit: Quid me, *et cetera*. Vnde Iob: Si re- *Iob 9.b* pente interroget, quis reſpondebit ei? vel quis dicere ei poteſt, cur ita facis? Et ideo qui cum Chriſto contendunt, neceſſario confunduntur, propter quod ſubdit: *Et mirati in reſponſo eius tacuerunt*, per euidentem confuſionem. Vnde Gloſſa: Qui credere debue- *Gloſ.inter-* runt, mirantur quòd non habent locum tentandi. *lin. in hūc* Vnde Chryſoſtomus: Malitia confunditur aliquan- *locum to.5.* do, corrigitur autem numquam, ſicut qui vult clau- *Chryſoſt.in* dere aquæ currentis meatum, aliunde ſemitam rum- *opere impf.* pit, ita et malitia. Vnde non tacebant ex prudentia, *Mat.c.22.* ſicut dicitur: Eſt tacens, qui inuenitur ſapiens. Et *homil.42.* Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus. Nec ex reue- *to.2.* rentia, ſicut ille de quo dicitur: Audi tacens, et pro *Eccli.20.a* reuerentia accedet tibi bona gratia. Nec ex patien- *Eccli.32.b* tia, ſicut illud Iſaiæ: Tacui, ſemper ſilui, patiens fui. *Iſa.42.c* Nec ex pace intrinſeca. Sedebit ſolitarius, et tacebit. *Thre.3.c* Sed ex confuſione aperta, ſicut illi quibus Dominus quæſi-

Digitized by Google

Mar. 3. a quæſiuit: Licet Sabbatis benefacere an male? animam ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant.

1. Reg. 2. b Et: Impij in tenebris conticeſcent, *et cetera*.

Acceſſerunt autem quidam, et cetera. Poſtquam confutauit infidelitatem errantium ex malitia, hic ſecundo confutat incredulitatem errantium ex ignorantia, et habet hæc pars partes duas. In prima confutat errorem circa reſurrectionem, in ſecunda vero circa incarnationem, ibi: *Dixit autem ad illos*, et cetera. In deſcribendo autem confutationem erroris Sadducæorum de finali reſurrectione, procedit hoc ordine. Primo namque præmittit quæſtionem erroneam. Secundo adiungit reſponſionem veridicam, ibi: *Et ait illis Ieſus: Filij huius*, et cetera. Circa quæſtionem erroneam introducuntur Sadducæi ut negantes verum, vt allegantes præceptum, ut proponentes caſum, vt interrogantes dubium, per quod præcipitabantur in errorem prædictum. Primo ergo quantum ad errorem Sadducæorum negantium verum dicit:

Acceſſerunt autem quidam Sadducæorum qui negant eſſe reſurrectionem, et per conſequens deſtruebant fundamentum diuinæ culturæ. Vnde Chryſoſtomus:

Chryſo. in opere impf. Mat. c. 22. homil. 42. to. 2. In omni re aut actu agendi virtus, ſpes eſt præmij futuri, vt qui arat, arat vt metat: et qui pugnat, pugnat, vt vincat. Et poſt: Tolle ergo ſpem reſurrectionis, et ſoluta eſt tota obſeruantia pietatis: Quid facient qui baptizantur pro mortuis? Et ſi omnino

1. Cor. 15. d mortui non reſurgunt, vt quid et baptizantur pro illis? vt quid et nos periclitamur omni hora? Reſurrectionem autem negabant Sadducæi, tum propter animarum mortalitatem, quam credebant. Vnde

Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5. Gloſſa: Sadducæi credebant animas interire cum corpore. Tum etiam propter corporum irreparabilitatem. Et pro eis videtur eſſe quod dicitur in Pſalmo: Exibit ſpiritus eius et reuertetur in terram, *et*

Pſ. 145. a Pſal. 48. b *cetera*. Item: Sepulchra eorum domus illorum in æ-

Iob 14. b ternum. Et Iob: Homo cum dormierit non reſurget donec atteratur cælum, *et cetera*. Sed hic non dicunt reſurrectionem non eſſe futuram, ſed potius vſque ad finem iudicij differendam. Nam quòd ſpiritus ſint immortales, hoc probat ipſorum intellectus, appetitus, et actus virtuoſus. Quod vero corpora reparentur: hoc manifeſtat ſimul diuina iuſtitia, diuina clementia, et diuina potentia, Vnde contra ta-

1. Cor. 15. e les dicitur: Sed dicit aliquis: Quo modo reſurgunt mortui? quali autem corpore venient? Inſipiens tu: quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Et quod ſeminas? non corpus quod futurum eſt, ſeminas, ſed nudum granum, vtputa tritici, aut alicuius ceterorum. Deus enim dat illi corpus ſicut vult, et vnicuique ſeminum proprium corpus. Et

Ibid. g poſt: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc, induere immortalitatem.

Secundo quantum ad inquiſitionem Sadducæorum allegantium præceptum, ſubditur: *Et interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis*, ſcriptura, ſcilicet authentica, et iuſta, ſecundum il-

Eccli. 24. c *Deu. 31. f* lud: Legem mandauit Moyſes in præceptis iuſtitiarum. Vnde dicitur: Poſtquam ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine, atque compleuit, præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini, dicens: Tollite librum iſtum, et ponite eum in latere arcæ, *et cetera*. Quidquid ergo Moyſes ſcripſit, authenticum eſt: et ideo ſcripturam eius tamquam authenticam proponunt, propter quod ſubdunt: *Si frater alicuius mortuus fuerit, habens vxorem, et hic ſine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, et ſuſcitet ſemen fratri ſuo*. Hoc deſcribitur in Deuteronomio: Quando habitauerunt fratres ſimul, et vnus

Deu. 25. b ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, et ſuſcitabit ſemen fratris ſui, et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur no-

men eius ex Iſrael. Litteralis autem ratio huius erat, ad fouendam charitatem inter propinquos, et refrenandam cupiditatem, et ſeruandam fidelitatem. Secundum autem ſpiritualem intelligentiam frater noſter eſt Chriſtus: Quis mihi det te fratrē meum, ſugentem vbera matris meæ? *et cetera*. Et: Narrabo nomen tuum fratribus meis, vxor eius eſt Eccleſia: Venerunt nuptiæ agni, et vxor eius præparauit ſe. Hic mortuus eſt ante fidelium multitudinem qui ſunt filij Dei: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, *et cetera*. Ipſa enim fidelium multitudo per mortem Chriſti congregata eſt, vt dicitur in Ioanne: Ieſus moriturus erat pro gente, et non tantum pro gente: ſed vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. Poſtquam ergo Chriſtus paſſus eſt, ipſius vxorem accepit qui gerit Eccleſiæ curam, non vt generet filios carnales Chriſto, ſed ſpirituales, ſicut Paulus dicit: In Chriſto Ieſu, per Euangelium ego vos genui. Et hos non nomine proprio, ſed fratris debet appellare: quia non in nomine ſuo, ſed Chriſti debet eos baptizare, ſecundum illud: Numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Ei autem qui hoc negligit implere, imponi debet pœna, ſecundum illud: Si reſponderit, nolo eam vxorem accipere: accedet mulier ad eum coram ſenioribus, et tollet calceamentum de pede eius, ſpuetq. in faciem illius et dicet: Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui: quia ei qui non vult ſemen Chriſti ſuſcitare, debet auferri auctoritas prædicandi, quæ intelligitur per ablationem calceamenti, ſecundum illud: Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis. Propter quod dicitur: Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis teſticulis, et abſciſſo veretro, Eccleſiam Domini. Diuerſum autem dicitur de viris ſanctis: Cum ſemine eorum permanet bona hereditas, et nepotum ipſorum ſemen, *et cetera*.

Cant. 8. a *Pſal. 21. e* *Apo. 19. b* *Ioan. 1. b* *Ioan. 11. f* *1. Cor. 4. d* *1. Cor. 1. b* *Deut. 25. e* *Ephe. 6. c* *Deut. 23. a* *Eccli. 44. b*

Tertio quantum ad allegationem ipſorum introducentium caſum, ſubditur: *Septem ergo fratres erāt, et primus accepit vxorem, et mortuus eſt ſine filijs. Et ſequens accepit illam, et ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertius accepit illam. Similiter et omnes ſeptem: et non reliquerunt ſemen et mortui ſunt. Nouiſſime omnium, mortua eſt et mulier.* Potuit eſſe quòd hoc fingerent tamquam mendaces. Vnde Gloſſa: Qui reſurrectionem corporum non credunt, et animas putant interire cum corpore, turpitudinem fabulæ confingunt. Talibus fabulis vacare ſolent Iudæi. Propter quod dicitur:

Gloſ. in hūc locum to. 5. *1. Tim. 1. a* Rogaui te vt remaneres Epheſi, vt denunciares quibuſdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, et genealogijs interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis, quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide. Vel potuit eſſe, quòd hoc fuit ad litteram, et introducatur hic, ſecundum diuinæ ordinationis ſpiritum, propter figuram. Nam ſpiritualiter per iſtos ſeptem qui mortui ſunt ſine liberis, intelligitur vniuerſitas reproborum qui nullum fructum reliquerunt. Vnde Gloſſa: Hi ſeptem omnes reprobi

Gloſ. in hūc locum to. 5. ſunt qui tota hac vita, quæ ſeptem diebus eſt, ſteriles a bono opere ſunt. Hi poſſunt intelligi per ſeptem viros Saræ, de quibus dicitur quòd interfecti fuerunt a dæmonio nomine Aſmodæo, quia dicitur:

Tob. 3. b *Sap. 3. d* Ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Vel per ſeptem viros intelliguntur ſeptem capitalia vitia, quibus peccator ſeruit: de quibus Lucas: Aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe. Vel quinque

Sap. 11. d ſenſus, et duplex conſideratio rationis qui intelliguntur per mulierem et quinque viros eius, de quibus dicitur: Voca virum tuum. Qui enim ſubijcit ſe

Ioan. 4. c *Iob 24. d* ſenſibus carnis, fructum non parit: Pauit enim ſterilem, et quæ non parit, et viduæ bene non fecit.

Gal. 6. b *1. Ioan. 2. c* Quia ſicut dicitur: Qui ſeminat in carne, de carne et metet corruptionem. Et: Mundus tranſit, et concupiſcentia eius.

Digitized by Google

Quarto quantum ad cauillationem Sadducæorũ interrogantium dubium, subditur: *In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? siquidem septem habuerunt eam vxorem:* quasi dicerent: Non magis est vnius, quàm alterius. Ergo aut habebunt omnes, aut nullus. Si ergo vtrumque, inconueniens: contra legem est, ponere resurrectionem. Ex quo apparet quòd illi errabant circa resurrectionem propter carnalem intellectum spiritualis scripturæ, et spiritualis gloriæ. Vnde carnalis intelligentia necat, dum spirituales deprauat scripturas, propter quod dicitur: 2.Cor.3.b Littera occidit, spiritus autem ~viuificat~. Ideo Ioan.6.g Ioannes: Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiri- B 1.Cor.15.f tus et vita sunt. Propter quod dicitur: Hoc autem dico fratres: quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit qui carnaliter sapiunt. Et tales hi Sadducæi erant qui non intelligentes nobilitatem spiritus rationalis, nec intellectum scripturæ spiritualis, nec potestatem Dei omnipotentis, non putabant resur- Mat.22.c rectionem futuram. Ideo dicitur: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei.

Et ait illis Iesus, et cetera. Post inquisitionem erroneam, subiungit hic responsionem veridicam: circa quam introducuntur quattuor, scilicet veritatis C assertio, assertionis ratio, rationis confirmatro, et confirmationis laudatio. Primo quantum ad veritatis assertionem, dicit:

Et ait illis Iesus: Filij huius saculi nubunt, et traduntur ad nuptias, propter habendam successionem, sicut dicitur: Tu Domine scis, quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum. Et hoc matrimonium licet posset esse virorum spiritualium, non est tamen nisi in carne viuentium. Vnde *filij saculi*, non sonat in vitium. Alij vero nubunt propter solam libidinis D Gen.6.a delectationis expletionem, de quibus in Genesi: Videntes fili Dei filias hominum quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Sup.14.d Et supra: Vxorem duxi, et ideo non possum venire. Et tunc, *filij saculi*, sonat in vitium, sicut et supra: Sup.16.c Filij huius sæculi, prudentiores filijs lucis, *et cetera*. Et ij sunt filij ancillæ cum filio liberæ. Sed neutrum horum erit in resurrectionibus, nec successio, nec carnalis delectatio, ideo subdit: *Illi vero qui digni habebuntur saculo illo et resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores*, neque nubent quantum ad feminas, neque ducent, quantum ad viros. Dignos E resurrectione, vocat iustos. Loquitur hic specialiter de resurrectione mortuorum iustorum qui non tantum resurgent, verumetiam immutabuntur, secun- 1.Cor.15.g dum illud: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Sequitur: Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur. Licet ergo mali resurgant cum bonis, sicut di- Ioan.5.e citur: Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Tamen de bonis specialiter loquitur, qui erunt eleuati supra tẽpus et temporales motus, ac per hoc et supra coniugium F et omnem carnalem actum.

Secundo quantum ad assertionis rationem, subdit: *Neque enim vltra mori poterunt*. Ex quo sequitur Beda Glos- quòd vxores non habebunt. Vnde Beda: Quia con- sa in hunc nubia propter filios, filij propter successionem, suc- locum to.5. cessio propter mortem. Vbi ergo mors non est, neque connubia. Sed per hoc videtur quòd ante peccatum connubia non fuissent. Est autem responsio ad hoc quòd licet non esset mors ex necessitate, sicut nec erat, tamen ex possibilitate, quia primi parentes habebant corpus animale: sed post resurrectio- 1.Cor.15.f nem erit corpus spirituale, secundum illud: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ideo subdit: *Aequales enim Angelis sunt, et filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis*, ideſt, sicut Angeli sunt immortales, incorporales, supra tempus et variationes motuum temporalium. Sic erunt boni: quia post resurrectionem tunc erimus æquales angelis secundum gloriæ dignitatem, propter quod dicitur: Mensura hominis, quæ est Angeli. Nec mirum, quia tunc erimus Apo.21.e Deo per gloriam assimilati, secundum illud: Nunc 1.Ioan.3.a filij Dei sumus, et nondũ apparuit quid erimus. Scimus quoniã cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Vnde Rabanus: Sunt sicut Angeli Dei in cælis qui gloria resurrectionis innouati absque vllo mortis metu, absque vlla labe corruptionis, absque vllo terreni ſtatus actu, perpetua Dei visione fruuntur. Ad quam necesse est angelicæ dignitatis æqualitatem quisquis ascendere desiderat, minimis fratribus pie agendo condescendat. Et hoc recte dicit. Quia non potest Angelis esse in gloria similis, qui non vult in ministerio assimilari.

Tertio quantum ad resurrectionis affirmationem subiungitur. *Quia vero resurgant mortui, et Moyses ostendit secus rubum*, ideſt, ~verbum Domini quod dixit Moysi de medio rubi. Et ait: Ego sum Deus Exo.3.b Abraam, Deus Isaac, et Deus Iacob. Ex hoc vult Dominus inferre resurrectionem futuram, cum addit: *Sicut dicit Dominum, Deum Abraam, et Deum Isaac, et Deum Iacob. Deus autem non est mortuorũ, sed viuorum. Omnes enim viuunt ei*. Ex quo sequitur quòd viuunt ei vel actu vel potentia. Sed omnes isti erant mortui actualiter, ergo viuebant Deo quantum ad posse et dispositionem. Necesse est ergo futuram ponere resurrectionem. Sunt autem multa testimonia in veteri testamento, per quæ approbari potest resurrectio mortuorum: Viuent mortui tui, interfecti mei resur- Isa.26.d gent. Et: Ossa arida audite Verbum Domini, *et cet.* Ezec.37.a Item: Multi de his qui dormiunt in terræ puluere, Dan.12.a euigilabunt. Item: Scio quòd Redemptor meus vi- Iob 19.d uit, et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Item: Post duos dies viuificabit nos, in die tertia Osee 6.a suscitabit nos. Item: Consurgant et ascendant gen- Ioel 3.c tes in vallem Iosaphat, *et cetera*. Item: Ipse spiritum 2.Mach.7 vobis iterum cum misericordia reddet et vitam. Sed e Dominus nullum horum septem testium introduxit, quia Sadducæi, quibus respondebat, solum pentatheucum recipiebant. Vnde Glossa: Poterat apertiora de resurrectione dare testimonia prophetarũ: Glos.interlin.in hunc sed prophetas Sadducæi non recipiunt. Vel ideo, locum to.5. quia per hoc probat vitam animarum post mortem, quam Sadducæi negabant, et hæc erat radix sui erroris. Vel ideo, quia in istius verbi allegatione clauditur simul mysterium Trinitatis, in trina Dei iteratione. Mysterium triplicis virtutis, scilicet fidei, spei, et charitatis, in tribus patribus prædictis. Et mysterium incarnationis in rubo ardenti, et etiam mysterium passionis. Et in tota auctoritate mysterium resurrectionis, et ita quasi totum mysterium fidei Christianæ. Quia omnis mysteriorum, figurarum, et ~verborum varietas consummata est in verbo incarnato, secundum illud: Consummationem Isa.28.f et abbreuiationem audiui, *et cetera*. Et: Multifa- Heb.1.a riam, *et cetera*.

Quarto quantum ad confirmationis collaudationem, adiungit: *Respondentes autem quidam scribarum dixerunt ei: Magister, bene dixisti*. Hoc commendabãt scribæ, quia erant de secta pharisæorum qui dicunt resurrectionem esse. Vnde dicitur quòd pharisæi au- Mat.22.d dientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnũ, quia ex hoc applaudebãt ei. De hoc enim erat contentio inter Sadducæos, et Pharisæos. Vnde dicit: Sciẽs Paulus, quia vna pars esset SadduAct.23.b ceorũ, et altera pharisæorum, exclamauit in concilio: Viri fratres, ego Pharisæus sum: de spe et resurrectio

ne

Digitized by Google

ne mortuorũ ego iudicor. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos, et Sadducæos, et soluta est multitudo. Sadducæi autem dicunt non esse resurrectionem mortuorum, neque angelum, neque spiritum. Pharisæi autem vtraque confitentur. Quoniam ergo vtrosque confuderat, ideo vtrique tacebant. Vnde subditur: *Et amplius non audebãt eum quidquam interrogare*, studio addiscendi, sed vincendi, et superandi. Vnde Glossa: Confutati in sermonibus non amplius interrogant, sed aperte comprehensum Romanæ potestati tradunt. Ex quo intelligimus venena inuidiæ posse superari, sed difficile quiescere. Ideo non audebant interrogare eum: quia videbant aliquid diuinum in se habere, cum quo disputare tutum non est. Quantus sum ego, vt respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Verificatum est ergo in ijs illud: Defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur Deus.

Gloſ. in hũc locum to. 5.
Iob 9. b
Pſal. 63. b

Dixit autem ad illos, quo modo, et cetera. Postquam confutauit errantes circa mysterium resurrectionis, hic confutat errantes circa mysterium incarnationis: qui scilicet non credunt Christum esse verum hominem, et Deum. Facit autem hoc Christus quærẽdo, et introducendo quæstionem, quam impossibile est dispicere, nisi credatur et intelligatur Christus duplicis esse naturæ. In hac ergo quæstione Christus magister fidei, proponit ipsius Christi generationem carnalem a Iudæis communiter creditam: secundo assumit generationem æternalem a propheta prædicatam: et concludit apparentem vtriusque controuersiam. Primo ergo quantum ad generationem Christi carnalem communiter creditam, dicit:

Dixit autem ad illos: Quo modo dicunt Christum, filium esse Dauid? Hoc communiter dicunt Iudæi omnes, et etiam omnes viri Christiani. Nam ipsi Dauid facta est de Christo repromissio, sicut in Psalmo dicitur: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et: Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, et firmabo regnum eius, et stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. Hoc non potest dici nisi de Christo, Angelo attestante super illud: Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, et regnabit in domo Iacob in æternum. Ideo recte clamabant turbæ, dicentes: Osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini. Et hoc Apostolus prædicabat, secundum illud: Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid, secundum euangelium meum. Et in Actibus dixit Petrus: Propheta igitur cum esset Dauid, et sciret quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius prouidens locutus est de resurrectione.

Pſal. 131. c
2. Reg. 7. c
Sup. 1. d
Mat. 21. a
2. Tim. 2. b
Act. 2. e

Secundo quantum ad generationem æternalem a propheta prædictam, subdit: *Et ipse Dauid dicit in Libro Psalmorum: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis*. Hoc absque dubio Dauid de verbo ad verbum dicit in Psalmo, qui est de duabus naturis Christi excellentissime et profundissime tractans. Constat enim quòd illud intelligitur de Christo. Nam nulli dedit Deus regnum supremum, sacerdotium æternum, et iudicium vniuersorum, nisi Christo. Et hoc totum in illo Psalmo describitur. Oportet ergo quòd versus iste de Christo intelligatur, in quo exprimit ipse Dauid Spiritu sancto afflatus filij æternã generationem, in hoc quod dicit: Dixit Dominus Domino meo. Dicere enim nihil aliud est, quàm verbum mente cõcipere. Quod quidem dicere, non potuit esse in Deo, nisi ab æterno. Quia sicut dicitur: Semel loquitur Deus, et secundo idipsum non repetit. Et ideo dicitur: In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Dixit ergo æternaliter, cum filium genuit. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Exprimit etiam filij æqualitatem cum patre, cum dicit: Sede a dextris meis, id est æqualis mihi. Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substãtiæ eius, portansq. omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dextram maiestatis in excelsis, *et cetera*. vsque ibi: Ego hodie genui te. Ideo dicitur: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Sessio ergo illa non dicit positionem localem, sed potius summam quietem, dignitatem, et auctoritatem, ac per hoc et æqualitatem, quæ soli filio competit. Ideo corruit lucifer, qui eam appetijt. Quo modo cecidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? qui dicebas in corde tuo: Super astra Dei exaltabo solium meum, et sedebo in monte testamenti, et similis ero Altissimo. Exprimit nihilominus ipsius filij Dei imperium vniuersale cum addit: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Omnia subiecisti sub pedibus eius, *et cetera*. Quia per virtutem omnipotentem, et regit bonos, et conculcat peruersos. Vnde dicitur: Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. omnia enim subiecit sub pedibus eius. Hæc dicit Dominus Christo meo, Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gentes, et dorsa regum vertam. Nam de Christo dicitur: Habet in vestimento et in femore suo scriptum, rex regum, *et cetera*.

Hebr. 1. a
Phil. 2. a
Iſa. 14. c
Pſ. 109. a
Pſal. 9. b
1. Cor. 15. d
Iſa. 45. a
Apo. 19. e

Tertio quantum ad apparentem controuersiam, subdit: *Dauid ergo Dominum illum vocat, et quo modo filius eius est?* Impossibile enim est dicere quòd secundum naturam humanam Christus esset Dominus Dauid: quia Christus nondum erat natus, nec conceptus. Et propterea numquam filius dicitur Dominus patris sui. Et iterum: Dauid cum esset rex excelsus, non videtur quòd aliquem purum hominem Dominum habuerit. Restat ergo quòd cum Christus secundum eandem naturam Dauid regis non possit dici simul esse verus filius et Dominus, necesse est simul ipsum esse Deum et hominem. Et hoc quidem est verum, nec vllus potest iustificari, nisi totaliter recipiat scripturam, et fidem a patribus acceptam. Sunt autẽ de hac duplici natura Christi multiplicia testimonia in Scriptura, sed magis hoc testimonium accepit, tum quia Dauid inter prophetas de Christo excellentissime prophetauit, tum etiam quia Psalmus ille ex quo versus iste accipitur, excellentissime exprimit totius veritatis fidei sacramentum. Vnde et Cassiodorus de illo Psalmo dicit quòd est speculum cælestis arcani, armarium scripturarum sanctarum, vbi totum summatim dicitur, quidquid vtriusque testamenti narratione decantatur. Nam totius vtriusque testamenti intentio principaliter versatur circa Christi vtramque naturam, de qua ipse Dauid dicit: Descendet sicut pluuia in vellus. Et post: Sit nomen eius benedictum in sæcula. Et iterum: Speciosus forma præ filijs hominum. Et post: Sedes tua Deus in sæculum sæculi. Et: Hic est Dominus Deus noster, et non æstimabitur alius aduersus eum. Post hæc in terris visus est, et cũ hominibus conuersatus est. Et: Ecce, virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel. Et: Paruulus natus est nobis, et filius datus est nobis: et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi. Item: Ascendit sicut virgultum. Et post: Generationem eius quis enarrabit? Et: Et tu Bethlehem Ephratha, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel: Et egressus eius ab initio a diebus æternitatis. Ideo dicitur: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, *et cetera*. Et: Quorum adoptio est filiorum, et gloria, et testamentum, et legislatio, et obsequium, et promissa: quorum patres, ex qui-

Pſal. 109. b
Pſalmus 109. armariũ Scripturarũ, et speculum cælestis arcani.
Pſ. 71. b.
Ibid. d
Pſal. 44. b
Baruc 3. d
Iſa. 7. c
Iſa. 9. b
Iſa. 53. a
Ibid. c
Mich. 5. a
Rom. 1. a
Rom. 9. a

Dicere qd.
Iob 33. b
Ioan. 1. a
Pſal. 2. a

ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Et hic expresse dicitur: In principio erat verbum. Et post: Verbum caro factum est, et habitauit in nobis, et vidimus gloriam eius, *et cetera*. Postremo ipse Christus: Principium, qui et loquor vobis. Et: Ego sum alpha et ω, primus et nouissimus, principium et finis. Et post: Ego sum radix et genus Dauid: stella splendida et matutina. In hoc ergo finem constituit suæ doctrinæ, sicut dicit Ambrosius: Quia in hoc est fundamentum Christianæ religionis, in quo radicatur, et claudit omne credendum, quòd scilicet credatur Christus homo et Deus. Nam omnes articuli ad diuinitatem, vel ad humanitatem reducuntur. Et ideo dicebat Apostolus: Vt sapiens architectus fundamentum posui. Sequitur: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: quod est Christus Iesus. Et ipse etiam est complementum, secundum illud: Multa dicemus, et deficiemus in verbis, consummatio autem sermonum ipse est.

Ioan. 1. *a* *Ibid. b* *Ioan.* 8. *d* *Apo. vlt. c* *Amb. li. 10. in cap. 20. Luce to. 3.* *1. Cor. 3. c* *Eccli. 5. d*

Audiente autem omni populo, et cetera. Postquam autem confutauit Pharisæos errantes ex malitia, et Sadducæos ex ignorantia, hic tertio informat discipulos ad prudentiam. Et quoniam prudentia in tribus consistit, scilicet in cautela mali, eligentia boni, et prudentia futuri, ideo pars ista habet tres partes. In quarum prima informat discipulos ad cautelam malorum. In secunda inuitat ad eligentiam meliorum, ibi: *Respiciens autem vidit*, et cetera. In tertia vero ad prouidentiam futurorum, ibi: *Et quibusdam dicentibus de templo*, et cetera. Informat ergo discipulos ad cautelam malorum, quæ erant in Scribis, et Pharisæis, ne eorum exemplo diuerterent a tramite veritatis. Et hoc quidem facit reuocando discipulos a quadruplici vitio scribarum, scilicet a cultu vestium, ambitione honorum, appetitu diuitiarum, et simulatione virtutum. Primum spectat ad lasciuiam, secundum ad vanam gloriam, tertium ad auaritiam, quartum ad fraudulentiam.

Exo. 15. a Ad quæ quattuor tamquam ad quattuor rotas currus Pharaonis reduci habent omnia mala. Primo ergo quantum ad cultum vestium, qui erat Scribarum vitium manifestum, dicit:

Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis: Attendite a Scribis, qui volunt ambulare in stolis. Ideo autem dixit omni populo audiente: quia hoc erat vitium maximum: et ideo in manifesto redarguendum, secundum illud: Peccantes coram omnibus argue, vt et ceteri timorem habeant. Et hoc ipsis præsentibus dixit: ne faceret contra illud: Non maledices surdo, *et cetera*. Ideo autem magis de scribis loquitur: quia efficaciores ad nocendum erant. Et propter hoc quòd videantur viri fide digni in verbo, et imitandi exemplo. Vnde Glossa: Duplici ratione iubemur attendere a vanæ gloriæ cupidis: ne vel eorum simulatione decipiamur, vel eorum exemplo ad amorem temporalium inflammemur. Attendendum est ergo, ne quis eos imitetur in cultu vestium: qui intelligitur in nomine stolarum. Dicuntur enim stolæ, camisiæ albæ et longæ, quibus vtebantur scribæ. Vnde Glossa super hoc: Volunt ambulare in stolis, id est cultioribus vestimentis induti in publicum procedere, quod reprehenditur in diuite, qui induebatur purpura et byisso. Et ideo dicit Augustinus in regula: Non affectetis vestibus placere, sed moribus. Et: In vestitu ne glorieris vmquam. Et: Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus.

1. Tim. 5. d *Leuit. 19. c* *Gloss. in hūc locum to. 5.* *Gloss. interlin. in hūc locum to. 5.* *Luc. 16. e* *August. in Reg. 3. cap. 18. to. 1.* *Eccli. 1. a* *1. Tim. vlt. b*

Secundo quantum ad ambitionem honorum, quę erat scribarum vitium detestandum, subdit: *Et amant salutationes in foro*. quantum ad gloriam in verbo, quasi dicat, volunt salutari in loco publico, altiori voce, et inclinato capite, quod est contra illud: Neminem per viam salutaueritis. *Et primas cathedras in synagogis*. quantum ad gloriam in officio. Quod est contra illud: Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco. Reprehendit autem scribas, non quia salutari sit malum, vel super cathedram poni, vel primo loco in conuiuio collocari, sed quia talis appetitus, et gloriatio talis, merito debet reprehendi. Vnde Beda: Non salutari in foro, non primas sedes habere vetat eis, quibus debetur ex ordine officij, sed eos qui indebite amant. Animum enim non gradum redarguit. Arguitur ergo in scribis non excellentia dignitatis, sed ambitio honoris. Nam in his veritas locum non habet, secundum illud: Quo modo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, et gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis? Et de hac gloria Oseas: Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et talis debet contemni: Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, et ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terrę. Et: Gloria viri, stercus et vermis est: hodie extollitur, et cras non inuenietur. Ideo dicitur: Noli quærere ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris. *Et primos discubitus in conuiuijs*, quantum ad gloriam in signo.

Sup. 10. a *Sup. 14. b* *Beda Gloss. in hunc locum to. 5.* *Ioan. 5. g* *Osee 14. b* *Isa. 23. b* *1. Mach. 2. g* *Eccli. 17. a*

Tertio quantum ad appetitum diuitiarum, subdit: *Qui deuorāt domos viduarum*. Et hoc per cupiditatem: cuius voracitas numquam satiatur, ideo dicit: *Qui deuorant domos viduarum*, simul implicans voracitatem cupiditatis ad domum, et carnalitatis ad sexum. Et de his duobus dicitur: Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes: Affer, affer. Et statim subdit: Tria sunt insaturabilia, et quartū quod numquam dicit, sufficit: Infernus, et os vuluę, et terra quæ non satiatur aqua: Ignis vero, numquā dicit sufficit. Quia sicut dicitur: Auarus non implebitur pecunia, et qui amat diuitias, fructum nō capiet ex eis. Deuoratio ergo reprehensibilis est propter auaritiam: sed conuersatio cum viduis reprehensibilis est, propter suspicionem malam. Vnde Chrysostomus: Dum Iudaicos sacerdotes confundit, Christianos monet non permanere cum viduis amplius quàm cum ceteris: quamquam et si volūtas mala non est, suspicio tamen mala est. Et Hieronymus ad Nepotianum: Hospitiolum tuum, aut raro, aut numquam mulierum pedes terant. Omnes puellas et virgines Christi, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Vnde nec sub eodem tecto manseris, nec in præterita castitate confidas. Nec Dauid sanctior, nec Samsone fortior, nec Salomone sapiētior potes esse. Memento semper, quòd paradisi colonum mulier de possessione sua eiecerit. Non sunt ergo scribæ imitandi, nec quantum ad carnalitatem, nec quantum ad cupiditatem. Quia de imitatoribus horum scribitur: Hi velut irrationabilia pecora pellicientes animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij, derelinquentes rectam viam errauerunt, secuti viam Balaam ex Bosor qui mercedem iniquitatis amauit. Contra tales indignatur Dominus, secundum illud: Vos depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo vestra.

Prou. 30. b *Chrysost. in opere imp. Mat. c. 23. hō. 43. to. 2.* *Hieron. Ep. 2. ad Nepot. quæ est de vita Cler. to. 1.* *2. Pet. 2. a* *Isa. 3. c*

Quarto quantum ad simulationem virtutum, subdit: *Simulantes longam orationem*. Secundum Glossam, vt religiosiores appareant, prolixius orant, vt ab infirmis quilibet, et peccatorum suorum conscientia turbatis tamquam patroni, laudes et pecunias accipiant. Sed numquid prolixa oratio mala est? Certe non est, cum dicatur: Oportet semper orare. Et: Sine intermissione orate. Sed hoc dicitur propter simulationem. Quia cum simulatio et fraus in omnibus reprehensibilis sit, potissime reprehenditur in his actibus, qui maxime deberent fieri veritate. Et talis est actus orationis: Eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare. De illo ergo qui fraudulēter adorat et simulatorie, dicitur in Psalmo: Oratio eius fiat in peccatū. Quia maledictus qui facit opus Domini fraudulēter, et ideo subdit: *Hi accipient damna-*

Gloss. in hūc locum to. 5. *Sup. 18. a* *1. Thes. 6. d* *Ioan. 4. e* *Ps. 108. a* *Hier. 48. b*

Digitized by Google

Iob 36. b *Eccli. 1. d* *damnationem maiorem*, quia ſicut dicitur: Simulatores et callidi prouocant iram Dei. Ideo dicitur: Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, ne reuelet Deus abſconſa tua, et in medio ſynagogæ elidat te. Et ideo Scribis tamquam hypocritis imprecatur ſepties væ: Væ vobis Scribæ et Phariſæi hypocritæ, propter ſimulationem ſeptiformem: propter quam digni erant, cum ſuis ſequacibus in æternam præcipitari damnationem, ſecundum illud: Apprehenſa eſt beſtia, et cum ea pſeudopropheta qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, et viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis ſulphure. Et omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

Mat. 23. b *Apo. 19. d*

CAPVT XXI.

RESPICIENS *autem vidit*, et cetera. Poſtquam informauit diſcipulos ad cautelam malorum, hic ſecundo informat eos ad eligentiam meliorum: et hoc exẽplo pauperculæ viduæ, offerentis totum victum ſuum, quæ præfertur alijs qui dederunt partem. In hac ergo parte procedit hoc ordine. Introducitur enim hic munus multitudinis opulentæ, oblatio viduæ pauperculæ, laus oblationis a vidua factæ, et aſſignatio rationis et cauſæ. Primo ergo quantum ad munus multitudinis opulentæ, dicit:

Gazophylacium quot modis ſumatur.

Reſpiciens autem vidit eos qui mittebant munera ſua in gazophylacium diuites. Nota quòd gazophylacium dicitur a gazis, ideſt diuitijs, et phylaca, quod eſt, locus cuſtodiæ. Inde gazophylacium, locus vbi erat repoſitorium pecuniæ. Accipitur autem gazophylacium aliquando pro loco in quo reponebatur: ſicut in Nehemia: Leuitæ offerent decimam partem decimæ ſuæ in domo Dei noſtri, ad gazophylacium in domo theſauri. Aliquando pro domo leuitarum et ſacerdotũ: Eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonem, et introduxit me in gazophylacium quod erat contra ſeparatum ædificium. Et poſt: Hæc ſunt gazophylacia ſancta, in quibus veſtiuntur ſacerdotes. Aliquando accipitur pro porticu, in quo fiebant oblationes, ſicut in Ioanne: Hæc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio, docens in templo. Aliquando accipitur pro ipſa arca quæ ſeruabat oblationes, deſuper habens foramen, ſicut hic. Vnde Gloſſa: Gazophylacium eſt arca, habens foramen deſuper, in qua mittebant ſacerdotes pecunias quæ congregabantur ad neceſſarios vſus templi. Et hæc arca alio nomine dicebatur muſach, ſicut dicitur: Muſach quoque ſabbati conuertit in templum Domini propter regem Aſſyriorum. Et hoc alio nomine dicebatur corbona, ſicut in Matthæo: Non licet eos mittere in corbonan: quia pretium ſanguinis eſt. In hoc autem mittebantur oblationes duplici ex cauſa. Vel ad luminaria concinnanda, vel ad ſarta tecta templi reparanda, ſecundum illud: Omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuerat in templum Domini, accipient illam ſacerdotes. Sequitur: Et inſtaurent ſarta tecta domus. Et poſt: Tulit Ioada gazophylacium vnum, aperuitq. foramen deſuper, et poſuit illud iuxta altare, ad dexteram ingredientium domum Domini, mittebantq. in eo ſacerdotes qui cuſtodiebant oſtia, omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum Domini. Huiuſmodi autem oblationes triplici ex cauſa fiebant, ſcilicet ad reuerentiam cultus diuini, propter quod dicitur: Cum ciuitas habitaretur in omni pace, fiebat vt ipſi reges et principes locum ſummo honore ducerent, et templum maximis muneribus illuſtrarent: Et propter indulgentiam peccati: Ob hanc cauſam offerimus in donarijs Domini, vt depreceris pro nobis Dominum: Item pro gratiarum actione: Lætatusq. eſt populus, cum vota ſponte promitterent, *et cetera*.

Iohel. 3. a *Num. 31. b* *1. Par. vlt. a*

Gloſ. in hũc locum to. 5. *4. Reg. 16. d* *Mat. 27. a* *4. Reg. 12. a* *Ibid. b* *2. Mach. 3. a*

Secundo quantum ad oblationem viduæ pauperculæ, ſubdit: *Vidit autem et quamdam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. Vidit*, inquam, oculo benignitatis, quo ad pauperes reſpicit, ſecundum illud: Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, et contritum ſpiritu, et trementem ſermones meos? Talium audit Dominus preces: Reſpexit in orationem humilium, et non ſpreuit precem eorum. Et: Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt? ſubditur: A maxilla enim aſcendunt vſque ad cælũ. Talium ſuſcipit quantumcumque paruas oblationes, quia ſicut dicit Gloſſa: Non perpendit Deus quantum in ſacrificio offertur, ſed ex quanto affectu detur. Vnde dicitur: Qui dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam. Ideo dicit Gregorius: Exteriora noſtra quàmlibet parua Deo ſufficiunt, cor nãque et non ſubſtantiam penſat. Et poſt: Regnum cælorum tantum valet quantum habes. Valuit namque Zachæo dimidium bonorum: valuit Andreæ et Petro, dimiſſis retibus et naui: valuit viduæ, duobus minutis: valuit et alteri, calicem aquæ frigidæ. Regnum itaque cælorũ tantum valet, quantum habes. Et nota quòd in hoc quod dicit quòd miſit duo æra minuta, ſimul paupertatem inſinuat et liberalitatem: paupertatem, quia non habebat niſi duos obolos: liberalitatem, quia cum poſſet alterum offerre, obtulit vtrumque, vt impleret illud: Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri ſtude.

Iſa. 66. a *Pſ. 101. c* *Eccli. 35. c* *Gloſ. interlin. in hunc locũ. to. 5.* *Mat. 10. d* *Tob. 4. b*

Tertio quantum ad laudem oblationis a vidua factæ adiungit: *Et dixit, vere dico vobis, quia vidua hæc pauper pluſquam omnes miſit*, ideſt copioſius dedit. Copioſius namque donat qui ex maiori corde donat. Vnde Gregorius: Non eſt vacua manus a munere, cum arca cordis repleta fuerit bona voluntate. De numero enim illorum erat hæc vidua, de quibus dicitur: Secundum virtutem, teſtimonium illis reddo, et ſupra virtutẽ voluntarij fuerunt. Vnde Chryſoſtomus: Nullus dicat: Non poſſum eleemoſynas facere. Non es Vidua illa pauperior, non es Petro et Ioanne ruſticior. Talenta vniuſcuiuſque ſunt, ſiue præeminentia in doctrina, ſiue in pecunia, ſiue in quolibet negotio. Et poſt: Nihil eſt ita Deo amicum, ſicut ad communem vtilitatem viuere. Propter quod etiam Petrus ait: Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes. Vnde ſicut qui dimittit pauca in re, et nihil vult habere in voluntate, omnia dicitur dimittere, ſicut Petrus: Ecce nos reliquimus omnia. Sicut qui nulli ſubijcitur, omnia habet et abundat: quemadmodum Paulus: Tamquam nihil habentes, et omnia poſſidentes. Et: Habeo autem omnia, et abundo. Sic qui magno corde dat, dicitur abundanter dare, ſecundũ illud: In multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit, et altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.

2. Cor. 8. a *1. Pet. 4. b* *Mat. 19. d* *2. Cor. 6. b* *Phil. vlt. d* *2. Cor. 8. a*

Quarto quantum ad aſſignationem rationis et cauſæ, ſubiungit: *Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei*: Et impleuerunt præceptum illud: Verumtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam. Quo præcipitur dare ex abundanti: ſicut Ioannes dicebat: Qui habet duas tunicas det non habenti. *Hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum qui habuit miſit*. Et ſic impleuit conſilium Domini, quia nihil ſibi reſeruauit, ſed totũ dedit, vt mulier Euangelica eſſe inciperet, implens conſilium Domini: Si vis perfectus eſſe, vade, et vende omnia quæ habes, *et cetera*. Iam non erat ſolicita de craſtino, ſicut dicitur: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum, *et cetera*. Sufficit diei malitia ſua. Sed videtur hæc vidua ex hac ratione non eſſe laudanda, ſed potius vituperanda: quia medium non ſeruauit: quia periculo ſe expoſuit: quia ordinem charitatis prætermiſit, contra illud Apoſtoli. Non vt alijs ſit remiſſio, vobis autem

Sup. 11. f *Sup. 3. b* *Mat. 19. e* *Sup. 18. d* *Mat. 6. d* *2. Cor. 8. a*

Digitized by Google

tem tribulatio, ſed ex æqualitate. In præſenti tempore veſtra abundantia, illorum inopiam ſuppleat: Sed diuino ore laudatur: quia ſpem ponens in Chriſto, et diuinum implens conſilium: et quia Dei cultum præferens ſuæ priuatæ vtilitati. Licet ſecundum hominem non videatur fuiſſe diſcreta eleemoſyna eius, prudentiſſima tamen fuit, dum totum dando
2.Cor.8.b facta eſt imitatrix Chriſti, de quo Paulus: Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues: vt illius inopia, vos diuites eſſetis. Vbi ergo Chriſtus promittit ſtipendium, non eſt periculum. Vbi datur exemplum, non diſcernitur medium: quia ipſe eſt omnis perfectionis centrum. Vbi approbat affectum charitatis, ordo non perturbatur, immo impletur.
1.Cor.13.b Quia vt dicitur: Charitas non quærit quæ ſua ſunt. Ex his colligitur quòd non eſt vitium totum relinquere, ſed perfectum: quia radix merendi principaliter reſpicit cordis affectum. Et quia magis affectat Deus feruorem cordis quàm magnitudinem
Gen.4.a muneris. In cuius ſignum dicitur: Reſpexit Dominus ad Abel, et ad munera eius. Ad Cain autem, et ad munera illius non reſpexit. Et ideo contra eum qui eſt malæ voluntatis, de eleemoſyna cõfidentem,
Eccli.7.a dicitur: Non alliges duplicia peccata. Sequitur: Ne dicas: In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, et offerente me Deo altiſſimo, munera mea
Eccli.34.c ſuſcipiet. Quia dona iniquorum non probat Altiſſi-
Pſ.50.d mus. Sed quod dicitur in Pſalmo: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor cõtritum et humiliatum, vſque, ibi: Altare tuum vitulos.

Hæc ſecundum litteram dicta ſunt, ſecundum moralem autem intellectum, per hanc viduam pauperculam quam benigniſſime reſpicit Dominus Ieſus, intelligitur anima, quæ recedit ab amore temporalium: quæ ideo vidua dicitur: quoniam quando mundo adhæſit, habuit virum, nunc quaſi vidua, et paupercula eſt. Vidua quidem: quia ſequeſtrata
Pſ.131.c eſt a mundo, quantum ad affectum carnalitatis: Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius ſaturabo panibus. Et hæc vidua omnem ſuam dele-
1.Tim.5.a ctationem ponit in Chriſto, ſecundum illud: Quæ autem vere vidua eſt et deſolata, ſperet in Deum, et inſtet obſecrationibus et orationibus nocte ac die. Et hæc paupercula eſt: quia ſequeſtrata a mundo
Iſa.54.e quantum ad effectum terrenitatis. De qua Iſaias: Paupercula tempeſtate conuulſa, abſque vlla conſolatione. Huiuſmodi ergo eſt offerre Deo duo æra minuta, ideſt, mortificationem carnis inquantum
Rom.12.a eſt vidua. Secundum illud Apoſtoli: Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Et offerre paupertatem
1.Par.22.c ſpiritus, in quantum eſt paupercula. Ecce, ego in paupertate mea præparaui impenſas domus Domini. De hoc duplici minuto offerendo dicitur:
2.Cor.7.a Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

Secundum autem allegoricum intellectum, per
Gloſ.in hũc locum to.5. diuites intelliguntur Iudæi. Vnde Gloſſa: Diuites qui in gazophylacium munera mittunt ſunt Iudæi
Rom.10.a qui de iuſtitia Dei ſunt elati. Secundum illud Apoſtoli: Ignorantes iuſtitiam Dei, et ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Per viduam pauperculam, intelligitur Eccleſia de gentibus con-
Gloſ.in hũc locum to.5. gregata. Vnde Gloſſa: Vidua Eccleſia pro qua vir eius pertulit mortem: et in cæli penetrabilibus, quaſi ab oculis eius occultus, quaſi in parte alterius re-
Ephe.5.e gionis viuit. Et ideo dicit Apoſtolus: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, et ſeipſum tradidit pro ea: vt ipſam ſanctificaret,
Ibid.g mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Et poſt: Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto, et in Eccleſia. Iudæus ergo offert ex abundantia, propter præſumptionem. Vnde Gloſſa: Iudæus ex abundanti mittit qui de ſua
Gloſ.in hũc locum to.5. iuſtitia ita orat apud ſe. Gratias ago tibi, quia non ſum ſicut ceteri hominum. Secundum illud, vbi
Sup.18.b agitur de Phariſæo, qui deſignat populum Iudaicum. Sed hæc vidua offert totum victum ſuum. Quia vt dicit Gloſſa: Eccleſia omnem victum in mu-
Gloſ.in hũc locum to.5. nera Dei mittit. Quæ omne quod viuit non ſui meriti, ſed diuini muneris intelligit, dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori. Offert autem duo minuta, ideſt, fidem et charitatem. Vel geminam fidem, ſcilicet de deitate, et humanitate. Seu geminam charitatem, ſcilicet Dei, et proximi ſecundum illud: Omnes gemellis fœtibus, et ſterilis non eſt in-
Cant.4.a ter eas. Et hæc minuta ſunt propter humilitatem, ſed Deo maxime accepta ſunt. Vnde Gloſſa: Conſi-
Gloſ.in hũc locum to.5. deratione ſuæ fragilitatis minuta, ſed merito piæ intentionis magis ſunt accepta, quàm cuncta ſuperbientium Iudæorum opera: Quia Deus ſuperbis re-
Iac.4.b ſiſtit: humilibus autem dat gratiam. In hac ergo vidua commendatur ſancta Eccleſia. Commendatur nihilominus caſtitas, humilitas, et paupertas: quæ tria ſunt conſilia euangelica, et perducunt animam ad perfectionem perpetuam, quæ præcipue eſt a Chriſti diſcipulis eligenda.

Et quibuſdam dicentibus de templo. et cetera. Poſtquam informauit diſcipulos ad cautelam malorum, et ad eligentiam meliorum, hic tertio informat eos ad prouidentiam reſpectu futurorum. Diuiditur autem pars iſta in quattuor partes. In quarum prima prædicit, quæ ventura ſint generaliter. In ſecunda, quæ ventura ſint circa perſecutionem Eccleſiæ, ibi: *Videte ne ſeducamini*, et cetera. In tertia quæ ventura ſint circa deſtructionem Hieruſalem, ibi: *Cum autem videritis circumdari ab exercitu*, et cetera. In quarta, quæ ventura ſint circa iudicium finale, ibi: *Et erunt ſigna in Sole et in Luna*, et cetera. In explicando autem prædictionem futurorum in quadam generalitate, tria introducuntur, ſcilicet prædicendi occaſio, ex occaſione prædictio, et ex prædictione ſubſequens quæſtio. Primo ergo quantum ad occaſionem prædicendi futura, dicit:

Et quibuſdam dicentibus de templo quòd bonis lapidibus et donis ornatum eſſet, dixit. Ad huiuſmodi laudatores templi quantum ad permanentiam et opulentiã, prædicendo futura, reſpondit: Ne confiderent in his tranſitorijs. Quia ſicut dicitur: Non habemus
Heb.13.e hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Et: Non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed
2.Cor.4.d quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Diſcipuli autem nondum exiſtentes ſpirituales, magnificabant templum quantum ad ſollemnitatem ædificij.
Mar.13.a Vnde Marcus: Cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex diſcipulis ſuis: Magiſter aſpice quales lapides, et quales ſtructuræ. Magnificabant ipſum quantum ad ſublimitatem cultus Domini, quia ornatum erat donis, quaſi Deus ſemper in illo deberet coli, et in hoc tripliciter fallebantur. Et quia parua magnificabant tamquam ſi eſſent magna, cum tamen dicatur: Cælum ſedes mea, terra autem ſcabellum pe-
Iſa. vlt.a dum meorum: Quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi? et quis eſt iſte locus requietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, et facta ſunt vniuerſa iſta,
3.Reg.8.e dicit Dominus. Et ideo ſapientiſſimus Salomon dicebat: Si enim cælum, et cæli cælorum te capere non poſſunt, *et cetera*. Secundo, quia corporalia et figuralia magnificabant vt vera et ſpiritualia.
Act.17.f Contra quod dicitur: Deus qui fecit mundum, et omnia quæ in eo ſunt, hic cæli et terræ cum ſit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ſit Deus. Tertio fallebantur, quia momentanea, et caduca magnificabant, quaſi eſſent perpetua et æterna,

Digitized by Google

1.Cor.7.f æterna, cum tamen dicatur: Præterit enim figura huius mundi.

Secundo quantum ad prædictionem introductam ex occasione accepta, subditur: *Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur*. Hoc quidem generaliter dictū est, et verum est pro tempore finalis iudicij quando omnia destruentur, secundum illud: Cælum et terra transibunt, *et cetera*. Et: Primum cælum, et prima terra abijt, et mare iam nō est, vt in Psalmo: Ipsi peribunt, tu autem permanebis, *et cetera*. Est etiam verum pro destructione Hierusalem specialiter, quæ facta est a Tito et Vespasiano quadragesimo secundo anno post passionem Domini. Venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, *et cetera*. et ad terram prosternent te. Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Vnde Gregorius dicit quòd illa Hierusalem cum templo funditus est euersa, et postmodum est reædificata. Ratio autem quare Dominus distulit per quadraginta duos annos, fuit vt expectaret illos ad pœnitentiam, sicut dicitur: Patienter agit propter vos, nolens aliquos perire. Ratio autem quare amplius non distulit, fuit propter Iudæorum perfidiam obduratam, quæ veritatem contemnebat propter velamen et vmbram. Vnde Glossa: Curauit Deus ciuitatem, et templum, et omnia figuralia subuertere: ne quis post Aduentum Christi ad illa recurreret. Et pro illo tempore intelligitur illud: Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? Plenus sum, *et cetera*. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi: Neomeniam, et sabbatum, et festiuitates alias non feram. Ideo ad Galatas: State, et nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, *et cetera*.

Mat.24.c Apo.21.a Psal.101.d Sup.19.g Greg. homil.39. in Euāg.to.2. 2.Pet.vlt.a Glos.in hūc locum to.5. Isa.1.c.d Gal.5.a

Tertio quantum ad interrogationem subortam ex prædictione audita, subiungit: *Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, et quod signum, cum fieri incipient?* Interrogauerūt autem non omnes, sed quattuor principales, id est, Petrus, Iacobus, Ioannes, et Andreas: quia erant ei familiares. Vnde Glossa: Quia laudantibus ædificationes templi prædixerat omnia destruēda, discipuli (sicut Marcus ait) scilicet, Petrus, Iacobus, Ioannes, et Andreas separatim quærunt tempus et signa prædictæ destructionis. Et attendendum, quòd dupliciter potest quis inquirere de temporibus futuris. Vno modo inquirendo diei finalis horam determinatam, et hæc est quæstio curiosa: quia sicut dicitur: De die illa et hora nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi solus pater. Et ideo discipulis quærentibus: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Responsum est: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Et Ideo dicitur: De temporibus autem et momentis fratres non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Alio modo potest quis inquirere in quadam generalitate, et sine certi temporis signatione, et hæc quæstio studiosa est. Nam huius ignorantia est periculosa: propter quam dicitur de Iudæis: Turtur et hirundo, et ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autē meus, *et cetera*. Et: Hypocritæ, faciem cæli et terræ nostis probare, hoc autem tempus quo modo non probatis? Et ideo Dominus quærentes non reprehendit, sed eis satisfacit. Vnde Gregorius: Dominus ac Redemptor noster perituri mundi præcurrentia mala denunciat; vt eo minus perturbent venientia quo fuerint præscita. Minus enim iacula feriunt quæ præuidentur. Et nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per prouidentiæ clypeum munimur.

Mat.24.c Act.1.a 2.Thes.5.a Hier.8.c Sup.12.g Greg. homil.35. in Euāg.to.2.

Qui dixit: Videte ne seducamini, et cetera. Post prædictionem futurorum in quadam generalitate, hic specialius descendit ad describendam persecutionem Ecclesiæ. Hanc autem describit dupliciter. Primo communiter respectu omnium. Secundo specialiter respectu perfectorum, ibi: *Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas*, et cetera. In describendo autem persecutiones futuras in Ecclesia post passionem Christi introducuntur tria: ex quibus ostenditur persecutio Ecclesiæ esse conflanda, scilicet multiplicatio hæresis, aggrauatio bellorum, et superuentio pestilentiarum. Primo ergo quantum ad multitudinem hæresum, dicit:

Qui dixit: Videte ne seducamini, scilicet per varios errores. Propter quod ad Ephesios: Iam non simus paruuli, fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Vnde dicitur: Rogamus vos vt non cito moueamini a vestro sensu. Ne quis vos seducat vllo modo. Et bene opus erit cautela, præcipue propter seducētium improbitatem: et ideo subdit: *Multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum*, prædicando scilicet hæreses tamquam hæresiarchæ. *Multi*, quidem dicit, propter multitudinem, et varietatem hæresum: qui a principio Ecclesiæ incœperunt, et in fine Ecclesiæ per filium perditionis vigebunt. Vnde Glossa: Imminente Hierosolymorum excidio, multi fuerunt principes qui se Christos esse dicerent, et libertatis tempus appropinquare. Temporibus quoque Apostolorū Hæresiarchæ multi prodierunt. Vnde dicitur: Multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Inter hos fuit primus Simon magus: qui dicebat, et in suis voluminibus scriptum reliquit, vt dicit Hieronymus: Ego sum speciosus, ego sum paracletus, ego sum omnipotens, ego sum sermo Dei. Vnde in Actibus: Vir quidam erat nomine Simon, dicens se esse aliquem magnum, cui auscultabant omnes a minimo vsque ad maximum, dicentes: Hic, est virtus Dei, quæ vocatur magna. Refert etiam Iosephus Simonem Essæum fuisse in campis Israel qui prædicabat se esse Christum. Legitur etiam quòd cum essent filij Herodis Romæ, et ibi decertarent de regno, erant quattuor in Iudæa, quorum vnusquisque se Christum prædicabat. Manichæus etiam dixit, se esse Spiritum sanctum. Machometus etiam dixit se esse aliquem magnum. Et finaliter post omnes sequetur impius Antichristus, qui erit omnium malorum caput, de quo dicitur: Tunc reuelabitur ille iniquus: cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni virtute et signis, et prodigijs mendacibus, et in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent. Vnde Chrysostomus: Homo circa mortem phantasias videt: sic et mundus in exitu suo multos patitur errores. Sed quia post istos errores illucescet veritas, ideo subdit: *Et tempus appropinquauit*, scilicet cognoscendæ veritatis: de quo tēpore dicitur: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscōdita tenebrarum, *et cetera*. Et: Cum accepero tempus, ego justitias iudicabo. Et ideo addit: *Nolite ire post eos*, per approbationem falsitatis, secundum illud: Fili mi, ne ambules cum eis. Pedes enim illorum ad malum currunt, *et cetera*. Vadunt autem post Simonem omnes simoniaci, post Machometum omnes luxuriosi, post Antichristum omnes superbi et ambitiosi. Quia omnes tales sunt aduersarij Christi, et multi sunt huiusmodi, ideo dicitur: Filioli, nouissima hora est. Et sicut audistis, quia Antichristus venit, et nunc Antichristi multi facti sunt. Sed tales non sunt imitandi, propter quod in Psalmo: Noli æmulari in malignantibus. Et post: Quoniam tamquam fœnum velociter arescent.

Ephe.4.c Glos.in hūc locum to.5. 1.Ioan.4.a Act.6.b 2.Thes.2.b Chrysost.in opere imperf. Mat. c.24. homil.48. to.2. 1.Cor.4.a Psal.74.a Prou.1.b 1.Ioan.2.c Psal.36.a

Secundo quantum ad aggrauationem bellorum, subdit: *Cum autem audieritis prælia et seditiones, nolite terreri*. Sicut enim non est errantium dolositas subsequen-

Digitized by Google

Mat.10. c sequenda, maxime viris iustis. Vnde Matthæus: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quoniam vir iustus per prælia non perdit, quod amat: et ideo huiusmodi prælia non formidat. Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.

Prou. 28. a

Chrysost. in opere impf. Mat. c. 24. homil. 48. to. 2.

Vnde Chrysostomus: Sancti viri in auditione, siue corporalium, siue spiritualium præliorum imperterriti permanent: quia ea quæ sunt in mundo non possunt nocere eis, qui sunt extra mundum. Sicut qui est in tabernaculo, sonum quidem tempestatis audit,

Prou. 12. e

flatum autem non sentit. Ideo dicitur: Non contristabit iustum, quidquid ei acciderit. Non ergo hæc formidanda, quia sunt opportuna, ideo addit: *Oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis.* Chrysostomus: Non potest esse signum, quod semper fuit in vsu. Nam bella hæc corporalia semper fuerunt, et erunt. Quamdiu enim regnat concupiscentia, oportet quòd sint lites, et bella. Vnde bella, et lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris? Permittit autem Dominus hæc fieri ad subuersionem malorum, et exercitationem bonorum, vt sic appareat illud: Militia est vita hominis super terram. Et ideo ille bonus miles dicebat: Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: Foris, pugnæ: intus, timores. Nam dicitur: In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

Chrysost. in opere impf. Mat. c. 48. hō. 48. to. 2.

Iac. 4. a

Iob 7. a

2. Cor. 7. b

Ioan. 16. g

Tertio quantum ad superuentionem pestilentiarum, subiungit: *Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, et regnum aduersus regnum.* Gregorius: Ecce perturbatio hominum, *et terræmotus magni erunt per loca:* Ecce respectus iræ desuper, *et pestilentia.* Ecce inæqualitas corporum, *et fames.* Ecce sterilitas terræ, *terroresq.* Ecce inæqualitas aeris, *et signa de cælo magna erunt*, non solum quia multa, sed etiam quia insolita. Huiusmodi autem signa magna et multa præcesserũt euersionem Hierosolymorum, secundum quod narrat Iosephus, qui dicit stellam gladio similem per annum super Hierusalem pependisse, et currus: et equites armatos quadraginta diebus in aere debellasse: et vitulam inter manus immolantium peperisse agnam. Et hæc signa magna præcesserunt euersionem secundam Hierusalem, sicut præcesserant destructionem ipsius factam sub Antiocho. Contigit per vniuersam Hierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes: et congressiones fieri cominus, et scutorum motus, et telorum iactus, et aureorum armorum splendorem, omnisq. generis loricarum. Hæc multiformis et pestilentialis turbatio, licet secundum partes aliquãdo fuerit in Ecclesia, sicut Gregorius narrat, plene tamen erit in finali tribulatione, qua imminente, erit perturbatio hominum, et elementorum. Nam perturbatio hominum erit secundum illud: Concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios: et pugnabit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum. Et: Dimisi omnes homines vnumquemque cõtra proximum suum. Nec tantum erit perturbatio hominum, verumetiam elementorum. Vnde Gregorius: Prius corda hominum, et post elementa turbantur: vt cum rerum ordo confunditur, ex quo retributio veniat, demonstretur. Turbabuntur ergo elementa, secundum illud: Cataractæ de excelsis apertæ sunt, et concutientur fundamenta terræ. Confractione confringetur terra, *et cetera.* Et Gregorius: Omnia namque quæ ad vsum vitæ accepimus, vertimus in culpam. Tranquillitatem humanæ pacis in securitatem. Peregrinationem viæ, pro habitatione dileximus Patriæ. Salutem corporum redegimus in vsum vitiorũ. Hubertatis abundantiam, non ad necessitatem carnis, sed ad peruersitatem intorsimus voluptatis. Serenitatem aeris, eegimus nobis seruire ad amorem terrenæ delectationis. Iure ergo nos omnia feriunt, vt quot in mundo habuimus gaudia, tot postmodum sentiamus tormenta. Et hoc quidem recte: quia dicitur: Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur. Et iterum: Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos, et ideo Sapiens: Creatura tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos: et leuior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. Vnde et ipse Gregorius dicit: Quia ergo omnia consummanda sunt, ante consummationem omnia perturbãtur. Et quia in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur: vt impleatur quod dictum est, pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

Greg. homil. 35. in Euãg. to. 2.

Sap. 11. e

Sap. 5. d

Sap. 16. d

Sap. 5. d

Sed ante hæc omnia injicient vobis, et cetera. Postquam persecutionem Ecclesiæ descripsit communiter respectu omnium, hic specialiter describit in persona perfectorum. Describitur autem hic duplex persecutio contra Apostolos et apostolicos viros: primo publica, deinde priuata, ibi: *Trademini autem a parentibus*, et cetera. Circa publicam persecutionem virorum sanctorum, scilicet Apostolorum et suorum vitam imitantium explicandam, introducuntur tria, scilicet persecutionis pugna, persecutionis causa, et tribulatorum victoria aperta. Primo ergo quantum ad persecutionis pugnam, dicit:

Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas. Ante, scilicet tribulationem finalem in qua tribulabuntur omnes, præcedit persecutio impiorum exagitata cõtra viros perfectos. In qua quidem persecutione ex parte impiorum erit violentia, ideo dicit: *Injicient vobis manus.* Exurgens princeps sacerdotum, et omnes qui cum illo erant, quæ erat hæresis Sadducæorum, repleti sunt zelo, et iniecerunt manus in Apostolos, et posuerũt eos in custodia publica. Erit etiam iniuria violenta: et ideo addit: *Et persequentur tradentes in synagogas et custodias.* Commouerũt plebem, et seniores, et scribas: et concurrentes rapuerunt Stephanum, et adduxerunt in concilium. Erit etiam cum hoc simulata iustitia: propter quod subdit: *Trahentes ad reges et præsides propter nomen meum*, quasi iniquum sit, prædicare crucifixum. Cum adduxissent Apostolos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens: Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto: et ecce replestis Hierusalem doctrina vestra, et vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Et: Zelantes Iudæi, assumentesq. de vulgo viros quosdam malos, et turba facta, concitauerunt ciuitatem, et trahebant Iasonem, et quosdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes: Quoniam hi sunt qui orbem concitant, et huc venerunt. Et hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum. Hæc autem persecutio desæuit contra Apostolos, et suos etiam sequaces, ab aduersarijs nominis Christi. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, *et cetera.* persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris. Sequitur: Et ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes, qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Vnde Augustinus in sermone de Innocentibus: In scripturis sanctis bonos et iustos viros semper persecutionem malorum sustinuisse cognoscimus. Quia, vt dicit Gregorius: Abel esserenuit, quem Cain malitia non exercet.

Act. 5. e

Act. 6. e

Act. 5. e

Act. 17. b

2. Tim. 3. e

Aug. ser. 3. de Innocẽs. to. 10.

Gregor. in Ezech. homil. 9. to. 2.

Secundo quantum ad persecutionis causam subdit: *Continget autem vobis in testimonium*, dilectionis diuinæ. Quem diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tamquam filijs, vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, et non filij estis. Memores esse debent,

Heb. 12. b

Iudit. 8. e

Digitized by Google

debent, quo modo pater noſter Abraam tentatus, et per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. *Continget etiam in teſtimonium*, virtutis propriæ. Propter quod dicitur: Accede huc, vt tangã te fili mi, et probem vtrum tu ſis filius meus Eſau, an non. Vnde dicitur: Dixit Satan ad Dominum: Mitte manum tuam, et tange os eius et carnem, et tunc videbis quòd in faciem benedicat tibi: Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce in manu tua eſt, *et cetera*. Egreſſus igitur Satã a facie Domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo. Et: Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem. *Continget etiam in teſtimonium*, damnationis alienæ. Vnde Gloſſa: Mors iuſtorũ bonis eſt in adiutorium, malis in teſtimonium damnationis, vt inde peruerſi ſine excuſatione pereant, vnde electi exemplum capiunt, vt viuant. Vnde Sapiens: Condemnat autem iuſtus mortuus viuos impios, et iuuentus celerius conſummata longam vitam iniuſti. Et: Tempus eſt vt incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? *Continget etiam in teſtimonium*, veritatis prædicatæ, nam martyr teſtis dicitur, et martyrium eſt teſtimonium veritatis: Vidi ſubtus altare animas interfectorum, propter verbum Dei, et propter teſtimonium quod habebant. Et hæc martyrum ſanctorum teſtimonia, credibilem faciunt fidem Chriſtianam: Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, propter mortem prædicantium. Vnde dicitur: Præcepit nobis prædicare populo, et teſtificari, quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt a Deo iudex viuorum et mortuorum.

Tertio quo ad tribulatorum victoriam ſubiungit: *Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quemadmodum reſpondeatis*, per inueſtigationem propriã, quia non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt: *Ego enim dabo vobis os et ſapientiam*, per inſpirationem internam: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Hic autem ſpiritus Domini dat ſapientiam, et dat eloquentiam. Sapientiam in corde, ſecundum illud: Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Ideo Iob: Spiritus eſt in hominibus, et inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Et ratio huius redditur. Quia: Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Ita et quæ Dei ſunt, nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei: Et ideo Sapiens: Senſum tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, et miſeris Spiritum ſanctum tuum de Altiſſimis? Dat ſimiliter eloquentiam in ſermone per ſapientiam. Vnde dicitur: Sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit diſertas. Et: Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus eſt mutum et ſurdum, videntem et cæcum? Nonne ego? Perge igitur et ego ero in ore tuo, doceboq. te quid loquaris. Et ideo Iſaias: Ego qui loquor iuſtitiam, et propugnator ſum ad ſaluandum. Et quia ſapientiam non vincit malitia, ideo ſubdit: *Cui non poterunt contradicere, et reſiſtere omnes aduerſarij veſtri per cauillationem fraudulentam*: Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis. Huic forti bellatori nullus reſiſtere poteſt. Tu terribilis es, et quis reſiſtet tibi? Et: Quis reſtitit ei, et pacem habuit? Nullus ergo reſiſtit qui non vincatur a diſcipulis propter veritatis annunciationem. Quia dicitur: Et veritas manet, et inualeſcit in æternum, et viuit, et obtinet in ſæcula ſæculorum. Et de Antichriſto dicitur: Ipſi vicerunt eum propter ſanguinem agni, et propter verbum teſtimonij ſui, et non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem. Sed contrarium dici videtur in Apocalypſi: Dabo duobus teſtibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis. Et poſt: Cum finierint teſtimonium ſuum, beſtia quæ aſcendit de abyſſo faciet aduerſum eos bellum, et vincet illos. Sed hoc non eſt contrarium. Quia licet veritas ad tempus proſternatur, oportet tamen quòd reſurgat. Vnde et ibidem: Poſt dies tres et dimidium, ſpiritus vitæ a Deo intrauit in eos. Et ſteterunt ſuper pedes ſuos, et timor magnus cecidit ſuper eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cælo dicentem eis: Aſcendite huc, et aſcenderunt in cælum in nube, et viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus eſt terræmotus magnus, et decima pars ciuitatis cecidit:

Trademini autem a parentibus, et cetera. Poſtquam deſcripſit perfectorum perſecutionem publicam, hic deſcribit priuatam, circa quam introducuntur tria, ſcilicet domeſtica pugna, ſuperna tutela, et interna armatura. Primo ergo quantum ad domeſticam pugnam, dicit:

Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis. Et hoc quidem duriſſimum erit: Durum quidem eſt tradi ab amico et cognato, ſecundum illud: Si inimicus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Tu vero homo vnanimis, dux meus et notus meus. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, *et cetera*. Durius eſt tradi a fratre proprio: Omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuum ad mortem venatur. Malum manuum ſuarum dicunt bonum. Sed grauiſſimum eſt pati a genitore ſuo: Configent eum pater eius et mater eius genitores eius cum prophetauerit. Et hæc quidem tribulatio valde eſt dura. Vnde Gloſſa: Maius tormentum eſt, cum aliquis patitur de quibus præſumebat, quia cũ damna corporis mala cruciant amiſſæ charitatis. Et ideo Hieremias Vnuſquiſque ſe a proximo ſuo cuſtodiat, et in omni fratre ſuo non habeat fiduciam. Quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet. Et vir fratrem ſuum deridebit, et veritatem non loquentur. Et quia hoc odium erit peſſimum, ideo ſubdit: *Et morte afficient, ex vobis, et eritis odio omnibus propter nomen meum*. Væ, mihi mater mea, quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra? Et poſt: Omnes maledicunt mihi. Ratio autem odij huius eſt duplex. Prima eſt diſcordia voluntatum. Ideo Ioannes: Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret. Quia vero de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus. Nam ſicut dicitur: Amicitia huius mundi inimica eſt Dei *et cetera*. Alia ratio eſt perfidia animorum, ſecundum illud: Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me. In hoc mira notatur perfidia animorum quòd ex nulla alia cauſa perſequitur viros iuſtos, niſi quia in Chriſti nomen credunt, amant et prædicant. Et ideo dicit: *propter nomen meum*. Et hæc fuit cauſa propter quam fratres eius oderunt eum. Vnde Chryſoſtomus: O nefanda rabies iniquorum. Non licet Ioſeph, non licet, inquam, impunitum eſſe qui bonus eſt: non licet meliorem tutum eſſe cum malis. Et quaſi inuidi aliquid perdant, aut diſpendium alicuius rei incurrant: ſic bonorum vita detrimentum eſt peſſimorum. Zelant modeſtum ſuperbi, manſuetum inuidi, probum improbi, mitem tumidi inimica æmulatione laceſcunt. Bonum mali videre non poſſunt. Nolunt meliorem ſe viuere, ne degeneres ipſi poſſent improperia ſuſtinere. Cur innocentem zelas inimica fraternitas? Cur inuides bono? Cur ſimplicem pati non potes? Cur modeſtum perſequeris? Cur probum non diligis? Cur rea innocentis ſanguinis inueniris? Saltem diſtractus, aliquatenus viuat. Ne in te accuſator, innocens ſanguis, vt Cain aliquando exiſtat. Serua tibi;

Gen. 27. c *Iob 2. b* *Rom. 5. a* *Gloſ. in hũc locum to. 5.* *Sap. 4. c* *1. Pet. 4. d* *Apoc. 6. c* *Pſal. 92. a* *Act. 10. f* *1. Cor. 3. b* *Pſal. 93. a* *Mat. 10. c* *Ioan. 16. c* *Iob 32. b* *1. Cor. 2. c* *Sap. 9. d* *Exo. 4. c* *Iſa. 63. a* *Sap. 7. d* *Exo. 14. d* *Pſal. 75. a* *Iob 9. a* *3. Eſd. 4. d* *Apo. 12. a* *Apo. 11. a*

Ibid. b *Ibid. c* *Pſal. 54. b* *Mich. 7. a* *Zach. 13. b* *Gloſ. in hũc locum to. 5.* *Hier. 9. b* *Hier. 15. b* *Ioan. 15. c* *Iac. 4. a* *Ioan. 16. a* *Gen. 37. c* *Chryſo. ſer. de Ioſeph vẽdito poſt hom. ſuper Geneſim to. 1.* *Gen. 4. b*

Digitized by Google

tibi: ſerua inimica fraternitas viuum, quem ſentias
Gen.45. b aliquando placatum. Serua incolumem, quem neceſſitatis tempore inuenias prouiſorem. Hæc Chryſoſtomus.

Secundo quantum ad ſupernam tutelam, ſubdit: *Et capillus de capite veſtro non peribit*, quod tripliciter exponitur. Primo quidem, quia prouidentia diuina curam de omnibus agit: et nihil perire ſinit: Non-
Sup.12. a ne quinque paſſeres veneunt dipondio: et vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? Sed et capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt: Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. Secundo vero, quia diuina potentia nullam ſinet perire particu-
Auguſt. in Ench. ad Laur. c.88. to. 3. lam. Vnde Auguſtinus in Enchiridio: Non autem perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro: ſed in quemlibet cinerem puluerem ve ſoluatur, in quoſlibet halitus aurasq. diffugiat, in quamcumque aliorum corporum ſubſtantiam, vel in ipſa elementa vertatur, in quorumcumque animalium etiam hominum cibum cedat carnemq. mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primitus, vt homo fieret, creſceret, viueret, animauit. Tertio quia in omnibus non incurrunt læſionem, vel modicam: in cuius figura in
Dan. 3. g Daniele. Egreſſi ſunt Sidrach, Miſach, et Abdenago de medio ignis. Et ſatrapæ contemplabãtur viros illos, quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum, et capillus capitis eorum non eſſet aduſtus, et odor ignis non tranſiſſet per eos. Et ideo
1.Pet. 3. c dicitur: Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Et in hoc mira apparet Dei ſuper iuſtos protectio. Vnde Chryſoſtomus: Mira Chriſti
Chryſo. in c. 24. Mat. homil. 76. to. 2. virtus, et fortitudo Apoſtolorum. A gentibus habebantur odio vt Iudæi, a Cæſare eijciebantur vt ſeditioſi, a Iudæis lapidabantur vt legis inimici. Contra Apoſtolos omnes præliabantur, princeps, dux, idiota, et plebs. Et infinita millia Iudæorum tunc cœperunt Romani: et duodecim viros inermes non ſuperauerunt.

Tertio quantum ad internam armaturam, ſubiungit: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*, ideſt defendetis tamquam per armaturam perfectam:
Prou.15. d Qui acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. Hoc autem fit per patientiam. Nam illius rei dicitur quis poſſeſſor, cuius habet plenum dominium. Et
Prou.16. d patientia facit dominari ſibi ſecundum illud: Melior eſt patiens viro forti: et qui dominatur animo
Greg.homi. 35. in Euã. to. 2. ſuo, expugnatore vrbium. Et ideo Gregorius: Patientia radix eſt, et cuſtos virtutum, et in hac animam et corpus poſſidemus. Et hoc manifeſte apparet, ſi quis attendat quid ſit patientia. Nam ipſa rectificat rationalem, temperat iraſcibilem, modificat concupiſcibilem, et exteriorem conſummat operationem. Rationalem inquam illuminat et rectifi-
Prou.14. a cat. Vnde in Prouerbijs: Qui patiens eſt, multa gu-
Prou.19. b bernatur ſapientia. Et: Doctrina viri per patientiam dinoſcitur. Temperat iraſcibilem et concupiſcibilẽ.
Greg. in Exech. homi. to. 2. 7. Propter quod Gregorius: Patientia vera eſt, cum quis amat quem portat. Nam tolerare et odiſſe non
Iac. 1. a eſt virtus: ſed velamen furoris. Conſummat etiam operationem exteriorem, ſecundum illud: Patien-
Heb.10. g tia perfectum opus habet, vt ſitis perfecti et integri, *et cetera*. Et: Patientia vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem. Hæc autem patientia facit reportari præmium, dum conſeruat et multiplicat merita paſſionum. Vnde Hieronymus: Exercetur patientia, cum a proximo ſuſtinemus perſecutiones, damna, contumelias, ab aduerſario tentamenta, a Domino flagella. Sine ferro martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam in animo ſeruamus.

Cum autem videritis circumdari ab exercitu, et cetera. Poſtquam deſcripſit quæ ventura erant generaliter, et etiam perſecutiones Eccleſiæ ipſius, hic deſcribit quæ ventura ſunt circa deſtructionem Hieruſalem: per quam intelligitur tribulatio, quam Eccleſia paſſura eſt tempore Antichriſti. Habet autem pars iſta duas partes. In quarum prima prædicit bellum præcedens: in ſecunda vero excidium ſubſequens, ibi: *Væ autem prægnantibus et nutrientibus*, et cetera. Bellum autem præcedens deſcribit quantum ad tria. Primo, ſcilicet quantum ad periculum pugnæ. Secundo quantum ad remedium fugæ. Tertio quantum ad iudicium diuinæ vindictæ. Quantum ad periculum pugnæ, dicit:

Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hieruſalem, per obſeſſionem Romanorum, ſecundum illud:
Exec. 4. a Fili hominis ſume tibi laterem, et pones eum coram te: et deſcribes in eo ciuitatem Hieruſalem. Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, et ædificabis munitiones, et comportabis aggerem, et dabis contra eam caſtra, et pones arietes in gyro. *Tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius*, per euerſionem omnimodam: Ciuitatem et ſanctuarium diſſipabit po-
Dan. 9. g pulus cum duce venturo: et finis eius vaſtitas, et poſt finem belli ſtatuta deſolatio, *et cetera*. Spiritualiter autem per exercitum circumdantem Hieruſalem intelligitur inſurrectio peruerſorum contra Eccleſiaſticam pacem procurata per Antichriſtum et miniſtros eius, ſecundum illud: Et vidi de ore draconis,
Apo.16. c et de ore beſtiæ, et de ore pſeudoprophetæ exire ſpiritus tres immũdos in modum ranarum. Sunt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna, et procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. Et: Vidi beſtiam
Apo.19. d et reges terræ, et exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui ſedebat in equo, *et cetera*. Sed quia mali incomparabiliter plures erunt, ideo dicuntur circumdare. In cuius figuram dicitur:
1.Reg.23.d Saul, et viri eius in modum coronæ cingebant Da-
Iob 19. b uid, et viros eius, vt caperent eos. Vnde Iob: Simul venerunt latrones eius et fecerunt ſibi viam per me, et obſiderunt in gyro tabernaculum meum.

Secundo quantum ad remedium fugæ, ſubdit: *Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes*, ne inueniantur: *et qui in medio eius, deſcendant*, ne includantur, *et qui in regionibus, non intrent in ea*, ne ibi capiantur. Exercitus enim Romanorum, primo per Iudæam euertit multas ciuitates antequam venirent Hieruſalem. Et omnes pene Iudæi intrauerant ibi, ſicut dicit Ioſephus, propter ſollemnitatem, et propter ſecuritatem: ideo comprehenſi ſunt ibi iuſto
Hier.12.a iudicio Dei, ſecundum illud: Congrega eos quaſi gregem ad victoriam, et ſanctifica eos in die occiſionis. Sed Chriſtiani per fugam liberati ſunt. Vnde
Gloſ.in hũc locum to.5. Gloſſa: Eccleſiaſtica narrat hiſtoria cunctos, qui in Iudæa erant, Chriſtianos, imminente Hieroſolymorum excidio commonitos a Domino loco deceſſiſſe, et trãs Iordanem in ciuitate quadam, Pella, nomine, donec deſolatio Iudææ compleretur habitaſſe. Spiritualiter autem inſinuatur hic remedium quod erit infirmis in illa valida perſecutione Antichriſti, ſcilicet fugæ, et occultationis. Licet enim imperfectis
Zach. 2. b fugere, propter cauenda pericula. Vnde Zacharias: O, o, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus. Quibus Chriſtus condeſcendens abſcondebat ſe a
Ioan. 7. a Iudæis, ſecundum illud: Poſt hæc ambulabat Ieſus in Galilæam. Non enim volebat in Iudæa ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Licet etiam hoc viris perfectis: cum viderint quòd magis expedit ſaluti populi quòd fugiant. Vnde dixit Dominus diſcipulis: Cum autem perſequentur vos in
Mat.10.c ciuitate iſta: fugite in aliam. Et de Paulo dicitur
Act. 9. c quòd cum Iudæi cuſtodirent portas Damaſci die ac nocte, vt Paulum interficerent, accipientes eum diſcipuli nocte, per murum dimiſerunt eum, ſubmittentes in ſporta. Huius figura præceſſit in Dauid: Depoſuit eum Michol per feneſtram, porro
1.Reg.19.c ille

Digitized by Google

ille abijt, et aufugit, atque ſaluatus eſt.

Tertio quãtum ad iudicium diuinæ vindictæ, ſubdit: *Quia dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia, quæ ſcripta ſunt*. Decreuit autem Dominus deſtruere Hieruſalem, in vltionem ſanguinis Ieſu Chriſti, et
Mat. 23. d prophetarum eius. Vnde Matthæus: Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ, *et cetera*. Amen dico vobis: venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. Nam tantum ſcelus nullo
Thre. 2. f modo debuit remanere inultum. Ideo dicitur: Fecit Dominus, quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat a diebus antiquis. Deſtruxit, et non pepercit, et lætificauit ſuper te inimicum, et exaltauit cornu hoſtium tuorum. Spiritualiter autem intelligitur per hæc, vltio Dominicæ indignationis propter peccata perſonarum eccleſiaſticarum, tam ſæcularium quàm religioſarum, ſecun-
Mich. 3. d dum illud: Principes eius in muneribus iudicabant, et ſacerdotes eius in mercede docebant, et prophetæ eius in pecunia diuinabant. Subdit: Propter hoc, cauſa veſtri, Sion quaſi ager arabitur, *et cetera*. Et ſpecialiter propter peccata prælatorum. Quo modo facta eſt meretrix ciuitas fidelis,
Iſa. 1. f plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Et poſt: Principes tui infideles, ſocij furum. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Sequitur: Propter hoc ait Dominus Deus exercituum. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis.
Iſa. 34. b Ideo dicitur: Dies vltionis Domini, annus retribu-
2. Theſſ. 2. c tionum iudicij Sion. Et: Mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Et tunc in vltima tribulatione conſum-
Apo. 10. c mabuntur omnia, ſecundum illud: In diebus vocis ſeptimi angeli, cum cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei, ſicut euangelizauit per ſer-
Apo. 15. d uos ſuos prophetas. Et: Impletum eſt templum Dei fumo a maieſtate Dei, et virtute eius: et nemo poterat introire in templum donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem angelorum.

Væ autem prægnantibus, et nutrientibus, et cetera. Poſtquam deſcripſit bellum præcedens, deſcribit hic ſecundo excidium ſubſequens, circa quod deſcribendum tria inſinuantur, ſcilicet oppreſſio ciuitatis occupandæ, deſtructio ciuitatis oppreſſæ, et deſolatio ciuitatis deſtructæ. Primo ergo quantum ad oppreſſionem ciuitatis occupandæ, dicit:

Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus.
Gloſ. in hũc locum to. 5. Gloſſa: Quarum vteri vel manus ſarcina filiorum prægrauatæ fugæ neceſſitatem impedient. Quia huiuſmodi non poterit prodeſſe fuga, ſecundum illud:
1. Theſſ. 5. a Repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, et non effugient. Ratio autem huius eſt, vehemens oppreſſio ciuitatis, ideo addit: *Erit enim preſſura magna ſuper terram, et ira populo huic*, ſe-
Iſa. 29. a cundum illud: Væ Ariel: Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid. Et circumuallo Ariel, et erit triſtis et mœrens. Et circumdabo quaſi ſphæram in circuitu tuo, et iaciam contra te aggerem, et munimenta ponam in obſidionem tuam. Secundum myſticum au-
Myſticus ſenſus. tem intellectum per prægnantes intelliguntur animæ peccatrices, quæ concipiunt per peccati concupiſcentiam, et pariunt per operationem peruerſam. Vnde Auguſtinus de verbis Domini: Quando concupiſcit quis rem alienam, anima ſua quaſi concepiſſe videtur. Quam rem ſi per aliquam nequitiam potuerit obtinere, quaſi natum filium oſculari et nutrire co-
Iac. 1. b gnoſcitur. Vnde dicitur: Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem. Et talibus erit
Sap. 4. b væ in illa tribulatione. Vnde Sapiens: Ex iniquis omnes filij qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua. Poſſunt autem per prægnantes intelligi animæ, quę bonum habent propoſitum, ſed non perueniunt vſque ad partum effectus. Vnde Iſaias: Venerunt filij vſque ad partum,
Iſa. 37. a et virtus non eſt pariendi. Et iſtis erit væ in illa tribulatione. Qui ſicut flos vineæ in frigore læditur, ſic Simile. propoſitum bonum in perſecutione annihilatur. Vnde Iob: Læditur quaſi vinea in primo flore botrus
Iob 15. d eius. Et hoc per mala exempla. Propter quod Amos:
Amos 1. d Super tribus ſceleribus Amon, et ſuper quattuor non conuertam eum, eo quòd diſſecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum ſuum. Iſtis erit væ propter negligentiam, ſicut alijs erit væ propter concupiſcẽtiam. Et ſic implebitur illud: Erit eis verbum
Iſa. 28. e Domini. Manda, remanda, expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi: vt vadant, et cadant retrorſum, et conterantur, et illaqueentur, et capiantur.

Secundo quantum ad deſtructionem ciuitatis oppreſſæ, ſubditur: *Et cadent in ore gladij, et captiui ducentur in omnes gentes*. Ad litteram hoc impletum eſt in Iudæis, de quibus miram narrat Ioſephus ſtragem, et mirabilem videmus viuẽtium diſperſionem. Et ſic verificatum eſt in eis illud: Foris vaſtabit eos
Deut. 32. d gladius, et intus pauor, iuuenem ſimul ac virginem, lactantem cum homine ſene. Et illud: Foris interfi-
Thre. 1. g cit gladius, et domi mors ſimilis eſt. Et ſimiliter illud: Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus, firmauit
Thre. 2. a dexteram ſuam quaſi hoſtis: et occidit omne quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion. Secundum myſticum intellectum per iſtam occiſionem in- Myſticus ſenſus. telligitur cædes illa permaxima, quæ erit in tribulatione finali, de qua Iſaias: Dies interfectionis et con-
Iſa. 22. b culcationis, et fletuum Domino Deo exercituum in valle viſionis. In hoc Daniel: Et docti in populo do-
Dan. 11. f cebunt plurimos: et ruent in gladio et in flamma, et in captiuitate, et in rapina dierum. Sequitur: Et de eruditis ruent, vt conflentur: et eligantur et dealbentur, *et cetera*. Vnde dicitur: Tranſite per ciuitatem
Ezec. 9. b ſequentes eum, et percutite: non parcat oculus veſter, neque miſereamini ſenem, adoleſcentulum et virginem, paruulum et mulieres interficite vſque ad
Thre. 1. d internitionem. Et a ſanctuario meo incipite, *et cetera*. Et Iob: Fugite ergo a facie gladij, *et cetera*.
Iob 19. d

Tertio quantum ad deſolationem ciuitatis deſtructæ, ſubiungitur: *Et Hieruſalem calcabitur a gentibus*. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia
Thre. 1. d eius, quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarẽt in Eccleſiam tuam. Et: Præcipitauit Dominus nec pepercit. Præcipita-
Thre. 2. a. b uit omnia mœnia eius, diſſipauit munitiones eius, et repleuit in filia Iuda humiliatum et humiliatam. Et:
Pſal. 78. a Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuam, *et cetera*. Et quoniam ira Domini non eſt ſine miſericordia, ideo addit: *donec impleãtur tempora nationum*. Gloſſa, Id eſt, *Gloſ. in hũc locum to. 5.* donec plenitudo gentium intraret: et ſic omnis Iſrael
Rom. 11. d ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion, qui
Iſa. 59. d eripiat et auertat impietatem a Iacob. Et ideo dici-
Thre. 3. d tur: Quia non repellit in ſempiternum Dominus. Quia ſi abiecit, et miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum. Secundum myſti- Myſticus ſenſus. cum intellectum per tempora nationum intelligitur tempus illud quo filius perditionis Eccleſiam cõculcabit: Atrium quod eſt foris templum, eijce foras, et ne metiaris illud, quoniam datum eſt gentibus, et ciuitatem ſanctã calcabunt menſibus quadraginta duobus, abbreuiabitur autem hoc tempus propter meritũ electorum. Vnde Matthæus: Erit tũc tri-
Apo. 11. a
Mat. 24. b bulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet. Et niſi abbreuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur. Vnde et Daniel: Septuaginta hebdo-
Dan. 9. f mades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, et ſuper Vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur iuſtitia ſempiterna.

Et erunt

Digitized by Google

Et erunt signa in Sole, et cetera. Postquam prædixit, quæ ventura erant generaliter circa persecutionem, et circa destructionem Hierusalem, hic quarto prædicit, quæ ventura sunt circa iudicium finale. In hac autem eruditione, primo discipulos erudit ad prouidentiam. Secundo erigit ad confidentiam, ibi: *Hiis autem fieri incipientibus*, et cetera. Tertio vero excitat ad vigilantiam, ibi: *Attendite autem vobis*, et cetera. Circa iudicium finale vniuersalem describit commotionem ex parte naturæ cælestis, elementaris, rationalis, intellectualis: et ipsius iudicis apparentis. Primo ergo quantũ ad naturã cælestem, dicit:

Et erunt signa in Sole, et Luna, et Stellis. Solem et Lunam specialiter nominat, tamquam duo præcipua luminaria, et secundum apparentiam, et secundum
Gen. 1. b efficaciam: Fecit Deus duo luminaria magna. Luminare maius, vt præesset diei: et luminare minus, vt præesset nocti, *et cetera*. In his ergo luminaribus
Ioel 2. g apparebunt signa obscurationis, secundum illud: Sol conuertetur in tenebras, et Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, et horribilis. Horribilis autem erit propter illorum luminum ob-
Psal. 103. e scurationem, secundum illud: Fecit Lunam in tempore, Sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras,
Sap. 17. b *et cetera*. Et de hac Sapiens: Nec siderum lympidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. Vnde hæc luminaria, quæ in principio temporis posita sunt in firmamento in signa per sui lucem
Gen. 1. b secundum illud: Fiant luminaria in firmamento cæli, et sint in signa, et tempora, *et cetera*. In fine temporum in signa sunt finis per lucis occultationem.
Apo. 6. c Vnde dicitur: Sol factus est niger tamquam saccus cilicinus, et Luna tota facta est sicut sanguis, et stel-
Mat. 24. c læ de cælo ceciderunt super terram. Et: Statim post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, et Luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cælo. Hic autem beatus Lucas non exprimit, quòd stellæ cadant, sed quòd in eis erunt signa. Quia reuera corpora cælestium stellarum non mutabunt situm, secundum substantiam, sed secundum apparentiam virtute stellarum, imminente iudicio, impressiones plurimæ generabuntur, quæ ita multiplicabuntur, vt cadere videantur stellæ cælorum. Et attendendum est, quòd sicut luminaria sunt signa naturalium, secundum operationes naturales, sic sunt in signa eorum, quæ supra naturam eueniunt per aliqua in eis signa super naturam facta. Nam in designationem mirabilis virtutis Christi Sol stetit, secundum illud
Iosue 10. e Iosue: Sol contra Gabaon ne mouearis, et Luna contra vallem Aialon. Et post: Stetit itaque Sol in medio cæli, et non festinauit occumbere spatio vnius diei. In designationẽ autem nobilis designationis Sol
Isa. 38. b decem gradibus retrocessit. Reuersus est Sol decem lineis per gradus quos descenderat: quia homo post nouem ordines Angelorum, decimum tenet locum. In designationem vero admirabilis passionis, tam in capite, quàm in membris, Sol obscuratus est in pas-
Inf. 23. f sione capitis. Tenebræ factæ sunt in vniuersam terram. Et obscuratus est Sol. Similiter in passione corporis: Percussa est tertia pars Solis, et tertia pars Lu-
Apo. 8. d næ, et tertia pars stellarum. Quod refertur ad cor-
Apo. 12. a pus, quia dicitur: Draco traxit tertiam partem stellarum.

Secundo quantum ad naturam elementarem, subdit: *Et in terris pressura gentium, præconfusione sonitus maris, et fluctuum*. Beda: Appropinquante extremo
Beda. Glossa in hunc locum to. 5. iudicio sonitus maris, et fluctuum confunditur: quia appropinquante termino suo elementa quasi pauen-
Sap. 5. d tia nutant, et tremunt. Et Sapiens: Accipiet armaturam zelus illius, et armabit ad vltionem inimicorum. Et post: Ibunt directe emissiones fulgurum, et tamquam e bene curuato arcu nubiũ exterminabuntur, et ad certum locũ insilient. Et a petrosa ira plenæ mittentur grandines, et excandescet in illos aqua maris. Vnde tunc verificabitur illud: In spiritu furoris
Exo. 15. a tui congregatæ sunt aquæ. Ipse enim Dominus, qui
Isa. 51. e conturbat mare. Et: Ego sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, et intumescunt fluctus. Et hoc quidem iusto iudicio suo. Quia sicut dicitur: Impij
Isa. 57. d quasi mare feruens, quod quiescere non potest, et redundant fluctus eius in conculcationem. Et tunc erit confusio omnium elementorum iuxta quod in Ægypto factum est, secundum illud: Grando et ignis mi-
Exo. 9. b sta pariter ferebantur. Et in hac confusione erit sonitus terribilis. Tunc enim verificabitur illud: Vox
Psal. 28. a Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas. Hic enim sonitus designat sonitum terribilis vocis ipsius iudicis. Vnde dicitur:
Apo. 1. d Oculi eius tamquam flamma ignis, et pedes eius similes auricalcho velut in camino ardenti, et vox illius, tamquam vox aquarum multarum. Et: Audie-
Exe. 1. f bam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, et quasi sonum sublimis Dei cum ambularent. Quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorum.

Tertio quantum ad naturam rationalem, subdit: *Arescentibus hominibus pra timore, et expectatione quæ superuenient vniuerso orbi*. Tunc enim implebitur illud:
Mat. 25. a Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, *et cetera*. Vnde Glossa: Hoc de ipso aduentu intelligitur cum omnes virgines prudentes et fatuæ in solito clamore suscitatæ, lampades ornant, id est, sua secum opera numerant, pro quibus maximo cum timore iam iamq. instantem æterni discriminis expectant aduentum. Dicuntur autem homines crescere, qui vixerunt secundum carnem. Nam Isaias: Omnis caro fœnum. Et post: Exiccatum est fœnum, *et*
Isa. 40. a *cetera*. Vnde et Iacobus: Exortus est Sol cum ardo-
Iac. 1. b re, et arefecit fœnum. Sol iustitiæ veniens ad iudicium. Vnde Beda: In expectatione districti exami-
Beda Glossa in hunc locum to. 5. nis multi qui in hoc mundo florere videbantur, exarescent, secundum illud: Irruat super eos formi-
Exo. 15. b do et pauor: in magnitudine brachij tui, *et cetera*. Tunc in illis in quibus securitas fuit et gaudium, non erit nisi timor et luctus. Quia dicitur: Cum dixerint:
1. Thes. 5. a pax et securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Vnde Chrysostomus: Nec erit resistendi virtus, nec latendi locus, nec satisfactionis facultas: ex angustia omnium rerum nihil remanet nisi luctus. Vnde Matthæus: Parebit signum filij hominis in cæ-
Mat. 24. b lo, et tunc plangent omnes tribus terræ.

Quarto quantum ad naturam intellectualem, subdit: *Nam virtutes calorum mouebuntur*. Virtutes autem cælorum sunt Angeli beati, qui ex conturbatione
Iob 26. b omnium dicuntur commoueri, secundum illud: Columnæ cæli contremiscunt, et pauent ad nutum eius. Dicuntur autem pauere, et contremiscere non timore pœnæ, sed timore reuerentiæ, et horrore diuinæ
Iob 41. b vindictæ, secundum illud: Cum sublatus fuerit, timebunt Angeli, et territi purgabuntur. Vnde sicut
Simile. quis super montis supercilio existens, quodam modo terretur ex combustione villæ alicuius vel hiatus terræ: sic quodam modo cælestes illæ virtutes pauebunt in illa terribili vltione. Vnde Hieronymus: Quid faciet virgula deserti, vbi timore concutitur cedrus li-
Isa. 6. b bani paradisi? Vnde Isaias: Commota sunt superliminatia cardinum a voce clamantis, et domus repleta est fumo. Vnde Chrysostomus: Si rex processurus
Chrysost. in opere imp. s. Mat. c. 24. homil. 49. to. 2. ad bellum contra aliquem, expeditionem mandat, in populo dignitates omnes mouentur, exercitus excitatur, tota ciuitas feruet, quanto magis rege cælesti exurgente iudicare viuos et mortuos angelicæ virtutes commouentur? terribiles ministri terribilem Dominum præcedent? ante ipsum pro candelabris fulgura viua præcedent? pro tubis horrenda tunitrua? vere magna vox, cui omnia obediunt elementa, quæ peccatum scindit, inferos aperit, vincula mortis disrumpit.

Quinto quantum ad iudicem apparentem, dicit:

Et tunc

Digitized by Google

tunc videbunt filiũ hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate. Ecce, venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt, *Apoc. 1. b* *Dan. 7. d* Et de hoc aduentu. Daniel ait: Aspiciebam ego in uisione noctis, et ecce, cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, et vsque ad antiquum dierum peruenit: et in conspectu eius obtulerunt eum, et dedit ei potestatem, et honorem et regnum. Sequitur: Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, et regnum eius quod non corrumpetur. Et hic aduentus erit terribilissimus, adeo, vt impleatur illud: *Isa. 2. d* Incuruabitur sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum. Et eleuabitur Dominus solus in die illa. Et idola penitus conterentur. Et post: Et ingredietur scissuras petrarum et in cauernas saxorum, a facie formidinis Domini, et a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Et *Psal. 49. a* ideo Psalmus: Deus manifeste veniet: Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: et in circuitu eius tempestas valida. Licet autem multa et mira contingant in iudicio, et quasi inenarrabilia: Hieronymus tamen quædam narrat, quæ dicit se reperisse in annalibus Iudæorum, quæ a diuersis diuersimode ordinantur. Dicit enim quòd primo die eriget se mare super altitudinem montium, vt *Psal. 92. b* verificetur illud: Mirabiles elationes maris: Secundo die in tantum descendet, vt vix videri possit, se- *Nahũ. 1. a* cundum illud: Dominus in tempestate et turbine viæ eius, et nebulæ puluis pedum eius. Increpans mare, et exiccans illud et omnia flumina ad desertum deducens. *Ps. 106. c* Et de his duobus in Psalmo: Dixit, et stetit spiritus procellæ, et exaltati sunt fluctus eius, *et cetera*. Tertio die marinæ belluæ ascendentes super mare dabunt rugitus vsque ad cælum, quasi futurum narrantes iudicium: *Iob 12. b* Loquere terræ, et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris, *et cetera*. *Isa. 64. a* Quarto die ardebit aqua, secundum illud: Vtinam distrumperes cælos, et descenderes, a facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis. Quinto die, herbæ et arbores dabunt rorem *Apo. 14. d* sanguineum: Et calcatus est lacus extra ciuitatem, et exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum. Sexto die ruent ædificia: Et facta est ciuitas magna in *Apo. 16. d* tres partes, et ciuitates gentium ceciderunt: Et non *Mat. 24. a* relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur, *et cetera*. Septimo, petræ collidentur adinuicem, sicut factum fuit in Dominica passione: Petræ *Mat. 27. f* scissæ sunt, *et cetera*. Octauo die, generalis terræmo- *Apo. 16. d* tus: Et terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram: Nono, adæquabitur terra. Et tunc implebitur illud: *Isa. 40. a* Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis hu- *Apoc. 6. d* miliabitur. Et: Omnis mons, et insulæ de suis locis motæ sunt. Decimo, exibunt homines de cauernis suis, et ibunt velut amentes, et non poterunt sibi mutuo loqui: et hoc præ stupore illorum mirabilium quæ videbunt, et expectabunt, et hoc notat hic cum dicitur: *Arescentibus hominibus pra timore*. Vndecimo aperientur sepulchra, et stabunt ossa super ea, et tunc *Ezec. 37. d* implebitur illud: Ecce, ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulchris vestris populeus: *Mat. 24. c* Duodecimo: Stellæ cadent de cælo. Stellæ cadent de cælo, et virtutes cælorum commouebuntur. Tertiodecimo: Morientur homines, et cum mortuis resurgent. Quoniam sicut dicit Apostolus: *1. Cor. 15. g* Secundum aliam translationem, omnes quidem mo riemur, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi. *et cetera*. Quartodecimo, ardebit *2. Pet. 3. c* cælum et terra, idest, superficies terræ et aeris: Aduenient dies Domini vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Quintodecimo die fiet cælum nouum et terra noua, et

A resurgent homines, et fiet iudicium. De hoc Ioannes in Apocalypsi: Vidi cælum nouum, et terram nouam. Sequitur: Et mors vltra non erit. *Apo. 21. a*

His autem fieri incipientibus, et cetera. Postquam discipulos erudiuit ad prouidentiam, hic secundo erigit ad confidentiam, et hoc quidem facit tripliciter, scilicet exhortatione consolatiua, similitudine manuductiua, et assertione certificatiua. Primo ergo quantum ad exhortationem consolatoriam, dicit:

His autem fieri incipientibus, suspicite, et leuate capita vestra, ex hilaritate cordis, quia dum finitur mundus, cuius amici non estis, prope est redemptio ve-
B stra quam quæsistis. Respicite ergo per veram fidẽ, secundum illud: Respice: Fides tua te saluum fecit. *Sup. 18. g* Respicite, *inquam*, futura quæ non videntur, secundum illud: Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, *2. Cor. 4. d* *et cetera*. Et hoc quidem fit per fidem, de qua dicitur: Est autem fides, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Leuatur autem per spem, et rationem huius subdit: *Quoniam* *Heb. 11. a* *appropinquat redemptio vestra*. Ad quam spes vestra suspirat. Vnde ad Romanos: Creatura ingemiscit, *Rom. 8. d* et parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed
C et nos ipsi primitias spiritus habentes, et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Hæc autem spes facit tribulationes patienter ferri: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Et ratio huius est: Quia non sunt condignæ pas- *Rom. 12. e* *Rom. 8. d* siones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Debent etiam viri spirituales leuare capita, per firmam expectationem. Debent leuare oculos per claram considerationem, secundum illud: Ad te leuaui oculos meos, *et cetera*. *Ps. 122. a*
D Et: Leua oculos tuos. Subditur: Omnem terram *Gen. 13. d* quam conspicis, tibi dabo, *et cetera*. Debent leuare vocem per scripturæ prædicationem: Vox specu- *Isa. 52. e* latorum tuorum leuauerunt vocem, simul laudabunt. Debent leuare manus ad perfectam operationem: Sic benedicam te in vita mea, et in nomine *Psal. 62. a* tuo leuabo manus meas. Et hoc est quod maxime nos sursum erigit, propter quod dicitur: Volo viros *1. Tim. 2. e* orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira et disceptatione.

Secundo quantum ad similitudinem manuductiuam, subditur. *Et dixit illis similitudinem: Videte fi-*
E *culneam et omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas*. Comparat autem arbores humano generi, et maxime ficulneam. Arboribus enim huiusmodi homo assimilatur, et quantum ad ortum, et quantum ad occasum, et quantum ad fructum. Quantum ad ortum, propter quod in Psalmo: Erit tamquam lignum quod plantatum *Psal. 1. a* est secus decursus aquarum, *et cetera*. Quantum ad occasum, propter quod Iob: Lignum habet spem, *Iob 14. b* si præcisum fuerit, rursum virescit, et rami eius pullulant. Sic et homo cum moritur, spem habet resurgendi. Quantum ad fructum, quia sicut arbor
F infructuosa inciditur, sic et homo. Vnde Matthæus: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exci- *Mat. 3. c* detur, *et cetera*. Vnde supra dicitur de ficu infructuosa. Succide illam, *et cetera*. Sicut enim arbor *Sup. 13. b* secus viam non fructificat, sic nec homo qui occupatur circa multa: Videns fici arborem vnam secus *Mat. 21. b* viam, venit ad eam et nihil inuenit in ea nisi folia tantum, et ait illi: Numquam ex te fructus nascatur. Vnde Chrysostomus: Sicut impossibile est arborem *Chrysost. in opere imp. Mat. ca. 21. homil. 93. to. 2.* secus viam, fructus ad maturitatem seruare, sic difficile est hominem iuxta mundum viuentem iuuentutem immaculatam vsque ad finem tenere. Sicut etiam arbores fructificabant absente hieme, sic homo fructum habet post tribulationem: Iam hiems *Cant. 2. c*

Digitized by Google

transijt, imber abijt, et recessit: ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum. Hic fructus est per tolerantiam tribulationis, secundum
Heb. 12. c illud: Omnis disciplna in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Et hic fructus colligitur in æstate claritatis æternæ: propter quod subdit: *Ita et vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.*
Glos. in hũc locum to. 5. Glossa: Regnum Dei æstati comparat, quia tunc mœroris nostri nubila transibunt, et æterni dies vitæ sub claritate solis fulgebunt. In hac æstate ces-
Isa. 25. c sabit pluuia lacrymarum: Aufert Dominus Deus
Ps. 125. b lacrymam ab omni facie. Et: Euntes, ibant et flebant, *et cetera*. Cessabit nubilum tribulationum:
Tob. 3. d Post tempestatem tranquillum facis, et post lacrymationem et fletum, *et cetera*. Cessabit etiam frigus cupiditatum. Vnde Bernardus: O vera meridies, plenitudo feruoris et lucis, solis statio, ✓mbrarum exterminatio, deficcatio paludum, fœtorum depulsio. O perenne solstitium, quando iam non inclinabitur dies, o lumen meridianum, o vernalis temperies, o æstiua venustas, o autumnalis hubertas. Et ne quid videar præterijsse: O quies et feriatio hiemalis. Aut certe, si hoc magis probas, sola tunc hiems abijt et recessit.

Tertio quantum ad assertionem certificatiuam, subiungit: *Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.* Glossa: Quæ dico vobis,
Glos. inter. lin. in hunc locum to. 5. sub certitudine expectate. Hanc autem generationem vocat generationem mortalem, secundum
Eccls. 1. a illud: Generatio præterit, et generatio aduenit. Hæc præterit quando transit ad immortalitatem per
Glos. inter. lin. in hunc locum to. 5. resurrectionem. Glossa: De mortalitate ad immortalitatem. Et hæc resurrectio non erit ante prædictorum consummationem, quia Iob ait: Homo
Iob 14. c cum dormierit, non resurget, donec atteratur cælum, et ideo subdit. *Cælum et terra transibunt*, quantum ad exteriorem figuram: Initio tu Domine terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli.
Ps. 101. d Ipsi peribunt, tu autem permanes. Et: Præterit
1. Cor. 7. f figura huius mundi. Vnde Isaias: Cæli sicut fumus
Isa. 51. b liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur. Et:
Isa. 65. c Ecce ego creo cælos nouos, et terram nouam. Et ideo transeunt hæc omnia sicut temporalia: sed econtrario: *Verba autem mea non transibunt*, quantum ad
Ps. 118. m interiorem sententiam: In æternum Domine per-
Greg. hom. 1. in Euãg. to. 2. manet verbum tuum. Vnde Gregorius: Omne quod apud nos durabile et sine mutatione est, ad æternitatem durabile non est. Et omne quod apud me transire cernitur, fixum et sine transitu tenetur.
Isa. 40. b Vnde Isaias: Exiccatum est fœnum, et cecidit flos: ✓verbum autem Dei nostri manet in æternum. Qui ✓vult ergo æternaliter manere, oportet quòd transitorijs non immoretur, sed potius deserendo transitoria, per diuina verba transeat ad æterna. Propter quod notandum, quòd mundus iste transit quantum ad omne quod habet in se appetibile.
Sap. 5. b Transit primo quo ad celsitudinem: Quid nobis
Psal. 36. d profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia, *et cetera*: Vidi impium superexaltatum, *et cetera*. Secundo quoad
Psal. 89. b pulchritudinem: Sicut herba transeat: mane flo-
Iac. 1. b reat et transeat. Et: Glorietur frater humilis, in exaltatione sua: diues autem, in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit. Exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fœnum. Tertio quoad
1. Ioã. 2. c dulcedinem: Mundus transit et concupiscentia eius.
Prou. 5. a Et: Fauus distillans labia meretricis. Ergo qui his transitorijs adhæret triplicem facit transitum. Pri-
Sap. 2. b mus est a culpa in culpam: Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra, *et cetera*. Secundus est
Sap. 2. b de culpa in pœnam: Vmbræ transitus est tempus nostrum. Et Iob: Dies mei velocius transierunt quàm
Iob 7. b a texente tela succiditur. Tertius est a pœna in pœnam: Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium.
Iob 24. c Qui autem transit a transitorijs, triplicem facit transitum. Primus est a culpa ad pœnitentiam. Et de hoc dicitur: Transeuntes primam et secundam
Act. 12. a custodiam venerunt ad portam ferream. Et hic designatus fuit in transitu maris rubri: Secundus est a
Exo. 14. f pœnitentia ad sapientiam. Transite ad me omnes
Eccli. 24. c qui concupiscitis me, et a generationibus meis adimplemini. Et hic designatur in transitu per desertum, in quo filij Israel gustauerunt manna. Tertius
Exo. 16. g est a sapientia ad vitam æternam: Transiuimus per
Psal. 65. c ignem, et aquam, *et cetera*. Et: Sciens quia venit
Ioan. 13. a hora eius, *et cetera*. Et hic designatur in transitu Iordanis, quo ingressi sunt terram promissionis:
Iosue 4. b Festinauit populus, et transijt. Cumq. transissent omnes, transiuit et arca. Qui hunc triplicem facit transitum, ille solus est Hebræus, et celebrat ✓verum pascha: quia phase nihil aliud est quàm transitus.

Attendite autem vobis, et cetera. Postquam erudiuit discipulos ad prouidentiam, hic tertio excitat ad vigilantiam: quod quidem facit quadrupliciter, scilicet dissuadendo contrarium, insinuando periculum, persuadendo propositũ, et introducendo exemplum. Primo ergo quantum ad dissuasionem oppositi, vigilantiæ, dicit:

Attendite autem vobis, per vigilantiam. *Ne forte grauentur corda vestra*, per somnolentiam: Corpus
Sap. 9. d quod corrumpitur, aggrauat animam. *In crapula et ebrietate et curis huius vitæ*, per excessum in gula. Propter crapulam multi obierunt: qui autem absti-
Eccli. 37. d nens est, adijciet vitam. Huiusmodi autem superfluitas ineptos nos reddit ad vigilandum circa studium veritatis: Luxuriosa res ✓vinum, et tumul-
Prou. 20. a tuosa ebrietas. Quicumque his delectatur, non erit sapiens. Et: Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ✓vt animum transferrem,
Eccls. 2. a *et cetera*. Item circa exercitium virtutis: Sicut in
Rom. 13. d die honeste ambulemus: non in commessationibus et ebrietatibus, *et cetera*. Et: Multi enim ambu-
Phil. 3. d lant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum Deus venter est, et gloria in cõfusione ipsorum. Et: Huiusmodi enim Christo Domino nostro
Rom. 16. e non seruiunt, sed suo ventri. Item circa excessum contemplationis: Nolite inebriari vino in quo est
Ephe. 5. d luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes ✓vobis, *et cetera*. Et: Optimum est gratia stabilire cor, non escis.
Heb. 13. b Quia non est regnum Dei esca
Rom. 14. e et potus, sed iustitia, et pax, *et cetera*.

Secundo quantum ad insinuationem periculi, subdit: *Et superueniat in vos repentina dies illa*, propter inconsideratum euentum. Repente enim euenit quod non præuidetur: Quoniam subito dum
Isa. 30. e non speratur, ✓veniet contritio eius. Venit enim dies ille iudicij repente his qui se non præparauerunt
Sup. 12. f contra ipsum. Si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus ✓venire, et cœperit edere, et bibere, et inebriari: ✓veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, et hora qua nescit: et diuidet eum, partemq. eius cum infidelibus ponet. Et quantum ad tales, subdit: Tamquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ, ideſt super omnes qui terrenis incumbunt. Vnde Hieremias: Pauor, et fouea, et laqueus super te o habitator Moab. Per quam quidem
Hier. 48. g carnales intelliguntur qui super terram sedent, de quibus in Psalmo: Quoniam humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster. Et: In terra sedebunt, et attoniti super re-
Psal. 43. d *Exe. 26. e* pentino casu tuo admirabuntur. De hoc autem posuit Dominus supra, duplex exemplum, scilicet de
Sup. 17. f diebus

Digitized by Google

diebus Noe, et de diebus Loth. Quia primi perierunt diluuio: secundi incendio. Et de talibus, Iob:
Iob 21. b Domus eorum securæ sunt et pacatæ. Tenent tympanum, et citharam, et gaudent ad sonitum organi, Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.

Tertio quantum ad persuasionem propositi, subiungit: *Vigilate itaque, omni tempore orantes*. Attendendum est autem quòd simul iungit vigilantiam, et orationem. Nam vigilare oportet contra hostem
1.Pet.vlt.c extrinsecum, scilicet contra diabolum. Sobrij estote, et vigilate: quia aduersarius vester diabolus, *et cetera*. Et contra domesticum, scilicet carnem: Vigilia
Eccli.31.a honestatis tabefaciet carnes. Vigilare oportet ad per-
2.Cor.6. b fectionem virtutis. In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, et ieiunijs, *et cetera*. Vigilare oportet per desiderium
Cant.5. a contemplationis: Ego dormio, et cor meum vigilat.
Isa. 26. b Et: Anima mea desiderauit te in nocte, *et cetera*. Et quoniam nec possumus hostes reuincere, nec in bono proficere, nec consolationes supernas habere, nisi per donum gratiæ diuinæ, ideo oportet orare. Et
Mat.26.b propterea Matthæus: Vigilate, et orate, vt non intre-
Eccli.39.a tis in tentationem. Et: Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo, *et cetera*. Quia ergo oportet vigilare propter inclinationem mali. Ideo addit: *Vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt*, secundum
Mar.24.b illud: Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hieme
Psal.142.a vel sabbato. Et hoc orabat propheta in Psalmo: Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, *et cetera*. Oportet vigilare etiam
Gloss.interlin. in hũc locum to.5. propter adeptionem boni, ideo addit: *Et stare ante filium hominis*. Glossa: Hæc est summa beatitudinis,
Iob 23. a in præsentia iudicis securum consistere. Iob: Quis mihi tribuat, vt cognoscam et inueniam illum, et
Apo. 7. d veniam vsque ad solium eius? Et: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et lauerunt stolas suas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum Dei, et seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Et hic semper
Psal. 41. a est orandum. Vnde in Psalmo: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?

Quarto quantum ad introductionem exempli, subiungitur: *Erat autem diebus docens in templo*. Vt vigilans circa exercitium actiuæ, vt exemplum daret ad
2.Tim.4.a exercitium actionis perfectæ, secundum illud: Prædica verbum, insta opportune, importunæ, *et cetera*.
Ibid. b Et iterum: Vigila, in omnibus labora, *et cetera*. [*Nocibus vero exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliueti*. vt vigilans circa otium contemplatiuæ, secun-
Thre. 2. f cundum illud: Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum. Et ex his duobus exemplum dabat perfectæ vigilantiæ, in actiua et contemplatiua cunctis prælatis, secundum
Cant. 3. c illud: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, et
Isa. 21. c ad bella doctissimi. Et: Super speculam Domini ego sum, stans iugiter per diem, et super custodiã meam ego sum, stans totis noctibus. Et quia talis prælatus, et doctor libenter auditur, ideo subdit: *Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum*, vt vigi-
Prou. 8. b lans ad disciplinam, secundum illud: Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Manicare autem idem est, quod mane accelerare: quia mane surgere
Isa. 50. b oportet ad studium sapientiæ. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum. Et:
Prou. 8. d Beatus homo qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie, et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, et hauriet salutem a Domino.

CAPVT XXII.

APPROPINQVABAT *autem dies festus azymorum*, et cetera.] Postquam terminata est pars illa, quæ est de incarnatione verbi, et illa quæ est de predicatione et doctrina: hic agitur de passione, per quam Christus est hostia. Diuiditur autem pars ista **Diuisio.** in duas. In quarum prima agitur de passione quantum ad antecedentia. In secunda quantum ad concomitantia, ibi: *Adhuc eo loquente, ecce turba*. Infra eodẽ cap. Antecedentia autem ad passionem fuerunt quatuor, scilicet peruersa machinatio proditoris. Secundum, dispensatiua institutio sacramẽti altaris, de quo ibi: *Venit autem dies azymorum*, et cetera. Tertium autem prouida eruditio discipulorum ibi: *Facta est autem et contentio inter eos*, et cetera. Quartum, deuota supplicatio precis ad Deum, ibi: *Et egressus, ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum*, et cetera. Describitur autem machinatio proditoris, secundum quadruplicem comparationem, scilicet per comparationem ad temporis opportunitatem, ad iudaicæ machinationis fraudem, ad diabolicæ suggestionis improbitatem, et ad Iudæ proditoris cupiditatem. Hæc quattuor ad machinationem proditoris cõcurrebant. Nam opportunitas temporis se offerebat, iudaica peruersitas consentiebat, diabolica improbitas suggerebat, et propria cupiditas attrahebat. Primo ergo, quantum ad temporis opportunitatem, dicit:

Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha. Tempus enim paschale in quo immola- ***Exo.12. b*** batur agnus, erat opportunum ad occidendum Christum: cuius mors per illud pascha typicum designabatur. Pascha enim transitus est. Et in Ioanne dici- ***Ioan.13.a*** tur: Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, *et cetera*. Hac ergo die appropinquante, in qua debebat offerri agnus, facta est machinatio proditoris, per biduum ante, secundum illud: Scitis quia post biduum pascha fiet, et filius ***Mat.26.a*** hominis tradetur, vt crucifigatur. Vnde secundum historiam euangelicam Christus venit in die sabbati Bethaniam, vbi facta est ei cæna, secundum illud: Iesus ante sex dies paschæ venit Bethaniam, vbi Laza- ***Ioan.12.a*** rus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cænam ibi, *et cetera*. In die autem sequenti, venit Hierusalem et exceptus est cum magno gaudio. Vnde Ioannes: In crastino autem turba multa ***Ioan.12.b*** quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, et processerunt obuiam ei. Diebus duobus sequentibus in templo docuit. In die mercurij tractatum est de proditione: et in sero diei Iouis cõprehensus, et in die sollemni, scilicet die Veneris crucifixus est. Et ita appropinquante festo azymorum debuit tradi, in quo ipse disposuerat. Nec enim ante aliquis potuit in mortem eius efficaciter machinari. Quia quando disposuit, passus fuit secundum illud: Nemo ***Ioan.7. d*** misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. Ioannes: Potestatem habeo ponendi eam, *et cet.* ***Ioan.10.d***

Secundo quãtum ad Iudaicæ machinationis fraudem, subdit: *Et quærebant principes sacerdotum, et scribæ quo modo eum interficerent*. Principes sacerdotum quærebant, in quibus debebat esse prærogatiua sanctitatis. Vnde dicitur: Consecrabis manus filiorum ***Exo.28. c*** Aaron, sanctificabisq. illos, vt sacerdotio fungantur mihi. Sed poterat dici eis illud: Cum multiplicaueritis orationem, non, *et cetera*. Vnde et hi cum adiutorio scribarum, quærebant interficere doctorem veridicum, secundum illud: Nunc autem quæritis me ***Ioan.7. c*** interficere hominẽ qui veritatem vobis locutus sum. Hi autem fraudulenter quærebant, ideo addit: *Timebant vero plebem*. Vnde Hieronymus: Non seditionem metuentes, sed ne auxilio populi de suis mani-

Mar.14.a bus tolleretur, et ideo dicitur: Non in die feſto: ne forte tumultus fieret in populo. Et ideo hoc volebant facere, quaſi in occulto. Nam hic eſt mos peruerſorum, ſecundum illud: *Prou. 1. b* Pedes illorum ad malum currunt, et feſtinant vt effundant ſanguinem. Et poſt: Ipſi contra ſanguinem ſuum inſidiantur, et moliuntur fraudes contra animas ſuas. Quia dum quærunt interficere fontem vitæ inueniunt mortem, ſecũdum *Prou. 11.d* illud: Bene conſurgit diluculo qui quærit bona, qui autem inueſtigator malorum eſt, opprimetur ab eis.

Tertio quantum ad diabolicę ſuggeſtionis improbitatem, adiungit: *Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iſcariotes, vnum de duodecim.* Intraſſe autem dicitur non per illapſum eſſentiæ, ſed *Ioan.13.c* per ſuggeſtionem nequitiæ, ſecundum illud: Et poſt *Gloſ.in hũc locum to.5.* buccellam, introiuit in eum Satanas. Sed Gloſſa diſſoluit dicens: Ante buccellam inuaſerat eum Satanas, et quem prius intrauerat vt deciperet, poſtmodum intrauit, vt ſibi traditum plenius poſſideret. Ideo autem cognominat eum, vt diſtinguat a Iuda fratre Iacobi. Siue quia Iſcariotes interpretatur, memoria mortalitatis, et ideo hoc dicit: quia in hoc inſinuatur quòd non repente perſuaſus, ſed diu fuerat meditatus ſcelus. Exprimit etiam eius dignitatem, vt oſtendat ipſius ingratitudinem: *Ioan. 5. c* Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Et ſpecialiter Apoſtolos elegit de numero diſcipulorum aliorum ad dignitatem Pontificatus. Vnde Ioannes: *Ioan. 6. g* Nonne ego vos duodecim elegi, et ex vobis vnus diabolus eſt? Dicebat autem de Iuda Simonis Iſcariotæ: hic enim erat traditurus eum cum eſſet vnus ex duodecim. Hoc autem Dominus diſpenſatiue fecit: ad timorem in- *Mat.20.b* cutiendum, ſecundum illud: Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. Et ad iuſtorum animum confortandum, vt non ſcandalizentur pro vno malo contra *1.Ioan.2.c* congregationem iuſtorum, quia dicitur: Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.

Quarto quantum ad Iudę proditoris cupiditatem, ſubiungitur: *Et abÿit, et locutus eſt cum principibus ſacerdotum et magiſtratibus.* Cum illis locutus eſt: quia ſciebat, quòd ſitiebant ſanguinem Chriſti. Locutus eſt autem verba proditionis, et ideo addit: *Quemadmodum illum traderet eis.* In qua quidem locutione *Mat.26.b* pretium ſanguinis petijt, ſecundum illud: Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam? Vnde ſitis cupiditatis commouebat Iudam, et ſitis crudelitatis commouebat principes ſacerdotum, et ideo ſimul in vnum commertium peruerſum et impium conſenſerunt, propter quod adiungit: *Et gauiſi ſunt, et pacti ſunt pecuniam illi dare.* Gauiſi ſunt de malitia, *Prou. 2. c* ſecundum illud: Lætantur cum male fecerint, *et cetera.* *Mat.26.b* Pacti ſunt, quaſi pactum fecerunt, et ſumma fuit de triginta argenteis: Argentei triginta valent trecentos denarios vſuales. Et hoc fuit pretium vnguenti, quod Magdalena ſuper caput Chriſti effudit, ſecun- *Ioan. 12.a* dum illud: Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, et datum eſt egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, et loculos habens ea quæ mittebantur, portabat. Et ideo hoc pretium recompenſabatur venditione Domini. *Gen. 37. f* Huius figura præceſſit in venditione Ioſeph. Vbi dicitur ſecundum litteram cõſuetam, quòd venditus fuit *Zach.11.c* triginta denarijs. Et de hoc Zacharias: Appenderunt mercedem meã triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proijce illud ad ſtatuariũ decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis. Hoc ergo pretio Iudas Chriſtum vendidit, et ideo addit: *Et ſtipondit, Et quærebat opportunitatem vt traderet illum ſine turbis.* Hanc turbam fugiebant, quia ipſum ſicut verum prophe- *Ioan. 7. g* tam habebant. Vnde Ioannes: Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt. Fu- *Ioan. 3. c* giebat Iudas publicum et quærebat ſecretum: quia qui male agit, odit lucem. Et attendendum eſt quòd

A Chriſtus traditus fuit a Patre, per abundantiſſimam pietatem: Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed *Rom. 8. f* pro nobis omnibus tradidit illum, *et cetera.* A ſe, per ardentiſſimam charitatem: Dilexit nos, et tra- *Ephe. 5. a* didit ſemetipſum pro nobis. A proditore, per ſceleſtiſſimam cupiditatem, infra: *Ecce manus tradentis me,* et cetera. Et: Quid vultis mihi dare, *et cetera.* *Mat.26.b*

Venit autem dies azymorum, et cetera. Poſtquam deſcripſit Euãgeliſta peruerſam machinationem Iudæ proditoris: hic ſecundo deſcribit diſpenſatiuam inſtitutionem ſacramenti altaris. Et quoniam hoc ſacramentum ſuccedere debebat agno paſchali, ideo B pars iſta duas habet partes: in quarum prima agitur de præparatione cibi paſchalis, in ſecunda de eſu agni, et conſecratione ſacramenti altaris, ibi: *Et cum facta eſſet hora, diſcubuit,* et cetera. Circa autem præparationem cibi paſchalis deſcribendam quattuor introducuntur ad hoc concurrentia, ſcilicet opportunitas diei, miſſio magiſtri, congruitas loci, et adimpletio præcepti. Primo quantum ad opportunitatem diei obſeruandam, dicit:

Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha. Hæc autem dies erat quartadecima luna menſis, ſecundum illud: Seruabitis agnum vſque *Exo.12. a* C ad quartamdecimam diem menſis huius. Immolabitq. eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. Et: Menſe primo quartadecima die men- *Leuit.23.a* ſis ad veſperum, phaſe Domini eſt: et quintadecima die mẽſis huius, ſollemnitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis. Ex quo apparet quòd Chriſtus celebrat paſcha ea die qua conſuetum erat ſecundum legem, ac per hoc celebrauit in azymis: quia in Deuteronomio dicitur: Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis ſeptem *Deut.16.a* diebus, *et cetera.* Et ideo de azymo confecit, ſecundum quòd conueniebat figuræ. Et edent carnes no- *Exo.12. b* D cte illa aſſas igni, et azymos panes, cum lactucis agreſtibus. Competit etiam hoc huic ſacramento, ſecundum illud: Epulemur, non in fermento veteri, *1.Cor.5. c* ſed in azymis ſinceritatis, *et cetera.* Et hoc confirmatur per alios duos Euangeliſtas, Matthæum ſcilicet *Mat.26.a* et Marcum: quia vtrique dicunt Chriſtum celebraſſe phaſe primo die azymorum. *Mar.14.b* Ioannes dicit quòd *Ioan.18.d* Iudæi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha. Et ideo: Græci dicunt quòd Chriſtus celebrauit phaſe ante quartamdecimam lunam, in illa ipſe immolatus eſt et crucifixus. Et ideo dicunt quòd confecit de fer- E mentato. Sed Græci falluntur, quia compelluntur dicere quòd alij Euangeliſtæ a Ioanne dixerunt falſum. Falluntur autem: quia nomen phaſe æquiuoce Phaſe quot accipitur. Aliquando enim accipitur pro ipſo agno modis ſumoccidendo, ſicut accipitur hic. *Venit dies azymorum matur.* *in qua neceſſe erat occidi paſcha.* Aliquando pro quintadecima die menſis. Quintadecima die menſis hu- *Leuit.23.a* ius, ſollemnitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, *et cetera.* Et ſic accipitur in Ioanne. Reſpondet autem veritas figuræ, licet quintadecima die menſis fuerit crucifixus. Vnde Gloſſa: Licet ſequen- *Gloſ.in hũc* F ti die, id eſt quintadecima luna ſit crucifixus, hac *locum to.5.* tamen nocte qua agnus immolabatur et carnis et ſanguinis, ſuis diſcipulis ſacramenta celebranda tradidit, et a Iudæis tentus et ligatus ipſius immolationis, id eſt paſſionis ſuæ ſacrauit exordium.

Secundo quantum ad miſſionem magiſtri perficiendam, ſubdit: *Et miſit Petrum et Ioannem, dicens: Euntes parate nobis paſcha, vt manducemus.* Miſit autem Petrum et Ioannem tamquam duos qui erant inter alios principales. Vnus tamquam magis diligens, alter tamquam magis dilectus. Seu propter ſignificationem: nam Petrus agnoſcens, et Ioannes in quo eſt gratia, inſinuant nobis fidem cum charitate. Et hæc ſunt quæ præparant ad manducatio-

Digitized by Google

ducationem. Nam per fidem est masticatio, per charitatem incorporatio. Propter quod Ioannes: Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. Item per Petrum scientia, per Ioannem virtus et gratia: et hæc fiunt quæ
Psal. 88. e præparant hominem: Iustitia et iudicium præparatio sedis tuæ. Quia quod scientia dictat, virtus exequitur. Insinuatur ergo in hoc quòd nullus debet accedere ad cibum paschalem nisi præparatus: propter
1. Cor. 11. f quod dicitur: Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et
Apo. 19. b bibit. Et ideo econtrario dicitur: Venerunt nuptiæ agni, et vxor eius præparauit se. Nam qui vestem nuptialem non habet, expellitur ab hoc conuiuio:
Mat. 22. b Intrauit autem rex vt videret discumbentes: et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quo modo huc intrasti, *et cetera*.

Tertio quantum ad congruitatem loci inueniendam, adiungit: *At illi dixerunt: Vbi vis paremus?* tamquã in loco cõgruo, quia dicitur: Immolabimur phase in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. *Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aquæ portans*, pro signo directiuo. Marcus autem dicit: Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans. Augustinus etiam de concordia Euangelistarum ait quòd Marcus lagenam, Lucas amphoram dicit. Vnde alter, vasis genus: alter modum significauit. Et quia hoc signum erat directiuum, ideo addit: *Sequimini eum in domũ in quam intrat, et dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magister: Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem?* tamquam in loco secreto et quieto. Domum ab alio quærit, quia non habebat, sicut dicitur supra: Vulpes foueas habent, et volueres cæli nidos: filius autẽ hominis non habet vbi caput suum reclinet. Quæritur autem locus secretus atque quietus, quia dicitur: In pace factus est locus eius. Et quia sciebat eius affectum, ideo addit: *Et ipse ostendet vobis cenaculum magnum stratum, et ibi parate*, tam quam in loco honesto. Hæc secundum litteram sunt plana. Spiritualiter autem per ciuitatem intelligitur Ecclesia quæ est ciuitas firma: Fundamenta eius in montibus sanctis. Et post: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et rursus: Quis deducet me in ciuitatem munitam? Ciuitas pulchra: Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam, descendentem de cælo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Ciuitas iocunda: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Per cænaculum autem intelligitur anima sancta, quæ debet esse eleuata per contemplationem. Iob: Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila? *et cetera*. Grande per charitatem, Baruch: O Israel quàm magna est domus Dei, et ingens locus possessionis eius! Et: Propter hoc lætatum est cor meum, *et cetera*. Stratum virtutum varietate. Esther: Lectuli, *et cetera*, super pauimentum, smaragdino, et pario stratum lapide, dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat. Ad hoc cænaculum venit Dominus, requirendo Domini domus assensum, quia dicitur: Ecce sto ad ostium et pulso, *et cetera*. Venit etiam ad hominem non nominatum. Quia, vt dicit Glossa, omnibus Christum suæ mentis hospitio suscipere quærentibus, facultas danda significatur. Vel sicut dicit alia Glossa, sine nomine designatur, vt pauper ignobilis æstimetur qui a Domino eligitur: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo? *et cetera*. Et: Ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Venit nihilominus per ducatum hominis ferentis aquam in amphora. Quia nullus fit patri templum nisi per baptisma: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in re-

Ioan. 6. f *Sup. 9. g* *Psal. 75. a* *Psal. 88. a* *Psal. 59. b* *Apo. 21. a* *Psal. 45. a* *Iob 39. e* *Baruc. 3. c* *Psal. 15. b* *Esther. 1. b* *Apoc. 3. d* *Gloss. in hũc locum to. 5. Gloss. ibidẽ.* *Iac. 2. a* *1. Cor. 1. d* *Ioan. 3. a*

A gnum Dei. Vnde et Dominus discipulis cænantibus lauit pedes. Nullus certe vadit ad hoc sacramentum, postquam baptismum inquinauit, nisi lacrymarum imbre perfusus. In cuius figuram dicitur: Afferam pauxillum aquæ, et lauentur pedes vestri, et requiescite sub arbore. Ponamq. buccellam panis, et confortate cor vestrum, postea pertransibitis. De hac aqua Ambrosius: O aqua quæ sacramentum Christi esse meruisti, quæ lauas omnia, nec lauaris. Tu incipis prima, tu comples perfecta mysteria. A te principium, et in te finis: vel potius tu facis vt finem nesciamus. Designat ergo aqua in amphora vndam
B regenerantem, secundum illud: Tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, et sanguis. Et: Continuo exiuit sanguis et aqua. Designat etiam ipsam sacram doctrinam, quia dicitur: A qua sapientiæ salutaris potabit illum. Et hæc in amphora, idest, sub velamine: Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus. Designat etiam gratiam supernam: Pauxillum aquæ mihi ad sorbendum præbe de hydria tua, *et cetera*. Et: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Vult ergo Dominus in ijs insinuare quòd qui vult se præparare
C ad pascha, oportet quòd intret Ecclesiam et per baptismum, et per sacram doctrinam, et gratiam diuinam, vt sternatur cænaculum grande et altum ad suscipiendum Christum.

Quarto quantum ad executionem mandati perfectã subiungitur: *Euntes autẽ inuenerunt sicut dixit illis, et parauerunt pascha*, in quo insinuatur discipulorum vigilantia. Quia quæsierunt donec inuenirent: sicut illa bona mulier, de qua dicitur: Euertit domũ, et quærit diligenter, donec inueniat. Insinuatur ergo Christi sapientia. Quia sicut prædixit: ita eis euenit, quia dicitur: Domino enim Deo antequam
D crearentur omnia sunt agnita. Insinuatur etiam discipulorum obedientia, quia præparauerunt secundum quod iniunctum fuerat, ne forte præterirent voluntatem Domini sui. Vnde supra: Ille autem seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, et non se præparauit, et non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Spiritualiter autem parant discipuli pascha per documenta veritatis, secundum illud: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini. Ipsi etiam parant, dum vocant ad medicamenta salutis: Misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei et altilia occisa sunt, et omnia parata: venite ad nuptias. Vndẽ omnes boni Christi discipuli clamant suadendo auditoribus suis. Præparate corda vestra Domino, et seruite ei soli: Omnes clamant, vt contemnatur mundus, et diligatur Deus. Et hoc est facere pascha, idest transitum ex visibilibus ad inuisibilia, a temporalibus ad æterna, de morte ad vitam, secundum illud: In iudicium non venit, sed transijt a mor
E te in vitam.

Et cum facta esset hora, et cetera. Post descriptam præparationem cibi paschalis, describit hic consecrationem sacramenti altaris. Et quoniam hoc sacramentum impletiuum est legis, et infructuosum est ingratis, ideo pars ista habet tres partes. In quarum prima agitur de obseruatione paschæ. In secunda vero de institutione eucharistiæ, ibi: *Et accepto pane gratias egit*, et cetera. In tertia de increpatione ingratitudinis Iudæ, ibi: *Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa*, et cetera. Circa manducationem paschæ introducuntur tria, scilicet discubitus discipulorum et Christi, transitus agni typici, et terminus agni figuralis. Primo ergo quantum ad discubitum charitatiuum discipulorũ Christi, subdit:

Et cum facta esset hora, discubuit, et duodecim Apostoli cum eo, in quo ostenditur mira Christi familiari-

Gen. 18. a *Amb. li. 10. in cap. 22. Luc. to. 3.* *1. Ioan. 5. b* *Ioan. 19. f* *Eccli. 15. a* *2. Cor. 4. b* *Gen. 24. c* *Ioan. 4. b* *Sap. 15. b* *Eccli. 23. d* *Sap. 12. f* *Isa. 40. a* *Mat. 22. a* *1. Reg. 7. a* *Ioan. 5. d*

Digitized by Google

tas ad discipulos, quia simul cum discipulis discumbebat, vt exemplo doceret illud: Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis.
Eccli. 32. a

Apparet etiam in hoc quòd Dominus miro modo mutuam charitatem acceptat secundum illud: In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Et hoc est quod ipse præcipiebat: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Et iterum: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, *et cetera*. Et hoc potissime desiderabat, et propter hoc, sacramentum communionis instituebat, vnde addit: *et ait illis: Desiderio desideraui, hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar*. Manducatio ista designat incorporationem, et vnitatem membrorum in corporis vnitatem: quod fit per amoris inflammationem, et hoc præcipue Christus desiderat, secundum illud: Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi vt accendatur? Baptismo autem habeo baptizari, et quo modo coartor vsque dum perficiatur? Hoc autem desiderabat Christus manducare propter exclusionem figuræ, et introductionem veritatis. Vnde Chrysostomus: Desideraui tradere vobis res nouas, et pascha dare secundum. In quo insinuat quòd ad cibum paschalem est cum maximo desiderio accedendum, propter quod dicitur: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, *et cetera*. Et: Dat escam esurientibus. Iterum: Dilata os tuum, et implebo illud:
Ioan. 13. d *Ioan. 13. d* *Ioan. 15. b* *Sup. 12. f* *Eccli. 24. e* *Ps. 145. b* *Psal. 80. c*

Secundo quantum ad transitum agni typici, subdit: *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei*. Istud scilicet phase figurale. Glossa: Non vltra Moysaicum pascha celebrabo, donec in Ecclesia, quę est regnum Dei, spiritualiter intellectum compleatur. Quod ergo dicitur: Celebrabitis hanc diem sollemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno, refertur potius ad significatum, quàm ad signum. Nam figura impletur, quando venit quod præfigurabat, et tunc adueniente veritate cessat, sicut per lucem cessat vmbra, propter quod dicitur: Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et ad Hebræos: Vmbram enim habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum, numquam potest accedentes perfectos facere. Et post: Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, et easdem sæpe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata: hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei. Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos, et iam impleuit ipse vna passione illius agni oblati præfigurationem, quia sicut dicitur: Sic decet nos implere omnem iustitiam. Nam non veni soluere legem, sed adimplere.
Gloss. in hūc locum to. 5. *Exo. 12. c* *1. Cor. 13. e* *Heb. 10. a* *Ibid. b* *Mat. 3. d* *Mat. 5. b*

Tertio quo ad terminum potus figuratum, subditur: *Et accepto calice, gratias egit, et dixit: Accipite et diuidite inter vos*. Hoc autem dicitur de potu spectante ad pascha vetus. Vnde Glossa: Hic calix ad vetus pascha, cui finem imponebat, pertinet. Quo accepto gratias agit, ideo scilicet, quia vetera transitura sunt, et noua omnia erant ventura, secundum illud: Et vetera, nouis superuenientibus, proijcietis. Et ideo subditur: *Dico enim vobis quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat*: quod quidem verum est, siue intelligatur regnum Dei esse iustitia, secundum illud: Non est enim regnum Dei esca et potus, sed iustitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto. Siue veritatis intelligentia, secundum illud: Omnis scriba doctus in regno cælorum. Siue etiam vita æterna, secundum illud: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Siue etiam gratia, secundum illud: Regnum enim Dei intra vos est. Nam statim in passione Christi, et iustitia impleta est, et iniquitas deleta, secundum illud: Vt consummetur præuaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur iustitia sempiterna. In passione aperta fuit intelligentia: Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et hoc signat ipsa scissio veli quod vsque hodie est super mentes eorum, qui non credunt. In passione data est gratia secundum illud: Gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Item per passionem aperta est ianua et gloria acquisita: et ideo infra dicitur: Hodie mecum eris in paradiso. Quoniam ergo regnum Dei secundum hunc quadruplicem modum statim ad huius cibum, et potum successit, ideo recte dicit quòd non biberet, donec veniret regnum Dei: quod ideo dicit, vt ait Glossa: Vt horum immutatione sacramentorum cetera legis sacramenta, vel iussa ad spiritualem obseruantiam doceat transferenda.
Inf. 24. f *Inf. 23. f* *2. Cor. 3. d* *Iohn. 1. b* *Inf. 23. f* *Gloss. in hūc locum to. 5.*

Et accepto pane, et cetera. Postquam egit de manducatione phasę: hic secundo agit de institutione eucharistiæ, circa quam introducuntur tria, scilicet consecratio Dominici corporis, collatio potestatis, et consecratio Christi sanguinis. Primo ergo quantum ad consecrationem corporis, dicit:

Et accepto pane gratias egit et fregit: et dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, in quo Dominus consecrauit, et formam consecrandi instituit in his verbis: Hoc est corpus meum. Sed nota quòd quattuor sunt hic opiniones. Prima est quòd confecit virtute diuinitatis sine verbis: et post verba dixit, et virtutem dedit verbis. Secunda est quòd prius verba dixit in occulto, et post in manifesto. Tertia quòd semel tantum verba dixit, sed prius fregit, et post confecit. Quarta est opinio quòd semel verba dixit, et dicendo confecit, et conficiendo instituit, et prius dixit quàm fregit. Vnde littera præposterа est, et debet construi sic: Accepit panem, et gratias egit dicens: Hoc est corpus meum, et fregit et dedit. Commutauit autem Dominus sacramentum agni in sacramentum panis, quia iste est cibus magis communis et naturalis, simul exprimens vim cibatiuam, et connexiuam in corpore Christi vero, et mystico. Vnde Psalmus: Panis cor hominis confirmet, panis scilicet cælestis: Panem Angelorum manducauit homo. Et: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, *et cetera*. Huiusmodi panis suauitas præfigurata fuit in manna, de quo Sapiens: Et paratum panem de cælo præstitisti illis, *et cetera*. Præfigurata nihilominus in Genesi: Aser pinguis eius, et præbebit delicias regibus. Præfigurata fuit etiam dignitas in sacrificio Melchisedec: At vero Melchisedec rex salem, proferens panem et vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, et ait. Et ideo de Christo dicitur in psalmo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Sicut enim Melchisedec benedixit, ita et iste et multo amplius, quia hic est sacerdos æternus. Vnde Glossa: Verbo solo conuertit panem in corpus suum. Est ergo sententia verbi ista: Hoc est corpus meum, idest signatum per hoc conuertendum in corpus meum, est corpus meum. Vel hoc transit in corpus meum: quod est integrum et perfectum. Efficacia autem verbi est, vt hoc dicto fiat. Vnde Ambrosius: Si tantum valuit sermo Eliæ, vt ignem de cælo deponeret, non valebit tantum sermo Christi, vt substantias mutet? Et iterum: Quid quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum ipse præter naturam sit partus ex Virgine? Licet autem solo verbo confecerit, dicitur tamen quòd panem accepit, gratias egit, fregit, et dedit, propter mysterium significationis. In acceptione autem panis intelligitur assumptio carnis, quia dicitur: Caro mea vere est cibus. Accepit panem ad designandum illud: Verbum caro factum est. In gratiarum actione intelligitur defluxus gratiarum a capite in totum corpus Ecclesiæ: De plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia. In fractione intelligitur afflictio
Ioan. 6. f *Ioan. 1. b* *Ioan. 1. b* *Sap. 16. c* *Gen. 49. d* *Gen. 14. d* *Ps. 109. b* *Amb. lib. de initiandis c. 9. to. 4.* *4. Reg. 1. b*

Digitized by Google

afflictio passionis, qua fuit flagellis concisus, clauis perforatus, et lancea transfixus, secundum illud: Foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. *Psal. 21. a*

In datione intelligitur liberalitas communicationis. Panis quem ego dabo, caro mea est. Quia sacramentum hoc est summe gratuitum, secundum illud: Gratis accepistis, gratis date. *Ioan. 8. a* *Mat. 10. b*

Secundo quantum ad collationem potestatis, subdit: *Hoc facite in meam commemorationem*. In quo dat eis potestatem vt faciant quod ipse fecit: ac per hoc etiam sacerdotalem ordinem eis tradidit. Quasi diceret illud: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. Etiam insinuat quare debeat facere, scilicet in memoriale dominicæ mortis: Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Et: Memoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarij. Et de hac memoria dicitur: Recordare paupertatis et trãsgressionis meæ, absynthij et fellis. Et post: Memoria memor ero, et tabescet in me anima mea. In memoriale Dominicæ virtutis: Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator Dominus. Et iterum: Domine nomen tuum in æternum: Domine memoriale tuũ in generatione et generationem. Et: Erit quasi signum in manu tua, et quasi appensum quid, ob recordationem, ante oculos tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto. In memoriale etiam Dominicę charitatis, secundum illud: Domine nomen tuum, et memoriale tuum in desiderio animæ. Et: Pone me vt signaculũ super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, *et cetera*. Hoc est memoriale viuum et verum, quia non est tantum signum rememoratiuũ, verumetiam et demonstratum, ideo dicitur: Hoc est corpus meum. Quia ipsum est sacramentum signatiuum et sanctificatiuũ, de quo dicitur: Et manifeste magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, *et cetera*. Ipsum etiam viaticum conseruatiuum, et confortatiuum: Qui manducat me, et ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cælo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ipsum est sacrificium acceptum, et placatiuum, secundum illud: Sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo, per Iesum Christum. Et hinc quidem necesse est hic contineri verissimum corpus Christi. *Isa. 26. b* *Cant. 8. b* *1. Tim. 3. d* *Ioan. 6. f* *1. Pet. 2. a*

Tertio quãtum ad consecrationem sanguinis, subiungit: *Similiter et calicem postquam cænauit, dicens: Hic est calix, nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur*. Et attendendum est quòd Euangelistæ non eodem modo formam hanc exprimunt. Nam Matthæus et Marcus dicunt: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur, *et cetera*. Apostolus autem dicit: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Ecclesia autem nulla istarum formarum vtitur, nam dicit: Hic est calix sanguinis mei, noui et æterni testamenti, mystierium fidei, qui pro vobis, et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Nec est contrarietas quia scribentes non intendunt formam verborum præcise describere, sed historiam texere. Sed Ecclesia seruat formam ab Apostolis traditam in conficiẽdo, quam et a Christo acceperant. Et implicat in se forma Ecclesiæ quidquid per omnes Euangelistas, et per Apostolum dictum est. Nominatur autem hic calix potus contentus in calice, sicut ibi: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? In calice autem continebatur vinum permixtum aqua, licet Euangelista non exprimat, quia hoc intelligitur, et quia mos erat, et quia vinum forte erat, et quia Christus maxime sobrius erat: et hoc etiam a mysterio non vacat. Quia sicut aqua vnitur vino, sic Christo populus: et ideo in huius designationem dicitur quòd de latere Christi exiuit sanguis et aqua. Et ideo Ecclesia sumit vtraque commixta. Transubstantiabatur autem totum illud in sanguinem Christi verum. Vnde dicitur: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Per hunc enim sanguinem, nouum confirmatum est testamentum. Vnde ad Hebræos: Nec primum quidem testamentum sine sanguine dedicatum est. Vnde in Exodo: Sumptum sanguinem respersit in populum, et ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscũ super cunctis sermonibus his. Sed ille fuit sanguis animalium, qui non potuit auferre peccata, secundum illud: Impossibile enim est, sanguine taurorum et hircorum auferri peccata. Et ideo testamentum illud fuit vetus et temporale. Testamentum ergo nouum dedicari non potuit, nec debuit: nisi in sanguine Christi. Ideo ad Hebræos: Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et ideo noui testamenti mediator est. Et ratio huius est: quia sanguine Christi redemptum est genus humanum. Ideo ad Hebræos dicitur: Sine sanguinis effusione non fit remissio, non cuiuscumque, sed Dei agni, et sponsi Iesu Christi. Vnde in Apocalypsi: Redemisti nos Deo in sanguine tuo. Et: Qui dilexit nos, et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et quia per sanguinem crucis eius pacificauit, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt, sicut dicit Paulus. Ideo sanguinis sacrificium debet esse sacramentum restitutiuum, quem etiam lambant pulli aquilæ, secundum illud: Pulli aquilæ lambunt sanguinem. Quo inebriantur amici sponsi, secundum illud: Bibite, et inebriamini charissimi: Quo incitantur ad prælium viri athletæ, secundum illud: Elephantis ostenderunt sanguinem vuæ et mori ad acuendos eos in prælium. Et: Ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni. Et talibus dicitur: Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes. *Ioan. 19. f* *1. Cor. 10. d* *Heb. 9. e* *Exo. 24. b* *Heb. 10. a* *Heb. 9. a* *Heb. 9. f* *Apo. 5. c* *Apo. 1. b* *Coloss. 1. c* *Iob 39. d* *Cant. 5. a* *1. Mac. 6. d* *Apo. 12. e* *Heb. 12. b*

Verumtamen ecce manus, et cetera. Post descriptam manducationem phasę, et consecrationem eucharistiæ, hic tertio describit increpationem Iudæ proditoris. Circa quam describendam introducuntur tria, scilicet peruersitas proditoris ingrati, profunditas iudiciorum Dei, et puritas Apostolorum Christi. Primo ergo quantum ad peruersitatem proditoris ingrati, dicitur:

Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Hoc quidem aduersatiue dicit: quia ingratitudo proditoris directe impugnat gratiam tam notabilis sacramenti. In hoc autem apparet mira Christi benignitas, quia pessimũ proditorem suum ad mensam secum suscipiebat. Nec tantũ ad mensam: immo quod plus est, ad eandem scutellam, secundum illud: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. In quo dedit Dominus formam ad diligendum inimicos, secundum illud: Diligite inimicos vestros. Formam dedit ad tolerandum malos. Vnde sicut dicit Augustinus: Corpus et sanguinem suum communicauit Iudæ, nec eum alijs detexit. Vnde Glossa: Non designat ex nomine, ne manifeste correptus impudentior fiat. Ipsius etiam Iudæ pedes lauit, sicut discipulorum aliorum, scilicet Apostolorum, secundum quod dicitur: Vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum. Et e contrario apparet ex hoc mira proditoris ingratitudo, qui nec tanta humilitate, nec tanta charitate, nec tanta familiaritate destitit a proditione. Ideo conqueritur Dominus in Psalmo: Homo pacis meę in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Et iterum: *Mat. 26. b* *Mat. 5. g* *Aug. epist. 162. to. 2.* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Ioan. 13. b* *Psal. 40. b*

Si ini-

Digitized by Google

Si inimicus meus maledixisset mihi : sustinuissem vtique. Sequitur: Tu vero homo vnanimis, dux meus et notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos. Hi proditori similes sunt, qui ad mensam Christi, scilicet altare, cum peruerso corde accedunt. Vnde Glossa: Exemplo Iudæ filium hominis tradit: qui istud inuiolabile sacramentum violare præsumit. Huiusmodi sunt qui post acceptum sacramentum redeunt ad peccatum, sicut canis ad vomitum: Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia. Vnde in Psalmo: Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: et odium pro dilectione mea.

Glos. in hūc locum to. 5. *Heb. 10. e* *Ps. 108. a*

Secundo quantum ad profunditatem iudiciorum Dei, subditur: *Et quidem filius hominis secundum quod definitum est, vadit*, hoc est, secundum diuinum decretum, et suum beneplacitum: Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: et posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrum. Et iterum: Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Et: Deus autem, quæ prænunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Nam Isaias dicit: Tamquam ouis ad occisionem ducetur. Et: Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris. Et: Post hebdomadas sexagintaduas occidetur Christus. Et: Quid sunt plagæ istę in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Passio ergo Christi fuit diffinita a Deo: fuit etiam sibi placita et affectata, et tamen affectus proditoris fuit displicens et peruersus, ideo subditur: *Verumtamen va homini illi per quem tradetur*. Quia licet in effectu sit concordia: in voluntate tamen est summa discrepantia. Quia Deus hoc volebat ex charitate, secundum illud: Deus autem qui dives est in misericordia propter nimiam charitatem, *et cetera*. Et: Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Christus volebat ex obedientia: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, *et cetera*. Iudæi volebant ex crudelitate. Contumelia, et tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, et probemus patientiam illius. Et post: Morte turpissima condemnemus eum. Iudas autem hoc volebat ex auaritia. Et ideo potest sibi competere istud: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Vnde apparet in Iuda istud quod dicitur: Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, *et cetera*. Et verificatum est illud: Nihil est iniquius quàm amare pecuniam. Hic enim et animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. Vnde Iudas perdidit vitam, perdidit animam, perdidit famam, perdidit omnia, et incurrit calamitatem æternam. Vnde in Psalmo: Cum iudicatur, exeat condemnatus, *et cetera*. Matthæus: Bonum erat ei, si natus non fuisset, *et cetera*.

Diuersi diuersimode Christi passionem affectarunt. *Ephe. 2. a* *Rom. 5. b* *Phil. 2. b* *Sap. 2. d* *Act. 8. d* *1. Tim. 6. b* *Eccli. 10. b* *Ps. 108. a* *Mat. 26. b*

Tertio quantum ad puritatem Apostolorum Christi, subiungit: *Et ipsi cœperunt quærere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset*. Beda: Nouerunt vndecim quòd nil tale cogitauerunt: sed plus credunt Magistro, quàm sibi. Vnde dicitur: Et contristati valde, cœperunt singuli dicere: Numquid ego sum Domine? Vnde Apostoli erant innocentes, quia nec consentanei erant malitiæ, nec conscij. Turbatur autem quilibet in se et de se, ne ab alijs crederetur, et etiam propter hæsitationem de alijs. Vnde Ioannes: Aspiciebant adinuicem discipuli, hæsitantes, de quo diceret. Inter omnes tamen Simon Petrus, quia feruentior erat, diligentius requirebat. Innuit Simon Petrus illi discipulo quem diligebat Iesus, et dixit ei: Quis est, de quo dicit? Maluit autem Dominus quòd omnes turbarentur, quàm quòd ille omnibus detegeretur, vt formam daret, quòd non est occultum vitium facile publicandum. Propter quòd dicitur: Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. Tamen Dominus Simoni Petro per Ioannem indicauit, sicut dicitur: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Quia non reputatur publicum quod ex charitate ad cautelam prælato detegitur propter periculum vitandum.

Beda Glossa interlin. in hunc locum to. 5. *Mat. 26. b* *Ioan. 13. e* *Ioan. 13. c* *Eccli. 19. b* *Ioan. 13. e*

Facta est autem et contentio inter eos, et cetera. Postquam descripsit machinationem proditionis, et institutionem sacramēti altaris, hic tertio describit prouidam eruditionem discipulorū. Et quoniam dupliciter paratur homo ad ruinam: vel per arrogantiam in prosperis, vel per inconstantiam in aduersis, ideo pars ista habet duas partes. In quarum prima reprimit discipulorum arrogantiam. In secunda vero animat et roborat eorum inconstantiam, ibi: *Ait autem Dominus Simoni*. In reprimendo ergo discipulorum arrogantiam quattuor introducūtur ab Euangelista: scilicet litigium arrogantiam detegens, documētum arrogantiam reprimens, exemplum humilitatem suadens, et præmium ad humilitatem alliciens. Primo ergo quantum ad litigium arrogantiam detegens dicit:

Facta est autem et contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Quæ fuerit huius contentionis occasio nescitur. Contentio tamen est signum amoris priuati boni. Vnde Iacobus: Vnde bella et lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs vestris quæ militant in membris vestris? Contentio autem de primatu signum est amoris excellentiæ, et dominij. Et hic amor nondum erat extinctus in Apostolis ante aduentum Spiritus sancti. Vnde eis poterat dici illud: Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis? Vnde contentio ista non est trahenda in exemplum: quia repressa fuit per Christum. Et per Apostolum Paulum dissuadetur. Nam dicitur: Si quis videtur inter vos contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Quia honor est homini, qui separat se a contentionibus. Sed hæc consuetudo recessit ab aula. Immo sicut imminente passione Christi contenderunt de primatu, sic imminente morte prælati, contentio fit inter canonicos, quis debeat præponi. Vnde talibus potest dici illud: Non laudo vos quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Quia potius adhærent contentioni carnaliū, quàm paci et vnitati spiritualium: quam eis reliquit Christus morte, secundum illud: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Vnde Ioseph dixit fratribus suis: Ne irascamini in via.

Iac. 4. a *1. Cor. 3. a* *1. Cor. 11. c* *Prou. 20. a* *1. Cor. 11. d* *Ioan. 14. d* *Gen. 45. g*

Secundo quantum ad documentum arrogantiam reprimens subdit: *Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum*: per ambitionem excellentiæ, secundum illud: Arphasat rex Medorū subiugauerat multas gentes suo imperio. Sequitur: Et gloriabatur quasi potens in potētia exercitus sui, et in gloria quadrigarum suarū. *Et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur*, per nomen honorabile. Tales sunt de quibus in Psalmo: Vocauerunt nomina sua in terris suis. Et statim subditur: Et homo cum in honore esset non intellexit, *et cetera*. [*Vos autem non sic: Sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior*, per humilitatem in corde, secundum illud: Quanto magnus es: humilia te in omnibus, et coram Deo inuenies gratiam. Nam dicitur: Magnus est iudex, et potens est in honore: sed non est maior illo, qui timet Deum, *Et qui præcessor est, sicut ministrator*, per humiliationem in exteriori conuersatione: Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Et ideo in parabola supra dicitur: Cum vocatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco. Et rationem ibidem reddit: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat exalta-

Indit. 1. a *Ibid. b* *Ps. 48. b. d* *Eccli. 3. c* *Eccli. 10. d* *Mat. 20. d* *Sup. 14. b*

Digitized by Google

exaltabitur. Hoc autem dicitur non vt gradus deferatur, vel ordo perturbetur, vel iustitia omittatur,
Eccli.32.a sed vt priuatus excellentiæ amor suspendatur: Rectorem te posuerũt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe. Et hoc maxime cle-
1.Pet.5.a ricis competit, secundum illud: Neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Vnde
Glos.in hũc locum to.5. Glossa: Necesse est vt correctionem subditis et matrem pietas et patrem exhibeat disciplina. Atque inter hæc solicita circumspectione prouidendum, ne
aut districtio rigida, aut pietas sit remissa. Et de hoc
1.Tess.2.b est in Paulo exemplum: qui dicebat bonis: Facti sumus paruuli in medio vestri, tamquam si nutrix
foueat, *et cetera*. Pater etiam seuerus fuit Corinthijs:
2.Cor.vlt.a Prædixi enim, et prædico, vt præsens vobis, et nunc absens ijs qui ante peccauerunt, et ceteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcam. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?

Tertio quantum ad exemplum humilitatem suadens subiungit: *Nam, quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat?* Hoc quærit sicut per se notum, et ideo respondit: *Nonne qui recumbit?* Hoc est quidem verum,
Sup.17.b secundum ordinem qui attenditur secundum morem, et vsum mundanum. Vnde supra: Quis autem vestrum habens seruum qui reuerso de agro, dicat illi: Statim transi, et recumbe: et non magis, veni, et ministra mihi? Sed aliter est secundum ordinem diuinum, ideo subdit: *Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat*. Ad dandum humilitatis exemplum: quod potissime fecit in cæna illa vltima, in qua lauit pedes discipulorum, sicut dicitur
Ioan.13.b ibi, vbi subiungitur: Vos vocatis me Magister, et Domine, et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lauare pedes. Rationem autem consequenter ipse reddit: Non est seruus maior Domino suo, neque Apostolus maior est eo qui misit illum. Si ergo cum Christus esset superior, humillime ministrauit, multo fortius et omnes Christi discipuli. Chrysostomus: Non est verus discipulus qui
Chrysost.in opere impf. Mat.cap.5. hom.9.to.2 non imitatur Magistrum. Nec vera imago, quæ non est similis actori. Vnde licet semper fuerit periculosum erigi in superbiam, nunc periculosissimum est post tantam humilitatem ostensam, et ideo dicitur:
Phil.2.b Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, *et cetera*.

Quarto quantum ad præmium ad humilitatem alliciens, adiungit: *Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis*, per sustinentiam tribulatio-
Apoc.7.d nis. Tales sunt de quibus dicitur: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et lauerunt stolas suas, et dealbauerunt eas in sanguine agni. Et huiusmodi
Pron.17.c sunt veri amici: quia omni tempore diligit qui amicus est, et frater in angustijs comprobatur. Et: Si
Eccli.6.a possides amicum, in tentatione posside eum. Et quoniam qui particeps est in tribulatione, debet esse particeps in honore, ideo addit: *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo*, per abundan-
2.Tim.2.b tiam satietatis, secundum illud: Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, et conuiuemus: si sustinebi-
Apoc.1.b mus, et conregnabimus. Et: Particeps in tribulatione, et regno. Pater disposuit filio quòd peruenire ad exaltationem per humiliationem: nam in-
Inf.24.d fra dicitur: Nonne hæc oportuit pati Christum, et
Phil.2.a ita intrare in gloriam suam? Et: Humiliauit semet-
Ibid.b ipsum. Et post: Propter quod et Deus exaltauit illum, et donauit illi nomen, *et cetera*. Sic et filius disponit nobis eodem modo, et quantum ad viam,
Ioan.12.d et quantum ad patriam. Vnde Ioannes: Si quis mihi ministrat, me sequatur: et vbi sum ego, illic et minister meus erit. Quod non solum dicit quo ad conuiuium refectionis, verum et solium honoris, et ideo addit: *Et sedeatis super Thronos iudicantes duodecim tribus Israel*, per excellentiam dignitatis. Et hoc debetur perfectis qui iudicabunt, et non iudicabuntur. De quibus Matthæus: Vos qui secuti estis me, *et cetera*. Et in talium persona dicitur: Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis sæcularia? Hoc autem debetur perfectæ humilitati, secundum illud: Causa tua quasi impij iudicata est. Et iterum: Non saluat impios, et iudicium pauperibus tribuit. Illis scilicet qui vincunt superbiæ fastum. Propterea dicitur: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut et ego vici, et cõsedi cum patre meo in throno eius. Et hoc est præmium humilium: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.

Mat.19.d *1.Cor.6.a* *Iob 36.b* *Iob 36.a* *Apoc.3.d* *Ioan.12.d*

Ait autem Dominus Simoni, et cetera. Post repressam discipulorum arrogantiam, hic animat eos ad constantiam contra pericula imminentia. Et quoniam in periculis opus est constantia contra violentiam, et opus est cautela contra fraudulentiam. Nam diabolus tentat vt leo, tentat etiam vt draco: ideo pars ista habet duas partes. In quarum prima animat discipulos ad constantiam. In secunda vero solicitat ad cautelam, ibi: *Et dixit eis: Quando misi vos*, et cetera. Animans autem ad constantiam, præmunit contra tentationem, ostendit ad defensionem, et compescit præsumptionem. Primo ergo quantum ad prænunciationem tentationis, dicit:

Ait autẽ Dominus Simoni: Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Specialiter Simonẽ alloquitur, tamquã principalem inter omnes Apostolos. Nam ei dictum est: Beatus es Simon Bariona: Et post: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Istum ergo tamquam principalem lapidem, et fundamentalem præmunit: ostendendo periculum pugnæ hostilis. Quia enim diabolus aduersatur nobis, ideo dicitur satanas, secundum illud: Et satan stabat a dextris eius, vt aduersaretur ei. Iste autem semper desiderat persequi viros iustos, sed non potest nisi quantum permittitur a Domino. Ideo dicitur expetere, sicut a Domino permissus est Iob: Quadam autem die, cum venissent filij Dei, et assisterent coram Domino, adfuit inter eos etiam satan: data est autem ei potestas, *et cetera*. Concutit etiam viros perfectos, sicut concutitur triticum in cribro. Quia sicut triticum dum cribratur, expurgatur: sic et viri sancti in tribulationibus. Vnde Glossa: Cum vero satanas expetit tentare, et velut qui triticum purgat ventilando concutere, docemur nullius fidem a diabolo, nisi permittente Deo, posse tentari. Sicut autem cum cribratur triticum nihil remanet in eo, nisi puluis: sic diabolus non capit, nisi peruersos. Sicut in percussura cribri remanebit stercus, sic aporia hominis in cogitatu illius. In hoc enim cribro, mali non cribrantur: Concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro: et non cadet lapillus super terram.

Mat.16.c *Iob 1.b* *Zach.3.a* *Glos.in hũc locum to.5.* *Eccli.27.a* *Amos.vlt.c*

Secundo quantum ad ostensionem defensionis, adiungit: *Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua*. Hic rogauit Dominus non vt Petrus non caderet, sed vt non deficeret, quia quamuis ceciderit, resurrexit, secundum illud: Conuersus Dominus respexit Petrum. Vel potest illud referri ad Ecclesiam Petri: pro cuius fide rogauit Dominus, secundum illud: Non pro eis tantum rogo: sed et pro eis qui
Ioan.17.c credituri sunt per verbum eorum in me. Et hæc Ecclesia, quæ designatur per Petri nauiculam, licet concutiatur, tamen non naufragatur. Hoc enim posuit Deus in Ecclesia ad confirmationem aliarum, ideo addit: *Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*: quia sicut dicitur: Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, *et cetera*. Et hoc
Pron.18.c est ordinatum, secundum illud: Frater qui adiuuatur

Inf.g

Digitized by Google

tur a fratre, quaſi ciuitas firma. Ex quo apparet quòd Chriſtus ipſe orando, et interpellando confirmat principalia Eccleſiæ membra. Propter quod dicitur: Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et: Deus autem omnis gratiæ qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq. Sed per principalia confirmat infirma, ſecundum illud: Deſidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritualis ad cõfirmandos vos, ideſt, ſimul conſolari in vobis, *et cetera*. Vnde et de ſancto Iob dicitur: Vacillantes confirmauerunt ſermones tui.

1. Cor. 15. g
1. Pet. vlt. 6
Rom. 1. b
Iob 4. a

Tertio quantum ad repreſſionem præſumptionis, ſubiungit: *Qui dixit ei: Domine, tecum paratus ſum, et in carcerem, et in mortem ire*, hoc verbum fuit amoris et feruoris: ſed tamen hoc erat cuiuſdam præſumptionis, quia illud promittit ad quod non ſufficit ſcilicet quòd paratus ſit pro Chriſto, et cum Chriſto mori, cum ſit opus perfectiſſimæ charitatis. Vnde Hieronymus: Auis ſine pennis in altum volare nititur, ſed corpus aggrauat animam, vt timore humanæ mortis timor Domini ſuperetur. Vnde Petrus hic dupliciter præſumpſit, Et quia ſupra vires, de viribus proprijs ſentit. Vnde Ioannes: Ieſus dixit Petro: Quo ego vado, non potes me modo ſequi. Dicit enim Petrus: Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponam. Et iterum, quia ſe alijs præpoſuit. Vnde Marcus: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed non ego. Vnde Chryſoſtomus: Duplex enim crimen erat, tum quia Chriſto repugnauit ac reſtitit, tum quia ceteris ſeipſum præpoſuit. Et ideo hæc præſumptio compeſcenda erat, et propterea ſubditur: *Et ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me*. Chryſoſtomus: Idcirco igitur permiſit vt caderet: vt in omnibus diſceret Chriſto parere, verioraq. dicta iſtius crederet, quàm ſua ſibi conſcientia teſtaretur. Et poſt: Ex hoc apparet quòd non ſufficit deſiderium hominis, niſi nutu ſuperioris potiatur. Vnde Auguſtinus de verbis Domini dicit quòd Dominus locutus eſt ad Petrum, ſicut medicus ad ægrotum qui credit ſe eſſe ſanum. Dicit enim ſic: Sicut medicus tangens venam cordis Petri dicebat, non incitando ad negationem, ſed compeſcendo præſumptionem. Vnde Gloſſa: Ille qui nouit quid ſit in homine, ne quis de ſtatu ſuo incaute confidat, vel de caſu incautius diffidat, ſicut Deus modum, tempus, numerum negationis eius prædicit, et ſicut miſericors auxilium ſuæ defenſionis promittit. Ipſe ergo Dominus qui ſcit figmentum noſtrum, qui ſcit cogitationes hominum eſſe vanas, prædicit caſum, vt oſtendat verum eſſe illud quod dicitur: Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt, qui autem graditur ſapienter, ipſe laudabitur. Si quis autem quærat vtrum Petrus crediderit Dominum dixiſſe verum, aut falſum, dico quòd credidit verum, ſed ſub conditione, ſcilicet niſi diligenter caueret ſibi. Sciebat enim quòd prædictio Chriſti in nullo ſibi præiudicabat: ſed potius prænunciabat arbitrij libertatem. Videtur autem hoc quod hic dicitur de negatione Petri, contrarium eſſe ei quod dicitur: Priuſquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. Sed ad hoc reſpondetur quòd re uera ante primum cantum negauit Petrus ſemel, et ante ſecundum bis, et ita Petrus ante conſummauit trinam negationem, quàm gallus cãtum ſuum. Eſt ergo ſenſus quòd gallus non cantabit, ideſt non percantabit, ideſt canticum non conſummabit, vel antequam gallus cantet, ter negabis, ideſt trinam negationem inchoabis: vel negabis, ideſt trinam negationem in propoſito conſummabis.

Hier. in ca. 14. Marci. to. 6.
Ioan. 13. d
Mar. 14. e
Chryſoſt. in c. 26. Mat. homil. 83. to. 2.
Cryſo. vbi ſupra.
Gloſ. in hũc locum to. 5.
Prou. 28. d
Mar. 14. e

Et dixit eis: Quando miſi vos, et cetera. Poſtquam animauit ad conſtantiam, hic ſolicitat ad cautelam. Quod quidem facit per tria, ſcilicet per rememorationem præteritorum, per circumſpectionem præſentium, et per prouiſionem futurorum. Primo ergo quantum ad rememorationem præteritorum, dicit:

Et dixit eis: Quando miſi vos ſine ſaculo, et pera, et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil, hoc autem Dominus requirit ab eis, vt in tempore tribulationis memores eſſent præteritæ quietis, ſecundum illud: In die malorum non immemor ſis bonorum. Et Iob: Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſtineamus? vel ideo reducit ad memoriam, vt ex præterito det cautelam de futuro: Quia ignorat præterita, et futura nullo ſcire poteſt nuncio. Vel ideo quærit, vt oſtẽdat quòd diuinitus ortum eſt quod et in primitiua Eccleſia eſt obſeruatum, vt Euangelium nuncians de Euangelio viuat. Vnde Gloſſa: Ne quid tollerent in via præcepit ordinans ſcilicet, vt qui Euangelium nunciat de Euangelio viuat, vel ideo quærit vt oſtendat ex reſponſione ſua quòd exequenti diuina conſilia non deeſſent neceſſaria. Propter quod dicitur: Nolite ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Et poſt: Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Hoc autem non dicit, quia Apoſtoli nullam ſuſtinuerant penuriam, ſed Deus illam ſuppleuit quantum neceſſe erat. Vnde dicitur: Aporiamur, ſed non deſtituimur. Gloſſa ibi: Quaſi pauperes ſumus adeo, vt nobis neceſſaria deſint, ſed non deſtituimur a theſauro Dei, quia Deus paſcit nos, et impletur illud: Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eum. Quia exterior inopia cum interiori ſufficientia non debet reputari pro inopia, ſed opulentia. Propter quod dicitur: In omnibus diuites facti eſtis in illo. Sequitur: Vt nihil vobis deſit in vlla gratia. Et: Tamquam nihil habentes, et omnia poſſidentes. Vnde Chryſoſtomus: Maximam habet defenſionẽ inopia, inopem et nudum neque poſſum ego exuere, philargyriam vniuerſa contriſtant, non ſolum homines, ſed etiam vermes et tineæ contra eam militant.

Eccli. 11. c
Iob 2. b
Eccls. 8. b
Gloſ. in hũc locum to. 5.
Mat. 6. d
1. Cor. 1. a
2. Cor. 6. b
2. Cor. 4. b
Pſal. 33. b

Secundo quantum ad circumſpectionem præſentium, ſubdit: *Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet ſaculum tollat ſimiliter et peram*, ad ſuſtentationem. Vnde Gloſſa: Inſtante vero mortis articulo, et tota illa gente, paſtorem ſimul et gregem perſequente, congruam tempori regulam decernit, permittens vt tollant neceſſaria victui, donec ſopita perſecutorum inſania, tempus euangelizandi redeat. Datur autem hic forma, vt inter infideles et extraneos et perſequentes doctrinam veritatis non negligatur prouiſio ſuſtentationis. Vnde Gloſſa: Si per inhoſpitales regiones pergimus, plura viatici cauſa licet ferri, quàm domi habebamus. Et quia in perſecutione nõ inſtat ſolum periculum famis ab intra, verum etiam periculum oppreſſionis ab extra. Ideo addit: *Et qui non habet, vendat tunicã ſuam, et emat gladium*, ad defenſionem. Et debet ſuppleri affirmatiuè: et qui habet gladium tollat, ſcilicet, et qui non habet, emat. Sed cum Dominus nolit vindictam fieri a ſpiritualibus viris, vt quid mandat gladium emi? Vnde Ambroſius: Cur emere iubes gladium qui me ferire prohibes? Cur haberi præcipis, quem vetas promi? Niſi forte vt ſit parata defenſio, non vltio neceſſaria, et videar potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe. Poteſt etiam dici quòd ad ſpiritualem intellectum refertur, vt perperam intelligatur affectus pietatis, ſecundum illud: Eleemoſyna viri, quaſi ſacculus cum ipſo. Et in hac pera reponuntur lapides de torrente paſſionis, ſecundum illud: Elegit ſibi Dauid quinque limpidiſſimos lapides de torrente, et miſit eos in peram paſtoralem. Per gladium autem intelligitur zelus veritatis, quem debet homo primo ſibi præcingere, per

Gloſ. in hũc locum to. 5.
Gloſ. in hũc locum to. 5.
Amb. li. 10. in cap. 22. Luc. to. 3.
Eccli. 17. c
1. Reg. 17. a

Digitized by Google

per mortificationem carnalitatis propriæ, secundum
Psal. 44. a illud: Accingere gladio tuo super femur tuum, po-
Cant. 3. c tentissime. Et: Vniuscuiusque ensis super femur suū, propter timores nocturnos. Et debet euaginari ad redargutionem carnalitatis alienæ, secundum illud:
Hier. 48. b Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.
Ioel 3. b Et: Concidite aratra vestra in gladios, et ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat: quia fortis ego sum. Hæc duo scilicet pera et gladius assumenda sunt in tribulatione, vt pietatem ad naturam, zelum vero contra vitia habeamus.

Tertio quātum ad prouidentiam futurorum subiungit: *Dico enim vobis, quoniam adhuc quod hoc scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus*
Isa. 53. d est: Tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est. Congrue autem hoc Dominus prædicit eis: vt ex considerata passione sua armentur
1. Pet. 4. a et animentur, secundum illud: Christo igitur passo, *et cetera*. et vos eadem cogitatione armamini. Hæc
Ephe. 6. c est armatura accipienda, secundum illud: Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo. Et quoniam nihil magis animat hominem in tribulatione, quàm consideratio finis, ideo subdit: *Etenim ea quæ sunt de me, finem habent*, scilicet per passionem
Sup. 18. f imminentem. Nam supra dicitur: Consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. In hac quidem finali tribulatione non debet esse defectus spiritualis armaturæ quæ numquam deerit Ecclesiæ, in cuius designationem subdit: *At illi dixerunt: Domine, ecce gladij duo hic: At ille dixit eis: satis est*. Ex quo apparet quòd verbum Christi plus refertur ad intellectum spiritualem, quàm carnalem. Nam duo gladij numquam satis essent ad defensionem contra illam innumerabilem multitudinem, qui cum gladijs et fustibus venerunt. Quod ergo dicit, satis est, intelligitur de signato. Nam per duos hos gladios intelliguntur duo testamenta, in quibus sufficiens continetur doctrina, ad defendendam vni-
Cant. 4. b uersalem Ecclesiam, secundum illud: Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Designatur tamen per gratiarum gemi-
Isa. 6. b natum, et in designationē huius Seraphin tulit cum forcipe de altari calculum, qui in duobus brachiolis duplicem habet cultellum: In huius etiam designa-
Apo. 19. c tionem dicitur: Quòd de ore eius exibat gladius ex
Isa. 2. a vtraque parte acutus. Et de his Isaias: Conflabunt gladios suos in vomeres. Quia veteris testamenti verba, vtilia sunt ad prædicationem. Vel per duos gladios intelligitur duplex armatura, scilicet spiritualis
Bernar. li. 4. de cōsid. ad Eug. so. 2. et materialis. Vnde Bernardus ad Eugenium: Si nullo modo ad te pertineret gladius materialis dicentibus Apostolis, ecce gladij duo hic, non respondisset Dominus satis est, sed nimis est. Vterque ergo est Ecclesiæ, et spiritualis scilicet et materialis. Sed hic quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia est extrahendus ille sacerdotis, is militis manu: sed sane ad nutum sacerdotis, et iussum Imperatoris.

Et egressus ibat secundum consuetudinem, et cetera. Post descriptam machinationem proditoris, et informationem discipulorum, describit hic Euangelista orationem hominis Christi ad Deum: et hoc quantum ad septiformem conditionem, quæ debet esse in
Orationis cōditiones septem. oratione. Debet enim esse secreta, solicita, deuota, discreta, vigorosa, anxia, et circumspecta. Primo ergo quantum ad orationis secretū ex parte loci, dicit:

Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum. Consuetudo enim sua erat orare in monte illo, quia locus ille erat secretus, vt insinuet quòd deuota oratio fugere debet publicum, propter quod
Mat. 6. a Matthæus: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora patrem tuum, *et cetera*. Oseas: Ducam eam in solitudinem, et loquar ad
Osea 2. c cor eius. Siue quia locus erat eminens ad quem debet orans ascendere, ratione cuius dicitur: Dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Siue etiam quia mons erat Oliuarum et vnctionis et pietatis, ex qua Deus debet orari secundum illud: Impinguasti *Mat. 14. e*
Psal. 22. b in oleo caput meum, *et cetera*. Siue etiam quia de illo loco ascensurus erat in cælum, vt sciremus quia inde ascenderemus ad cælos. Vnde vigilamus et oramus et non reconciliamur. Principalis tamen ratio, erat secretum: vnde et solos permisit ire discipulos, propter quod addit: *Secuti sunt autem illum et discipuli*, tamquam familiares et priuati, quos etiam elegit, coram quibus in monte transfiguratus fuit. Vnde
Mat. 26. d Matthæus: Assumpto Petro et duobus filijs Zebedęi, cœpit contristari et mœstus esse.

Secundo quantum ad orationis solicitudinem ex parte animi, subdit: *Et cum peruenisset ad locum dixit illis: Orate ne intretis in tentationem*. Ex quo apparet quòd Dominus solicite orabat, et ad orationem discipulos solicitabat, vt doceret solicite orandum propter imminentia pericula. Tunc enim potissime orationi insistendum est, secundum illud: In die tribu-
Psal. 76. a lationis meæ Deum exquisiui manibus meis, *et cetera*. Quando enim tentatio imminet grauis, oportet tunc implorare auxilium de excelsis, secundum il-
1. Paral. 20. e lud: Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Cum autem homo tentatur, oportet ipsum petere auxilium ne vincatur. Et hoc petitur in oratione Dominica: Et ne nos inducas in tentationem. Vnde
Mat. 6. b qui in tentatione non vigilat, et orat, socius est furis. Quia cum sentiat hostes, nō clamat ad Dominum vt castrum et eius milites succurrant. Vnde supra: Vi-
Sup. 21. g gilate itaque omni tempore orantes: vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt.

Tertio quantum ad orationis deuotionem ex parte modi orandi, subdit: *Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, et positis genibus, orabat*. In quo ostendit deuotionem, et humilitatem, et reuerētiam cordis. Vnde bene orabat, positis genibus, vt humilitatem mentis habitu corporis ostenderet. Et hoc quidem conueniens erat: nam talis oratio maxime placet, secundum illud: Oratio humiliantis se, nu-
Eccli. 35. e bes penetrabit, et donec propinquet, non consolabitur. Vnde etiam in Psalmo: Respexit in orationem
Ps. 101. c humilium, et non spreuit precem eorum. Et ideo Iudith: Humilium et mansuetorum semper tibi pla-
Iudit. 9. d cuit deprecatio. Hoc modo orabat Paulus: Propter
Ephe. 3. c quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis et in terra nominatur. Et nota quòd dicit, quòd auulsus est a discipulis ad iactum lapidis, non solum propter secretum, verum etiam propter mysterium. Quia per hoc signabatur, quòd lapis ille angularis erat a discipulis ad modicum separandus, et cito reuersurus, quod significat absconsio patenæ in Missa. Vel certe signat, quòd ad hoc quòd quis de nocte orēt, oportet quòd a carnalibus affectibus auellatur. Vnde Isaias: Quem docebit scientiam? Et quem
Isa. 28. e intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus. Et hæc auulsio non potest esse, nisi per quemdam impetum, et motum violentum. Et propter istum impetum spiritus postulantis dicitur: Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenar-
Rom. 8. e rabilibus.

Patenæ absconsio.

Quarto quantum ad orationis discretionem, addit: *dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum a me*. Per calicem istum intelligitur passio: pro eo quòd in calice potus bibitur in mensura, secundum illud: Cibabis
Psal. 79. a nos pane lacrymarum, et potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Hunc calicem Christus bibit, cum passionem voluntarie gustauit. De torrente in
Ps. 109. b via bibit, *et cetera*. Et Matthæus: Potestis bibere ca-
Mat. 20. c licem quem ego bibiturus sum? Hunc calicem Christus bi-

ſtus bibere volebat voluntate rationis: ſed abhorrebat voluntate ſenſualitatis. Vnde quia ratio dominabatur ſenſualitati, ideo addit: *Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat*. In quo apparet quòd diſcrete petebat: quia voluntatem carnis voluntati rationis, et voluntati diuinitatis ſubijciebat, ſecundum illud:
Ioan. 6. d Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed volũtatem eius qui miſit me. Apparet ergo quòd rationem tamquam diſcretus et peritus aduocatus præpoſuit ſenſualitati, ſeruata tamen forma diuini iuris. Hoc autem Dominus orauit, vt oſtenderet in ſe veritatem humilitatis: vt condeſcenderet, et formam daret membris infirmis. Vnde Bernardus:
Bernar. in feſto ſancti Andreæ ſer. 1. to. 1. Agnoſco vocem ægrotorum, in medico conſidero charitatem, ſtupeo miſerationem, expaueſco dignationem. Hoc enim mirabile: quo modo ſic dignaretur noſtras in ſe ſuſcipere infirmitates. Poteſt etiam exponi, quòd Chriſtus orauerit pro membris, vt petat quòd calix transferatur, id eſt, ſcandalum paſſionis, vel timor mortis. Alio modo, ſicut Beda expoſuit, pro Iudæis, vel vt per eos hæc mors Chriſto non infligatur, nec ita excæcentur, vel vt ex cæcitate reuocentur. Et hoc eſt ab eis calicem transferre. Tunc eſt ſenſus: a me, id eſt, meis.

Quinto quantum ad orationis vigorem, ſubdit: *Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum*. Angelus apparuit ad confortandum, non propter ſuam indigentiam, ſed propter confortationem noſtram.
Gloſ. interlin. in hunc locum to. 5. Vnde Gloſſa: Nam ſi nobis triſtis eſt, id eſt propter nos triſtis eſt: neceſſe eſt, vt etiam propter nos confortetur, et nobis. Vt ex hoc appareat, quòd Angeli
Dan. 10. d confortant orantes, ſicut dicitur: Tetigit me quaſi viſio hominis, et confortauit me, et dixit: Noli timere vir deſideriorum, pax tibi: confortare, et eſto robuſtus. Cumq. loqueretur mecum, conuolaui, et dixi: Loquere Domine mi, quia confortaſti me. Hæc ergo Angelorum confortatio nobis impetrat vigorem: propter quod in huius deſignationem addit: *Et factus in agonia prolixius orabat*. Gregorius: Factus in agonia, ſignat quòd tunc anima non immerito terretur, quando poſt puſillum hoc inuenit, quod in æternum mutare non poſſit. In hoc enim mira eſt pugna: inter naturam et gratiam, inter rationem et ſenſualitatem. Quam quidem agoniam habuerunt ſancti martyres, et habent viri iuſti, ſecundum illud:
1. Cor. 9. d Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Et poſt: Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans. Quanto autem hæc agonia fortior eſt, tanto fortius oratio-
Sup. 18. a ni inſiſtendum eſt. Vnde ſupra: Dicebat autem parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, et
Sup. 6. c non deficere. Et iterum quòd erat pernoctans in oratione Dei.

Sexto quantum ad orationis anxietatem ſubditur: *Et factus eſt ſudor eius ſicut gutta ſanguinis decurrentis in terram*. Ex quo apparet quòd mirabilibus ſuſpirijs, et clamoribus cordis, et anxijs deſiderijs clamabat ad
Pſal. 87. a Deum, ſecundum illud: Domine Deus ſalutis meæ, in die clamaui et nocte coram te. Ideo autem ſanguis decurrebat in terram, ad oſtendendum quòd pro Eccleſia orabat: et pro illa effundere ſanguinem ſuum
Iob 16. d cupiebat: Terra ne operias ſanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus. Attendendum eſt autem quòd Dominus fudit ſanguinem ſuũ pro nobis in circumciſione, oratione, flagellatione, coronatione, manuum et pedum crucifixione, et la-
Pſal. 129. a teris apertione, vt ſic appareat verum illud: Apud Dominum miſericordia, et copioſa apud eum re-
Iſa. 63. a demptio. Vnde verificatum eſt illud: Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, et veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? vere rubrum eſt ſacroſanctum iſtud corpus, quod totiens fuit pro nobis ſacro ſanguine rubricatum. Hic ſanguis interpellat pro
Heb. 12. c nobis, ſecundum illud: Acceſſiſtis ad teſtamenti noui mediatorem Ieſum, et ſanguinis aſperſionem melius loquentem quàm Abel. Quia ſanguis Abel clamabat vindictam, ſecundum illud: Vox ſanguinis *Gen. 4. b* fratris tui Abel clamat ad me de terra: hic autem clamabat remiſſionem: Hic eſt enim ſanguis meus *Mat. 26. e* noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Septimo quãtum ad orationis circumſpectionem, ſubiungit: *Et cum ſurrexiſſet ab oratione, et veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes pra triſtitia*. Sic tamen orabat ad Deum, vt non obliuiſceretur ouium ſuarum. Quinimmo tunc interrupit orationem, vt rediret ad diſcipulos excitandos. Vnde Matthæus: *Mat. 26. e* Et venit, et iterum inuenit eos dormientes. In quo mira apparet ſolicitudo Chriſti ad diſcipulos, ſicut gallina ſolicitatur ad pullos. Sicut aquila prouocans *Deut. 32. b* ad volandum pullos ſuos, et ſuper eos volitans. Vnde et ſubditur: *Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate ne intretis in tentationem*. Arguit eorum ſomnolentiam, quæ ſimilis erat ſomnolentiæ ipſius Ionæ: Io-
Ione 1. b nas deſcendit ad interiora nauis, et dormiebat ſopore graui. Et acceſſit ad eum gubernator, et dixit ei: Quid tu ſopore ſupprimeris? Sic et Dominus dixit Petro: Simon, dormis? Non potuiſti vna hora *Mar. 14. d* vigilare mecum? Dormiebant autem non ex crapula, ſicut ille, de quo in Prouerbijs: Eris ſicut dor- *Prou. 23. d* miens in medio mari, et quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo: ſed ex mœſtitia tantum. Vnde Matthæus: Erant oculi eorum grauati. In hoc ergo ap- *Mat. 26. d* paret mira circumſpectio Chriſti orantis: quia redijt ad diſcipulos ad excitandũ, et iterum redijt ad Deum orandum. Vt ſic manifeſte oſtenderet, quòd pijſſimus, et vigilantiſſimus erat: et ad ſubditos, et ad Deum, tamquã optimus prælatus. Inſinuatur etiam in hoc, quòd Chriſtus ter orauit eumdem ſermonẽ, quòd oratio noſtra debet eſſe ad Deum trinum. Debet eſſe contra triplex genus tentationum: debet eſſe ſecundum triplicem actum potentiarum imaginis mentis noſtræ. Et ſecundum triplicem theologicam virtutem, fidem ſcilicet ſpem, et charitatem. Debet eſſe propter triplex bonum aſſequendum, ſcilicet veniam, gratiam, et gloriam. Seu bonitatem, ſcientiam, et diſciplinam, ſecundum illud: Bonitatem, et *Pſ. 118. e* diſciplinam, et ſcientiam doce me. In hoc autem quòd ter viſitauit eos, ſignificatur, quòd Dominus ter viſitat animas, confortando, ſcilicet iraſcibilem, zelum immittendo: rationabile, lumen infundendo: et concupiſcibile, deſiderium inflammando, propter quod Iob: Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus *Iob 33. d* per ſingulos, vt reuocet animas eorum a correptione, et illuminet luce viuentium. Et ſic completur pars hæc: quæ eſt de præambulis ad paſſionem.

Adhuc eo loquente, ecce turba, et cetera. Poſtquam deſcripſit præambula ad paſſionem, hic ſecundo deſcribit concomitantia. Hæc autem fuerunt ſex, ſcilicet Chriſti comprehenſio, comprehenſi illuſio, illuſi accuſatio, accuſati condemnatio, condemnati crucifixio, crucifixi et mors et tumulatio. Secundum hoc ergo pars iſta habet ſex. In quarum prima agitur de Chriſti comprehenſione. In ſecunda de eius illuſione, ibi: *Et viri qui tenebant Ieſum*, et cetera. In tertia de accuſatione, ibi: *Et ſurgens omnis multitudo*, et cetera. In quarta vero de condemnatione, ibi: *Pilatus autem, conuocatis*, et cetera. In quinta, de crucifixione, ibi: *Ducebantur autem et alij*, et cetera. In ſexta vero de morte et tumulatione, ibi: *Erat autem fere hora ſexta*, et cetera. Quoniam autem Chriſtus in ſua comprehenſione fuit a diſcipulo traditus, a Petro negatus: ideo pars iſta habet duas, in quarum prima agitur de modo cõprehendendi: in ſecunda de negatione Petri, ibi: *Comprehendentes autem eum, duxerunt*, et cetera. In exprimendo igitur comprehendẽdi modum, quattuor introducuntur, ſcilicet fraus proditoris, zelus diſcipulorum, virtus Saluatoris, et dolus Iudæorum.

Digitized by Google

Iudæorum. Primo igitur quantum ad fraudem proditoris, dicit:

Adhuc eo loquente, ad commonitionem discipulorum. Vnde Matthæus: Ecce appropinquauit hora, *Mat.26.e* et Filius hominis tradetur in manus peccatorum: Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. In verbis istis Iudas superuenit, vnde et subdit: *Ecce turba, et qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos*, tamquam dux peruersorum: *Act. 1. c* Oportet impleri scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum. Ipse ergo duxit eos *Ioan.18.a* ad locum, secundum illud: Sciebat autem et Iudas B qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Ipse etiam dux fuit ad capiendum Christum. Vnde subdit: *Et appropinquauit Iesu vt oscularetur eum*, ad dandum proditionis signum. Vnde Matthæus: Qui tradidit eum de- *Mat.26.e* dit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Hoc signum vere erat proditorium, quia signum est amoris, et tamen procedebat ex peruersitate cordis, et ideo subdit: *Iesu autem dixit illi: Iuda osculo filium hominis tradis?* detegendo scilicet proditoris affectum, suscipit autem Dominus osculum a Iuda, licet sciret proditorium, C vt semper maximam in se ostenderet benignitatem. *Glos.in hũc locum to.5.* Vnde Glossa: Suscepit Dominus osculum, vt plus afficiat proditorem, cui amoris officia non negaret. Vnde dicitur in Psalmo: Cum his qui oderunt pa- *Ps. 119. b* cem, eram pacificus, *et cetera*. Matthæus: Dixit- *Mat.26.e* que illi Iesus: Amice, ad quid venisti? Ex hoc autem apparet mira peruersitas in proditore. Vnde Hieronymus: Iudas de apostolatus fastigio in proditionis tartara labitur, et nec familiaritate conuiuij, nec intinctione buccellæ, nec osculi gratia frangitur, ne quasi hominem tradat, quem filium Dei nouerat. Osculi ergo susceptio ex parte Christi fuit benignita- D tis, sed ex parte Iudæ fuit miræ dolositatis. In huius *2.Reg.20.c* figuram dixit Ioab ad Amasam: Salue mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum, et percussit eum in latere, et mortuus est. Et istud est osculum impij proditoris. Propterea di- *Prou.27.a* citur: Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.

Secundo quantum ad zelum discipulorum, subdit: *Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio?* Discipuli enim zelo amoris Christi accensi inflammabantur ad defensionem, sed dubitabant propter E illud quod ab ipso edocti erant exhibere omnem pa- *Mat. 5. f* tientiam, secundum illud: Si quis percusserit te, in dextram maxillam tuam præbe illi et alteram: sed Petrus adeo feruebat quòd nec quæsiuit, nec responsionem expectauit. Vnde subdit: *Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, et amputauit auriculam eius dexteram*, hic autem fuit Petrus. Vnde tres Euangelistæ ipsum non exprimunt ex nomine, propter reuerentiam: sed Ioannes exprimit, ad insi- *Ioan.18.b* nuandum eius zelum feruidum. Vnde Ioannes: Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: et F percussit pontificis seruum. In hoc autem facto laudatur Petri zelus. Vnde Glossa: Petrus eodem ardo- *Glos.interlin.in hunc locũ. to.5.* re mentis zelatus est, sicut Phinees, de quo dicitur *Num.25.b.c* quòd propter zelum quo transfodit fornicantes adeptus est sacerdotium sempiternum, hic autem laudatur zelus, tamen non laudatur opus. Vnde Mat- *Mat.26.e* thæus: Conuerte gladium tuum in locum suum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Verumtamen licet non laudetur factum, commendatur mysterium. In hoc enim signatur quòd potestas sacerdotij Petri sustulit obseruantiam sacerdotij legalis, quæ seruitus erat. Vel certe per amputationem istius auriculæ intelligitur quòd populus ille, qui nomine dicitur rex, sed veritate seruus,

A spiritualem intelligentiam perdidit. Vnde Glossa: *Glos. in hũc* Seruus principis sacerdotum qui Malchus, ideſt, *locum to.5.* rex appellatur, populus Iudæorum est qui per incre- *Ioan. 18. b* dulitatem, seruus factus est impietatis: qui perdidit auriculam dexteram, vt tantum litteræ vtilitatem audiat. Vnde Petrus hanc aurem non abstulit, sed ablatam ostendit. Vnde Glossa: Ablata est auris non *Glos.in hũc* Petro tollente, sed diuino iudicio ablatam pandente. *locum to.5.*

Tertio quantum ad virtutem Saluatoris, adiungit: *Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsque huc*, quasi dicat, non amplius procedatis pro eo quod exhibenda est patientia, non iracundia: beneficentia, non vindicta. Ideo addit: *Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum*, in quo miro modo ostenditur Christi benignitas quòd seruum comprehendentem in actu persecutionis vulneratum sanauit. Tunc potissime impleuit istud quod iussit: Benefacite his qui *Mat.5.g* oderunt vos. In quo mira apparuit eius potentia, quia solo tactu vniuit dissoluta: quod nec ars poterat, nec natura. Et per hoc ostendit se possibilem ad resistendum, ad viuificandum, et ad occidendum, secundum illud: Ego occidam, et ego viuere faciam; *Deut.32.e* percutiam, et ego sanabo, et non est qui de manu mea possit eruere. In hoc etiam mira apparuit virtus Christi, quia simul cum omnipotentia erat tanta pa- *Ioan.18.a* tientia. Vnde dicitur quòd processit Iesus obuiam eis, et dixit eis. Quem quæritis. Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. Ostendit igitur Christus in hoc etiam virtutẽ potentiæ, et patientiæ, et beneficentiæ. Vnde Glossa: Num- *Glos.intera* quam pietatis obliuiscitur qui nec hostes suos pati- *lin.in c.22* tur vulnerari. Indicauit etiam cum hoc mysterium *Mat. to.5.* sapientiæ, per sanationem enim auriculæ amputatæ intelligitur quòd Dominus aliquando restituet auditum et intellectum veritatis populo Iudæorum, secundum illud: Reliquiæ conuertentur, reliquiæ *Isa. 10. e* inquam, Iacob ad Deum fortem. Si enim fuerit populus tuus Israel, quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Vnde Glossa: Auris amputata, et *Glos.in hũc* a Domino sanata, signat auditum, ablata vetustate, *locum to.5.* renouatum, vt sit in nouitate spiritus et non in vetustate litteræ,

Quarto quantum ad dolum Iudæorum, subiungit: *Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum et Magistratus templi et seniores*, quos specialiter nominat, quia omnia hæc auctoritate maiorum fiebant. Et impletum est illud: Manus prin- *1.Esd.9.a* cipum et magistratuum fuit in transgressione hac prima. Et Daniel: Egressa est iniquitas a senioribus *Dan. 13.a* iudicibus qui videbantur regere populum. Nam principes videbantur regere per auctoritatem. Magistratus per doctrinam: Et seniores per vtrumque, et tamen hi cogitauerunt nequitiam, et ideo eos alloquitur, dicens: *Quasi ad latronem existis cum gladijs et fustibus. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me*. Ex quo arguitur eorum stultitia. Vnde Ambrosius: Stultum est gladio quærere *Ambr. Glos* illum qui vltro se tradit. Et in nocte per proditorem *sa in hunc* inuestigare latentem, quem quotidie videbant in *locum to.5.* templo docentem. Arguitur etiam nequitia, quia *Idẽ habet* virum iustum quærebant sicut latronem, inermem *Hier. lib.4.* cum armis. Lumen verum quærebant in tenebris *in cap. 26.* quod quidem faciebant eorum tenebræ peccatorũ. *Mat. to.6.* Vnde subdit: *Sed hæc est hora vestra, et potestas tenebrarum*. Quia omnis qui male agit, odit lucem. Et *Ioan.3.c* Iob: Oculus adulteri obseruat caliginem. Propter *Iob 24.c* quod et dæmones, quia male suadent, potestates tenebrarum dicuntur, secundum illud: Aduersus prin- *Ephe.6.c* cipes et potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Has tenebras fugere debemus, secundum illud: Nolite communicare operibus infru- *Ephe.5.e* ctuosis tenebrarum. In his tenebris est qui odit Christum, lucem, et humani generis fratrem: Qui odit *1.Ioan.2.b* fratrem suum, in tenebris est, et in tenebris ambu-

Digitized by Google

lat, et nescit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

Comprehendentes autem eum, et cetera. Post descriptam comprehensionem Christi, describitur hic negatio Petri, ad cuius descriptionem plenariam introducuntur quattuor, scilicet ipsius Petri tepiditas in formidando, fragilitas in negando, pietas Domini in recipiendo, et fidelitas Petri in redeundo. Primo ergo quantum ad Petri tepiditatem in formidando post comprehensionem Magistri, dicit:

Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus vero sequebatur eum a longe. A longe Petrus sequebatur, quia timebat accedere propius: iam enim relictus erat solus. Vnde Mar
Mar. 14. e cus: Tunc discipuli relinquentes eum, omnes fugerunt, secundum illud: Fratres omnes pauperis oderunt eum, insuper et amici procul recesserunt ab
Prou. 19. a *Psal. 87. b* eo. Et: Longe feciſti notos meos, *et cetera*. Amor namque vnit et facit appropinquare, et econtrario tepor amoris facit procul abscedere. Et hic tepor iam incipiebat esse in Petro. Et ideo addit: *Accenso autem igne in medio atrij, et circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum*, in quo ostenditur tepiditas amoris et ignis interioris. Vnde Glossa:
Glos. in hūc locum to. 5. Quod intus in domo principis sacerdotum maligna synodus gerebat, hoc ignis inter frigora noctis foris accensus, typice demonstrabat. Hoc frigore ad horam torpens Apostolus Petrus, quasi prunis ministrorum calefieri cupiebat quia temporalis commodi solatium perfidorum societate quærebat. Et
Mich. 6. c de hoc igne Michæas: Adhuc ignis in domo impij, et thesauri iniquitatis. Et hic insinuatur quòd abun-
Iob 15. d dante igne iniquitatis, de quo Iob: Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt: refrigescet ignis charitatis: de quo supra:
Sup. 12. f Ignem veni mittere in terram, *et cetera*. Vnde
Mat. 24. b etiam et Matthæus: Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et hoc igne tepefacto efficitur homo pronus ad Christum negandum, et etiam ad omne malum.

Secundo quantum ad fragilitatem Petri in negando subdit: *Quem cum vidisset ancilla quedam sedentem ad lumen, et eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum dicens: Mulier, non noui illum*, in quo apparet Petri fragilitas: quia sicut dicit Gregorius, Vna mulieris voce percussus, dum mori timuit vitam negauit. Primo aggreditur diabolus Petrum per mulierem in memoriam prioris
Eccli. 25. d facti, secundum illud: A muliere initium factum
Eccli. 42. c est peccati. Et iterum: De vestimentis procedit tinea, et a muliere iniquitas viri. Et ne Petrus posset se excusare per surreptionē, ideo iteratur inquisitio, cui subdit: *Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es: Petrus vero ait: O homo, non sum*, iterat Petrus negationem, quia malorum non deseruit societatem. Vnde Augustinus: Quàm noxia sunt prauorum eloquia, quæ cogunt Petrum negare Dominum, vel hominem se nosse, quem inter discipulos confessus fuerat esse filium Dei. Vnde verificatur
1. Cor. 15. e istud: Corrumpunt mores bonos eloquia mala. Et quia Petrus nomine sibi adhuc cauit, ideo tertio negationem replicauit, propterea additur: *Et interuallo facto quasi hora vnius, alius quidam affirmabat, dicens: Vere et hic cum illo erat, nam et Galilæus est: Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis*, et impletum est verbum Domini supra: *Non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me*. hæc autem tertia negatio secundum Bedam et Hieronymum, facta fuit in atrio Caiphæ: secundum Augustinum autem in Libro de concordia Euangelistarum inchoata fuit in domo Annæ, et consummata in atrio Caiphæ: cui concordat Ioannes: Per
Hieron. lib. 4. in ca. 26 Mat. to. 6. *Aug. lib. 3. de Cons. Euang. ca. 6. to. 4.* *Io. 18. c. d* misit autem Dominus Petrum se negare vt dicit
Chrysost. in Chrysostomus, vt confundatur Marcion, vt nemo de se præsumat, vt Christo in omnibus credat, vt alij sibi caueant, et vt prælatus Ecclesiæ discat ex casu suo qualiter alijs misereri debuisset, vt etiam fortior resurgens ostendat illud esse verum quod dicitur: Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ideo autem ter permissus est negare, vt ostendatur quòd tripliciter offendimus Dominum, scilicet corde, ore, et opere. Et a tribus personis impulsus est, in mysterium triplicis tentationis. Et triplici interuallo in designationem triplicis admonitionis, et super hæc tria, ter quæsitum est ab eo, amas: et ter dictum est ei, pasce. Et trina Petri sollemnitas celebratur.

e. 26. Mat. ho. 83. to. 2. *Rom. 8. e* Trina Petri negatio qd.

Tertio quantum ad pietatē Domini in succurrendo, subiungitur: *Et continuo adhuc illo loquente, cantauit gallus: Et conuersus Dominus respexit Petrum*. Præmisit cantum galli, quo Petrus commoueretur exterius, et respectu Domini commouetetur interius, quia hoc duplici modo pietas Christi releuat peccatores, exterius commouendo per cantum galli, hoc est per commonitionem prædicantium: Quis dedit gallo intelligentiam? vnde et Ec-
Iob 38. d clesia cantat: Gallus iacentes arguit, et somnolentos
2. Tim. 4. a increpat. Quia dicitur prædicatori: Argue, obsecra, increpa, *et cetera*. Et ad huius cantum superuenit diuinæ misericordiæ respectus, de quo in Psalmo:
Ps. 101. c Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cælo in terram aspexit. Augustinus de con-
Lib. 3. ca. 6. to. 4. cordia Euangelistarum: Respexit Dominus Petrum non humanis oculis, sed diuinis: Respectus
Sap. 4. c Dei in electos illius. Et Psalmus: Respicit terram,
Ps. 103. d *et cetera*.

Quarto quantum ad fidelitatem Petri in redeundo, subiungitur: *Et recordatus est Petrus verbi Domini sicut dixerat: Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis*, in hoc recognouit culpam, ad cuius recognitionem sequitur pœnitentia, et ideo addit: *Et egressus foras Petrus fleuit amare*, ideſt ex magna compunctionis amaritudine lacrymatus est. Vnde Ambrosius: Fleuit amarissime, vt lacrymæ lauarent delictum, et tu similiter lacrymis culpam dilue. Hæc autem amaritudo maxima pars pœnitentiæ est. Vnde Ambrosius: Lacrymas lego, satisfactionem non lego. Huiusmodi lacrymæ quando ex amaritudine procedunt, inclinant Dominum ad remissionem. In cuius figuram dicitur: Fleuit itaque Ezechias fletu magno. Et subditur ibi quòd Dominus eum liberauit de periculo mortis. Et ideo sanctus propheta Dauid in persona viri pœnitentis in Psalmo dicit: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Ex quo apparet quis fructus fuerit permissæ negationis, exemplar scilicet pœnitentiæ et compunctionis, propter quod etiam Dominus principes Apostolorum Petrum et Paulum de sordibus extraxit vitiorum. Propter quod dicit ad Timotheum: Blasphemus fui et persecutor et contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui crediturí sunt illi in vitam æternam.

Amb. li. 10. in c. 22. Luc ca to. 3. *Ibidem.* *4. Reg. 20. a* *Psal. 6. b* *1. Tim. 1. d*

Et viri qui tenebant Iesum, et cetera. Post descriptam comprehensionem Christi, et negationem Petri, hic tertio describit illusionem Domini comprehensi. Et quoniam hæc illusio fiebat a Iudæis impudentibus et insidiantibus, ideo primo agit de procacitate illudentium, secundo de malignitate insidiantium, ibi: *Et vt factus est dies*, et cetera. Et quoniam Christus est Dei virtus et Dei sapientia, et secundum hoc dupliciter honorādus, ideo per oppositum duplex describitur hic dehonoratio Christi, scilicet per illusionem ipsius quo ad defectum potentiæ, et quo ad defectum sapientiæ. Primo igitur

Digitized by Google

tur quantum ad illusionem Christi, vt impotentis, dicitur:

Et viri qui tenebant Iesum, illudebant ei cædentes. Et velauerunt eum, et percutiebant faciem eius. In huius figuram dicitur: Exprobrantes percusserũt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Et: In virga percutiẽt maxillam iudicis Israel. Hoc autem non potuissent, nisi quia ipse voluit misericorditer sustinere iuxta illud: Corpus meum dedi percutiẽtibus, et genas meas vellentibus. Et: Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Hãc maxillam immo faciem speciosam, in quam desiderãt Angeli prospicere, quę plena est gratiarum, et desiderata cunctis gentibus, quæ salus est aspicientium, impij Iudæi velabant, cõspuebant, et percutiebant, sed Dominus propter nos hoc sustinuit. Vnde Hieronymus: Voluit Dominus conspui vt nos lauaret, voluit velari vt velamen culpæ etignorantiæ a cordibus nostris auferetur, voluit in capite percuti vt caput nostrum restitueret sanitati. A lapis voluit cędi et verbis derideri vt nos ei labijs et manibus, id est verbis et operibus applaudamus.

Secundo quo ad illusionem Christi vt ignorantis, subdit: *Et interrogabant eum dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit?* Hoc autem irrisorie faciebant illudentes ei, qui se dixerat verum Prophetam. De quo in Deuteronomio: Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Hunc prophetam non audierunt, sed contumeliose interrogauerunt, secundum illud: Contumelia, et tormento interrogemus eum: quia simul percutiebant et irridebant. Et quia non est possibile narrare omnia conuicia Christo illata, ideo vt concludat omnia in summam quamdam, subdit: *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum*, et sic impletur in eis illud: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerũt sanctũ Israel, abalienati sunt retrorsum. Hæc autem sustinuit Christus voluntarie, secundum illud: Opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. Et hoc vt daret nobis exempla ad opprobria contemnẽda. Vnde dicitur: Recogitate enim eum qui talem sustinuit, a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. Et Chrysostomus: Diuinum illud caput percusserũt viri iniquitatis et abominabiles. Quæ ergo erit nobis cura de reliquo in contumelijs, postquam Christus hæc passus est? sed multi magis sunt imitatores Iudæorum. Vnde Beda, qui tunc cæsus est colaphis Iudæorum, nunc cæditur blasphemijs falsorum Christianorum. Et qui conputus est saliuis infidelium, nunc vesanis opprobrijs fidelium exhonoratur. Vnde de talibus potest intelligi istud: Abominantur me, et longe fugiant a me; et faciem meam conspuere non verentur. Et de talibus Augustinus: Non minus peccant qui blasphemant Christum regnantem in cælis, quàm Iudæi qui crucifixerunt ambulantem in terris.

Et vt factus est dies, et cetera. Postquam descripsit illudentium procacitatem, hic describit insidiãtium malignitatem, et hoc quadrupliciter. In conueniendo, interrogando, replicando, et sententiando. Primo ergo quantum ad malignitatem in conueniendo, dicit:

Et vt factus est dies, conuenerũt seniores plebis. Conuenerũt, inquam, in vnum ad vnam malitiam consummandam, secundum illud: Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, et aduersus Christum eius. Nam de Behemot dicitur: Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Et quia vnus malus pertrahit alterum ad malitiam, ideo subdit: *Et principes sacerdotum et scribæ, et duxerunt illum in concilium suum*, duxerunt, inquam, non ad iudicandum, sed ad obseruandum, secundum illud: Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Et in concilio denudata est malitia eorum occulta, quam cõtra Christum conceperant, secundũ illud: Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio. Et ideo Hieremias: Tu Domine scis omne concilium eorum aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, et peccatum eorum a facie tua non deleatur. Et hoc est quod dicitur: Summi sacerdotes, et omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent.

Secundo quantum ad malignitatem in perquirendo subditur: *Dicentes, Si tu es Christus, dic nobis.* Hoc non quærunt vt instruantur, sed vt insidientur. Vnde Glossa: Non veritatem desiderant, sed calumniam parant, vt si diceret: Ego sum Christus, calumniarentur quòd sibi regiam potestatem arrogasset. Hoc quærebant: Circumdederunt eum Iudæi, et dicebant ei: Si tu es Christus, dic nobis palam. Hæc autem malignitas Christum non latebat, et ideo additur: *Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi.* Ex quo apparet quod quæritis vt increduli. Vnde Ioannes: Loquor vobis, et non creditis: opera quę ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. *Si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis*, quare liquet quod quæritis, vt discoli. Vnde Glossa: Sæpe dixerat se esse Christum, interrogauerat et eos quo modo dicerẽt Christum filium Dauid, sed illi nec dicenti credere, nec interroganti respondere, nec eum qui innoxius erat, dimittere volebant: Quo modo dicunt Christum, filium esse Dauid? Ne tamen videretur quærere subterfugium, respondet veritatem, cum subdit: *Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei*, ex hoc, id est, post hanc passionem, secundum illud: Humiliauit semetipsum. Propter quod et Deus exaltauit illum, et cetera: *a dextris*, id est, æqualis. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Et: Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantię eius, portansq. omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

Tertio quantum ad malignitatem in replicando adiungitur: *Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei?* Hoc quasi concludunt, et quærunt causam, vt, si hoc asserat, reprobent eum, tamquam blasphemũ, secundum illud: Magis quærebãt Iudæi Iesum interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed et patrem suũ dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Quoniam igitur hic verum concludebant, et tamen falsum euidens reputabãt, ideo Christus nec omnino asserebat, nec omnino negabat, sed medio modo respondebat, propter quod addit: *Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum.* Vnde Glossa: Ita responsionem suam temperat, vt dicat verum, et sermo eius calumniæ non pateat. Vnde Ioannes: Iudæis dicentibus de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: et quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Respondit per scripturam: Nonne scriptum est in lege vestra: Ego dixi, dij estis. Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, vos dicitis: Quia blasphemas: quia dixi filius Dei sum? Vnde sicut ibi eorum repressit insaniam responsione prudenti, ita et hic. In quo erudit nos Christus, iuxta illud: Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Nam qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit. Et post: Doce iustum, et festinabit accipere. Vnde cæco illuminato quærenti: Quis est filius Dei, vt credam in eum? Respondit: Et vidisti eum: et qui loquitur tecum, ipse est. Et Samaritanæ dicenti, quòd Messias veniret, respondit: Ego sum qui loquor tecum.

Quarto quantum ad malignitatem in sententiando, subiungit: *At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius*, ex quo apparet eorum peruersitas, quia mala intentione quærebant

Iob 16. b *Mich. 5. a* *Isa. 50. c* *Thre. 3. d* *Deut. 18. c* *Sap. 2. d* *Isa. 1. b* *Psal. 68. b* *Heb. 12. a* *Chrysost. in c. 26. Mat. homil. 86. to. 2.* *Iob 30. b* *Psal. 2. a* *Iob 41. a* *Psal. 21. c* *Prou. 26. a* *Hier. 18. d* *Mar. 14. f* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Ioan. 10. e* *Ioan. 10. e* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Sup. 20. g* *Heb. 2. a* *Psal. 109. a* *Heb. 1. a* *Glos. in hũc locum to. 5.* *Ioan. 5. e* *Mat. 7. a* *Prou. 9. b* *Ioan. 9. g* *Ioan. 4. d*

Digitized by Google

rebant, videlicet vt caperent eum in sermone. Appa-
ret etiam quòd peruersitas voluntatis peruertebat
iudicium, quia quod Christus dixerat dubie, argue-
Eccli.11.d bant ipsum asseruisse. Et sic verificatur illud: Multæ
sunt insidiæ dolosi. Bona in mala conuertens insidia-
tur, et in electis imponet maculam. Hoc autē quod
innuit se filium Dei esse, reputabāt blasphemiam, et
ideo tamquam blasphemum reputabant morte di-
Mar.14.g gnū. Vnde Marcus: Summus autem sacerdos scindēs
vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes?
Audistis blasphemiam, quid vobis videtur? *et cetera.*
ibi subditur quòd cœperunt quidam cōspuere eum,
et velare faciem eius, et colaphis eum cædere. Ex quo
potest colligi, quòd bis illusio ista facta est ei, scili-
Ioan.18.d cet interdiu et noctu. Vnde Ioannes dicit quòd mi-
Mat.26.g nister dedit ei alapam in domo Annæ, et alij Euan-
Mar.14.g gelistæ dicunt quòd illusus fuit in domo Caiphæ, ita
Hier.20.c vt verificetur istud: Factus sum in derisum tota die,
omnes subsannant me. Quia iam olim loquor voci-
ferans iniquitatem, et vastitatem clamito. Et ideo
Sup. 9..e nunc impletum est illud quod prædixit supra: Opor-
tet filium hominis multa pati, et reprobari a seniori-
bus et principibus sacerdotum, et scribis. Vnde etiam
Isa. 53. a in persona eorum dicitur illud: Desideravimus eum
despectum, et nouissimum virorum, virum dolorum
et scientem infirmitatem: et quasi absconditus vultus
eius et despectus, vnde nec reputauimus eum, et nos
reputauimus eum quasi leprosum, et percussū a Deo
2.Reg.6.d et humiliatum. In cuius figura dicitur quòd Michol
filia Saul spreuit Dauid subsilientem, sic et synagoga
Christū patientē, et ideo perdidit prolē et hereditatē.

CAPVT XXIII.

SVRGENS *omnis multitudo eorum*, et cetera.] Post descriptam comprehensionem, et illusionem, hic tertio describit accusa-
tionem. Et quoniam Christus erat in Hierusalem, et tamen venerat de finibus Galilææ, ideo pars ista habet duas partes. In quarum prima agitur de accusatione Christi coram Pilato præside Iudææ. In secunda vero de accusatione eius coram Herode principe Galilææ, ibi: *Pilatus autem audiens Galilæam*, et cetera. Circa descriptionem accusationis coram Pilato introducuntur quattuor, scilicet accusatio improba, inquisitio recta, excusatio iusta, accusationis aggrauatio importuna. Quantum ad accusationem improbam, dicit:

Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Multitudo venit vt quem ratione superare
Sap. 4. a non poterant, saltem vincerent multitudine: Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis. Et
ideo periculosum est cum tali multitudine commi-
Eccli.7. a sceri, propter quod dicitur: Non pecces in multitu-
dine ciuitatis, nec te immittas in populum, quia
Eccli.21.b dicitur: Stupa collecta Synagoga peccantium, et con-
summatio illorum flamma ignis. Hæc autem mul-
titudo conuenit ad multipliciter Christum accusan-
dum, vnde subdit: *Cœperunt autem illum accusare*, ac-
Thre. 3. g cusabant eum tamquam eius aduersarij: Audisti op-
probria eorum Domine, omnes cogitationes eorum
aduersum me. Labia insurgentium mihi. Accusans
autem eum tamquam peccantem in populum, pro-
pter quod subditur: *Dicentes: Hunc inuenimus subuer-
tentem gentem nostram*, subuersionem populi vocant
Ezec.2. e viri subuersi et subuersores, secundum illud: Fili
hominis, increduli et subuersores sunt tecum, et
cum scorpionibus habitas: verba eorum ne timeas,
et vultus eorum ne formides, quia domus exaspe-
rans est. Et ideo exasperans, quia suum conuersorem
Hier.31.d vocat subuersorem. Vnde Hieremias: Conuerte me,
Psal.125.a et conuertar, quia tu Dominus Deus meus. Et: Con-
uerte Domine captiuitatem, *et cetera*. Accusant etiam
eum sicut peccantem in principem, ideo subditur: *et*

A *prohibentem tributa dari Cæsari*, et hoc similiter erat
falsum, nam supra dixit: Reddite quæ sunt Cæsa- *Sup.20. d*
ris, Cæsari: et quæ sunt Dei, Deo. Accusant etiam
eum sicut peccantem in Deum. Vnde additur: *Et
dicentem se Christum regem esse*. Sed de hoc non erat
accusandus, quia erat verum, secundum illud: Ego *Psal. 2. a*
autem constitutus sum rex ab eo, *et cetera*: sed nec ipsi
de hoc poterant eum accusare, quia licet se diceret
esse Christum coram discipulis, secundum illud: Vos *Mat.16.e*
autem quem me esse dicitis? tamen hoc tacebat co-
ram Iudæis, ne daret eis occasionem malignandi.
Vnde Matthæus: Præcepit discipulis suis, vt nemi- *Mat.16.e*
B ni dicerent, quia ipse esset Iesus Christus: et propte-
rea Iudæis quærentibus hoc ad insidiandum, et ac-
cusandum, non respondit simpliciter affirmando,
sed medio modo: Vos dicitis, quia ego sum. Ex quo *Sup.22. g*
apparet quòd Iudæi inique, et improbe accusabant
Christum.

Secundo quantum ad inquisitionem rectam subditur: *Pilatus autem interrogabat eum dicens: Tu es rex
Iudæorum?* Attendendum quòd licet de tribus accu-
saretur, Pilatus non quæsiuit nisi de vno, quia scie-
bat quòd alia erant falsa: nam cum sanctitas et boni-
tas Christi appareret per miracula et eius famam,
C cum per verba ipsius euidens esset, quòd non prohi-
bebat Cæsari reddi tributa, solum de tertio dubita- *Glos.in hūc
uit, et de eo quærit. Vnde Glossa: Pilatus potuit au- locum to.5.*
dire quod de tributis dixerat: Reddite quæ sunt Cæsa- *Sup.20. d*
ris, Cæsari: et ideo hoc quasi mendacium apertum
vilipendens, solum hoc quod nesciebat quæsiuit. Et
in hoc recte egit, secundum illud: Causam quam ne- *Iob 29. e*
sciebam diligentissime inuestigabam: sed quia nec
ipse dignus erat veritatem audire tamquam incredu-
lus, ideo subdit: *At ille respondens ait: Tu dicis*. Vnde
Ioannes: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis: *Ioan.18.g*
quia rex sum ego. Sed ideo hoc non affirmat, quia
D Pilatus non erat idoneus ad hanc veritatem suscipien
dam, propter quod dicitur: Ego in hoc natus sum, *Ioan.18.g*
vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex
veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid
est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iu-
dæos. Ex quo apparet quòd veritatem non veraciter
quæsiuit, quia cum quæsiuisset, responsionem non
expectauit. Et ideo nec quid esset veritas, nec ipsam
veritatem audire promeruit.

Tertio quantum ad excusationem istam addit: *Ait
autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas. Nihil inue-
nio causæ in hoc homine.* Nam de duobus primis cau-
E sam non inueniebat, quia non quærebat, nec quæ-
rendum iudicauerat. De vltimo vero inueniebat
quod Christus ei dixerat, sicut dicitur: Regnum *Ioan.18.f*
meum non est de hoc mundo, et ideo Pilatus nullam
culpam inueniebat in eo dignam morte, nec mirum
quia ipse de se dicit: Venit princeps mundi huius, et *Ioan.14.d*
in me non habet quidquam. Vnde poterat dicere il-
lud: Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar. Ex *Iob 13. e*
quo apparet quòd sicut boni iudicis est condemnare
peccantes, sic est eius excusare et defendere innocen-
tes, secundum illud: Insontem et iustum non inter- *Exo.23. a*
ficies, quia aduersor impium.

F Quarto quantum ad accusationis aggrauationem
importunam, subdit: *At illi inualescebant dicentes:
Commouet populum docens per vniuersam Iudæam, inci-
piens a Galilæa vsque huc.* In quo aggrauant accusatio-
nem, dum volūt eam notare de seditione, quasi com-
motor sit totius terræ, sed iniuste eum accusant de cō-
motione, quia non commouebat populum ad sedi-
tionem sicut Absalon, de quo dicitur: Cum immo- *2.Reg.15.e*
laret victimas, facta est coniuratio valida, populusq.
concurrens augebatur cum Absalon. Non commo-
uebat ad transgressionem, sicut faciet Antichristus:
Admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adora- *Apo.13. e*
uerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ, sed
commouit ad compunctionem, secundum illud:

Com-

Digitized by Google

Psal. 59. a Commouisti terram, et conturbasti eam: sana contritiones eius, *et cetera*. Commouit ad exultationem
Mat. 21. a sicut dicitur: Cum intrasset Hierosolymam, com-
Agg. 2. b mota est vniuersa ciuitas. Et: Adhuc vnum modicum est, et ego commouebo cælum et terram. Et
ratio huius est, quia docebat non seductoria, sed sa-
Ioan. 6. b lutaria. Vnde et Petrus dicebat: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Hac doctrina
Ioan. 7. a Christus docuerat, sicut dicebat Ioannes: Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit. Et ideo non erat accusandus, sed laudandus, et acceptandus, et maxime a
Tit. 1. a principibus sacerdotum, secundum illud: Oportet episcopum esse amplectantem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari doctrina sana. Spiritualiter in hoc quod
Galilæa qd Christus incœpit a Galilæa, quæ interpretatur transmigratio, et pertransijt per Iudæam, et venit vsque in Hierusalem, intelligitur quòd prædicator verus debet hoc ordine prædicare, vt prædicet transmigrationem a statu peccati, confessionem veritatis fidei, et quietationem in visione pacis æternæ, vt sic deseratur malum, discernatur verum, et diligatur bonum. Et in his clauditur triplex bonum, scilicet venia, gratia, et gloria. Bonitas, scientia, et disci-
Ps. 118. i plina. Propter hoc petit propheta in psalmo: Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me.

Pilatus autem audiens, et cetera. Post descriptam accusationem coram præside, hic describit ordinem accusationis coram Herode, ad cuius ordinatam descriptionem introducuntur quatuor, scilicet cautela Pilati subterfugientis, curiositas Herodis interrogantis, improbitas plebis accusantis, et stoliditas principis vilipendentis. Primo ergo quantum ad cautelam Pilati subterfugientis, dicit:

Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit, si homo Galilæus esset, ideo hoc quærit, vt subterfugiat eum iudicare, si iudicium eius spectat ad alium. Et ratio
Mat. 27. b eius redditur in Matthæo: Sciebat enim Pilatus quòd per inuidiam tradidissent eum. Et ideo subterfugiebat, quia vel oportebat quòd prouocaret contra se gentem illam, vel faceret contra iura. Vnde volebat in alium reijcere iudicium. Ideo subdit: *Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem qui et ipse Hierosolymis erat illis diebus*. Beda: Ne contra insontem, et quem traditū per inuidiā nouerat, sententiam dare cogeretur: Herodi audiendum mittit, vt a suo Tetrarcha, vel absolueretur, vel
Beda Glos. sa in hunc locum to. 5. dānaretur: Vnde apparet quòd Pilatus fecit caute, fecit et iuste, quia noluit sibi vsurpare quod alieni erat
Rom. 13. a iuris, quia dicitur: Non est enim potestas nisi a Deo. Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. Fecit et pie, quia credidit quòd Herodes hominem suum ab iniquis deberet accusatoribus liberare, secundum il-
Eccli. 18. b lud: Miseratio hominis circa proximum suum. Fecit et versute, quia voluit in aduersarium suum periculosum iudicium deuoluere: voluit et eius calumniam declinare, voluit et ei placere de eo quod nihil sibi constabat. Ex quo apparet istud quod supra
Sup. 16. b dictum est: Filij huius sæculi, prudentiores filijs in generatione sua sunt.

Secundo quantum ad curiositatem Herodis interrogantis, subdit: *Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde*, non propter aspectum credulitatis, sicut
Ioan. 8. g Abraam de quo Ioannes: Abraam pater vester exultauit, vt videret diem meum, et vidit, et gauisus est. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, non per affectum charitatis, sicut Iob: Quis mihi
Iob 23. a tribuat, vt cognoscam et inueniam illum, et veniam
Sup. 10. d vsque ad solium eius? Talibus enim dicitur: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quòd multi prophetæ et reges, *et cetera*, non sic Herodes, sed ex curiositate. Vnde addit: *Eo quòd audiret multa de eo, et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri*, per appetitum curiositatis: Audiuit autem
Sup. 9. a Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, et ait: Quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum. Et quia curiositas maxime viget circa vsum et auditum, secundum illud: Non
Eccls. 1. b saturatur oculus visu, neque auris auditu impletur, ideo addit: *Interrogabat autem eum multis sermonibus*. Interrogabat, inquam, non sicut studiosus, sed sicut curiosus: non sicut amator, sed sicut tentator, secundum illud: Ex multa loquela tentabit te, et sub-
Eccli. 13. b ridens interrogabit te de absconditis tuis. Et quia non meretur veritatem audire, ideo additur: *At ipse nihil illi respondebat*, tacebat autem Christus in exemplum prudentiæ: Ne respondeas stulto iuxta stultiam suam. Iustum autem est, indignis diuina celari.
Pro. 26. a Vnde Glossa: Tacuit, quia Herodis incredulitas non merebatur diuina audire, et Dominus iactantiam
Glos. in hūc locum to. 5. declinabat: Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Item per exemplum patientiæ: Si expaui ad multitudinem nimiā,
Mat. 7. a et despectio propinquorum terruit me, et non magis tacui: super quo Gregorius: Boni apparere nolunt, cum alijs prosunt: quod esset se ostendere, nec
Iob 31. d prodesse, vt Iesus Herodi non quærenti profectum
Greg. li. 22 c. 12. super Iob to. 2. tacuit, et tamen passus est se deridere. Item innocentiæ. Vnde Glossa: Melior est causa quæ non defenditur, et probatur. Susanna tacuit, et vicit, sicut
Glos. in hūc locum to. 5. dicitur. Item in exemplum confidentiæ: Dominus
Dan. 13. c d pugnabit pro vobis, et vos tacebitis. In exemplum obedientiæ: Quasi agnus coram tondente se, obmutescet. In exemplum perseuerantiæ. Vnde Glossa:
Exo. 14. d *Isa. 53. c* Ambiunt defendi qui timent vinci: nec accusatorem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo.
Glos. interlin. in hūc locum to. 5. Vnde dicitur: Ex ore Altissimi non egredientur nec mala, nec bona.
Thre. 3. c

Tertio quantum ad improbitatem plebis accusantis, subdit: *Stabant autem principes sacerdotum, et scribæ constanter accusantes eum*, hæc autem constantia virtus non erat, sed pertinacia, quia non ex amore iustitiæ veniebat, sed ex liuore inuidiæ. Hæc enim est, quæ armat cor ad proximum impugnandum. Vnde Augustinus: Cum per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi infundatur, in zelo
Aug. ad fratres in Eremo ser. 18. to. 10. inuidiæ per tota viscera serpit. Hæc est qua Cain contra fratrem suum Abel armatur. Et filij Iacob
Gen. 4. a contra Ioseph, Babylonij contra Danielem, Iudæi contra Christum. Erat autem in Iudæis inuidia cum pertinacia, et ideo accusabant eum constanter: nam perseuerantia in illis non est vera constantia, sed duritia et pertinacia, sicut Magi Pharaonis contra Moysem. Vnde dicitur: Quemadmodum autem Iannes
2. Tim. 3. b et Mambres restiterunt Moysi, ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Vnde illi erant imitatores illius draconis, de
Apo. 12. c quo in Apocalypsi: Proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et hoc ex inuidia. Nam dicitur: Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem
Sap. 2. d terrarum, imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.

Quarto quantum ad stoliditatē principis vilipendentis, subiungitur: *Sprenit autem illum Herodes cum exercitu suo: et illusit indutum veste alba*, spreuit, inquam, tamquam impotentem: quia signum non fecit: tamquam ignorantem, quia verbum non respondit: tamquam stolidum: quia coram accusantes se non defensauit. Nec tantum spreuit, verum et illusit. Ex quo apparet quòd Christus illusus fuit triplici illusione, scilicet a Iudæis ex malitia: Ab
Sup. 22. g Herode ex arrogantia, sicut dicitur hic: a militibus
Ioan. 19. a ex ignorantia, sicut dicit Ioannes. Et attendendum quòd Iudæi velauerunt: Herodes induit alba veste: Milites circumdederunt ei purpureum vestimētum. Ex quo apparet quòd pontifex noster habuit in sua passione

Digitized by Google

Indumenta pontificalia.

passione vestimenta pontificalia. Amictam scilicet cum velatus est a Iudæis. Albam cum vestitus est alba veste ab Herode: Casulam cum habuit chlamydem coccineam. Et ne quid desit, et manipulum et stolam et cingulum, dum ligatus est ad columnam. Coronam spineam habuit pro mitra, et arundinem in manu pro baculo pastorali, et pro chirothecis et sandalijs habuit manus et pedes sanguine coopertos. Et hæc habentur a prælatis consecrantibus in memoriam Dominicæ passionis. In cuius memoriale conficitur sacramentum altaris. Quia vero Herodes Christum nō inueniebat morte dignum, ideo et ipse declinabat iudicium, ideo additur: *Et remisit ad Pilatum*, tamquam ad amicum, propter quod addit: *Et facti sunt amici Pilatus et Herodes in ipsa die, nam antea inimici erant adinuicem*, ex quo apparet quòd inimicitia respectu boni, parit amicitiam inter malos, ideo mali designantur per vulpes Samsonis, quæ habent caudas colligatas, quia omnes conueniunt in vnum aduersus Dominum, et aduersus Christum eius. Et ideo hi duo designant persecutionem duorum populorum contra Christum. Vnde Glossa: Sicut Herodes et Pilatus, sic Iudæi et Gentiles, cum sint genere et religione, et mente quoque dissentientes, tamen in Christianis persequendis, et fide Christi perimenda consentiunt.

Iudic.15.a

Psal. 2. a

Gloss. in hūc locum to.5.

Pilatus autem, conuocatis principibus sacerdotum, et magistratibus, et cetera. Postquam descripsit Christi comprehensionem, illusionem, et accusationem, hic quarto describit ipsius condēnationem. Et quoniam Christus condemnatus est, vt deduceretur ad patibulum crucis, ideo pars ista habet duas partes. In quarum prima agitur de condemnatione ipsius ad patibulum. In secunda de deductione eius ad crucifigendum, ibi: *Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem*, et cetera. Describit autem Euangelista condemnationem Christi vt iniquam, vt impiā, vt extortam, et vt distortam. Vt iniquam, propter repugnantiam legis iustitiæ. Vt impiam, propter repugnantiam consuetudinis piæ. Vt extortam, propter repugnantiam voluntatis propriæ. Vt distortam, propter repugnantiam rationis rectæ. Primo igitur ad insinuandam repugnantiam condemnationis Christi, et legis iustitiæ, dicit:

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, et magistratibus, et plebe, præmittendo citationem: citandi autem sunt actores ad audiendam sententiam, qua reus debet absolui, vel condemnari, quia vt dicitur: Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq. defendendi accipiat ad abluēda crimina. Ideo secundum iuris ordinem, ante lationem partium conuocationem, quibus conuocatis procedendum est, ideo, subditur: *Dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum*, recolendo accusationem. Vnde Ioannes: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Et post accusationem sequitur inquisitio, ideo subdit: *Et ecce, ego coram vobis interrogans, nullam causam inueni in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes. Nam remisi vos ad illum, et ecce, nihil dignum morte actum est ei.* Ostendendo eius innocentiam, quam ostendit per examinationem propriam, et alienam. Vnde Glossa: Pilatus fatetur, nec se, nec Herodem aliquid in occidendo, vel iludendo Christo inuenisse. Nam et recte competit ei illud: Igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas. Et quia talem, iniquum est condemnari, ideo subdit: *Emendatū ergo illum dimittam*, prædicendo æquam sententiam, hæc enim sententia erat ferenda secundum iustitiam: Ex quo accusabatur innocens, sed Pilatus hoc non audebat facere, sed quærebat assensum partis aduersæ, ostendens quòd non poterat damnari iuste, ne tamen possent

Act. 25. e

Ioan.18. f

Gloss. in hūc locum to.5

Psal.16. a

conqueri de remissione iudicis offert punitionem accusati, in hoc quod dicit se emendatum, ideſt, flagellatum dimittere velle. Vnde Glossa: Flagris, et ludibrijs, quantum iubetis, afficiam, dummodo ne fitiatis innoxium sanguinem, ex quo apparet repugnantia condemnationis, et legis iustitiæ.

Gloss. inter. lin. in hunc locum to.5.

Secundo quantum ad repugnantiam condemnationis et consuetudinis piæ, subiungit: *Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum*, hæc autem necessitas non manebat ex imperiali iure, sed ex consuetudine. Vnde Rabanus: Non imperiali legis sanctione, sed annua gentis, cui per talia placere gaudebat, deuictus consuetudine. Hæc autem consuetudo erat in die festo paschæ, in memoriam liberationis populi de Ægyptiaca seruiture. Vnde Ioannes dicit quòd dixit Pilatus: Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha, vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Et hæc oblatio erat secundum morem clementiæ, sed hanc recusat peruersitas Iudæorum in Christo. Et ideo addit: *Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, et dimitte nobis Barrabam*, hoc autem petit turba ad suggestionem principum, et scribarum. Vnde Matthæus: Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populo, vt peterent Barrabam. Et in hoc apparet crudelitas: quia pijssimo Domino prætulerunt impijssimum homicidam. Ideo addit: *Qui erat propter seditionem quamdam factam in ciuitate, et homicidium, missus in carcerem*, et ita erat seditiosus, et homicida. Insuper et latro, sicut dicitur: Erat autem Barrabas latro. Ex quo apparet Iudæorum peruersitas, quia Saluatori prætulerunt seditiosum, benefactori furem, et auctori vitæ prætulerunt virum homicidam. Vnde dicitur: Vos autē sanctum et iustum negastis, et petistis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vitæ interfeciſtis. Et hæc fuit summa impietas, vitam reddere destructori, et auferre vitam fonti totius vitæ. Vnde Glossa: Quia pro Iesu latronem, pro Saluatore interfectorem, pro datore vitæ ademptorem elegerunt, merito salutem perdiderunt, et vitam.

Ioan.18.g

Act. 3. e

Gloss. in hūc locum to.5.

Tertio quantum ad repugnantiam condemnationis, et voluntatis in iudice, subdit: *Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum*, ex quo non valebat impietas, non valebat iniquitas, tamdem valebat auctoritas, et voluntas. Hoc autem nolebat Pilatus, tum quia durum erat sibi, tantum virum morti tradere sine causa: tum etiam, quia dissuadebat vxor sua. Vnde Matthæus: Sedente Pilato pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi, et iusto illi. Hæc autem voluntas Pilati non erat plena, sed pigra, secundum illud: Vult et non vult piger. Quia non volebat facere contra turbam, cuius voluntas erat contraria, ideo subditur: *At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.* Vbi ostenditur peruersa Iudæorum voluntas in hoc quòd clamose quærunt. Vnde sibi competit illud: Expectaui vt faceret iudicium, et ecce iniquitas: et iustitiam, et ecce clamor. Pro istius multitudinis clamore dicitur: Væ multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis, et tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum. Apparet et ex hoc peruersa voluntas, quia quærunt crucifixionem. Vnde Beda: Magna crudelitas, non solum occidere, sed et crucifigere quærunt, vt pedibus et manibus ad lignum confixis, morte vexaretur producta, nec tantum producta, verum et acerba, secundum illud: Foderunt manus meas, et pedes meos. Nec tantum acerba, verumetiam ignominiosa. Morte turpissima condemnemus eum: vnde illum tamquam maledictum pœnæ maledictionis volebant subijcere, quia dicitur: Maledictus a Deo, qui pendet in ligno. Sed hoc non fuit sine diuina dispositione, secundum illud: Christus nos redemit de maledicto

Mat. 27. b

Prou. 13. a

Isa. 5. b

Isa. 17. d

Beda Glossa in hunc locum to.5.

Psal. 21. d

Sap. 2. d

Deut. 21. d

Gal. 3. b

Digitized by Google

dicto legis, factus pro nobis maledictum. Sed impij hoc ex crudelitate, et iracundia postulabant. De his duobus, scilicet clamore et crudelitate dicitur: Facta est mihi hereditas mea quasi leo in silua: dedit contra me vocem. Et iterum in Psalmo: Quoniam circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me.

Hier. 12. e

Psal. 21. d

Quarto quantum ad repugnantiam cõdemnationis, et rationis rectæ, subiungitur: *Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste, nullam causam mortis inuenio in eo.* Ex quo enim nulla erat in eo causa mortis, interficere eum erat contra dictamen rectæ rationis. Et quia menti inuidæ non sufficit ratio sine punitione, ideo addit: *Corripiam ergo illum, et dimittam.* Nec tantum hoc dixit verbo, verum et facto, secundum illud: Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, et flagellauit. Vnde Glossa: Hanc correctionem deridendo, et flagellando nefandorum desiderijs exhibuit, ne vsque ad crucifigendum fæuirent. Et quia peruersum cor nec ratione inducitur, nec flectitur pietate, ideo subditur: *At illi instabant vocibus magnis postulantes, vt crucifigeretur, et invalescebant voces eorum.* Ex quo apparet quòd victi viua citate rationis rectæ, conuertunt se ad preces. Vnde Glossa: Ad preces se conuertunt, vt quod criminando, vel etiam ratiociando nequiuerant, iam postulando et vociferando perficiant. Vnde etiam Ioannes ait: Exiuit ergo iterum Pilatus, et dixit eis: Ecce, adduco vobis eũ foras, vt cognoscatis quia in eo nullam inuenio causam, et dixit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontifices, et ministri, clamabant, dicentes: Crucifige crucifige eum. Ex prædictis ergo colligitur quòd mors Christi principalius imputatur Iudæis, quàm Pilato. Vnde Ioannes: Dominus dicit: Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Nam Iudæi semper institerunt ad eius mortem, sed Pilatus visus est subterfugere septem modis, scilicet imitatione fori, allegatione innocentiæ, oblatione misericordiæ, ostentatione voluntatis suæ, declaratione quòd hoc esset contra rationem, inflictione pœnæ, et tamdem retorsione culpæ in Iudaicam plebem. Vnde Matthæus: Pilatus accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, et super filios nostros. Sed licet tot modis vellet eum liberare, tamen præ timore defecit in fine, et declinauit contra dictamen iustitiæ, misericordiæ, voluntatis suæ, et rationis rectæ, ad peruersam populi voluntatem, ideo addit: *Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.* Et hoc contra illud: Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt a vero deuies. Deuiauit autem Pilatus, distortam sententiam dando, in absoluendo malum, et ideo dicit: *Dimisit autem illum eum, qui propter homicidium, et seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant.* Et quantum ad condemnationem viri iusti, ideo addit: *Iesum vero flagellatum tradidit voluntati eorum.* Ratio autem, quare Pilatus fuit inflexus ad hanc sententiam iniquissimam, fuit inordinatus amor complacentiæ populi, quæ retrahit a veritate, ideo dicitur: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Fuit et timor, ne incurreret offensam Cæsaris. Vnde Ioannes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Et subditur ibi quòd Pilatus cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, et sedit pro tribunali, et malam sententiam tulit, propter quod dicitur: Qui timet hominem, cito corruet.

Ioan. 19. a

Glos. in hũc locum to. 5.

Ioan. 19. a

Ioan. 19. b

Mat. 27. e

Exo. 23. a

Gal. 1. b

Ioan. 19. e

Prou. 29. d

Et cum ducerent eum, et cetera. Post descriptam cõdemnationem Christi, hic describit deductionem condemnati, circa quam describendam quattuor introduc̃untur, scilicet deductio Christi ad patibulum, lamentatio mulierum, reprehensio lamentantium, et pronunciatio imminentium calamitatum. Primo ergo quantum ad deductionem Christi ad patibulum, dicit:

Et cum ducerent eum apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa: et imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sed contrarium huius videtur dici in Ioanne, vbi dicitur: Susceperunt autem Iesum, et eduxerunt eum. Et baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum. Verumtamen non est contrarietas, quia vtrumque fuit, sed quod tacet Lucas, exprimit Ioannes. Vnde Glossa: Primo Dominus portauit crucem, sed postea Simoni impositа est, quem exeuntes obuiam habuerunt. Hoc autem diligenter exprimit Lucas propter mysterium significationis. Simon iste ratione nomis, et gentis, quia erat de Cyrene, designat obedientiam populi gentilis ad ferendam crucem post Christum. Vnde Glossa: Quia Simon non Israelita, sed Cyrenæus erat, per eum gentiles designãtur qui portant crucem, cum populi gentium paganis ritibus relictis obedienter amplectuntur vestigia Dominicæ passionis. Et talibus loquitur Petrus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, *et cetera.* Et talibus Paulus: Iesus extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Quia vero Simon angariatus fuit crucem portare, sicut dicitur: Angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum, ideo ratione angariæ designat hypocritas, qui crucem portant pro laude humana. Vnde Gregorius: Simon qui portat crucem in angaria, ipse est qui laborat pro laude humana, subeunt enim homines hunc laborem quem non cogit timor vel dilectio Dei. Vel designat accidiosos qui crucem portant cum murmure, pœna, et violentia. Contra tales Bernardus: Væ portantibus crucem, non sicut Saluator suam, sed sicut ille Cyrenæus alienam. Contra quos dicitur: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, *et cetera.* Quia omni die debet in nobis amor pœnitentiæ faciendæ innouari.

Ioan. 19. d

Glos. in hũc locum to. 5.

Glos. in hũc locum to. 5.

1. Pet. 2. d

Heb. 13. e

Mar. 15. b

Sup. 9. e

Secundo quantum ad lamentationem mulierum concomitantium, subditur: *Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum, quæ plangebant et lamentabantur eum.* Turba quidem sequebatur ex admiratione, sed mulieres ex miseratione. Vnde Glossa: Mali sequuntur vt morientem læti aspiciant, mulieres vt quem viuere desiderabant, moriturum, morientem, et mortuum plorent. Vnde et post mortem dicitur de Magdalena: Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Hæc autem lamentatio fiebat de Christo a mulieribus, non a viris: non quia mulieres essent in amore Christi feruentiores, seu stabiliores, sed quia magis sunt naturaliter ad lacrymas pronæ, et magis compassiuæ naturæ, sicut de Anna dicitur: Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrymis. Et de Anna matre Samuelis: Cum esset Anna amara animo, orauit ad Dominum flens largiter, *et cetera.* Et quia poterant hoc facere magis secure. Vnde Glossa: Non ideo inducitur solus mulierum ploratus, quia et viri dolerent, sed quia femineus sexus quasi contemptibilior, liberius poterat presentibus principibus sacerdotum quid contra eos sentiat ostentare. Vnde potest dici illud: Accingite lumbos vestros, super vbera plangite, super regione desiderabili. Vere desiderabilis erat iste super omnes reges vniuersæ terræ: Et ideo hic planctus, et hæc lamentatio designari potuit per lamẽtationem factam super Iosiam, secũdum illud: Vniuersus Iuda et Hierusalem luxerunt eum, Hieremias maxime, cuius omnes cantores atque cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant. Huiusmodi autem lamentationes magnæ factæ et prædictæ fuerunt pro Saluatore, et ideo leguntur in eius passione. Similiter etiam plangitur mors Christi, et ruina

Ioan. 20. e

Tob. 10. a

1. Reg. 1. b

Glos. in hũc locum to. 5.

Isa. 32. e

2. Paral. 35. d

ruina Hierusalem. Vnde in oratione Hieremiæ di-
Thre. 5. e citur: Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus: propterea mœstum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri.

Tertio quantum ad reprehensionem lamentantiũ, adiungit: *Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalem nolite flere super me.* Prohibet autem huiusmodi mulieres a fletu, non quia male facerẽt Chri-
Iob 30. d sto compatiendo, cum dicat vir pius et sanctus: Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi. Vnde et sanctus Dauid
2. Reg. 1. d in figura dicebat: Doleo super te frater mi Ionathan, decore nimis, et amabilis super amorem mulierum. Vnde et Christo pauperi et afflicto amabili, et pulcherrimo compatiendum est affectu pijssimo secun-
Zach. 12. c dum illud: Aspicient ad me, quem confixerunt, et plangent eum planctu quasi super vnigenitum, et dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Non ergo hic arguitur a Christo, sed quia contristabantur ex mentis deiectione, contra quos dicitur: Non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non
1. Thes. 4. c habent: Si enim credimus, *et cetera*. Vnde Glossa:
Glos. in hũc locum to. 5. Ne lamentemini me moriturum, cuius cito resurrectio mortem soluere potest, cuius mors mortem, et ipsum mortis auctorem destruet. Quia ergo contristabantur carnali quadã affectione, scilicet dilectione
Ioan. 16. c faciei desideratæ, sicut discipuli: Plorabitis et flebitis vos, mũdus autem gaudebit, *et cetera*. Quia etiam sic flebant super Christo quasi moreretur pro se, non
Glos. in hũc locum to. 5. pro humana transgressione. Vnde Glossa: Tristabantur de vita mortali, quæ morte finienda erat, non de cæcis qui medicum occidebant. Quandocumque autem passionem Christi recolimus, debemus flere, non pro ipso, qui iam glorificatus est, sed habito respectu ad peccatum nostrum, ideo subdit: *Sed super vos ipsas flete, et super filios vestros.* Non negat igitur quin flendum sit, sed quòd consideratio flentis debet redire super scelus humani generis, pro cuius transgressione Christus mortuus fuit. Quoniam igitur mortuus est pro peccatis nostris, ideo dies passionis suæ debet cum multis lacrymis celebrari. Vnde di-
Thre. 1. f citur: Idcirco ego plorans, et oculus meus deducens aquas: quia longe factus est a me consolator conuertens animam meam: facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus. Secus autem est de alijs sanctis, vt de Petro, et Paulo, qui mortui sunt ad profectum virtutis, et palmam martyrij obtinendam. Flere ergo debet omnis Christianus super se, et humano genere, quia fuit causa interfectionis Domini
Hier. 9. a sui. Vnde Hieremias: Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum: et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Ex huius mortis speciali memoratione flendum est, quàmdiu sumus in Babylone, in valle lacrymarum et fletuum.
Psal. 136. a Vnde Psalmus: Super flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Flere etiam debet omnis, quia tantam et tam nobilem pie-
Thre. 2. f tatem non recognoscit multitudo hominum. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem et noctem: non des requiem tibi. Flere etiam debet, quia ex hoc præparatur ad æternam calamitatem, propter quod su-
Sup. 19. f per eos fleuit Iesus. Videns ciuitatem, fleuit super il-
Thre. 2. d lam, dicens: Quia si cognouisses et tu. Et: Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei.

Quarto quantum ad prædictionem imminẽtium calamitatum, subiungit: *Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, et ventres qui non genuerunt, et vbera quæ non lactauerũt.* Et hoc potest referri ad destructionem Hierusalem, ratione cuius præmit-
Sup. 21. e titur supra: Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus, erit enim pressura magna super terram, et ira populo huic: et cadent in ore gladij, et captiui ducentur in omnes gentes. Vel melius refertur ad iudicium finale, ex cuius cõsideratione debet homo flere super se, et super alios peccatores, ne oporteat plangere in aduentu ipsius, secũdum illud: Tunc
Mat. 24. e parebit signum filij hominis in cælo, et tunc plangẽt omnes tribus terræ, et videbunt filium hominis sedentem, *et cetera*. Et huic intellectui magis consonat, quod sequitur: *Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos: et collibus: Operite nos.* Hoc erit in apparitione iudicis, secundum illud: Absconderunt se
Apo. 6. d in speluncis, et in petris montium, et dicunt montibus et petris: Cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira agni: quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Et similiter:
Isa. 2. d Et introibunt in speluncas petrarum, et in voragines terræ a facie formidinis Domini, et a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram, *et cetera*. Quòd autem tales dies horribiles expectandi sint indubitanter, et formidandi, per fletum præueniendi, ostendit ex consideratione suæ passionis, cum subdit: *Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Quasi dicat, si succiditur arbor viua, et fructuosa et spe-
Prou. 3. b ciosa, quid ergo fiet de arida et infructuosa. Est autem Christus lignum viride, quia viuum. Vnde dicitur: Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, dicitur de sapientia. Et ideo designatur per lignum
Gen. 2. b vitæ, de quo in Genesi: Produxitq. Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suaue: lignum etiam vitæ in medio paradisi.
Apo. 22. a Quia etiam fructuosum: Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum. Quia virtuosum: Folia ligni ad sanitatem gentium, *et cetera*. E con-
Apo. 22. d trario, homo peccator est lignum aridum, quia caret vita gratiæ, fructu iustitiæ, et virtute constantiæ propter quod dicitur peccatori: Non te extollas
Eccli. 6. a in cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in eremo. Si ergo summus plantator lignorum paradisi, propter peccatum, sic crudelem mortem permisit pati lignum vitæ, et voluptatis, quid ergo faciet de lignis aridis et spinosis? Vnde Glossa:
Glos. in hũc locum to. 5. Si ergo qui peccatum non feci, qui lignum vitæ appellor, mundo duodenos fructus gratiæ per singulos menses affero, sine passione de mundo non exeo, quę tormenta manent illos, qui fructibus sunt vacui? Insuper et lignum vitæ flammis dare non timẽt, et ideo
Prou. 11. d dicitur: Si iustus in terra recipit, quanto magis impius et peccator? Et: Quoniam tempus est, vt inci-
1. Pet. 4. d piat iudicium a Domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorũ qui non credunt Dei Euangelio?

Ducebantur autem et alij duo, et cetera. Post descriptam Christi comprehensionem, illusionem, accusationem, et condemnationem, hic quinto loco describit eius crucifixionem, quã describit dupliciter, scilicet ex parte conditionum aggrauantium, et ex parte circumiacentium, ibi: *Erat autem et superscriptio scripta*, et cetera. Circa descriptionem conditionum aggrauantium sex introducuntur, scilicet inhonestas consortij, atrocitas supplicij, benignitas crucifixi, rapacitas militum crucifigentium, malignitas principum insultantium, et crudelitas irridentium crucifixorum. Primo igitur quantum ad inhonestatem consortij, dicit:

Ducebantur autem et alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Alij duo scilicet, qui erant nequam, vt ex iniquitate illorum cum Christo interfectorum prætenderent, quòd Christus vt reprobus patiebatur: sed hoc Dominus præordinauit fieri, sẽcundum illud: Cum sceleratis reputatus est. Tum
Isa. 53. d propter exemplum humilitatis, ratione cuius dicitur in Psal-

Digitized by Google

Pſal. 21. *b* in Pſalmo: Ego autem ſum vermis, et non homo:
Iſa. 53. *a* opprobrium hominum, et abiectio plebis. Et deſideravimus eum deſpectum et nouiſſimum virorum. Tum etiam propter myſterium ſignificationis. Nam per duos latrones, ſecundum allegoriam intelliguntur duo populi, inter quos, et pro quibus paſſus eſt Chriſtus vnus, ſcilicet Iudæorum, et alter Gentium qui recte latrones dicuntur quia vtrique Deo per ſuperbiam in Adam voluerunt præripere dignitatem propriam. Vnde ſuper iſtud: Non rapinam
Phil. 2. *a* arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, dicit Gloſſa:
Gloſ. in hũc locum to. 6. Adam et Eua voluerunt rapere diuinitatem, et amiſerunt felicitatem. Et propter hoc datum fuit ſignum
Gen. 3. *a* circumciſionis in remedium quod eſſet quaſi cauterium latronum, et crux etiam Chriſti in medio latronum, vt per illam a pœna latronum liberemur: ſed populus Iudaicus tamquam latro ſiniſter adhuc blaſphemat. Gentilis autem confitetur, et orat. Secundum Auguſtinũ autem per duos latrones ſignatur totum genus humanum in cruce tribulationis et miſeriæ affixum: ſed altera pars a dextris, vt illi qui pro cæleſti gloria: altera a ſiniſtris, vt illi qui pro temporali gloria patiuntur. Et in hoc execrabilis eſt profecto impietas Iudæorum: quæ quaſi latronem affixit cruci omnium Redemptorem. Bonus tamen in myſterio, latro Chriſtus qui inſidiatus eſt diabolo
Iob 40. *e* vt vaſa eius auferret. Ideo Iob: In oculis eius quaſi hamo capiet eum. Propter quod Dominus compa-
Sup. 12. *e* rat ſe furi: Si ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, *et cetera*.

Latrones quid.

Secundo quantum ad atrocitatem ſupplicij, dicitur: *Et poſtquam venerunt in locum, qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum*. Locus iſte dicitur Caluariæ, vt dicunt quidam, quia ibi iacebat Adam, et ibi erat Caluaria capitis eius, et hoc videtur dicere Ambroſius ſuper Epiſtolam ad Romanos. Sed hoc non dicit Ambroſius doctor, Sed Ambroſius adopertus. Nam ſicut dicit Hieronymus: Adam ſepultus eſt in Ebron, quemadmodum dicitur in Ioſue: Dicitur ergo locus Caluariæ, quia ibi continebantur Caluariæ damnatorum qui ibi decollabantur et ſuſpendebantur. Erat autem hic locus extra ciuitatem, quia conſuetudo hæc inoleuit ab antiquo, vt
Leuit. 24. *c* malefici extra caſtra occiderentur: Educ blaſphemũ extra caſtra, et ponant omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius: et lapidet eum populus vniuerſus. Quod tunc fiebat, propter ſpectaculum, ſed nunc fit propter myſterium, vt ſignificaretur quòd his qui erant extra Hieruſalem, profuit paſſio Chriſti. Vnde dicitur: Propter quod et Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Fuit autem iſta eductio præfigurata in edu
Gen. 4. *b* ctione Abel: in eductione Iſaac: in eductione Io-
Gen. 22. *a* ſeph: in egreſſione Dauid de Hieruſalem. In hoc igi-
Gen. 37. *f* tur loco pœnarũ acerbiſſima pœna crucis crucifixus
1. *Reg.* 15. *d* eſt, ſecundum illud: Aſpicient ad me, quem confi-
Zach. 12. *c* xerunt. Et: Si affiget homo Deum, quia vos confi-
1. *Malac.* 3. *b* gitis me? Tunc impleta eſt figura de ſerpente ſuſpenſo in palo: Tunc impletum eſt illud: Et erit vita tua
Num. 21. *c* quaſi pendens ante te. Tunc impleta eſt prophetia
Deut. 28. *g* Dauid: Foderunt manus meas, et pedes meos. Tunc
Pſal. 21. *d* impleta eſt prophetia: Mittamus lignum in panem
Hier. 11. *d* eius. Et illud: Et poſt hebdomadas ſexaginta duas
Dan. 9. *g* occidetur Chriſtus. Et illud: Quid ſunt plagæ iſtæ
Zach. 13. *c* in medio manuum tuarum? Et illud: Sicut ouis ad
Iſa. 53. *b* occiſionem ducetur. Tunc impleta ſunt omnia præ-
Sup. 18. *f* dicta de paſſione Chriſti. Vnde ſupra: Conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Hæc autem erat pœna latronum. Ideo addit: *Et latrones, vnum a dextris, et alterum a ſiniſtris*, quod factum eſt non ſolum in opprobrium verum etiam, Deo diſponente, in noſtrum documentum.

Latrones quid.

Nam per duos latrones intelliguntur caro et mundus: qui ſunt crucifigendi ad hoc quòd ſpiritus noſter in cruce Domino offeratur, ſicut Ieſus. Crucifigenda eſt caro ſicut dexter latro, ſecundum illud: Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt, *et cetera*, Mundus vt latro ſiniſter: Mihi mundus crucifixus eſt, et ego mundo. Et tunc ſpiritus in medio crucifigitur cum Chriſto, vt dicat cum Apoſtolo: Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autem, iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. Eſt autem crux carnis rigor diſciplinæ: cuius quattuor ſunt brachia, ſcilicet vigilia, abſtinentia, aſperitas veſtium, et diſciplina verberum. Crux autem, qua mundus crucifigitur, eſt paupertas ſpiritus: cuius quattuor ſunt brachia, contemptus gloriæ, pecuniæ, patriæ, et parentelæ. Crux ſpiritus eſt feruor deuotionis: cuius quattuor ſunt brachia, ſcilicet amor, ſpes, timor, et dolor. Spes ſurſum, timor deorſum, amor a dextris, et dolor a ſiniſtris. Et de his dicitur: In charitate radicati et fundati, vt poſſitis comprehendere, *et cetera*.

Gal. 5. *d*

Gal. vlt. d

Gal. 2. *d*

Crux quid.

Ephe. 3. *d*

Tertio quantum ad benignitatem crucifixi ſubiungit: *Ieſus autem dicebat: Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt*, in quo impletur illud: Ipſe peccata multorum tulit, et pro tranſgreſſoribus rogauit. Oratio autem huiuſmodi fuit in remedium, quia etiam ſuis crucifixoribus profuit paſſio per orationem quam fudit. Vnde legitur quòd conuerſi ſunt
Act. 2. *g* vno die tria millia: et alio die quinque millia: quia
Act. 4. *a* vt dicitur: Qui cũ clamore valido, et lacrymis offerẽs
Heb. 5. *e* exauditus eſt pro ſua reuerentia. Vnde etiam in hoc apparuit quòd fuit pontifex pius et miſericors offerendo ſe, et interpellando pro populi ſalute. Et propter hoc Lucas ſolus qui ſpecialiter agit de Chriſti ſacerdotio hanc orationem deſcribit, et narrat. Vnde Beda: Quia Lucas ſacerdotij Chriſti deſcribere
Beda Gloſ. in hunc locum to. 5. diſpoſuit, recte Dominus apud eum pro perſecutoribus iure ſacerdotis intercedit. Et hoc figuratur in
Num. 16. *g* Aaron, orante pro populo inſurgente contra ipſum, de quo ibidem dicitur quòd ſtans Aaron inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus eſt, et plaga ceſſauit. Vnde etiam Sapiens: Properans enim
Sap. 18. *d* homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum, orationem, et per incenſum deprecationem alligans, reſtitit iræ. Et per hoc Chriſtus dedit exemplum omnibus pontificibus, et etiam omnibus Chriſtianis qui ſunt regale ſacerdotium, et maxime perfectis orare pro perſequentibus, ſecundum illud: Orate pro perſequentibus et calumniantibus vos, ſicut fecit Chriſtus, et protomartyr Stephanus: Ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc
Act. 7. *g* dixiſſet obdormiuit.

Mat. 5. *g*

Quarto quantum ad rapacitatem militum crucifigentium, adiungitur: *Diuidentes vero veſtimenta eius, miſerunt ſortes*, quod expreſſius dicitur in Ioanne: Milites ergo cum crucifixiſſent eum, acceperunt
Ioan. 19. *e* veſtimenta eius, et fecerunt quattuor partes: vnicuique militi partem. Et poſtea ſubditur de tunica inconſutili quòd ſortem miſerunt, cuius eſſet. Hoc autem factum eſt, vt dicit Ioannes, ad complementum prophetiæ: nam propheta Dauid in Pſalmo dicit: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: et ſuper veſtem
Pſal. 21. *d* meam miſerunt ſortem. Et in hoc apparuit rapacitas militum qui Chriſtum pro ſua rapacitate nudauerunt. Et ideo paſſio Chriſti ſignanter ſignificatur per Noe, de quo dicitur quòd bibens vinum inebria
Gen. 9. *c* tus eſt, et nudatus in tabernaculo ſuo. Per hanc autem diuiſionem veſtium in quattuor partes, intelligitur diffuſio Eccleſiæ in quattuor partes mundi. Vnde Beda: Quadripartita veſtis Domini, quadripartitam eius figurat Eccleſiam, toto ſcilicet qui quattuor partibus conſtat terrarum orbe diffuſam, et omnibus eiſdem partibus æqualiter, ideſt, concorditer diſtributam. Tunica vero illa ſortita, omnium partium ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur. Per miſſionem autem ſortis intelligitur collatio gratiæ, quæ non pro humana diſtributione, ſed

Diuiſio veſtium quid.

Beda Gloſ. in hunc locum to. 5.

Digitized by Google

sed potius pro diuina dispositione datur, quia sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.
Prou. 16. d
Act. 1. d Et: Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris. Sequitur: Et dederunt sortes eis, et cecidit sors super Matthiam.

Quinto quantum ad malignitatem principum insultantium, subiungit: *Et stabat populus expectans; et deridebant eum principes cum eis*, et sic impletum est
Psal. 21. b illud: Omnes videntes me, deriserunt me: locuti
Iob 12. a sunt labijs, et mouerunt caput. Et Iob: Deridetur enim iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes diuitum, scilicet principum sacerdotum.
Gen. 9. c Huius figura præcessit in Cham: Cum vidisset Cham pater Chanaam, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras. Sic et isti videntes Christi infirmitatem insultabant. Vnde et subditur: *Dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus*. Sapiens: Tentemus
Sap. 2. d quæ ventura sunt illi. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, et liberabit illum de manu contrariorum. Nec solum hæc dicebant, immo multipliciter
Mat. 27. e insultabant. Vnde Matthæus: Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, et dicentes: Vah qui destruis templum Dei, et in triduo illud reædificas: salua teipsum. Hoc dicebant populares. Sed principes adhuc malitiosius. Vnde Mat-
Mat. 27. e thæus: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere, si rex Israel est, descendat nunc de cruce, *et*
Ber. in die Paschæ ser. 1. in princ. to. 1. *cetera*. Super quo Bernardus: Quid tu Iudæe qui pridie ante crucem agitabas caput sacrilegum? qui sacrum caput Christi exagitabas opprobrijs, dicens: Si Christus rex Israel est, descendat de cruce? o venefica lingua verbum malitiæ, sermo nequam. Hoc plane tuum est, magis autem eius qui mendax est ab initio. Quid enim consequentis videtur habere, vt descendat, si rex est, et non magis ascendat? Immo, quia rex Israel est, titulum regis non deserat, virgam imperij non deponat, cuius nimirum imperium super humerum eius. Alios, inquiunt, saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Immo si descenderit, neminem saluum faceret cum enim saluus esse non possit, nisi qui perseuerauerit vsque in finē: quanto minus poterit esse Saluator?

Sexto quantum ad crudelitatem illudentium crucifixorum, adiungit: *Illudebant autem ei et milites*. Milites quidem illuserunt ante crucifixionem, secun-
Ioan. 19. a dum quod dicitur: Milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, et veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, et dicebant: Aue rex Iudæorum, et dabant ei alapas. Ex quo etiam apparet quòd secundum Lucam, Chri-
Sup. 22. g stus ter illusus fuit, scilicet in domo pontificis, et in præsentia Herodis, et nunc. In quo datur intelligi quòd ista tria genera hominum, quæ specialiter Christus honorauit in terris, Christum inhonorant; scilicet Pontifices, Principes, et Milites. Ita vt eis
Isa. 1. a competat illud: Filios enutriui, et exaltaui: ipsi au-
Isa. 57. a tem spreuerunt me. Vnde istis competit illud: Super quem lusistis? super quem dilatastis os, et eiecistis linguam? numquid non vos filij sceleſti. Milites igitur Christum spernebant, et spernandam afflictionem afflicto addebant. Et ideo addit: *Acceden-*
Mat. 27. d *tes, et acetum offerentes ei*, dicitur autem quòd dede-
Mar. 15. b runt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et: Dabant ei bibere myrrhatum vinum. Et vt dicit Augustinus: Credibile est quòd in vinum acetosum immiserint Iudæi fel, et myrrham, quæ sunt amarissima. Et in
Psal. 68. e hoc impletur prophetæ Dauid vaticinium: Dederunt, inquit, in escam meam fel, et in siti mea po-
Deut. 32. e tauerunt me aceto. Et in Deuteronomio dicitur de vinea conuersa in amaritudinem: Vua eorum vua fellis, et botri amarissimi. Fel draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile. Et de hoc di-
Ioan. 19. f citur: Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit:

A Consummatum est: quia cum passus esset in auditu per contumelias: in visu per lacrymas: in tactu, per plagas, non restabat nisi vt pateretur in gustu et lingua, contra illam delectationem, quam in esu pomi habuit Adam, et Eua. Et quia huius tentatio per *Gen. 3. a*
auditum introiuit, ideo totiens replicantur contumeliæ contra Christum. Vnde adiungit: *Dicentes: Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac*. Vnde isti milites designantur per seruos regis assyriorum qui blasphemauerunt Dominum, de quibus Isaias: Cui exprobrasti, et quem blasphemasti, et super quem exaltasti
Isa. 38. d vocem tuam, et leuasti altitudinem oculorum tuo-
B rum? Ad sanctum Israel, in manu seruorum tuorum exprobrasti Domino. Sed Dominus istis blasphemijs non cessit, vt daret exemplum patientiæ et perseuerantiæ, secundum illud: Exemplum accipi-
Iac. 5. b te fratres exitus mali laboris et patientiæ. Et post sufferentiam Iob audistis, *et cetera*. Vnde Bernardus: Sine causa maligne parasti sagittas tuas in pha-
Ber. in die Paschæ ser. 1. non longe a princ. to. 1. retra, et discipulorum suspiria cumulans opprobrijs Iudæorum: illi quippe desperant, isti improperant, sed Christo neutra tela nocebunt, aliud tempus elegit confortandis discipulis, aduersarijs confutandis
C patientiam magis exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, perficit charitatem. His nempe virtutum gemmis, quattuor cornua crucis adornantur, et est supereminentior charitas, a dextris obedientia, patientia a sinistris radix virtutum, humilitas in profundo, his ditauit trophæum crucis, consummatio Dominicæ passionis.

Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris Græcis, et Latinis, et Hebraicis, et cetera. Postquam descripsit aggrauantia Christi passionem, hic describit circumadiacentia: Hæc autem fuerunt quattuor, scilicet superscriptio iudicis, blasphemia latronis, confessio pœnitentis, et misericordia Saluatoris. Pri-
D mo igitur quantum ad superscriptionem iudicis, dicit:

Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris Græcis et Latinis et Hebraicis: Hic est rex Iudæorum, hanc superscriptionem posuit Pilatus per modum tituli, in quo intendebat inscribere causam suæ passionis: Vnde Marcus: Et erat titulus causæ eius inscriptus: *Mar. 15. c*
Rex Iudæorum. In quo ostenditur causa, quare crucifixus est secundum veritatem, sed Iudæi non acceptabant. Vnde Ioannes: Hunc ergo titulum multi *Ioan. 19. d*
Iudæorum legerunt, et dicebant Pilato pontifices Iu-
E dæorum: Noli scribere, Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Ex quo apparet quòd diuino intuitu titulus scriptus est. Vnde Beda dicit: Ideo *Beda Glossa in hunc locum to. 5.* immolato titulus superpositus est, vt a cunctis legi et credere volentibus pateat, quia per crucem non perdidit sed corroborauit imperium, secundum illud: Factus est principatus super humerum eius. Et in *Isa. 9. b*
Psalmo: Dominus regnauit a ligno. Est autem titu- *Psal. 95. c*
lus triplex, scilicet, memorialis qui scribitur in tumulis mortuorum: præconialis qui in portis ciuitatum: et triumphalis qui continet causam et ordinem triumphi. Et consueuit scribi in aris, et talis fuit
F iste titulus, de quo Isaias: Erit altare Domini in *Isa. 19. c*
medio terræ Ægypti, et titulus Domini iuxta terminum eius. Hic autem scriptus est tribus linguis, quia licet essent septuaginta duæ, tres tamen erant eminentes. Vnde Glossa: Hæ tres linguæ præ ceteris *Glos. in hūc locum to. 5.*
eminebant: Hebræa propter Iudæos de lege glorian tes. Græca propter gentilium sapientiam. Latina propter Romanos imperantes. Ergo velint nolint Iudæi, omne regnum mundi, omnis sapientia mundana, omnia diuinæ legis sacramenta testantur quòd Iesus est Imperator credentium et confitentium. Vel ideo tribus linguis, quia istæ tres linguæ, innuunt *Aug. in Ps. 55. prope prin. to. 8.*
mysterium Trinitatis. Videtur etiam firmum testimonium veritatis. Vnde Augustinus: Tribus linguis quasi

quasi tribus testibus titulus est approbatus, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum.

Secundo quantum ad blasphemiam latronis, subdit: *Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus, saluum fac teipsum et nos.* Sed contrarium huius videtur dicere Marcus, vbi sic ait: Et qui cum eo crucifixi erant, *Mar.15.c* *Mat.27.e* conuiciabantur ei. Similiter et Matthæus. Sed hæc contrarietas dissoluitur dupliciter. Vno modo quòd verbum Matthæi et Marci intelligatur per synecdochen, vt quod est partis attribuatur toti: vel quòd ambo principio blasphemarunt, sed alter tantum perstitit. Et hic blasphemabat, quia veraciter non petebat saluari, sed irrisorie. Et hoc erat pessimum, quòd miser et pauper irrideret pauperem afflictum, propter quod dicitur: *Prou. 28.a* Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames. Sed Dominus huic non respondet, *1.Pet.2. d* vt formam daret patientiæ. Vnde Petrus: Cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Vt etiam doceret exemplo illud *Rom. 12.e* Apostoli: Benedicite persequentibus vos: benedicite, et nolite maledicere. Hoc enim virtuosum est. *Chrysost. in c. 27. Mat. homil. 88. to. 2.* Vnde Chrysostomus: Mirabilius est hominem conuicia passum non moueri, quàm hominem vulneratum et percussum non cadere.

Tertio quantum ad confessionem pœnitentis, adiungit: *Respondens autem alter, increpabat eum dicens: Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es?* Quod dicit detestando alienā culpam, quod est opus *Ephe. 5. e* vere pœnitentis, secundum illud: Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Nec tantum alienam, verum et suam. Vnde addit: *et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus.* Et hoc est vere pœnitentium, secundum illud: *Dan. 3. e* Iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, et vniuersa opera tua vera: peccauimus enim et inique egimus recedentes a te. Nec etiam tantum agnoscit culpam propriam, verumetiam Christi innocentiam prædicat, vnde subdit: *Hic vero nihil mali gessit*, secundum *1.Pet. 2. d* illud: Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Nec tantum prædicat Christi innocentiam vitæ, verumetiam excellentiam agnoscit potentiæ, et ideo subiungit: *Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum.* In quo simul confitetur Christi excellentiam regalem, et petit mi- *Nehē. 5. d* sericordiæ relaxationem. Sic orabat Nehemias: Me- *Psal.24. a* mento mei Deus meus in bonum. Psalmus: Reminiscere miserationum tuarum Domine, *et cetera.* Et *Ibid. b* iterum: Secundum misericordiam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine. Apparet igitur quòd in latrone hoc fuit veritas fidei, et confessio veritatis, reprobando malum, approbando bonum, et asserendo verum. Fuit etiam supplicatio orationis. Vnde Glossa: *Glos. in hūc locum to. 5.* Magna gratia in hoc latrone eminet, nullum membrum a supplicio liberum habet, præter cor et linguam: quod autem liberum habet, offert: credit corde, confitetur ore. Et in hoc *Sup. 17. g* apparet illud quod dicitur supra: Erunt duo in agro, vnus assumetur, et alter relinquetur, secundum profunditatem diuinorum iudiciorum.

Quarto quātum ad misericordiam Saluatoris subiungit: *Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* In quo Christus miram ostendit misericordiam tamquam pijssimus Pontifex, quia pœnitentiam latronis quantumcumque seram, non refutauit: et amplius quàm latro petebat, concessit. Vnde *Amb. li. 10. in cap. 23. Luca to. 3.* Ambrosius: Pulcherrimum affectandæ conuersionis exemplum, quod tam cito latroni venia relaxatur, et vberior gratia, quàm precatio. Semper enim Dominus Deus plus tribuit quàm rogatur, cū enim peteret veniam, obtinuit paradisum. Et attende quod dicit: *Eris in paradiso*, non, inquam, in cælesti, in- quem nullus ante Christum ascendit: sed in beata vi- sione Dei. Vnde Ambrosius: Vita est esse cum Chri- *Amb. vbi supra.* sto, quia vbi est Christus, ibi est regnum. Et nota hic quòd paradisus in scriptura dicitur primus hortus voluptatis: Plantauerat autem Dominus Deus *Gen. 2. b* paradisum voluptatis a principio. Et Patria cælestis: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in para- *Apo. 2. b* diso Dei mei. Et visio speciei Christi: Raptus est in *2.Cor.12.a* paradisum, et audiuit arcana verba, *et cetera.* Allegorice dicitur Ecclesia: Fluuius egrediebatur de lo- *Gen. 2. b* co voluptatis ad irrigandum paradisum. Dicitur etiam virgo beata: Hortus conclusus fons signatus, *Cant.4. d* emissiones tuæ paradisus. Sacra scriptura: Ego sicut *Eccli.24.d* aquæductus exiui de paradiso. Tropologice dicitur gratia: Gratia sicut paradisus in benedictionibus. Di- *Eccli.40.c* citur anima timorata: Timor Domini sicut paradi- *Eccli.40.d* sus benedictionis. Dicitur etiam vita religiosa: Re- *Gen. 13. c* gio Iordanus vniuersa irrigabitur, sicut paradisus Domini. Accipitur autem hic pro beata visione Christi, quia vt dicitur in Ioanne: Hæc est autem vita *Ioan.17. a* æterna vt cognoscāt te solum Deum verum et quem misisti Iesum Christum.

Erat autem fere hora sexta, et cetera. Post descriptam Christi comprehensionem, illusionem, accusationem, condemnationem, et crucifixionem, hic describit Euangelista eius mortem et tumulationem, et habet hæc pars duas. In quarum prima agitur de morte: In secunda de sepultura, ibi: *Et ecce vir nomine Ioseph*, et cetera. Circa descriptionem autem mortis Christi, quattuor introducuntur, scilicet mirabilis perturbatio mundi, lacrymosa exspiratio Christi, fidelis confessio Centurionis, et tremebunda compunctio plebis. Primo igitur quantum ad mirabilem perturbationem mundi, quæ mortem Christi antecessit, dicit:

Erat autem fere hora sexta. Dicit autem Ioannes et *Ioan. 19. e* Matthæus quòd hora erat sexta. Et ait Marcus quòd *Mat.27.e* erat hora tertia. Sed Lucas remouens istam contro- *Mat.15.e* uersiam ostendit quòd fuit inter tertiam, et sextam horam, sed plus accessit ad sextam, vnde Euangelistæ alij a Marco nominant extremam, et Lucas exprimit mediam horam: In hac sexta hora, et sexta ætate, et sexta feria crucifixus est Iesus pro homine, qui fuit *Gen. 1. d* sexta die formatus. Post hanc sextam horam, Christo pendente in cruce et approximante ad mortem, facta est vniuersalis commotio creaturæ, vnde addit: *Et tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam, et obscuratus est Sol.* Hæ autem tenebræ non potuerunt esse per naturam, sicut fit eclipsis, triplici ex causa, scilicet quia Luna erat quartadecima, et ideo in perfecta distantia a Sole. Et quia eclipsis non aufert omnino lumen omnibus partibus terræ, et quia non potest per tres horas durare, ideo hic triplex miraculum fuit: Et propterea refertur quòd beatus Dionysius cum esset in Ægypto, et videret ob- *Dionys. in epist. ad Polycarpum Pont.* scurationem illam, dixit, aut elementa mutantur, aut Deus naturæ patitur, et elementa sibi compatiuntur. Vnde et ipse dicit in epistola contra Apollofanium: Dic, quid dicis de eclipsi, quæ fuit in salutari cruce? Nos enim constituti simul apud Eliopolim, hoc est, ciuitatem solis, mirabiliter vidimus quo modo feria quadam sexta, ferme hora etiam quasi sexta, Luna ei se inijciente, Sol est horribiliter obscuratus, quia non Deus, sed creatura Dei lucis suæ occubitu lucere nequiuit. Obfuso itaque vniformiter caligine tabescente, vt purgatum redijt Solis diametrum, regulam Philippi Aridei assumpsimus. Cumq. reperimus quod erat notissimum, eotenus fatigatione ecliptica Solem pati molestias non debere, et ab Oriēte Lunam solarem fulgorem velis ethiopicis obducentem, Solem in occidua hora captare profugia, tunc autem lutigenos thesauros, caligines, quas geminant vsque in Heliacos, vt putauimus, proferentes, recondere Occidentes, præsertim cum Lunæ deesset, et nec conuentus tempus propinquaret, *et cetera.* Et quia Christus non

Digitized by Google

stus non solum erat Dominus naturæ, verum et legalis obseruantiæ, ideo addit: *Et velum templi scissum est medium*. Nec tantum hoc, verum et aliæ creaturæ
Mat. 27. f sibi compassæ sunt: Petræ scissæ sunt, et monumenta aperta sunt. Et hoc totum in testimonium diuinitatis Christi. Hieronymus: Et ideo compatiuntur elementa Conditori suo: refugit sol, quia non potuit videre mortem Christi, collaborat laboranti, et blasphemantibus suæ lucis beneficium retraxit: nam Sol obscuratur, terra mouetur, petræ scinduntur, velum templi diuiditur, sepulchra aperiuntur, solus miser homo non compatitur, pro quo solo Christus patitur. Attendendum autem quòd in illa solis obscuratione intelligitur obcæcatio Iudæorum, et in scissione veli reuelatio scripturarum, quæ facta est gen-
Ioan. 9. g tibus. Vnde dicitur: In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant, et qui vidēt cæci fiant. Vel ad tempus finale potest referri, de quo in
Ps. 103. e Psalmo: Posuisti tenebras, et facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ.

Secundo quantum ad lacrymosam expirationem Christi, subdit: *Et clamans voce magna Iesus, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Sed videtur
Mat. 27. e contrarietas inter Euangelistas, Nam Matthæus, et
Mar. 15. e Marcus dicunt quòd clamauit: Eli, eli. Et Ioannes
Ioan. 19. f dicit quòd clamauit: Consummatum est, sed totum hoc verū est quia ter clamauit. Et primo dixit quod dixit Matthæus, deinde secundo quod Ioannes, et tertio quod Lucas, et hoc insinuat ipse Euangelista. Lucas in hoc quod subdit: *Et hæc dicens expirauit*. Ex quo apparet quòd expirauit simul clamando et orando, vt ostenderet quòd ipse est Deus verus, Pontifex
Heb. 5. c noster, propter quod dicitur: Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesq. ad eum qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Sequitur: Et cōsummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus a Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedech. Ideo autem simul clamans et lacrymans expirauit, vt in lacrymis intelligatur vera Christi passio et humanitas. In clamore vero diuinitas, quia cum nullus posset clamare per naturam nisi qui habet sanguinem sufficientem in corde, et spiritum ad respirationem, impossibile est quòd per naturam quis expiret et clamet. Ideo ostendit in clamore mortis se omnipoten-
Ioan. 10. d tem, et verum esse quod dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam: et potestatem habeo iterum
Ibid. d sumendi eam. Et paulo superius: Nemo tollit eam a
Isa. 53. d me: sed ego pono eam a meipso. Et ideo Isaias: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuū, et volūtas Domini in manu eius dirigetur.

Tertio quantum ad fidelem confessionem Centurionis, adiungit: *Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Vere hic homo iustus erat.* Hæc autem fidelis confessio ortum habuit ex visione mirabilium quæ facta sunt in commotione mun-
Mat. 27. f di, et maxime in modo moriendi. Vnde Matthæus: Centurio autem et qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu, et his quæ fiebant, timuerunt
Mar. 15. d valde, dicentes: Vere filius Dei erat iste. Sed Marcus dicit quòd videns Centurio, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo filius Dei erat. Lucas autem comprehendit vtrumque, cum dicit: *Videns autem Centurio quod factum fuerat*, et cetera. Vnde in hoc Centurione apparuit promptitudo in gentibus ad fidem, et e contrario in Iudæis obduratio ad in-
Beda Glossa in hunc locum to. 5. credulitatem. Propter quod et Beda ait: Videns quòd ita haberet potestatem emittēdi spiritum (quod non potest nisi Conditor animarum) ipse qui crucifixerat eum, in ipso passionis scandalo, confitetur Dei filiū, quem Iudæi post, miraculo credere noluerunt. Sed quia principes sacerdotum cum hæc vidissent, non glorificauerunt Deum, ideo excæcati sunt, secūdum illud: Quia cum cognouissent Deū, non sicut Deum
Rom. 1. e glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum.

Quarto quantum ad tremebundam compunctionem plebis, subiungit: *Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, et videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur*. Percussio namque pectoris est signum pœnitentiæ et compunctionis, sicut supra de publicano, qui percutiebat pectus suū,
Sup. 18. b dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Intelligitur autem per hanc turbam populus Iudæorum, qui etsi veritatem videret, vt Centurio solum pectus percussit, sed in vocem confessionis non prorupit. Vnde Glossa: Videamus distantiam gentis et gentis. Gen-
Glos. in hūc locum to. 5. tiles moriente Christo apertæ confessionis voce Deū glorificant, Iudæi percutientes pectora solum, silentes domum redeunt. Vnde redibant domum quia etsi videretur eis iniuste actum contra Christum, tamen ad eum modicum vel nullum habebant affectum. Nec mirum quia noti eius reputabant eum tamquam alienum, licet non omnino perdidissent affectum. Ideo subdit: *Stabant autem omnes noti eius a longe: et mulieres quæ secutæ eum erant a Galilæa hæc vi-*
Psal. 87. d *dentes*. Et sic impletum est illud: Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria. Et Iob:
Iob 19. b Fratres meos longe fecit a me, et noti mei quasi alieni recesserunt a me. Et ratio huius erat quia iam pauperrimus erat, et despectus, et interfectus: Fratres
Prou. 19. a omnes pauperis oderunt eum, insuper et amici procul recesserunt ab eo. Verumtamen virgo gloriosa et domina nostra sancta Maria non fuit elongata nec affectu, nec situ. Nam dicitur: Stabant autem iuxta
Ioan. 19. e crucem Iesu, mater eius et soror matris eius. Et propinquissima fuit affectu. Vnde supra: Tuam ipsius
Sap. 2. e animam pertransibit gladius. Vnde quem in natiuitate cum gaudio peperit, in passione cum doloribus ingentibus parturiuit.

Et ecce, vir nomine Ioseph, et cetera. Postquam Euangelista descripsit Christi comprehensionem, illusionem, accusationem, condemnationem, crucifixionem, et mortem. Hic tandem describit eius tumulationem, circa cuius descriptionem quattuor introducuntur, scilicet dignitas sepelientis, honorificentia sepulturæ, opportunitas temporis, et reuerentia mulierum in tumulatione. Primo igitur quantum ad dignitatem sepelientis, dicit:

Et ecce, vir. Demonstrat eum tamquam dignum et idoneum ad Christum sepeliendum, propter quod describit ipsum ex nomine, cum dicit: *Nomine Ioseph*. Vt sicut Ioseph Christum nutrierat, vt dicitur: Ioseph
Mat. 1. c fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam, *et cetera*. Et iterum: Accipe puerum et ma-
Mat. 2. c trem eius; sic alter Ioseph sepeliret eum, et tamquam granum frumenti in suo horreo collocaret. Sicut ille
Gen. 41. g Ioseph qui reseruauit frumenta populis in Ægypto. Describit eum etiam ex dignitate, dicens: *Qui erat decurio*. Glossa: Decurio est, qui de ordine curiæ ad-
Glos. interlin. in hunc locum to. 5. ministrat, vel decurio dicitur qui decem præerat, sicut Centurio, qui erat super centum, secundum illud: Dixit Ietro ad Moysen: Prouide de omni plebe
Exo. 18. d viros potentes et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui oderint auaritiam: et constitue ex eis tribunos et centuriones, et quinquagenarios, et decanos, qui iudicent populum omni tempore. Describitur autem a vita, cum addit: *Vir bonus, et iustus*, bo-
Mat. 12. e nus interius, et iustus exterius, secundum illud: Bonus homo, de bono thesauro profert bona. Describit a voluntate, cum subdit: *Hic non consenserat concilio, et actibus eorum*. Vnde sibi bene competit illud: Bea-
Psal. 1. a. *Hieron. in Ps. 1. to. 7.* tus vir qui non abijt in consilio impiorum. Et Hieronymus dicit quòd aliqui dixerunt, quòd ille Psalmus per appropriationem quamdam de isto Ioseph debet intelligi. Describit autem eum a Patria, cum dicit:

Digitized by Google

dicit: *Ab Arimathæa ciuitate Iudæa*, hoc est idem quod Ramatha, quæ fuit ciuitas Samuelis, secundum quod dicitur: Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim. Vnde Glossa: Ipsa est Ramathaim ciuitas Helcanæ et Samuelis. Describit eum a fidei religione, cum addit: *qui expectabat et ipse regnum Dei*, sic dicitur de Symeone quòd erat expectans consolationem Israel: et Spiritus sanctus erat in eo. Describit eum a constantia, cum subdit: *Hic accessit ad Pilatum, et petijt corpus Iesu*, et hoc quidem fecit cum magna constantia, non veritus nec ferocitatem gentilium, nec malignitatem principum et sacerdotum. Quoniam dicitur quòd audacter introiuit ad Pilatum, et petijt corpus Iesu. Vnde Ioseph qui se prius occultauerat, sicut dicitur in Ioannem: Quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum. Hic iam patefecit seipsum. In quo datur intelligi, quòd discipuli veritatis in articulo necessitatis debent manifestari, nam dicitur Supra: Qui me erubuerit et meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, et patris, *et cetera*. Moraliter autem per hunc Ioseph intelligitur prælatus qui eripit Christum de manu Pilati, ideſt de manu tyrannorum, qui debet esse vir non tantum sexu, sed ætate et virilitate, quia dicitur: Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Debet esse Ioseph, scilicet suum et aliorum profectum requirens, secundum illud: Filius accrescens Ioseph. Debet esse decurio nobilis, ideſt nobiliter tractans negotia curiæ Christi, secundum illud: Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Vnde dixit Apostolus prælato: Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Et talis est nobilis, secundum illud: Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Debet esse vir bonus et iustus, sicut Iob: Erat vir ille simplex et rectus, *et cetera*. Et debet esse dissentiens a malo consilio, secundum illud: A consiliario serua animam tuam, *et cetera*. Quia digni sunt morte non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Et debet esse ab Aritmathæa, quæ interpretatur vigilia donationis, vt vigilet circa gregem sibi commissum: Diligenter agnosce vultum pecoris tui, *et cetera*. Et ideo supra dicitur quòd pastores erant vigilantes, et custodientes vigilias noctis, *et cetera*. Et debet esse expectans regnum Dei, secundum illud: Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Talis igitur prælatus in quo virilitas, studiositas, nobilitas morum, iustitia, innocentia, vigilantia, et confidentia viget, idoneus est vt Christum in mẽbris suis crucifixum suscipiat, et collocet in locum quietis, et Ecclesiasticæ vnitatis.

Secundo quantum ad honorificentiam sepulturæ, subdit: *Et depositum inuoluit sindone*, hoc enim conuenientissimum erat mundissimæ carni Christi. Vnde institutum est in Ecclesia, vt corporalia sint de simplici tela linea et munda, non tincta, nec varijs coloribus rubricata, sicut enim ara gerit figuram crucis, et calix tumuli, et patena lapidis suprapositi, sic corporale gerit figuram sindonis. Vnde versus:

Ara crucis, tumuli, calix, lapidisq. patena:
Sindonis officium candida byssus habet.

Et ideo in huius figuram dicitur: Sindonem fecit et vendidit, et cingulum tradidit Chananæo. In huius etiã figuram dicitur: quòd vir qui erat in medio sex virorum vestitus erat lineis. Et hoc in signum innocẽtiæ, ratione cuius agno immaculato et albissimo comparatur, propter quod etiam sponsa eius debet vestiri puritate innocentiæ: Venerunt nuptiæ agni, et vxor eius præparauit se. Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, et candido. Byssinum enim, iustificationes sunt sanctorum. Sed quia hæc munditia fuit perfectissime in solo Christo, qui solus fuit inter mortuos liber, ideo solus sepultus est intra nouum monumentum, et propterea subdit: *Et posuit illud in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat*. Beda: Solus Dominus in tumulo includitur, vt sepultura illius et resurrectio a nostra fragilitate naturæ dissimilis monstretur. Vnde Isaias: Ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulcrum eius gloriosum. Tunc verificatum est illud: Lapsa est in lacum vita mea, et posuerunt lapidem super me. Ideo autem positus fuit in monumento exciso, quia sic conueniebat fieri de Christo, qui erat lapis excisus de monte sine manibus: Hoc etiam factum est ne quis posset dicere quòd suffossum esset monumentum, propter quod etiam in resurrectionis veræ argumentum custodes deputati sunt. Erat autem monumentum, vt dicunt expositores, quasi quædam domus rotunda in rupe excisa, tantæ altitudinis, vt homo extenta manu vix tangeret culmen, habens introitum ab oriente. Locus autem corporis sepulti erat ab aquilone de ipsa rupe septem pedes habens longitudinis, tribus palmis a terra eminens, a parte meridiana omnino patens, vnde corpus inferebatur. Talis autem dispositio optime congruebat Christi sepulcro, cuius ortus et occasus, somnus et resurrectio, tamquam sol iustitiæ totum perlustrauit mundum, secundum illud: Oritur Sol, et occidit, et post gyrat per meridiem, et flectitur ad aquilonem. Vt sic virtute Christi resurgentis a quattuor ventis veniat spiritus, et insufflet super interfectos suscitandos. Vnde dicitur: Ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni: Da: Et austro: Noli prohibere.

Tertio quantum ad opportunitatem temporis, dicit: *Et dies erat parasceues, et sabbatum illucescebat*, Dies parasceues est dies veneris, qui ideo dicitur parasceue quòd interpretatur præparatio, quia in ea præparabantur quæ erant necessaria ad sabbatum, et ita erat sexta feria, in qua Dominus passus fuit, in media die, hoc est in vespera, sed sepultus fuit in sero, hoc est, in vespera sabbati. Quia sicut sextus dies conueniebat morti Christi, et crucifixioni, sic septimus conueniebat sepulturæ, et Christi quieti. Vnde Beda: Sexta die factus est homo, septima quieuit Deus: Sexta ergo die crucifixus humanæ reparationis implet arcanum, sabbato quiescens sepulcro resurrectionis expectat euentum. Ideo in figuram huius dicitur: Requieuit Deus die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Et benedixit diei septimo, et sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo. Et propter hoc sanctus Lucas determinans tempus sepulturæ Christi, non tacuit, sed expressit de sabbato vt actum est. Et propter mysterium tropologiæ, quia in hoc significatur quòd homo per sex ætates cum Christo debet contribulari et crucifigi, vt in morte sua habeat sabbatismum, secundum illud: In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum. Quia dicitur: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Et ideo signanter dicit quòd sabbatum illucescebat cum nox inciperet, quia nox illa terminabatur in lucem, sic et mors iustorum in lucem terminatur et vitam, vt homo possit dicere illud: Et nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur. Hoc etiam dixit ad certitudinem veritatis historiæ, vt ex hoc appareat, quòd parasceue dicitur non respectu primæ diei azymorum, sicut dicunt Græci, sed respectu sabbati. Nam quamuis primus dies azymorum esset celeberrimus, licebat tamen in eo victualia præparare, sed non in sabbato, et maxime in maximo sabbato, quia tunc dies erat azymorum. Vnde dicitur: Erat enim magnus dies ille sabbati. Magnus quidem erat, quia sabbatum: Maior quia

1.Reg.1.a *Glos. interlin. in hũc locum to.5.* *Sup. 2. e* *Mar.15.d* *Ioan. 19.g* *Sup. 9. e* *Eccli.7. a* *Gen.49. e* *1.Cor.4.a* *2.Tim.2.a* *Prou. vlt.c* *Iob 1. a* *Eccli.37.d* *Rom. 1. d* *Prou.27.d* *Sup. 2. b* *Iac. 5. b* *Prou. vlt.c* *Ezec.9. a* *Apo.19. b* *Beda Glos. in hunc locum to.5.* *Isa. 11. e* *Thre. 3. f* *Dan. 2. g* *Eccls.1. a* *Isa. 43. e* *Beda Glos. in hunc locum to.5.* *Gen. 2. a* *Iob 5. c* *Apo.14. c* *Psa.138. b* *Ioan. 19.f*

Digitized by Google

sabbatum paschale: Maximus, quia tunc facta est impletio figuræ per veritatem. Et tunc cessauit sabbatum cum fuit impletum, et dies Dominicus successit celebrandus, quia iam habentes veritatem diei septimæ per Christi quietem, expectamus resurrectionem et glorificationem octauæ, quæ iam in capite nostro inchoata est, et consummabitur in nobis in generali resurrectione. Et attendendum quòd sabbatum secundum litteram dicebatur dies
Exod.20.b septima. Septimo die sabbatum domini Dei tui
Oscæ. 2. b est, *et cet.* Et hoc cessat. Cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius, neomeniam eius, sabba
Sabbati variæ acceptiones. tum eius. Secūdum allegoriam, dicitur quies Christi in sepulcro, per quam facta est liberatio animarum. Propter quod supra. Hanc filiam Abraæ,
Sup. 13. e quam alligauit satanas ecce decem et octo annis, nō oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Dicitur
Hebr. 4. e quies animarum sanctarum. Relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis.
Hier.17. e Secundum tropologiam autem, dicitur sabbatum quies a perpetratione peccati. Nolite portare pondera in die sabbati. Dicitur etiam quies contempla
Ezec.46.a tionis, secundum illud. Porta atrij interioris, quæ respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur. Quia contemplātibus aperitur lux veritatis. Dicitur etiam status religionis, seu obseruantia euangelicæ perfe-
Isa. 38. d ctionis. Si auerteris a sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, et vocaueris sabbatum delicatum, et sanctum donum glorioſum. Secundum Anagogiam autem, dicitur sabbatum
Isa. vlt. g quies æternæ iucunditatis. Erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato, *et cetera.* Sic septimus dies sabbati secundum quadriformem rotam, ideſt intelligentiam scripturarum, septiformem habet acceptionem, vt dicatur sabbatum corporalis quies, quies Christi, requies animarum, cessatio a perpetratione peccati, otium contemplationis, status religionis, et pax sempiternæ felicitatis.

Quarto, quantum ad reuerentiam mulierum in subsecutione, subiungitur. *Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum.* hoc autem faciebant ex pietatis affectu. Vnde
Glossa in hūc locum tom.5. Glossa: Alijs notis Iesu post depositum corpus recedentibus, solæ mulieres, quæ arctius amabant, officium funeris inspiciebant, et hæc faciebant vt lugerent mortuum, quem prius dilexerant moriturum.
Eccli.38. b Et hoc pietatis est et religionis, secundum illud. Fili in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare, et secūdum iudicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius. Sequitur: Et fac luctum secundum meritum eius. Ideo hæ mulieres piæ non solum aspiciebant sepulturam, verum etiam corpus sepultum, et ideo addit: *et quemadmodum positum erat corpus eius*, scilicet viderunt, et hoc ad impendendum beneficium humanitatis, propter quod adiungit. *Et reuertentes parauerunt aromata et vnguenta:* hoc enim licebat in die parasceues, sed in sabbato minime, et ideo subiungit, *et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.* Nam dicitur:
Leuit.23.a Sex diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus. Sed videtur contrarietas inter Euangelistas: Nam Marcus dicit.
Mar.16.a Cum transisset sabbatum, Maria Magdalenæ, et Maria Iacobi et Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Similiter et Matthæus.
Mat.28. a Sed ad hoc respondet Hieronymus, dicens mulieres
Hier. lib.4. in cap. 28. Matt.to.6. sepulto Domino reuertētes domum quamdiu licuit parauerunt aromata et vnguenta, scilicet vsque ad solis occasum, et postea toto sabbato siluerunt vsque ad alium solis occasum, et tunc recuperata licentia operandi, iterum emerunt alia aromata, quia non sufficiebant illa quæ parauerant, et tota nocte illa inter sabbatum et dominicam parauerunt, vt venientes diluculo ad sepulcrum vngerent corpus Iesu. Moraliter per istas tres mulieres, secundum Gregorium signantur animæ fideles, quæ Domino debent offerre tria vnguenta siue aromata, ideſt odorem virtutum, opinionem bonorum operum, et suauitatem sanctarum orationum, de quibus in Canticis: Surge
Cant. 4. d aquilo, et veni auster, perfla hortum meum, et fluent aromata eius, secundum autem Bernardum, per istas tres mulieres signantur in vnoquoque homine mens, lingua, et manus, quarum quælibet habet vnguenta sua valde pretiosa, vnguenta siquidem mentis sunt contritio, compassio, et deuotio. Vnguentum contritionis conficitur ex speciebus vilissimis, ideſt proprijs peccatis, quæ crescunt in horto nostro, vnguentum compassionis conficitur ex speciebus amarissimis, ideſt omnibus miserijs proximorum, quæ crescunt in horto vicino. Vnguentum deuotionis conficitur ex speciebus pretiosissimis, ideſt omnibus Christi beneficijs, quæ crescunt in horto Dominico: Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis,
Eccli.38.a et vnctiones conficiet sanitatis. Vnguenta linguæ, sunt oratio deuota, confessio integra, et prædicatio vera. Herbæ quibus conficitur primum vnguentum, sunt recta intentio, firma attentio, et pia affectio. Herbæ quibus conficitur secundum vnguentum sunt, pudor commissi, dolor amissi, et timor iudicij. Herbæ quibus conficitur tertium vnguentum, sunt fidei instructio, morum informatio, vitiorum increpatio. De his vnguentis dicitur. Vnguento et varijs odoribus delectatur cor:
Prou.27. b et bonis amici consilijs anima dulcoratur. Vnguenta tertiæ mulieris scilicet manus, sunt septem opera misericordiæ, scilicet, hospitari peregrinos, potare sitibundos, cibare famelicos, redimere captiuos, vestire nudos, visitare infirmos, et sepelire mortuos. De quibus vnguentis in Genesi: Præcepit Io-
Gen.vlt. a seph seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem, *et cetera.* Et de dictis vnguentis potest intelligi illud. Meliora sunt vbera tua vino, fragran-
Cant. 1. a tia vnguentis optimis, nam vnguenta primæ mulieris bona, secundæ meliora, sed tertiæ mulieris sunt optima.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

VNA autem sabbati valde diluculo, et c. Postquam Euangelista egit de Christi incarnatione, prædicatione, et passione. Hic quarto agit de resurrectione. Diuiditur autem pars ista
Diuisio. in quattuor. In quarum prima agitur de reuelatione resurrectionis. In secunda, de apparitione resurgentis, ibi. *Ecce duo ex illis*, et cet. In tertia, de certitudine apparitionis, ibi: *et surgentes eadem hora*, et cet. In quarta, de diuulgatione certitudinis veritatis, ibi. *Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas*, et cet. Circa reuelationem resurrectionis explicandā tria introducuntur ab Euangelista, scilicet, reuelationis occasio, de qua ibi. *Vna autem sabbati valde mane*, et cet. Reuelationis certitudo, ibi. *Et factum est dum mente*, et cet. Et reuelationis manifestatio, ibi. *Et regressæ a monumento, nunciauerunt hæc*, et cet. Occasio autem vt Christi resurrectio reuelaretur fuit aduētus mulierum ad Christū vngendum, circa quod duo tanguntur, scilicet, modus veniendi ad sepulcrum Dominicum, et modus ineueniendi sepulcrum vacuum. Primo igitur quantum ad modum veniendi ad monumentum, dicit:

Vna autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, scilicet mulieres. Et attendendum quòd sabbatum dicitur tota illa septimana sabbati, quia septem diebus erat feriān-

Digitized by Google

Leuit.23.a feriandum: Septem diebus azyma comedetis. Sequitur: Offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus. Et ideo tota illa septimana dicebatur sabbatum, in cuius prima die, id est Dominica die, summo mane venerunt ad monumentum, quia dicebat quòd illo die, quo primo facta erat lux, resurgeret Christus de tenebris mortis et inferni, ad lucem vitæ. Et ideo dies ista vocatur vna, quia principium est spiritualium illuminationum, sicut vnitas numerorum. Et ideo in Genesi: Factum est vespere et mane, dies vnus. In hac igitur die decuit Christum a mortuis resurgere, et in die concordant quidem omnes Euangelistæ, sed in hora temporis videntur dissentire. Nam Matthæus ait: Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, et altera Maria videre sepulchrum. Marcus dicit, quòd venerunt orto iam Sole. Sed Ioannes dicit quòd Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum. Sed in hoc non est controuersia, licet diuersis verbis exprimant, tamen omnes volunt dicere, quòd in principio diei venerunt, scilicet quando Sol incipiebat super nostrum hemisphærium illucescere, et tamen adhuc tenebræ non erant penitus effugatæ. Verumtamen de hora Resurrectionis controuersia est inter doctores, eo quòd quidam dicunt, Christum media nocte resurrexisse, alij vero diluculo: qui autem verius dicant Deus nouit. Sed controuersia dissolui potest: quia primi dicunt, quòd resurrectio media nocte fuit secũdum veritatem, sed diluculo innotuit: et tunc dicitur res fieri quando innotescit. Potest autem dici, quòd sicut Sole recedente a nostro hemisphærio Sol iustitiæ se occultauit, sic sole ad nostrũ hemisphæriũ redeunte, Sol iustitię resurrexit. Ita quòd nec omnino in die, nec omnino in nocte media, sed medio modo. Et ideo vtrique doctores suo modo dicũt veritatem.

Gen. 1. a *Mat.28.a* *Mar.16.a* *Ioan.20. a*

Secundo quantum ad modum inueniendi sepulchrum, subdit: *Et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento*. De huius autem lapidis reuolutione erant solicitæ, sicut dicitur: Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Hic autem lapis non fuit in resurrectione reuolutus, sed post. Vnde Beda: Potuit clauso sepulchro exire, qui clauso exiuit vtero Virginis. Sed Angelus Domini hæc fecit ad manifestationem. Vnde Matthæus: Angelus enim Domini descendit de cælo: et accedens, reuoluit lapidem, et sedebat super eum. Hoc autem fecit, vt manifestator resurrectionis Christi. Vnde et subdit: *Et ingressa, non inuenerunt corpus Domini Iesu*. Et nota quòd signanter cum prius vocasset Christum Iesum, nunc vocat eum Dominum Iesum, quia iam verificatum erat in eo illud quod dicitur: Data est mihi omnis potestas in cælo, et in terra. Et illud: Propter quod et Deus exaltauit illum, et donauit illi nomen quod est super omne nomen, *et cetera*. Christi igitur corporis in sepulchro non inuenitur, quia iam erat resuscitatum. Vnde infra dicitur: *Quid quaritis viuentem cum mortuis?* Secundum spiritualem autem intelligẽtiam per monumentum intelligitur scriptura, in qua latet Dominus quasi in quodam sepulchro. Vnde Ioannes: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam ęternam habere. Per lapidem superpositum intelligitur velamen scripturæ, propter quod etiam lex in lapideis tabulis erat scripta, et de hoc velamine dicitur: Vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Hoc velamen amouetur per angelicum ministerium, quia etiam Angeli nobis communicant, et illuminant nos, secundum illud: Ostendit mihi Angelus fluuium aquę viuæ, splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei, et agni. Fit etiam per ministerium doctorum, qui debent esse viri angelici, secundum illud: Labia sacerdotis custódient scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Et huiusmodi est de cælo descendere, sicut Paulus qui raptus est in paradisum, et audiuit arcana verba: Vel si non potest vsque ad intima Dei conscendere, saltem procedat in scala Iacob, cuius cacumen cælum tangit, sicut boni contemplatiui. In quorum figura dicitur: Vidit Iacob in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei ascendentes, et descendentes per eam. Hæc scala Christus est. Vnde Ioannes: Videbitis cælum apertum, et Angelos Dei ascendentes et descendentes supra filium hominis. Qui igitur sic amouet velamen, per cõsequens etiam repellit carnalitatem, et mortem, et consecndit ad contuendam Christi diuinitatem, et immortalitatem: Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Non quòd carnem Christi non nouerit, sed non carnalem affectum vel intelligentiam, propter quod ait Ioannes: Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quidquam, verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.

Mal.2. b *1.Cor.12.a* *Gen.28. c* *Ioan. 1. g* *2.Cor.5. d* *Ioan.6. g*

Et factum est: dum mente, et cetera. Post descriptam reuelandæ Resurrectionis occasionẽ, describit hic reuelationis certitudinẽ, quę colligitur ex duobus, scilicet ex assertione testiũ, et cõprobatione testimoniorũ. Primo igitur quãtum ad assertionem testiũ, dicit:

Et factum est: dum mente cõsternata essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Isti duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti ad designandum candorem nostræ sollemnitatis, vnde etiam in Apocalypsi: In conspectu agni, amicti stolis albis, et palmæ in manibus eorum. Signanter autem dicit in veste fulgenti, in qua non solum erat vehementia candoris, verum etiam excellentia lucis, vt demulcerent pios et terrerent impios. Vnde Matthæus: Angelus Domini descendit de cælo. Erat autem aspectus eius, sicut fulgur: et vestimentum eius sicut nix. Sed tunc videtur contrarietas inter Euangelistas. Nam Lucas dicit quòd fuerunt duo, Matthęus autem, quòd vnus. Item Matthæus dicit, quòd sedebat super lapidem reuolutum. Marcus autem quòd sedebat in dextris. Item Ioannes dicit quòd sedebat vnus ad caput, et alter ad pedes. Lucas autem, quòd steterunt secus illos. Sed intelligendum, quòd secundum expositores vnus prius apparuit, et post alter. Et primo quidem erant sedentes, postea autem surrexerũt, et cum mulieribus locuti sunt, et sic in diuersis dispositionibus ab Euangelistis describuntur. Omnes tamen in hoc concordant, quòd erant terribiles, et testificantes. Et ideo Lucas subdit: *Cum timerent autem, et declinarent vultum in terram*. Præ timore scilicet et reuerentia, sicut Daniel: Cum loqueretur mihi, deieci vultum meum ad terram, et tacui, et tales sunt idonei ad veritatem audiendam. Vnde addit: *Dixerunt ad illas: Quid quaritis, viuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit*. In quo simul arguunt incredulitatem, et asseuerant veritatem. Hoc verbum fuit summi gaudij, et sic erat conueniens, vt quemadmodum Angelus nunciauerat cum gaudio Christi Natiuitatem: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum; sic etiam Angeli nunc nunciarent cum gaudio Resurrenem. Et impletum est illud: Ego dormiui, et soporatus sum, et exsurrexi, et adhuc tecũ sum. Et iterum: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Ideo in Actibus: Hunc Deus suscitauit, solutis doloribus inferni. Iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum: Prouidebam dominum, *et cetera*: vsque ibi, non dabis sanctũ tuum videre corruptionẽ. Notas mihi fecisti vias vitæ, *et cetera*.

Mat.28.a *Mar.16.a* *Beda Glossa in hunc locum to.5.* *Mat.28.a* *Mat.28.d* *Phil. 2. b* *Ioan. 5. f* *2.Cor.3.d* *Apo.22.a* *Dan.10. c* *Sup. 2. b* *Psal. 3. a* *Psal.15. b* *Act. 2. d* *Psal.15. b*

Secundo quantum ad probationem testimoniorum certorum, subdit: *Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in Galilea esset dicens: Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi, et die*

Digitized by Google

Mat.20.c et die tertia reſurgere. Nam Matthæus ait: Ecce aſcendimus Hieroſolymã: et filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, et ſcribis, et condemnabũt eum morte, et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum, et crucifigendum, et tertia die reſurget.

Mar.8. d Similiter Marcus: Oportet filium hominis multa pati, et reprobari a ſenioribus, et a ſummis ſacerdotibus, et ſcribis, et occidi: et poſt tres dies reſurgere.

Sup. 18. f Similiter ſupra: Conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis: tradetur enim gentibus, *et cetera*. Et poſt ſubdit: Et tertia die reſurget. Hæc autem eis prædixerat ad fidem aſtruendam. Vnde Ioannes: Et nunc dixi vobis priùs quam

Ioan. 14.d fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Et hæc fuit via manuducens ad fidem, et ideo ſubdit: *Et recordati*

Ioan. 2. d *ſunt verborum eius*. Vnde Ioãnes: Quod ſignum oſtendis nobis quia hæc facis? Reſpondit Ieſus, et dixit eis: Soluite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Et poſt: Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Similiter etiam Matthæus: Generatio mala et adultera ſignum quærit, et ſignum non dabitur

Mat.12.e ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus, et tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus. Vnde Dominus prædixit ſuam paſſionem, et Reſurrectionem, vt ſimul mœrore afficiat, et alli-

Eccli.11.c ciat ad amorem, propter quod dicitur: In die bonorum ne immemor ſis malorum: *Et regreſſa a monumento*, et cetera. Poſt deſcriptam reuelationis occaſionem, et reuelationis certitudinem, ſequitur reuelationis manifeſtatio, circa quam Euãgeliſta duo introducit, ſcilicet teſtimonium mulierũ, et aſpectum diſcipulorum. Primo igitur quantum ad teſtimonium mulierum, ſubdit:

Et regreſſa a monumento, nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, et ceteris omnibus. Hæc nunciauerunt mu-

Mat.vlt.b lieres, quia ſic iniunctum eſt eis ab Angelis: Cito euntes, dicite diſcipulis eius: quia ſurrexit, et ecce præcedit vos in Galilæam. Hoc enim diuina ordinatione geſtum eſt, vt nũciatio Reſurrectionis per mulieres veniret ad viros, ſicut a muliere initiũ ſumpſit mors, et peccatum: ita nunc per mulieres ad viros rediret annunciatio, et cognitio vitæ et immortalitatis, vt per hoc, humilitatis daretur exemplum. Vnde Chryſoſtomus: Euangeliſta non priuat mulierem laude, nec verecundum putat a muliere didiciſſe. Aufertur etiam mulierum opprobrium, et maxime peccatricum. Et ideo præcipue inter alias illa peccatrix nominatur, cum ſubditur: *Erat autem Maria Magdalena, et Ioanna, et Maria Iacobi, et cetera quæ cum eis erãt quæ dicebant ad Apoſtolos hæc*. Mariam autem Magdalenam ſignanter alijs præmittit, quia ipſa feruentius alijs dilexit, et prior, vt traditur, ad monumẽtum venit, et præ ceteris diutius perſeuerauit. Et ideo Ioannes amãtiſſimus Domini, illam Domini amatricem

Ioan.20. e ſignanter nominat. Maria ſtabat ad monumentum, foris plorans, et ſequitur ibi quòd vidit Angelos, et tandem vidit Dominum. Ioannes igitur ſolum loquitur de Maria Magdalena. Matthæus loquitur de

Mat.28.a duabus Marijs: Venit Maria Magdalenæ, et altera Maria videre ſepulchrum. Marcus autem loquitur

Mar.16.a de tribus Marijs: Maria Magdalenæ, et Maria Iacobi, et Salome emerunt aromata. Lucas autem optimus narrator, exprimit de his, et de alijs. Et ſic appareret quòd inter Euangeliſtas nulla prorſus eſt controuerſia, ſed quilibet ad ſuam principaliter fertur intentionem. Omnes tamen Euangeliſtę exprimunt Magdalenam, et præcipue amicus Dei Ioannes, quia pri-

Mar.16.e mo ſibi apparuit, ſicut dicitur: Surgens autem Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ. Et hoc quadruplici ratione. Prima eſt, quia

Sup. 7. g ardentius diligebat: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Secunda, vt oſtenderet quòd

Mat.9. b pro peccatoribus venerat. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores, ſcilicet ad pœnitentiam. Tertia, ad conterẽdam humanam ſuperbiam, propter quod Matthæus: Publicani et meretrices præcedunt vos in

Mat.21.c regnum Dei. Quarta, ad dandam fiduciam, propter quod dicitur: Vbi autem abundauit delictum, ſu-

Rom. 5. d perabundauit et gratia, *et cetera*.

Secundo quãtum ad aſpectum diſcipulorum ſubditur: *Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum verba iſta, et non crediderunt illis*. Vnde auditui non credebant: tum quia mirabile erat quod dicebant: tum quia hoc diuina diſpoſitione agebatur, vt maior et certior veritatis aſſertio obtineretur. Vnde Gregorius: Quòd diſcipuli tarde crediderunt, non tam illorum incredulitas quàm noſtra, vt ita dicam, futura firmitas fuit. Nam illis dubitantibus reſurrectio multis argumentis monſtrata eſt, quæ dum legentes agnoſcimus, quid aliud quàm de eorum dubitatione ſolidamur? Et propterea dubitatio de auditu incitauit ad inquirendam certitudinem per aſpectum, propter quod ſubditur: *Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum, et procumbens vidit linteamina ſola poſita, et abijt, ſecum mirans quod factum fuerat*. Narrat autem hic ſpecialiter Lucas de Petro, vt oſtendat quòd ipſe a feruore ſuo non deſtiterat. Sed Ioannes hoc expreſſius narrat quòd non ſolus Petrus

Greg. homil. 26. in Euãg.to.2.

Ioan.20. a

iuit, verum et Ioannes, et quòd ſimul currebant, et Ioannes præcucurrit citius Petro, ſed non prior introiuit in monumentum. Narrat igitur Lucas quòd Petrus procumbens, linteamina vidit poſita. Ioannes vero expreſſius proſequitur, quòd non ſolum hęc vidit, ſed etiam introiuit in monumentum, et tamen, ſicut hic dicitur, abijt ſecum mirans, non adhuc credens, quia dicitur: Nondum enim ſciebant ſcripturam, quia oporteret eum a mortuis reſurgere. Et attendendum quòd linteamina poſita intelliguntur ſacramenta humanitatis, quæ nobis expoſita ſunt ad credendum, et intelligendum per Reſurrectionis ſacramentum. Vnde dicitur: Ecce vicit leo de tribu

Ioan.20. b

Apo. 5. a

Iuda, radix Dauid, aperire librum, et ſoluere ſeptem ſignacula eius: ſed quia non poſſunt omnia cõprehendi ratione diuinitatis vnitæ, ideo dicitur quòd abijt mirans. Nam dicitur in Pſalmo: Mirabilis facta eſt

Pſ. 138. a

ſcientia tua ex me. Et propterea in huius deſignationem dicitur quòd ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non fuit cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Ibi Gloſſa:

Ioan.20. b

Gloſſa in c. 2. Ioan. to. 5.

Sacramenta diuinitatis incomprehenſibilia a noſtræ infirmitatis cognitione remota ſunt, in inuolucro enim nec initium nec finis aſpicitur, ſicut celſitudo diuinitatis, nec cœpit eſſe, nec deſijt eſſe. Et ideo Petrus abijt mirans. Pſalmus: Mirabilia opera tua, et anima mea cognoſcet nimis.

Pſ. 138. c

Et ecce duo ex illis ibant, et cetera. Poſt deſcriptam reuelationem Reſurrectionis, hic deſcribit Euangeliſta apparitionem reſurgentis, qui quidem apparuit duobus diſcipulis tanquam teſtibus idoneis. Progreſſus autẽ et ordo huius apparitionis fuit in hoc, quòd Chriſtus ſe diſcipulis ſociauit tripliciter. Primo quidem in itinere. Secundo vero in collocutione, de qua ibi: *Et ait ad illos*: *Qui ſunt hi ſermones*, et cetera. Et tertio in comeſtione, de qua ibi: *Et appropinquauerunt caſtello quo ibant*, et cetera. In primis duobus latuit, ſed in tertio apparuit: circa aſſociationem in itinere deſcribendã, tria introducũtur ab Euãgeliſta, ſcilicet concors iter diſcipulorũ, mutuum colloquiũ itinerãtium, et Chriſti conſortiũ dignatiuum. Primo igitur quantum ad concors iter diſcipulorum, dicit:

Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalẽ, nomine Emaus. In quo exprimit Lucas euntium numerum, ſcilicet quòd erant duo, vt daret intelligi ipſorum concordiam. Nam melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum. Sequitur: Si vnus ceciderit, ab alio fulcietur, *et cetera*. Et ideo ſupra dicitur quòd miſit eos binos

Eccls.4. c

Sup.10. a

Digitized by Google

nos ante faciem suam, *et cetera*. Exprimit etiam spatium, propter mysterij intelligentiam, nam sicut
Beda Glos. sa in hunc locum to. 5. Beda inquit: Stadium est octaua pars milliarij, et ideo sexaginta stadia septem millia passuum et quingentos continent, id est, septem milliaria et dimidium, in quo datur intelligi quòd erant de morte
Eccli. 11. a et sepultura Domini certi, sed de octaua Resurrectionis dubij et incerti, sicut dicitur: Da partes septem, nec non et octo. Quid non tantùm Christi mortem, et sepulturam, sed etiam Resurrectionem constat esse integre, et perfecte credendam. Exprimit etiam terminum itineris, dicens quòd vocabatur Emaus, et hoc propter significantiam: nam castrum illud primo nominabatur Emaus, sicut
Hieron. ad Eustochiũ Virg. epist. 27. to. 1. Et in ca. 8. Dan. to. 4. dicitur hic, et postea Nicopolis. Vnde Hieronymus in epitaphio Paulæ: Repetitoq. itinere, vidit Nicopolim, quæ prius Emaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleophæ domum in Ecclesiam dedicauit. Nam sicut legitur in historia tripartita, Romani post vastationem Hierusalem, hanc vrbem Nicopolim ex euentu victoriæ vocauerunt. Interpretatur autem Emaus, mater festinans. Nicopolis ciuitas victoriæ. Et hæc est Ecclesia militans, quæ festinat ad patriam: et superat potestates contrarias. Inter hanc et Hierusalem, ideſt Ecclesiam triumphantem, oportet intelligere distantiam septem ætatum, et octauam inchoatam iam in capite nostro Christo, vt ab hac perueniatur ad illam festinando ad bonum, et triumphando contra malum: Festinemus ergo ingredi ad illam requiẽ,
Emaus. *Nicopolis.* *Hebr. 4. c* vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplũ.

Secundo quantum ad mutuum colloquium itinerantium, subdit: *Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant*, ideſt de his quæ circa Christum gesta erant. Et hæc collocutio erat laudabilis, quia de bona erat materia, scilicet de Christo. Ideo
1. Pet. 4. b Petrus: Si quis loquitur, tamquam sermones Dei.
Ephe. 4. g Et: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat; sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Ideo autem de hoc loquebantur, quia de hoc specialiter cogitatur, et ideo cogitabant,
Mat. 12. c quia amabant. Nam Matthæus dicit: Ex abundantia cordis os loquitur. Nec tantum amabant, verum etiam dubitabant. Et ideo etiam ad inuicem con-
Prou. 27. c ferebant. Quia sicut dicitur: Ferrum ferro exacuitur, et homo exacuit faciem amici sui. Et: Cum
Eccli. 9. d sapientibus et prudentibus tracta. Et post: Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, et omnis enarratio tua in præceptis Altissimi. Talibus verbis adest spiritus
Mat. 10. c Domini, tamquam origo omnium bonorum verborum: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Sed econ-
Sap. 1. b trario verba indiscreta et cogitationes fugit: Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus, quę sunt sine intellectu, *et cet.*

Tertio quantum ad Christi consortium dignatiuum, subiungit: *Et factum est, dum fabularentur, et secum quærerent, et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis*. Dicuntur autem loquendo fabulari, propterea quòd loquebantur verba quæ certitudinem non ha-
Eccli. 43. d bebant, ita vt vere possent dicere illud: Multa dicemus, et deficiemus in verbis: consummatio autem sermonum ipse est in omnibus. Et quia concordes erant in eundo, et loquebantur de bono, ideo effe-
Mat. 18. c cti sunt digni consortio Christi. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et hoc erat quia Christum amabant.
Ioan 14. e Nam Ioannes ait: Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, *et cetera*. Quia autem nondum perfectè credebant, ideo debuerunt habere præsentiam, sed
Greg. hom. 23. in Euã. to. 2. non habere ipsius notitiam, ideo addit: *Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent*, et hoc quidem dignum fuit. Vnde Gregorius: Sicut intus ipsi amabant, et tamen dubitabant; sic ipse et foris præsens adest, et tamen quis sit, non ostendit. De se ergo loquentibus præsentiam exhibet, sed de se dubitantibus speciem cognitionis aufert. Et ideo dicitur quòd
Mar. vlt. c apparuit illis in alia effigie. Et notandum quod dicit quòd oculi eorum tenebantur, ex quo apparet euidenter quòd Christus secundum veritatem non mutauit sui corporis effigiem, nec figuram, sed secundum solam apparentiam: nam in oculis discipulorum alius apparebat. Vnde Glossa super decimo-
Glos. in hũc locum to. 1. nono capite Geneſis ait quòd discipuli percussi erant acrisia, qua quidem fit, vt res aliquo modo videatur, et aliquo modo occultetur, sicut etiam dicit Augustinus. Quod de Sodomitis fuit factũ, nec
Gen. 19. c fuit mutatio in corpore glorioso, nec fuit deceptio ex parte Domini, sed dispẽsatiue Dominus oculos eorũ velauit. Tum propter hoc quod sic conueniebat, nec erant idonei ad suscipiendã Christi præsentiam apertam. Tum etiam, quia ordinatius perducẽdi erant ad eius notitiam percipiendam, et etiam quia non habuissent ita familiarem collocutionem in via.

Et ait ad illos, et cetera. Post descriptam associationem Christi cum discipulis in itinere, hic describit associationem in collocutione, circa quam describendam quattuor introducuntur, scilicet inquisitio materiæ, de qua erat sermo. Enarratio materiæ, de qua dolor. Explicatio materiæ, de qua animi hæsitatio. Declaratio scripturæ, per quam fidei certitudo. Primo igitur quantum ad inquisitionem materiæ, de qua sermo erat, dicit:

Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem, ambulantes, et estis tristes? Iste namque modus est inordinatus ingrediendi in verba, vt audiat quis et quærat, secundum illud: Audi tacens simul
Eccli. 32. b et quærens. Et quia non est cuiuslibet ingerere se in colloquia secreta, secundum istud documentum:
Cato. Ad consilium ne accesseris antequam voceris: Et ideo ostenditur ex responsione quòd huiusmodi sermo est publicus, et communis. Vnde subdit: *Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, et non cognouisti quæ facta sunt in illa, his diebus?* Attendendum autem quòd licet essent duo, non introducit Lucas loquentem nisi vnum tamquam præcellentem, nam iunior debet
Eccli. 32. a cedere maiori secundum illud: Loquere maior natu, decet enim te. Cum duo etiam essent, solum alterum nominat: quia vt dicunt aliqui expositores, Lucas erat alter istorum discipulorum, et consuetudo est Scriptoris sacræ scripturæ, vt de proprio nomine non multã faciat mẽtionem. Sicut etiam Ioannes se non nominat, sed dicit: Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus. Ambrosius autem
Ioan. 21. d dicit quòd non fuerit Lucas. Hic ergo Cleophas ostendit materiam suæ locutionis omnibus notam, non tantum ciuibus, sed etiam extraneis. Et ideo miratur quòd ipse tamquam peregrinus ignoret istam. Ideo eum peregrinum nominat, vel quia in effigie peregrina apparebat, vel quia tamquam peregrinus notissima ignorabat. Recte autem eis peregrinus apparebat, quia peregrinus erat in mundo:
Ioan. 1. a In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit. Et ideo Hieremias:
Hier. 14. b Quare quasi colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum? Et peregrinus erat in
Iob 19. b oculis discipulorum non credentium: Quasi pere-
Psal. 68. a grinus fui in oculis eorum. Et ideo Psalmus: Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filijs matris meæ. Peregrinus etiam in membris: Pere-
Heb. 11. c regrini et hospites sunt super terram. Et: Dum su-
2. Cor. 5. b mus in hoc corpore, peregrinamur a Domino. Et ideo Petrus: Obsecro vos tamquam aduenas et pe-
1. Pet. 2. b regrinos, *et cetera*. Et propterea se peregrinum non negat, sed ostendit, et quærit ab illis. Vnde addit: *Quibus ille dixit: Qua?* Quærit autem Christus non

Digitized by Google

quia dubitet, sed vt formam nobis tribuat in inuestigatione veritatis, et occasionem accipiebat instruendi. Vnde Psalmus: Palpebræ eius interrogant filios hominum. Et: Interrogabat discipulos suos. Quem dicunt homines, *et cetera*.

Psal. 10. *b* *Mat.* 16. *b*

Secundo quantum ad enarrationem materiæ, de qua dolor, subdit: *Et dixerunt de Iesu Nazareno qui fuit vir propheta, potens in opere et sermone coram Deo, et omni populo*, ac per hoc laudabilis erat in vita, et laudabilis in doctrina: Omne quod voluerit, faciet, et sermo illius potestate plenus est. Et hæc magna laus, secundum illud: Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorū. Laudabitur etiam coram Deo, et mundo, secundum illud: Iesus proficiebat sapientia et ætate et gratia apud Deū, et homines. Et hæc magna laus, secundum illud: Sic luceat lux vestra coram hominibus, *et cetera*. Vt hoc autem fiat, dicit Gregorius: Sic opus sit in publico, vt tamen intentio maneat in occulto, vt de bono opere, proximis exhibeamus exemplum, et tamen per intentionem, qua soli Deo placere quærimus, semper optemus secretum. Quia ergo Christus eius fuerat perfectus per omnem modum, ideo magna materia doloris fuit de damnatione ipsius per principes Iudæorum, et ideo subdit: *Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, et principes nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt eum*. Nam hoc verum fuit, licet factum exterius visum fuerit per manum Pilati. Vnde Ioannes: Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi, *et cetera*. Et ideo dolendum erat de communi damno. Et ideo subdit: *Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel*: quasi dicat quòd per hoc est expectatio redemptionis euacuata. Hoc est verbum hominū cadentium a spe sua, et deiectorū in maximā tristitiam. Et hoc, est tristitia mala: quia sicut dicitur: Sæculi autem tristitia mortem operatur. In hanc ceciderant perdendo fiduciā. Ideo contra hoc dicitur: Non contristemini, sicut et ceteri qui spem non habent. Et: Beatus qui non est stimulatus in tristitia delicti. Et post: Et non excidit a spe sua.

Mat. 5. *c* *Sup.* 2. *g* *Mat.* 5. *b* *Greg. homil.* 11. *in Euāg.* to. 2. *Ioan.* 18. *f* *1. Cor.* 7. *c* *1. Tess.* 4. *d* *Eccli.* 14. *a*

Tertio quantum ad explicationē causæ, ob quam animi erat hæsitatio, adiungit: *Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt*, in qua non est sublatus dolor et afflictio, sed auditus, terror, et dubitatio. Vnde subdit: *Sed et mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum*, quia vt dicit Hieronymus: De audita fama eius potius sunt perterriti, quàm gausi. Ratio autem huius terroris fuit memoratio rei mirabilis, et etiam eis incredibilis. Vnde subdit: *Et non inuento corpore eius, venerunt dicentes, se etiam visionem Angelorum vidisse qui dicunt eum viuere*, ideo ergo territi erant, quia horribile erat, corpus Domini amisisse, et incredibile quòd surrexisset. Vnde Beda: Terruisse dicuntur merito eos, quorum mentibus plus de non inuento corpore Dominico mœstitiam quam dolebāt addere, quàm de nunciata per Angelos eius resurrectione gaudium, quo recrearentur, indere potuerunt. Et quia quis posset dicere quòd verba mulierum non debuerunt mouere, ideo ostendit quòd friuola non fuerunt per testimonium, et aspectum virorum. Vnde addit: *Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: et ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt*. Isti fuerunt Petrus, et Ioannes, sicut dicitur: Lucas igitur qui prius singulariter exprimit de Petro, nunc pluratiue præsumit, vt firmum ostendat eorum testimonium ad credendum corpus esse sublatum. Et ideo ex hoc mirabantur, et terrebantur, sed non lætificabantur quia resurrectionem non credebant, sed de ea hæsitabant, et hæsitantes conferebant, quia nondum sapiebant cælestia, sed terrena secundum illud: Erit quasi Pythonis de terra vox tua, et humo eloquium tuum mussitabat. Contra quod dicitur: Si consurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sed brutalis qui non consurgit per spiritum, hæc non credit, nec sapit. Et ideo supra dicitur, quòd visa sunt ante illos, sicut deliramentū, verba ista. Quia animalis homo nō percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, et nō potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.

Mat. 16. *b* *Ioan.* 20. *b* *Isa.* 29. *a* *Colos.* 3. *a* *Beda Glossa in hunc locum* to. 5. *1. Cor.* 2. *b*

Quarto quantum ad declarationem scripturæ per quam est fidei certitudo, subiungit: *Et ipse dixit ad eos: O stulti, et tardi corde ad credendū in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ*. stultos eos vocat qui desperant propter passionem. Vnde de spiritu ad carnem descenderant, et hæc est magna stultitia, secundum illud: Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini? Et tardos corde vocat: quia credere non volebant Christi gloriam, et resurrectionem. Vnde Marcus: Exprobrauit incredulitatem eorum, et duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et propterea ad astruendam fidem passionis et resurrectionis, subdit: *Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?* Oportuit, inquam, ideſt opportunum et conuenientissimum fuit. Primo propter remedium peccatorum: Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Et: Traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram. Secundo propter exemplum virtutum. Vnde Petrus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et: Hoc sentite in vobis quod et in Christo Iesu. Et post: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, *et cetera*. Et: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Si enim oportuit pati Christum ad introeundum in gloriam suam, quanto magis oportet et nos pati, vt intremus in alienam? Et ideo consobrinis suis petentibus sedere a dextris, respondit: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? *et cetera*. Hieronymus: Sciebat qui passionem eius poterant imitari: sed hoc dixit, vt eo interrogante, et illis respondentibus, omnes audiamus, quia nullus potest cum Domino regnare, nisi passionem eius fuerit imitatus. Opportunum etiam erat propter complemētum omnium scripturarum. Vnde Supra: Consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis: sicut enim arca in cubito consummata est, sic omnia verba scripturæ in hoc verbo abbreuiata, nato scilicet passo, sepulto, et resuscitato. Propter quod Isaias: Consummationem, et abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Et ideo ad explicationem istius, subiungit: *Et incipiens a Moyse, et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant*, omnes enim scripturæ, et prophetiæ principaliter ad Christum habent respectum. In cuius designationem dicitur: Quòd duo Cherubim respiciebant se mutuo versis vultibus in propitiatorium, ideſt duo testamenta. Huius figuram gessit Adam, de cuius latere facta est Eua. Huius etiam sanctus Abel a fratre interfectus: Huius figuram gessit et Noe nudatus in tabernaculo suo: Huius, Isaac oblatus a patre: Huius, lapis et scala Iacob: Huius, Ioseph venditus a fratribus: Huius, Moyses in Virga, educens populum de Ægypto: Huius, Iosue introducens populum in terram promissionis: Huius, Gedeonis vellus, et ipse Gedeon: Huius et Samson: Huius, et Samuel postulatus a Domino: Huius, et sanctus Dauid electus ab Absolon: Huius, Ezechias cuius tempore retrocessit sol: Huius, Iosias, cuius mors lamentabilis fuit Iudæis: Huius, vniuersitas sanctorum præcedentium et specialiter Iob, Tobias, Elias, Helisæus, et Hieremias. Huius, omnia

Sup. 18. *f* *Isa.* 20. *e* *Exo.* 25. *b* *Gen.* 2. *d* *Gen.* 4. *b* *Gen.* 9. *d* *Gen.* 21. *b* *Gen.* 28. *c* *Gen.* 37. *f* *Exo.* 14. *d* *Iosue.* 4. *a* *Iudic.* 16. *a* *Ibid.* 6. *1. Reg.* 1. *b* *2. Reg.* 15. *c* *4. Reg.* 20. *b* *2. Par.* 35. *d*

Digitized by Google

nia sacrificia, et specialiter agnus Paschalis. Huius etiam figura erat tabernaculum cum in eo contentis, et maxime altare, arca, candelabra, et mensa. Huius figura fuit templum. Huius figura regnum, et sacerdotium. Vnde Augustinus contra Faustum: Quis autem potest, non dico vna breui responsione, sed quolibet ingenti volumine omnia cõmemorare prẽconia prophetarum Hebræorum de Domino Saluatore nostro Iesu Christo? Quãdoquidem omnia quę illis continentur libris, vel de ipso dicta sunt, vel propter ipsum. Sed propter excitationem quærentis, et delectationem inuenientis, multo plura ibi per allegorias et ænigmata partim verbis solis insinuantur, partim etiam facta narrantur. Quod ergo dicitur hic quòd interpretabatur in omnibus scripturis, non ad omnia quæ de Christo dicuntur, referendum est, sed ad ea in quibus euidentius, et manifestius Christi passio et resurrectio prophetantur.

Aug. li. 12. cõtr. Faust. cap. 7. in princ. to. 6.

Et appropinquauerunt castello, et cetera. Post descriptam associationem in itinere, et colloqutionem, hic describit tertio associationem in commestione, vbi in fractione panis Christus apparuit. Circa quam describendam tria introducuntur ab Euangelista, scilicet Christi susceptio affectuosa, ipsius recognitio clara, et occultatio dispensatiua. Primo igitur, quantum ad susceptionem Christi affectuosam, dicit:

Et appropinquauerunt castello quo ibant, et ipse se finxit longius ire. Hoc autem faciebat Dominus, non simulando, sed potius occasionem dando, vt affectuosius inuitarent et magis mererentur. Simile habetur in Marco: Circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, *et cetera*: et volebat præterire eos, super quo Augustinus quo modo intellexerũt Apostoli Dominum velle præterire eos, nisi quia in diuersum ibat: sic etiã nunc intelligendum, quòd se fingebat, id est præparabat ad longius procedendum, quod etiam fecisset, nisi eum affectuose hospitio suscepissent. Ideo ergo hoc faciebat ad excitandam deuotionem, non propter simulationem, propter quod subdit: *Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum quoniam aduesperascit, et inclinata est iam dies: Et intrauit cum illis.* Gregorius: Hoc exemplo colligitur, quòd peregrini ad hospitium non solum sunt vocandi, verum et trahendi. Et ideo Apostolus: Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis, super quo dicit Chrysostomus: Propterea magna merces est Abraam: quia nesciens angelos esse, hospitio recepit: quia si sciuisset, non fuisset mirabile: sic et magna merces fuit istis, quia si Christum cognouissent, et hospitio recepissent, non esset magnum, sed ipsum velut peregrinum et tamquam aduenam sic violenter ad se traxerunt, sicut Iob: Foris non mansit peregrinus. Et: Frange esurienti panem tuum, et egenos, vagosq. induc, *et cetera*.

Mar. 6. g

Aug. lib. 2. de consen. Euãgelist. ca. 47. to. 4.

Greg. homil. 23. in Euãg. to. 2.

Heb. 13. a

Chrys. in c. 13. ad Heb. homil. 33. to. 5.

Iob 31. d

Isa. 58. b

Secundo quantum ad Christi recognitionem, subdit: *Et factum est: dum recumberet cum eis, accepit panem, et benedixit ac fregit, et porrigebat illis.* Nam hic erat mos Christi vt semper benedictionem prædiceret ante manducationem: Creauit Deus cibos ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Et post: Nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum Dei, et orationem: Et propterea consuetum est maxime clericis, et religiosis ante cibum præmittere benedictionem. Et hinc est quòd Gregorius narrat in dialogo de muliere quæ comedebat lactucam cum auiditate, quòd diabolus eam obsedit. Quia igitur hic peregrinus cõformabat se Christo in benedictione, et etiam in modo frangendi panẽm, manuducti fuerunt ad ipsius cognitionem. Et ideo subdit: *Et aperti sunt oculi eorum, et cognouerunt eum*. Aperuit autem Dominus oculos eorum potius in fractione panis, quàm in expositione scripturarum, ad ostendẽdum quòd non auditores legis, sed factores, iusti sunt apud Deum, secundum illud: Non auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Vnde Gregorius: Veritas melius operando quàm audiendo intelligitur. Vnde Psalmus: A mandatis tuis intellexi. Et iterum: Super omnes docentes me intellexi: quia mandata tua quæsiui. Vel hoc fecit, propter mysterium. Vnde Beda: Hoc fecit, vt omnes intelligant se Christum non cognoscere, nisi fiant participes corporis eius, id est Ecclesiæ, cuius vnitatem commendat Apostolus in sacramento panis dicens: Vnus panis, vnum corpus multi sumus. Et in huius figuram dicitur quòd Ionatas comedit, et illuminati sunt oculi eius. Quia ad veram Christi contemplationem et speculationem non peruenit quis, nisi ad mensam eius sedeat, secundum illud: Vincenti dabo manna absconditum, et dabo illi calculum candidum: et in calculo nomen scriptum quod nemo scit, nisi qui accipit. Et propterea dicitur de sapientia: Quod miscuit vinum, et proposuit mensam. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, et ad mœnia ciuitatis.

Rom. 2. a

Ps. 118. x

Beda Glos. sa in hunc locum to. 5.

1. Cor. 10. d

1. Reg. 14. d

Apo. 2. g

Prou. 9. a

Tertio quantum ad occultationem dispensatiuam subiungitur: *Et ipse euanuit ex oculis eorum*. Beda: Subtrahitur carnalibus oculis species infirmitatis, vt mentibus incipiat apparere gloria Resurrectionis. Nam in subtractione præsentiæ corporalis excitat ad desiderium præsentiæ spiritualis, quæ est ex inflammatione desiderij ex recordatione Christi. Et ideo subditur: *Et dixerunt adinuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, et aperiret nobis scripturas?* Verbum namque Christi inflammauerat corda eorum, quia verbum Dei igneam habet naturam propter inflãmationem amoris. Vnde Hieremias: Numquid non verba mea quasi ignis, et quasi malleus conterens petram? Et: Ignitum eloquium tuum vehementer, et seruus tuus dilexit illud: hoc autem facit verbum immittendo Spiritum sanctum. Vnde Beda: Exaudito sermone cor prius torpore incredulitatis et timoris frigidum, igne Sancti spiritus est accensum, vt iam superno desiderio ardeat: quot enim præceptis instruitur homo, quasi tot facibus inflammatur. Et nota quòd verbum Domini inflammat ad ardorem zeli. Propter quod dicitur: Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se. Et: Factus est sermo Domini in corde meo quasi ignis exæstuans, claususq. in ossibus meis. Et de hoc ardore dicitur: In igne zeli mei deuorabitur omnis terra. Inflammat etiam ad amorem desiderij. Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi vt accendatur? *et cetera*. Vnde et supremus ordo angelorũ ad quem primo descẽdit illuminatio diuinorum eloquiorũ, Seraphim appellatur, id est ardens. Ideo Psalmus: Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs. Hunc ardorem cõcomitatur liquefactio suauissimarũ affectionum: Nonne ardorem refrigerabit ros? Et: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Et Psalmus: Emittet verbũ suum et liquefaciet ea, *et cetera*.

Beda Glos. in hunc locum to. 5.

Prou. 30. a

Hier. 20. c

Soph. vlt. b

Sup. 13. f

Ps. 119. b

Eccli. 18. b

Cant. 5. b

Psal. 147. b

Et surgentes eadem hora, et cetera. Post descriptam reuelationem Resurrectionis, et apparitionem resurgentis, In hac parte describit certitudinem apparitionis. Diuiditur autem hæc pars in tres. In quarum prima præmittitur apparitionum pluralitas ad testimonium. In secunda vero apparitionum probabilitas in argumentum, ibi: *Quid turbati estis*, et cetera. In tertia apparitionis infallibilitas in fidei firmamentum, ibi: *Et dixit ad eos: Hæc sunt verba*, et cetera. Circa apparitionum pluralitatem insinuandam duo introducuntur, scilicet enarratio apparitionis Christi specialis, et communis, in qua apparuit discipulis omnibus. Primo igitur quantum ad apparitionem specialem, dicit:

Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem, ad nunciandum quod viderant secundum illud: Hęc dies boni nuncij est: Si tacuerimus et noluerimus nunciare vsque mane, sceleris arguemur. Ex quo apparet

1. Tim. 4. a

4. Reg. 7. b

Digitized by Google

paret feruor discipulorum, quia cum esset iam nox (sicut ex præcedentibus apparuit,) nec viæ prolixitas, nec noctis obscuritas retardauit, tantus erat amor ad collegium Apostolicum quod Hierosolymis erat. Et ideo adit: *Et inuenerunt congregatos vndecim, et eos qui cum illis erant, dicentes: Quòd surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni:* Ac per hoc inuenerunt gaudentes, *Psal.132.a* vt vere possit dici: Ecce quàm bonum et quàm iocundum habitare fratres in vnum. Omnes enim participes erãt gaudij ex apparitione quæ facta est Petro antequam alijs. Vnde Glossa: Primo omnium virorum *Gloss.interlin.in hunc locum to.5.* apparuit Petro. Quod etsi non dicit Euãgelista, quando vel vbi factum est, tamen quia factum est, non tacet. Et quia iustorum gaudia debent esse communia, ideo subdit: *Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: et quo modo cognouerũt eum in fractione panis.* Ex hoc ergo apparet quòd Christus pluries apparuit eadem die, scilicet quinquies: quia primo Mariæ Magdalenæ: *Ioan.20.d* secundo mulieribus: tertio, Petro sicut dicitur hic: *Mat.vlt.b* quarto discipulis eũtibus in Emaus: quinto discipu- *Ioan.20.e* lis congregatis absque Thoma. Et ideo in huius commemorationem sacerdos quinquies in Missa se vertit ad populum. Sed tertia versio est cum silentio, quæ signat apparitionem factam Petro quæ non narratur quãdo et quo modo fuit. Apparuit etiam ante Ascen- *Ioan.20.g* sionem quinque alijs vicibus: sexto ergo post octo *Ioan.vlt.a* dies præsente Thoma: septimo ad mare Tiberiadis: *Mat.vlt.d* octauo in monte Galilææ apparuit vndecim discipu- *Mar.vlt.c* lis. Apparuit nono in cænaculo in Hierusalem: decimo apparuit Christus in monte Oliueti quando *Act. 1. a* ascendit: Et conuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent. Et sic per intercapedinem, decem vicibus apparuit in quadraginta diebus, post quos, decem diebus transactis, misit Spiritum sanctum. De his scilicet decem apparitionibus Ioannes exprimit quattuor, Lucas tres, Matthæus duas, et Marcus vnã. Vt sic ex suo modo narrandi appareat mysterium et sufficientia apparitionum.

Secundo quantum ad apparitionem communem, subdit: *Dum autem hæc loqueretur, stetit Iesus in medio eorum, et dicit eis: Pax vobis:* In medio stetit, quia ipse *1.Tim.2.b* est mediator. Mediator Dei et hominũ, homo Chri- *Ioan. 1. d* stus Iesus. Et ideo Ioannes: Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Et ideo in huius figuram dicitur: *Apo. 1. c* Vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, *et cetera.* Sed ideo dixit: *Ephe.2. c* Pax vobis, quia ipse est pacis factor. Ipse est pax no- *Coloss. 1. c* stra, qui fecit vtraque vnum. Et: Pacificans per sanguinem eius siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. *Ioan.14.d* Ipse est etiam pacis dator. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Ipse est et pacis annunciator: *Ephe.2. d* Veniens euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem his qui prope. Et ideo Euangelium *Isa. 52. b* Christi est Euangelium pacis: Quàm pulchri super montes pedes annunciantis et prædicantis pacem, *et cetera.* Et quia ex insolita apparitione consueuerunt homines obstupescere, ideo subdit: *Ego sum, nolite timere.* Vere dicit: Ego sum, quia ipsius est dicere: Ego *Exo. 3. d* sum, qui sum, sicut dicitur: Ipsius est effugare timorem, et ideo dicit: *Nolite timere.* Ideo autem confortabat eos, quia insolito more inter eos apparebat, et talis modus apparendi terret, et turbat, propter quod subdit: *Conturbati vero et conterriti, existimabant se spiritum videre.* Ideo autem territi sunt, quia cum mortuum in cruce viderant, et quia timebant ne Satanas transfiguraret se in angelum lucis, et quia vene- *Ioan.20.e* rat, ianuis clausis. Vnde Ioannes: Cum ergo sero esset die illo, vna sabbatorum, et fores essent clausæ, vbi erãt discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus, et stetit in medio, et dicit eis: Pax vobis. Sed in hoc videtur contrarietas inter Lucam *Ioan.20.e* et Ioannẽ, quia Ioannes ait: Gauisi sunt discipuli viso Domino. Sed non est contrarietas quia primo sunt territi, sed post, ostensis manibus et latere, sunt gauisi.

Contrarietas etiam videtur quia Ioannes dicit quòd Thomas non erat cum eis quando venit Iesus: Lucas autẽ dicit quòd inuenerunt vndecim cõgregatos. Sed ad hoc respõdet Augustinus quòd Thomas erat cum discipulis quando illi duo redierunt, sed postmodum exiuit antequam eis loquẽtibus Dominus appareret. *Et dixit eis: Quid turbati estis,* et cetera. Post descriptam apparitionum pluralitatem, hic secundo describit apparitionis probabilitatem. Dupliciter autem probari habet et discerni certa discretione corpus, scilicet per vsum tactus et gustus, et secundum hoc probat Christus dupliciter se habere verum corpus, secundum hunc duplicem sensum. Primo quantum ad testimonium tactus, dicit:

Et dixit eis: Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra? Signanter dicit, *ascendunt,* quia bonæ descendunt a superiori: Omne datum optimum, desursum est, descendens, *et cetera.* Malæ vero ab inferiori ascendunt: Ascendit fumus putei, et obscuratus est sol et aer de fumo putei. Et quia cogitationes istæ veniebãt ab interiori, ideo exterius proponit per quod purgantur, cum subdit: *Videte manus meas et pedes, quia ego ipse sum,* quasi dicat, si putatis per visum illudi, saltem per sensum tactus efficiamini certi. Et ideo subdit: *Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Hoc fecit in argumentum Resurrectionis suæ. Vnde dicitur quòd fuit ab initio, quod audiuimus, quod *1.Ioan.1.a* vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, et vita manifestata est, et vidimus et testamur, et annunciamus vobis vitam æternam. Hoc etiam fecit in argumentum Resurrectionis, et exemplum nostræ glorificationis. Vnde Glossa dicit: Dum palpanda discipulis *Glos.in hũc locum to.5.* ossa carnemq. præmonstrat, aperte statum veræ Resurrectionis, quæ in se facta, et in nobis est futura, significat. In qua corpus nostrum et subtile erit per effectum spiritualis potentiæ, et palpabile per veritatem naturæ. Sed hæc duo videntur esse simul contraria, et fidem non astruere, sed potius impedire. Vnde Glossa dicit: Post Resurrectionem Dominus *Glos.in hũc locum to.5.* in corpore suo duo contraria ostendit, et corpus palpabile eiusdem naturæ vt informet ad fidem, et incorruptibile alterius gloriæ, vt inuitet ad præmium. Sed Gregorius hæc dissoluit, dicens: Duo mira et iuxta humanam rationem sibi contraria Dominus ostendit: sed secundum veritatem non sunt contraria, quia corpus glorioſum per potestatem potest immutare sensum, et resistere seu mouere aliud per veritatem: potest etiam penetrare corporis sensum, vnde nulla est ibi contrarietas, licet videatur. Similiter ad maiorem certitudinem non tantum corpus exhibuit palpabile, verum etiam ostendit corporis cicatrices. Vnde subdit: *Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et pedes.* Cum cicatricibus. Has autem Dominus seruauit, vt dicit Beda, quattuor de causis. Prima est *Beda Glos-* vt fidem Resurrectionis astrueret. Secunda vt patrem *sa in hunc* pro nobis supplicans, quale genus mortis pertulerit, *locum to.5.* semper ostendat. Tertia vt sua morte redemptis, quàm misericorditer sint adiuti, præpositis eiusdem mortis indicijs insinuet. Quarta vt in iudicio quàm recte damnentur impij denunciet: Videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Posset et quinta ratio assignari, scilicet ad affectum nostrum inflammandum, vt dicit Ambrosius. Et sexta in victoriæ signum, vnde Beda: Non ex impotentia seruauit cica- *Beda Glos.* trices, sed vt in perpetuæ victoriæ suæ circumferat *in hunc lo-* triumphum. Septima in dilectionis indicium præci- *cum to.5.* puum. Vnde Isaias: Ecce in manibus meis descripsi *Isa. 49. c* te. Et: Pone me vt signaculum super cor tuum. *Cant.8. b*

Secundo quantum ad testimonium gustus subdit: *Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus præ gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod mãducetur?* Vt si non moueat visus, non moueat auditus, nõ moueat tactus, saltem

August. de Consen. Euang.lib.3. c.25.in me- dio to.4.

Apo.9. c

Digitized by Google

saltem moueat gustus. Et hoc est expressum signum suscitationis. Vnde Dominus postquam suscitauerat
Sup. 8. g puellam iussit ei dari ad manducandum. Et Ioannes
Ioan. 12. a dicit de Lazaro quòd vnus erat ex discumbentibus. Et sic Christus sensuum vsu probauit se vere resurrexisse, vt discipuli certificarentur, et nos in eis. Et ideo subdit: *At illi obtulerunt ei partem piscis assi, et fauũ mellis*, hoc autẽ Christus non abscondite, sed publice in resurrectionis suæ argumentum manducauit. Vnde subdit: *Et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis*. Manducauit autem Dominus non ex indigentia, sed ex potẽtia. Vnde sicut radius solis aliter absorbet aquã, aliter terra: quia ille, potestate: ista, indigentia: ita Christus ante resurrectionem cibum sumpsit ex necessitate, post resurrectionem autem cõsumpsit
Aug. li. 13. de Ciu. Dei ca. 22. to. 5. propria virtute. Et ideo Augustinus ait: Nõ potestas, sed egestas edendi ac bibendi, gloriosis corporibus aufertur. Fuit igitur argumẽtum verum resurrectionis veritas comestionis. Et attendẽdum quòd per piscem assum, intelligitur afflictio humanitatis assumptæ. Vnde Beda: Piscis assus, est ipse Mediator passus,
Beda Glos. in hunc locum to. 5. in aquis humani generis captus, assatus tempore passionis. In huius figuram dicit Tobias de pisce capto:
Tob. 6. b Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum. Hic est piscis in cuius ore inuenitur pretium nostræ redemptionis, secundum quòd insinuatur in Matthæo: Per
Mat. 17. d fauum autem mellis intelligitur Christus vt Deus, et
Beda Glos. in hunc locum to. 5. vt glorificatus. Vnde Beda: Christus fauus mellis in resurrectione nobis est. Fauus mellis in cæra, est deitas in humanitate: Gustate, et videte quoniam suauis
Psal. 33. b est Dominus. Et ideo in Cantico Moysi dicitur: Vt
Deut. 32. b suggeret mel de petra, oleũq. de saxo durissimo. Hic igitur est cibus, in quo Christus delectatur, quia omnis delectatio est in seipso. Huius cibi reliquias man-
Sap. 16. c ducant viri spirituales. De quibus Sapiens: Paratũ pa-
Psal. 20. c nem de cælo præstitisti illis sine labore. Psalmus: In reliquijs tuis præparabis vultum eorum.

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos et cet. Post descriptam apparitionum pluralitatem in testimonium, et probabilitatem in argumentum, describit hic infallibilitatem in fidei firmamentum. Est autem firmitas apparitionis per duo, scilicet per testimonium scripturæ, et per lumen intelligentiæ, ex quibus redditur certus animus noster de his, quæ spectant ad nostram reparationem. Et secundum hoc describit Euangelista apparitionẽ dupliciter confirmatam, scilicet per authenticum testimoniũ scripturæ, et per infusum lumen intelligentiæ. Primo igitur quantũ ad authenticũ testimonium scripturæ, dicit:

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cũ adhuc essem vobiscum, per conuersationẽ scilicet fa-
Baruc. 3. d miliarem in carne, secundum illud: Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conuersatus est. Hoc au-
Ioan. 14. d tem dixit ad fidei assertionem: Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Hæc igitur verba ipse prædixit tamquam verus propheta, nec solus prædixit, verumetiam prædixit quod hoc prædiceret tota scriptura, et ideo subdit: *Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et psalmis de me*. in his autem tribus comprehendit Christus totum vetus testamẽtum, quod est quasi tripartitum ad firmitatẽ testimonij, quia in ore duorum aut trium testium, stabit omne verbum. Secun-
Deut. 19. d dum quod dicitur: Et in repræsentationẽ beatissimæ Trinitatis. Nam lex propter auctoritatẽ iubendi appropriatur Patri, prophetia propter perspicacitatem intelligendi Filio, Psalmi propter suauitatem orandi Spiritui sancto. Omnia autem testimonium perhibent Christo tamquã excellẽtissimo Imperatori, Datori, et Pontifici. Et ideo in ipso omnia impleta sunt,
Mat. 5. c secundum illud: Iota vnum aut apex vnus non præteribit a lege Domini, donec hæc omnia fiant. Quia ergo in lege omnia hæc, quæ circa Christum acciderunt de passione et resurrectione, prædicuntur, cõstat quòd illud est irrefragabiliter verum et certum, tamquam per testimonium firmum et authenticum com-
Glos. in hũc locum to. 5. probatum. Vnde Glossa: Omnes ambages aufert visus, et tactus manducantis, et ne in aliquo sensus humanos illusisse videretur, mittit manus ad scripturas, vt etsi magicis artibus videatur potuisse quod voluit, sicut dicunt pagani, saltem eum videant prophetare non potuisse antequam natus fuerit Christus. Igitur implendo quod scripturę dicunt, probauit ipsas fuisse veras, et ostendendo quæ circa ipsum facta erant in scripturis esse prædicta, astruit irrefragabiliter esse vera atque credenda.

Secundo quantum ad infusum lumen intelligẽtię, subdit: *Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas*, ipse, inquam, aperuit: quia solus habet clauem, secundum illud: Et dabo clauẽ domus Dauid super hu-
Isa. 22. f merum eius: et aperiet, et non erit qui claudat: et claudet, et non erit qui aperiat. Et ideo propheta petit in
Psal. 118. c Psalmo: Reuela oculos meos, et considerabo mirabi-
Dan. 2. d lia de lege tua. Quia dicitur: Ipse reuelat profunda et abscondita: et nouit in tenebris constituta: et lux cum eo est. Hæc autem profunda mysteria in scriptura nullus intelligit, nisi per Christum crucifixum, et suscitatum, et gentibus per Spiritum sanctum diuulgatum, quia de ipso sunt scripturæ, et propter ipsum, et ideo ab eo explicantur. Vnde in Apocalypsi dicitur quòd
Apoc. 5. b leo resuscitatus, et agnus occisus aperuit librũ: vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librũ, et soluere septem signacula eius. Et vidi, et ecce in medio throni et quattuor animalium, et in medio seniorum agnum stantem tamquam occisum. Sequitur: Et cum aperuisset librum, quattuor animalia et vigintiquattuor seniores ceciderunt coram agno. Et cantabant canticum nouũ, dicentes: Dignus es Domine accipere librum et aperire signacula eius. Et sic patet quòd ipse exponit doctrinam librorũ veteris et noui testamenti, ideſt seniorum et animalium oculatorũ. Hæc autem mysteria scripturarum principaliter referuntur ad Christum, quantum ad caput, et quantum ad corpus. Quantum ad caput subdit: *Et dixit eis: Quoniã sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die*, hoc frequentissime dictum est in scripturis, et maxime in lege per figuras. In prophetis per verba, et in psalmis quamplurimum qui sunt de resurrectione et passione. Quantum ad corpus autem subdit: *Et prædicari in nomine eius pœnitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma*, hoc, inquam, scriptum in lege, in promissione
Gen. 22. d Abraæ: Benedicẽtur in semine tuo omnes gentes ter-
Gen. 49. b ræ. Et: Ipse erit expectatio gentium. Hoc scriptũ est in
Psal. 2. b Psalmo: Postula a me, et dabo tibi gẽtes hereditatem
Psal. 116. a tuam. Et iterum: Laudate Dominum omnes gentes.
Isa. 49. b Hoc in prophetis. Vnde Isaias: Parũ est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, et fæces Israel cõuertendas. Dedi te in lucẽ gentium, vt sis salus mea, *et cetera*. Et hæc prędicatio prędicta est incipere ab Hierusalẽ:
Isa. 2. a De Sion exibit lex, et verbũ Domini de Hierusalẽ. Et
Isa. 62. a Propter Sion nõ tacebo, et propter Hierusalẽnõ quie-
Psal. 109. a scã, donec egrediatur vt splendor iustus eius. Et Psalmus: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.

Vos autem testes estis horum, et cet. Post descriptam Christi reuelationem resurrectionis, et apparitionẽ resurgentis, et certitudinem apparitionis, hic quarto agitur de diuulgatione iam cognitæ veritatis. Et quia hæc diuulgatio facta est per Spiritum sanctum datum Apostolis post Ascensionem Christi, ideo ad hanc plenius describendam quattuor ab Euangelista introducuntur, scilicet commissio officij prædicandi: promissio spiritualium charismatum: absconsio Christi: et deuotio discipulorum. Primo igitur quantum ad officium prædicandi, dicit:

Vos autem testes estis horum. Vos, inquam, qui vidistis
Ioan. 3. b et audistis, ita quod potestis dicere illud: Quod scimus

Digitized by Google

Ioan. 13. *f* mus loquimur, et quod vidimus testamur. Et: Qui vidit, testimonium perhibuit. Nihil aliud est asserere
Act. 23. *e* veritatem fidei, quàm testificari. Vnde dicitur: Sicut testificatus es de me in Hierusalem, sic te oportet et
Isa. 43. *b* Romæ testificari. Et ideo Isaias: Vere, vos testes mei,
Act. 1. *b* dicit Dominus. Hi sunt Apostoli, ad quos dicitur: Eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Iudæa, et Samaria, et vsque ad vltimum terræ. Et ideo dicit Pe-
Act. 10. *g* trus: Nos testes sumus omnium, quæ fecit in regione Iudæorum et Hierusalem, quē occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, et dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis qui manducauimus et bibimus cum illo postquā resurrexit a mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo et testificari, quia ipse est qui constitutus est a Deo iudex viuorū et mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibēt, *et cet.* Fuerūt autem Apostoli testes omni exceptione maiores, et propter suam virilitatem et sanctitatē, et propter veracitatē et stabilitatem, quia passi sunt pro hac veritate vsque ad mortē, vt vere testes, ideſt martyres possunt dici. Et ideo dicitur: Nos tantā habētes
Heb. 12. *a* impositam nubem testium per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in Auctorem fidei, et consummatorem Iesum, *et cetera*.

Secundo quantum ad promissionem spiritualium charismatum, addit: *Et ego mittam promissum patris mei in vos.* Signanter dicit, *mittam*, quia et tunc dedit Spi
Ioan. 20. *f* ritum sanctum in flatu, sicut dicitur: Sicut misit me pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, et dicit eis: Quorū remiseritis peccata, *et cet.* Hoc est
Ezec. 36. *f* donum promissum in scripturis. Ezechiel: Dabo vobis cor nouum, et spiritum nouum ponam in medio vestri, *et cet.* Hunc spiritum etiam Christus frequēter
Ioan. 7. *f* promisit in Euangelio: Si quis sitit, veniat ad me, et
Ioan. 15. *d* bibat. Et: Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis, *et cet.* Hunc ergo tūc dedit occulte, sed post daturus erat abundāter et aperte, scilicet post decē dies, in quibus se debebant ad illam plenitudinem præparare. Ideo subdit: *Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Gregorius: Nisi sācti Spiritus vnctio interius doceat, frustra prædicator exterius laborat. Vnde Matthæus:
Mat. 10. *c* Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Licet autē Dominus statim Spiritum sanctum posset dare, voluit tamen differre, tum propter desiderium discipulorum inflammādum ad petendum, secundum illud: Petite, et da-
Sup. 11. *b* bitur vobis. Sequitur: Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data, dare filijs vestris, quanto magis pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se? Tum propter mysterium seruandum, quod quinquagesima die post passionem, qui est numerus remissionis, et conficitur ex septem septenarijs dierum, superaddita vna vnitate, ad designandum septiforme Spiritus sancti donum. Et postremo propter exemplum.
Glos. in hūc locum to. 5. Vnde Glossa: Cum repente, si vellet, posset eos roborare, distulit vt exemplum sequentibus daret, ne imperfecti ante tempus prædicare præsumerent. Ideo
Eccls. 3. *b* dicitur: Tempus tacendi, et tempus loquendi. Et: An-
Eccli. 18. *c* tequā loquaris, disce. Vnde Hieronymus: Discimus, vt post multum silentium de disciplinis efficiamur magistri. Disciplinæ enim Pythagoricæ est per quinquennium tacere, et post, eruditos loqui.

Tertio quantum ad ascensionem Christi, subdit: *Eduxit autem eos foras in Bethaniam*, hæc autem Betha
Sup. 19. *e* nia est in monte Oliueti. Vnde supra: Cum appropinquasset ad Betphage et venisset Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti. Interpretatur autem Bethania domus obedientiæ, quia per obedientiam collocatur quis in monte a Christo, et benedicitur a Christo, et ascendit in cælum, et ideo subdit: *Et eleuatis manibus suis, benedixit eis*, in quo insinuatur quòd ille be-

Bethania quid.

A nedicendus est a Christo qui obedit ei, et facit opera quæ facit propter Deum. Nam terra sæpe venientem *Heb.* 6. *b*
super se bibens imbrem, et germinās herbam opportunam, accipit benedictionem a Deo. Cū talibus autem Christus ascendit, et ideo subdit: *Et factū est, dum benediceret illis, recessit ab eis, et ferebatur in cælum.* Tunc
impletū est illud: Ascendit Deus in iubilo, et Domi- *Psal.* 46. *a*
nus in voce tubæ. Et iterum: Ascendens in altum, ca- *Ephe.* 4. *b*
ptiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Huius ascensio fuit præfigurata in ascensione nubecu
læ paruæ, de qua dicitur: Ecce nubecula parua quasi *3. Reg.* 18. *f*
vestigium hominis ascendebat, *et cetera*. Et in Ascen- *4. Reg.* 2. *b*
B sione Eliæ: Ascendit Elias per turbinem in cælum. Et
per ascensum solis. Vnde Abacuc secundum aliam *Abac.* 3. *c*
translationem: Eleuatus est Sol, et Luna stetit in ordine suo. Et per hoc quòd Christus ascendit ad cęlestia, fuit Christi Ecclesia ordinata in suis gradibus. Vnde
dicitur: Qui descēdit, ipse est et qui ascendit supra om *Ephe.* 4. *b*
nes cælos, vt impleret omnia. Aliter autem ferebatur Christus, aliter Elias. Nam Elias virtute Angelorū, et currus ignei: Christus autem virtute propria, seruien te creatura tam spirituali quàm corporali. Et ideo in
psalmo: Qui ascendit super occasum: Dominus no- *Psal.* 67. *a*
men illi. Et: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis *Isa.* 63. *a*
C vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ?

Quarto quantum ad deuotionem discipulorum, subdit: *Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno.* Cū gaudio reuertuntur, propter victoriam Domini, quem videbant penetrasse suprema cælorum. Vnde Glossa: Quia Deum ac Dominū suum, *Glos. interlin. in hunc locum to. 5.*
post triumphū resurrectionis cælos vident penetrasse, lætantur. Christus enim triumphauit plenarie, se- *Colos.* 2. *c*
cundum illud: Expoliās principatus et potestates traduxit cōfidenter palam, triumphans illos in semetipso. Et de hoc gaudebant, secūdum illud: Lætabuntur *Isa.* 9. *a*
D coram te, sicut qui lætantur in messe: sicut exultāt victores, capta præda, *et cet.* Et quia gaudium spirituale disponit nos ad actus spirituales, scilicet ad laudandū et orandum, ideo subdit: *Et erant semper in templo laudantes et benedicentes Deum. Amen.* In templo erant ad orandum et expectandum Spiritum sanctum, secundum illud: Et vos, similes hominibus expectantibus *Sup.* 12. *e*
Dominū suum quando reuertatur a nuptijs, *et cet.* Et quia spiritualium virorū non tantum est expectare, verumetiam exultare, et exultando laudare, et hic est actus finalis et patriæ, quia non habet finē, secundum
illud: In sæcula sæculorū laudabunt te. Quia, inquā, *Psal.* 83. *b*
E hic est actus finalis, ideo beatissimus Lucas optime hic collocauit finē. Facit igitur finē in Christi ascensione, vt perfecte et integre describat illum circuitū, quē fecit Christus: De quo in Psalmo: A summo cælo egressio eius, et occursus eius vsque ad summum *Psal.* 18. *a*
eius. Et Ioānes: Exiui a patre et veni in mundū: iterū *Ioan.* 16. *d*
relinquo mundum, et vado ad Patrem. Facit finem in templo, vt sicut a sacerdotio incœpit legali, scilicet Zachariæ, sic consummet in sacerdotio spirituali. Vnde Glossa: Lucas qui sacerdotium Christi ceteris am- *Glos. in hūc locum to. 5.*
plius exponendum suscepit, quiq. pulcherrime Euan
F gelium suum a ministerio templi sacerdotium Zachariæ cœpit, hic in templi deuotione compleuit. Fecit etiam finem in Dei laudē qui est finis sine fine. Vnde Augustinus dicit: Dominic⁹ dies erit qui velut *Aug. li. 22. de Ciuit. c. 30. in fine to. 5.*
octauus æternus Christi resurrectione sacratus est, æternam non solum spiritus, verum et corporis requiem præfigurat, vbi vacabimus, et videbimus, et amabimus, et laudabimus: quod erit in fine sine fine: nam quis aliu⁹ noster est finis, nisi peruenire ad regnum, cuius nullus est finis? Ad quem nos perducat Iesus Christus filius Dei per interceſſionem dulcissimæ Matris suæ, et beatissimi Lucæ Euangelistæ qui cum patre et Spiritu sancto viuit, et regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

EXPOSITIONIS S. BONAVENTVRAE EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS IN EVANGELIVM B. IOANNIS.

CONSTAT *fere inter omnes antiquitatis Ecclesiasticæ vsu peritos, in Euangelium S. Ioannis, eximium Ecclesiæ Doctorem Seraphicum, Bonauenturam, virum in primis vitæ sanctimonia, doctrinæq. laude clarissimum, luculenter scripsisse commentaria, eaq. distribuisse in postillas, et collationes. Quæ commentaria a multis ysq. grauissimis hominibus, ac summis viris iam pridem diu desiderata, ac diligenter conquisita, cum nusquam antea inuenta essent, nondum in conspectum, in lucemq. omnium prodierunt. Nuper autem S. D. N. Sixtus Quintus, cuius in omnem reipublicæ Christianæ bene gerendæ occasionem, maxime intenta est solicitudo, cum typographiam Vaticanam sapientissime, vt cetera solet, instituerit, atque instruxerit ad instauranda potissimum sanctorum Patrum monimenta: eiusdem sancti doctoris Bonauenturæ, cuius et sanctitatem præcipue veneratur, & doctrinam eximie colit, opera quæcumque vsquam extarent, omnia conquiri voluit, impenseq. curauit, ea inuenta, & accurate recognita, rectissime exscribi, atque emendari ad eiusdem præclaræ illustrisq. editionis Vaticanæ vsum. Cum igitur cognitum haberet, atque exploratum, ipsius sancti Bonauenturæ expositionem, quam ille in Euangelium S. Ioannis tam studiose elucubrauerat, integram asseruari Coloniæ Vbiorum in Conuentu sancti Francisci, qui est ordinis Minorum, per litteras Octauio Mirto, Episcopo Caiacensi, in Germania inferiori Nuncio Apostolico, id negotij dedit, vt eam quamprimum recte describendam curaret, Romamq. diligenter mitteret. Is Pontificis mandatum executus, expositionis illius exemplum, recte eleganterq. exscriptum, ad vrbem misit, cum litteris huiusce testimonij in calce libri manu notarij propria adscripti, quod posteritati typis prodendum censuimus ad perpetuum illius testificationis monimentum.*

Hic liber, qui inscribitur Postilla S. Bonauenturæ super Ioannem, mandante S. D. N. SIXTO Papa V. curante Octauio Mirto Episcopo Caiacensi, ad inferiorem Germaniam Nuncio Apostolico, descriptus fuit ex vetere exemplari manuscripto, repertoq. Coloniæ in bibliotheca Conuentus Patrum ex ordine Minorum, ad sancti Francisci, vbi adhuc fideliter seruatur, et cum illo collatus fuit atque concordat. Cuius rei hoc attestationis instrumento fidem facio ego Iacobus Peranus Imperiali et Apostolica auctoritatibus Notarius, instante ipso Octauio Nuncio Apostolico. Datum Vbiorum Coloniæ X. Kalendas Aprilis M. D. LXXXVIII. Præsentibus ibidem Reuerendis dominis Luca a Tongheren, et Leonardo Paliucca presbyteris respectiue Duuentriensis, et Calatinæ diœcesis testibus, ad præmissa vocatis. Iacobus Peranus, Clericus Leodiensis Imperiali et Apostolica auctoritatibus Notarius, qui supra.

In hac expositione, S. Bonauentura, non longas illas enarrationes, quæ delectationis causa e Rhetorum scholis emanantes, floseulis asperse sunt: consectatus est, vt plerique alij fecerunt, qui vetus scholasticum dicendi genus, adhibuerunt, sed nouo scholastico scribendi genere, quod tum primum illa eius ætas introduxerat, vsus, distribute ac distincte, breuiter, dilucideq. Euangelium explicat, pro ratione tantum intelligentiæ litteralis, et spiritualis, omissis omnibus quæ-

Digitized by Google

bus quæstionibus et disputationibus longe petitis. Verum si quando locus difficilis et obscurus incidit, tum theologicis argumentis, tum alijs scripturæ locis illustrare breui contendit, ita vt postillæ modum non excedat, cuius potissimum ratio posita est in scripturæ locis breuiter diluciderq. explicandis, sine vlla quæstionum subtilitate. Totius igitur Euangelij summa capita diuidit, enumerat, colligit, summatimq. perstringit: et quæ membratim diuisit, singula et omnia accuratissime exponit. Ad quam expositionem ex regula, quam beatus martyr, idemq. doctissimus Pontifex Clemens 1. tradit, non sententias ex ingenij sui sensu depromptas, sed ex sanctorum Patrum doctrina, quasi ex perenni fonte hausias, adhibuit: ex ijs autem sibi potissimum delegit duos summos Ecclesiæ doctores, vnum Latinum, sanctum Augustinum, alterum Græcum, Ioannem Chrysostomum: quorum expositiones, vt perpetua scriptione connectat, suam expositionem ita apte et concinne interserit, vt ad exponendi rationem, nihil aptius connecti possit, cum non interrupta, sed perpetua exponendi ratio videatur. Eos autem ambos, ad interpretationem adhibet tamquam optimos, quos sequatur, exponendi Euangelij magistros. Versione autem Latina Chrysostomi vtitur, non ea quidem, quæ hodie recens apud Latinos in vsu est, sed illa vetus, quam vel Eusthatius, vel Anianus, vel alius quispiam antiquus interpres confecit, vel fortasse is, quo ex Vrbani Quarti liberalitate sanctus etiam Thomas vsus est, ad contexendam ex Græcis Patribus Latinam cathenam in quattuor Euangelistas. Sed ad hanc Postillam, vt Euangelium S. Ioannis explicaret mysteriorum significatione cumulatissima, adiunxit etiam hic noster collationes. Est autem, vt ita dicam, collatiua expositio, grauis pondere sententiarum, et ad mysteria, sanctioresve sensus explicandos accommodata: eiusq. ratio, et vsus in eo est, cum sacræ litteræ, diuinaq. eloquia, familiaribus, ac mutuis colloquijs, et dialogis exponuntur. Illius porro collatiuæ expositionis duplex est genus, vnum continuatum quippe est, in quo quis vnus semper loquitur, perpetuoq. orationis cursu exponit colloquium, quod ipse, vel alius cum alijs habuerit, simulq. connectit colloquentium interrogata, et responsa, ijs vsitatis verbis: Inquam, ait. Id Collationis genus adhibuit Zacharias Hieropolitanus Episcopus in dialogo quem Κρυσεινὸν Græci appellant, de aurea Danielis statua. Ioannes etiam Cassianus, hoc ipso genere vsus, multos diuinarum litterarum locos libris explicat, quos propterea Collationes inscripsit. Alterum interruptum Collationis genus est, cum duæ, tres, pluresve personæ inter se colloquentes inducuntur, quæ mutuis interrogationibus sensum sacrorum Codicum exquirunt. Id expositionis genus in græcis secutus est Apollinarius Episcopus Laodicensis, qui Euangelica et Apostolica scripta exposuit more dialogorum. In Latinis est Salonius Viennensis, qui itidem dialogo explicauit Canticum Canticorum Salomonis. Verum enimuero alia est ratio Collationum, quas hic noster adhibuit ad expositionem Euangelij S. Ioannis. Perpetuo enim ipse colloquitur, nullaq. interrogatione vtitur, sed præcipuum aliquem Euangelij locum, mysteriorum plenum deligit, qui in congressu fratrum, tanquam mutua quadam meditationum collatione expendatur. Atque hic quidem ipse vsus in virorum religiosorum, qui in vita spiritalis exercitationibus versantur, consuetudine adhuc retinetur: ij enim, vt ab otiosis fabulis, inanibusq. sermonibus in congressu refugiant, aliquem sanctis meditationibus instructiorem eligunt, qui sacræ scripturæ locum exponat, quem mutuis meditationibus perpendant, quo studiosius mentes eorum ad cælestia inflammentur.

S. BONA-

Digitized by Google

S. BONAVENTVRAE
ORDINIS MINORVM
S. R. E. CARD. EPISCOPI ALBANENSIS
Eximij Eccleſiæ Doctoris
IN EVANGELIVM S. IOANNIS.
EXPOSITIO
POSTILLIS, ET COLLATIONIBVS DISTINCTA.

PROOEMIVM.

Iob 39. d

NVMQVID ad præceptum tuũ eleuabitur aquila, et in arduis ponet nidũ ſuũ? Cum inter quatuor ſancta animalia myſtica ſignificatione quattuor euangeliſtas deſignantia, beatus Ioannes per aquilam figuratur, ſecundum beatum Gregorium, qui exponens præmiſſa verba, ait: Propheta Ezechiel ſanctum Ioãnem per aquilam ſignificauit, qui volando terram deſeruit, et per ſubtilem intelligentiam interna myſteria verbum videndo penetrauit, et ibi bene de hoc. Idem ait Auguſtinus: Qui, inquit, ſcripturarum ſanctarum myſteria tractarunt, in animalibus quattuor, de quibus apud Ezechielem, et in Apocalypſi, euangeliſtas intellexerunt. Et ſequitur: Aquila eſt ipſe Ioannes ſublimis prædicator, et lucis internæ atque æternę fixis oculis contemplator. Hoc ibi: Et idem Auguſtinus de concordantia euangeliſtarum. Ideo, ad figurationem ſubtiliſſimæ limpiditatis beati Ioannis in diuinis arcanis ſpeculandis, et ad ſignificationem eleuatiſſimi amoris in eiſdem cõtemplandis et amplexandis, conuenienter proponuntur præmiſſa verba: Nũquid ad pręceptum tuũ, *et cetera*. In quibus quattuor prænotantur. Quorum primum eſt intellectualis acuminis beati Ioannis irreuerberabilis limpiditas, ibi: aquila. Secundum eſt indepreſſibilis amoris ſublimitas, ibi: In arduis ponet nidum. Tertium eſt huius eleuationis ad prędicta arcana diuina contemplanda, et amanda ab homine impoſſibilitas, et eiuſdem eleuationis a ſolo Deo poſſibilitas, quæ duo notantur ibi: Numquid ad pręceptum tuũ. Quaſi dicat: Non ad tuum humanũ, ſed ad meum diuinum. In præmiſſa enim quæſtione et cõſimilibus, quas quærit Dominus a beato Iob, ibidem ſignificatur humana infirmitas, et denotatur diuina poteſtas, prout innuit ſanctus Gregorius: Spiritus ergo ſanctus inſinuans exceſſiuam limpiditatem intellectualem beati Ioannis, ait: Aquila. Et hoc merito, vt enim ait Commentator, ſcilicet Epiſcopus: Aquila eſt auis regia, altifera, citiuola, ad alimentum a longe videndum habet acumen præcipuum, et ad proſequendum illud velocitatem volatus, ſuos motus prudentia naturali dirigit, radium ſolarem in ſua virtute radiantem intuitu directo et irreuerberato conſpicit. Hæc ille: Et quaſi idem alius Commentator, ſcilicet Abbas, ibidem. Et de hoc Ambroſius bene. Et Gregorius: Aquila, inquit, ad ſublimia volat, et irreuerberatis oculis ſolis radijs intendit. Talis ſpiritualiter fuit beatus Ioannes in ſecretis cæleſtibus et in contemplabilibus ſcrutandis. Vnde Auguſtinus, ait: Ioannes ſuper nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat, et lucem incommutabilis veritatis acutiſſimis atque firmiſſimis oculis cordis intuetur. Et de hac aquila ſic volante Prouerbiorũ: Tria ſunt difficilia, *et cetera*. Et Sequitur: Viam aquilæ in cælo, id eſt, eleuationem beati Ioannis in ſpeculandis arcanis cæleſtibus. Et de hac aquila ſimiliter Iob: Sicut aquila volans ad eſcam. Et ibi Gregorius de proprietatibus eius: Et in hoc patet primum. Iſta aquila ſuperbenedicta poſuit nidum in arduis, id eſt, manſiuum amorem in cæleſtibus. Vnde ibi Gregorius: In arduis ponit nidum, quia in ſupernis figit conſilium, vel quia terrena deſideria deſpiciens de cæleſtibus rimatur. Vnde ſibi competit illud: Robuſtum habitaculum tuum: Sed ſi in petra poſueris nidum tuum, id eſt, in Ieſu Chriſto: Petra enim erat Chriſtus. Ipſe enim fuit amantiſſimus Domini, de quo: Amantiſſimus Domini habitat confidẽter, vbi enim eſt amor, ibi eſt habitatio animæ. Vnde Auguſtinus: Amãdo enim, corde habitamus, et quoniã totus amor beati Ioannis fuit ad Deum, et ad diuina, ideo in illis poſuit nidum, vnde et de limpida intelligentia ſua, et de dilectione ſua eleuata verificatur illud: Ecce intelliget ſeruus meus, et exaltabitur, et eleuabitur, et ſublimis erit valde: eleuabitur, inquam, cęlica, immo deifica conuerſatione in ſtatu, et exaltabitur, exceſſiua et ecſtatica, id eſt, patiẽte ecſtaſim, dilectione in affectu. Sublimis erit valde, ſuſpenſiua contemplatione in intellectu. Et quoniam ſic eleuari tam in contemplando diuina ſecreta, quàm in amando, non fuit humanæ virtutis, ſed diuinæ poteſtatis: ideo merito ſubiũgitur hic: Numquid ad præceptum tuũ eleuabitur? quaſi dicat: Non ex ſua humana virtute fuit beatus Ioannes eleuatus dictis modis, ſed ex mea deifica poteſtate ſublimante. Ideo conuenienter in

S. Greg. lib. 31. Mor. cap. 19. ante med.

Aug. tract. 36. in Ioã.

Exec. 1. b

Apoc. 4. c circa med.

tom. 9.

Auguſt. de Cõcor. euãgeliſt. lib. 1. c. 6. to. 4.

S. Greg. li. Moral. 29. cap. 16.

Aquila auis regia, et eiuſdem qualitates.

Ambroſius in Hexaemeron. li. 5. c. 18. to. 1.

Gregor. in Exech. homil. 4. non lõge à prin.

Aug. de cõcor. Euangeliſt. lib. 1. c. 6. to. 4.

Prou. 30. c

Iob 9. c

Greg. lib. 9. Mor. c. 16. ante med.

Greg. Mor. 31. c. 19.

Num. 24. d

1. Cor. 10. a

Deut. 33. b

Aug. trac. 2. in Ioan. poſt mediũ. to. 9.

B. Ioannes poſuit nidũ in diuinis.

Iſa. 52. d

Ecſtaſis fit ex dilectione.

Digitized by Google

Isa. 58. c Figura beati Ioannis.

figura ipsius dicitur apud Isaiã. Implebit splẽdoribus animam tuam, et ex hoc suæ intelligentiæ acutissima limpiditas. Et sequitur: Tunc delectaberis super Domino, et substollam te super altitudinem terræ, et cibabo te hereditate patris tui: quantum ad eleuatam suam dilectionem et mansiuam in diuinis arcanis speculandis, et amplexandis. De hac singulari ac magnifica, et mirifica sua eleuatione Augustinus multum ait; Ioannes inspiratus ait: *In principio erat verbum*, transcendit enim omnia corporalia, et seipsum, et etiam choros angelorum, id est, quantum ad rem contemplandam: nisi enim se transcendisset, numquam peruenisset ad illud: *In principio erat verbũ*. Similiter de sua eleuatione in prędictis Chrysostomus bene et multum, et Gregorius; Ideo aquila desuper ipsorũ quattuor. Et idem quia Ioãnes per hoc, quòd in principio verbum vidit, etiam super semetipsũ transijt. Ex dictis ergo patent, et subtilis limpiditas beati Ioannis in cælestibus ac diuinis speculandis, et eleuati sui amoris sublimitas, et a solo Deo ad prædicta eleuabilitas, et huius eleuationis auctoritate humana impossibilitas. Vt dictum est, ex ijs patent causæ huius sacri Euangelij, quod est secundum Ioannem. Causa enim efficiens principalis est ipse filius Dei, qui reuelauit arcana contenta in hoc Euangelio beato Ioanni. Causa vero secundaria efficiens, et ministerialis, fuit beatus Ioannes inspiratus spiritu Dei, vt dictũ est. Causa vero materialis, diuinitas Iesu Christi, et humanitas ac opera dispensationis, et documenta filij Dei. Vnde Augustinus: Ioãnes ipsam maxime Deitatẽ Iesu Christi, qua patri est æqualis intendit, eamq. præcipue suo Euangelio, quantũ inter homines sufficere credidit, commẽdare curauit. Itaque lõge tribus alijs superius fertur. Facies aquilę desuper ipsorũ quattuor. Causa vero formalis, quę est modus agendi, est narratiuus, et certitudinalis, et exquisitus. Vt enim dicit Chrysostomus: Hic Euangelista in sententijs acutissimus est, et in miraculis enarrandis non multum studuit, sed maxime in concionibus et locutionibus Christi ad populũ: vnde amplius narrat sacra Christi documenta, quam miracula. Causa vero formalis, quæ cõsistit in libri diuisione, patebit infra. Causa vero finalis propinqua est, inductio fidei in credentibus. Causa vero finalis cõsummatiua est vltima assequutio vitæ æternæ. Vnde ait: Hęc scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est filius Dei, et vt credentes vitã habeatis æternam. His præmissis ad euidentiam dictorum quæruntur septem quęstiunculæ, quarum prima est, de huius doctrinæ necessitate, et videtur, quod sit superflua nec suscipienda. Nam dicitur Nõ addetis ad verbũ, quòd vobis loquor, nec auferetis ex eo. Et: Quòd pręcipio tibi, hoc tantũ facito, nec addas quidquam, nec minuas. Doctrina ergo veteris testamenti est sufficiens, nec vlla alia ei addenda. Item finis omnis veræ scientiæ, et doctrinę, est assequutio beatitudinis, vt ait Augustinus: Philosophi non videntur laborasse in studijs suis, nisi vt inuenirent quo modo viuẽdum esset accommodate ad beatitudinem capessendam. Sed doctrina veteris Testamenti ducit eius obseruatores ad vitam æternam. Si vis ingredi ad vitam, serua mandata, ergo vt prius. Item quanto doctrina est compendiosior, tanto commẽdabilior. Verbum abbreuiatum fecit Deus super terrã: compendiosa ergo doctrina veteris Testamenti, est commendabilis et sufficiens, quare vt prius. Ad contrarium argumẽtatur. Illa scientia est melior, quæ est figurata per aliam, quam illa, quæ est figura eius, sed vetus Testamentum est figura noui Testamenti, ait Augustinus, nobilior ergo est scientia noui Testamẽti quam veteris, et magis necessaria. Item illa scientia, quæ est suppletiua alterius est magis necessaria. Talis est scientia euangelica respectu legalis: Nõ veni soluere legem, sed adimplere, ergo vt prius, quòd est concedendum. Tum ratione auctoritatis Iesu Christi, auctoris immediati doctrinæ euangelicę. Tum ratione eius, de quo est, quia est de Iesu Christo Deo et homine, et de mysterijs suæ incarnationis. Tum ratione modi procedendi, quia est celsior, et compendiosior in Euangelijs. Tum ratione maioris immediationis ad finem, vt enim ait Augustinus: Vetus autem Testamentum dicitur ob promissa carnalia: nouum autem ob cælestia promissa e contrario. Et ad obiecta respondendum quod sicut ait Augustinus: Quid est nouum Testamentum, nisi reuelatio veteris? et quid est vetus nisi noui occultatio? Est ergo addere ad doctrinam veteris Testamenti appositione falsitatis, siue prauæ expositionis. Et sic loquuntur auctores indifferenter, vt patet ibi in Glossa. Et consimili modo loquitur Apostolus: Licet angelus euãgelizet vobis aliud, quàm euãgelizatũ est, anathema sit, vbi ait Glossa: Non dico plus, sed præterquam est euangelizatum. Item est aliquid addere scientiæ ad maiorem reuelationem et elucidationem, et sic est addita sapientia euangelica legali, vt dictum est: vel est addere ad maiorem completionem et perfectionem, et sic adhuc doctrina euangelica est superaddita doctrinæ legis. Item contingit aliquid superaddere doctrinæ ad ampliorem confirmationem et firmiorem testificationem. Et sic nouum Testamentum est superadditum veteri: In ore duorum vel triũ testiũ stabit omne verbum, ibi Glossa: Duo testes, vetus et nouum Testamentum, tres testes, Prophetæ Euangelium et Apostoli, vt ait simpliciter Glossa ibidem. Per hæc ad obiecta, quia licet præcepta legis ducant ad vitam æternam, tamen non ducunt, nisi prout implentur in fide operante per dilectionem, et quia fides et charitas docentur et suadentur in Euangelio ab ipso Saluatore: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et cum hæc consilia euangelica superadduntur: Si vis perfectus esse, vade et vende omnia, quæ habes. Et: Non veni soluere legem, sed adimplere, vt patet ibidem, ideo doctrina euangelica non est superflua, sed vtilis et necessaria. Ioãnes: Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum, ibi Augustinus: De excellentia Euangelij respectu legis, vt patebit ibidem.

Iesus Christus auctor immediat⁹ doctrinę euangelicæ. *Aug. li. 10. de ciuitate Dei ca. 25. to. 5.* *Aug. 16. de ciuit. Dei cap. 26. post med. to. 5.* Nouum Testamentum quid & quid vetus. *Gal. 1. b*

Deut. 19. d

Ioan. 13. b *Mat. 19. b* *Mat. 5. c* *Ioan. 1. b* *Aug. supra Ioan. tract. 3. post med. to. 9.*

Secundo quæritur de huius doctrinæ nuncupatione, quare scilicet vocatur euangelica, Euangelium enim est bonus nuncius, vel bona annunciatio, vt ait Augustinus contra Faustum: Sed tunc obijcitur, quod est commune omnis scientiæ, non debet appropriari, sed omnis doctrina est de bono, et de difficili: omnis enim ars circa bonum, vt dicitur in Ethicis: ergo non debet appropriari huic doctrinæ. Item vt ait Augustinus cum aliquid bonum annunciatur, potest dici Euangelium. Sed sic est in omni salutari doctrina. Vnde Apostolus suam doctrinam vocat Euangelium: Notum facio vobis Euangeliũ, *et cetera*, ergo vt prius. Et ad istã quęstionem respondet Chrysostomus bene, vbi ait: Euangelium hoc opus decenter vocauit, etenim supplicij destructionem, et peccatorum solutionem, et iustitiam, et sanctificationem, et redemptionem, et adoptionem, et hereditatem cælorum, et cognationem ad filium Dei omnibus venit annunciare inimicis ingratis, et his, qui in tenebris sedebant. Hæc ille. Ob ergo multitudinem bonorum collatorum a filio Dei, et promissorum, quæ continentur in doctrina Christi, merito dicitur Euangelium. Vnde Chrysostomus: Quæ autem a piscatoribus annunciata sunt, etiam proprie et principaliter Euangelia vocantur, non tamen quia certa et immobilia solum sunt bona, et supra dignitatem nostram, sed quoniam cum facilitate omni nobis donata sunt: neque enim quia laborauimus et fatigati sumus, sed quia dilecti fuimus, a Deo solum suscepimus. Hæc ille: Et de hoc Augustinus: Inter omnes diuinas auctoritates, quæ sacris litteris continentur Euangelium merito præcellit, quod lex et Prophetæ futurum pronunciauerunt,

Quęstio secũda de huius doctrinæ nuncupatione. *Augus. contra Faustũ li. 2. cap. 2. to. 6.* *Arist. Ethi. lib. 1. c. 1.* *Augus. contra Faustũ lib. 11. c. 2.* *Gal. 1. b* *Chrysost. in Matth. homil. 1. ante med. to. 2.*

Chrysost. ibid. paulo post.

Ang. lib. 1. de concord. euang. c. 1. in princip. to. 4.

Aug. tract. 1. in Ioan. ante med. to. 9.

Chrysost. homil. 1. in Ioan. to. 3. *Greg. super Ezech. li. 1. homil. 4.*

Cause duę efficientes Euãgelij secundũ Ioannem.

Causa materialis eiusdem Euangelij. *Aug. de cõcord. euãg. lib. 1. cap. 4. to. 4.*

Ezec. 1. c Causa formalis eiusdem Euangelij. *Chrysost. in prologo supra Ioãnẽ. to. 3.*

Causa formalis Euangelij eiusdem.

Causa formalis eiusdẽ duplex.

Ioan. 20. g Quęstio prima de huius doctrinæ necessitate.

Deut. 4. a *Deut. 12. d* Finis omnis scientiæ est assecutio beatitudinis. *Augus. 19. de ciuitate Dei c. 4. in prin. to. 5.* *Mat. 19. b* *Rom. 9. f*

Aug. li. 12. contra Faustũ Manich. c. 3. to. 6. *Mat. 5. c*

Digitized by Google

runt, hoc reuelatum atque completum in Euangelio demonstratur. Hæc ille. Licet ergo omnis doctrina salutaris sit boni annũciatiua, tamen doctrina euangelica anthonomastice est amplius, et perfectius maiorum bonorum annunciatiua. Vnde Chrysostomus: Iste liber, scilicet Euangelium Matthęi, est apotheca gratiarum: sicut enim in apotheca diuitis alicuius, homo omnis quod desiderat, inuenit, sic in libro isto omnis anima quod necessarium est inuenit. Hæc ille, et per hæc ad obiecta, licet enim aliæ doctrinæ vel sciẽtiæ sint de bono, et etiã ad bonum, secundum magis et minus, prius et posterius, tamen sacra doctrina Euangelica per amplius et perfectius est de bono, et bonorum annunciatiua et futurorum bonorum promissiua, quàm aliæ scientiæ. Vere enim Euangelium est virtus omni credenti: Apostolus vero vocat doctrinam suam Euangelium, merito, quia deriuata est ex Euangelio in nullo ab eo discordans.

Doctrina Euãgelica. *Chrysost. in Matth. homil. 1. libri imperfecti. in princip. to. 2.*

Rom. 1. b

Consequenter quæritur tertio de huius doctrinæ auctore, quis debuit eam tradere vel scripsisse. Et videtur quòd filius Dei, sicut obijciunt pagani, qui tribuunt excellentissimam sapientiam Christo, tamen sicut homini sapientissimo, prout recitat Augustinus: Ex quo enim fuit summe sapiens, ipse debuisset scripsisse Euangelium, vt esset maioris auctoritatis, sicut obijciunt. Item obijciunt ipsum tribuisse amplius discipulis, qui scripserunt Euangelia, quàm sibi ipsi magistro. Item laus sapientis est, communicari suam sapientiam, et dicto et scripto: Quam sine inuidia cõmunico. Et: Sapiens uerbis se producit: ergo si Christus scripsisset Euangelia, amplior esset commendatio, vt videtur. Item si filius Dei Euangelium scripsisset, minor esset occasio errorum, quia, vt recitat Augustinus: multi alij scripserunt Euangelia, quibus non est credendum: et eadem ratione nõ crediderunt multi Euangelijs scriptis a Discipulis. Ad istud respondet Augustinus, vbi ait: Omnibus discipulis per hominem, quem assumpsit, tamquam membris sui corporis caput est. Itaque cum illi scripserunt, quæ ille ostendit, nequaquam dicendum quòd ipse non scripserit, quandoquidem membra eius ideo operata sunt, quod dictante capite cognouerunt. Quidquid autem ille de suis factis et dictis nos legere voluit, hoc esse scribendum illis tamquam manibus suis imperauit. Hæc ille. Sic ergo disposuit filius Dei, qui est sapientia patris quod ipse Euangelium prædicaret, et miracula, quæ in eo enarrantur, faceret, et deinde per apostolos doctrina euangelica publicaretur, et a sacris euangelistis tempore congruo in scriptis redigeretur. Ad primum autem respondet Augustinus quasi contra arguendo obijcientibus prædicta, quòd Philosophi nobilissimi apud eos nihil de se scripserunt, sicut Pythagoras, quo in contemplatiua virtute Græcia nihil clarius habuit: et tamen nec de se, nec de vlla re aliquid scripsisse perhibetur. Similiter Socrates, quem in actiua prætulerunt, qua mores informantur, nihil scribere voluit: et ideo pagani prædicti non debebãt redarguere filium Dei de hoc, quòd non scripsit Euangelium: maxime cum ipse qui est caput, Euangelium scripsit, discipulis suis scribentibus, qui erant eius membra, vt dictum est, et per hoc ad aliud. Ad aliud vero, quòd obijcitur, respondendum: Sicut respondet Augustinus, quòd non est simile de alijs qui scripserunt suas doctrinas, quas forte nuncupauerunt Euangelia: quia non Christo dictante scripserunt, nec fuerunt recepta in authentico Canone, sicut Euangelia vera, quæ scripserunt sacri euangelistæ.

Aug. de Cõsen. Euang. li. 1. c. 7. ante medium. to. 4.

Sap. 7. d

Eccli. 20. d

Aug. vbi supra.

Aug. lib. 1. de Concor. Euãg. c. 35. post mediũ to. 4.

Quarto quæritur de vnitate doctrinæ euangelicæ, an debuit tradi ab vno euangelista, et in vno Euangelio, an a diuersis et in multis Euangelijs. Et videtur quòd vnum debet esse Euangelium: quia, sicut habitum est: Christo dictante Euangelia sunt scripta. Si ergo idem spiritus in vno euangelista, sicut in pluribus, vnum sufficit Euangelium. Item in Ezechiele: Quattuor facies uni, supra quod Gregorius: Quod vnus Euangelista sentit, hoc et alij tres. Vnum ergo Euangelium sufficiebat. Item quanto doctrina compendiosior, tanto commendabilior, vt habitũ est: Consummationẽ enim et abbreuiationem faciet Dominus super terrã. Et: Verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram. Ergo vt prius. Itẽ aut Euangelium vnius euangelistæ sufficiebat: et si sic, alia superfluunt: aut non sufficiebat, et si sic, insufficienter fuit traditum. Item ex hoc quòd sunt quattuor Euangelia a diuersis scripta, videtur quòd sint occasiones errorum; quia in multis videntur dissonantes euangelistæ, sicut opponit Chrysostomus: et quærit, quid igitur? non sufficiebat vnus euangelista dicere? quasi dicat. Sic: ergo vt prius. Et ad istam quæstionem respondendum est, quòd sic disposuit filius Dei ad maiorem manifestationem veritatis enunciatæ in Euangelijs, quòd quattuor scriberent illa. Vnde Chrysostomus: Quòd quattuor qui scribunt, nec secundum eadem tempora, nec in eisdem locis, cum neque conuenissent et collocuti fuissent: velut tamen ab vno ore omnia loquuntur, maxima veritatis demonstratio hæc fuit. Hæc ille. Item sic ordinauit Deus ad maiorem attestationem de ipso, et de operibus dispensationis suæ, vt in ore duorum esset verum testimonium. De Apostolis enim dicitur: Vos testes mei. Sed si omnino eadem dicerent, ac repeterent, aliqua superfluerent: si vero omnino diuersa dicerent, non essent consonanter testificantia. Vnde Chrysostomus: Quod in quibusdam dissonant euangelistæ, maximum signum veritatis est: si enim per omnia consonarent cum certitudine, nullus inimicorum crederet quòd non contradicentes, ex complacito quodam modo humano scripserunt. Nunc autem quæ videtur in paruis esse dissonantia omnium, liberat eos suspitione, quando in capitulis, idest, in principalibus et in his, quæ continent vitam nostram, et in his, quæ constituunt prædicationem, nequaquam aliquis eorum dissonans apparet, sicut quòd Deus factus est homo, et quòd miracula fecit, et quod crucifixus est, et sic de alijs mysterijs incarnationis, circa quæ multam inuenimus consonantiam. Hæc ille, et ibi bene de hoc. Similiter Chrysostomus: Vnus erat spiritus, qui mouebat omnium, scilicet euangelistarum, animos: ideo multam circa enunciationem demonstrarunt concordiam. Item sic ordinauit et voluit Deus ad nostram eruditionem, prout ait Augustinus, quòd euangelistæ eadem non eodem modo dixerunt, ideo fuit, vt discamus res verbis, non rebus verba præponere, nihilq. in loquente quærere, nisi voluntatem, propter quam insinuandam verba proponuntur. Hæc ille. Et de hoc Augustinus bene sic ait: Quamuis autem singuli eorum suum quemdam ordinem narrandi tenuisse videantur, non tamen vnusquisque eorum, veluti alterius præcedentis ignarus, voluisse scribere reperitur, vel ignorata prætermisisse, quæ scripsisse alius inuenitur: Sed sicut vnicuique inspiratum est, non superfluam cooperationem sui laboris adiunxit. Hæc ille: Et per hoc ad obiecta. Quia vnumquodque euangelium sufficit, quantum ad ea, quæ enarrat, sicut inspiratum fuit euangelistæ: quin tamen euangelista dicta aliqua, vel aliqua miracula omiserit, quæ alius enarrat, non est inconueniens, vt visum est. Vt enim dicitur in Prologo Chrysostomi, hic euangelista, scilicet Ioannes, pertransijt annum in Paschate in Pascha integrum, in quo nonnisi tria fere Christi miracula scribit: nec propter hoc debent dici Euangelia dissonantia. Vnde Beda: Cum sint quattuor euangelistæ, non tam quattuor Euangelia, quàm vnum quattuor librorum,

Ezec. 1. b

Gregor. in Ezech. homil. 3. prope princ.

Isa. 10. e

Rom. 9. f

Chrysost. in Matth. homil. 1. ante med. to. 2.

Chrys. ibid. conseq.

Chrys. ibid. conseq.

Chrys. super Ioan. ho. 3. ante med. to. 3.

Aug. de verbis Domini ser. 11. ante med. to. 10.

Aug. de Cõsen. Euang. lib. 1. cap. 2. to. 4.

Isa. 43. b

Beda supra Marcum in principio.

librorum, non ætate consonum ediderunt. Sicut enim duo versus eamdem, prorsus habentes materiam, pro diuersitate metri, et verborum, duo sunt, et tamen non nisi vnam continent sententiam: sic Euangelistarum libri cum sint quattuor vnum continent Euangelium, quia vnam doctrinam faciunt de fide Catholica. Hæc ille. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Cõformitas Euangelistarum.

Quinto quæritur, an doctrina Euangelica debuit tradi ab illis, a quibus est tradita. Et videtur quod non. Ex quo enim fuerunt Euangelia scripta a discipulis filij Dei, sicut membris eius ipso dictante, vt visum est: ergo magis debuerunt scribi ab illis, qui fuerunt cum Christo in carne. Non ergo a beato Luca, vel a beato Marco. Item quæritur de ordine: quod Euangelium enim Ioannis debuit præordinari, videtur, eo quod tractat de diuinitate Filij Dei: et deinde Euangelium Matthæi qui fuit Apostolus, et cum Christo in carne. Item quæritur: Cum Matthæus habuerit beatum Marcum, tamquam sui Euangelij breuiatorem, quare beatus Lucas non habuerit consimilem breuiatorem. Ad primum respondendum est secundum Chrysostomum: qui ait quod duo ex discipulis, et duo ex Apostolis scripserunt Euangelia, quia nihil ad honoris amorem faciebant, sed ad vtilitatem omnia. Ideo concessum fuit discipulis scribere cum Apostolis: et æqualis auctoritatis sunt Euangelia scripta a discipulis, sicut scripta ab Apostolis, vt ait Augustinus: nec imparem habent auctoritatem. Quorum discipulorum, vnus erat Pauli, alius erat Petri, vt ait Chrysostomus. Item hoc fuit factum ad significandum, quod non solum maiores debebant fidem annunciare, et gloriam Dei prædicare: sed etiam minores. Ideo concessum fuit discipulis scribere Euangelia cum Apostolis. Ad aliud respondet Augustinus sic: Alius fuit eius ordo cognoscendi atque prædicandi, alius autem scribendi. Ad cognoscendum quippe atque prædicandum primi fuerunt, qui secuti Dominum in carne præsentem docentem audierant, facientemq. miracula viderant, atque ex eius ore ad euangelizandum sunt missi. Sed in conscribendo Euangelio, quod diuinitus ordinatum esse credendum est, ex numero eorum, quos ante passionem Deus elegit, primum, vltimumq. locum duo tenuerunt. Primum Matthæus, vltimum Ioannes, vt reliqui duo, qui ex illo numero non erant, sed tamen Christum in illis loquentem secuti erant, tamquam filij amplectendi, atque per hoc in loco medio constituti, vtroque ab eis latere munirentur. Hæc ille. Ad aliud respondet Augustinus: Quod enim Matthæus habuit breuiatorem, forte non sine aliquo mysterio fuit. Ille enim qui regiam personam Christi narrandam susceperat, habuit tamquam comitem adiunctum, qui sua vestigia quodam modo sequeretur: Lucas autem, cuius circa sacerdotium Christi erat intentio, non habuit: sacerdos autem in Sancta Sanctorum solus intrabat, et ibi bene de hoc.

Quinta quæstio, de doctrinæ Euãgelicæ auctoribus.

Chryſ. ſupra Matth. hom. 1. ante med. to. 2.

Aug. cõtra Fauſt. lib. 2. c. 2. to. 6.

Chryſoſt. in Matth. homil. 2. ante med. to. 2.

Aug. de Cõcor. Euang. lib. 1. cap. 2. to. 4.

Ordo Euangelistarum.

Aug. de Cõcor. Euang. lib. 1. cap. 3. to. 4.

Consequẽter sexto quæritur de qualitate modi huius sactæ doctrinæ, an debeat esse narratiuus. Et videtur quòd debeat esse ratiocinatiuus, quia doctrina Euangelica est ad elidendas hæreses, et ad conuincendos hæreticos. Vnde: Parati ad satisfaciendum omni poscenti rationẽ, sed doctrina ratiocinatiua ad ista est aptior: ergo debet esse talis. Item ait Augustinus: Ad discendum proceditur auctoritate, et ratione, tempore auctoritas, re ratio prior est: Auctoritas imperitæ multitudini salubrior, ratio eruditis. hæc ille. Sed doctrina Euangelica est ad eruditionem omnium, secundum Chrysostomum: ergo debet esse vtroque modo. Ad contrarium, doctrina Euangelica est ad inducendam fidem: Hæc sunt scripta vt credatis. Sed fides non habet meritũ, cui humana ratio præbet experimentum, ait Gregorius. Ergo non debet esse ratiocinatiua, quod est concedendum ob nobilitatem auctoris sacræ doctrinæ Euangelicæ, cui in omnibus credendum: et ob indubitabilem veritatem ipsius doctrinæ, et ob finis qualitatem, quæ est inductio fidei, vt dictum est, quæ fides inducitur libero assensu credentis: rationes tamen valent ad nutriendam fidem et confirmandam, et confouendam: omnes tamen tales rationes sunt radicatæ in fundamento fidei. Et ad obiecta respondendum, quòd fides attingit inaccessa, deprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit nouissima, vt ait Bernardus. Vnde non loquitur Beatus Petrus de ratione cogente ad credendum, qualis ratio est in humanis scientijs, ad assentiendum conclusioni ui demonstrationis: sed loquitur de ratione explicante ipsam fidem, et ea quæ sunt credenda ex fide. Pondere enim auctoritatis sunt aliqui inducendi ad concedendam veritatem, ait Augustinus. Et per hæc ad aliud. Est ratio duplex, vel ex connexione ratiocinationis, vel euidentiæ rei cognoscibilis. Prima dicitur euacuare meritum fidei, secunda explicat intellectum credendorum. Vnde est quadruplex certitudo, vna est ex demonstratione concludente, vt in humanis scientijs. Item alia est fide illuminante, quæ est argumentũ rerum non apparentium. Tertia est auctoritatis ponderẽ, vt dictum est, quæ est certa cum est miraculis inchoata, spe nutrita, vetustate firmata, ait Augustinus. Item quarta est ex persuasione inducente, quæ persuasio fit, vel miraculorum operatione, vel præmij promissione, vel veritatis exemplari ostensione, et istis modis doctrina Euangelica certissima.

Sexta quæstio de qualitate modi huius sacræ doctrinæ.

1. Pet. 3. c

Aug. de ordine. lib. 2. c. 9. in prin. to. 1.

Chryſoſt. in Math. homil. 1. poſt med. to. 2.

Doctrina Euangelica est ad inducendã fidẽ.

Ioan. 20. g

Gregor. in Euang. homil. 26. fere in prin.

Ber. ſer. 76. in Cant. ante med.

Aug. li. 83. queſt. q. 6. non longe a prin. to. 4.

Heb. 11. a

Auguſt. lib. cont. epiſt. funda. c. to. 6.

Persuasio quo modo fiat.

Septima q̃stio de doctrina huius sacri Euangelij.

Chryſ. ſuper Ioã. homil. 1. poſt med. to. 3.

Dionyſ. de myſtica theo log. c. 1.

Chryſo. homil. 6. in Io. ante med. to. 3.

Prou. 25. d

Prou. 22. d

Eccli. 4. c

Rom. 1. c

Septima quæstio, de doctrina huius sacri Euangelij, quod est de diuinitate Filij Dei, et humanitate, vt dictum est, et sicut patet in principio, cum dicitur: *In principio erat verbum.* Ideo quæritur, qualiter Apostolus ausus est scrutari tam sublimia, vt enim ait Chrysostomus: Deum non est dicere neque intelligere possibile. Et idem Dionysius: Scrutari ergo diuinam maiestatem, videtur magna esse præsumptio: Vnde Chrysostomus quærit: Quid quæris non cognoscibilia? quid scrutaris incomprehensibilia? quid inuestigas inuestigabilia? ergo vt prius. Item: Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. Et: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Sed nullus fratrum ausus est ascendere ad scrutinium maiestatis: quare vt prius. Item: Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris. Et ita vt prius. Item: Inuisibilia per ea quę facta sunt, intellecta conspiciũtur sempitema eius, ideſt Dei virtus et diuinitas: Debuisset ergo, vt videtur, hic Euangelista ascendere ad prædicta per speculationem creaturarum, et non ita incipere. *In principio erat verbum*, et cetera. Item per humanitatem Iesu Christi deuenitur in cognitionem suæ diuinitatis: mons enim illuminatus a sole, dirigit in cognitionem ipsius solis, sicut exemplificat Augustinus: ergo prius debuisset, vt videtur, Euangelista determinare de humanitate Filij Dei, quàm de diuinitate. Et ad ista respondendũ sicut respondet Augustinus: Animalis homo nõ percipit ea, quæ Dei sunt: Sed aderit misericordia Dei, vt capiat quisque quod potest. et sequitur: Dicere de Deo, scilicet vt est, quis potest? forsitan nec ipse Ioannes dixit vt est, sed ipse vt potuit. De Deo enim homo dicit inspiratus a Deo, si non esset inspiratus nihil dixisset, de pectore enim Domini bibebat quod nobis propinabat. hæc ille. Est ergo determinare vel dicere aliqua de diuina maiestate, secundum ipsius maiestatis incomprehensibilitatem, et sic non potest homo de ea determinare, prout ait Damascenus: Deum nemo uidit umquam. Et sequitur: Ineffabilis est incomprehensibilis, vel est aliqua determinare vel dicere de ipsa maiestate ex diuina inspiratione, et sic

Aug. tract. 1. in Ioan. to. 9.

Ibidem.

1. Cor. 2. d

Homo de Deo nihil dicere potest, nisi a Deo inspiratus.

Dam. Ortho. fid. li. 1. cap. 1.

Digitized by Google

et sic impossibile est, vt habitum est ab Augustino, et vt ait Damascenus: Deum nemo uidit umquã, nisi unigenitus filius Dei, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et Matthæus: Quis nouit, scilicet patrẽ, nisi filius, et cui voluerit filius reuelare? Vel est aliqua dicere uel determinare de ipsa diuina maiestate, audacia humanæ præsumptionis, vel inflatione humanæ curiositatis, vt fuit in pharisęis, qui cũ Deum cognouissent, non sicut Deũ glorificauerunt. Vel superstitione satanicæ instigationis, vt fuit in hæreticis: et sic non est possibile aliqua determinare secundum veritatem de diuina maiestate, nisi inspectione creaturarum, et in speculo eorum, prout ait Apostolus. Et quoniam Beatus Ioannes fuit spiritu sancto plenus, ipso spiritu eleuante, et summa arcana reuelante de diuinitate filij Dei determinauit, et ab ea incœpit, vnde Chrysostomus: Qui tonitrui est filius, qui dilectus Christi, qui columna ecclesiarum, quæ sunt secundum orbem, qui claues habet cæli, qui calicem Christi bibit, qui recubuit supra pectus Domini, cum propalatione multa intrat ad nos. Et sequitur: Igitur audiamus vt non existentem filium piscatoris, neque Zebedæi: sed eius, qui profunda Dei nouit. hæc ille: Spiritus enim scrutatur profunda Christi. Et per hæc ad prius obiecta, et ad auctoritates, quæ prohibent quęrere altiora vel scrutari, spiritu humano præsumente, vel diabolico instigante, non spiritu diuino subliminante et reuelante. Ad aliud respondendum, quòd euangelista ea, quæ dixit de diuinitate filij Dei, Spiritu reuelante dixit: Ideo ab illa incœpit et cum constantia veritatis, et fidei ait: *In principio erat verbum*, et cetera. Vnde Chrysostomus: Vides verborum potestatem, qualiter nihil dubitans ait: *In principio*, et cetera. Hæc enim est magistri non circumferri, id est, vacillare in his, quæ dicit. Ad aliud respondendum, quòd

Lib. 1. ca. 1. orth. fid.
Mar. 11. d
Rom. 1. c
Rom. 1. e
Chr. prolog. in Io. ante med. to. 3.
Ibidem post multa.
1. Cor. 2. d
Secunda responsio.
Chrys. homil. 1. in Io. circa med. to. 3.

A euangelista hic determinat de diuinitate filij Dei, et humanitate, et quia prolixius prosequitur sacra documenta et miraculosa opera filij Dei inquãtum homo: ideo conuenienter præmisit verbi æterni diuinitatem subiungens eiusdem incarnationem, quando ait: *Verbum caro factum est*. Prosequens ipsius incarnati dispensationis opera et documenta. Et hæc ad præsens sufficiant de doctrinæ Euangelicæ qualitate, veritate, et certitudine.

His præmissis ad maiorem euidentiam subsequentis collectionis ex dictis Sanctorum prænotãdum est, quòd sacri doctores huius Euangelij fuerunt S. Augustinus, et S. Chrysostomus, prout dicitur hic in prologo Chrysostomi supra Ioannem. Sanctus autem Augustinus exponit aliqua litteraliter, et aliqua allegorice, quæstiones aliquas litterales insinuando. Sanctus vero Chrysostomus, vt dicitur in prologo dicto, exposuit hunc librum, et partitus est in octuaginta octo homelias, quas in vnaquaque septimana duobus diebus, Sabbato, et Dominica, populo in ecclesia adunato confecit. In vnaquaque vero homelia fieri in initio prologum, et in fine ex textus vniuscuiusque homeliæ materia sumpta morale componens omnia huius Euangelij ad litteram fere exponit, et ad moralitatem competenter reducit, allegorias vero per totum pene hunc librum omnino fieri refugit. hæc ibi. Anselmus vero exposuit Euangelium alicubi, quasi dicta S. Augustini abbreuiãdo, hæc vero collectio Deo duce ex dictis prędictorum colligetur. Et ad maiorem euidentiam vbi incipiant homeliæ prædictorum Sanctorũ in marginibus textus apponetur: quæstiones et magistrales ad litterã pertinentes cum expositione litterę inserẽtur: collationes vero prædicabiles, et themata cũ diuisionibus propter iuniores, vt habeant occasionẽ per se, subscribentur.

Augustin. et Chry. doctores Euang. Ioan.
Anselm. expositor huius Euangelij.
Huius operis intẽtio, et argumentũ, et ordo.

POSTILLAE S. BONAVENTVRAE
IN EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

CAPVT PRIMVM.

Sanctorum quattuor animalium significatio.

SVPPOSITO ex dictis, quòd per sancta animalia sacri euãgelistæ significentur, secundum sanctos, vt habitum est: per hominem, significatur Matthæus, qui describit ortum filij Dei ex stirpe regia, et humanam natiuitatem: et quòd per vitulũ, Lucas, qui describit dignitatem sacerdotalem, et filij Dei se sacrificantis mactationem: et quòd per leonem, Marcus, qui describit clamorem prædicationis filij Dei, et resurrectionis potestatem: et quòd per aquilam beatus Ioannes, qui natiuitatem verbi quasi ortum solarem, vt aquila intuitus est, licet secundum Augustinum congruentius, ille qui regiam Christi personam, scilicet Matthæus, per leonem significatus accipiatur: Marcus vero, qui conuersatus ostenditur in eis, quæ Christus homo operatus est, figura hominis significatus videtur. Prosequendum est de sacro Euangelio beati Ioannis, in quo determinatur de diuinitate et humanitate filij Dei. Vt enim ait Augustinus: Tres euangelistæ in his maxime occupati sunt, quæ Christus in carne operatus est, et hęc animalia in terra gradiuntur. Ioannes vero super nubila humanæ infirmitatis volat, et lucem incommutabilis veritatis acutissimis oculis intuetur: singuli

August. de Concor. Euang. li. 1. cap. 6. to. 4.
Id. trac. 36. in Ioan. in princ. to. 9.
August. de Concor. Euang. vbi lib. 1. cap. 4. to. 4.
Excellentia S. Ioannis.

A tamen determinant de vtraque natura in Christo secundum Chrysostomum: Ioannes tamen amplius et sublimius de ipsa diuinitate. Et secundum hoc, istud Euangelium diuiditur in duas partes. In prima præmittitur de diuinitate ad generationem verbi æterni. In secũda parte de incarnatione eiusdem, siue de humanitatis assumptione, ibi: *Fuit homo missus a Deo*. Vnde primo determinat de verbo æterno in se, secundo vt vnitum carni. Prima in duas, quoniam verbum æternum a patre æternaliter generatum est, ipsi patri coæternum, et paternæ maiestatis expressiuum, et omnium principium effectiuum. Ideo primo determinatur de verbo increato, inquantum a patre genitum, siue secundum suam generationem æternam. Secundo determinatur de ipso, inquantum est omnium factorũ principium effectiuum, ibi: *Omnia per ipsum facta sunt*. Ante autem litterę expositionẽ, ob honorem huius Euangelij notandum est, quod recitat Augustinus, quòd initium huius Euãgelij scilicet: *In principio*, vsque ibi: *Et tenebræ eum non comprehenderunt*, quidam Platonicus aureis litteris conscribendum, et per omnes ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat, *et cetera*. Idem Augustinus ait se legisse in libris quorundam Platonicorum huius Euangelij principium, scilicet: *In principio erat verbum*:

Chrys. super Ioan. hom. 4. to. 3.
Diuisio Euãgelij secundũ Ioannem.
Duplex determinatio de verbo increato.
Qui honor esse debeat huius Euangelij.
Aug. li. 10. de ciui. Dei cap. 29. prope fi. to. 5.
Aug. lib. 7. Cõfess. c. 9. ante medi. to. 1.

Digitized by Google

verbum: et etiam ibi legisse, quia verbum Deus est, non ex carne, non ex sanguine, *et cetera*. Sed ex Deo natum, et aliqua alia verba de principio huius Euangelij ibi legisse, alia non, prout patere potest inspicienti. Ait ergo: *In principio*. Et iuxta Bedam ibidem exprimuntur quattuor. Primum verbi incarnati æternitas, ibi: *In principio*. Secundum est ipsius a patre in persona distinguibilitas, siue alietas, ibi: *Et verbum erat apud Deum*. Tertium est eiusdem cum patre in essentia vnitas, ibi: *Et Deus erat verbum*. Quartum est ipsius verbi coæternitas et omnipotentiæ coæqualitas, ibi: *Hoc erat in principio apud Deum*. Et hic eliduntur et excluduntur hæreses circa verbum æternum, vt in Glossa tangitur; et huic lecturæ concordat Chrysostomus, cum ait: *In principio*, coæternitatem ostendit, quia vt ipse pater est æternus, sic verbum siue filius. Et quia pater nonnumquam solitarius, ideo ab illo semper Deus, scilicet filius. Et ideo dicitur: *Verbum erat apud Deum*, in propria, scilicet hypostasi. Et vt non existimet quis minorem esse diuinitatem filij dicitur: *Et Deus erat verbum*: et inde assumens æternitatem, sequitur: *Hoc erat in principio*. Hæc ille: Habita distinctione istarum clausularum secundum expositores, quæritur de ipsis vocabulis. Et primo quæritur, quare ait: *In*, magis quàm, *De*, vel, *Ex*, quia, vt ait Damascenus, filius est ex patre genitus, et sequitur: pater est causa filij. Si ergo prædictæ præpositiones, *Ex*, vel, *De*, dicuntur habitudines causales, conuenientius dixisset; *Ex*, vel, *De principio*, quàm, *In principio*. Item Glossa ait, quòd filius est principium de principio: ergo vt prius. Et ad istud respondẽdum, quòd hæc præpositio: *In*, insinuat, vt patet ex Chrysostomo, verbi æternitatem, et ex sua significatione dicit quandam cõtinentiam, et vt dicitur, in diuinis continentiam, quæ se abstrahit ab omni conditione tẽporis, et quia vt dicitur infra: Ego in patre, et pater in me, ideo ait euãgelista: *In principio*. Aliæ vero prepositiones prædictæ dicunt habitudinem causæ ad effectum proprius, ideo non ait: *Ex principio*. Et cum ait Damascenus, quòd pater est causa filij, large sumitur causa pro principio, vt hic. Sed tunc obijcitur quod posset dici: *Principium est in verbo*, sicut, *verbum in principio*. Respondendum, quòd sicut dictum est, filius in patre et pater in filio, ratione essentialis identitatis: quia tamen filius est a patre genitus, ideo ait hic signanter: *In principio*. Si quæratur quo modo essendi inest verbum *In principio*, de hoc modo essendi multiplici Sapiens. Respondendum quòd sicut generatio filij est modo singulari, et aliter quàm inhumanis, quia excellentius quasi in infinitum; ita modus essendi est aliter quàm in creaturis. Item quæritur, ait: *In principio*, sicut quærit scilicet quare relinquens patrem de filio loquitur, hoc est dictum; quare explicite, et exquisite prosequitur de filio et non de patre. Et ad hoc respondet, quòd ipse pater omnibus erat manifestus, et si non vt pater, tamen vt Deus; vnigenitus autem ignorabatur. Ideo cognitionem de ipso filio studuit imponere. Item quæritur cum dicat Glossa, et exponat sic: *In principio*, id est, in patre, quare non ait euangelista in patre erat verbum? tunc enim expressius, et proprius dixisset, vt videtur. Et ad istud respondendum, quòd proprijssime ait euangelista: *In principio*, quoniam principium importat de se originis ab alio priuationem, et aliorum ab ipso emanationem, siue causationem. Vt enim ait Tullius: Principij nulla est origo, et ex eo alia oriuntur: talis est pater, quia a nullo, et ab eo est aliorum origo, ideo proprijssime ait hic: *In principio*. Vnde Chrysostomus: Hoc maxime Dei proprium est, æternum et sine principio esse, ideo hoc primum posuit: *In principio*. Item quærit Chrysostomus: ibi supra quare ait potius: *In principio erat verbum*, quàm in principio erat filius, videtur enim quod expressius indicasset veritatem dicendo: *In principio filium*. Et respondet, quadruplicem reddens rationem: quarum prima est, quòd quia debuit docere, ideo nomine verbi expressit, vel quia ea, quæ patris erant, debebat nobis annunciare, quod implicat, *Verbum*: Vel aliter de Deo est sermo, quem neque dicere, neque intelligere possibile, ideo substantiæ nusquam posuit nomen, sicut Dei: vbique enim eum nobis ab actibus ostendit. Ideo verbum, lumen, vitam et veritatem dicit. Vel aliter vt non crederet quis passibilem generationem esse in diuinis, sicut est generatio passibilis filij a patre homine, et vt ostenderet filium esse genitum impassibiliter, ideo ait: *Verbum*. Impassibiliter enim naturale verbum generatur in mente humana, multo magis in Deo. Ex dictis patet quòd verbum implicat expressionem eius, quod est apud dicẽtem, et eius, quod per verbum insinuatur, explicationem, et audientis doctrinationem, et eiusdem verbi per vocem possibilem notificationem. Et ideo conuenienter ait: *Verbum*. Item obijcitur ad huius verbi manifestationem qualiter ait: *In principio erat verbum*, quia verbum egreditur a dicente, et transit, et sonat exterius: si filius a patre non exijt, nec transit, nulla ergo similitudo esse videtur. Et ad istud bene respondet Augustinus: Est verbum in ipso homine, quod manet intus, nam sonus procedit ex ore, et sequitur: Sic potes habere verbum in corde tuo, tamquam consilium natum in mente tua, vt mens tua pariat consilium, et insit consilium proles quasi cordis tui. Hæc ibi: Et idem Augustinus ait: Apud hominem est verbum in corde aliud quàm sonus. Sed quod est apud te, vt transeat ad me, sonum assumit, sonus importat se quodam modo in vehiculum, transcurrit aerem, venit ad me, nec recedit a te, sonus transuolauit verbum, quod assumpsit sonum, antequam sonaret apud te erat, nec recessit a te. hæc ille. Et ibi bene de hoc. Si ergo sic est possibile in verbo mentali humano, multo magis in verbo diuino æterno: non enim est incœptum, sed æternum: non est successiuum, sed permanens et immutatum: non destructiuum, sed principium omnium effectiuum. Iob: Semel loquitur Deus. Ibi Gregorius: Loqui Dei est, verbum genuisse: semel loqui est verbum aliud præter vnigenitum non habere, et ibi bene de hoc. Patet ergo quale est verbum diuinum. De multiplici autem verbo Damascenus: Verbum dicitur quadrupliciter, vel quod cum patre semper coexistit: vel naturalis intellectus motus, per quem intelligit, et cogitat veluti lux eius et splẽdor: vel quod intus enunciatur: vel angelus intelligentiæ, scilicet quod ore profertur, hæc ille. Primum est verbum increatum, et de isto verbo Augustinus: Sicut verbum nostrum temporale et transitorium seipsum ostendit, et illud, de quo loquimur, quanto magis verbum Dei, quod ita ostendit patrem, sicut est pater. Verbum quod foris sonat, signum est verbi, quod intus lucet, cui magis verbi competit nomen. Nam illud, quod profertur carnis ore, vox verbi est: verbumq. et ipsum dicitur propter illud, a quo, vt foris appareret, assumptum est: formata enim cogitatio ab ea re, quam scimus verbum est, quod in corde dicimus nec alicuius linguæ est; quia scilicet nec Græcum, nec Latinum: Et ibi bene et multum de hoc. Sed quæritur de Glossa quæ ait, quòd per similitudinem cum verbo cordis humani, sapientia Dei nata, verbum intelligitur: ergo secundum hoc, dicitur transiatiue verbum in Deo, non secundum rei veritatem, quod falsum est: cum verissime verbum oriatur ex patre. Et ad istud respondendum, quod Glossa loquitur quantum ad nostram intelligentiam, quia per notitiam verbi humani mẽtalis manuducimur in notitiam verbi æterni. Vnde Augustinus, qui cupit ad qualemcumque similitudinem verbi Dei, quamuis per multa dissimilia, peruenire; non intueatur verbum nostrum, quod sonat in auribus, nec quando uoce profertur, *et cet.* Et sequi-

Beda in Glossa. Verbi incarnati æternitas.

Verbi coæternitas, et omnipotentiæ coæqualitas. *Chryſ. homil. 3. in Io. ante med. to. 3.*

Quæstio de vocabulis. *Damaſ. Ortho. fid. li. 1. cap. 9. poſt med.*

Chryſ. homil. 3. in Io. ante med. to. 3.

Ioan. 14. b

Ariſt. lib. 4. Phyſicorum tex. 23.

Chryſoſt. homil. 1. in Io. circa med. to. 3.

Pater æternus omnibus manifestus.

Cur non dicatur in patre, sed in principio.

Principium importat de se originis ab alio priuationem, et cetera. *Tullius lib. 1. Tuſc. q.*

Chryſoſt. homil. 1. in Io. circa med. to. 3.

Quæstio, cur in principio erat filius.

Aug. tract. 1. in Ioan. circa med. to. 9.

Ibid. poſt pauca.

Aug. tract. 37. in Ioã. ante med. to. 9.

Iob 33. b Greg. Moral. lib. 23. c. 11. circa med.

Damaſ. Ortho. fid. li. 1. cap. 13. poſt med.

Aug. lib. 9. cap. 3. ante med. to. 3. Li. 15. c. 11. in princ.

An transiatiue dicatur verbum in Deo.

Aug. 15. de Trin. li. 15. c. 11. ante med. to. 3.

Digitized by Google

Et sequitur: Sed transeunda sunt hæc: vt ad aliud peruenianur hominis verbum, per cuius qualemcumque similitudinem, sicut in ænigmate uideatur utcumque Dei uerbum, non illud, quod factum est ad illum, uel ad illum prophetam, sed illud, de quo dictum est: *Omnia per ipsum facta sunt.* hæc ille. Ex his patet quòd sicut Augustinus ait supra, quantum est ex vi vocabuli, magis competit nomen verbi sono quàm verbo mentali, et quantum ad hoc loquitur Glossa, vnde nomen uerbi est trãslatum, non tamen translatiue dictum, sed secundum rei veritatem. Et de hoc verbo, et eius maiestate, æternitate, potestate patet in collatione prædicabili.

An debuisset dicere, est, p erat. *Boet. de Cõsolat. Phys. li. 5. pros. 6. non multũ a princ. Ioan. 8. g Iac. 1. c Exo. 3. d Chrysost. homil. 2. in Io. ante med. to. 8.*

Consequenter quæritur de hoc verbo, *Erat*, videtur quòd debuisset dixisse. *In principio est Verbum*, vt enim ait Boetius: Eternitas est initialis vitæ possessio tota simul, ergo debuisset posuisse verbum præsentis temporis. Item infra: filius Dei loquitur de se per verbum præsens, cum ait: Antequã Abraam fieret, ego sum. Item Iacobus: Apud ipsum non est uicissitudinis obumbratio. Et ita vt prius. Item nomen suum est, qui est: Qui est misit me ad vos. Et sic vt prius. Et ad illud respondet Chrysostomus: dicens quòd hoc verbum, *erat*, cum de nostra dicitur natura, præteritum significat tempus, et ipsum hoc finitum: cum autem de Deo dicitur, æternitatem significat, sicut et ens, dictum de homine præsens tempus tantum significat, de Deo vero id quod est semper et æternaliter. Hæc ille. Quasi autem idem in Glossa, quod verbum substantiam significat hic subiectam, et de hoc in Glossa. Et ad obiecta respondendum, secundum magistros communiter quod ideo ait: *erat Verbum*, quod est præteriti imperfecti, quia esse verbi hic describitur, vt permanens, et vt omnia causans, et antecedens: Sed in hoc verbo, *erat*, significatur omnimoda perfectio, et perfecta immutabilitas, præsens autem est, cuius pars præterijt, pars futura est, et quãtum ad hoc repugnat æternitati, nec determinat durationẽ: hoc autem uerbum, *erat*, determinat et durationem et immutabilitatem. Et vt de Deo dicitur, dicit præsentialitatem, quia æternitatem, vt habitum est, nihil ergo præteriti vel principiationis dicit, vt est dictum de Deo, vt habitum est: ideo non repugnat æternitati verbi. His habitis de singulis vocabulis, quæritur de ipsa clausula in se, et objcitur, sicut

Chrysost. homil. 3. in Io. ante med. to. 3.

objcit Chrysostomus cum dicitur, inquit: *In principio erat Verbum*, ante omnia intelligere vnigenitum, et arguit quod est ex aliquo, posterius est eo, ex quo est, si ergo verbum ex patre, ergo posterius est. Et ad hæc respondet quòd hoc est humanorum argumentorum, nunc autem de Deo est sermo, et in Deo filius nõ est posterius patre, sed coæternus ante, autem, et post, sunt temporum differentiæ, sed tẽpori bus superior Deus, ideo in Deo non cadunt. Item respõdet ad hoc exemplo: splendor solis ex ipsa solis natura existit, non aliunde, sed numquam est posterior solari natura: si ergo sic est in corporibus visibilibus, quid de cælis, et de natura inuisibili et ineffabili? Hæc ille. Consimiliter et consimile exemplum tam in splendore ex sole, tam in lumine ex igne ponit

Damasc. Ortho. fid. li. 1. c. 11. August. in Ioã. tract. 20. prope fi. to. 9.

Damascenus. Vbi multum et bene de hoc. Item per consimilia exempla ostendit Augustinus veritatem generationis ipsius filij in diuinis: Si, inquit, vnum est, sol qui est lucens, splendens et calens, nec tamen lux est splendor, nec splendor est calor, nec calor est posterior splendore, nec separabilis ab illo, multo magis in illa trinitate superbenedicta potest esse quod filius a patre, et ab vtroque Spiritus sanctus, nec tamen qui pater est, filius, nec Spiritus sanctus, nec vnus separabilis ab alio. Consimiliter exemplificat ibi flamma et luce, eius emissionem, inquit, vides, separationem non vides. Hæc ibi. Et si objciat quis quòd lux fontalis est nobilior et virtuosior splendore emisso, et sic pater similiter maior et nobilior Filio. Respondendum quòd non sequitur, cum sint eiusdem essentiæ et maiestatis, nec inueniuntur in creaturis exempla omnimoda similia generationi ineffabili in diuinis, et ex toto, propter quod ait Augustinus quod per multa dissimilia veniendum est, ad contuendum verbum diuinum, prædicta ergo exempla sunt ad ostendendum coæternitatem filij cum patre. His præhabitis patet expositio litteræ, secundum sanctos et glossas: Cum dicitur enim: *In principio erat verbum*, exponitur quadrupliciter vel *In principio*, ideſt in patre, vel *In principio*, omnium creaturarum, vel *In principio*, temporum, vt dicitur in Glossa, sed tunc objcitur: Ipsum uerbum fuit in primo instanti temporis, sicut et principium creaturarum, et ad istud respondendum secundum Chrysostomũ quòd cum dicitur: *In principio erat verbum*, intelligere vnigenitum ante omnia intelligibilia et sæcula, et sic antecessiue est intelligẽdum eo modo quod dicitur æternitas prior tẽpore, prout loquitur Augustinus: quod aliquid præcedit æternitatem, sicut Deus omnia, Prior omnium creata sapientia, et: Ex ore altissimi prodij primogenita ante omnẽ creaturam. et Glossa hic quasi idem. *In principio*, creaturarum: quia ab ipso omnia, vel *In principio*, ideſt in æternitate, vt dicat priuationem initij et finis infra: Antequã esset Abraam, ego sũ: Dominus possedit me in initio viarum suarum. Exposita prima clausula, sequitur secunda. *Et verbum erat apud Deum*, in hoc notatur Filij a patre distinguibilitas in persona. Vnde Beda in Glossa, quia alij dicebant quòd idem Deus aliquando est pater, aliquando filius, vt alter vocetur in persona, subdit: *Et verbum erat apud Deum*, vt alius apud alium, et huic concordat Chrysostomus: *erat apud Deum*, ait, ostendens æternitatem eius, quæ secundum hypostasin. Et idem exponens illud Apostoli: Splendor gloriæ et figura substantiæ, cum inquit, dixisset Filium splendorem induxit, quoniam character et hypostasis eius, vt propriam ostendat hypostasin. Sed objcitur hoc, præpositio, *apud*, denotat maioritatem in eo, apud quem dicitur alius esse: et in illo minoritatem, quæ non sunt in diuinitate, ergo improprie loquitur. Item Ioannes: Ego in patre, et pater in me est, male ergo ait hic quòd verbum apud Deum. Item quare ait, *apud Deum*. et non, *ad Deum*, cum videantur idem significare. Item, *apud*, designat terminum motus, sed in diuinis personis nullus est motus. Ergo vt prius. Et ad istud respondendum, sicut tactum est, quòd, *apud*, hic denotat distinctionem personalem, siue hypostasim, secundum Chrysostomum. Et quia filius est a patre, ideo in patre notat auctoritatem, et ideo ait: *Verbum erat apud Deum*, genitum scilicet a Deo patre æternaliter, et distinctum personaliter. In creaturis autem siue in humanis cum dicitur, alium esse apud alium, notantur maioritas, et minoritas, ut objectum est. Et per hoc ad aliud: vtraque enim est vera, et quod filius est in patre ratione eiusdem essentiæ, et quod est apud patrem ratione distinctæ personæ. per hoc ad aliud: quia in patre est auctoritas, ideo dicitur Verbum esse apud ipsum Patrem. Et per hoc ad aliud. Hæc enim præpositio, Ad, denotat processum, siue motum, qui non cadit in diuinis. Et per hoc ad sequens: quia hæc præpositio, *apud*, nullam dicit motionem in diuinis, sed abstrahit ab omni motione. Et sequitur, tertia clausula. *Et Deus erat Verbum*, sed quæritur cum sit manifestum, Verbũ esse Deum ex prima clausula, cum dicitur: *In principio erat Verbum*, videtur quod istud superfluat, et ad istud respondendum secundum Chrysostomũ: Quod hoc ait, vt non existimet quis minorẽ esse diuinitatẽ Filij. Et in hoc confutatur error Porphirij, qui posuit filiũ esse in intellectu patris, et non Deum ipsum eundem

Aug. de Trin. li. 15. c. 11. ante med. to. 3.

Chrys. hom. 3. in Ioan. ante med. to. 3.

Aug. Conf. lib. 12. c. 29. to. 1.

Eccl. 1. a Eccli. 24. a

Ioan. 8. g Prou. 8. c

Filius alius a patre.

Chrys. hom. 3. in Ioan. ante med. to. 3.

Ibid. ho. 6. post mediũ. to. 3.

Heb. 1. a

Ioan. 14. b

Chrys. hom. 3. in Ioan. circa med. to. 3.

Error Porphirij confutatus.

Digitized by Google

in eſſentia, de quo errore Auguſtinus: Prædicas, inquit, patrem et eius filium, quem vocas paternũ intellectum, et horum medium Spiritum ſanctum, et more noſtro appellas tres deos. Notatur ergo hic identitas eſſentiæ patris et filij. Sed quæritur de ordine verborum, quare ait: *Deus erat verbum*, et non e contrario, ex quo ſumitur hic eſſentialiter: Et ad hoc poſſet reſponderi, quòd quia verbum, ſiue filius, reuelat patrem illis, quibus voluerit: Nomen tuũ manifeſtaui mundo, ideo ponitur a patre prædicari *verbum*. et ſequitur quarta clauſula: *hoc erat in principio*, in quo notatur quòd filius erat coomnipotens ſecundum Gloſſam, ſecundum autem Chryſoſtomum, quaſi repetitio eſt clauſulæ primæ. Vnde ait: Quærit quale principium erat Deus, et non inuenit, et quaſi feſſus reuertitur ad ſuperiora dicens: *hoc erat in principio*, vel enim aliud eſt hoc verbum, *erat*, quam eſſendi ſignificatiuum, et infinite eſſendi. Item quærit hic Chryſoſtomus: quare ait Moyſes: In principio fecit Deus cælum et terram, hic autem ait euangeliſta quòd *In principio erat Verbum*, et non ait, fecit verbum. Et reſpondet quòd mundus viſibilis prædicat factorem: Cæli enim enarrant gloriam Dei. ſed filius inuiſibilis creaturas infinite ſuperexcedit, quia æternus, ideo non ait, fecit verbum, ſed *erat*, Contra autem hoc opponit ex verbis beati Petri: Secundum aliam litteram ſic: quoniam Dominum Chriſtum fecit, et ex verbis Pauli: Vbi dicit: Quem ſuſcitauit a mortuis. Et reſpondendum quòd ea, quæ dicuntur, ſcilicet de Chriſto, ſunt diſpenſationis, ſicut id quod eſt, ſecundum humanam naturam: quæ autem dicuntur hic, ſunt naturæ incorruptibilis et diuinæ, et ex dictis patet verbi diuini æternitas, et ſic de alijs, quæ expoſita ſunt. De principio vero, et de verbo alia patent in collatione: *Omnia per ipſum facta ſunt*, ſicut continuat Gloſſa, poſtquam dixit de natura filij, de operatione eius ſupponit, *Omnia*, et cetera. Vnde determinato de verbo æterno, in ſe, et in ſua maieſtate, hic determinat de ipſo, vt eſt principium effectiuum omnium et perfectiuum. Et hoc in tres particulas. Primo præmittit quod eſt principium, omnipotens et perfectum, ad omnia producenda per potentiam. Secundo ſubdit quod eſt principium prægnoſcitiuum per præſentiam, ibi: *Quod factum eſt, in ipſo vita erat*. Tertio ſubiungit quod eſt principium illuſtratiuum et gratificatiuum per miſericordiam et gratiam, ibi: *Et vita erat lux hominis*. Et primo patet quòd in ipſo eſt omnimoda poteſtas. Et ſecundo patet quod eſt rerum factarum inconfuſibilis ordinabilitas. Et tertio patet quod eſt initium rationabilium diuinæ illuſtrationis capabilium gratuita illuminabilitas, ait ergo: *Omnia per ipſum facta ſunt*, et ex hoc patet falſitas erroris, ponentium Deum nihil ex tempore feciſſe, eo quòd bonitas eius numquam vacua fuiſſe credenda eſt, prout ipſi opponunt, ſicut tangit Auguſtinus. Ad quod ſoluit ibidem quod non eſt fas credere aliter affici Deum cum vacat, aliter cum operatur, quia neque affici dicendus eſt. Et ſequitur, nouit quieſcens agere, et agens quieſcere poteſt, ad opus nouum, non nouum ſed ſempiternum adhibere conſilium, nec pœnitendo, quia prius ceſſauerat, cœpit facere quod non fecerat. Hæc ille, et ibi bene de hoc, et patet falſitas erroris ex dictis. Item conſimiliter patet error Manichæi, prout ait Auguſtinus: qui tædio affectus a muſcis dixit, quòd Deus non fecit illas, ſed diabolus: ſicq. dixit quòd nec fecit apem, nec locuſtam, et ſic muſca factus eſt, quem Belzebub Deus muſcarum poſſidebat. Hæc ille, et multo plus de hoc, et in Gloſſa pro parte, breui ergo ſermone ait: *Omnia per ipſum facta ſunt*, per quem enim factus eſt angelus, et vermiculus: per ipſum enim facta eſt creatura, ſupera, infera, et ſpiritualis, ait Auguſtinus: Quærit Chryſoſtomus hic, quare Moyſes præmittens: In principio creauit Deus cælum et terram, et de ſingulis indicat, cum ſubiungit: Et fiat lux, et facta eſt lux, et ſic de alijs. Hic vero omnia verbo vno comprehendit. Et objcitur: Nouum teſtamentum eſt reuelatio veteris ſecundum Auguſtinum ſupra, ergo hic debuiſſet explicare planius, quæ ſunt a Deo facta. Ad iſtud reſpondet, quòd cognita exiſtentia ab auditoribus, non erat neceſſe ſingillatim dicere, feſtinãs ergo ad ipſum fortiore aſcendere breui ſermone ait: *Omnia*, et ad obiectum reſpondendum, quòd nouum teſtamentum explicat planius vetus, vbi eſt indigentia explanationis. Item quęritur qualiter ait: *per ipſum facta ſunt*, cum enim pater, et filius, et Spiritus ſanctus ſint vnum principium omnium creaturarum, ſiue factorum, videtur quòd improprie loquitur dicendo, *Omnia per ipſum*, ſcilicet verbum vel filium *facta ſunt*. Item quorum eſt eadem natura, eorum eadem eſt operatio, ait Damaſcenus: ſed patris, et filij eadem eſt natura et virtus: ergo et operatio, et ita filius æque operatur vt pater. Improprie ergo ait: *per ipſum*, et debuiſſet dixiſſe: ab ipſo. Item cum pater et filius ſint vnum principium creaturarum, vt dictum eſt, ita poſſet dici filium operari per Patrẽ, ſicut e contrario. Item quæritur an poſſet dici veraciter patrem operari per ſpiritum ſanctum, ſicut per filium: et videtur quòd ſic, quia Deus Trinitas eſt vnum principium: Ego principium et finis. Poteſt ergo dici Patrem operari per ſpiritum ſanctum, ſicut per Filium. Quæritur ergo quare dicitur patrem operari per Filium hic. Et: Vbi oſtenditur, per quẽ fecit et ſæcula potius quàm per ſpiritum ſanctum. Et ad iſtam quæſtionem reſpondetur, ſecundo Sententiarum, vbi dicit quòd ideo dictum eſt Patrẽ operari per filiũ, non econtrario, vt in Patre monſtraretur auctoritas, quia a Patre et Filius: Omnia tradita ſunt mihi a patre meo: vel illud ideo dicitur, quia pater eum genuit omnium opificem, prout ibidem dicitur. Vnde Chryſoſtomus quærit, qualiter ait: *per ipſum?* ſi enim inquit, per hoc exiſtimas aliquid eſſe minorationis ſcilicet in filio, audi prophetam ſcilicet loquentem ad filium: Tu in principio terrã fundaſti, et ſequitur, ſecundum conditionis dignitatem a patre, vel minus habet filius: et ibi bene de hoc. Nullam ergo minorationem vel diſtinctionem infaciendo notatur hic in filio, ſed intelligendum eſt, vt eſt expoſitum: Vbi ſupra. Nec hæc præpoſitio, *Per*, notat ibi patrem operari per filium, ſicut per aliquod inſtrumentum, vt ibidem dicitur, vnde ex hoc, nota quòd hæc præpoſitio, *Per*, poteſt notare circumſtantiam cauſæ efficientis per modum exemplaris, et ſic adhuc vera eſt, quia ipſum verbum vita, vt dicitur hic, et exemplar omnium. Vnde ait propheta: Omnia in ſapientia feciſti. Ad aliud reſpõdendum, quòd licet poſſit dici: omnia facta eſſe per Spiritum ſanctum, per modum ſubauctoritatis, ſecundum tamen appropriationem conuenit filio, qui eſt ſapientia, et ars patris, vt dictum eſt. Conſeruatio vero rerum factarum appropriatur Spiritui ſancto, cui et bonitas: Ex ipſo, et per ipſum, et in ipſo, ſunt omnia, ibi Gloſſa bene de hoc. Et in Pſalmo: Verbo Domini cæli firmati ſunt, ibi Gloſſa: Pater per verbum, et per ſpiritum ſanctũ operatur, quod eſt intelligẽdum per modum ſubauctoritatis, vt dictum eſt. Ita tamen quòd per filium, cui appropriatur cauſa exemplaris, per Spiritum ſanctũ, vt ei approprietur cauſa conſeruans, et finalis, et de hoc in Gloſſa. Et quoniam dixit: *Omnia facta ſunt per ipſum*, ſubdit: *et ſine eo factum eſt nihil, quod factum eſt*, hoc eſt factibilium vel generabilium, ſicut ſupplet Chryſoſtomus. Vnde ſubdit: Et ſi viſibile quid, et ſi intelligibile, nil ſine filij virtute, ad eſſe deductum eſt. Idem Origenes in Gloſſa: Quòd nihil, quod factũ eſt, ſine ipſo factum eſt. Eſt ergo omnium, quæ ſunt principium

Aug. li. 10. de Ciuita. Dei c. 29. t. prin. to. 5.
Identitas eſſentiæ Patris et Filij.
Mat. 11. d Ioan. 17. a
Chryſ. hom. 1. in Ioan. to. 3.
Chryſ. hom. 2. in Ioan. ante med. to. 3.
Gen. 1. a
Pſ. 18. a
Act. 2. f
Act. 13. f
De verbo, vt eſt principium effectiuum.
Aug. li. 12. de Ciu. Dei cap. 17. poſt med. to. 5.
Error Manichæi.
Aug. tract. 2. in Ioan. poſt mediũ. to. 9.
Ibid. paulo ante.
Chryſ. hom. 4. ſuper Io. in prin. to. 3
Gen. 1. a
Damaſ. Ortho. fid. li. 2. c. 23. ante med.
Apo. 1. b
Heb. 1. a
2. Sẽt. diſt. 13. c. ſed dicit.
Mat. 11. d
Chryſ. hom. 4. in Ioan. to. 3.
Pſ. 101. d
2. Sẽt. diſt. 13. c. ſed dicit.
Pſ. 103. e
Rom. 11. d
Pſ. 32. a
Chryſ. vbi ſup. proxi.

Digitized by Google

pium effectum, et per hoc patet secundum intentionem litteræ quod non oportet dicere, quod quando ait: *Omnia per ipsum facta sunt*. Notatur quod est principium sufficiens: per hoc quod ait: *Sine ipso factum est nihil*, principium indeficiens, considerando intentionem litteræ. Augustinus autem legit sic: *Sine ipso factum est nihil*, idest peccatum, vt enim ait ibidem, peccatum nihil est, et nihil fiunt homines cum peccant, et idolum est nihil. De primo objicit Anselmus: Si peccatum, inquit, nihil est, cum nihilo nemo debeat puniri, cur ergo punit hominem pro peccato? Et ad hoc respondet, quòd licet nihil sit absentia iustitiæ, Deus tamen punit peccatores, non pro nihilo, sed propter aliquid, scilicet, quia debitum honorem sibi, quem sponte reddere noluerunt, ab inuitis exigit, et ne deordinatum sit aliquid in regno, eos separatim a iustis ordine competenti disponit. Hæc ille. Pro exigentia ergo debiti honoris, pro exclusione deordinationis, pro conseruatione recti ordinis, Deus iuste punit peccatores. Quæritur item de hoc quod ait: Peccatum nihil est, et non est a Deo. Contra primum objcitur, quòd qui facit peccatum, facit aliquid, sicut qui furatur, sed quidquid est, in quantum est, ex Deo est secundum Augustinum, ergo et peccatum ex Deo, siue mala actio. Item peccatum corrumpit, est enim corruptio modi, speciei, et ordinis vt ait Augustinus: Sed quod corrumpit, agit, ergo vt prius. Item Isaiæ: Ego Dominus faciens pacem, et creans malum, et ita vt prius. Item quæritur de hoc quod ait: Idolum nihil est, et quòd forma hominis in idolo, non est facta per verbum, quæritur qualiter hoc? quia materia idoli, quæ est aurum vel argentum a Deo est, ideo forma idoli est formata, vel artificiata ab homine: ergo sicut aliæ formæ artificiatæ sunt a Deo, ita et illa. Ad primum respondendum, quòd cum peccatum sit voluntarius defectus assumptæ essentiæ, pro vt ait Augustinus, et deficere, sic priuatio est, ideo dicitur peccatum nihil esse, et peccatores, in quantum tales, esse nihil. Iob: Habitet in tabernaculo illius socij eius, qui non est, id est, apostatę angeli, qui dicitur non esse, quia a summa essentia recessit, et per hoc excrescente defectu quasi ad non esse tendit: vel dicitur non esse, quia bene esse perdidit, quamuis naturæ essentiã non amisit, vt ait ibi Gregorius: Exponens illud, vnde peccatum aliquando nominat prædictum voluntarium defectum, et sic nominat priuationem, et nihil est, vt loquitur hic: et sic non est a Deo, nec habet causam efficientem, sed deficiẽtem secundum Augustinum. Aliquãdo nominat actionem subtractam deformationi, et priuationi, et sic est a Deo ratione eius, quod est actionis. Aliquando nominat debitum habendi iustitiam, cum tamen defectu habendi secundum Anselmum vbi supra. Vnde ait: Nulli essentiæ est aliud malum esse, quàm deesse illi bonum, quod debet habere, et sic dicitur esse secundum quid, ratione illius debiti, quod tamen priuatum est eo, quod debet habere. Ad aliud respondendum, quòd cum dicitur peccatum agere, hoc est intelligendum ratione actionis, naturæ boni substitutæ, non ratione priuationis. Ad aliud respondet Augustinus, quòd cum dicitur Deus creare malum, ibi sumitur creare pro eo, quod est ordinare: puniendo enim ordinat peccatum. Ad aliud respondendum est, quòd est loqui de forma idoli dupliciter, vel ratione eius, quod est secundum rem, et sic in quantum est, est a Deo, secundum illud Augustini supra: Quidquid est, in quantum est, est a Deo: vel est loqui de forma idoli, in quantum est idoli, et instituta ad idolatrandum, et sic dicitur non esse a Deo, immo errore hominum sunt facta, ait Augustinus. Et sic ex abusione, et ad abusionem, siue ad abutendum, vel aliter secundum Augustinum, qui ait, quòd idola sunt, sed ad salutem nihil sunt; dicitur ergo idolum non esse rationis priuationis salutis ipsis adorantibus idolum, vel confidentibus de illo, ex dictis patet quando ait: *Omnia per ipsum facta sunt*, de magnificentia operandi: sunt enim magnifica immensitate, sunt mirifica speciositate siue ordine, sunt vtilia, siue commoda bonitate: Deus enim est qui facit magna, et incõprehensibilia, et mirabilia. Et alibi quasi idem, et in Psalmo: Magnificata sunt opera tua Domine: quãtum ad primũ; Omnia in sapientia fecisti, quantum ad secundum; Impleta est terra in possessione tua, quantum ad tertium: Et ex his patet magnificentia suæ potentiæ, mirificentia suæ sapientiæ, munificentia suæ beneficentiæ. Vnde Hugo: Potentiæ fuit signum rerum immensitas, sapientiæ pulchritudo, bonitatis vtilitas: vere enim a magnitudine speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit horum creator videri. Et ideo non restat, nisi vt aspicientes facta et opera creatoris assurgant ad ipsum laudandum, amandum, et ad delectãdum in ipso. Leuate oculos uestros, et uidete quis creauit hæc: Delectasti me in factura tua, ait Propheta. Qualiter autem omnia sunt facta, per verbum dicitur: Omnia in mensura et numero, et pondere disposuisti, super quod Augustinus: Secundum quod mensura omni rei modum præfigit, numerus vero omni rei speciem præbet, pondus autem omnem rem ad quietem et stabilitatem trahit. Et ibi bene de hoc. Et idem: Eius vnitate omnis modus insistitur, eius sapientia omnis pulchritudo formatur, eius lege omnis ordo disponitur qualiter autem peccatum est nihil, et qualiter peccatores dicuntur nihil, vel non esse, Boetius: Esse, inquit, est quod ordinem retinet, seruatq. naturam, et sequitur: Nam qui mali sunt, eos esse malos non abnuo, sed eosdem esse pure ac simpliciter, nego: quia ergo peccatores, in quantum tales, a Deo recedunt, qui solus vere est. Ipse enim solus est, et quia tendunt ad non esse, et quia amiserunt suum bonum esse, ideo merito dicuntur nihil: Ecce nihili factus es. Et in Psalmo: Ad nihilum redactus sum. Et sequitur pars, in qua ostendit, quòd ipsum verbum est principium præsciens vel præcognoscens per sapientiam, vel præscientiam, ibi: *Quod factum est in ipso vita erat*. Igitur quod opponit Augustinus: Ex hoc ergo, inquit, sequitur quòd terra vita erat, et lignum, et omnia alia. Ad quod respondet sic subdistinguendo, *quod factum est*, scilicet in tempore, *in illo vita erat*: Omnia enim in sapientia fecisti, ait Propheta. Est autem in sapientia quædam ratio, qua terra facta est, et exemplificat: faber primo in arte habet arcam, et illa in arte est vita, illa vero in opere, non: viuit enim anima artificis vbi sunt ista, scilicet opera exteriora, antequam proferantur, multo magis sapientia Dei, per quam facta sunt omnia per artem continet omnia, antequam fabricet foris corpora, in arte, vita sunt. hæc ille: Et ibi bene de hoc. Et in hoc designat ipsum esse causam exemplarem omnium. Et de hac vita exemplari Augustinus bene: Vna est prima, et summa vita. Et sequitur: ars quædam est omnipotentis atque sapientis Dei plena omnium rationum viuentium incommutabilium et omnes vnum in ea, et sequitur ibi: Omnia nouit Deus, quæ fecit per ipsam, et cetera. Et ibi bene de hoc: Sed tunc objcitur quòd illa causa exemplaris, non exprimit res vt sunt, cum non omnes res factæ, sint vita. Et ad istud respondendum, quòd sicut ait Anselmus: Res prout sunt in Deo, sunt ipsa prima essentia, et prima essendi veritas, in proprio vero genere habet suum esse naturale secundum gradus suos, nec potest æquari in omnibus rationibus exemplaribus, prout ait Augustinus: Cum decedant et succedant tempora, non decedit uel succedit aliquid scientiæ Dei: unde et illa sunt mutabilia, tamen immutabiliter sciuntur a Deo. Ideo quamuis res sunt mutabiles, non tamen sequitur quòd rationes exemplares mutabiles,

Principium sufficiens. Principium indeficiẽs. *Aug. tract. 1. in Ioan. post mediũ. tom. 9.*

1. Cor. 8. a

Anſ. de Cõcept. Virg. c. 5.

Cur Deus puniat homines pro peccato.

Aug. de moribus Manichæorum li. 2. cap. 7. to. 1.

Aug. de natura boni. c. 34. to. 6.

Isa. 45. b

Aug. lib. de vera religione. c. 14. to. 1.

Iob 18. c

Greg. Moral. lib. 14. c. 10.

Aug. de ciuitate Dei lib. 12. c. 6. ante med. to. 5.

Anſel. de Cõcep. Vir. c. 5.

Aug. de moribus Manichei li. 2. c. 7. to. 1.

Aug. de mor. Manich. lib. 2. c. 7. to. 1.

Distinctio formæ in idolo.

Idē de Ciuitate Dei lib. 8. c. 23.

Idem contra Faustũ lib. 20. c. 9. to. 6.

Magnificentia operãdi.

Iob 9. a

Iob 5. b

Psal. 91. b

Psal. 103. c

Ibidem.

Hugo de ſacram. li. 1. p. 3. cap. 28.

Sap. 13. b

Isa. 40. f

Psal. 91. a

Sap. 11. d

Auguſt. de Gen. ad lit. li. 4. cap. 3. to. 3.

Augu. contra Faustũ lib. 21. c. 6. to. 6.

Boet. lib. 4. de Conſol. Philoſ. proſ. 2. poſt med.

Iob 23. c

Eze. 28. c

Psal. 72. c

Aug. tract. 1. in Ioan. poſt mediũ to. 9.

Causa exẽplaris.

Aug. lib. 6. de Trin. c. 10. to. 8.

Anſel. Monologion c. 38.

Auguſt de Trin. ſupra proxime.

Digitized by Google

mutabiles, et tamen sunt perfectissimę rationes exemplares rerum. Quia consimiliter ponit Chrysostomus. Quòd si: *Quod factum est, in ipso vita erat.* ergo destructiones Sodomitarum et diluuium et gehenna in ipso vita erat. Similiter et lapis, et ibi tangit errorem hęreticorum circa istud. Et est soluendum sicut prius, quòd ea, quæ habent in ipso exemplar, vita sunt in ipso, in suo tamen genere habent suum esse. Et sequitur tertia particula, in qua ostendit ipsum esse principium illustratiuum, et gratificatiuum per misericordiam, et gratiam illorum, qui sunt capabiles prædictæ illuminationis, ibi: *Et vita erat lux hominum*, et ibi duo: Primo præmisso, quòd verbum est illuminatiuum mentium humanarum capabilium illius illuminationis. Secundo subditur defectio eorum qui nolunt esse capaces, ibi: *Et lux in tenebris.* Ait ergo: *Et vita erat lux hominum:* Quæritur cum Deus sit lux simpliciter: Deus lux est, in quo tenebræ non sunt vllæ. Quare non ait absolute: *Vita erat lux?* Et ad hoc respondet Augustinus, quòd ex ipso homines illuminantur, non pecora, quæ non habent animas rationales, quæ possint videre sapientiam Dei: hæc ergo lux non est quorumcumque animalium, sed hominum: Fuistis aliquando tenebræ, nũc autem lux in Domino. Sed ad hoc obijcitur secundũ Augustinum ibidem, quòd multa corda non possunt videre istam lucem. Et respondet quòd si ita est, hoc ideo est, quia peccata eorum grauantur, et ponit exemplum: In sole cæcus positus, sol est illi præsens, sed ipse soli est absens. Sic sapientia cæco præsens est, ideſt stulto et iniquo, sed ipse soli est absens. Et de hac luce Chrysostomus bene ait: Quemadmodũ lux, quantamuis illuminet multitudinẽ hominũ, nihil in propria minoratur claritate, ergo multo magis lux, quæ est Deus. Quia enim vita est, ipsa adueniente, solutum est mortis imperium, et quia lux, illa lucente, amplius non sunt tenebræ. Hæc ille, et ibi bene de hoc. Et sequitur secunda particula, in qua nolentium illustrari a luce defectio. Ibi: *Lux in tenebris lucet*, ideſt præsens est peccatoribus, quam tamen non comprehenderunt credendo, obscurati tenebris infidelitatis: Qui male agit, odit lucẽ, et non venit ad lucem. Vnde in Psalmo: In tenebris ambulant, *etc.* In tenebris ambulauimus. Sed quæritur quare ait: *Non comprehenderunt*, quia impossibile est istam lucem comprehendi ab aliquo, quia de Deo dicitur: Quòd habitat lucem inaccessibilẽ, et sic incomprehensibilẽ. Item Augustinus: Quidquid scientia comprehenditur scientis comprehensione finitur: Sed Deus est infinitus, et sic incomprehensibilis. Item cum lux spiritualis, sed magis communicabilis luce corporali, et illa præsens non potest non videri ab habentibus oculos corporales, ergo multo minus non potest non videri ab habentibus oculos intellectuales. Ad primum respondendum est, quòd comprehensio dicitur multipliciter. Primo modo per fidei credulitatem, et per dilectionem, vel charitatis adhęsionem: Vt possitis cõprehendere cũ omnibus sanctis, quæ sit latitudo, *et cet:* Item est comprehendere per tentionem et apertam visionem: Sic currite, scilicet in via, vt comprehendatis, vt comprehendatis scilicet in gloria. Et est comprehendere per omnimodam inclusionem, sicut locatum comprehenditur a loco, vel sicut scientia rei scibilis, a sciente plenarie: et sic impossibile est quòd ipsa lux, quæ est Deus, comprehendatur ab intellectu creato: Deus enim est ineffabilis et incomprehensibilis, ait Damascenus. Modo primo dicitur comprehendi ista lux a credentibus in via. Secundo modo, a beatis in patria. Tertio modo sumendo large comprehensionem potest dici, comprehendi a seipso, quia seipsum cognoscit, vt est cognoscibilis. Ad aliud quod non est simile de luce corporali et spirituali, quia illa manifestat se naturaliter, ista voluntarie. Item illa manifestat se omni oculo susceptibili, secundum suam possibilitatem: Lux vero spiritualis manifestat se oculo spirituali, mundãti se a peccatis obcæcantibus, prout ait Augustinus: Stultus et iniquus est absens sapientiæ. Quid ergo faciet iste? mundet: vnde possit videri Deus. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt. hæc ille, et ibi bene de hoc, qualiter cor est mundandum, vt videatur sapientia, quæ Deus: Determinato de diuino verbo secundum suam diuinitatem, in parte ista prosequitur euangelista de ipso, secundum humanitatem assumptam, sicut continuat Augustinus dicens: Quæ dicta sunt, de diuinitate Christi dicta sunt, hic vero de humanitate. *Fuit homo missus a Deo*, et cetera. Vnde superius determinatum est de diuino verbo in se, et vt est omnium principium effectiuum, hic vero de eo, vt carnis initium, et vt hominum reparatiuum. Et hæc pars in duas partes, quia enim fuit verbum absconditum, et per vocem suam manifestandum, scilicet per beatum Ioannem, qui fuit vox verbi, vt dicitur infra eodem. Ideo primo determinatur de beato Ioanne, qui erat vox verbi, et lucerna lucens. Secundo determinatur de ipso verbo incarnato, et de aduentu eius, ibi: *Erat lux vera*. Prima in tres. Primo beati Ioannis, qui fuit vox et testis verbi descriptio, et commendatio quantũ ad suam personam. Secundo subditur sui officij dignitas siue celsitudo, ibi: *Hic venit in testimonium*. Tertio, quia ipse erat illustratus diuina illuminatione, ob quam posset credi a Iudæis esse Messias vel Christus venturus, differẽtiæ ipsius ad ipsum Christum subiunctio, et dubitationis exclusio, ibi: *Non erat ille lux*. Ait ergo: *Fuit homo missus a Deo*, scilicet beatus Ioannes, vt enim ait Augustinus: quia filius Dei sic erat homo vt lateret in illo Deus, missus est magnus homo, per cuius testimonium inueniretur plus quàm homo, et ponit exemplum. Sicut enim monte irradiato cognoscitur quòd sol sit ortus, ideo Ioannes sicut mons magnus prior radiatus, lumen excepit, vt oculis nostris nunciaret. Hæc ille. Sed quæritur cum certum sit quòd Ioannes esset homo, qualiter ait: *Fuit homo*. Ad hoc respondet Chrysostomus: Quòd ideo præconem hominem misit, vt cognitam audientes uocem, scilicet homines facilius qui audiebant aduenirent, scilicet, credendo. Vel ideo ait, *homo*, ne crederetur esse angelus ob testimonium prophetæ de ipso: Ecce ego mitto angelum meũ, quod ait Saluator de ipso Ioanne intelligendum esse. Et hic. *Homo fuit missus a Deo*, quæritur ad quid hoc apponitur. Et respondet Augustinus dicens, quo modo potuit dicere verum de Deo, nisi missus a Deo? Et de hoc Chrysostomus bene: Tu audiens quoniam a Deo missus, nihil de reliquo humanum esse existima, eorum quæ dicuntur ab illo. Non enim, quæ eius est, dixit, sed quæ mittentis omnia loquitur, ideo angelus nuncupatus est: angeli enim virtus est, nihil proprium dicere. Hæc ille. Et vt hoc amplius appareat, subditur: *Cui nomen erat Ioannes*, non ab homine impositum, sed a Deo ait Glossa, et ab angelo nunciatur: Vocabis nomen eius Ioannem, et de his infra. Et sequitur sui officij specificatio. *Hic venit in testimonium*, et hoc *vt testimonium perhiberet de lumine*, ideſt de filio Dei incarnato. Sed obijcitur quòd insufficienter fuit Ioãnes solus missus in testimonium, quia vt dicitur: In ore duorũ uel trium stabit omne uerbum. Ad hoc respõdendum, quòd vt dicitur huic, ideſt Christo: Omnes prophetæ testimoniũ perhibẽt. Ioannes vero fuit missus non solum ad prophetandum, sed ad demonstrandum infra eodem. Ecce agnus Dei, et ideo ait hic signanter: *Hic venit in testimonium*, non *ad testimonium*, quia alij prophetæ, quasi a remotis testificati sunt: Ioannes vero ex propinquo demonstrauit et annunciauit, scilicet vox annunciat verbum, et signanter ait: *De lumine*, ideſt, Christo incarnato: lux enim est, vt forma luminosi, siue quædam res in se absoluta.

Chryſ. hom. 4. in Ioan. ante mediũ tom. 3.

1. Ioan. 1. b

Aug. tract. 2. in Ioan. poſt mediũ tom. 9.

Eph. 5. b

Similitudo.

Chryſ. hom. 4. in Ioan. ante mediũ tom. 3.

Secũda particula.

Ioan. 3. c
Pſal. 81. b
Iſa. 59. b

1. Tim. 6. d
Aug. li. 12. de Ciu. Dei c. 18. to. 5.

Comprehẽsio dicitur multipliciter.

Ephe. 3. d

1. Cor. 9. d

Dam. lib. 1. Ortho. fidei cap. 1.

Aug. tract. 1. in Ioan. prope finẽ tom. 9.

Mat. 6. a

Continuatio euangelistæ.

Aug. tract. 2. in Ioan. paul. a prin. tom. 9.

Beatus Ioã. vox verbi et lucerna lucens.

Aug. tract. 2. in Ioan. ante mediũ tom. 9.

Ibidem poſt aliq.

Chryſ. hom. 5. in Ioan. circa med. tom. 3.

Mala. 3. a

Mat. 11. b

Quæstio de verbis.

Chryſ. hom. 5. in Ioan. prope prin. tom. 3.

Nomẽ Ioãnis non ab homine impositum.

Luc. 1. b
Coll. 1. c

Deut. 19. d

Act. 10. g

Digitized by Google

luta. Lumen vero dicitur influentia recepta in perſpicuo, vnde per appropriationem filius Dei, ſecundum ſuam diuinitatem dicitur lux: Inquantum vero incarnatus, lumen. Dicitur tamen conſequenter filius Dei incarnatus, et lux et lumen, vt infra: Ego lux veni in mundum. Obijcit autem Chryſoſtomus de hoc, cum dicatur: Teſtimoniū ab homine nō accipio, qualiter ait hic, quòd Ioannes *Venit, vt teſtimonium perhiberet de lumine?* Et ad hoc reſpondet ibidem, quòd illud, quòd ait hic intelligendum eſt, ſcilicet Ioannem perhibere teſtimonium Chriſto non indigenti, ſed quia ex ſalutis multorum cura deſcendit Chriſtus, ideo conceſſit homini teſtimonium perhibere de ſe. Idem quaſi obijcit Chryſoſtomus dicens et quærens: Nonne filius Dei ſufficiebat ſeipſum oſtendere et teſtificari? ergo non oportuit, quòd alius veniret in teſtimonium. Et ad illud reſpondet bene, quòd quia habitabat lucem inacceſſibilem, ideo carnem induit, et vni conſeruorum conceſſit teſtimonium, quia omnia negotiabatur ad hominum ſalutem, et ad facilem ſuſceptibilitatem, et ad audientium vtilitatem, non ad ſuam dignitatem. hæc ille. Ex his patet, quòd eſt perhibere teſtimonium de aliquo, vel propter indigentiam et dubitabilitatem a parte illius, cui perhibetur teſtimonium, et ſic non indiguit filius Dei teſtimonio humano; vel eſt perhibere teſtimonium ob indigentiam et ignorantiam, a parte eorum, coram quibus perhibetur teſtimonium, et ſic Ioannes perhibet teſtimonium de filio Dei. Vnde Auguſtinus: Quia non videbat lux mentium, opus erat vt homo diceret de luce teſtimonium, non tenebroſus, ſed illuminatus, qualis fuit ſcilicet beatus Ioānes. Sed quæritur de hoc quòd ait: *Vt omnes crederent per illum*, cum ergo omnes non crediderint, fruſtratus fuit fine, vel fructu officij ſibi commiſſi: Ad hoc reſpondendum, quòd eſt duplex finis, ſcilicet operantis, et operis. Sicut in medico finis operantis eſt, intendere ſanare, finis vero operis, inducere ſanitatē. Quantum ad primum, operans non fruſtratur fine officij, dum nihil omittat de contingentibus, licet non proueniat finis operis ob impedimentum, vel defectum a parte alterius. Aliter diſtinguunt alij, quòd eſt finis duplex, in ſe, et in alio. Primo non priuatur operans, dum faciat quòd in ſe eſt, licet altero fruſtretur propter aliquas cauſas contingentes. Et ſequitur particula tertia, in qua differētiæ ipſius ad Chriſtum ſubiunctio. *Non erat ille lux*, et cetera. Sed quæritur, qualiter hoc quia inter natos mulierū non ſurrexit maior Ioāne. Sed de diſcipulis dicitur; Vos eſtis lux mundi: ergo multo magis Ioannes lux. Ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum. Ioannes erat illuminatus et ſicut mons magnus, non tamen lux illuminans. Non negat ergo hic Ioannem eſſe lucem, ſcilicet participatione, ſed negat eum eſſe primam lucem, illuminantem omnem hominem. Quaſi idem Chryſoſtomus, oſtendens enim inopinabilem eminentiam eius, cui perhibet teſtimonium, ad ipſum, qui teſtatur, ait: *non erat ille lux*. Ideo Ioannes dicitur lucerna: Ille erat lucerna ardēs et lucens. *Erat lux vera*, et cetera. Præhabita deſcriptione beati Ioannis, qui fuit vox verbi, et præcurſor filij Dei, hic determinatur de dignatiuo aduentu ipſius filij Dei, et ipſius diſpenſatiua incarnatione, et operibus, et documentis ipſius incarnati, et hæc in tres partes. In prima de ipſo aduentu, et incarnatione. Secundo, de Ioannis teſtificatione, et diſcipulorum vocatione. Ibi: Ioannes teſtimoniū. Tertio de operum filij Dei incarnati varietate, et documentorum diſpenſatione. Die tertia nuptiæ factæ ſunt. In prima quattuor. Primo, maieſtatis filij Dei ſub nomine lucis, et eius aduentus in mundum præmiſſio. Secundo, diſcredentium ſibi aduenienti excæcatio, ibi: *Mundus eum non cognouit*. Tertio, vtilitatis credentium ſubiunctio. *Quotquot autem receperunt eum*. Quarto, dignatiuæ incarnationis ſpecificatio, ibi: *Et verbum caro factum eſt*. Ait ergo: *Erat lux vera*. Sed quæritur qualiter ait hoc, quia omnis lux eſt lux vera in ſuo genere, eo quòd immixta tenebris: Quæ ſocietas luci ad tenebras? quaſi diceret, nulla, ergo ſuperflue ait, *lux vera*. Ad quod reſpondendum, quòd ſecundum Auguſtinum: Lux vera dicitur hic, lux mentium, quæ eſt ſupra mentes, et excedit omnes mentes; et hoc eſt lux vera, ſcilicet eſſentialitate. Mentes vero illuminatæ dicuntur lux, huius lucis illuminatione: ipſa enim eſt lux hominū, vt habitum eſt ſupra. Vnde ſequitur: *Illuminat omnem hominem*, ſcilicet viuentes vt homines, non diſtant a pecore niſi intellectu, noli aliquando gloriari. Et huic concordat Gloſſa, quæ ait. *Omnis homo*, dicitur illa natura in homine, quæ eſt ad imaginem et ſimilitudinem Dei: alia ſunt extra hominem, et ibi bene de hoc. Vt enim ait Propheta: Signatum eſt ſupra nos lumē vultus tui Domine. Et Iob: Qui docet nos ſuper iumēta terræ. Ibi Gregorius, vt dicetur infra. Sed obijcitur de hoc quòd ait: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Sicut obijcit Chryſoſtomus: Si illuminat omnem hominē, qualiter tot ſcilicet homines ſine lumine permanſerunt? Item Auguſtinus: Si illuminauit omnem hominē, cum actiua inferat ſuam paſſiuam, ergo omnis homo eſt illuminatus. Item ſi ſic, nulli homines ſunt tenebræ. Ad illud reſpondet Chryſoſtomus ibi ſupra, quòd quantum pertinet ad ipſum filium Dei, illuminat omnes. Sed quidam claudentes oculos noluerūt ſuſcipere lucis radios, non ergo a natura lucis obtenebratio, ſed a malitia eorum. Et ponit exemplum de nolentibus intrare nauem nullo prohibente, quia malitia ſua pereunt. hæc ille: Ad hoc idem reſpondet Auguſtinus, quòd iſtud eſt intelligendum: *Illuminat omnem hominem*, et cetera. Non quia ullus eſt, qui nō illuminetur, ſed quia nullus illuminatus, niſi qui ab ipſo illuminatur, et ibi bene de hoc. Aliter reſpondet Auguſtinus de prædeſtinatione ſanctorum, ponens exemplum, quòd ſicut dicitur, magiſter docet omnes pueros uillæ, non quia omnes doceantur, ſed quia nullus niſi ab illo docetur: Conſimiliter eſt intelligendum ex parte iſta, et bene eſt concedendū, quòd actiua infert ſuam paſſiuam, quia quos illuminat lux diuina effectualiter, perfectibiliter illuminati ſunt. Et quoniam ad illuminandum præfata lux uenit in mundum. Sequitur: *In mundo erat*, ſcilicet non ut pars, ſed ut factor regens quas fecit creaturas. Et hic præſentia diuinitatis ait Gloſſa. Ideo ſubditur: *Et mundus per ipſum factus eſt*. uel, *In mundo erat*, ſecundum humanitatem aſſumptam. Infra eodem: *Habitauit in nobis*, et cetera. Opponit Chryſoſtomus: Si uerbum erat apud Deum, qualiter in mundo? Et reſpondet quòd magnitudinis eius non eſt finis: Cælum et terram, inquit, ego impleo. Qualiter autem uerbum Dei ubique totum eſt, et dicitur uenire, cum manifeſtatur, et abſcedere, cum occultatur, Auguſtinus bene ponens exemplum. Quod ſi uerbum hominis tranſiens ſimul et totum eſt in auribus multorum, multò magis uerbum Dei, permanens ubique eſt totum, et ibi bene et multum de hoc. Et licet ſic fuerit in mundo, tamen *Mundus eum non cognouit*. In quo notatur ſecundum, diſcredentium excęcatio, et eiuſdem Dei repetitio. Sed qualiter ait hoc, opponit Chryſoſtomus, quia multi in mundo eum cognouerunt. Et reſpondet, quòd non dixit, quòd nullus eum cognouit, ſed quoniam mundus, id eſt, mundo affixi, et qui ea, quæ mundi ſunt, ſapiunt, non cognouit, unde mundum uocat multitudinem cōceptam, uulgarem, turbidam, et inſipientem populum, hæc ille. Item opponit Auguſtinus, qualiter ait: *Mundus non cognouit*, quia teſtimonium dedit ei mare, ſuper quòd ambulauit, et uenti, qui ad imperiū eius quieuerunt, et terra, quæ contremuit illo crucifixo. Item:

Multi

Ioan. 12. g *Chryſ. hom. 5. in Ioan. ante mediū tom. 3.*

Ioan. 5. f

Aug. tract. 9. in Ioan. ante mediū tom. 9.

Finis duplex.

Particula tertia.

Quæſtio, An Ioannes lux.

Mat. 11. b *Mat. 5. b* *Aug. tract. 3. in Ioan. ante mediū tom. 9.* *Chryſ. hom. 5. in Ioan. poſt mediū tom. 3.*

Ioannes dicitur lucerna.

Ioan. 5. f

Cōtinuatio Euang.

Primæ partis diuiſio i quattuor.

Quæſtio de luce vera.

2. Cor. 6. d

Reſponſio.

Aug. ho. 4.

Pſal. 4. b *Iob 35. e* *Grego. Moral. lib. 26. cap. 13.* *Chryſ. hom. 7. in Ioan. prope prin. tom. 3.* *Aug. tract. 2. in Ioan. circa med. tom. 9.* *Chryſ. hom. 7. in Ioan. prope prin. tom. 3.* *Aug. Ench. ad Lauren. c. 103. to. 3.* *Aug. de prædeſt. ſanct. li. 1. c. 8. cir. med. to. 7.* *Chryſ. hom. 3. in Ioan. ante mediū tom. 3.* *Pſ. 146. a* *Iere. 23. e* *Aug. epiſ. 31. ad Voluſianum ante med. to. 2.* *Chryſ. hom. 7. in Ioan. poſt mediū tom. 3.* *Aug. tract. 11. in Ioan. poſt mediū to. 9.* *Mat. 14. d* *Mat. 27. e*

Digitized by Google

Ioan. 8. d Multi in eũ crediderunt. Et ad istud respondet, quòd mundus dicitur hic mundi dilectores, corde mundum habitantes: unde ut patet ex Augustino, dicitur mũdus tripliciter, uel fabrica uisibilis, uel dilectores mundi, uel habitatores, siue mundum inhabitantes: Vt saluetur mũdus per ipsum. Et sequitur quasi repetitio dictorum ad exaggerationem malitiæ, et excęcationis mundi, *In propria venit*, id est, in mundum, quia *omnia per ipsum facta sunt*: ait Augustinus. Vel: *In propria venit*. Per carnem, ait Glossa: Sua enim incarnatio dicitur suus aduentus. Vel: *In propria*, id est, in gentem Iudæorum. Vnde Chrysostomus: *Propria*, Iudæos dicit, ut populum peculiarem: Te elegit Dominus Deus, vt sis illi populus peculiaris. Et: Non sum missus nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. Et per hoc patet solutio quæstionis, licet essent omnes sui creatione: Iudæi tamen erant sui prædelectione. Et ex hoc eorum accusatio, ait Chrysostomus: quia sui enim erant Iudæi prædelectione, et prophetæ prædixerant eum venturum, et ad ipsos venerat, et miracula viderunt, non tamen eum receperunt, nec in eo crediderunt, immo extra vineam eiecerũt. Item opponit Chrysostomus. Vnde venit qui omnia implet, et vbique adest? Item: Quem locum euacuat sui præsentia? quasi dicat nullum. Et respõdet quòd seipsum manifestauit nostram dignans induere carnem, hanc manifestationem et descensionem præsentiam vocat, et aduentum scilicet: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, et ibi bene de hoc dicitur. Et sequitur tertia particula, in qua specificatio vtilitatis credentium. Ibi: *Quotquot autem receperunt eum*, scilicet per fidem, ait Glossa. *Dedit eis potestatem*, non tantum reformari, sed *Filios Dei fieri*, per adoptionem, quòd ipse erat per naturam. hæc Augustinus, et in Glossa. Quærit Chrysostomus de modo loquendi qualiter ait: *Quotquot*, indeterminate, et respondet quòd ideo ait ad denotandum, quòd siue serui, siue liberi, siue barbari eodem honore sunt digni. Et in hoc patet munifica bonitas Dei, et virtuositas fidei. Vnde Chrysostomus: Fides et gratia Spiritus sancti ea, quæ ex mũdanis auferens inęqualitatem in vnã omnes plasmauit figuram, et ad vnũ omnes regalem insigniuit characterẽ. quid par huic clementiæ? Et ponit exemplum de rege terreno, qui iudicaretur munificus, si seruos adoptaret in filios, cum vnigenito. Item ponit aliud exemplum, quòd sicut ignis separat metalla a terra, et immutat, sic facit gratia Spiritus sancti de terrestribus cælestes: ibi et bene de hoc. Item quærit quare ait: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, et non ait: *Fecit eos filios Dei*, ad quod respondet, quòd in hoc ostendit, quoniam volentibus venit hæc gratia, et nisi elegerint, non subuenit scilicet hæc gratia, vt ergo notet libertatem arbitrij, ideo sic ait. Item quæritur, ait: *Dedit potestatem*, scilicet dictam: *His qui credunt*. Videtur quòd omnibus sit data. Ait enim Augustinus, posse habere fidem sicut posse habere charitatem, est naturæ hominum, sicut habere charitatem est gratiæ fidelium: ergo ista potestas est a natura hominum, non ex dono fidei. Et ad istud respondendum, quòd differt dicere possibilitatem, potentiam, potestatem. Possibilitas enim dicitur ipsa susceptibilitas materialis, et remota. Potentia dicitur amplius dispositа, possibilis tamen adhuc ad oppositа. Potestas dicitur quasi potentia stans, scilicet quia dispositа, et propinqua ad actum. Posse ergo credere, vt dicitur, a possibilitate. Prima est naturæ hominum: posse vero credere, vt dicitur a potentia. Secundo modo dicta est hominum habentium scientiam legis et scripturæ. Potestatem vero habere tertio modo dictum est credentium. Vnde sequitur hic, quòd illam dedit, *his qui credunt in nomine eius*. Ideo signanter ait hic *potestatem*. Sed tunc quæritur, quare potius ait, quòd dedit potestatem credentibus magis quàm amantibus. Ad quod respondendum, quia quòd fides est prima virtutum, vt ait Augustinus, ideo conuenienter ait: Quod dedit illam potestatẽ *his, qui credunt*, et cetera. Et de munificẽtia Dei in collatione huius potestatis, Augustinus bene: Magna beneuolentia, magna misericordia, nunc natus est, et noluit manere vnus. Et sequitur: Hunc misit in mundum vt non esset vnus, sed haberet fratres adoptatos, nec timuit habere coheredes, quia hereditas non fit angusta, si multi possederint. Hæc ille. E contrario est de hominibus, qui nolunt habere fratres et coheredes, vt ibi prosequitur bene. Et quoniam præmisit de potestate, qua fiũt homines filij Dei subdit quo ordine, et quo modo fiat, quia non ex complexu coniugij, sicut continuat Augustinus, et etiam Glossa. Ideo sequitur: *Qui non ex sanguinibus*, scilicet commixtis seminibus: Coagulatus sum in sanguine, *nec ex voluntate carnis*, id est, feminæ, secundum Augustinum, quæ infirma est, et emollit ad libidinem: *Neque ex voluntate viri*, id est, viri concupiscentia: quasi dicat. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, et sic nasci ex Deo, non sicut nascuntur homines ex sanguinibus modo dicto: Quod natum est ex carne, caro est, quod natum ex spiritu, spiritus est. Et ibi bene de hoc sic dicitur: Non qui filij carnis, hi filij Dei. Sed videtur loqui incongrue, quando *Ex sanguinibus*, in plurali, cum non dicatur secundũ Grammaticos in plurali. Ad quod respondet Augustinus, quòd quia Græce positum est pluraliter, maluit ille, qui interpretabatur, sic ponere, et quasi minus Latine loqui secundum Grammaticos, et tamen explicare veritatem. Si enim diceret in singulari numero, non sic explicaret. Ex sanguinibus enim maris et feminæ nascuntur homines, idest seminibus commixtis, vt dictum est, et subdit: Non timemus ferulas Grãmaticorum, dum tamen ad veritatem solidam, et certiorem perueniamus. Sed quæritur quare fecit mentionem de carnali generatione. Ad quod respondet Chrysostomus. Quòd ideo rememoratus est illius, vt humilitatem, ideſt, vtilitatem primi partus, scilicet carnalis, et mirabilitatem, et altitudinem secundi, qui est per gratiam, cognoscentes, magnam suscipiamus de Deo intelligẽtiam. Hęc ille. Et sequitur quarta particula, in qua dignatiuæ incarnationis filij Dei manifestatio est. *Et verbum caro factum est*. Et continuat Augustinus sic: Ne miremur, et exhorreremus tantam gratiam, quia homines ex Deo nati, quasi securum te faciens ait: *Et verbum caro factum est*, quasi dicat: Quid miraris, quia homines ex Deo nascuntur? attende ipsum Deum natum ex hominibus. Eodem modo continuat Chrysostomus. Ineffabilis honoris ponit causam, quòd est verbum fieri carnem, et dominatorem formam susciperе serui: Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, formam serui accipiens, *et cetera*. Sed quæritur de intellectu huius, cum dicitur: *Verbum caro factum est*, aut est sensus: factum est caro, ideſt, mutatum in carnem, aut quòd verbum fit ipsa caro, aut quòd caro mutetur in verbum, et vterque sensus est falsus. Et ad istud respondet Chrysostomus bene. Quod ait. *Verbum caro factum est*, non transmutationem substantiæ, nec transmutatam substantiam in carnem, sed carnis assumptionem repræsentare volens, ait. *Verbum caro factum est*. Et hoc vt obstrueret ora hæreticorum, qui dicebant, quoniam phantasia quædam et fictio fuerunt omnia, quæ erant dispensationis, ideſt, incarnationis. Et ibi bene de hoc. Idem Augustinus: Neque sic factus est homo, vt perderet quòd erat Deus. Idem: Factus est, quod non erat, non amittens quod erat: accessit homo Deo, vt esset homo, qui erat Deus, et ibi bene de hoc. Sed quæritur cum filius Dei assumpsit totam humanitatem, scilicet animam et carnem, quare ait: *Verbum caro factum est*. Et ad istud respondendum, quòd licet assumpserit totam humanitatem, tamen

ait

Aug. tract. 2. in Ioan. post mediũ. to. 9.
Mundus dicitur tripliciter.
Id. tract. 2. in Canon. Io. post mediũ. eod. to.
Ioan. 3. b
Aug. tract. 2. in Ioan. post mediũ. to. 9.
Aggai 2. b
Chryſ. homil. 8. in Io. ante med. to. 3.
Deut. 26. d
Mat. 15. c
Mat. 21. d
Chryſoſt. homil. 9. in Io. ante med. to. 3.
Ioan. 3. b
Tertia particula.
Aug. tract. 2. in Ioan. post mediũ. to. 9.
Chryſ. hom. 9. in Ioan. ante med. to. 3.
Virtuositas fidei.
Chryſ. ibid. paul. poſt.
Exemplum de rege terreno.
Exemplum ignis.
Aug. de vera innocentia poſt medium.
Aug. de 83. quæſtionib.
Aug. tract. 2. in Ioan. poſt mediũ. to. 9.
Sap. 7. a
Aug. ibid.
Ioan. 3. a
Rom. 9. b
Aug. tract. 2. in Ioan. poſt mediũ. to. 9.
Ibidem poſt pauca.
Chryſ. hom. 9. in Ioan. poſt mediũ. to. 3.
Quarta particula.
Aug. tract. 2. in Ioan. poſt mediũ. to. 9.
Philip. 2. a
Quæstio de intellectu.
Chryſ. ibid. poſt pauca.
Aug. tract. 8. in Ioan. ante med. to. 9.
Ibid. tract. 21. ante medium.

Aug. tract. 2. vers. fin. ait: *Verbum caro factum est*. secundum Augustinum, collyrium fecit, vnde oculi nostri tergerentur. Et sequitur: Terra sauciatus eras, et terra nunc mittitur, vt saneris: caro te excæcauerat, caro te sanat: *Verbum caro factum est*, et inde medicus fecit collyrium, vt vitia carnis extingueret, ob ergo medicamenti correspondentem congruitatem. Ideo sic ait, vel ad eliminationem hæresis Manichæorum negantium eum assumpsisse veram carnem, vel ad elusionem hæresis Valentinianorum ponentium ipsum secum detulisse corpus cœleste, nec assumpsisse veram carnem ex Virgine: de hoc Chrysostomus, quòd ideo dictum est: *Verbum caro factum est*, vt non phantasiam existimes. Vel ideo ait: *Verbum caro factum est*. ad ostensionem humilitatis summæ in sua incarnatione. Verbo enim nil sublimius, nihil potentius, nihil æque durabile, quia æternum. Caro autem infima, impotens, mortalis, et sic de alijs. Ad ostendendum ergo excessiuam humilitatem filij Dei in sua incarnatione ait: *Verbum caro factum est*. Ideo in Psalmo in persona sui: Ego vermis et non homo, supra quod Augustinus: Verbũ in principio factum est vermis et lac, vt sugeret, qui mãducare nõ posset. Quæritur, quare magis ait: *Verbum caro factum est*, quàm vita vel lux, ex quo de vtrisque præmisit. Respondendũ, vt ostenderetur, quòd sicut verbo creata sunt omnia, ita et verbo facta est recreatio saluandorum et regeneratio, et nõ solum sic: *Verbum caro factum est, et habitauit in nobis*, postquã natus est: in quo notatur et sua humilitas, et sua bonitas, cum enim hominibus conuersatus est. Vel: *Habitauit in nobis*, factus homo inter nos. Vnde Chrysostomus: semper hoc habitat tabernaculum. Carnem enim nostram circuminduit, non vt rursus eam relicturus, sed vt semper eam habiturus. Vnde: Ponam tabernaculum meum in medio vestri. Et: Habitabo in medio filiorum Israel. Et sequitur de euidentia maiestatis filij Dei incarnati. Ibi: *Et vidimus gloriam eius*. et continuat Augustinus sic: quoniam sic venit vt de carne tua vitia carnis extingueret, et de morte mortem occideret. Tamen: *Vidimus gloriam eius*. Et quasi consimiliter continuat Chrysostomus dicens, quòd per consocium corpus eius, id est consimile corpus visus est nobis: *Et habitauit in nobis*. vt et loqui et conuersari possemus cum eo. Et ex hoc: *Vidimus gloriam eius*. quæ aliter non posset videri, eo quòd habitat lucem inaccessibilem. Si enim filij Israel non potuerunt intendere in faciem Moysi propter gloriã vultus eius, multo minus possent homines vidisse gloriam filij Dei, nisi fuisset obumbrata nube carnis: Vnde: Solem nube tegam, quod exponit Augustinus de filio Dei incarnato. Fuit enim visa gloria sua operibus miraculosis, et documentis gratiosis, vt sæpe patet de Euangelijs: Manifestauit gloriam suam. Et: Hæc infirmitas non est ad mortem, sed pro gloria Dei, *et cetera*. Item fuit visa gloria eius in splendore transfigurationis. De qua gloria: Accipiens a Deo Patre honorem et gloriam. Item fuit visa gloria sua in trophæo resurrectionis, et in potestate ascensionis: Nonne oportebat Christum pati, et sic intrare in gloriam? et quoniam sua gloria fuit excellentior, quàm Prophetarum, quorum gloria apparuit hominibus, vt Moysi et Eliæ, vt ait Chrysostomus: Ideo ait: *Gloriam quasi vnigeniti*. Sed tunc obijcitur, quòd male ait: *quasi*, quia videtur dicere similitudinem non veritatem. Et ad hoc respondet Chrysostomus: *quasi*. inquit hic non est similitudinis, neque comparationis, sed certificationis et indubitabilis determinationis; ac si diceret: *Vidimus gloriam eius*, qualem decebat et conueniens est habere vnigenitum, et naturalem filium Dei Regis omnium. Hæc ille. Simile ait Gregorius, post principium, vbi hoc exponit: *Quasi*. inquit hic non pro similitudine, sed pro veritate ponitur, et bene: *Vidimus gloriam vnigeniti*. quia vidimus ipsum vnigenitum: *Plenum gratia*, ad sanctificandum: *Plenum veritatis*, ad illuminandum: *Plenum gratiæ*, quia vita: *Plenum veritatis*, quia lux hominum: *Plenum gratiæ*, ad auferendam omnem culpam: *Plenum veritatis*, ad tollendam ignorantiam. Infra eodem: De plenitudine eius accepimus omnes. Et eodem: Gratia et veritas per Iesum Christum, et ibi de hoc. Quod ergo ait: *Vidimus gloriam vnigeniti*, intelligendum quãtum ad diuinitatem: quòd vero subditur: *Plenum gratia*, quantum ad humanitatem: vnde dicitur: In me omnis gratia vitæ et veritatis, quia plenus gratia, tulit peccata: quia plenus veritatis, soluit legis promissa: *Ioannes testimonium perhibuit*. Habita descriptione incarnationis dignatiuę filij Dei, in parte ista multiplicis testimonij ipsius Ioannis subiunctio, et discipulorum vocatio, et secundum hoc, hæc pars in duas partes. Primo testimonij multiplicis perhibitio. Secundo huius occasione discipulorum vocatio, ibi conuersus autem Iesus, et cetera. Prima in tres. Primo testimonij Ioannis in generali præmissio. Secundo testimonij ipsius Euangelistæ adiunctio, ibi: *De plenitudine eius*. Tertio testimonij Ioannis in speciali subiunctio, ibi: *Et hoc est testimonium Ioannis*. et hoc est, quod ait: *Ioannes testimonium perhibet*. et cetera, de ipso scilicet Christo, et non solum occulte, vel in obscuro, immo clamat, scilicet aperte et publice, ipse enim erat vox verbi: *Ego vox clamantis*. et idẽ ait Isaias, et sic implebat illud: Clama ne cesses. Et in hoc notatur Ioannis affectuositas, et constantiæ stabilitas: clamat inquam dicens, *hic erat*, et in hoc testimonij certitudo et veritas: demonstrat enim Christum esse præsentem secundum Glossam, *qui post me venturus est*, scilicet ad prædicandum, operandum, et mundum saluandum, *ante me factus est*. ideſt mihi præpositus et prælatus, et hoc, quia *prior me erat*, scilicet ęternitate ait Glossa, sic enim prior omnibus: Antequam Abraam fieret, ego sum. Sed quæritur cum non sit magna laus filij Dei quòd esset prior puro homine, et ei prælatus, videtur hoc non esse magnum testimonium. Item quasi consimiliter opponit Augustinus: Cum esset ante luciferum genitus, non fuit ei magnum esse ante Ioannem. Item videtur Ioannes se extollere in hoc quòd perhibet testimonia filio Dei. Ad istud respondet Chrysostomus. dicens, quòd Iudæi multam et admirabilem opinionem huius viri ideſt Ioannis habebant. Ideo non erat parum apud Iudæos, apud quos ille erat mirabilis et insignis, filium Dei esse maiorem Ioanne, et ei præpositum. Hæc ille. Sed quare non perhibuit testimonium de miraculosis operibus filij Dei venturi? Et ad hoc respondet, quòd non confestim Iudęos ad alta duxit, sed paulatim a terra euolare voluit. et ponit exemplum. Matres aues non confestim prima die volare docent pullos. Ideo ait: *Qui post me venturus est*, quasi dicat, non quia prius prædicaui, existimetis me maiorem, multo minor sum, vt nec in ordine serui sum dignus annumerari. Hęc ille. Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere: et patet hic artificiositas beati Ioannis in docendo: quia non plus alta præposuit, et eius humilitas se abijciendo, et fidelitas filium Dei magnificando. Et sequitur testimonium euangelistæ secundum Glossam: *De plenitudine eius*. et cetera. vnde in Glossa exposito testimonio Præcursoris, redit euangelista ad testimonium suæ assertionis. Vnde Chrysostomus: soluens quæstionem, vnde Christus prior Ioanne, et clarior, subdit aliam causam: *De plenitudine*. et cetera: et est verbum non Præcursoris, sed discipuli scilicet Ioannis. Ait ibidem: Ita enim dictum est supra: *Plenum gratia et veritatis*. Et nos, qui sumus cum eo omni tempore, et mensa communicauimus, testamur, quia de plenitudine eius accepimus, ait euangelista in persona discipulorum, vt ait Chrysostomus. In ipso omnis plenitudo diuinitatis corporaliter

Hæresis Manichæorum et Valentinianorum.

Chrys. hom. 20. in Ioã. circa med. to. 3.

Excessiua humilitas filij Dei.

Psal. 21. b

Aug. tract. 2. in Ioan. post mediũ. to. 9.

Quæstio, cur magis verbum caro factum, quàm lux, et cetera.

Bar. 3. d

Chrys. hom. 20. in Ioã. post mediũ. to. 3.

Leu. 26. b

Exod. 29. g

Aug. tract. 2. in Ioan. prope finẽ. to. 9.

2. Tim. 6. d

Exod. 34. g

Exod. 32. b

Aug. hom. 23. in Ioan num.

Ioan. 2. b

Ioan. 11. a

Mat. 17. a

2. Pet. 1. d

Luc. 24. d

Chrys. hom. 21. in Ioã. ante med. to. 3.

Ibid. paulo post.

Greg. Mor. lib. 22. cap. 4.

Ioan. 1. e

Isa. 40. a

Isa. 58. a

Ioãnis affectuositas.

Ioan. 8. g

Aug. tract. 3. in Ioan. ante med. to. 9.

Exemplum auium.

Mat. 3. e

Artificiositas beati Ioannis in docendo.

Chrys. hom. 21. in Ioã. fer. in prin. to. 3.

Chrys. ibid. post multa. Col. 2. b

Chrys. vbi supra. prope princ. raliter inhabitat, et de ipsa plenitudine bene Chrysostomus, vbi ait, quòd erat non participabile bonum, ideſt, per participationem, ſed fons et radix eſt omnium ſanctorum, non in ſe ipſo continens bonorum diuitias, ſed ad alios ſupereffundens, manens plenus in nullo minoratus ex participatione. Et ponit exempla de fonte, et de igne, de quo igne ſi infinitæ lucernę accendantur in eadem plenitudine manet, et ibi bene de hoc: *Accepimus*, inquam gratiam pro gratia, quod exponens Chryſoſtomus ait, ideſt pro veteri teſtamento nouũ, quia erat fides, et fides gloria, et gloria adoptio, et adoptio ſanctificatio, et ſanctificatio baptiſmus, et baptiſmus ſacrificium, et ſacrificium circumciſio, et circumciſio gratia, et gratia⌣. Sed illa erant vt typi, hæc vero vt veritas. Et ibi bene de hoc. Illa enim erant puerorum doctrina, hæc autem virorum: illa ſeruorum, iſta liberorum. Hæc ille. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timorem, ſed ſpiritum libertatis filiorum Dei. Et de his in Gloſſa: et ſubditur ad maiorem explanationem: *Lex per Moyſen*, ſicut per ſeruum, gratia vero ad ſanctificandum, *et veritas* ad illuminandum *per Ieſum Chriſtum*, qui impleuit legem. Et ideo dicitur. Miſit Deus filiũ ſuũ, *et cetera*. Et ſequitur vt eos, qui ſub lege erant, redimeret. Sed quęritur ad quid iſtud hic ſuperaddit, ex quo præmiſſum eſt ipſum filium Dei eſſe plenũ gratiæ et veritatis? Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quia dixerat Ioannes prior me erat, non ſolum ad Ioannem facit comparationem, ſed ad eum, qui erat Ioanne ſanctior apud Iudæos, ſcilicet Moyſen, et de hoc Auguſtinus hic multa; inquirens, quis dedit legem⌣. Quis dedit legem⌣? Et reſpondet ille dedit legem, qui dedit gratiam, ſed legem per ſeruum miſit, cum gratia vero ipſe deſcendit. Sed tũc quæritur quare prius legem dedit, quàm gratiam, cum eſſet ſignum maioris bonitatis, dare maius donum⌣. Et ad hoc reſpondet Auguſtinus, quòd lex iubet, ſed homines conãtes implere legem viribus ſuis, temeraria ſua præſumptione ceciderunt, et facti ſunt ſub lege, et non poterant implere viribus ſuis, et tunc implorauerunt auxilium liberatoris, quia reatus legis fecerat ægritudinem ſuperbis: ægritudo vero ſuperborum facta eſt confeſſio humilium, et ſic dum confiterentur ægroti, venit medicus et ſanauit ſcilicet Ieſus Chriſtus, et accepimus gratiam pro gratia, id eſt expoſitum, et ibi bene de hoc, et multum de lege, et gratia et veritate⌣. Sed quæritur de hoc, quòd ait: *De plenitudine eius accepimus omnes*, qualiter hoc? quia omnis gratia a Deo ipſo immediate: Gratiam et gloriã dabit Dominus, ait propheta. Item omnia ſunt tradita filio a patre: Omnia tradita ſunt mihi a patre meo: ſi ergo gratia in Chriſto a patre, tunc gratia transfunditur a ſubiecto in ſubiectum, quod videtur in nobis eſſe inconueniens, quia gratia in nobis eſt accidens. Iterũ quæritur ſecundum quam naturã dicitur, quòd *de eius plenitudine accepimus omnes*, et ipſum *eſſe plenum gratia*, non ſecundum Dei naturam: quia non ſic dicitur proprie eſſe gratia, ſed natura eſt in eo, quidquid habet: non ſecundum humanam, quia ſic non effundit gratiam, quæ eſt a ſolo Deo. Ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum. Vbi ait Auguſtinus exponens illud Pſalmi. Accepiſti dona in hominibus. Vtrumque, inquit, verũ eſt, et quia dedit hominibus, et quia accepit in hominibus: dedit hominibus tamquam caput membris, accepit in hominibus id ipſe vtique in membris ſuis. Ipſe ergo Chriſtus et dedit de cælo, et accepit in terra. Hæc ille. Vnde dicunt Magiſtri et bene, quòd Chriſtus fuit plenus gratia triplici, ſcilicet gratia perſonæ ſingularis, gratia capitis, et gratia vnionis, qua non potuit maior excogitari. Et quia fuit caput Eccleſiæ, in eius membra de plenitudine eius infudit, in quantum Deus, effectiue: in quantum caput Eccleſiæ, meritorie; et per hoc

Exempla de fonte et de igne.

Chrys. vbi ſupra.

Rom. 8. c

Mat. 5. c
Galat. 4. a

Chryſ. hom. 13. in Ioã. poſt mediũ. to. 3.

Auguſt. hic hom. 3.

Quare prius legẽ dedit, quàm gratiam.

Mat. 11. d

Aug. li. 15. de Trinit. c. 19. ante med. to. 3.
Pſal. 67. c

Triplici gratia Chriſtus fuit plenus.

ad aliud, quòd quædam dicuntur de Chriſto ſecundum diuinam naturam, quædam ſecundum humanam, quædam vero ſecundum ipſam humanam naturam vnitam diuinæ: ſicut dicitur hic, quòd: *De plenitudine eius, accepimus omnes*, ſicut membra a capite⌣. Quæritur de hoc, quod ait *gratiam pro gratia*, ſicut quærit Auguſtinus in Homilia: Quid eſt *gratiã pro gratiam* et quaſi opponit, ſi enim fides eſt gratia et vita æterna, quaſi merces fidei, videtur Deus vitam æternam tãquam debitam reddere, ſicut ait Apoſtolus: De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Deus iuſtus iudex. Sed ſi merces eſt reddita, non eſt gratia donata: ergo debuiſſet dicere debitum accepimus pro gratia. Ad hoc reſpondet, quòd quia fides eſt gratia, et gratis data, quòd donum indigni accepimus, et ideo gratia vocatur. Ideo et vita æterna dicitur gratia, quia non de tuo promeruiſti, vt tibi aliquid deberetur, et ſequitur: Coronat Deus in nobis dona miſericordiæ ſuæ, ſi in ea gratia, quam accepimus, perſeueranter ambulemus. Hæc ille. Ex his patet, quòd reſpiciendo et conſiderando primam gratiam eſſe gratis datam, gloria poteſt dici gratia: conſiderando tamen cooperationem liberi arbitrij cum gratia data, poteſt dici merces reddita. Idem Auguſtinus bene de libero arbitrio et gratia, de lege iubente data per Moyſen non liberante vel ſanãte, et de veritate per Chriſtum ſoluente et gratia ſanante et liberante Auguſtinus bene, quod fuit figuratum in baculo Eliſæi non reſuſcitante puerum, et in Eliſæo ſuperueniente, ex cuius præſentia fuit puer reſuſcitatus. Et quia dictum eſt, quòd *per Chriſtum gratia et veritas*, ſubditur quæ ſit ſumma iſtius gratiæ, ſcilicet cognitio filij Dei incarnati, ſicut continuat Gloſſa: *Deum nemo vidit vmquam*, ſicut continuat Chryſoſtomus, ſimiliter ait: ergo ita dictum eſt *gratia et veritas per Ieſum Chriſtũ*, non tamen tanta, vt videremus Deũ in ſua maieſtate: Habitat enim lucem inacceſſibilem. Ideo ait: *nemo*, ideſt nullus homo viuens in carne, in carne mortali *vidit Deũ*. vnde dicitur: Nõ videbit me homo et viuet ſed *vnigenitus, qui eſt in ſinu patris*, ideſt in ſecreto patris, qui ipſum nouit *enarrauit*, ideſt extra narrauit per manifeſtationem ſuæ incarnationis, prout ait Gloſſa, vt enim ait Auguſtinus: *Verbum caro factum eſt*, vt demonſtraret carnalibus et non valentibus mente intueri veritatem, quam excelſum locum habeat natura humana ſuper creaturas infra⌣: Nomen tuum manifeſtaui mundo, ſed qualiter ait: *In ſinu*, videtur dari occaſionem ſuſpicandi, Deum eſſe corporeum et dimenſum⌣. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd quando dicit: *In ſinu*, non æſtimemus aliud, quàm familiaritatem vnigeniti et cõæternitatem. Idem Auguſtinus: *In ſinu*, ideſt in ſecreto. Eſt enim triplex ſinus, vel æternum Dei ſecretum vt hic, vel ſecreta requies animarum, de quo dicitur: In ſinu Abraæ, *et cetera*, vel fouẽs paterna pietas: Cõgregabit agnos in ſinu. Sed de hoc objicit Chryſoſtomus dicens, quòd Prophetæ viderunt Dominum: Vidi Dominum: ſimiliter alij Prophetæ vt Michęas: Vidi Dominum ſedentem: et ad iſtud reſpondet, quòd illa viſio fuit condeſcenſionis, non ipſius ſubſtantiæ Dei; ſi enim ipſum vidiſſent, numquam differenter conſideraſſent, ſimplex enim eſt et infigurabilis et in circumſcriptibilis. Hæc ille. et ibi bene de hoc. Eodem modo opponit hic Auguſtinus, ſicut de Moyſe, de quo dicitur Exodi: Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut homo ad amicum, et: Palam et non per ænigmata vidit Deum. Et ad hoc reſpondet, quòd Angelus portans typum Dei loquebatur cum Moyſe, quod patet per hoc, quod ait Moyſes ibi: *Si inueni* gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam; quod non peteret ſi videret Dominum in ſua maieſtatiua eſſentia: et ibi bene Auguſtinus de hoc. Item de hoc opponit Gregorius, in fine ſuper illud Iob: Abſcondita eſt ab oculis homi-

Aug. tract. 3. in Ioan. ante med. tom. 9.
2. Tim. 4. b

Aug. homil. dicta.
4. Reg. 4. a

Chryſ. hom. 15.
1. Tim. 6. d
Exo. 33. d

Aug. de vera religione cap. 16. to. 1
Ioan. 17. a

Chryſ. hom. dicta.
Aug. tract. 3. in Ioan. poſt mediũ. to. 3.
Luc. 16. f
Iſai. 40. c
Chryſ. hom. 24. in Ioã. ante med. tom. 3.
Iſa. 6. a
3. Reg. 22. c
Aug. tract. 3. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9.
Exo. 33. b
Num. 12. c
Exod. 33. c
Greg. li. 18. Mor. c. 27. ante med.
Iob 28. c

num

Digitized by Google

Gen. 33. g num viuētium, et inducit auctoritates Geneſis: Vidi
Iob 42. a Dominum facie ad faciem, et Iob nunc oculus meus
vidit te. Similiter inducit auctoritates prædictas de
Prophetis. Ad contrarium inducit, quod hic dicitur:
Deum nemo vidit vnquam, et ad hoc reſpondet ibi: Et
eſt ſumma reſponſionis, quòd quamdiu mortaliter
hic viuitur, videri per quaſdam imagines Deus po-
teſt, ſed per ipſam naturæ ſuæ ſpeciem non poteſt.
Quadruplex viſio. Vnde nota, quòd eſt quadruplex viſio Dei. Vna ima-
Prima viſio. ginaria per ſimilitudines et figuras, ſiue per typum,
vt viderunt Prophetæ, de qua dictum eſt. Alia eſt vi-
ſio ænigmatica per fidem, de qua: Videmus nūc per
1. Cor. 13. d ſpeculum, et: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deū
Matth. 5. a videbunt. Item eſt viſio Dei per eleuatam contēplatio-
Secunda viſio. nē, vnde Gregorius vbi ſupra: In carne viuētibus,
Tertia viſio. ſed tamen inæſtimabili virtute creſcētibus quodam
contemplationis acumine: non abhorret ab eo, quod
ait Iob: Abſcondita eſt ab oculis viuentium, quia
quiſquis ſapientiam Dei ſic videt, huic vitæ funditus
Exod. 33. c moritur: Non videbit me homo et viuet. Quarta eſt
Quarta viſio. viſio diuina in ſua Maieſtate facie ad faciem: Cum
1. Ioan. 3. a apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus
Iob 33. d eum, ſicut eſt: qua viſione videbitur in gloria, quæ
Grego. Moral. lib. 18. c. 27. ante med. erit merces beatorū. Iob: Videbis faciē eius in iubi-
lo, et de his viſionibus Gregorius, bene et multum.
Et ſequitur illa pars, in qua de teſtimonio Ioannis in
ſpeciali: *Et hoc eſt teſtimonium Ioannis*, et illa in tres.
Primo perhibitio teſtimonij de Chriſti diuinitate,
vt hic. Secūdo de baptizādi poteſtate, ibi: *Altera die*.
Tertio, teſtimonium de vitæ ſanctitate. Ibi ſimiliter:
Altera die. In prima tria: Primo eorū, coram quibus
teſtificatus eſt, ſpecificatio. Secundo eorundem ten-
tantium inquiſitio multiplex, et Ioannis reſponſio,
ibi: *Tu quis es?* Tertio loci, in quo hæc ſunt facta, ſpeci
ficatio. Ibi: *Hæc in Bethania*, ait ergo: *Hoc eſt teſtimoniū
Ioannis quando miſerunt*, et cetera. *Hoc*, inquam te-
ſtimonium, quod eſt idem cum præterito teſtimo-
nio ſecundum quoſdam, vnde hic determinat tem-
pus, quo datum eſt teſtimonium, vel poteſt referri ad
ſequens, ut patet in Gloſſa. Et in hoc patet malig-
Malignitas Iudæorum. nitas Iudęorum, qui miſerunt ſacerdotes ad ipſum ten
tandum. Vnde Chryſoſtomus: O liuor et inuidia,
Chryſ. hom. 15. in Ioā. fer. in prin. tom. 3. nam primo lædit et corrumpit inuidentes: qui enim
uadunt ad Ioannem, baptizati erant, et poſt baptiſ-
Mat. 3. b mum mittunt interrogantes. Ideo recte notat eos ge
Ioannis patientia. nimina uiperarum. Item patet Ioannis patientia,
unde Chryſoſtomus: Ioannes non incuſauit neque
exprobrauit, ſed cum manſuetudine reſpondet. Et
hoc ut omnibus fiat manifeſta ſcilicet ſua manſuetu-
do, et ſpecificat, qui miſerunt *quoniam Iudæi*, et vnde?
quoniam *ab Hieroſolymis*, et quos? quoniam *Sacer-
dotes*, ſcilicet in lege ſapientes, et legis zelatores, et
Chryſ. hom. 15. in Ioan. ante med. tom. 3. Dei cultores, vnde Chryſoſtomus: Miſerunt hono-
rabiliores ſacerdotum, quia illos, qui Hieroſolymis
Mat. 22. b ſtabant, et ibidem: non vt contemptibiles mittunt ſci
licet ad Ioannem, ſicut ad Chriſtum ſcilicet miſe-
runt, uolentes eum detinere, ideſt capere cum He-
rodianis. Et non miſerunt ſimpliciter, ſed ad interro
gandum: et ibi ſubditur multiplex interrogatio ip-
ſorum, necnon multiplex reſponſio Ioannis, ut pa-
tet in littera. Et eſt prima interrogatio de perſonæ
quidditate. Nam Ioannes a quibuſdam credebatur
eſſe Chriſtus ob eminentiam ſingularis potentiæ: ab
alijs credebatur eſſe Elias, ob auſteritatem uitæ: ab
alijs credebatur eſſe unus de Prophetis reſuſcitatis
propter gratiam prophetiæ, ait Gloſſa. Ideo: *Inter-
rogabant eum quis eſt* ſcilicet in perſona, putantes ipſum
Luc. 3. c eſſe Chriſtum in lege promiſſum. Cogitantibus de
Ioanne ne forte Chriſtus eſſet. Et ſubditur reſponſio:
Et confeſſus eſt, ſcilicet ueritatem, *et non negauit eam*,
et ſpecificat magis, *et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chri
ſtus*, de his Gregorius: *Non negauit*, quod erat: *Et con-
Greg. in Euang. ho. 7. fer. in prin.* feſſus eſt*, quòd non erat ſcilicet Chriſtus: non enim
negauit, quòd erat Præcurſor et *Vox clamantis*, ut pa-

A tet in littera, et in Gloſſa. Vnde Auguſtinus: Tanta *Aug. tract. 4. in Ioan. ante med. tom. 9.*
excellentia erat in Ioanne, quòd poſſet credi Chri-
ſtus: et in hoc probata eſt eius humilitas, quia dicit
ſe non eſſe Chriſtum, cum poſſet credi. Sed quæri-
tur, ex quo ſciebant ipſum eſſe filium ſummi ſacerdo
tis: Diuulgabantur omnia uerba hæc ſcilicet de nati- *Luc. 1. f*
uitate Ioannis; ergo non oportuit quærere quis eſ-
ſet. Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd ideo *Chryſ. hom. 15. in Ioā. ante med. tom. 3.*
interrogant opinantes per blanditias extrahere eum
ad confitendum ſe eſſe Chriſtum, et indignum eſſe
exiſtimabant eum ſubijci Chriſto, quia multa de-
monſtrabant ibi Ioannem eſſe clarum. Et primum
B genus inſigne, Principis ſacerdotum erat filius, dein-
de diæta, et dura educatio, humanorum omniū de-
ſpectio, et ueſtimentum, quòd ſcilicet pilis camelo-
rum, et ſic de alijs. In Chriſto autem contrarium erat
ſecundum ipſos, quia genus uile. vnde dicebant:
Nonne hic eſt filius fabri? Patria exprobabilis, quia *Mat. 13. g*
Nazareth: diēta communis, et veſtimenta nihil plus
multis habentia. Conuiuia publicanorum adibat.
Et ſic de alijs. Ideo infra eodem: *Nunquid a Nazareth
poteſt aliquid boni eſſe?* Ideo anxiati, et volentes Ioan-
nem habere magiſtrum, per blanditias opinantes eū
attrahere ad confitendum, interrogant non vt igno-
C rantes. Hæc ille. Sed quæritur, quare non reſpon-
det directe, quòd erat ſcilicet: *Vox clamantis*. Et re-
ſpondet Chryſoſtomus vbi ſupra. Quòd iudicans eo *Chryſ. hom. 15. in Ioā. ante mediū tom. 3.*
rum malitiam et amentiam ſic reſpondit: hoc enim
eſt famuli deuoti non ſolum non rapere dominicam
gloriam, ſed expellere datam a multis, ſicut facit
Ioannes hic: quod enim illi ſuſpicabantur, ſcilicet
ipſum eſſe Chriſtum, hoc ipſe deſtruxit. Et ſequitur
ſecunda interrogatio, ibi: *Et interrogauerunt*, ſcilicet
an eſſet Elias: *Quid ergo?* ſcilicet es. *Elias es tu?* ob
enim vitæ auſteritatem, et modi viuendi ſimilitudi-
nem credebatur eſſe Elias. Elias enim habebat *4. Reg. 1. b*
D zonam pelliceam circa lumbos. Et ob promiſ-
ſionem de aduentu Eliæ: Ecce ego vobis mit- *Malac. 4. b*
tam Eliam. Propter hæc, inquam, opinabantur,
quòd erat Elias. Et ſubditur reſponſio Ioannis: *Mat. 11. b*
Non ſum, ſcilicet Elias. Sed qualiter hoc, quòd ait *Mat. 17. b*
Saluator loquens de Ioanne: Ipſe eſt Elias, et Elias *Aug. tract. 4. in Ioan. ante mediū tom. 3.*
iam venit. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus bene:
Duo, inquit, erant aduentus iudicis et duo præco-
nes, et quòd fuit Ioannes ad primum aduentum, *Luc. 1. b*
hoc Elias ad ſecundum: In ſpiritu et virtute Eliæ.
Ioannes ergo loquitur proprie, Chriſtus figuratiue.
Et ibi bene de hoc. Idem Gregorius: Ioannes in ſpi- *Greg. ho. 7. in Euang. ante med.*
E ritu Elias erat, in perſona non erat, et ibi ſimiliter
bene de hoc. Et ſequitur tertia interrogatio: *Prophe-
ta es tu?* ſcilicet reſuſcitatus, vt Eliſæus, vel alius ſe-
cundum Gloſſam, et Magiſtrum in hiſtorijs. Et ſub-
ditur reſponſio, ſcilicet: *Non ſum*. Sed qualiter hoc, *Luc. 1. g*
quia: Tu puer Propheta. Item ait Gloſſa, quòd ob *Chryſ. hom. 15. in Ioā. ante mediū tom. 3.*
gratiam prophetiæ credebatur eſſe Propheta, ergo
vt prius. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quod
Ioannes reſpondet, reſpiciens ad mentem interro- *Deut. 18. c*
gantium: opinabantur enim quidam, eum eſſe præ- *Chryſ. ibid. paulo poſt.*
cipuum Prophetam venturum, de quo: Prophetam
de gente tua ſuſcitabit Dominus, et hunc negauit ſe
F eſſe. Vnde Chryſoſtomus addit articulum: *Propheta*, *Greg. in Euang. ho. 7. ante med.*
ad denotandam excellentiam. Vel aliter ſecundum
Gregorium, quòd Prophetam ſe negauit, quia non *Mat. 11. b*
ſolum poterat redemptorem prædicare, ſcilicet fu- *Grego. in euang. ho. 6 poſt mediū.*
turum, ſed etiam demonſtare. Et ideo dicitur: Pluſ-
quam Propheta. Prout ait Gregorius. Prophetæ, Propheta di
inquit, miniſterium eſt ventura prædicere, non de- citur multi-
monſtrare. Ioannes ergo pluſquam Propheta eſt, pliciter.
quia eum, quem præcurrendo prophetauerat, oſten- *Aug. contra Fauſtū. lib. 16. c. 18. tom. 6.*
dendo monſtrabat. Hæc ille. Vnde nota, quòd Pro-
pheta dicitur multipliciter, vel a prędicendo futura,
vt dictum eſt. Vnde Auguſtinus: Propheta eſt ho-
mo, vltra humanas coniecturas futura prænunciās.
Vel dicitur Propheta a prodendo occulta. Vnde

Digitized by Google

Gregor. in Ezech.li.1. ho.1. nõ longe a princ. Gregorius: Propheta dicitur, non quia prædicit futura, ſed quia prodit occulta. Item dicitur Propheta a cognoſcendo incognita. Vnde Auguſtinus: Vbi loquitur de prophetantibus in noua lege, ſicut de beata Matre Domini, et de parentibus beati Ioānis, qui, inquit, Ioannes iuuenis: Iuuenem Chriſtum nõ quidem futurum prædixit, ſed tamen incognitum prophetica cognitione monſtrauit. Hæc ille. Vnde et in ventre exultauit adueniente beata Matre Domini. Et ſic facto prophetico Chriſtum oſtendit. Qualiter autem prophetia de tribus temporibus, præterito, præſenti, et futuro Gregorius bene: et patet ex dictis humilitas beati Ioannis inæſtimabilis, et veritas inenarrabilis: de qua humilitate proſequitur Gregorius, et Auguſtinus: Nihil humilius iſto præcone; nullum tantum meritum Ioannes habuit, quàm de iſta humilitate, qui cum poſſet fallere homines, et putari Chriſtus (tantæ enim gratiæ tantæq. excellentiæ fuit) confeſſus eſt tamen aperte et dixit: *Non ſum ego Chriſtus*. Hæc ille. Et quia ſic ſe humiliauit, merito Chriſtus eum laudando exaltauit. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Tria enim, quæ homines ambiunt, quæ contempſit beatus Ioannes, et abdicauit a ſe, ſcilicet ſublimitatem excellentiæ, quando negauit ſe eſſe Chriſtum: æſtimationem ſanctimoniæ, quando negauit ſe eſſe Eliam: opinionem incognitæ ſcientiæ, quando negauit ſe eſſe prophetam. Vnde et ſignanter interrogationi opinantium ſe eſſe Chriſtum reſpondit plena oratione: *Non ſum ego Chriſtus*. Interrogationi opinantium eſſe Eliam, ſemiplena reſpondit oratione: *Non ſum*. Interrogationi opinantium ſe eſſe Prophetam, reſpondit ſimplici negatione. *Non*, et hoc merito; nullo enim modo voluit æſtimari Chriſtus. Ideo plenarie reſpondit. Sed qui in ſpiritu erat Elias, et erat Propheta dicto modo. Ideo ſemiplene reſpondit, et in hac humilitate eſt imitandus, ne prædicta tria ambiantur iniuſte, et immoderate, ne dicatur ei illud. Quid niteris oſtendere viam tuam bonam? et; Arrogantiam et ſuperbiam, et altitudinem cordis tui ego ſcio, et iactantiam. Et ſequitur quarta interrogatio: *Dixerunt ergo ei*, ſcilicet interrogando: *Quis es?* et cetera. Vnde Chryſoſtomus: Vides eos vehementius innitentes et accelerantes, et non deſiſtentes: *Quid dicis de te?* nam de Chriſto audiuimus te prædicare. Ex his videtur, quòd erant cõmendandi, quia volebant ſcire certitudinem de Ioanne reſpondendo, vt dictum eſt, quòd ſic interrogabãt non deſiderantes veritatem, ſed volentes per blanditias attrahere Ioannem ad confitendum ſe eſſe Chriſtum. Et ſubditur reſponſio Ioannis: *Ego vox*, et cetera. Vt ait Chryſoſtomus: Magnum quid loquutus eſt de Chriſto, de ſe autem dicit: *Ego vox*, et cetera. Et in hoc patet eius humilitas, prout ait Gloſſa: Non dixit, quòd erat Ioannes, vel filius Zacharię, *et cetera*, nec dixit aliquid humanum de ſe, ſed tantum, quòd erat vox verbi. Vox inquam non cuiuſlibet, ſed: *Vox clamantis*, Verbi ſcilicet incarnati, vt in Gloſſa exponitur bene. Et hoc: *In deſerto*, ſcilicet Iudææ, vt ait Gregorius, quia derelictæ ac deſtitutæ Iudææ ſolatium Redemptoris annunciat. Vox enim eſt ſignum ducens in alterum, et quia Ioannes prædicabat, et hoc ducebat in cognitionem verbi incarnati, ideo dicitur: *Vox*, et hoc confirmans ſubdit, ſicut dicit Iſaias. Et de his in collatione prædicabili, et ad expreſſionẽ malitiæ interrogantium ſubdit: *Et qui miſſi fuerant*, ad interrogandum ſcilicet: *Erant ex Phariſeis*, id eſt, principibus Iudæorum, qui doctrinam non quærunt, ſed inuident ait Gloſſa. Et de his phariſæis, qui dicebantur diuiſi, et de tribus ſectis, ſcilicet phariſæorum, et aliorum. Magiſter in hiſtorijs ſufficienter. Et ſequitur interrogatio prædictorum de poteſtate baptizandi ibi: *Et interrogauerunt*. Vbi primo prę mittitur interrogatio, et demum Ioannis reſponſio, cum ſua confirmatione. Ibi: *Reſpondit*, et cetera. Ait ergo: *Et interrogauerunt*, ſcilicet inquirendo, et dixerunt, ſuperaddendo cauſam: *Quid ergo baptizas* id eſt, qua poteſtate: *Si tu non es Chriſtus*, in lege promiſſus, et ſic præeminens dignitate: *Neque Elias*, præeminens ſanctitate: *Neque Propheta*, ſcilicet Eliſæus baptiſmi præfiguratione, quia (vt ait in hiſtorijs Magiſter) in his ſcilicet Elia, et Eliſæo præceſſerat figura baptiſmi, qui ſiccis pedibus tranſierunt Iordanem. Vnde Auguſtinus, quaſi diceret, audaciæ videbatur eſſe, baptizare, ſi non eſſet Chriſtus. Et vt ait Chryſoſtomus, vbi ſupra: quia enim blanditijs non valuerunt ſupplantare, ſcilicet Ioannem, accuſatione circumuenire eum tentant, et in hoc patet eorum amentia et malitia, ſiue doloſitas. Et ſequitur Ioannis reſponſio. Reſpondit, et cetera: *Ego baptizo in aqua*, quaſi dicat paruum et vile, et aqua quaſi nihil plus habens eſt baptiſma, quo ego baptizo: quod ait, oſtendens ſuperexcellentiam baptiſmatis Chriſti, vt ait Chryſoſtomus, et idem Auguſtinus, quantum ſe abiecit, ideo multum eleuatus eſt: *Ego baptizo in aqua*, et *medius autem veſtrum*, ideſt, qui præſens apparet vobis corpore ait Gloſſa: *Stetit*, ſcilicet, quia humilis: *Quem vos neſcitis*, ſcilicet cuius dignitatis ſit. Vnde Auguſtinus. Humilis erat, non videbatur, ideo accenſa eſt lucerna ſcilicet Ioannes. Neque me ſcitis, neque patrem meum: *Qui poſt me venturus eſt*, ideſt, mundo apparituras, *ante me factus eſt*, ideſt, mihi prælatus ait Gregorius: vbi bene de hoc, *cuius non ſum dignus*, et cetera, quaſi dicat, ait Chryſoſtomus, non ſimpliciter ante me generatus eſt, ſed ita vt ego, neque in vltimis miniſtrorum huius numerari dignus ſum: calceamenti enim ſoluere corrigeam, vltimi miniſterij eſt res. Et idem Auguſtinus ait nihil inquam intendit Ioannes cum de calceamentis Domini diceret, niſi excellentiam eius, et humilitatem ſuam ſcilicet demonſtrare. Quæritur de hoc, quòd ait: *Ego baptizo in aqua*, cuius fuit vtilitatis baptiſmus Ioannis? videtur, quòd nullius, quia vt ait Chryſoſtomus ſupra, erat paruum et vile, et quaſi plus nihil habens, aqua, et ſic videtur eſſe nullius vtilitatis. Ad contrarium, quæritur, quòd lex et prophetæ vſque ad Ioannem: ſi ergo ſacramentũ circumciſionis, quod in lege ſeruabatur, cõferebat gratiam, multo magis baptiſmus Ioannis. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Gregorium, quòd Ioannes non ſpiritu, ſed aqua dicitur baptizare, quia peccata ſoluere non valens, corpora per aquam lauat, et ſeruans ordinem ſuæ præcurſionis, dominum baptizando præuenit, Vnde erat in præparatione ad baptiſmum Chriſti non in remedium. Et de hoc bene Hugo, vbi ait: quod in baptiſmo Ioannis per intinctionem aquæ ſolum ſacramentum dabatur: in baptiſmo Chriſti, res cum ſacramento percipitur. Et ibi bene de hoc. Similiter de hoc baptiſmo, quarto ſenten. Item quęritur de hoc, quòd ait: *Medius veſtrum ſtetit*, videtur, quòd cũ Chriſtus eſſet caput, quòd debuiſſet dixiſſe illum eſſe ſupra eos, non in medio, ſicut et ait, quòd ante ipſum erat, quia ſibi prælatus, vt eſt expoſitum ſecundum Gregorium. Ad iſtud reſpondendum litteraliter, quòd ideo ait ibi eum medium, quia præſens eis apparebat ſecundum Gregorium: ipſum in medio hominum ſtetiſſe aſſerit Ioannes dicens: *Et neſciri*, quia per carnem Dominus apparens, et viſibilis exſtitit corpore, et inuiſibilis maieſtate. Qualiter autem Chriſtus eſt medius, ideſt, mediator recõcilians inter Deum, et genus humanum, Auguſtinus bene, vbi ait: Proinde inquit mediatorem inter nos et Deum, et mortalitatem habere oportuit tranſeuntem, et beatitudinem permanentem, vt per id, quod tranſit, congrueret morituris, et ad id, quod permanet, transferret ex mortuis, et ibi bene de hoc. Qualiter autem fuit in medio monſtratus, infra patebit, vbi

Luc. 1. d
Gregor. in Ezech.li.1. hom.1. for. in prin.
Humilitas beati Ioannis Baptiſtę.
Gregor. in Euang. ho. 7. in prin.
Aug. tract. 4. in Ioan. ante mediũ tom. 3.
Mat. 11. b
Hiere. 2. g
Hiere. 48. e
Chryſ. hom. 15. in Ioan. ante med. to. 3.
Gregor. in Euãg. ho. 7. ante med.
Iſa. 40. a
4. Reg. 2. b
Aug. tract. 4. in Ioan. ante med. tom. 3.
Chryſ. hom. 15. in Ioan. circa med. tom. 3.
Matth. 3. c
Aug. tract. 4. in Ioan. circa med. tom. 9.
Ioan. 8. e
Gregor. in Euãg. ho. 7. circa med.
Aug. Concor. euang. lib. 2. c. 12. ver. ſi. to. 4.
Vtilitas baptiſmi.
Mat. 11. b
Gregor. in Euãg. ho. 7. ante med.
Hugo de ſacram. lib. 2. par. 6. c. 6.
Quarto ſenten. diſt. 2.
Gregor. in Euãg. ho. 7. ante med.
Chriſtus eſt mediator et qualiter.
Aug. de Ciuit. Dei lib. 9. c. 15. ante med. to. 5.
Ioan. 20. e. f

Digitized by Google

1.Tim.2. b vbi dicitur. Stetit in medio discipulorum, vnus enim est mediator Dei et hominum. Item quæritur de hoc, quòd ait: *Non sum dignus vt soluam corrigiam calceamenti*, et cetera, ergo ex hoc implicat Christum portasse calceamenta, cuius contrarium ait: Hieronymus vt videtur, discipuli sine calceamẽtorum onere, et vinculis pellium ad prædicationem noui Euangelij destinantur, et ibidem, milites vestimentis Iesu sorte diuisis, caligas non habebant, quas tollerent: non enim poterat Dominus habere, quod prohibuerat in seruis. Hæc ille. Sed portare calceamenta prohibuit discipulis: ergo ipse non habuit. Item Chrysostomus. Non concessit discipulis calceamenta, et quòd discipuli non habebant calceamenta: et discipuli discalceati circuierunt. Et ita vt prius. Item perfectius exemplum debet esse in magistro quàm in discipulis: si ergo misit discipulos sine calceamentis, nec ipse portauit. Item amplior perfectio non requiritur in discipulo, quàm in magistro: Sufficit enim discipulo si sit sicut magister. Si ergo Christus incesserat cum calceamentis, non debuisset dixisse discipulis, quòd irent sine illis. Ad contrarium obijcitur: dixit angelus Petro: Calcea te caligas tuas: ibi Glossa, exemplum datur Apostolis non ambulandi sine calceamentis, angelo iubente et Apostolo complente. Hæc Glossa. Ergo non licuit Apostolis ire sine calceamentis. Et ad istud respondendum, quòd vt patet ex prædictis auctoritatibus Sanctorum Christus calceatus nõ incessit, nec Apostolos calceatos ire permisit. Vnde Ambrosius: Iesus sine calceamento, et pecunia discipulos suos misit, ne secum terrena portarent. Item dicitur discipulos ire calceatos sandalijs nec, alibi in Euangelio legitur, vel in Actibus Apostolorum, eos portare aliud genus calceamenti. Item Ecclesia non decipitur, in qua depinguntur imagines Saluatoris, et discipulorum cum sandalijs, et sic etiam dꝑpinguntur in ecclesijs antiquissimis. Et ita certum est eos sic incessisse, et in huius figuram dictum est Moysi: Solue calceamenta de pedibus tuis, Iosue, vt ait Hieronymus epistola supradicta. Et ad illud, quod obijcitur in contrarium respondendum secundum Bedam super illud: pro caligis, inquit, vel caligulis, vt quidam Codices habent, græcus habet sandalijs. Hoc enim genus calceamenti in Euangelio Apostolis legitur fuisse concessum. Hæc ille. Ad illud Glossæ superioris respondendum, quòd datur exemplum non ambulandi sine calceamentis, ideſt, sine sandalijs, hoc est dictum non portandi aliud calceamenti quàm illa: nam illa erant eis concessa, alia prohibita vt dictum est. Item ait Papias caligæ vel caligulæ, ideſt, sandalia a callo pedum, vel quasi a colligando, quia ligantur dicta. De calceamento, de quo loquitur hic Gregorius in Homelia dicẽs, quòd in lege, quando quis nollet accipere aliquam in vxorem, quæ competeret ei ratione propinquitatis, illa soluebat calceamentum eius, et quia Christus est vere sponsus: Qui habet sponsam, sponsus est, quod nomen Ioannes noluit sibi vsurpare. Vnde per calceamentum hic significatur assumpta humanitas, cuius corrigiam, ideſt, ministerium ait Ioannes se non esse dignum soluere: et de hoc in Homelia bene. Vnde nota, quòd calceamentum in bono monstratum dicitur, vel assumpta humanitas, vt dictum est. De quo in Psalmo: In Idumæam extẽdam calceamentum meũ, per quàm Idumæam gentilitas significatur. Ad nos enim venit calceata diuinitas, ait Gregorius. Item dicitur calceamentum, munimentum prædicationis, vel firmitas. Ferrum et æs calceamentum eius super quod Gregorius: Calceamentum Dei munimen prædicationis, calceati pedes in præparatione Euangelij pacis. Item calceamentum dicitur exemplorum perfectibilitas, vnde dicitur: Calceamẽta habebitis in pedibus vestris. Super quod Gregorius. Calceamenta, quæ sunt de pellibus mortuorum animalium, mu-

Quæstio de calceamentis.

Hieron. ep. 22. ad Eustochium ante med. tom. 1.

Luc. 10. a

Chrys. hom. 50. in Mat. post mediũ. tom. 2.

Chrys. hom. 89.

Ibid. homil. 101. circa med.

Math. 10. c

Act. 12. b

Ambros. de fuga sæculi. cap. 5. ante med. tom. 1.

Mar. 6. b

Exod. 3. a

Iosue 5. d

Hieron. ep. 22. ad Eustoch. ante med. to. 1.

Beda in orig.

Papias.

Gregor. in Euãg. ho. 7. circa med.

Deut. 25. b

Ioan. 3. d

Assumpta humanitas significatur per calceamentum.

Psal. 59. b

Gregor. in Euãg. ho. 7. post mediũ.

Deut. 33. d

Greg. Mor. li. 34. cap. 8. post mediũ.

Exod. 12. b

Greg. exposit. in Cant. cap. 7. prope princ.

niunt pedes, et significant vestigia sanctorum patrum, qui præcesserunt, quibus pedes nostri sunt muniendi, his calceati debent prædicatores Dei incedere. Item est calceamentum in malo scilicet operum mortuorum carnalitas, siue cupiditas terrena, prout ait Gregorius, quòd per calceamenta, opera mortua significantur, et ista soluenda sunt de pedibus. In figura: Solue calceamenta de pedibus tuis. Et in figura discalceationis ab his calceamentis leguntur sancti incessisse discalceati. Vnde de Dauide: Dauid ascendebat cliuum aperto capite, et nudis pedibus. Et: Calceamenta tua tolle de pedibus. Et sequitur: vadens nudus et discalceatus. Vnde angeli depinguntur discalceati: ubi commentator scilicet Episcopus: quod hoc in angelis signat dimissum, et facile solubile, et irretentibile, et purgatiuum ab ea, quæ exteriorum oppositione, et ad simplicitatem diuinam, vt possibile assimulatiuum. Hæc ille. Sicut ergo angeli, sic electi Dei incedant discalceati, absque his vltimis calceamentis, et incedant calceati prioribus. Et sequitur vltimum scilicet loci specificatio: *Hæc in Bethania facta sunt.* et cetera: Duæ enim sunt Bethaniæ, prout Glossa distinguit sufficienter secundum Chrysostomum: vere exemplaria quędam certius habent Bethara, quia Bethania non est vltra Iordanem scilicet prope Hierosolymam, vbi Lazarus suscitatus fuit: Ait tamen Glossa, quòd duæ sunt, vna trans Iordanẽ: alia citra. Sed quæritur quare euangelista istud apposuit, cum non videatur aliquam afferre vtilitatem. Et ad illud respondit Chrysostomus dicens, quòd a locis demonstrationem tribuit confidens, quando nihil a se adiectum est, nisi quæ sunt veritatis. Et ibi bene de hoc. Et sequitur secunda particula principalis huius parti, in qua testimonium de Christo quantum ad potestatem baptizandi: *Altera die.* Et illa in duas partes: quoniam hæc potestas habet efficaciam ab ipsa redemptione. Ideo primo commẽdatio fidei a potestate redimẽdi et iustificandi genus humanum: secundo a potestate baptizandi, ibi: *Hic est de quo*, ait ergo istud Euangelium legitur in Ecclesia, in octauis Epiphaniæ: *Altera die*, vt enim ait Chrysostomus: Euangelistæ partiti sunt tempora: Matthæus enim ea, quæ antequam Christus baptizaretur facta sunt abscidens, ideſt, dimittens ad alia festinat: hic autem Euangelista in illis maxime immoratur: *Altera ergo die vidit*, et cetera, et in hoc sedulitas Ioannis in testificando: *Vidit Iesum venientem.* Quærit Chrysostomus, cuius gratia veniebat Iesus, et respondet: quoniam Ioannes eum baptizauit. Et in hoc patet humilitas Christi: Sic decet nos implere omnem iustitiam, *Vidit*, inquam: *vententem*, non solum gressibus corporis, sed gressibus interioris contemplationis, quia dignatus est cognosci a Ioanne, vt ait Glossa. Et sequitur testimonij perhibitio: *Ecce agnus Dei.* Quæritur de ratione huius testimonij, quare scilicet permisit tale testimonium, et quare hic sub tali figura vel typo. Et ad hoc respondet Chrysostomus bene: quoniam filius Dei purus erat a peccatis, ita vt aliorum peccata absoluere posset, ideo manifestum, quando non vt confiteatur peccata accessit vt baptizaretur, sicut alij accedebant ad Ioannem: ideo tollens suspicionem ait: *Ecce agnus Dei*, signanter ait: *Ecce*, demonstrans præsentem, quia multi inquirebant et a longo tempore. Ideo præsentem ostendit: ait Chrysostomus. Item quæritur quare demonstratum sub typi agni, et respondet Chrysostomus: quòd rememorat Iudæos, et vmbræ legalis, vbi de agno Paschali: et rememorat eos de Prophetia: Emitte agnum Domine, *et cetera*, et hoc vt abducat eos a typo ad veritatem. Et de hoc Glossa: Agnus, ideſt, innocens, immolandus, præfiguratus in agno Paschali. Ideo sequitur: *Qui tollit peccata mundi*, sed qualiter hoc? Agnus est figura Iesu Christi inquantum homo, sed inquantum Deus, delet peccatum et iustifi-

Id. in Euãge. hom. 22. post mediũ.

Ibid. paulo post.

Exod. 3. a

2. Reg. 15. f

Isa. 20. a

Dionys. de cæleſt. Hierar. cap. 15. ante med.

Loci specificatio.

Chrys. hom. 16. in Ioan. nõ multum a prin. to. 3.

Ioan. 11. e

Chrys. ibid.

Chrys. ibid. paulo post.

Chrys. ibid. post pauca.

Humilitas Christi.

Matth. 3. d

Chrys. ibid. ante med.

Exo. 12. a

Isa. 16. a

Digitized by Google

cat non ergo inquantum Agnus. Et ad iſtud reſpondendum. Quòd filius Dei, eſt verus Deus, et verus homo idem in perſona, inquantum Deus tollit peccata effectiue, inquantum homo meritorie: ſic enim meruit nobis gratiam, qua iuſtificamur et purgamur: Ipſe enim factus eſt nobis et ſanctificatio, et
1.Cor.1. d redemptio. Quæritur de modo loquendi, qualiter ait: *Tollit peccata*, videtur improprie loqui, quod enim tollitur, de loco ad locum transfertur proprie. Et ad hoc reſpondet Gloſſa, quòd, *Tollit peccata*, ſcilicet vt non ſint, qualiter autem tollit peccata in collatione prædicabili, et de hoc Magiſter in hiſtorijs. Sequitur ſecunda pars, in qua commendatio ſiue teſtimonij perhibitio de poteſtate baptizandi, ibi: *Hic eſt*, et ibi tria. Primo teſtimonij perhibitio. Secundo eiuſdem amplior certificatio, ibi: *Et teſtimonium*. Tertio teſtimonij certificati concluſio, ſiue amplificatio, ibi: et *Ego vidi*. Et hoc eſt, quod ait: *Hic eſt*, ſcilicet præſens viſibilis: vnde determinat quis erat medius, de quo ſupra dixit: *De quo dixi poſt me venit*, quia poſterior natus, *Qui ante me factus eſt*, ideſt mihi prælatus, ait Auguſtinus, et hoc: *Quia prior erat*, ſcilicet diuinitate, quia in principio verbum ait idem Auguſtinus. Et ſignanter ait: venit vir, non ſolum dictus a virtute, ſed in quo plenitudo virtutum, vnde: Apprehendent ſeptem mulieres vnum virum, ideſt vniuerſæ Eccleſiæ Chriſtū ſponſum: Deſpondi vos vni viro. Et hoc fuit vir, ab inſtanti conceptionis: Femina circundabit virum. Et Zach. Ecce vir oriens nomē eius. Et ſequitur: *Et ego neſciebam eum*, quia dixit: *Prior me erat*, ſcilicet diuinitate, ideo inſinuans eminentiam ait: *Et ego neſciebam eum*, et ex hoc videtur, quòd temerarie perhibuit teſtimonium de eo, et quòd non, fuit teſtis verus. Vnde Chryſoſtomus, qualiter teſtis fide dignus tunc eras, et qualiter alios docebas ignorans? quaſi dicat, quòd tunc non erat teſtis fide dignus. Item nouit Chriſtum, antequam eſſet natus, quia exultauit in vtero ex aduentu beatæ Matris filij Dei. Item ait Ioannes: Ego debeo a te baptizari: ergo vt prius. Item conſimiliter opponit Auguſtinus, dicens: Qualiter ait: *Neſciebam*, qui ait de Chriſto, quòd erat prior eo ſcilicet diuinitate, et quòd erat poſt eum factus ſecundum humanitatem? Videtur ergo ex his, quòd dictum ſciebat. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Chryſoſtomum, vbi ſupra, quòd ex hoc, quòd ait: *Neſciebam*, inſuſpicabile teſtimonium operatur, monſtrans id non humanæ eſſe amicitiæ, ſed a reuelatione diuina factum. Hæc ille. Non ergo negat ſe ſciuiſſe, ſed implicat ex reuelatione ſe cognouiſſe. Aliter reſpondet Auguſtinus, diſtinguens poteſtatem baptizandi, quòd Ioannes Dominum nouerat, ſed non nouerat poteſtatem baptizandi, ſiue dominici baptiſmi in nullum hominem tranſmiſiſſe, ſed miniſterium ſolum tranſiturum: ſibi enim tenuit baptizandi poteſtatem, miniſterium dedit ſeruis. Et de hac poteſtate Auguſtinus multum. De illa poteſtate, vel aliter Hyeronimus, oſtendit hic Ioannem non ſcire per baptiſmum Chriſti, mundum eſſe redemptum, ſciebat tamen ipſum eſſe filium Dei. Et de hoc in Gloſſa. Ideo ait: *Neſciebam eum*, niſi ex reuelatione, vt dictum eſt: *Sed vt manifeſtaretur*, ſcilicet, quis: *Veni baptizans*, neque aliam cauſam habebat eius baptiſmus, ait Chryſoſtomus. Sed tunc quæritur, an ſine eius baptiſmate potuiſſet eſſe prædicatio de Chriſto. Reſpondet quòd ſic, ſed facilius illo modo. Et ſequitur ſecunda particula, ſcilicet certificatio amplior ipſius teſtimonij. Ibi: *Et teſtimonium*, quia aliquis poſſet quærere a Ioanne, qualiter cognouiſti? ait, quòd per ſpiritus ſancti deſcenſum, ſicut continuat Chryſoſtomus: vnde ſequitur: *Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam*. Sed quæritur qualiter hoc, quia ſpiritus ſanctus cum ſit Deus, non deſcendit, neque aſcendit, ergo male ait ſpiritum deſcendentem. Si reſpondeatur ſpiritum deſcendere dici, quantum ad effectum, vel collatum donum. Contra hoc obijcitur, quòd in Chriſto erat plenitudo donorum ab initio: ergo nullum effectum de nouo potuit dicere in Chriſto. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd Deus dicitur eſſe in rebus quadrupliciter, vel ratione vnionis vel aſſumptionis, et ſic dicitur eſſe in Chriſto homine, in quo habitauit plenitudo diuinitatis, vt dictum eſt ſupra. Vel dicitur eſſe in rebus per modum gratificationis, et ſic dicitur habitare in iuſtis. Vel dicitur eſſe in rebus per modum conſeruationis, ſuſtentationis, ac gubernationis, et ſic dicitur eſſe in omnibus rebus eſſentialiter præſentialiter, et potentialiter ſecundum Auguſtinum. Quarto modo dicitur eſſe in rebus per modum oſtenſionis, ſicut dicitur eſſe in illis creaturis, in quibus apparuit ſicut in columba, et in alijs, in quibus apparuit. Et quia ad hoc fuit columba inſtituta vel creata, prout ait Auguſtinus, quòd non fuit difficile Deo verum corpus columbæ figurari. Et vt in Gloſſa dicitur, ideo et in illa dicitur ſpiritus deſcendere non ratione alicuius noui effectus in Chriſto. Sed quæritur, qualiter ait: *Quaſi columbam*, ex hoc videtur, quòd non fuit vera columba, cuius contrarium in Gloſſa, quæ ait, quòd fuit vera columba: quod eſt concedendum, quæ etiam expleto miniſterio eſſe ceſſauit: et ideo ait: *Quaſi*, quia ſimilitudinem habuit cum alijs columbis naturaliter procreatis, cum tamen non eſſet ex illis, ſed a Deo figurata, ſecundū Gloſſam. Sed quæritur adhuc quare Spiritus ſanctus apparuit in colūba, videtur enim quòd debuiſſet apparuiſſe in creatura rationali, ſicut et filius. Item quæritur iuxta beatum Gregorium. Cur ſupra vnigenitum filiū apparuit Spiritus in columbę ſpecie, ſuper diſcipulos in ſpecie ignis. Et ad illud reſpondendum eſt, quod filius venit in mundum, vt mediator et redemptor, et ideo apparuit in natura humana, quam aſſumpſit, verus homo exiſtens: ſed Spiritus ſanctus apparuit in columba, ad teſtificationem plenitudinis ſpiritus in Chriſto, et ad oſtenſionem deſcenſus Spiritus ſancti, in ipſis regeneratis per baptiſmum, et ad confirmationem teſtimonij Ioannis, prout ait Chryſoſtomus dicēs: Ideoq. deſcenſio Spiritus ſancti facta eſt, vt Ioannis teſtimonium non contemneretur, et quoniam in ſpiritu baptizat, ſcilicet Chriſtus, et quoniam iudicabit orbem terrarum, vnde et pater vocem emittit, præconans filium, et ſpiritus ſuperuenit vocem trahens ſuper caput Chriſti: Hic eſt filius meus dilectus. Hæc ille. Non ergo figuratur per deſcenſum Spiritus in columba aliquam fuiſſe influentiam ſpiritus, de nouo in ipſo Chriſto, ſed magis in regenerandis ſuo baptiſmo, vt patet ex dictis. Et ibi Chryſoſtomus bene hoc. Ad aliud reſpondet Gregorius ibidem, quòd quia vnigenitus, homo pro hominibus factus, prius voluit manſuete corrigere vt haberet, quos ſaluaret. Ideo in columba ſuper eam apparere debuit Spiritus, qui non veniebat vt peccata per Ieſum percuteret, ſed vt per manſuetudinem toleraret. In igne vero ſuper diſcipulos, quia per zelum rectitudinis debemus caute circumſpicere, et ardore pœnitentiæ cremare, ſcilicet peccata, ideo bene de hoc, vnde ait: ibidem ſpiritus, quos repleuerit ardentes, et loquentes facit, ideo in linguis igneis apparuit. Item vt ait Gregorius. Colūba animal ſimplex, atque a malitia fellis alienum, et quia Spiritus ſanctus facit regenerantes in Chriſto tales, ideo conuenienter in ſpecie columbæ apparuit, et de hoc bene Matth. Et de columbæ proprietatibus, vnde et Saluator hortatur ſuos electos, vt ſint ſimplices ſicut columbæ. Item ſicut et per columbam deferentem ramum oliuæ, ſignatum eſt diluuium ceſſaſſe, ſic per deſcenſum Spiritus in ſpecie columbæ, ſignificatur diluuium peccatorum eſſe ceſſatum. Et hoc eſt, quod ait hic: *Vidi ſpiritum deſcendentem*, et non ſolum hoc, ſed etiam manentem: in Chriſto enim ſemper manſit ſpiritus.

Requie-

Aug. tract. 3. in Ioan. ante mediū tom. 9.
Iſa. 4. a
2.Cor. 11. a
Ier. 31. d
Zach. 6. c
Chryſ. hom. 16. in Ioā. ante mediū tom. 3.
Luc. 2. d
Mat. 3. d
Aug. tract. 5. in Ioan. ante mediū tom. 9.
Chryſ. hom. 16. in Ioā. ante med. to. 3.
Aug. tract. 5. in Ioan. to. 9.
Ibid. 4. Sent. diſt. 5. c. Quia. Hieron. in Gloſſa.
Chryſ. hom. 16. in Ioā. ante med. to. 3.
Ibid. paulo poſt.

Deus dicitur eſſe in rebus quadrupliciter.

Auguſt. ad Dardanum ep. 57. to. 2.
Aug. de ogne Chriſtiano cap. 22. to. 3.
Gregor. in Euang. ho. 30. poſt medium.
Act. 2. a
Chryſ. hom. 16. in Ioā. ante mediū tom. 3.
Mat. 3. d
Mat. 10. b
Ibid. ho. 5. ver. fin.
Mat. 3. d
Gregor. in Euang. ho. 30. poſt medium.
Mat. 3. d

Digitized by Google

Isa. 11. *a* Requieſcet ſuper eũ Spiritus Domini, in ipſo enim et ſpirituum vniuerſitas, et ad omnem actum eorundem poteſtas ſiue virtuoſitas, et eorundem perennitas: Super enim vnum lapidem ſeptem oculi: quia Chriſtus operationes ſeptiformis ſpiritus ſimul in ſe et coniunctas, et manentes habuit, ait Gregorius illud exponens. In homines vero regeneratos deſcendit Spiritus ſanctus, non manet, quando peccant. *Eccli.* 20. *b* Gratiæ futurorum effundentur: *Et ego neſciebam eum*, ſcilicet ex mea ſcientia, licet ſciuerim ex diuina reuelatione, vt habitum eſt ſupra. Ideo ſequitur: *Qui miſit me baptizare*, et cetera, et in hoc Ioannis auctoritas: *Ille mihi dixit*, et in hoc diuinæ inſpirationis veritas, ſpiritus enim in corde loquitur reuelando: Non eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri eſt, qui loquitur in vobis: *Super quem videris ſpiritum*, et in hoc ſigni oſtendentis ſpiritum manifeſtabilitas: *Hic eſt qui baptizat*, et in hoc baptizandi in Chriſto, regenerandi poteſtas, et baptiſmi perfectibilitas, quia: *In Spiritu ſancto*. Vos autem baptizabimini Spiritu ſancto, *et cetera*. De hoc ergo, quòd ait: *Ego neſciebam eum*, quærit adhuc Chryſoſtomus, qualiter ſi neſciuerat eum, teſtatus eſt deſcenſum ſpiritus ſuper eum? Item quærit, ſi tunc primo cognouit eum, qualiter ait ante baptiſmum. Ego debeo a te baptizari? Et reſpondet, quòd tunc nouit eum, patre eum reuelante ſibi, et ſpiritu indicante eum, qui baptizabatur, ſcilicet Chriſtum. Et ex his concludit Chryſoſtomus ſigna, quæ puerilia eſſe aiunt Chriſti, mendacia eſſe et fictiones quorundam. Si enim a prima ætate mirificaſſet, ideſt, miracula feciſſet, nequaquam eum Ioannes ignoraſſet, neque reliqua multitudo indiguiſſet magiſtro eum manifeſtaturo: nunc autem ait Ioannes ſe aduenisse, vt manifeſtaretur filius Dei in Iſrael. Hæc ille. Ex reuelatione ergo eum cognouit, vt dictum eſt. Auguſtinus vero reſpondet vt prius, ſicut ſupra dictum eſt: Quid, inquit, per columbam didicit, niſi quandam proprietatem in Chriſto talem futuram, vt quamuis multi poſt miniſtri baptizaturi eſſent, ſiue iuſti, ſiue iniuſti, non tribueretur ſanctitas baptiſmi, niſi illi, ſuper quem columba deſcendit? Quicumque enim baptizat, ſiue Petrus, ſiue Iudas, ſcilicet miniſtraliter, hic eſt, qui baptizat, ſcilicet Chriſtus efficienter. Hæc ille. et ibi bene. Quare per columbam Spiritus ſanctus deſcendit, ſcilicet quia vnitatem ſignificat: Vna enim columba mea, et ibidem: Columba ſimplex innocens ſine felle, pacata in oſculis, non ſeua in vnguibus; tales debent eſſe regenerati per ſpiritum in Chriſto, nõ rapaces vt corui, et ibi multum et bene de hoc. Et ſequitur vltima particula, ſcilicet concluſio, ſiue applicatio teſtimonij certificati et manifeſtati: *Et ego vidi*, ſcilicet intellectualiter ſpiritu reuelante, et etiam corporaliter columba apparente, et ſupra Chriſtum deſcendente: *Et teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei*, vt ſupra. Vt enim ait Auguſtinus: Columbam et ignem oculis viderunt, quicumque viderunt, et de hoc Chryſoſtomus bene. Itaque ſolus Ioannes vidit ſpiritum in ſpecie columbæ. Et ſequitur: *Viderunt quidem omnes præſentes*. Sed tunc quæritur, quare tunc non omnes crediderunt: et reſpondet quòd nõ corporis oculis opus habens ſolum ſcilicet ad videndum, ſed ea viſione, quæ eſt ſecundum mentem. Et quia multi de illis carebant illa viſione, et fide, ideo non crediderunt. Vel aliter vt quidam aiunt: Neque omnes conſideraũerunt, ſcilicet columbam deſcendentem, ſed ſolum Ioannes, et illi, qui diſpoſiti erãt. hæc ille. Et notandum, quòd hic plene et expreſſe teſtatus eſt, quoniam: *Hic eſt filius Dei*, prius enim vocauit eum Agnum, et ait eum ſpiritu baptizare: hic vero ait, ipſum eſſe filium Dei, poſt reuelationem et oſtenſionem ſpiritus in ſpecie columbæ deſcendentis ſuper Chriſtum. Et ſequitur tertia pars principalis de his teſtimonijs, ſcilicet de ſanctitate et puritate.

Grego. Mor. li. 29. c. 16. poſt mediũ.

Mat. 10. *b*

Act. 1. *a*

Chryſ. hom. 16. in Ioã. ante med. to. 3.

Mat. 3. *d*

Chryſ. ibid. poſt aliqua.

Aug. tract. 6. in Ioan. ante med. to. 9.

Quare ſpiritus ſãctus per columbam.

Cant. 6. *c*

Aug. tract. 6. in Ioan. paulo ante med. to. 9.

Cõcluſio ſiue applicatio teſtimonij.

Auguſt. de Trin. lib. 2. c. 6. cir. medium. to. 3.

Chryſ. hom. 16. in Ioan. poſt mediũ. to. 3.

Ibi: *Altera die*, et ibi quattuor. Primo geſtus teſtificãtis, et eorum, coram quibus præmiſſio. Ibi: *Et reſpiciens Ieſum*. Secũdo ipſius, de quo erat teſtimonium, quantum ad ſtatum, ſpecificatio. Ibi: *Et reſpiciens*. Tertio teſtimonij perhibitio: *Ecce agnus*, efficaciæ teſtimonij ſubiunctio. Ibi: *Et audierunt*. Ait ergo: *Altera die*, ſcilicet quæ erat in craſtinum, ait Chryſoſtomus: et in hoc Ioannis ſedulitas ad teſtimonia continuanda de Chriſto: *Stabat Ioannes*, et in hoc eius conſtans ſtabilitas et perfectibilitas. Vnde Gloſſa: Stat immobilis in culmine perfectionis. Vel hoc ait typice, ad ſignandum, quòd tunc ceſſauit lex, prout exponit Gloſſa: *Et duo ex diſcipulis*. Et in hoc Ioannis ordinata uoluntas: voluit enim quòd diſcipuli ſui Chriſtum ſequerentur. Vnum enim ſolum ſtudio habebat adducere eos et conglutinare Chriſto, ait Chryſoſtomus. Et ſequitur ſecundum. Ibi: *Et reſpiciens Ieſum*. In hoc, quod ait: *Reſpiciens*, notatur Ioãnis ad Chriſtum intenta affectuoſitas: illud enim reſpicit homo, ad quod afficitur. In hoc quod ait: *Ieſum deambulantem*, ſignatur Chriſti dignatiua bonitas. Vnde Gloſſa, deambulantem, id eſt, ad nos venientem, ipſe enim ſignificatur per angelum paratum ad ambulandum. Et ſequitur tertium ſcilicet teſtimonij perhibitio: *Ecce Agnus Dei*. Vt enim ait Chryſoſtomus, non voce ſolum, ſed et oculis teſtatur, et admirabatur Chriſtum lætus et exultans. Vnde et ſicut præcipuum oſtendit. Ideo addunt Græci articulũ, *ὁ* Agnus ad oſtendendã eius excellentiam, et ibi multum et bene de hoc. Sed quæritur, ex quo ſupra poſuit iſtud teſtimonium, videtur quòd ſuperflue hic repetat. Item ex quo alta coniunxit huic teſtimonio ſupra, quia illa hic omiſit. Et ad primum reſpondet, quòd natura humana reptans ad perditionem, ideo indiget ſubmemoratione, propter quòd ait Paulus: Eadem ſcribere quidem non pigrum. Ideo non ſuperfluum hic exiſtimes Ioannem eadem repetere. Ad aliud ſimiliter reſpondet, quòd non longum hic facit ſermonem, quoniam vt dictum eſt, vnum ſolum in ſtudio habebat adducere eos, et conglutinare Chriſto. Et quia ſciebat illos, coram quibus teſtabatur, eſſe perſuaſos, non addidit alia, quàm quæ dicta ſunt ſupra. Et ſequitur quartum, ſcilicet fructus vel efficacia teſtimonij. Ibi: *Et audierunt duo*, ſcilicet loquentem Ioannẽ: *Et ſequuti ſunt Ieſum*. Sed quæritur, qualiter ita cito dimiſerunt diſcipuli Ioannem magiſtrum ſuum: qui enim cito credit, leuis eſt corde. Item non videtur, quòd fuerint affectuoſi ad magiſtrum ſuum. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd non contemnentes magiſtrum, ſequuti ſunt, ſed vt ad eum maxime perſuaſi, nec deſtiterunt a magiſtro, ſed voluerunt diſcere, quòd plus fuit Ioanne, ſcilicet Chriſtum, et non ex leuitate ſequuti ſunt Ieſum, nec ex contemptu magiſtri, ſed ſuaſi a magiſtro, et audientes teſtimonium magiſtri, et inſpirati a filio Dei. Alij autem diſcipuli Ioannis, zelotypia erant diſpoſiti, hi autem erant meliores, et ſequuti ſunt, ait autem Chryſoſtomus. Et ſequitur illa pars principalis, in qua determinatur de vocatione ſiue inuitatione diſcipulorum et manifeſtatione filij Dei per ipſos vocatis. Ibi: *Conuerſus Ieſus*, et illa in duas. Primo de vocatione diſcipulorum ad Apoſtolatum. Secũdo de vocatione Nathanael, ſcilicet ad diſcipulatum. Ibi: *Inuenit Philippus*, prima in tres. Primo de vocatione duorum diſcipulorum Præcurſoris, de quibus præmiſſum eſt. Secũdo de vocatione Simonis Petri. ibi: *Erat autem Andreas*, tertio de vocatione Philippi. Ibi: *In craſtinum*. In prima quattuor. Primo filij Dei ad vocatos conuerſio, et ab eis inquiſitio. Secundo eorum reſponſio, et interrogatio. Ibi: *Qui dicunt*. Tertio ipſorum inuocatio. Ibi: *Dicit eis*. Quarto temporis ſpecificatio. Ibi: *Erat autem hora*. Ait ergo: *Conuerſus autem*. Vt enim ait Gloſſa, quaſi a tergo viderunt, ſed faciem oſtendit eis, dum de maieſtate deſcendit, vt poſſet

Chryſ. hom. 17. in Ioan. poſt mediũ. to. 3.

Eccli. 19. *a*

Fructus vel efficacia teſtimonij.

Philip. 3. *a*

Chryſ. ibid. ante med.

Tob. 5. *a*

Manifeſtatio filij Dei.

Digitized by Google

posset videri, vnde ait Propheta: Ostende faciem et salui erimus. Deus tu conuersus viuificabis nos: ait Propheta: *Et videns sequentes*, vt ait Augustinus, non sic illum sequebantur, quasi iam vt inhærerent illi, sed videre voluerunt vbi habitaret, adimplentes illud: Si videris sensatum euigila ad illum. Et per hoc patet solutio quæstionis, quia posset quæri, qualiter ait hic, quòd Andreas fuit a Christo vocatus post testimonium Ioannis: quia dicitur, quòd Petrus et Andreas simul fuerunt vocati de naui, quando fuit dictum eis: Faciam vos piscatores hominum. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd modo sequuti sunt, non quasi non recessuri, sed voluerunt videre vbi habitaret: fuerunt vocati, quando illi inhæserunt nec recesserunt, de hoc in Glossa, pro parte. Et sequitur secundum: *Dicit eis quid quæritis?* sed objicitur, ex quo nouit eorum corda, superflue quærit. Respondendum secundum Glossam, quòd non interrogat ignorans, sed vt mercedem haberent, vel secundum Chrysostomum, quòd ideo interrogat construens et mitigans eorum mentem erubescentem, et tribuens eis confidere. Et ex hoc patet, quòd est interrogatio ex ignorantia interrogantis, vt discat: et interrogatio aliquando, vt interrogans doceat ignorantem a littera, et est interrogatio ad tollendam erubescentiam, et ad ostendendam familiaritatem, et tollendam diffidentiam vel erubescentiam vt hic. Vnde Chrysostomus interrogat eos, non vt discat, sed vt per interrogationem magis eos familiares faciat, et ampliorem tradat propagationem. Hæc ille. Et signanter ait: *Quid quæritis?* non quem: ne videatur se ostentare, et vt non exiret: ad quærendum ipsum secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, iam non nouimus. Et sequitur eorum responsio: *Qui dicunt Rabbi*, Græce, quod interpretatum Magister, latine, secundum intellectum, secundum vero Hieronymum: *Rabbi*. Syrum est: *Vbi habitas?* et in hoc patet eorum affectuositas ad discendum, et vera credulitas, et reuerentiæ humilitas. Vnde ait Chrysostomus propter interrogationem amorem manifestauerunt: nondum enim, quid discentes neque audientes magistrum eum vocant, neque dixerunt: Doce nos, sed vbi manes: cum silentio enim et audire et discere volebant: propterea neque distulerunt neque dixerunt: Cras veniemus, *et cetera*. Hæc ille. E contrario est de multis auditoribus indeuotis, et in hoc est mysterium intelligendo spiritualiter, quòd quærebant eum, inquantum Deus æternus, et vita, in qua est habitandum, vnde dicitur: Excelsus et sublimis habitans æternitatem. Inquantum vero erat homo, via erat, infra: Ego sum via. Et sequitur beneuola responsio filij Dei: *Dicit eis: venite et videte*, scilicet credendo et operando, et tunc intelligetis ait Glossa. Et in hoc patet beneuola benignitas filij Dei, vnde Chrysostomus: Non dixit eis signa domus neque locum: sed attrahit eos, plus aliquid ostendens, et quoniam eos acceptauit, etiam signanter ait primo: *Venite*, affectu amando: *Et videte*, intellectu credendo. Veni et vide. Et subditur ipsorum indistans et indilata assequutio: *Venerunt*, et non solum hoc, sed: *Et manserunt*, et in hoc patet eorum deuotio, vnde Chrysostomus multum studium, quod habebat circa auditionem demonstrat in eo, quod neque ab hora scilicet, quæ erat decima, auersi sunt. Sed quæritur: videtur ex dictis quòd Christus habuerit mansionem, et locum habitationis, cuius contrarium dicitur. Vulpes foueas habent: filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput suum. Item hic ait: Venite, *et cetera*, respondet volenti eum sequi, quòd non habuerit, vbi caput inclinaret: Ideo quæritur, quare ita diuersimode respondet. Et ad istud, secundum Chrysostomum, quòd illud scilicet, non habere, vbi caput inclinaret, demonstratiuum est eius, quòd nullum proprium habitaculum habebat, non eius, quòd in domo non manebat: etenim parabola scilicet de vulpibus et volucribus, vult hic scilicet, quòd de proprietate habitaculi, non de loco mansionis loquatur. Et ex hoc trahitur, quòd est, habere habitaculum iure proprietatis, et est solum habere per quietem inhabitationis. Primo modo loquitur ibi Matthæus: secundo modo hic. Ideo negat ibi se habere proprium habitaculum, scilicet iure possessionis: hic innuit se habere ad quietem mansionis. Sed quæritur de hoc, quòd ait: *Manserunt ibi die illo*, quare tam breuiter ibi manserunt, ex quo tanto affectu sequuti sunt, vt audirent filium Dei, et tanta arcana illa nocte audierunt: desiderabiliter enim et copiose voluptati sunt illa nocte, ait Chrysostomus: Ergo videtur mirum se tam breuiter cum eo mansisse, maxime ex quo tarde intrauerunt, quia hora decima. Item Augustinus: Quàm beatam noctem duxerunt, quis nobis dicat, quæ audierunt a Domino? quasi dicat, nullus: ergo vt prius. Et ad istud respondendum secundum Chrysostomum, quòd ita illa nocte fuerunt voluptati, scilicet doctrina Dei, vt confestim alteruter ad aliorum venationem veniret. Hæc ille. Et ex hoc patet, quòd ideo tam breuiter manserunt ob festinationem ad annunciadum alijs arcana, quæ audierunt, et ob aliorum conuersionem, vt patet in sequentibus. Nam indilate Andreas adduxit fratrem ad ipsum Iesum: et patet hic spiritualiter, quòd tria sunt, quæ debent facere electi Dei, scilicet vt veniant credendo, et videant intelligendo: nisi enim credideritis non intelligetis, secundum aliam litteram: et vt maneant diligendo. Amando enim corde habitamus, ait Augustinus: et qui tales sunt, in die habitant cum Christo. Vnde licet isti nocte manserint cum Christo, in die tamen ait hic eos mansisse, quia non est nox, vbi est lumen, ait Glossa: Vos filij lucis estis et filij diei. Et sequitur quartum, scilicet temporis specificatio: *Hora erat quasi decima*: Quæritur ad quid hoc addit? Et respondendum secundum Chrysostomum, quòd hoc addit ad denotandam, et discipulorum sequentium deuotionem, et eorundem a filio Dei acceptionem, et ipsis beneuolam benignitatem. Vnde Chrysostomus: Neque ab hora scilicet *decima*, auersi sunt, scilicet qui sequerentur. Et sequitur: Eos acceptauit Christus, neque dixit: Intemporaneum est in domum nunc introire, cras audietis, sed vt ad amicos loquitur: *Venite*, et cetera. Secundum Augustinum vero numerus iste scilicet denarius legem significat, quæ erat in decem præceptis, et quia Christus venit, vt legem adimpleret, ideo merito ait: *Decima hora est*. Et ibi Augustinus multum et bene de ista lege, et de eius impletione. Spiritualiter autem vt ait Augustinus, ædificemus in corde nostro domum, ad quam veniat Christus, et doceat nos, et colloquatur nobiscū, et fiat decima hora, id est, impletio legis: Si quis sermonem meum audierit, ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Sapiens enim mulier ædificat domum suam. Et sequitur illa pars, in qua de vocatione Petri, et ibi quattuor, quia fuit per fratrem suum vocatus. Ideo primo vocantis descriptio. Secundo, ab illo Petri inuentio, et adductio ad Iesum. Ibi: *Inuenit hic*. Tertio ipsius Petri a Christo acceptatio. Ibi: *Intuitus autem*. Quarto nominum Petri in figura dignitatis recitatio. Ibi: *Tu es Simon*, et cetera. Ait ergo: *Erat Andreas*. Vt ait Chrysostomus: *Andreas*, quæ didicit scilicet in nocte a Iesu, non detinuit apud semetipsum hunc thesaurum, sed festinat ad fratrem suum, et currit cito traditurus ei bona, quæ suscepit. Hæc ille. Et ex hoc patet Andreæ ad doctrinam diuinam communicandam fidelitas, ad Deum honorandum affectuositas, et ad fratrem conuertendum charitas, et ad laborandum in docendo sedula studiositas, vnde Chrysostomus.

Hoc

Aug. tract. 7. in Ioan. ante med. tom. 9.
Eccli. 6. d
Mat. 4. c
Aug. ibid.
Chrys. hom. 17. in Ioan. post medium. to. 3.
Interrogatio multiplex.
Chrys. hom. 17. in Ioan. post medium tom. 3.
2. Cor. 5. c
Affectuositas ad discendum.
Chrys. ibid. paulo post.
Isai. 57. c
Ioan. 14. a
Beneuola benignitas filij Dei.
Chrys. ibid. paulo post.
Apo. 6. a
Chrys. ibid.
Quæstio de habitatione Christi.
Mat. 8. c
Ibidem.
Chrys. hom. 17. in Ioan. post medium tom. 3.
Christus nō habebat vllum propriū habitaculū.
Cur tā breuiter manserint.
Chrys. hom. 17. post medium. to. 3.
Aug. tract. 7. in Ioan. ante med. to. 9.
Tria, quę debent facere electi Dei.
Isa. 7. b
Ex interpretatione 72.
Aug. tract. 2. in Ioan. post medium. to. 9.
Theff. 5. a
Cur additur temporis specificatio.
Chrys. hom. 17. in Ioan. post medium. to. 3.
Ibidem.
Aug. tract. 7. in Ioan. post medium. to. 9.
Denarius numerus.
Mat. 5. b
Aug. ibid. paulo ante.
Ioan. 14. d
Prou. 14. a
Vocatio Petri.
Chrys. hom. 18. in Ioan. non longe a prin. to. 3.
Ibid. paulo post.

Digitized by Google

Hoc fraternæ bonæ voluntatis est, hoc cognati amoris, hoc sinceræ affectionis in spiritualibus studere, manum porrigere sibi inuicem. Hæc ille. Nouit enim Andreas scriptum esse: Deriuentur fontes tui foras. Et scientia abscondita, et thesaurus inuisus quę utilitas utriusque? E contrario de abscondentibus talentum Domini: *Andreas*, inquam: *Frater Simonis Petri*, quod est dictū per anticipationē, quia nondum erat ei nomen impositū, scilicet Petrus. Simon autē erat nomē a parentibus, vt ait Glossa: *Frater*, inquā, et in natura, et in gratia, et futurus in dignitate Apostolica, et hic erat fidelis frater, qui festinauit ad suū fratrem conuertendum: *Et erat vnus ex duobus*, et cetera. Sed quæritur, qualiter per Andream, qui erat iunior, fuit Petrus conuersus. Et ad hoc respondet Glossa, quòd non est ordo fidei in annis, et ne hoc forte attribueret Petro, suæ dignitati futuræ, et vt per infirmiorem vocaret Deus maiorem: Infirma enim mundi elegit Deus. Sed quæritur, quare non exprimitur nomen alterius discipuli, sicut nomen Andreæ. Ad quòd respondendum, quòd quia per Andream fuit Petrus conuersus, ideo nomen eius exprimitur. Et nota de commendatione Andreæ, quando ait: *Erat autem Andreas*. Et posset esse thema de ipso: quattuor enim figurantur ad eius præconium, quorum primum eius vitæ veritas, siue perfectibilitas. Ibi: *Andreas*, qui interpretatur virilis, secundo figuratur eius obedientialis humilitas. Ibi: *Frater Simonis*. Glossa: Obediens loquetur victorias. De vtroque vir obediens loquetur victorias, quod verificatur de ipso, quantum ad vtrumque. Tertio figuratur ad diuina audienda eius sedula studiositas. Ibi: *Ex duobus qui audierunt*. Sibi enim competit illud: Audiens sapiens sapientior erit. Quarto figuratur perfecta Christi imitabilitas. Ibi: *Ex duobus qui sequuti erant*. Sequi enim est imitari, ait Augustinus. Sibi enim competit illud: Non sum turbatus, te pastorem sequens. Et sequitur pars illa, in qua de conuersione Petri: *Inuenit hic*, et cetera. Et in hoc patet Andreæ studiositas ad quærendum fratrem suum. Inuenire enim est, in id, quod quæritur, ire, ait Augustinus. Similiter patet eius vera pietas, prout ait Glossa, vt sicut sanguine, sic germanus sit in fide. Impleuit enim illud: Qui audit, dicat veni. Et dicit ei: *Inuenimus Messiam*, vt ait Augustinus. Messias Hebraice, Christus Græce, Latine est vnctus, ab vnctione dicitur Christus. Chrisma Græce vnctio est, et de hoc in Glossa. Et in hoc verbo: *Inuenimus*, innuit, quod diu eum quæsierunt, ait Glossa. Sed quæritur, quare non dixit Andreas, et annunciauit fratri suo ea, quæ audiuit a Christo. Et respondet Chrysostomus, quòd sicut Euangelistæ multa abscindunt, breuiloquij curam habentes, multo magis Andreas utique hoc fecit, seipsum quidem non putans ad explanationem omnem sufficere, ad ipsum luminis trahens fontem, cum studio et gaudio. Hæc ille. Ob ergo impossibilem explicationem, et ut plenius audiret ab ipso fonte, scilicet Iesu Christo, non dixit ei, quæ audiuit. Sed: *Adduxit eum ad Iesum*. Sed tunc objicitur, ut tactum est supra, quòd: Qui cito credit leuis est corde. Et ad istud respondendum secundum Chrysostomum, quòd hoc non fuit facilitatis, sed mentis obedientis, neque dictum est, quoniam credidit simpliciter, sed quoniam duxit eum ad Iesum, ut ab illo omnia disceret. Et in hoc notatur humilitas Petri: non enim dedignatur maior sequi minorem, prout ait Glossa hic. Et sequitur tertium, scilicet Petri a Christo acceptatio. Ibi: *Intuitus autem*, et cetera. Id enim dicitur filius Dei uidere, uel intueri, quod acceptat: sicut scire Dei, est filium suū approbare, ut ait Gregorius. Vel intueri, dicitur secreta cordis videre, quasi intus tueri, prout exponit Glossa. Vnde hic filius Dei intuitus est Petrum, et fuit conuersus ad fidem. Respexit eum, et fuit conuersus ad pœnitentiam. Et sequitur quartum, dixit: *Tu es Simon*, scilicet nominum recitatio, siue præsignatio. Sed quærit Augustinus. Ad quid ait hoc? non enim fuit magnum, quia dixit, cuius filius erat iste, qui nouit nomina Sanctorum, quos ante mundi constitutionem prædestinauit. Et ad hoc respondet, quòd magnum fuit, quia et nouerat nomen. Et fecit de Simone Petrum. Petra enim dicitur Ecclesia, et sic in Petri nomine figurata est. Petrus autem dicitur a petra, et sic in nomine Petri figurata est Ecclesia, et quis sequuturus, nisi qui supra ædificat, Hæc Augustinus. Et quasi idem Chrysostomus, quæ enim diuinitatis erant, incipit reuelare, a præsenti enim futurum credi facit, qui enim patrem dixit manifestum est, quoniam et futurum præsciebat. Vnde et infra. Mulieri Samaritanæ quæ præterita erant reuelauit, futura autem prædicere solius Dei est. Hæc ille. Vnde ad euidentiam litteræ, quæritur de hoc, quòd ait: *Tu vocaberis Cephas*, an hoc nomen ei fuit tunc impositum? et videtur quòd non: ait enim interlinearis: nondum ponit nomen, sed præsignat. Similiter quæritur de hoc, quod sequitur: *Quod interpretatur Petrus*, an illud nomen fuit ei impositum: et videtur, quòd sic, secundum dictum Augustini, supra. Ad contrarium videtur esse illud, quòd dicitur. Quòd tunc imposuit Simoni nomen Petrus. Item sed uidetur quòd fuit ei nomen impositum, ubi dicitur: Tu es Petrus. Et ad hoc respondetur communiter, quòd hoc nomen, Petrus, fuit ei impositum et confirmatum. Sed huic dicto uidetur esse contrarium, quod ait Augustinus ubi supra: sed ad istud respondetur communiter, quòd hoc nomen Petrus fuit ei impositum. Fuit uulgatum ut hoc nomine publice uocaretur. Fuit celebriter confirmatum et dignitati adoptatum. Item quæritur quare nomen Petri fuit mutatum et sic sollemnizatum. Item ex quo ista nomina erant insinuatiua uirtutum, quare non fuerunt imposita Petro ab initio, sicut Ioanni? supra primo capitulo. Item quare nunc non imitantur nomina communiter in cōuersatione ad Christum, siue in assumptione dignitatum, ut fuit tunc de Petro, et de filijs Zebedæi, qui fuerunt uocati filij tonitrui. Et ad istud respondet Chrysostomus, ubi supra bene, quòd post nuncupationem a progenitoribus, consuetudo fuit antiquis a rebus nomina ponere, sicut fuit de Abraam et Sara, et sic de alijs, et hoc propter commemorationem beneficiorum Dei, et quibus ex prima ætate virtus clarescebat, illinc nomina susceperunt, ut fuit de Ioanne, quibus autem uirtus postea debebat augeri, postea nuncupatio posita fuit: sicut hic fuit factum de Petro; et sic responsio ad duo prima patet. Ad aliud respondet ibidem, quòd nunc unum nomen habemus omnes, quod est maius omnibus, scilicet quòd fuimus nuncupati Christiani, et filij Dei, et amici, quod nomen est sufficiens suscitare, et facere nos animosiores ad uirtutis operationē. Hæc ille. De his autem nominibus et eorum interpretationibus magister in historijs bene. De tempore uero uocationis discipulorum, et de ordine similiter magister in historijs. Et Augustinus ubi ait, loquens de ista uocatione Petri et Andreæ et Philippi, et concludens, quòd intelligendum est, non sic eos Dominum uidisse, ut ei iam inseparabiliter cohærerent, sed tantum cognouisse, quis esset, eumq. miratos ad propria remeasse. Hæc ille. Ceteri autem euangelistæ narrant de uocatione eorum ad sequendum Dominum inseparabiliter. Et quod patet ex nominibus istis, quòd quattuor figurantur in Petro, quorum primum est obedientiæ humilitas, siue promptitudo. Ibi: *Tu es Simon*, quod interpretatur obediens. Secundum est gratiæ numerositas, siue plenitudo. Ibi: *Filius Ioannæ*, quod interpretatur columba. Tertium est officij dignitas, siue celsitudo. Ibi: *Tu vocaberis Cephas*, quòd est idem, quòd caput.

Quartum

Prou. 5. c *Eccli. 20. d* *Mat. 25. b et c.* Anticipatio. Frater et natura, et gratia. Andreas iunior Petro. *1. Cor. 1. d* Andreas. *Prou. 21. d* *Prou. 1. a* *Aug. de bono virginali.* *Ierem. 17. c* Inuenire. *August. de Trin. li. 10. c. 7. post medium. to. 3.* *Apoc. 22. d* *Aug. tract. 7. in Ioan. circa med. to. 9.* Messias. *Chrys. hom. 18. in Ioā. ante med. tom. 3.* *Eccl. 19. a* *Chrys. vbi supra.* Humilitas Petri. Andreas nā minor prout supra. *Gregor. Mor. lib. 11. c. 7.* *Mat. 26. g* *Aug. tract. 7. in Ioan. circa med. to. 9.* *Eph. 1. b* Petra. *Chrys. hom. 18. in Ioan. ante mediū to. 3.* *Ioan. 4. c* Cephas. *Marc. 3. b* *Mat. 16. c* *Ioan. 1. a* *Mar. 3. b* *Chrys. hom. 18. in Ioan. post mediū. tom. 3.* *Gen. 32. f* *Gen. 35. b* *Chrys. ibid.* *Aug. de cōcor. euang. lib. 2. c. 47. tom. 4.* 4. figurantur in Petro.

Digitized by Google

Quartum eſt intelligentiæ limpiditas, ſiue claritudo, quod ſignatur in eo, quod ait: *Petrus*, qui interpretatur agnoſcens. Hæc fuerunt in Petro et debent eſſe in ſuis imitatoribus, vt patet conſideranti. Et ſequitur pars, in qua de vocatione Philippi. Ibi: *In craſtinum*. Et ibi tria ſcilicet eius inuentio, et inuenti vocatio, et vocati quantum ad locum natiuitatis, notificatio, vt patet in littera. Ait ergo: *In craſtinum voluit ire in Galilæam*, ſcilicet a Iudæa, vbi erat Ioannes baptizans, ait Gloſſa, et hoc conuenienter: Galilæa enim dicitur tranſmigratio, vel reuelatio, et ideo vocaturus diſcipulos ad ſequendum, illuc vadit, et de hoc in Gloſſa. Sed qualiter hoc? quia alij euangeliſtæ narrant, quòd poſt teſtimonium Ioannis ductus eſt in deſertum. Et ibidem dicitur, quòd cum Ioannes eſſet traditus, venit in Galilæam. Sed adhuc non erat Ioannes traditus: immo poſtea baptizauit, vt patet infra: ergo non nunc iuit in Galilæam. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum, vbi multum de hoc. Sed in ſumma poteſt dici, vt ab ipſo extrahitur, quòd duplex fuit aduentus Chriſti in Galilæam. Primus poſt teſtimonium Ioannis, antequam mitteretur in carcerem, et de hoc ſilent alij euangeliſtæ. Secundus fuit aduentus poſt miſſionem Ioannis in carcerem, de quo infra: et in primo aduentu fuerunt iſti ſic vocati, et fuit aqua cõuerſa in vinum, infra. Et hæc fuit vocatio diſcipulorum ad fidem. De alia vocatione, quæ fuit ad perfectionem, loquuntur alij euangeliſtæ. Vnde Chryſoſtomus: Poſt baptiſmum nihil eum deſcribunt dixiſſe alij euangeliſtæ, ſed media ſilentes, ſcilicet a baptiſmate vſque poſt captionem Ioannis: quæ autem facta ſunt Chriſti miracula dicunt. Hæc ille. *Et inuenit Philippum*, et proprie ait: *Inuenit*, talia dicuntur inueniri, quæ non eſſent, niſi eſſent quæſita, et inuenta. Item in hoc notatur, quòd Chriſtus eum quærebat, vt per eum ſaluaretur. Vnde ſequitur: *Dicit ei: ſequere me*, non corporis greſſu, ſed fide et affectu. Quærit autem Chryſoſtomus. Quare vocat Dominus Apoſtolos a Galilæa, et quare primo vocatus, non inuitauit iſtum aut vocauit? Similiter quæritur, qualiter iſte tam cito credidit, et factus eſt diſcipulus. Et ad iſtud reſpondet ibidem, quòd de Galilæa exiſtentes, ruſticius et ſilueſtrius et groſſius erant diſpoſiti. Ideo Chriſtus ſuam oſtendit virtutem, a terra nullum ferentem fructum diſcipulos inclytos eligens. Hæc ille. Ad aliud reſpondet ibidem, quòd antequam aliqui cohærerent ei, nullum vocauit, et hoc ſecundum ſapientiam ſuam: quoniam ſi attraxiſſet eos, fortaſſis reſiluiſſent: ſed poſtquam illi a ſeipſis eligentes, firmi permanſerunt, ad aucupationem reliquorum, id eſt, venationem vel conuerſionem venit. Hæc ille. Ad aliud reſpondet, quòd decens erat, Philippum videntem ſcilicet alios diſcipulos et a Ioanne audientem Chriſtum ſequi. Et ſequitur ſpecificatio loci natiuitatis Philippi: *Erat a Bethzaida*. Sed quæritur, quare hoc ſuperadditur. Et reſpondet Chryſoſtomus, quòd hoc ait, vt diſcas quoniam infirma mundi elegit Deus. Illa enim ciuitas erat in Galilæa, in qua erant homines ruſticius diſpoſiti, vt dictum eſt, vnde et de illa multi erant piſcatores: quia erat ſuper ſtagnum Genezareth, quod vocatur mare Galilææ. Spiritualiter autem figuratur perfectio Philippi in tribus. Primo in cęleſtium chariſmatum plenitudine. Ibi: *Philippus*, qui interpretatur, os lampadis, ſibi enim competit illud: In medio Eccleſiæ aperuit os eius. Secundo figuratur perfectio eius in plena Chriſti imitatione, quod implicatur. Ibi: *Sequere me*, cui inuitationi conſenſit, ſibi enim competit illud: Veſtigia eius ſequutus eſt pes meus. Tertio figuratur eius perfectio in operum fructuoſitate, quod notatur ibi: *Erat autem a Bethzaida*, quæ interpretatur domus venationis vel domus frugum, vnde et Nathanaelem conuertit: ipſe enim fuit de illis, de quibus Hieremias: Ecce ego mittã piſcatores et piſcabũtur eos. Et ſequitur pars, in qua de vocatione Nathanaelis ad diſcipulatum ſiue ad fidem Chriſti. Ibi: *Inuenit Philippus*, et illa in duas partes. Primo, de vocatione exteriori per Philippum, ſecundo de vocatione interiori ab ipſo Chriſto. Ibi: *Vidit Ieſus*. In prima tria. Primo Philippi denunciatio de Chriſto. Secundo Nathanaelis interrogatio. Ibi: *Et dixit ei*. Ait ergo: *Inuenit Philippus Nathanaelem*, vt enim ait Auguſtinus. Hic erat eruditus, et legis peritus. Vnde et conuenienter ſequitur, quod ſcripſit Moyſes: Prophetam de gente tua, *et cetera*: et Prophetæ ſcilicet ſcripſerunt: Filius datus eſt nobis. Et ſic de multis alijs: *Inuenimus Ieſum*, ſic nominatum: In Deo Ieſu meo, et: Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri: *Filium Ioſeph*, ſcilicet putatiuum de ſemine tamen Dauid, quia filium Mariæ a Nazareth ciuitate Galileæ: Flos de radice eius aſcendet. Ibi Hebraica veritas habet Nazaræus. De radice eius aſcendet, ſed, ſicut dicit Gloſſa ſuper illud: Nazaræus vocabitur, Nazareth flos interpretatur. Et ſequitur Nathanaelis reſponſio: *Et dicit ei*, quia enim Nathanael erat peritus in lege, et nouerat ſcriptum eſſe: Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam eris minima in terra Iuda: ex te enim exiet Dux, *et cetera*, ideo reſpondet: *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* quod poteſt dupliciter legi ſecundum Gloſſam, vel etiam dubitando interrogat, vel affirmat: et patet ipſius humilitas et curialitas, quamuis enim ſciret eſſe ſcriptum, quòd de Bethleem Dux egredietur, vt dictum eſt, tamen interrogando ait: *Aliquid boni?* et cetera, ideſt aliquis Propheta, ſicut infra: Nunquid a Galilæa venit Chriſtus? vel poteſt remiſſiue ſiue affirmatiue ſecundum Auguſtinum, qui ait: Ambas pronunciationes poteſt ſequi iſta vox ſiue dubitans, ſiue confirmans, et ſiue iſto modo, ſiue illo pronuncies, non repugnant ſequentia: quamuis enim Chriſtus fuerit natus in Bethleem, tamen fuit conuerſatus in Nazareth. Venit Nazareth vbi erat nutritus. Chryſoſtomus tamen homelia dicta legit negatiue magis, non tamen repugnat, quòd ibi natus, ſed ab educatione ſiue a conuerſione diceretur Nazaræus, et ſequitur Philippi reſponſio: *Veni et vide*, tam corporaliter, quàm mentaliter. Et nota, quòd non reſpondet quæſtioni, magis volens ducere eum ad Chriſtum, vnde Chryſoſtomus, quia ſicut Andreas non valens repræſentare diuitias, quas inuenerat apud Chriſtum, duxit fratrem, ideſt Petrum ad ipſum: ſic et iſte ſcilicet Philippus, trahit eum ad Chriſtum, ſciens, ſi verba et doctrinam Chriſti guſtauerit, non deſerturum Chriſtum amplius. Hæc ille. Et in hoc patet ipſorum credulitas, et Chriſti ab eis honorabilitas. Et ſequitur illa pars, in qua de uocatione ipſius Nathanaelis, ibi: *Vidit Ieſus*, et ibi quinque. Primo illius a Chriſto commendatio. Secundo, eiuſdem a Chriſto inquiſitio, ibi: *Vnde me noſtit* Tertio, Chriſti reſponſio, ibi: *Et dicit ei*. Quarto, ipſius Nathanaelis confeſſio, ibi: *Reſpondit*. Quinto, ipſi confitenti Chriſti promiſſio, ibi: *Reſpondit Ieſus*, ait ergo: *Vidit Ieſus venientem*, vt ait Chryſoſtomus multum deſiderium habebat ad Chriſtum, et licet dixerit prius: *Nunquid a Nazareth*, et cetera, non tamen dixit nullum bonum fert Galilæa. Ideo ſequitur eius commendatio a Chriſto: *Ecce vere Iſraelita*, cuius iudicium incorruptibile: ideo ſequitur: *In quo dolus non eſt*, ideſt doloſa duplicitas. Vnde Auguſtinus: Dolus eſt cum aliud agitur, aliud fingitur. Fraus eſt, ſimulatio eſt, quando aliquis aliquid in corde tegit, et aliud loquitur: dolus eſt, et tamquam duo corda habent. Corde inquit, et corde loquuti ſunt. Hæc ille. Ibi multa et bene de hoc: *Iſraelita*, enim interpretatur videns Deum, qualis erat iſte, vt dicitur in Gloſſa. Et de hoc in collatione. Et ſequitur ſecundum: *Dicit ei, vnde me noſtis* ex quo ante non vidiſti, et loqui-

Vocatio Philippi.

Galilæa.

Mat. 4. a
Mar. 1. b

Ioan. 3. c
Aug. de cõcor. euang. lib. 2. c. 12. tom. 4.

Aduentus Chriſti in Galileam.

Ioan. 4. a
Ioan. 2. a. b

Chryſ. hom. 16. in Ioan. ante med. tom. 3.

Inueniri.

Chryſ. hom. 18. in Ioan. ante mediũ tom. 3.

Quare Dominus Apoſtolos vocat a Galilæa
Ibid. paulo poſt.

Chryſ. ibid. paulo poſt.
1. Cor. 1. d

Stagnum Genezareth Mare Galilææ.

Perfectio Philippi in tribus.

Philippus
Eccli. 16. a
Iob 23. c

Bethzaida.

Ieremi. 16. c
Vocatio Nathanaelis.

Aug. tract. 7. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9.

Deut. 18. c
Iſa. 9. b
Abac. 3. d
Iſa. 52. b

Iſa. 11. a

Mat. 2. d
Nazareth.

Mich. 5. a

Nathanaelis humilitas.

Ioan. 7. d

Aug. tract. 7. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9.

Luc. 4. c
Chryſ. hom. 19. in Ioan. circa med. tom. 3.

Ibid. ante med.

Quattuor invocatione Nathanaelis

Ibid. circa med.

Aug. tract. 7. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9.

Iſraelita.

et loqui-

Digitized by Google

et loquitur vt credens ipsum esse purum hominem, ideo ad attrahendum eum respondit Iesus: *Priusquam te Philippus*, et cetera. Et secundum Chrysostomum, ad litteram est intelligendum vt sciret, quòd quando Philippus solus erat et Nathanael, et singulariter omnia hæc dixerunt. Ideoq. et tempus dixit, et locum et arborem, vt non esset suspectibile testimonium secundum Augustinum: Inuenimus istam arborem maledictam, quia sola folia habet. Et signat legis litteram, sub qua erat ille. Et de hoc Augustinus ibi bene, et in Glossa de hoc. Vel per ficum scriptura potest significari: Qui custodit ficum, comedet fructus eius. Et quia ille erat in scripturis eruditus, ideo ait ei, quòd viderat eum sub ficu. Sed quæritur ex quo iste erat in lege et scripturis peritus, et ad credendum facilis, et ad Christum affectuosus, quare non fuit annumeratus in numero Apostolorum: videtur enim quòd si fuisset annumeratus cum eis, quòd plus potuisset proficere in prædicatione Euangelica. Item quæritur quare isti reuelauit abscondita, vt sic vocaret eum, et similiter Petro supra, non sic alijs discipulis. Ad primum respondet Augustinus, quòd Christus elegit idiotas non sapientes, volens superborum frangere ceruices, non quæsiuit per creatorem piscatores, sed de piscatore lucratus est Imperatorem. Iste autem fuit magnus, et sine dolo, et in lege peritus, hoc solo non electus, ne vmquam videatur Dominus doctos elegisse. Hæc ille. Et ibi multum bene de hoc. Idem Augustinus scilicet quare elegit illitteratos, vt essent Apostoli, quòd ideo elegit tales, vt quidquid magnum essent, et facerent, ipse in eis esset et faceret. Iob ait: Ligabis eum ancillis tuis: ibi Gregorius loquēs de isto ait, quòd dominus Nathanaelem laudat, non tamen in sorte prædicantium numerat, quia ad prædicandum cum tales venire debuerant, qui de laude propria nihil habebant, vt tanto solius veritatis cognosceretur esse, quod agerent, quāto et aperte cerneretur, quia ad hoc agendū per se idonei non fuissent. Et ibi bene de hoc. Non multi potentes, *et cetera*. Si obijcitur de Paulo, quòd in lege fuit peritus, et tamen electus in Apostolum. Respondendum, quòd non fuit electus inter primos Apostolos, sed post ascensionem Domini mutatus de Saulo in Paulum, et sic humiliatus fuit deuotus et electus. Vnde et seipsum vocat abortiuum. Mihi tamquam abortiuo visus est. Item si obijciatur, quòd Deus præcepit eligere sapientes ad officia prælationis in illud: Prouide viros potentes. Et sic videtur fecisse contra id, quod fecit. Iterum ex hoc videtur, quòd in electionibus eum debemus imitari, eligēdo scilicet simplices. Et ad istud est respondendum, quòd Deus elegit simplices ad dignitatem Apostolicā propter dictas causas, qui potuit et fecit eos sapientes sua sapientia: et quia non est in humana potestate sic facere de simplicibus sapientes, ideo homines debent eligere bonos et sapientes ad prælationum dignitates. Et nota quòd ait: *Quando eras sub ficu*. Ficus enim vt ait Isidorus, dicitur a fecunditate, et dicitur quòd si folia ficus tangūt carnem, pruritum faciunt: et potest significare ipsam legem vt dictum est, vel dulcedinem peccati, quæ significatur per ficus malas, malas valde: Ficus enim non florebit. Et potest significari scripturam vt habitū est. Et sequitur quartum: *Respondit Nathanael*, vt enim ait Chrysostomus, quoniam argumentum suscepit cognitionis suæ: venit ad confessionem, ostendens deuotionem, et subdit: Videns animam alacrem repente effectam admirantem, exultantem, saltantem præ gaudio. Hæc ille. Sed quæritur quare filius Dei vocauit Petrum, et istum, reuelando eis occulta et prædicendo eis futura, non sic Andream et alios? Et ad hoc respondit Chrysostomus, quòd Andreas et Philippus habebant testimonium Ioannis: Philippus enim vidit præsentes discipulos scilicet Andream et alium discipulum:

Ibid. paulo post. — *Mat. 21. f* Ficus. — *Prou. 17. c*

Cur nō fuit Nathanael in numero Apostolorū.

Aug. tract. 7. in Ioan. post mediū. tom. 9.

Aug. de Ciuit. Dei. li. 18. cap. 49. tom. 5. — *Iob 40. c* — *Greg. Mor. li. 33. c. 15. post mediū.*

1. Cor. 1. d Obiectio de Paulo. — *1. Cor. 15. a* — *Exo. 18. d* — *Deut. 1. c*

Deus elegit simplices ad dignitatem Apostolicā.

Isidorus Orig. li. 17. cap. 7.

Hiere. 24. b — *Abac. 3. d* — *Chrysost. hom. 19. in Ioan. post mediū. tom. 3.*

Chrysost. hom. 18. in Ioan. ante mediū to. 3.

Petro autem a præsenti, quia dixit quòd erat filius Ioanna, futurum credi fecit. Sic et in isto reuelando ei, quæ præterita, attrahit eum: nō enim minus addu cunt prophetiæ, quām miracula, immo virtuosius et irreprehensibilius, vt ait ibidem. Et patet hic veritas fidei ipsius Nathanaelis quando ait: *Rabbi*, Et in hoc commendat plenitudinem suæ sapientiæ et veritatem humanitatis: *Tu es filius Dei*, et in hoc profitetur maiestatem suæ dignitatis: *Tu es Rex Israel*, et in hoc profitetur dignitatem suæ regiæ maiestatis. Quia: *Rabbi*, auctor omnis veritatis: quia: *Filius Dei*, auctor omnis salutis: quia: *Rex Israel*, auctor et rector omnis potestatis. Quia enim: *Rabbi*, idest Magister, docet inenarrabiliter: quia: *Filius Dei*, saluat indefectibiliter: quia: *Rex Israel*, regnat imperialiter. Ipse est enim Dux de quo dicitur: Ex te exiet Dux *et cetera*. Secundum tamen Chrysostomum. Nudum hominem esse Christum confitetur, licet confiteatur eum esse filium Dei: nam ibi sumitur filius Dei, sicut in Psalmo: Ego dixi: Dij estis, *et cetera*. Glossa tamen dicit, quòd vtriusque naturam confitetur in Christo. Et sequitur quintum, scilicet promissio Christi. Ibi: *Quia dixi tibi*. Et primo ipsa promissio: secundo illius expositio ibi: *Amen dico*. Ait ergo: *Quia dixi tibi*, et cetera, quasi diceret, ex quo credidisti ex reuelatione occulti, quod dixi tibi: *Maius videbis*, et ex hoc patet, quòd fides meretur intellectum: Nisi credideritis non intelligetis, secundum aliam litteram. Item tunc obijcitur, quod fides istius fuit persuasa experimento rei singularis reuelatæ, et sic non habuit meritum. Et ad istud respondendum, quòd fides sua non fuit ex hoc orta, sed fuit adiuta et manuducta. Et sequitur expositio eius, quòd dixit: *Maius. Amen dico vobis, videbitis cælum apertum* et cetera. Sicut factum est. Apertum est cælum et descendit Spiritus sanctus. Et: Video cælos apertos *et cetera*. Vt enim ait Augustinus. Credentibus aperitur aditus cæli, et vident angelos, idest prædicatores prædicantes arcana diuinitatis, et etiam humana de Christo. Et de hoc in Glossa. Sed quæritur, sicut obijcit Chrysostomus. Ex quo Petrus post miracula et doctrinam confessus est filium Dei vt verum Deum: Tu es filius Dei viui *et cetera*. Hic autem ante signa et doctrinam, quasi idem dicit et confitetur, quare iste non beatificatur, idest beatus vocatur a reuelatione sicut Petrus? Et ad istud respondet Chrysostomus, quòd eadem verba vterque est loquutus, sed non eadem mente: quia Petrus confessus est filium Dei, et verum Deum, hic autem confessus est hominem nudum, quòd patet ex hoc, quòd sequitur: *Tu es Rex Israel*, vt autem est filius Dei non solum Rex Israelis, sed vniuersi orbis. Et ideo Petrus ex perfecta fide meruit beatificari, idest beatus vocari: huic autem promisit filius Dei, se visurum angelos ascendentes et descendentes in filium hominis, et abducit eum a terra paulatim, et facit eum non vltra imaginari hominem simpliciter idest purum hominem, sed vt proprium filium Regis, idest Dei, cui angeli ministrant. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Qualiter autem ministrauerunt angeli Christo, tempore natiuitatis, crucis, resurrectionis, et ascensionis Chrysostomus exemplificat, et patet in serie Euangelica. Augustinus autem exponit de angelis, idest, prædicatoribus prædicantibus arcana diuina, et incarnationis mysteria de filio Dei, vt patet in Glossa. Vt enim ait Gregorius: Quod Græce angelus, hoc Latine nuncius dicitur recte, qui nunciare supernum iudicem mittitur angelus vocatur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, ac sequitur: Angelus Domini exercituum est. Et ibi Gregorius bene de hoc. Et de his angelis, et eorum ascensu in collatione, et in hoc terminatur istud capitulum.

Mich. 5. c — *Chrysost. hom. 20. in Ioan. nō multum a prin. to. 3.* — *Psal. 81. b*

Fides meretur intellectum. — *Isa. 7. c ex interpretatione 72.*

Luc. 3. c — *Act. 7. g* — *Aug. tract. 7. in Ioan. ver. fi. to. 9.*

Mat. 16. c

Chrysost. hom. 20. in Ioā. prope prin. tom. 3.

Confessio Petri.

Petrus, quare beatus vocatur.

Ibid. paulo post. — *Aug. tract. 7. in Ioā. circa fi. tom. 9.* — *Gregor. in Euāg. ho. 6. post mediū.*

Angelus. — *Malac. 2. b*

Ibidem.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Cõtinuatio Euangelij.

ET die tertio nuptiæ factæ sunt, et cetera. Narratis testimonijs beati Ioannis de filio Dei, et habita vocatione discipulorum, hic ostendit se filius Dei miraculo, sicut continuat Glossa. Vnde ex hinc narrat euangelista opera miraculosa, et saluificat documenta filij Dei. Et consequenter enarrat de passione et resurrectione. Et quoniam capitula non sunt continue ad inuicem dependentia, quia alia, et alia miracula et documenta non sunt ad inuicem consequentia nec coniuncta: ideo compendiosius et doctrinabilius videtur quodlibet capitulum in se diuidi. Et secundum hoc, istud capitulum in quattuor partes. Primo narratur de miraculosa mutatione aquæ in vinum. Secundo de descensu Capharnaum. Ibi: *Post hæc*. Tertio narratur de ascensu in Hierusalem, et de eiectione vendentium et ementium. Ibi: *Et prope erat Pascha Iudeorum*. Quarto narratur de credulitate multorum in Christum. Ibi: *Cum autem esset Hierosolymis*. Prima in quattuor. Primo antecedentium ipsum miraculum præmissio siue occasio. Secundo ipsius miraculi effectio siue operatio. Ibi: *Erant autem ibi lapideæ*, et cetera. Tertio miraculi manifestatio vel approbatio. Ibi: *Dixit autem Iesus*. Quarto ordinis miraculi subiunctio. Ibi: *Hoc autem initium*. In prima narrat quattuor antecedentia, quæ sunt, nuptiarum celebratio, et ipsius Iesu, ac suorum ad ipsas vocatio: defectus vini a beata matre ipsi Iesu insinuatio, et eiusdem ipsi matri responsio, et eiusdem matris ministris præceptio, vt in littera patet: Ergo ait: *Tertia die*. Et in hoc notatur tempus nuptiarum: *In Cana*. Et in hoc notatur locus: *Nuptiæ factæ*, et in hoc eorum celebratio. Et quia notus erat ibi Iesus, vt ait Chrysostomus. Ideo fuit: *Vocatus et mater ac discipuli*. Sed quæritur qualiter iuit ad nuptias cum in talibus consueuerunt esse vulgaria conuiuia, et commessationes: ergo non decebat eum illuc ire. Item melius est ire ad domum luctus quàm ad domum conuiuij. Et ita vt prius. Et ad istud respondendum secundum Chrysostomum, quòd ipse ad dignitatem suam non respiciebat, sed ad beneficium nostrum: qui enim non dedignatus est serui formam accipere: multo magis nec dedignatus est ad nuptias venire, qui cum publicanis recubuit. Hæc ille. Item vt ait idem Chrysostomus: Illi qui vocauerunt, non habebant de eo decens iudicium, neque vt magnum aliquem æstimabant sed vt vnum multorum, quod euangelista enigmatice ostendit, quando ait: *Erat ibi mater Iesu ac fratres eius*. Hæc ille. Aliter respondet Augustinus: quòd ideo Dominus venit ad nuptias, quia erant hæretici futuri prohibentes nubere: ideo ad eorum confutationem dignatus est Iesus venire ad nuptias. De tempore harum nuptiarum, et an eadem die, annis reuolutis, aduentus Magorum, et mutatio aquæ in vinum fuerint, in historijs Magister de hoc, et sicut tactum est supra. Primum aduentum Domini in Galilæam post baptismum silent alij euangelistæ: de quo cum loquitur hic, et idem Chrysostomus, vt habitum est. Per istas nuptias, figurantur nuptiæ Christi et Ecclesiæ, quæ fuerunt factæ tertia die, scilicet tempore gratiæ. Tria enim tempora, scilicet tempus ante legem, et tempus legis, et tempus gratiæ sunt tres dies, in quibus Deus illuminauit electos suos lumine suo: Viuificabit nos post duos dies, et tertia die suscitabit nos. Et de his nuptijs in collatione. Et subditur secundum antecedens, scilicet insinuatio matris de defectu vini. Ibi: *Et deficiente vino, dicit mater*. Et in hoc patet compassiua pietas matris inopiæ, et verecundæ etiam diffidentiæ sponsi et sponsæ, et eorum quorum erat necessaria prouidere. Item notatur prouidentiæ beatæ matris sedulitas, et vrbana cũrialitas, et prouidendi ordinabilitas, quòd alijs nescientibus insinuauit filio defectum vini. Item supposuit filij potestatem, largitatem ad subueniendum pietatem, et ideo solum ait: *Vinum non habent*, insinuando: amanti enim, qui est potens et sciens, et volens subuenire, sufficit nunciare: amanti enim nunciandum est ait Augustinus. Et sequitur responsio Saluatoris: *Quid mihi et tibi?* et cetera. Sed quæritur qualiter tam dure ei respondit, cum dicatur: Erat subditus illis. Item præcepit parentes honorare, quod est intelligendum non solum facto, sed etiam verbo: ergo non ita aspere debuisset respondisse. Item fuit mater excellentissima, nec vmquam talis, et ipse filius obedientissimus, nec vmquam talis: et ipsa petebat ex summa confidentia, et ex summa pietate, ob aliorum inopiam, et fuit verecundissima virgo: ergo videtur, quòd nimis aspere ei respondit. Et ad ista respondendum secundum Augustinum, vbi ait, quòd illa erat mater carnis, mater humilitatis, mater infirmitatis, quam suscepit, sed miraculum, quòd erat facturus secundum diuinitatem erat, non secundum infirmitatem. Ideo non agnoscit viscera humana, operaturus diuina, quasi diceret: Non genuisti, quòd de me facit miraculum, ideo ait: *Quid mihi et tibi?* scilicet commune, quantum ad hoc: diuinitatem enim meam non genuisti, sed infirmitatem. Et ibi Augustinus bene et multum de hoc. Item Chrysostomus: Mutare aquam in vinum erat diuinæ potentiæ, non humanæ, quam ex matre susceperat. Hæc ille. Et superaddit alias causas: ideo enim sic respondit, maximum inferens profectum, non dimittebat humilia de se sapere. Item vt non videretur se inijcere, miracula scilicet faciendo. Item vt non essent suspecta miracula: ab his enim, qui indigebant, rogari oportuerat, et quando tales rogant insuspicabile est miraculum et pura laus. Et ponit exemplum de medico, quando intrat in domum infirmantium nec rogatur ab infirmis, sed a necessarijs, id est, cognatis, suspicabilis erit. Item hoc ait, erudiens eam non vltra talia facere; erat enim multi honoris ad matrem, sed multo amplius salutis multorum: non ergo aduersus matrem erant hæc verba, sed dispensationis multæ. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et ideo congruenter sequitur: *Nondum venit hora mea*. Ex hoc obijciunt hæretici, sicut insinuat Augustinus, quòd erat subiectus tempori et fatis. Ité ex quo discipulos vocauerat, et futura quibusdam prædixerat, ergo venerat hora faciendi miracula. Et ad istud respondet Augustinus, quòd hoc est intelligendum, quòd non venerat hora passionis, ibi, inquit, te cognoscam, cum pendere in cruce infirmitas incęperit, cuius mater es. Vnde et ipsam tunc recommendauit discipulo, quem diligebat. Et ex hoc patet error hæreticorum: non enim erat sub fato cõditor cęli, vt ait Augustinus, vbi supra. Et ibi bene de hoc. Aliter respondet Chrysostomus, quòd ideo sic ait, ostendens, quoniam omnia cum tempore decenti operatur, quasi dicat: Non sum cognitus his, qui sunt hic, neque sciunt, quod deficit vinum, sine eos sentire hoc primum: nam qui nouit, quoniam in necessitate est constitutus, cum potiatur his, quæ petit, multam habet gratiam: qui uero necessitatis suæ non assumpsit sensum, neque beneficij mysterium, et grandem sensum accipiet: non ergo subiectus erat temporum necessitati qui factor eorũ erat. Hæc ille, et ibi bene de hoc. Sed quæritur, qualiter ait: *Mulier*, et cetera: cum esset uirgo sinceriſſima: respondendum secundum Augustinum, quòd more scripturarum mulier pro sexu ponitur. Et idem Gregorius, quòd mulier dicitur dupliciter, scilicet pro sexu, et pro infirmitate. Factum ex muliere. Et notandum, quòd dictum Chrysostomi hic non tenetur, qui ait, quòd deficiente uino uolebat mater Iesu illis,

In quattuor partes diuiditur hoc caput.

Prima pars diuiditur in quattuor.

Tempus nuptiarum. Locus. Celebratio. *Chryſ. hom. 20. in Ioan. ante med. to. 3.*

Cur iuerit ad nuptias. *Eccl. 7. a Chryſ. ibid. Phil. 2. b Mat. 9. a. b Chryſ. ibid.*

Aug. tract. 9. in Io. paulo a princ. tom. 9.

Hæretici cõfutati.

Tria tempora sunt tres dies.

Oſee 6. a

Pietas matris Christi.

Prudentia beatæ matris, et cet.

Luc. 2. g

Exo. 20. b

Respõsio ad obiectionẽ. *Aug. tract. 8. in Ioan. post mediũ. tom. 9.*

Ibid. ante. Chryſ. hom. 20. in Ioan. circa med. tom. 3.

Exempla de medico.

Hæreticorũ obiectio cõfutata. *Aug. tract. 8. in Ioan. post mediũ. tom. 9.*

Ioan. 19. e

Chryſ. hom. 21. in Ioan. ante med. tom. 3.

Quęstio cur dicat mulier. *Aug. tract. 10. in Ioã. ante med. to. 9. Greg. Mor. li. 11. c. 26. in princ. Gal. 4. a Chryſ. hom. 20. in Ioan. circa med. tom. 3.*

Digitized by Google

illis, ſcilicet, qui erant in nuptijs ponere gratiam, et ſeipſam clariorem facere per filium, et fortaſſis, quid humanum patiebatur, quemadmodũ fratres eius dicentes: Manifeſta teipſum mundo, infra: Volentes eam, quæ a miraculis gloriam. Propterea uehementius reſpondit, dicens: *Quid mihi et tibi mulier*. Hæc ille. Et quaſi ſimile ait idem ſuper Matthæum. Super illud: Mater tua et fratres tui foris ſtant. Sed abſit a beata Matre Dei, quòd poſt plenitudinem Spiritus ſancti, et conceptionem et partum filij Dei, fuit paſſa aliquid humanum, id eſt, uanæ gloriæ. Vnde Auguſtinus: De ſancta, inquit, Virgine Maria propter honorem Domini nullam prorſus, cum de peccatis agitur, habere uolo quæſtionem: inde enim ſcimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuit ad uincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere meruit, quem conſtat nullum habere peccatum. Hæc ille. Sed ad ſaluandum dictum Chryſoſtomi, poſſet dici, quòd non intellexit in ipſa fuiſſe aliquam affectionem vanæ gloriæ, ſed quòd appetebat miraculum, ex quo potuit oriri gloria humana, ſicut vbi dicitur de accipientibus mercedem in gloria: quòd murmurabãt videntes alios accipere eundem denarium, quem et ipſi, non quòd poſſit eſſe murmur in bonis, ſed quòd præambula erat defectio, ex quo videbatur poſſe oriri murmur, prout ait ibi Chryſoſtomus. Et ſequitur præceptio matris miniſtris: *Dicit mater Ieſu: quodcunque*, et cetera. Sed qualiter hoc attentauit, ex quo dixerat Chriſtus, quòd nondum venerat hora faciendi miracula. Item ex hoc videtur diſſentire a voluntate ſua. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus. Quòd mater nouerat, quoniam non imbecillitatis renunciatio fuit, ſed ingloriationis, ideſt non ob impotentiam, ſed ob vanæ gloriæ recuſationem: et ideo ſapienter miniſtros vocat, vt a pluribus fiat petitio. Hæc ille. Et ex his patet prouidentiæ perſpicabilitas, ad ſubueniendum affectuoſitas, et ad obtinendum virtuoſitas: nam et Chriſtus ex hinc aquam conuertit in vinum; vnde Chryſoſtomus. Deinde inquit, et honorans matrem, et vt non erubeſcere faciat genitricem, et vt non ſemper contradicere eius ſit, ſcilicet fecit quod dixit mater. Et ex hoc patet, quàm honorifica, et quàm pia, et quàm ſedula, et quàm virtuoſa aduocatrix eſt beata Mater apud filium, cui a quolibet eſt dicendum: Mulier ſancta es, ora pro nobis Deum. Et ſequitur ſecunda particula principalis: *Erant ibi hydriæ*. Et ibi duo, in quibus vaſorum aquæ conuertendæ in vinum deſcriptio, et impletionis præceptio. Ibi: *Dicit eis Ieſus*. Ait ergo: *Erant ibi hydriæ*, ad literam vaſa aquaria dicta ab ὕδωρ, quòd eſt aqua. Vnde Iſidorus. Hydria genus vaſis aquatilis per deriuationem hydros Græce aquam dicunt: *Lapideæ*, ideſt de lapide factæ: *Poſitæ*, quia ſecundum cærimonias Iudæorum in ipſis ſe frequenter baptizabant, ideſt lauabant. Phariſæi et omnes Iudæi niſi crebro lauent manus non mãducant. Vnde Chryſoſtomus, quia enim inaquoſa eſt Palæſtina, et nõ erat in multis locis fontes et puteos inuenire, replebant hydrias aqua, vt non currerent ad flumina, ſi quando immundi fierent, ſed de prope haberent purgationis modum. Hæc ille: *Capientes metretas*, ideſt menſuras: metrum enim idem eſt quòd menſura ſecundum Auguſtinum. Vnde Iſidorus: Metrum menſura liquidorum eſt. μέτρον, enim menſuram dicunt Græci. Inde appellata metreta: quaſi ergo diceret ſingulæ capiebant binas vel ternas menſuras. Sed quæritur quare in talibus vaſis fecit miraculum, et quare addidit: *Secundum purificationem Iudæorum*. Et ad hoc Chryſoſtomus, vbi ſupra. Quod ideo ſic fecit oſtendens, numquam illa vini receptacula facta fuiſſe, et ne quis infidelium ſuſpicaretur, quoniam fæce vini intus remanente, vinum factum eſſet. Item quæritur, ſicut opponit Chryſoſtomus, cum multo mirabilius eſſet ſubſtantiam facere ex non entibus, ideſt ex nihilo, quàm naturam tranſmutare in qualitatem, videtur quòd debuiſſet creaſſe vinum ex nihilo. Et ad iſtud reſpondet, quòd multoties miraculorum magnitudinem abſcidit, volens vt magis ſuſceptibile eſſet miraculum, ideo eſſet minus ſuſpectum miraculum apud illos, qui hauſerant aquam, ſic fecit. Item ad confutationem hæreticorum, dicentium non eſſe opera conditoris quæ videntur in mundo: ideo obſtruens infamiam eorum, plura fecit miraculorum ex ſubiectis ſubſtantijs. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Secundum vero Auguſtinum, vbi exponit hæc allegorice: *Sex hydriæ ſunt*. Sex ætates mundi, de quibus in Gloſſa: quæ fuerunt impletæ propheticis, quæ ſunt aquæ, et in vinum conuerſæ, quando de Chriſto intelliguntur. Per binas metretas duæ gentes ſcilicet Iudaica et Gentilis, de quibus in figura. Duæ gentes in vtero tuo ſunt. Tres metretæ, tres populi deſcendentes a tribus filijs Noe. Vel per binas metretas fides diuinitatis in Chriſto, per tres fides trinitatis, et de his Auguſtinus proſequitur prolixe et ſufficienter. Secundum Bernardum vero: *Sex hydriæ*. Sunt ſex obſeruantiæ, quibus purificantur Iudæi: ideſt, confitentes: quæ ſunt, ſilentiũ, pſalmodia, vigilia, ieiunium, opus manuum, carnis munditia: et de his, et purificatione per iſta ibi proſequitur bene. Et ſequitur pars, in qua filij Dei præceptio, et præcepti impletio, et per hoc miraculi effectio. Ibi: *Dicit eis Ieſus: Implete*, et cetera. Sed quæritur, ex quo dixit ſuperius, quòd nondum venerat hora eius, ſcilicet faciendi miracula, qualiter nunc præcepit implere hydrias, vt fieret miraculum? Item videtur ſibi contrarius in facto et dicto. Item: Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. ergo vt prius. Et ad iſtud reſpondendum, vt dictum eſt, quod ſuperius inſinuauit ſe non facturum miraculum propter dictas ibi cauſas: hic autem miraculum fecit honorans matrem, vt habitum eſt. Præterea vt ait Chryſoſtomus. Chriſtus ait mulieri: Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt, domus Iſrael: et tamen curauit filiam eius, ſignificans ex hoc, quòd et ſi indigni ſimus, acceſſione faciamus nos dignos, vt accipiamus. Hæc ille. Nulla ergo mutatio in filio Dei, licet videatur prius negare et poſtea dare, vt patet ex dictis. Et ſequitur: *Et impleuerunt vſque ad ſummum*. Et in hoc patet obedientia miniſtrorum, et miraculum occulte factum: ipſe enim dixit et facta ſunt. Vnde credendum eſt, quod tunc fuit aqua conuerſa in vinum. Sed quæritur quare non eſt vſus aliquo verbo ſignificatiuo prædictæ mutationis, ſicut in alijs miraculis eſt vſus, ſicut infra: Ait Paralytico. Surge tolle grabatum, *et cetera*. Et infra: Lazare veni foras. Item quæritur, quare ait miniſtris, vt implerent hydrias aqua, et quare ait, vt implerent vſque ad ſummum, cum poſſet multiplicare vinum, ſi eſſet neceſſe ſine iſtis. Ad iſtud reſpondendum, quòd ſicut ait Chryſoſtomus. In hoc miraculo, oſtendit ſe eſſe conditorem rerum, obſtruens inſaniam hæreticorum: vt ergo verbo ſuo increato res condidit, ſic et mutat prout vult. Vnde Chryſoſtomus. Nunc nimirum omnes, quoniam ipſe eſt, qui in vineis aquam tranſmutat et pluuiam per radicem in vinum vertit, quodq. in planta per multum tempus ſit, hoc repente ſimul in nuptijs operatus eſt. Hæc ille. Aliquando tamen eſt vſus verbo exteriori in miraculis, propter aliorum inſtructionem in fide. Ad aliud reſpondendum eſt, quòd ideo dixit miniſtris, vt haurirent, vt inde teſtes haberet eius quod fiebat: ipſi enim aquam hauſerant. Et licet poſſet vinum multiplicare et ex modico multum facere, præcepit implere hydriam aqua vſque ad ſummum, vt et eſſet miraculi euidentia, et ſufficientiæ conuiuantibus abundantia. Et ſequitur illa pars, in qua miraculi approbatio, et ab alijs

Ioan. 7. a Cap. 7.
Chryſoſt. in Mat. ho. 44. non longe a prin. to. 2.
Mat. 12. g
Aug. de natura et gratia. cap. 36. tom. 7.
Mat. 20. b
Chryſ. hom. 65. in Mat. paulo ante med. to. 2.
Chryſ. hom. 21. in Ioan. ante mediũ tom. 3.
Chryſ. ibid. paulo ante.
Beata virgo aduocatrix apud filiũ.
Iudit c. 4. d
ὕδωρ.
Iſid. Orig. lib. 20. c. 6.
Marc. 7. a
Chryſ. hom. 21. in Ioan. ante mediũ tom. 3.
Aug. tract. 9. in Ioan. ante med. to m. 9.
Iſid. Orig. li. 16. c. 25.
Chryſ. hom. 22. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ibid. paulo poſt.

Confutatio hæreticorũ de miraculis.
Aug. tract. 9. in Ioan. ante mediũ tom. 9.
Hydriæ ſex quid ſignificent.
Binę metretæ.
Binæ gẽtes.
Geneſ. 25. d
Aug. ibid. paulo poſt.
Ber. ſer. 2. in Domi. 1. poſt oct. Epipha. de mutat. aqua in vinum poſt med.
Num. 23. c
Chryſ. hom. 21. in Ioã. ante mediũ tom. 3.
Mat. 15. c
Ioan. 5. b
Ioan. 11. b
Chryſ. ibid. poſt pauca.
Inſania hæreticorũ obſtruitur.
Chryſ. ibid.
Cur vſus ſit verbo, Dominus in miraculis.
Cur dixit miniſtris vt haurirent aquã, et cet.
Miraculi approbatio.

Digitized by Google

alijs commendatio: *Dicit eis Ieſus: haurite*, et ibi tria. Primo diuina præceptio de hauriendo vino. Secundo, vini delatio ipſi architriclino, et illius ab eo guſtatio. Ibi: *Et tulerunt*. Tertio, ab eodem ſponſi vocatio, et vini facti ex aqua commendatio. Ibi: *Vocat ſponſum*. Et hoc eſt, quod ait: *Dixit Ieſus: Forte architriclino*. Sed quæritur, quare præcepit primo illi deferri vinum? Videtur, quòd fuerit perſonarum acceptor, ex quo præcepit ferre vinum quaſi principaliori. Vt enim ait Magiſter in hiſtorijs, architriclinus dicitur primus inter conuiuantes, dictus a triclinio, quod dicunt fuiſſe domus tricamerata, vel habens teſtudines tres, vel tres ordines menſarum. Item ex quo miniſtri hauſerant aquam, videtur quòd illi potuiſſent perhibere teſtimonium de vino facto ex aqua. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Chryſoſtomum vbi ſupra, quòd homines, quibus miniſtratio talium cenarum credita eſt, hi maxime vigiles ſunt, vt in ornatu et ordine omnia diſponantur, propterea vigilantem ſenſum in teſtimonium eorū, quæ fiebant, vocauit. Hæc ille. Et quia talis erat architriclinus, et aliorum erat ſenſus corruptus, non ſufficiens comprehendere ea, quæ fiebant, eo quòd ebrij erant, ideo non præcepit ferre vinum recumbentibus. Per hoc ad aliud, nequaquam enim miniſtri enarrantes, ſcilicet miraculum, eſſent crediti: ſed viderentur inſanire, ideo non vocauit eos in teſtimonium. Sed quæritur, quare non reuelauit alijs recumbentibus? Ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd non erant ſufficientes, ſcilicet comprehendere, eo quòd ebrij erant, vt dictum eſt: ei autem reuelauit, ſcilicet architriclino, qui poterat conſpicere et iudicare recte. Et ſequitur ſecundum: *Vt autem guſtauit vinum*, et cetera. ſcilicet factum ex aqua: *Nec ſciebat, vnde eſſet*, ſcilicet ex qua virtute, ad litteram: *Miniſtri autem ſciebant*, certa experientia. Et hæc ignorantia ſignificabat neſcientiam ſynagogæ. Miniſtri vero ſignificabant prophetas, qui hauſerant varias ſcientias prophetarum, de quibus in Pſalmo: Tenebroſa aqua in nubibus aeris. Et: Haurietis aquas. Triclinium autem dicitur Eccleſia propter tres ordines eius, ait Hugo de animæ. et ſic architriclinus Eccleſiæ prælatum deſignat. Et ſequitur tertia particula, in qua vocat ſponſum ſcilicet architriclinus: Vocat, inquam, ad congratulandum. Vnde ſequitur: *Omnis homo*. Sed quæritur, quare vocauit ſponſum? Reſpondet Chryſoſtomus, quòd non ſolum, qui miniſtrabant, ſed ſponſus et architriclinus teſtaturi erāt: miniſtri, ſicut qui hauſerant aquam, illi, ſicut principales et habentes ſenſum vigilem et ſanum ad diſcernendum, quoniam vinum erat, et optimum erat, quod factum eſt. Et allegat architriclinus conſuetudinem de largitate diſcubitus in principio, et de prouidentia in fine exponendo in bonum: *Omnis homo*, vt dicitur ab humanitate ſcilicet: homo enim proprie eſt, qui alijs proficit. Vt enim ait Tullius: Homo non eſt natus ſibi ſecundū Platonem. Vnde dicitur: Barbari præſtabant non modicum humanitatem Paulo et ſocijs eius. Ideo dicitur hic: *Omnis homo*, ideſt, perfectus viuens, vt habetur: Illuminat omnem hominem, et talis: *Bonum vinum ponit*, ſcilicet ex largitate. Sed quia multi conuiuantes abuntur largitate patrisfamilias, ideo ſequitur: *Et cum inebriati fuerint*, ſcilicet ſuo vitio: *Id quod deterius*, ſcilicet ponit, ſcilicet in remedium, quia inebriatis confert plus debile vinum, vel ne fiat diſpendium et amplius incommodum: perditio enim eſt, et periculum dare bonum vinum inebriatis. *Tu autem*, ſcilicet ſponſæ: *Seruaſti bonum*, continuando largitatem: Gloſſa vero exponit ſpiritualiter de homine carnali: et de hoc in collatione. Quærit Chryſoſtomus, quare non fuit hoc miraculum reuelatum alijs conuiuātibus. Item, quare non narratur hic de reſponſione ſponſi ad architriclinum. Et ad primum reſpondet, quòd monſtrationem et cognitionem huius miraculi ſeruauit Chriſtus, vſque in futuro tempore, poſt reliquorum ſignorum demonſtrationem: ex cuius cognitione regulus rogauit Chriſtum, vt ſanaret filium, infra: Alij autem hic conuiuantes non valebant conſpicere miraculum, vt dictum eſt. Diſcipuli autem perceperunt, vnde et in eum crediderunt. Et ex hoc infra eodem: *Crediderunt in eum diſcipuli eius*. Ad aliud reſpondet Chryſoſtomus, quòd euangeliſta feſtinans ad interiores res, tangens hoc ſolum tranſcurrit, ſcilicet non ad hoc reſpondens: quod vero neceſſarium erat, hoc erat dicere ſcilicet, quoniam aquam fecit vinum et bonum vinum. Quærunt aliqui hic, ex quo nonnulli conuiuantes in his nuptijs fuerunt ebrij, vt ait Chryſoſtomus: qualiter filius Dei fuit cum eis in conuiuio, cum dicatur: Noli eſſe in conuiuio potatorum. Item quæritur tum etiam, an ebrietas ſemper ſit peccatum, et in quo caſu eſt peccatum, et in quo excuſabile. Et ad primum reſpondendum, vt ſupra, quòd Chriſtus dignatus eſt comedere cum eis, et bibere, ut ſanaret eos, quoniam non eſt opus valentibus medicus. Et quia in Cana Galilææ erant piſcatores, et homines ruſticani, ideo credendum eſt, eos magis fuiſſe ebrios ex deſuetudine bibendi vinum, vel ex præcipitatione, vel ex infirmitate, vel ex ignorantia virtutis vini, quàm ex ſtudio bibendi. Ad aliud reſpondetur conſequenter, quòd in ebrietate ſunt tres gradus, ſumendo eam large. Prima enim ebrietas eſt ad rationis aliqualem obnubilationem. Secunda eſt ad organorum et cordis aggrauationem et diſturbationem. Tertia eſt ad rationis ſubuerſionem et membrorum et organorum ligationem. Prima dicitur eſſe venialis, niſi forte ratione circumſtantiæ ex parte perſonæ, vel officij vel temporis, ſicut in ſacerdotibus legalibus, tempore ſui officij. Vbi cum prohibetur ſacerdotibus bibere vinum, tempore quo debebant intrare tabernaculum teſtimonij. Ebrietas vero ſecundo modo eſt periculoſa propter quod ait Saluator: Non grauentur corda veſtra crapula et ebrietate. Tertia vero, quæ ſobrietatem ſubuertit, mentem peruertit, vt non intelligat quæ agit, videtur eſſe mortale peccatum, quantum eſt de ſe, ſi ſcienter et ſtudioſe ſe quis inebriauerit, et inebriantibus iſto modo, comminatur ſcriptura pœnam æternam. Cui væ? cuius patri væ, *et cetera*. Nonne his qui commorantur in vino? Et væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, *et cetera*. Et nota circa iſtud miraculum dicta Auguſtini. Vbi ait, quòd nō ſolum tunc vertit Dominus aquam in vinum, ſed continue, vt patet in vitibus, quæ producunt vinum ex aqua imbibita, ſed quotidiana miracula aſſiduitate viluerunt. Et ibi bene de hoc. Itē ad nuptias venit Chriſtus propter hæreticos prohibentes nubere, et vt coniugalis caſtitas firmaretur. Et oſtenderet ſacramentum nuptiarum, in quibus ipſe ſponſus erat, cuius perſonam ille ſponſus gerebat. Item, vt ait idem Auguſtinus: Omnis prophetia, qua non intelligitur Chriſtus, aqua eſt, vt inducit ipſe exemplo: mutatur autem in vinum, quando Chriſtus intelligitur et ſapit, quod non ſapiebat, inebriat quod non inebriabat. Bonum enim vinum, Euangelium Chriſti. Hęc Auguſtinus. Quod quidē Euangelium germinat virgines. Sex vero hydriæ ſignificant ſex ætates, vt dictum eſt: in quibus non defuit prophetia, et illa tempora, quaſi ſex articulis diſtincta, ut vaſa inania fuerunt, niſi a Chriſto implerentur. Hæc ſimiliter Auguſtinus. Moraliter autem per ſex hydrias poſſunt ſignificari ſex neceſſaria mentibus purificandis, quorum prima hydria eſt compunctiua contritio, quæ purgat, vt ait Propheta: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Et de hoc in figura: Rebecca deſcendit ad fontem et impleuit hydriam aqua, *et cetera*. Scilicet lacrymarum. Secunda hydria, confeſſio mundans, in Pſalmo: Dixi confitebor

Cur fertur vinum archi triclino. Obiectio. Architriclinus.

Chryſ. hom. 21. in Ioā. poſt mediū. tom. 3.

Homo. *Cic. de Officii. 1. c. de tribus.* *Act. 28. a* *Ioan. 1. a*

Chryſ. hom. 21. in Ioā. ante med. tom. 3.

Miniſtri qd ſignificarēt. *Pſal. 17. b* *Iſai. 12. b*

Ioan. 4. f. g

Ibidem.

Prou. 23. e

An ebrietas ſit peccatū ſemper.

Mat. 9. b

Tres gradus in ebrietate.

Leuit. 10. b

Luc. 21. g

Prou. 23. d

Iſai. 5. e

Aug. tract. 9. in Ioan. prope prin. tom. 9.

Chriſtus quare venit ad nuptias. *Ibid. poſt pauca.* *Ibidem.*

Bonum vinum Euangeliū Chriſti. *Zach. 9. a*

Sex hydriæ quid.

Per ſex hydrias ſex neceſſaria.

Pſal. 6. b *Gen. 24. b. c*

Pſal. 31. b

Digitized by Google

Ibidem. c fitebor iniustitiam meam, de qua in figura. Rebecca effudit hydriam in canalibus, quod est euomere peccatum de conscientia. Tertia est pia eleemosyna-
Luc. 11. f rum largitio: Date eleemosynam, et omnia munda
Gen. 24. c sint vobis. Idem in Genesis in figura deposuit hydriam et dedit ei potum. Quarta est constãs iniuriarum remissio, et perpessio: hac enim purgatur pec-
Luc. 6. c catum: Dimittite et dimittetur vobis. Cumq. con-
Iudic. 7. f fregissent hydrias tenuerunt lampades, *et cetera.* Hydrias confringunt, qui non reputant iniurias et contemnunt. Quinta est exercitium pœnitentialis laboris, quod similiter purgat a peccato, et de hac in fi-
Gen. 24. c gura. Quòd Rebecca egrediebatur, habens hydriam in scapula, ideſt strenuum laborem in sustinentia. Sexta est obseruatio diuinæ legis et prædicationis, quæ
Ioan. 15. a purgat: Mundi estis propter sermonem meum. Et
Gen. 24. c. d de hac hydria in figura: Da mihi de hydria tua. Et sequitur, bibe Domine, *et cetera*, qui enim est impletus diuina doctrina, debet eam alijs propinare. Sed istæ hydriæ non continent, nisi aquas insipidas, si Dominus non conuertit in vinum amoris, et deuotionis.
Cant. 5. a Bibi vinum meum cum lacte meo. Binæ metretæ
Metretę binæ. sunt amor Dei et proximi. Tres vero metretæ sunt virtutes tres Theologicæ, quæ sunt tres panes, de qui
Luc. 11. a bus: Accommoda mihi tres panes. Vel per sex hy-
Sex hydriæ sex opera misericordiæ. drias possent figurari sex opera misericordiæ, vt patet consideranti. De quattuor vero hydrijs, de quibus dicitur: Implete quattuor hydrias aqua, patet,
3. Reg. 18. e quòd significant quattuor affectus animæ, qui sunt
Quattuor affectus animæ signantur quattuor hydrijs. implendi influentijs diuinis. Vel possunt significare aliquas de prædictis hydrijs, vt potest patere conferenti. Et sequitur vltimum scilicet ordinis signorum subiunctio. Ibi: *Hoc initium signorum.* Sed qualiter
Mat. 2. b ait hoc? quia per stellam duxit Magos ad se, sicut per
Chryſ. hom. 22. in Ioan. ante med. tom. 3. signum: ergo istud non fuit initium signorum. Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd hoc fuit initium signorum post baptismum scilicet: *Et manifestauit gloriam suam.* Deitatem latentem ait Glossa. Sed qualiter hoc: *Et crediderunt*, quia neque multi attenderunt miraculum sed ministri, architriclinus, et sponsus, sicut opponit Chrysostomus. Et respondet, quòd
Ibidem. postea audierunt miraculum, in illo enim die non omnes sciuerunt: *Manifestauit tamen gloriam suam.* quia et post audierunt: *Et discipuli in eum crediderunt.* Vt dicitur hic scilicet qui antea mirabantur. Sed qualiter ait crediderunt discipuli, ex quo prius credide-
Aug. de con cord. Euãg. lib. 2. c. 17. tom. 4. rant? Et ad hoc respondet Augustinus. Quòd discipulos hic debemus intelligere, qui erant futuri discipuli, quia discipuli erant, quando hæc conscripta sunt. Sed quæritur quo modo fecit hic signum siue miraculum, cum hoc diminuat meritum fidei, infra:
Ioan. 4. g Nisi inquit signa videritis, non credetis. Ad istud re-
Chryſ. hom. 22. in Ioan. ante med. tom. 3. spondet Chrysostomus, quòd tunc maxime necessarium fuit signa facere, quando deuoti et attendentes, his quę fiebant manifeste aderant. Sed tunc quęritur de hoc quod supra. Sine signis, ideſt miraculis
Ioan. 2. f in eum crediderunt. Et ad hoc respondet Chryso-
Chryſ. ibid. stomus, quòd doctrina et Prophetia aliquando erat sufficiens admirationem imponere audientium animabus, et suadere cum affectione, attendere et credere. Sed tunc quæritur quare aliquando denegat signa facere, aliquando propter peruersitatem conuersantium in locis illis. Et ex his patet, quòd aliquando faciebat signa ob deuotionem assistentium, aliquando omittebat facere, quando doctrina et prophetia sufficiebant: aliquando denegabat ob peruersitatem habitantium siue inquirentium signa. Et sequitur se-
Secunda principalis capituli. cunda principalis capituli. Ibi: *Post hac descendit*, et cetera, in qua narrantur de descensu suo Capharnaum, vbi narratur suus descensus, et de mora ibi-
Chryſ. hom. 22. in Ioan. ante med. tom. 2. dem, ait ergo: *Post hac*, et cetera. Sed quæritur, ex quo erat ibi parum moraturus, et Hierosolymam festinaturus, quare illuc descendit. Et ad illud respondet Chrysostomus, quòd ideo descendit, vt matrem, et fratres, non vbique secum contrahat. Adiuit ergo illuc, et parum ibi contrahens tempus propter honorem, qui erat ad matrem, eam restaurans, ideſt consolans et delectans, rursus autem assumit facere miracula, et ideo ascendit Hierosolymam. Sed quæritur quare non fecit ibi signa vel miracula. Et ad hoc
Ibidem. Chrysostomus quod illi, qui habitabant illam ciuitatem, valde erant corrupti: Capharnaum, *et cetera.*
Mat. 11. c Et sequitur vsque enim infernum descendes. Item quæritur qualiter ait: *Fratres eius*, cum fuerit vnigenitus et patris et matris. Et ad hoc respondet Augu-
Aug. tract. 10. in Ioã. ante medi. tom. 9. stinus. Quòd fratres erant cognati Mariæ, eo modo, quo Abraam et Lot dicebantur fratres, et Iacob et Laban: *Et ibi manserunt non multis*, et cetera, propter vicinitatem Paschæ, prout postea subdit, nec
Gen. 14. c iste descensus Capharnaum, qui fuit ante Pascha,
Gen. 27. g est idem cum illo descensu, de quo Lucas, vt patet ab
Luc. 4. e Augustino. Et patet secundum Glossam, quod iste
Aug. de cõsen. cor. euang. lib. 2. c. 42. tom. 4. descensus significauit descensum filij Dei in mundum. Moraliter vero significat descensum filij Dei in animam sanctam. Capharnaum enim interpretatur
Descensus Capharnaũ quid significet. villa pulcherrima vel ager benedictionis eius mater est humilitas, obedientia, fratres et discipuli gratiæ virtutes, qui concomitantur ipsum Iesum. Qui-
Mat. 7. c cumque fecerit voluntatem patris mei, hic mater, et
Ioan. 14. c soror, et frater. Ioannes item: Si quis diligit me, *et cetera.* Sequitur: Ad eum veniemus, *et cetera.* Et sequitur tertia pars principalis capituli de ascensu in Hie-
Tertia pars principalis capituli. rosolymam. Ibi: *Et prope erat Pascha.* Et illa in duo. Primo de ipso et de factis ibidem. Secundo, narratur de inquisitione Iudæorum ab ipso. Ibi: *Respondérunt.* In prima tria. Primo ipsius ascensus et curę eius præmissio. Secundo facti ibidem specificatio. Ibi: *Et inuenit.* Tertio recordationis discipulorum de facto subiunctio. Ibi: *Recordati.* Ait ergo: *Et prope erat Pascha.* Scilicet primum post baptismum suum. Vn-
Chryſ. hom. 22. in Ioan. ante med. tom. 3. de Chrysostomus: Ascendit, vt ostendat, quoniam ante paucos dies Paschæ baptizatus est. Idem Magister in historijs. Et quia Pascha erat, ascendit adimplens legem, de qua Exodi. Tribus vicibus festa cele-
Exo. 23. e brabis, *et cetera.* Vnde Glossa docet nos seruare statuta Ecclesiæ, ad quam venimus. Et sequitur secundum: *Et inuenit in templo*, ideſt in atrio templi, nomine tamen templi appellatur: *Inuenit*, inquam uendentes. Et de his quæ uendebantur et qua causa uendebantur, Magister in historijs super illud Matthæi.
Mat. 21. b Eijciebat omnes uendentes, *et cetera*: In porticibus templi, inquit, hostias uendebant, ne uenientes de longinquo nihil offerrent, si hostias præsto non haberent. Et ibi bene de hoc. Sed quæritur, qualiter narrat hic de ista eiectione, cum Matthæus narrat de eiectione uendentium in templo ante passionem. Et ad
Mat. 21. b hoc respondet Chrysostomus, ubi supra: Hæ eiectio-
Chryſ. ibid. paulo post. nes non fuerunt secundum idem tempus, sed hæc fuit in initijs operum Christi. Illa uero ante passionem. Et enumerat ea, quæ uendebantur scilicet: *Boues et oues*, quos offerebant diuites: *Et columbas*, quas offerebant pauperes secundũ legem: *Et Nummularios*, scilicet accommodantes pecuniam sub cautione: nam prohibitum erat dare ad usuram. Tamen tales
Leuit. 5. b parua munuscula accipiebant, licet non numeratam pecuniam, palliantes suam usuram. Ideo dicitur: Vio-
Exec. 13. d labant me ad populum meum, propter pugillum hordei, et fragmen panis. Et: Vsuram et superabundantiã
Exec. 22. e non accipies. Et ad ostensionem zeli magni ipsius subdit: *Et cum fecisset flagellum*, ad litteram: *Eiecit*, et cetera. Vnde Chrysostomus: Non solum uerbis et in-
Chryſ. vbi supra. crepationibus contentus, sed flagellum faciens, eiecit eos. Et subditur ratio huius eiectionis. Ibi: *Auferte istũ hinc*, et cetera, ideſt de tam sacro loco: *Et nolite facere domum*, et cetera, ideſt templum cultui diuino mancipatum: *Domum negotiationis*, uendendo et emendo, sicut ipsi faciebant. Sed quæritur, ex quo non erat magnum peccatum, si uẽdebant in templo,
Ratio eiectionis.

quod emebatur, ut offerretur quare eiecit iſtos. Item uendebant, quæ opus habebant homines in ſacrificijs temporis: et quæ honeſte emuntur, non illicite uenduntur, ubi ait Auguſtinus: ergo ut prius. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus. Quod ad hoc figura erat illud. Inde enim eiecit Dominus omnes, qui ſua quærebant. Ideo non paſſus eſt domum orationis fieri domum negotiationis, et ſi negotiationis domus non debet fieri domus Dei: potationis debet fieri? quaſi dicat: Non. Quid ergo faceret, ſi ebrioſos ibi inueniret? Hæc Auguſtinus. Item quæritur iuxta Chryſoſtomum, quare ſic iſtos eiecit, et quare cum tanto conatu, quòd fecit flagellum ad eijciendum? Ad hoc reſpondet, quòd quia debebat in ſabbato curare et multa alia facere, in quibus videbatur Iudæis eſſe legis tranſgreſſio, vt non videretur Deo contrarius. Ideo ob ſuſpicionis directionem fecit. Hæc ille. Ad aliud reſpondet, quòd ideò non eſt contentus ſermonibus, vt oſtendat ſe hoc facere non ſicut hypocrita vel hypocriſim ſimulans: ex quo enim erat multa plebis irrationabilitas, non erat hypocriſim ſimulãtis in pericula ſe proijcere, ſed omnia pati eligentis, pro bono ornatu domus Dei. Ideo non dixit, domum ſuam, ſed domum patris mei. Ad oſtenſionem ergo, quòd non fuit contrarius Deo, nec quòd ſimulans hypocriſim eiecit eos de templo, dicto modo. Sed adhuc quæritur, quare hic loquitur mitius in iſta eiectione, quàm Matthæus: hic enim ait: *Nolite facere domum negotiationis*. Ibi autem ait: Feciſtis eam ſpeluncam latronum. Ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd in principio ſignorum non ita vehementer, ſed remiſſe increpatione vtitur: ideo tunc poſt ſigna et documenta acrius loquutus eſt. Sed quæritur, cum adhuc non eſſet multum notus, nec fama ſua diuulgata, qualiter permiſerunt eum prædicta facere tam authentice ſine contradictione? Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Magiſtrum in hiſtorijs ſupra Matthæum: Tradunt, inquit, quidam, quia fulgur radioſus egrediebatur ex oculis ipſius, quo territi Sacerdotes et Leuitæ non poterant ei reſiſtere, et ideo permiſerunt eum ſic facere. Aliter reſpondet Chryſoſtomus, quòd non reſiſtunt neque arguunt, ſicut infra, quando dixerunt: Dæmonium habes: quia viderunt ſe iure increpatos. Et vt patet hic ad litteram, templa Dei ſunt veneranda, et ea, quæ ſunt negotiationis voluptatis, cupiditatis, contentionis, ex eis eijcienda. Vnde Magiſter in hiſtorijs ſuper Matthæum vbi ſupra. Hic recte faciunt qui ceras factas in Eccleſia vendi non permittunt, niſi inquit, pro myſterio hoc fecerit Dominus. Et hoc quia eſt domus orationis. Vt enim ait Auguſtinus loquens de Eccleſijs, nihil turpe ac flagitioſum ſpectandum aut imitandum proponitur, vbi veri Dei aut præcepta inſinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtulantur. Quid autem ſignificatur per vendentes et ementes boues. Et ſic de alijs Auguſtinus multum, et in Gloſſa pro parte: ipſi enim ſunt, qui quærunt, quæ ſua ſunt, et totum habent venale. Columbas enim vendunt, qui dicunt ſe dare Spiritum ſanctum pretio honoris ſui. Similiter boues vendunt, qui laborem prædicationis ſimiliter pro pretio temporali vendunt: Oues vendunt, qui plebem diabolo vendunt, et hoc faciunt, vt accipiant honores et laudes, non vt conuertantur ad veritatem. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et eſt in Gloſſa pro parte. Quòd ergo flagellum fecit, figura eſt ſecundum Auguſtinum, quia ſermo eius flagellatur, ſecundum illud Pſalmi: Congregata ſunt in me flagella, et ignoraui: flagellatus eſt flagellis Iudæorum, flagellatus eſt blaſphemijs falſorum Chriſtianorum, nec ipſe præcepit illis, qui ab eis erat flagellandus, ſignum nobis oſtendit, quia vnuſquiſque in peccatis ſuis teſtem ſibi facit, addendum peccatum peccato, et quia ſic illi faciebãt huius ſignum fecit, illud ſcilicet flagel-

Aug. tract. 10. in Ioã. ante med. tom. 9.
Ibidem.
Chryſ. hom. 22. in Ioan. ante med. tom. 3.
Mat. 21. b
Chryſ. ibid.
Ioan. 7. c
Mat. 7. c
Aug. de Ciuit. Dei lib. 22. c. 28. to. 5
Aug. tract. 10. in Ioã. tom. 9.
Ibid. ante med.
Cur flagellum fecit.
Pſal. 34. b

lum, *et cetera*: Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis: Iniquitates ſuæ capiunt impium. Et ſequitur tertium ſcilicet recordationis diſcipulorum ſpecificatio, ibi: *Recordati*. hoc viſo, ait Gloſſa: *Quia ſcriptum eſt, zelus*, et cetera. Et in hoc quòd ait: *Comedit*, et cetera. Vocatur vehementia zeli: quod enim comeditur, quaſi in comedentem vertitur, et vita illius ac regimine agitur. Et de hoc Auguſtinus bene: Qui, inquit, comeditur zelo domus Dei, omnia quæ ibi videt peruerſa ſatagit corrigi, cupit emendari, ſi emendare poteſt, non quieſcit, ſi non poteſt, tolerat, gemit: et ibi multum et bene de hoc. Vnde ad imitationem Chriſti eius membra et ſpiritualiter præſidentes et prædicantes debent comedi zelo Dei, ideſt, inflammari, et illo agi et regi. Vnde Auguſtinus ibi: Si in domo tua, nequid peruerſum ſit, ſatagis, in domo Dei vbi ſalus propoſita eſt, debes pati quantum in te eſt, ſi quid peruerſum ibi vides? quaſi dicat: Non. Et ſequitur, prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes, blandire quibus potes, noli quieſcere. Ac demum: Nolite quieſcere lucrari animas Chriſto, qui eſtis lucrati a Chriſto. Hæc ille. Et ibi bene de hoc: O filij æmulatores legis eſtote, et ibi enumerat exempla patrum. De hoc dicitur: Sume tibi ſartaginem ferream, *et cetera*. Secundum Gregorium. Nullum omnipotenti Deo ſacrificium tale eſt, quale zelus animarum: debet tamen zelus eſſe regulatus recta ſcientia, ne contingat illud: Aemulationem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Vnde Bernardus: Quo feruidior eſt zelus, eo magis ſcientia eſt neceſſaria, et idem: Dilectio et cognitio ſunt neceſſaria cum zelo: iſta ne inflet, illa ne erret: tali zelo debent eſſe feruidi electi Dei, exemplo ſanctorum Patrum, Phinees et aliorum. Coram enim Catone nullus erat auſurus peccare, ait Seneca. Et ſequitur illa pars, in qua de interrogatione Iudæorum a filio Dei, ibi: *Reſpondérunt ergo*. Et ibi quatuor. Primo ipſa interrogatio. Secundo Chriſti reſponſio, ibi: *Reſpondit*. Tertia iterata eorum interrogatio, ibi: *Dixerunt*. Quarto, temporis, quo fuerunt diſcipuli recordati dictorum Chriſti, ſpecificatio, ibi: *Recordati*, ait: *Quod ſignum oſtendis*, et cetera. Et in hoc patet eorum inſania. Vnde Chryſoſtomus. Signo, inquit opus erat? quaſi dicat: Non, vt ea quæ male fiebant ceſſare faceret, et domum eriperet a tanta verecundia. Zelum enim talem pro domo Dei accipere, nonne maximum ſignum virtutis Dei erat? Hæc ille. Sed quæritur, quare petebant ſignum, ex quo erant inuidi, et facere ſignum eſſet ad eorum cõfuſionem? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd a turpi lucro ſuo interciſo, id eſt, ablato dolentes erant: et ideo opinantes eũ prohibere ſcilicet a priori facto, ſic petierunt. Sed quæritur tunc, quare non fecit aliquod ſignum ad eorum confuſionem? Et ad hoc reſpondet idem, quòd propter vltimam eorum inſenſibilitatem et doloſam mentem nullum ſignum fecit: Generatio adultera ſignum quærit: ſed non dabitur ei, niſi ſignum Ionę Prophetæ. Et ibi manifeſtius ait euãgeliſta, hic autem magis enygmatice propter mentem eorum pernicioſam. Hęc Chryſoſtomus. Et ſequitur reſpõſio Chriſti: *Reſpondit Chriſtus, ſoluite templum hoc*, et cetera. Sed qualiter ait imperatiue? cum ipſe loqueretur de templo corporis ſui, non debuit imperare eis ſoluere templum. Et ad hoc reſpondet Gloſſa, quòd iſtud fuit prophetia; non enim imperat, ſed quaſi diceret: Vos ſoluetis ſcilicet in paſſione, et ego excitabo in reſurrectione. Et proprie loquitur: *Excitabo*, quaſi de ſomno ob breuitatem temporis ante reſurrectionem, ſecundum illud Pſalmi: Ego dormiui et ſoporatus ſum: vnde dicitur: Tertia die ſuſcitabit nos. Et occaſione iſtius verbi, ſicut creditur, ſumptum fuit illud falſum teſtimonium Iudæorum dicẽtium: Dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, et poſt triduum ædificare illud.

Iſai. 5. c
Prou. 5. d
Aug. tract. poſt med.
Zelus qualis eſſe debeat.
Ibidem.
1. Mac. 2. f
Ezec. 4. a
Greg. in Ezech. lib. 1. hom. 12. poſt med.
Rom. 10. a
Bern. ſuper cãt. ſer. 49. ante med.
Bern. hom. 49.
Cato.
Senec. de ẽ ſol. ad Marciam c. 20. circa med.
Chryſ. hom. 22. in Ioã. circa med. to. 3.
Cur peterent ſignum Iudæi.
Ibidem.
Cur ſignum non fecerit Dominus.
Mat. 12. a
Pſal. 3. b
Oſea 6. a
Mat. 26. f

Digitized by Google

lud. Et nota quòd istud verbum posset esse conueniens thema tempore passionis vel resurrectionis: in quo figurantur quattuor. Quorum primum est sacri corporis filij Dei singularis et dedicata sanctitas. Ibi: *Templum*. In sole enim posuit tabernaculum suum: vnde figuratur per templum Salomonis, in quo erant omnia, quasi de auro vel aurea. In quo notatur immaculata sanctitas. Istud enim templum sacrum erat, illud tabernaculum non manu factum. Secundo figuratur passionis vniuersalitas. Ibi: *Soluite*, idest soluetis, quod enim soluitur vndique deligatur, et dilaceratur, et eius compago dissipatur. Sic fuit de Sacro corpore Domini, quando clauis confodiebatur et perforabatur. In figura conscidit me vulnere super vulnus. Et destruxit me vndique et pereo. Et sequitur: Fecerunt sibi viam per me, et obsederunt in gyro tabernaculum. Tertio figuratur eiusdem inuicta potestas in resurgendo. Ibi: *Excitabo illud*. In quo notanda æqualitas potestatis filij cũ patre. Vnde Augustinus. Quo modo suscitat pater sic et filius. Potestatẽ habeo ponendi animam meam et iterum sumẽdi illam. Quarto figuratur veritas mortis, et velocitas resurrectionis. Ibi: *Tribus diebus*, et hoc scilicet ad manifestandam veritatem mortis et in resurgendo virtutem potestatis. Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus. Qualiter autem fuerunt tres dies, et tres noctes, Augustinus bene: Quòd primus dies a parte extrema totus annumeratus. Similiter tertius a parte prima et ipse totus: medius autem absolute totus. Et sequitur: Ab hora mortis vsque ad diluculũ resurrectionis fuerunt quadraginta horæ, vt congrueret vita sua super terram illi numero ad insinuandum mysterium perfectionis. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et sequitur tertium, scilicet iterata interrogatio Iudæorum, dixerunt ergo Iudæi: et *Quadraginta sex annis*, et cetera. Sed quæritur, qualiter ait: quòd tot annis fuit templum ædificatum, cum in sex annis fuerit ædificatum templum, et septimo consummatum fuerit, vt patet. Videtur enim quòd sit contradictio. Et ad istud respondendum, quòd primum templum fuit ædificatum in sex annis, vt dictum est, hic vero loquitur de templo reædificato sub Zorobabel, cuius ædificatio fuit incœpta primo anno Cyri Regis: sed impedientibus bellis, tot annis fuit perfecte ædificatum, vt patet. Et de hoc in Glossa: sed contra hoc est illud quod ait Chrysostomus: quòd in viginti annis fuit consummata mensura ædificationis prioris templi. Et ad istud est respondendum, quòd vis est faciendi in hoc quod ait: *Consummata*. numerat enim Chrysostomus, et ædificationem templi et ædificationem domus Regiæ, quæ tredecim annis est ædificata, vt patet. Quasi ergo dicerent Iudæi impossibile est, loquẽtes ad Christum, te excitare tot diebus templum ædificatum tot annis: *Sed ille dicebat de templo corporis*, vt enim ait Augustinus. Ille spiritualiter loquebatur, sed illi caro erant, et vt caro sapiebant. Sed quæritur de Glossa, et est Augustini, qui hæc exponit, quæ Glossa ait. Quòd quadragintasex diebus corpus Christi, vt cuiuslibet hominis in ventre matris per omnia membra formatur: sed videtur quòd hoc non fuerit ad propositũ, quia Christus fuit conceptus ex Spiritu sancto. Alia corpora humana fuerunt concepta ex seminibus commixtis, vt patet supra vbi dicitur: Non ex sanguinibus, *et cetera*: ergo non est simile de corpore Christi et de alijs corporibus humanis. Item ipse Christus a primo instanti conceptionis fuit perfectus vir: Femina circumdabit virum. Ergo vt prius. Et ad istud respondendum secundum Magistrum in historijs, secundum hunc numerum conuenisse perfectioni corporis Dominici, quantum ad maiorem distinctionem. Vnde corpus perfici, potest intelligi duplicitet: vel organizatione, vel magnitudine sine mole: omnia enim alia corpora humana concepta ex seminibus permixtis perficiuntur vtroque modo, prout ait Augustinus. Qui ait: Conceptio humana sic procedit, quòd in primis sex diebus, lactis quasi habet similitudinem, sequentibus nouem conuertitur in sanguinem, duodecim diebus solidatur, reliquis diebus formatur vsque ad perfecta lineamenta. Et ibi bene de hoc. Corpus vero Christi, in primo instanti fuit organizatum complete, tamen mole et magnitudine membrorum spatio dierum perficiendum. Ideo numerus prædictus non est dicendus conuenire sacro corpori Christi, quantum ad distinctionem, sicut alijs corporibus: sed eo modo, quo dictum est. In instanti enim primo conceptionis completum et organizatum fuit corpus Dominicum et verbum vnitum. Quærit Chrysostomus, quare non dedit eis signum. Et respondet vt prius, quòd ideo non dedit, scilicet propter eorum dolosam mentem. Item quærit, quare non soluit eis ænygma de templo. Et cum dicatur: Qui sophistice loquitur odibilis est; videtur quòd non debuit eis ita loqui, quasi sophistice, quasi æquiuocando templum. Et ad primum respondet Chrysostomus, quòd sermonem non suscepissent, licet exposuisset eis de templo corporis sui. Si enim inquit, discipuli neque sufficienter curant intelligere quod dictum est, multo magis nec turbæ. Ad aliud respondendum, quòd aliud est loqui sophistice, aliud ænygmatice; quia loqui sophistice est loqui ad deceptionem: loqui vero ænygmatice est ad occultationem mysteriorum malis et indignis, vel ad exercitationem bonorum ad inquirendam intelligentiam in mysterijs. De mysterio autem istorum dierum scilicet quadraginta sex in Glossa, et in Homelia. Et sequitur quartum, specificatio temporis, quo discipuli fuerunt recordati præmissi ænygmatis: *Cum ergo resurrexisset*, et cetera: *Recordati*, et cetera. Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Ideo sequitur: *Crediderunt scripturæ*, in qua præfigurata Christi resurrectio, sicut in euomitione Ionæ de ventre piscis: *Et sermoni*, quem dixit de resurrectione: Erit filius hominis in corde terræ. Sed quærit Chrysostomus, qualiter discipuli hoc nescierunt, quoniam eum suscitari oportebat a mortuis. Et ad istud respondet: quoniam spiritus nondum erat, scilicet datus, vt dicitur infra. Ideo continue audientes sermones de resurrectione, nihil intelligebant: alienum enim et præter opinionem erat, quod dicebatur. Ideo ait Petrus Christo, loquenti de passione: Propitius esto tibi. In primis ergo hunc sermonem conuelatum per experientiam, scilicet resurgendo ad veritatem duxit, postea dedit tantam spiritus gratiam, vt omnia susciperent. Et sequitur: postea enim vitam ostenderunt præclaram et multam philosophiam et magnos labores, et deriserunt præsentem vitam et nihil existimauerunt humana. Sed superiores omnibus facti sunt, et sicut Aquilæ leues alte volantes per opera ad ipsum adierunt cælum. Hæc ille. Et ibi bene de hoc infra: Cum exaltatus fuero omnia traham ad meipsum, *et cetera*, vel vt ait Augustinus: Quòd in alijs locis scripturarum euidenter apparet, discipulos omnes appellatos, qui ab eo discerent, quod ad vitam æternam pertineret. Hæc ille. Non ergo solum vocat discipulos, scilicet Apostolos forte, sed alios sequentes eos. Et sequitur ultima pars capituli, in qua narratur de credulitate multorum in eum, et illa in duas: Primo de credulitate multorum communiter: Secundo de aduentu Nicodemi, et eius credulitate. Ibi: Erat autem homo. Ait ergo: *Cum autem esset in Hierosolymis in Pascha*, et cetera, cuius solemnitas celebrabatur septem diebus: *Multi crediderunt*. Non scilicet perfecte. Sed: *Videntes signa*. Vt enim ait Chrysostomus: Grossiores quidem signa trahebant, rationabiliores vero prophetiæ,

Quattuor hic figurantur.
Psal. 18. *a*
Immaculata sanctitas.
3. Reg. 7.
Hebr. 9. *c*
Passionis vniuersalitas.
Iob 16. *c*
Iob 19. *b*
Inuicta potestas in resurgendo.
Aug. tract. 20. *in Ioã. post mediũ.* 20.9.
Ioan. 5. *d*
Ioan. 10. *d*
Veritas mortis.
Mat. 12. *f*
Augus. de Trin. lib. 4. *c.* 6. *in prin. tom.* 3.
Quæstio de ædificatione templi.
3. Reg. 6. *d*
Chrys. hom. 22. *in Ioã. post medii. to.* 3.
3. Reg. 7. *a*
3. Reg. 9. *b*
Aug. tract. 10. *in Ioã. post medii tom.* 9.
Augus. de Trin. lib. 4. *c.* 5. *to.* 3.
Mat. 1. *d*
Ioan. 1. *b*
Hier. 31. *d*
Augus. 83. *quæst. q.* 56. *to.* 4. Conceptio humana.
Chrys. hom. 22. *in Ioã. post medii. tom.* 3.
Eccl. 37. *e*
Chrys. ibid. paulo post.
Loqui ænygmatice quid sit.
Luc. 24. *g*
Iona 2. *b*
Mat. 12. *f*
Ioan. 7. *f*
Mat. 16. *d*
Ioan. 12. *e*
Aug. de Cõcor. euang. lib. 2. *c.* 17. *post medii. tom.* 4.
Vltima pars capituli diuiditur in duas.
Ioan. 3. *a*
Leuit. 23. *a*
Chrys. hom. 23. *in Ioã. prope prin. tom.* 3.

Digitized by Google

phetiæ, infra: Niſi ſigna et prodigia videritis non credetis. Et licet ita eſſet: *Ipſe Ieſus non credebat ſemetipſum eis*. Sed qualiter hoc, videtur ex quo in eum crediderant, quod ipſe debuiſſet ſe credere eis: ſicut enim quærit Auguſtinus. Item cum haberet poteſtatem ponendi animam, et iterum ſumendi eam infra. Non oportuit, quin ſemetipſum crederet eis. Item infra: Nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Ergo vt prius. Et ad hoc reſpondet Auguſtinus dicens: An forte non credebant et fingebant ſe credidiſſe, et quaſi idem in Gloſſa, quæ ait: Nondum erant digni, quibus ſe crederet Ieſus, et familiariter cohabitaret: non ergo vel propter timorem vel dubitationem a parte ipſius non credebat ſe eis, ſed propter eorum indignitatē et credulitatis fictionem et imperfectionem. Et ideo ſequitur: *Eo quòd ipſe noſceret omnes*. Et ita ſciebat eos infirmiter credere ait Gloſſa. Vnde Auguſtinus: Plus nouerat artifex, quid eſſet in opere ſuo, quàm ipſum opus quid eſſet in ſemetipſo: ſic Creator nouerat, quòd creatus homo non nouerat. Idem Chryſoſtomus vbi ſupra, ea quæ in corde hominum ſcire eſt eius, qui plaſmauit corda: Deus intuetur cor. Et alibi: Omnia videt oculus eius. Et: Ego Dominus ſcrutans corda et probās renes. Et: Omnia ſunt nuda et aperta oculis eius: ideo ſequitur: *Quia ei opus non erat. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine*. Nouit enim eorum, ideſt, homi num ineffabilia omnia: manifeſte ait Chryſoſtomus, vbi ſupra. Et in hoc patet ſalutare exemplum hominibus, non credendi, neque committēdi ſe omnibus, qui fingunt ſe eſſe amicos. Vnde Chryſoſtomus vbi ſupra: Sic nos non in his, qui ſimpliciter ſunt amici, ideſt, apparenter et nomine tenus, ſed in proprijs amicis confidamus: Vnuſquiſque a proximo ſe cuſtodiat. Et: Nolite credere amico, *et cetera*. Item ex quo Deus nouit omnia, quæ ſunt in homine, ob talis iudicis maieſtatem, ob talis teſtis inflexibilem veritatem: Ipſe enim eſt iudex et teſtis. Ob talis dominatoris in corde habitantis ſanctitatem, et immunditiarum ab eo odibilitatem: Mundi enim ſunt oculi tui, ne videas malum, et reſpicere ad iniquitatem non poteris. Neceſſe eſt vt homines mundent corda ſua. Vnde Boetius: Magna vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis, propter quòd ait Propheta: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper.

Ioan. 4. g
Ioan. 10. c
Ioan. 8. c
Aug. tract. 11. in Ieā. prope prin. tom. 9.
Ibid. poſt aliqua.
Chryſ. hom. 23. in Ioan. non longe a prin. to. 3.
1. Reg. 16. b
Eccl. 23. b
Hier. 17. b
Hebr. 4. d
Chryſ. ibid.
Ibidem.
Hier. 9. b
Mich. 7. b
Hier. 23. f
Abac. 1. d
Boet. de conſola. Philoſ. li. 5. proſ. 6. in fi.
Pſal. 15. b

CAPVT TERTIVM.

Cōtinuatio capitis, et ſenſus.

ERAT *homo ex Phariſæis*. Præmiſſo aſcenſu Domini in Hieroſolymam, et enarrata multorum in ipſum credulitate, hic narratur de aduentu Nicodemi et eius credulitate, vel, vt alij continuant, præmiſſa manifeſtatione filij Dei per miraculum in operibus conditionis; hic eius manifeſtatio per documenta regenerationis et etiam per opera. Et hoc in duas partes. Primo, de manifeſtatione ſua ipſis Iudæis. Secundo, de manifeſtatione ſua ipſis Samaritanis. Infra: Vt ergo cognouit Deus. Prima ſcilicet iſtud capitulum in duas. Primo, de documentis Saluatoris ipſi Nicodemo: et de mutua collatione et eius inſtructione. Secundo, de tranſitu eius in Iudæam, et de opere regenerationis, eo quòd ibi baptizabat per diſcipulos. Ibi: *Poſt hæc venit Ieſus*. Prima in duas. Primo, de prædicto aduentu et deſcriptione aduenientis: Secundo, de eius inſtructione, et de documentis Saluatoris, ibi: *Dixit ei*. Ait ergo: *Erat homo*. Et eſt deſcriptio eius a ſecta vel religione. Ibi: *Ex Phariſæis*. Erant enim tres ſectæ, de quibus in hiſtorijs Magiſter ſufficienter. Item eius deſcriptio a notatione. Ibi: *Nicodemus*, qui

Diuiditur in duas partes.
Ioan. 4. a

Tres ſectæ Iudæorum. Nicodemus victoria populi.

interpretatur victoria populi, et erat filia credentium in Chriſtum ex Iudæis, vt dicitur in Gloſſa. Tertio eius deſcriptio a dignitate. Ibi: *Princeps Iudæorum*, ideſt, vnus de Principibus, ait Gloſſa. Sed qualiter ait hoc? quia infra: Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum? Et ad iſtud reſpondendum, quòd iſte credidit occulte. Ideo ait hic, quòd nocte venit ad Ieſum. Ibi negabant aliquem manifeſte credidiſſe, vel falſo aſſerebant illud ex inuidia, neminem ſcilicet ex Principibus in ipſum credidiſſe: vnde de iſto ſimiliter dicitur infra. Dixit Nicodemus ad eos: Nunquid lex veſtra iudicat hominem, niſi prius audierit eum? Et de iſto ſimiliter infra: Venit Nicodemus. Et ſubditur de eius aduentu, et de tempore: *Hic venit ad Ieſum nocte*. Sed quæritur, ex quo credidit, vt erat vnus de principibus, non oportuit eum timere nec nocte venire. Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus: quòd adhuc Iudaica detinebatur infirmitate, ideo nocte venit trepidans: vel ſecundum Gloſſam, quia magiſter in Iſrael palam diſcere erubeſcebat: vel, vt ait Beda, cupiens ſecreta allocutione myſteria fidei percipere: ideo nocte uenit. Secundum uero Auguſtinum, iſte fuit figura cathecumenorum, qui portant crucem Chriſti in fronte, ſed de myſterijs carnis et ſanguinis ignorant: et de his erat iſte. Ad lucem uenit et in tenebris. Et de hoc ibi multa et in Gloſſa ſimiliter. Et ſequitur ſecunda pars, in qua inſtructio Saluatoris. Et quia Nicodemus, qui uenerat, interrogabat, et Saluator docebat, et inſtruebat: ideo illa in tres. Primo, interrogationis illius præmiſſio: et Saluatoris inſtructio de regenerationis Sacramento. Secundo, iterata eiuſdem interrogatio et Saluatoris reſponſio de regenerationis modo. Ibi: *Dicit ad eum Nicodemus*. Tertio ſubſequens illius quæſtio, et Saluatoris doctrinatio de intellectu uero eorum, quæ dicta erant. Ibi: *Reſpondit Nicodemus*. Ait ergo: *Dixit Rabbi*, ideſt, magiſter. *Scimus*, per ſigna ſcilicet: *Quia a Deo veniſti magiſter*. Et confitetur poteſtatis auctoritatem, in hoc, quod ait: *A Deo veniſti*. et magiſterij diuinitatem in hoc, quod ait: *Magiſter*, infra: Vocatis me magiſter et Domine. Et ſubditur confirmatio dictorum: *Nemo poteſt facere ſigna*, et cetera. Infra: Niſi hic eſſet a Deo, non poſſet facere quidquam. Et in hoc confitetur uirtutis poteſtatem. Vt enim ait Chryſoſtomus: Adhuc humanā mentem de eo habebat, ſcilicet credens eum eſſe hominem ſolū, et ut de Propheta ſcilicet miſſo, loquitur, indigēte auxilio aliorū in operationem. Sed quæritur, quare filius Dei non redarguit eum, ſicut infra ait ad regulum: Niſi ſigna et prodigia uideritis, non creditis. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd calamum contritum non conterit, ut dicit Iſaias. Et quia ille non erat firmus in fide, ſicut dictum eſt, ideo non redarguit eum: non uenerat enim iudicare mundum, ſed ſaluare. Et ſubditur doctrinalis reſponſio Saluatoris: *Amen amen dico tibi*. Et hoc eſt quaſi iuratio Dei, et interpretatur, uerum, eſt enim nomen hebræum, et manet non interpretatum, ut honorem haberent uelamento myſterij, ait Auguſtinus. Et geminatur ad maiorem confirmationem: *Niſi quis natus fuerit denuo*, ideſt, iterato, uel deſuper ſecundum litteram Chryſoſtomi: *Non poteſt videre regnum Dei*, ideſt, uidere me, qui ſum regnum Dei: Regnum Dei intra uos eſt, et infra: Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcant te, et quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Sed quæritur, ſicut inuit Chryſoſtomus, quare non inſtruxit eum de ueritate ſuæ potentiæ, et quòd erat filius Dei naturalis, non indigens auxilio alicuius ad operandum? Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd ſtudium erat Chriſto non ita dignitatem ſuam reuelare ſicut ſuadere, quoniam nihil ex diuerſo agebat patri. Etenim uerbis moderate loquebatur, in factis autem cum poteſtate mirificabat, vt patet infra. Quando ait: Tol

Ioan. 7. g
Ibidem.
Ioan. 19. g
Cur Nicodemus nocte ad Ieſū.
Chryſ. hom. 23. in Ioan. ante med. to. 3.
Aug. tract. 11. in Ioā. antè medi. tom. 3.
Figura catechumenorum.
Secūda pars et eius diuiſio.
Ioan. 13. b
Ioan. 9. f
Chryſ. hom. 23. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ioan. 4. g
Chryſ. ibid.
Iſa. 42. a
Quaſi iuratio Dei.
Amen.
Aug. tract. 41. in Ioā. ante med. tom. 9.
Luc. 17. d
Ioan. 17. a
Chryſ. hom. 23. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ioan. 5. b

le

le grabatum tuum et ambula, *et cetera*. Et ideo non A
reuelauit his verbis dignitatem suam, miraculo au-
tem ostenderat potestatem. Item quæritur, cum istud
esset arcanum mysterium, scilicet scire de sacramen-
to regenerationis, qualiter de hoc proposuit illi, cum
non esset fide perfectus? Et ad hoc respondet Chry-
Ibid. circa med. sostomus, quòd non priuauit eum sua doctrina, enyg-
matice tamen aperit ei, neque manifeste excelsum ei
loquitur. Erat enim misericordia dignus, non sicut
qui erant a malitia increduli. Et ita successiue et enyg
matice manuducit eum ad cognitionem veritatis.
Item quæritur ex quo Nicodemus præmiserat de si-
gnis, videtur quòd impertinenter ei respondit di- B
cens: *Nisi quis natus*. Et ad hoc respondet idem, quòd
existimauit ille se magna aliqua dixisse: ideo osten-
dens, quoniam neque in ianua decentis cognitionis
ascendit, sed extra regnum Dei erat. Ideo ait: *Nisi*
quis natus, et cetera. Item quæritur quare Christus
non dixerit sermonem ad eum, sed in tertia persona
loquitur. Et ad istud respondet quòd vt mitius grau-
em sermonem scilicet sufferret, non ad ipsum ma-
nifeste dixerit sermonem sed indeterminate dicens:
Nisi quis natus et cetera. Et sequitur secunda interro-
gatio. et ibi duo. Primo, ipsa interrogatio. Secundo,
Christi responsio et doctrinatio ibi: *Respondit Iesus*. C
Et hoc est, quod ait: *Dixit Nicodemus: Quo modo*, et ce-
tera, nasci cum sit senex, quasi dicat hoc est impossibi
le, et quasi ad hoc arguens subdit: *Nunquid potest in*
Aug. tract. *ventrem*, et cetera, vt ait Augustinus. Spiritus ei lo-
12. in Ioã. quitur, et ille carnem sapit: suam carnem sapit, qui de
ante medii carne Christi non sapit. Et ibi bene de hoc. Et in hoc
tom. 9. patet studiosa eius deuotio ad intelligendum. Vnde
Chryſ. hom. Chrysostomus: Iudæi si hæc audiuissent, deridentes
23. in Ioã. discessissent, hic vero amorem disciplina ostendens,
circa med. ait iterum: *Quo modo potest homo nasci*, et cetera. Sed
tom. 3. quæritur quare Christus obscure loquutus est ei, ex
quo ita venerat vt instrueretur a Christo? Et ad istud D
Ibidem. respondet Chrysostomus, quòd immanifeste in mul
tis locis loquitur Christus, eos qui audiunt erigere
volens, et attentiores operari, nam quod manifeste est
dictum, transcurrit multoties auditorem, quod au-
tem immanifestum est, circumscrutatiorem facit et
studiosum. Hæc ille. Vt ergo redderet eum attentio-
rem et auidiorem, sic loquutus est ei. Ille autem reue
rentiam custodit Christo, non enim exprobrauit,
quod dictum est: sed impossibile esse existimans, si-
luit: audiuit natiuitatem, sed spiritualem non intelle-
Ibid. post med. xit, ut ait Chrysostomus. Et sequitur doctrina Saluato-
Chryſ. hom. ris cum sua explanatione. Ibi: *Respondit Iesus: Nisi* E
24. in Ioã. *quis renatus fuerit*, vt ait Chrysostomus. Manifestius
non longe a reuelat natiuitatis modum: *Ex aqua*, scilicet visibili
prin. to. 3. Sacramẽto exterius abluenti: *Et spiritu*, inuisibili in-
Mat. 3. d terius mundante. In huius figura cum Christus in
Ioan. 1. e aqua baptizatus fuit, Spiritus sanctus in specie colum
Aug. tract. bæ descendit super eum, supra vt ait Augustinus.
12. in Ioã. Cum duæ sint natiuitates, vna de terra, alia de cæ-
ante med. lo: vna de carne, alia de spiritu: vna de mortalitate,
tom. 9. alia de æternitate: vna de masculo et femina, alia ex
Natiuita- Christo et Ecclesia, vnam ille intelligebat. Et ibi be
tes duę. ne de hoc: *Nisi ergo quis renatus*, ideſt secunda genera F
1. Cor. 13. d tione natus, nõ potest etiam videre regnum Dei, per
fidem, de qua visione dicitur ad Corinthios. Et subdi
tur explanatio dicti: *Quod natum est ex carne*, ideſt ex
primo homine *caro est*, ideſt carnalis, *quod* vero *ex spi-*
1. Cor. 15. f *ritu*, scilicet Christo et Ecclesia dicto modo, *spiritua-*
lis est: Primus homo de terra terrenus, secundus de
cælo cælestis. Et de hoc Chrysostomus bene. Vnde
spiritus dignitatẽ, qui natus est ex spiritu, spiritualis
est: natiuitatem ergo non quæ est ex matre, sed eam
quæ est secundum honorem, et gratiam scilicet ad-
mirare. Sed tunc obijcitur, quòd qui natus est de spi
ritu, ideſt spirituali homine, qui fuit factus spiritus,
non indiget regeneratione. Sed ad istud respondẽ-
dum, quòd verbum est intelligendum per se, sicut
est expositum a sanctis. Sed si homo spiritualis gene-
ret, carnaliter tamen generat, non vnde est spiritus,
sed vnde est caro. Et ideo qui nascitur, ex carne na-
scitur, et vt filius iræ, et propter hoc indiget regene-
ratione, nec homo est purgatus, nec spiritus, inquan
tum est homo principium generationis et generat
carnaliter. Et ideo supra: Dedit eis potestatem filios *Ioan. 1. b*
Dei fieri, his qui non ex sanguinibus, *et cetera*. Et de
his generationibus scilicet ex spiritu et carne Augu-
stinus multum: Quod natum est, inquit, de spiritu, *Aug. tract.*
scilicet verbo et Sacramento. Et ibi distinguit de *12. in Ioã.*
quatuor generibus: quia aliquando boni per bonos *ante med.*
nascuntur, sicut quando baptizantes boni sunt, et ba- *to. 9.*
ptizati recte credunt: aliquando per malos mali, si-
cut quando baptizantes sunt mali, nec in fide bapti-
zant, et alij duplici corde accedũt: aliquando per ma
los boni, aliquando e contrario. Ideo Apostolus: Non *2. Cor. 4. a*
sumus adulterantes verbum Dei: et sequitur: Sonat
Euangelium, vox est spiritus: sonat Psalmus, vox est
spiritus: sonat sermo diuinus, vox est spiritus: si na-
sceris ex spiritu, hoc eris vt ille: si nasceris ex carne,
hoc eris vt illa. Et ibi bene de hoc. Et de vilitate hu-
jus natiuitatis, quæ est ex carne, et de dignitate il-
lius, quæ est de spiritu, Chrysostomus multum. Et *Chryſ. hom.*
ad maiorem explanationem subdit: *Ne mireris, quia* *25. in Ioã.*
dixi tibi, scilicet, quòd oportet vos nasci denuo scili- *tom. 3.*
cet spiritualiter, vel desuper secũdum litteram Chry
sostomi. Et quia istud ad intelligendum est difficile, *Ibid. ante*
nec potest intelligi absque diuina inspiratione, sequi- *med.*
tur: *Spiritus vbi vult spirat*, quia in potestate habet,
quibus cor illustret ait Glossa. Et ibi bene de hoc:
Et tamen nescis vnde veniat, vnde dicitur: Si venerit ad *Iob 9. b*
me non videbo eum, et abierit non intelligam. Sed
qualiter ait, quòd homo nescit vnde spiritus veniat
vel vocem eius, quia, inspiratio omnipotentis dat in-
telligentiam. Ergo vbi est inspiratio spiritus, ibi in- *Iob 32. b*
telligentia de ipso spiritu, et de aduentu eius. Item: D
Vnctio docet de omnibus, ergo magis de se ipso. Et *1. Ioan. 2. d*
infra: Cum venerit spiritus docebit vos omnem ve- *Ioan. 16. e*
ritatem, ergo docebit et illam, scilicet hominem ha-
bere spiritum. Item alibi: Spiritus docebit vos om- *Ioan. 14. d*
nia: Et ita vt prius. Et ad istud respondendum secun *Iob 9. b*
dum Gregorium. Si venerit ad me, non videbo eum. *Greg. Mor.*
Genus humanum secluſum, inquit, ab internis gau- *li. 9. cap. 7.*
dijs, exigente culpa, mentis oculos perdidit, et qui- *in prin.*
bus meritorum suorum passibus graditur nescit, sæ-
pe enim donum est gratiæ quod iram deputat, et sæ-
pe diuinæ districtionis ira est, quod gratiam putat.
Hæc ille. Et ponit exempla et dono prophetiæ, et E
magisterio doctrinæ, quæ deputantur pro gratia et
tamen aliquando securitate virtutis mens resoluitur,
et quasi telo hostis perforatur. Similiter exempli-
cat de prosperitate, quæ putatur gratia, et tamen est
ira, et de aduersitate vel tentatione, quæ putatur ira,
et tamen aliquando est gratia. Et ibi bene de hoc. Est
ergo loqui de originali ratione siue occasione aduen
tus spiritus, et sic homo nescit: vnde veniat spiritus,
ideſt, qua occasione, ait Glossa: Et est loqui de spiri-
tu quantum ad opera, quæ exercet post suum aduen-
tum, et sic potest homo scire sicut ex coniectura, et
ex signis: A fructibus enim eorum cognoscetis eos. *Mat. 7. e*
Et est loqui de finali perseuerantia et finali utilitate,
et sic nescit homo, quo uadat, ideſt, ad quam perfe- *Eccl. 9. a*
ctionem ducat, ait Glossa. Nescit homo an dilectio- *Iob 37. a*
ne uel odio sit dignus, scilicet finaliter: Cum audi- Vocem spi-
ta fuerit uox eius: ibi ait Gregorius, exponens istud: ritus audire.
Vocem spiritus audire, est ui compunctionis in amo- *Greg. Mo-*
rem conditoris assurgere: *Sed nemo scit*, quia igno- *ral. lib. 27.*
ratur, per ora prædicantium quibus se ad nos occa- *c. 13. ante*
sionibus fundat. Et ibi bene de hoc. Et per hoc ad *med.*
obiecta: Aliter autem legit istud Chrysostomus: *Spi-* *Chryſ. hom.*
ritus vbi vult spirat, legitur enim de spiritu, qui est *25. in Ioan.*
ventus, dicens: ad aliam transfert se imaginem, scili- *circa med.*
cet figuram: quasi dicat, si huius spiritus, qui est ven- *to. 3.*
tus,

Digitized by Google

tus, cuius ſenſum accipis, et auditu et tactu neſcis viam, qualiter diuini ſpiritus actionem circumſcrutaris ea, quæ venti ſunt, neſciens. Hæc ille. Et ideo ait infra: *Si terrena dixi vobis*, ſcilicet exemplum de terrenis, vt de vento, vt ait idem Chryſoſtomus. Sed huic lecturæ non conſentit Auguſtinus, dicens, quòd huic non concordat, quod dicitur hic. *Neſcis: Vnde veniat, et quo vadat.* Quis enim non videat auſtrum a meridie ad aquilonem, aut alium ventum veniẽtem ab oriente ad aquilonem? quaſi diceret, nullus: forte tamen loquitur Chryſoſtomus de vento, quantum ad originem. Auguſtinus quantum ad locum originis, vel aduentus. Et quia dixit: *Spiritus vbi vult ſpirat*. Ideo ſequitur: *Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu*, quaſi dicat: Sicut aduentus ſpiritus non comprehenditur ab homine, ſic nec generatio ex ſpiritu, eo quòd inuiſibilis eſt. Ex dictis videtur, quòd niſi quis fuerit renatus ex aqua et ſpiritu, non videbit regnum Dei: cum tamen inſtantia ſit in quibuſdã martyribus mortuis pro confeſſione Chriſti: et ſimiliter inſtantia de latrone, cui dictum eſt: Hodie eris mecum in Paradiſo. Et de ſanctificatis in vtero. Sed de his omnibus qualiter ſaluantur quarto Sentent. ſufficienter. Itẽ quærunt aliqui hic, quando fuit baptiſmus inſtitutus? quia ſæpe loquitur Saluator de ipſo in Euãgelio. Et ad iſtud reſpondetur magiſtraliter, quòd baptiſmus fuit inſtitutus materialiter, quando filius Dei baptizatus eſt. Supra: Effectiue vero fuit inſtitutus, quando Chriſtus paſſus eſt, a qua paſſione habet efficaciam: vnde et de latere filij Dei exiuit ſanguis et aqua. Infra: Formaliter vero fuit inſtitutus poſt reſurrectionem, quando filius Dei dedit formam. Finaliter vero fuit hic inſtitutus, quando Saluator vtilitatem et neceſſitatem baptiſmi declarauit et diuulgauit, dicens, ibi: *Niſi quis renatus fuerit*, et cetera. Item quęrũt aliqui a quo tempore fuit obligatio ad baptiſmum: Videtur quòd nunc, ſiue poſtquam Saluator promulgauit iſtam ſententiam: *Niſi quis renatus fuerit*, et cetera. Ad contrarium videtur, quòd quando miſit diſcipulos, vt baptizarent: ergo ante non fuerunt obligati homines ad baptiſmum. Et ad iſtud reſpondet Hugo bene. Vbi quærit, quando homines cęperunt obligari debito baptiſmi participandi. Et eſt ſumma reſponſionis, quòd hic fuit conſilium amico reuelatum: quando miſit diſcipulos vt baptizarent, fuit præceptum expoſitum: Poſtquam vero in omnem terram exiuit ſonus eorum, contemptores condemnantur. Et ibi bene de hoc. De his vero generationibus, ſcilicet ſpirituali, et carnali dicitur in collatione prædicabili. Et ſequitur tertia pars, in qua inquiſitio Nicodemi: et ibi duo. Primo, ipſa inquiſitio. Secundo, filij Dei reſponſio. Ibi: *Reſpondit Nicodemus, quo modo poſſunt*. Adhuc enim carnalis erat, et carnaliter intelligebat, et in illo fiebat, quod dixerat Dominus: *Vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat*: Ait Auguſtinus. Et ſequitur Saluatoris reſponſio, et ibi duo. Primo, inquirentis amicabilis arguitio. Secundo, de arcanis doctrinatio. Ibi: *Nemo aſcendit in cælum*. Ait ergo: *Dixit ei: Tu es magiſter*. Vt enim ait Chryſoſtomus. Vide, nuſquam nequitiam accuſat viri, ſed fatuitatem et ruſticitatem. Sed qualiter hoc? ex quo fuit ignorans, debuiſſet compati eis, et non inſultare. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus: Nunquid putamus Dominum inſultare voluiſſe? Quaſi diceret: Non, ſed volebat illum naſci ex ſpiritu: et quia nemo naſcitur ex ſpiritu, niſi humilis. Ille autem magiſterio inflatus erat: quia doctor Iudæorum, deponit ei ſuperbiam, vt poſſit naſci ex ſpiritu. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et ſequitur: *Tu es magiſter, et hæc ignoras?* Quaſi dicat, ait Auguſtinus: nihil noſti princeps ſuperbe: Naſcere ex ſpiritu, et ſi ſic natus fueris, vias Dei tenebis. Hæc ille. Sic Apoſtolus arguit tales: Cum deberetis eſſe magiſtri propter tẽpus, rurſum indigetis, vt doceamini, *et cet.*

Ibid. hom. 26. nõ multũ a princ. Aug. tract. 12. in Ioã. circa med. tom. 9.

Luc. 23. c

4. Sent. diſt. 4. c. ſunt et alij.

Baptiſmus quando inſtitutus.

Ioan. 1. d

Mat. 3. b

Cap. 19. f

Mat. vlt. d

Mat. vlt. d

Hugo de Sacramẽt. fid. lib. 2. par. 6. cap. 5.

Mat. vlt. d

Pſal. 18. a

Pars tertia.

Aug. tract. 12. in Ioã. ante med. tom. 9.

Chryſ. hom. 25. in Ioã. paulo poſt med. tõ. 3.

Aug. tract. 12. in Ioã. ante med. tom. 9.

Ibidem.

Hebr. 5. c

Et quia dixit: *Nos ignoras*. Subdit: *Quia non quod ſcimus*, ſcilicet ego cum Apoſtolis et Prophetis, ait Gloſſa. *Loquimur*, annunciando: ipſe enim loquebatur in Apoſtolis. Ego dabo vobis os, et ſapientiam. *Et quod vidimus*, in abſcondito ait Gloſſa: *Teſtamur prædicando*. Quod in aure auditis, prędicatis ſuper tecta. *Et teſtimonium noſtrum non accipitis*, credendo ſcilicet: Et patet hic teſtimonij certitudo et veritas, quia ex certa ſcientia et ex viſu: Quod vidimus teſtamur. Et diſcredentium ignorantia, ſiue cęcitas, quia non accipiebant teſtimonium. Et manifeſtat amplius, quod præmiſit: *Si terrena dixi*, quaſi dicat, ex quo non creditis, magis ſenſibilibus, non credetis amplius occultis, qualia ſunt cęleſtia. Sed quæritur, quæ ſunt terrena, quæ dixit eis? Videtur quòd nulla: iugiter eſt enim loquutus de ſpiritualibus. Et ad hoc reſpondet Auguſtinus. Quòd terrenum vocat, quod ait de templo corporis ſui, ſupra proximo: quaſi dicat, ſi non creditis quia templum corporis poſſum reſuſcitare, quomodo credetis, quia poſſum per ſpiritum homines regenerare? Hæc ille. Et in Gloſſa de hoc. Chryſoſtomus vero exponit referendo ad exemplum de vento, vt ſupra habitũ eſt. Et nota quòd arguit hic ignorantiam in principe, et in magiſtro ſimiliter. Eſt enim magiſter officio poſſidendi: Vendiderunt Ioſeph magiſtrum militiæ. Item eſt magiſter officio diiudicandi cauſas et determinandi: Iudices et magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis. Item eſt magiſter officio docendi: Siue prædicator et Apoſtolus, et Magiſter gentium his omnibus turpe ignorare pertinentia ad officium ſuum. Magiſtris primo modo dictis, eſt turpe ignorare leges regę dominationis, quas debent ſcire illi principaliter: Per me reges regnant, et legum conditores iuſta decernunt. Ideo ait ille nobilis ſcilicet Flauius Vegatus: Neque quemquam decet, vel meliora ſcire, vel plura quàm principẽ, cuius doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubiectis: ideo dicitur: Elige viros potentes, alia littera ſapientes. Magiſtris ſecundo modo dictis, eſt periculoſum ignorare leges diiudicandi et diſcernendi: Confidis te eſſe ducem cæcorum? Magiſtrum infantium. Magiſtris vero tertio modo dictis, eſt periculoſum ignorare leges bene viuendi. Ipſis enim dicitur: Populum meum docebunt, *et cetera*. Ideo propter iſta pericula dehortatur Iacobus appetitum magiſterij: Nolite plures magiſtri fieri, *et cetera*. Vnde et illi, qui non exequuntur ſuum officium, poſſunt dici magiſtri mendaces. Erunt magiſtri mendaces, *et cetera*. Et ſequitur pars, in qua Saluatoris doctrinatio de arcanis myſterijs ſuæ diſpenſationis. Ibi: *Et nemo aſcendit*. Sicut continuat Gloſſa, quando ait: Poſtquàm increpauit, inſtruit eum de cæleſtibus, *et cetera*. Et ibi tres: Primo, inſtructio doctrinalis de ſua ſublimitate et dignatiua paſſione. Secundo, de gratuita Dei dilectione, qua miſit ipſum filium ad ſic patiendum pro hominibus. Ibi: *Sic enim Deus dilexit mundum*. Tertio, de ingratitudine et iuſta damnatione diſcredentium. Ibi: *Hoc autem eſt iudicium*. Ait ergo: *Nemo aſcendit*. Quaſi dicat: ſi dixero cęleſtia quomodo credetis? Ideo ſubdit, quæ ſunt cæleſtia, et tamen dicam cæleſtia, ſic ait Gloſſa: *Nemo aſcendit*, et cetera. Sed tunc obijcitur. Ex quo non credebant, id præmiſſum eſt. Ergo non debuit docere de cæleſtibus. Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd et ſi illi non credebant, tamen qui poſt eos erant, ſuſcepturi erant doctrinam, ſcilicet, et lucem habituri. Sed quæritur quę eſt conſequentia iſtius dicti: *Nemo aſcendit*, et cetera. Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus: Quia ille dixerat: *Scimus quoniam a Deo veniſti*. Ideo corrigit eum hic filius Dei, quaſi dicat non exiſtimes me ita magiſtrum, vt multos prophetarum a terra exiſtentes: ex cælo enim ſum et illic conuerſor: Nullus autem ſum Prophetarum. Sed tunc obijcitur: cum non ſolum ſit in cælo, ſed vbique, et omnia replet,

Luc. 21. d

Mat. 10. e

1. Ioan. 1. a

Terrena.

Aug. tract. 12. in Ioã. paulo ante med. to. 9.

Ioan. 2. d

Chryſ. hom. 26. in Ioan. nõ multum a prin. to. 3.

Gen. 37. g

Magiſter quotuplex.

Deut. 16. d

2. Tim. 1. e

Prou. 8. b

Exo. 18. d

Rom. 2. e

Ezec. 44. f

Iac. 3. a

2. Pet. 2. a

Pars ſecunda.

Cõtinuatio et diuiſio.

Chryſ. hom. 26. in Ioan. ante mediũ to. 3.

Chryſ. ibid. paulo poſt.

Digitized by Google

plet, non recte instruit eum de fide, dicendo: *Nemo ascendit*. Et ad hoc respondet Chrysostomus. Quòd ad imbecillitatem auditoris loquitur, paulatim eum reducere volens: hoc enim valde excelsum videbatur illi, licet indignum suę magnitudinis. Item quæritur, qualiter vocat hic filium hominis? Et ad hoc respondet idem. Quòd consuetudo ei hæc erat, scilicet multoties quidem a Deitate, multoties ab humanitate hominem vocare, ideſt ipsum, qui erat Deus et homo. Hæc ille. Et de hoc similiter Augustinus homilia dicta: Ecce in cælo erat, et hic erat: Hic erat carne, in cælo diuinitate. Immo vbique Deitate. Hæc ille. Sed tunc objcitur: Si nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit, ipse tunc solus ascendit et non alij quia solus descendit. Et respondet ad hoc Augustinus. Quòd spes est ceteris, quia ille propterea descendit, vt in illo et cum illo vnus essent, qui per illum ascensuri essent. Ideo Apostolus ait: Non dicit in seminibus, tamquam in multis, sed tamquam in vno. Omnes ergo, qui sunt membra eius, in ipso, et cum ipso ascendent. Et ibi Augustinus bene de hoc. Et per hoc patet solutio obiectionis, qua posset objci. Aut loquitur hic secundum diuinam naturam, quod non potest esse, quia secundum illam nec descendit, nec ascendit: aut loquitur secundum humanam naturam, quod similiter non potest esse, quia illa non descendit. Et ad istud respondendum, quòd ea, quæ dicuntur hic, conueniunt filio Dei incarnato. Ascendere enim ei conuenit ratione humanitatis: descendere dicitur ratione dignatiuæ assumptionis naturæ humanæ, sicut dicitur: Humiliauit semetipsum. Et infra: Descendit de cælo. Esse vero in cælo dicitur de eo secundum diuinam naturam. Hæc ergo non referuntur ad naturam humanam, sed ad hypostasim. Vnde in descensu non intelligitur motio localis, sed veritas incarnationis: In ascensu intelligitur vnitas personalis naturæ assumptæ cum verbo: Qui descendit, ipse est, qui ascendit. In hoc quod ait: *Qui est in cælo*, intelligitur immutabilis maiestas suæ diuinitatis, propter quod dicitur: Pater noster qui es in cælis: Et quoniam ipse descendit et mortuus, vt a morte liberaret, et mortem suscepit in cruce, quod in figura factum est apud antiquos. Et illud quod memorat hic dicēs: *Et sicut Moyses exaltauit*, et cetera. Quasi eodem modo continuat Chrysostomus. Quia inquit præmisit maximum beneficium, quod fit per baptismum, scilicet remissionem peccatorum. Hic subiungit aliud non minus, quod fit per crucem. Hæc enim duo ineffabilem ostendunt amorem. Ideo insinuans illud, ait: *Sicut Moyses*. Sed quæritur quare non denunciauit ei plane de mysterio crucis, vt in amorem induceret ampliorem? Et ad hoc respondet Chrysostomus insinuans tres causas. Quarum prima est, vt discant scilicet audientes cognata esse vetera nouis, ideſt vetus Testamentum nouo: Et vt discas, quoniam non inuitus ad passionem veniebat, et quoniam neque a cruce est aliquod nocumentū, immo multis salus. Hæc ille. Item quæritur qualiter per hoc probat, quòd a cruce fuit saluatio. Et ad hoc respondet idem, quòd si ad imaginem æneam serpentis inspicientes Iudæi effugiebant mortem, multo magis qui in Crucifixum credunt, maiori lasciuient beneficio. Et sequitur: Illic effugerunt mortem temporaneam, hic æternam qui credunt: serpens mordebat illic, et serpens sanabat. Ita ait hic: mors perdidit, et mors saluauit. Et ibi bene de hoc et multum. Et in hoc patet ratio similitudinis. Item quæritur, quare ait: *Oportet exaltari filium hominis*. Et non ait plane: pendere oportet. Et ad istud respondet Chrysostomus. Quod illud, quod honestius esse videbatur, posuit et propter auditorē, et propter typum, ideſt quod erat similius figuræ. Hæc ille. Cui concordat Glossa, dicens: Quòd erat peritus in lege, quādam partem legis adducit, quam

Chrys. ibid. — *Ibidem.* — *Aug. tract. 12. in Ioā. paulo ante med. to. 9.* — *Ibid. post pauca.* — *Gal. 3. c* — *Aug. ibid.* — *Philip. 2. a* — *Ioan. 6. e* — *Eph. 4. b* — *Mat. 6. b* — *Chrys. hom. 26. in Ioā. ante med. tom. 3.* — *Ibid. paulo post.* — *Ibidem.* — *Num. 21. c* — *Chrys. ibid.* — *Ibid. paulo post.*

oſtendit esse figuram, et de ista figura, et de his similiter Augustinus bene: Quia, inquit, per serpentem mors, per serpentis effigiem figuratus est morsus serpentis lethalis: mors vitalis, plenitudo vitæ deglutiuit mortem, figura præstabat vitam temporalem, res figurata æternam. Et ibi bene de hoc: Idem Augustinus: Mors a serpente, virga in serpentem scilicet versa, Christus in morte. Fugit Moyses: Fugerunt discipuli Christo moriente. Hæc ille. Et hoc est quod ait hic: *Sicut Moyses*, et cetera: *Ita exaltari oportet*. Oportunitati iustitiæ ad satisfaciendum pro genere humano. Oportebat pati Christum, vt omnis, qui credit in eum, ipsum diligendo, *et cetera*. Vt enim ait Augustinus: Qui credit in Deum, it, ideſt vadit in Deum: *Non pereat*. damnatione, infra: Nemo ex his perijt: Sed habeat vitam æternam, in æterna retributione, infra: Vitam æternam do eis. Et de hoc in collatione. Et sequitur illa pars, in qua de gratuita Dei dilectione. Ibi: *Sic enim Deus dilexit mundum*. Et continuat Chrysostomus. Sic ita dictum est: *Oportet exaltari filium hominis*, Nec hoc mireris: hoc videtur patri, qui sic dilexit mundum, vt pro seruis daret filium, et etiam pro seruis indeuotis, vt dicitur: Pro iusto quis morietur, *et cetera*. Et sequitur: Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum peccatores essemus, *et cetera*. Et in hoc indicat amoris intentionem: *Filium*, non seruum vel angelum: *Misit in mundum*, ideſt, in humanam naturam ait Glossa: *Vt omnis qui credit*, et cetera. Et in hoc ait Chrysostomus. Lucrum a passione manifeste ponit ipsam passionem: Non nude sed obumbrate. Crucem enim fontem vitę ait. Sed objcitur cum dicatur supra: In mundo erat, qualiter dicitur hic: *Misit in mundum*. Respondendum, vt ibi: Quòd in mundo erat scilicet diuinitate, sed in mundum dicitur mitti humanitatis assumptione: Misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Et quia dixerat quòd ideo misit filium: *Vt omnis qui credit, non pereat*, Manifestat amplius: Non misit hic, *et cetera*. vt iudicet mundum, scilicet in primo aduentu. Sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui est Saluator et redemptor: Saluum faciet populum suum, vt ait Chrysostomus. Duo sunt aduentus Christi, vnus qui factus est, non vt scrutaretur quæ acta sunt a nobis, sed vt dimitteret: Secundus, non vt dimittat, sed vt scrutetur. Quomodo ponet oues a dextris. In primo, quia clemens, non fecit scrutationem, sed remissionem. Quia si fecisset, vniuersi rapti essent ideſt, damnati: Omnes enim peccauerunt: et egent gloria Dei. Et quia dixit: *Vt saluetur mundus*. Manifestat amplius, quis saluatur, et quis non; *Qui credit in eum*. Fide operante per dilectionem: *Non iudicabitur*. Iudicio damnationis, de quo infra: Alij in resurrectionem iudicij: vnde continuat Chrysostomus sic, quia dixerat: *Non venit vt iudicet*, ne æstimet quis impune peccare, ait: *Qui autem non credit*. Dicto modo: *Iudicatus est*. Ne dicam iudicabitur, ait Glossa. Et hoc ideo quia non credit in nomine vnigeniti, in quo solo est salus. Quęritur de hoc, quod ait: *Non misit filium vt iudicet mundum*, et cetera: Sed contra infra: Omne iudicium dedit filio. Et ad hoc patet responsio per Chrysostomum supra, quòd hic loquitur de primo aduentu, in quo venit filius Dei ad remittendum: non de secundo aduentu, in quo veniet ad iudicandum. Item opponit Chrysostomus. De hoc quod ait: *Qui non credit iam iudicatus est*. Si inquit, non propterea venit, vt iudicet mundum, qualiter ait: *Qui non credit iudicatus est?* Iam nondum adest iudicij tempus. Ergo non est iudicatus. Et ad hoc respondet dupliciter. Primo modo sic: Quod ideo hoc dicitur, quia ipsum descredere impœnitenter, supplicium est, quia extra lumen est et hoc est supplicium. Vel ideo hoc dicitur, quia futurum iudicium personat, ideſt prædicit, et ponit exemplum. Qui credit, rei natura est condem-

Num. 21. c — *Aug. tract. 12. in Ioā. paulo ante med. to. 9.* — *Ioan. 17. c* — *Ioan. 10. c* — Dilectio gratuita Dei. — *Chrys. hom. 26. in Ioan. post medium. tom. 3.* — *Rom. 5. a* — *Chrys. ibid.* — *Ioan. 1. a* — *1. Ioan. 2. a* — *Mat. 1. d* — Duo aduentus Christi. — *Mat. 25. c* — *Rom. 3. c* — *Ioan. 5. e* — *Chrys. hom. 27. in Ioan. ante med. to. 3.* — *Act. 4. c* — *Ioan. 5. d* — *Chrys. ibid. ante.* — *Ibid. post.*

Digitized by Google

condemnatus licet nondum ſententia iudicantis.
Gen. 3. a Sic et Adam, qua die comedit de ligno mortuus eſt.
Hæc ille et ibi bene de hoc. Et ex his patet, quòd aliquis dicitur iudicatus dupliciter, vel interiori ſupplicio, et demerito, et ſic loquitur hic: vel dicitur iudicatus ſupplicio gehennali et publico, quo iudicabuntur mali in morte et in publico iudicio. Iudicium
Iob 36. a tribuit pauperibus. Ibi Gregorius bene de quattuor
Greg. Moral. lib. 26. c. 20. ante med. ordinibus in iudicio, vbi exponit iſtud. Alij, inquit, iudicantur et pereunt. Eſuriui, *et cetera*. Alij non iudicantur in extremo iudicio et pereunt. In Pſalmo:
Mat. 25. f Non reſurgunt impij in iudicio. Et hic: Qui non cre
Pſal. 1. b dit, iudicatus eſt, quia non eorum cauſa diſcutitur, qui ad conſpectum iudicis condemnationis ſuæ infidelitatis accedunt. Et ibi bene de hoc. Alij iudican-
Mat. 25. f tur et regnant: Eſuriui et dediſtis mihi manducare. Et ſequitur: Venite benedicti, *et cetera*. Alij vero
Mat. 19. d non iudicantur et regnant: Vos qui reliquiſtis omnia. Et ſequitur: Sedebitis iudicantes, *et cetera*. Et de his ibi bene Gregorius.

Et ſequitur alia pars, in qua de hominum ingratitudine filio Dei, qui venit ad ſaluandum. Ibi: *Hoc autem eſt iudicium*, ideſt, cauſa damnationis ait Gloſſa: quia lux ſcilicet filius, qui eſt vera lux. Supra:
Ioan. 1. a Venit in mundum. Verbum in carnem, ait Gloſſa.
Ibidem. Supra: In propria venit. Et dilexerunt homines, vt
Ibidem. b de humo viuentes, de quibus ſupra proximo: Omnis homo primo bonum vinum ponit: *Dilexerunt in-*
Ioan. 2. b *quam magis tenebras*, ideſt, peccata, ait Gloſſa: *quàm lucem*, arguentem peccatum. Et de his tenebris Apo-
Rom. 13. c ſtolus ait: Abijciamus opera tenebrarum. Vnde
Chryſ. hom. 27. in Ioan. ante med. to. 3. Chryſoſtomus vbi ſupra: *Hoc eſt iudicium*, et cetera. Quaſi dicat, propterea torquentur: quoniã tenebras dimittere, et luci occurrere noluerunt. Infra: Si non
Ioan. 15. b veniſſem et locutus non fuiſſem, peccatum non habe rent. Et quoniam dictum videbatur incredibile multis: nullus enim debet præhonorare tenebras luci:
Chryſ. ibid. paulo poſt. ſubdit cauſam, ſicut continuat Chryſoſtomus. *Erant enim mala eorum opera, et omnis qui male agit*. Peccando: *Odit lucem*, peccata arguentem: *Et non venit ad eam*, ideſt, non coniungitur ei, ait Gloſſa: *Vt non ar-*
Eph. 5. c *guantur*. Omnia, quæ arguuntur a lumine manife-
Iob 24. c ſtantur. Iob: Si ſubito apparuerit aurora, arbitran-
Ibidem. b tur vmbram mortis. Et eodem: Ipſi ſunt rebelles lu-
Chryſ. vbi ſupra. mini. Vt enim ait Chryſoſtomus vbi ſupra. Qui tenebris inhæret, peruerſæ mentis et litigioſæ argumẽtum defert aduerſus ſemetipſum, *et cetera*. Et quaſi idem in Gloſſa, quæ ait, quòd contra conſcientiam ſuam dilexerunt, cum clauſerunt oculos luci, et ideo certe damnantur. E contrario de agentibus bona opera, ideo ſubdit: *Qui facit veritatem*, ideſt, bona opera: *Venit ad lucem*, ideſt, Chriſtum: *Vt manifeſten-*
Eph. 5. b *tur*. Omne, quòd manifeſtatur, lumen eſt, quia in Deo formante, et dirigente: bona enim opera ſunt a Deo, ſicut ab efficiente, et ſunt in Deo ſicut in formante, et conſeruante, et ſunt ad Deum finientem: Ex ipſo enim et per ipſum et in ipſo ſunt om-
Rom. 11. d nia. Quæritur de hoc, quòd ait: *Qui male agit, odit*
Eccl. 11. c *lucem*, cum dicatur: Dulce lumen et delectabile oculis videre lucem. Nullus ergo odit lucem. Item lux ſpiritualis eſt ſpecioſior luce corporali. Et ſic delecta-
Sap. 7. b bilior: eſt enim ſole ſpecioſior. Et ibidem dicitur: Super ſalutem et ſpeciem dilexi illam. Ergo vt prius non poteſt odiri. Ad iſtud reſpondendum eſt, diſtinguendo a parte oculorum, et a parte lucis. Quod ſunt oculi ſani ſiue corporales, ſiue ſpirituales, quibus eſt lux amabilis: et ſunt oculi
Aug. cõfeſſ. lib. 7. c. 16. tom. 1. ægri, quibus eſt odibilis, vnde Auguſtinus: Oculis ægris odioſa eſt lux quæ puris eſt amabilis. Item eſt diſtinguendum a parte lucis, vel quantum ad iſtum effectum, qui eſt lucere, vel quantum ad illum, qui
Ibid. li. 10. cap. 23. poſt med. eſt redarguere. Primo modo eſt delectabilis quantum eſt de ſe, quantum vero ad ſecundum eſt odibilis. Vnde Auguſtinus. Quærit cur veritas parit odiũ.

A Et reſpondet ita: propter eam rem oderunt veritatem quaſi pro veritate: amant enim lucentem, oderunt redarguentem. Et ibi bene de hoc. Item quæritur: *Qui male agit non venit ad lucem*. Qualiter hoc, quærit Chryſoſtomus: Nonne publicani et peccato- *Chryſ. hom.*
res venerunt ad Deum et multi alij qui pœnituerunt? *27. in Ioã. poſt mediũ, tom. 3.*
Vt mulier peccatrix. Falſum ergo ait vt videtur: quod: *Qui male agit non venit ad lucem*. Et ad hoc re- *Luc. 7. g.*
ſpondet, quod non ait: *Qui male egit non venit*, ſcilicet in præterito, ſed: *Qui male agit*. Hoc eſt qui ſemper vult volutari peccati gurgite: talis enim non vult ſe ſubijcere legibus Dei: Et ibi bene de hoc. Item
B quæritur de hoc quod ait: *Qui facit veritatem, venit ad lucem*. Cum prius ſit venire ad lucem et ab ea illuminari et gratificari. Videtur quod non ſit poſſibile facere bona opera antequam quis veniat ad lucem. Item ſecundum hoc prius eſt facere bona opera, quã venire ad veritatem. Item ſecundum hoc poſſibile eſt facere bona opera ſine gratia gratum faciente, quæ datur cum homo venit ad lucem. Ad contra- *Pſ. 126. a*
rium in Pſalmo. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. Et ſic patet quòd nullus facit bona opera antequam veniat ad lucem. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum. Vbi ait: Qui confitetur pec- *Aug. tract. 12. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.*
C cata ſua, et accuſat, ſed ſi tu accuſas: Deo coniungeris. Et ſequitur: *Qui autem facit veritatem*: Accuſat in ſe mala ſua, et ſic: *Venit ad lucem*, Cui gratias agit. Euigilate dum dies eſt, Chriſtus vero dies eſt. Hæc ille. Facere veritatem ergo vocat hic peccata agnoſcere Chriſto lucente: vel ire ad lucem, vocat gratias Deo agere; vel in dilectione Dei et miſericordia ambulare, ſiue in bonis operibus. Vt ait Auguſtinus ibidem. Non eſt ergo intentio litteræ, quòd ſicut bona opera ſine gratia vel luce fidei lucente, ſed vt expoſitum eſt per Auguſtinum. Et per hoc ad obiecta. Et
D notat de illo verbo: *Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis*. Quod poſſet eſſe thema in feſto Exaltationis Crucis. Et inſinuantur ibi quattuor. Quorum primum eſt humanitatis filij Dei veritas. Ibi: *Filium hominis*. Secundum eſt ge- Humanitatis filij Dei veritas.
neris mortis ſpecifica qualitas et debita congruitas. Ibi: *Oportet exaltari*. Scilicet in Cruce, ad oſtendendam victoriam de principibus huius aeris. Vnde
Chryſoſtomus hic: Athleta nobilis cum in ſublime *Chryſ. hom. 26. in Ioan. paulo poſt med. to. 3.*
rebellem leuat, et recedens, clariorem oſtendit victoriam. Ita et Chriſtus oppoſitas virtutes ſubmiſit appenſus in Cruce. Hæc ille: Palam triumphans in *Coloſſ. 2. e*
ſemetipſo. Et ibidem. Affigens Cruci, *et cetera*. Ter- *Ibidem.*
E tio ſignificatur congrua huius figurabilitas. Ibi: *Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem*. De cuius figuræ congruitate dictum eſt in litteræ expoſitione. Quarto figura- Paſſionis virtuoſitas.
tur ipſius paſſionis in Cruce virtuoſitas, et credentium vtilitas: *Vt omnis qui credit*, et cetera. Infra: Cum *Ioan. 12. e*
exaltatus fuero, omnia traham ad me ipſum. Dama- *Damaſ. Orthod. fid. li. 4. cap. 12. poſt med.*
ſcenus: Quia per lignum mors, oportebat per lignum dari vitam, ſcilicet per Chriſtum in Cruce credentibus. Et ibi bene de hoc Damaſcenus. Illud vero verbum: *Lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras*. Poſſet eſſe thema in aduentu: In quo tria
F figurantur, quorum primum, filij Dei communicatiua bonitas: Lux, quæ ſumme et vndique et ſine de- Bonitas cõmunicatiua filij Dei.
fectione ſe communicat, ſupra: *Erat lux vera*. Secun- *Ioan. 1. a*
dum eſt dignatiua eiuſdem in aſſumendo humanitatem humilitas. Ibi: *Venit in mundum*. Quod fuit hu- *Aggai 2. b*
manitatem aſſumere, vnde Gloſſa: Verbum venit in Hominum
carnem: Venit deſideratus cunctis gentibus. Tertio peruerſitas.
figuratur hominum peruerſitas. Ibi: *Dilexerunt ho-* *Rom. 13. d*
mines magis tenebras, ideſt, opera peccatorum, vnde *Ioan. 1. a*
ait Apoſtolus: Opera tenebrarum, *et cetera*. Et ideo Manifeſtatio filij Dei.
dilexerunt, quia erant tenebræ. Supra: Lux in tenebris lucet. Et ibi bene de hoc. Et ſequitur illa pars, in qua de manifeſtatione filij Dei Sacramento regenerationis, et teſtimonio etiam Ioannis: *Poſt hac venit in Iudæam*. Et hæc in duas. Primo ſui aduentus præ-
miſſio

missio, et loci specificatio, in quo erat Ioannes: Secundo quæstionis de præcellentia filij Dei subiunctio. Ibi: *Facta est quæstio*. In prima narrantur duo, quæ dicta sunt: Ait ergo: *Post hæc*, scilicet post Pascha. *Venit in Iudæam*. Sed quæritur de ratione suæ mutationis, ex quo supra dictum est: Ascendit Hierosolymam, quia prope erat Pascha. Videtur quòd debuisset amplius quiescere, cum dicatur reprobando: Non quieuit et Domino non placuit. Et ad istud respõdet Chrysostomus. Quòd in sollemnitatibus quidem in ciuitatem ascendebat, et dogmata proponebat, et miracula faciebat, post vero sollemnitates multoties ad Iordanem veniebat: quia illuc multi concurrebant non se ostentans, neque honorem diligens, sed utilitatem pluribus studens. Hæc ille. Infra: Palam loquutus sum mundo. Et non solus uenit: *Sed et discipuli eius in Iudæã*, et cet. Nec tantũ uenit, sed: *Illic demorabatur*. Ad aliorum utilitatem. Nec frustra uenit, sed baptizabat scilicet per discipulos ait Glossa. Infra: Quamuis Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Sed quæritur, quare baptizabant, ex quo non erant adhuc missi ad hoc? Et ad hoc respondet Chrysostomus. Quòd sic faciebant volentes adducere multos salutari doctrinæ scilicet Christi. Et patet hic mysterium: *Iesus autem venit in Iudæam*, ideſt, in animam confitentem, siue confessione ueritatis fidei, siue confessione magnitudinis diuinæ gloriæ, siue confessione culpæ: Si quis confitebitur me coram hominibus, *et cetera*. In Psalmo: Facta est Iudæa sanctificatio eius. In tali moratur ipse filius Dei et discipuli eius, scilicet dona gratiarum, et uirtutes: quia talis anima seruat sermonem suum. Infra: Si quis diligit me, sermonem, *et cetera*. Et sequitur: Ad eum ueniemus, *et cetera*. Et baptizat ueniens, ideſt, amplius purificat. Discipulis promisit: Vos baptizabimini, *et cetera*. Et sequitur loci specificatio, in quo Ioannes baptizabat. Ibi: *Erat autem Ioannes baptizans in Ænon*. Qui erat locus, iuxta Salim, qui similiter erat locus secundum Augustinum. Secundum Glossam uero: *Iuxta Salim*, quæ est ciuitas uel oppidum, ut dicitur in historijs. Secundum uero Hieronymum: *Salim*, ubi regnauit Melchisedech. Salim uero, de quo hic interpretatur pugil. Secundum uero Hieronymum plures fuerunt Salim, ut patet ibidem. Et subdit rationem, quare illic erat Ioannes: *Quia aquæ multæ erant* et cetera. Vnde et Salim interpretatur ortus aquarum: *Et nondum missus fuerat*. Et ex hoc patet ordo historiæ, et quod hic narrat, quę alij Euangelistæ præterierant, prout dicitur in Glossa bene. Sed quæritur, ex quo discipuli Christi baptizabant, uidetur quòd Ioannes debuisset cessare. Tunc enim reuerentiores illos ostendisset, sic opponit Chrysostomus. Item debuisset dimisisse primatum Christo, et discipulis eius. Iterum quare subdit: *Nondum erat missus in carcerem*. Quia planum est, quòd postquam fuit missus in carcerem, non baptizauit. Et ad istud respondendum secundum Chrysostomum: quia sem per tribuit principatum Christo, et si cessasset, litigiosiores effecisset alios aduersus Christum: Et etiam si cessasset, existimaretur ex zelo facere, non enim sibi ipsi gloriam accipiebat, sed Christo mittebat auditores. Ad aliud respondet, quòd Ioannes non cessauit, continue admonens populum, et magna reuerenda ostendens, quæ Iesu sunt, scilicet quousque fuit missus in carcerem. Quæritur an eodem baptismo baptizabãt discipuli Christi et Ioannes. Et quòd eodem, uidetur secundum Chrysostomum, ubi supra, qui ait, quòd non baptizabat Christus, quia nondum erat dans Spiritum sanctum in superabundantia: discipuli vero agebant, ideſt, baptizabant, scilicet baptismo suo, scilicet Christi: Ergo eodem baptismo baptizabant. Ad contrarium: ait enim Augustinus, quòd Christus baptizatus baptizauit, non eo baptismo, quo fuit baptizatus: sed hic baptizare dicitur per discipulos. Ergo non baptismo Ioannis. Et ad illud respondendum, secundum Chrysostomum, vbi supra. Quod nihil amplius habebat baptismus discipulorum, quàm baptismus Ioannis. Et causa baptizandi vtrisque eadem erat, Christo adducere scilicet, qui baptizabantur. Et ad illud Augustini posset responderi: quòd loquitur de baptismo, quo baptizauit per discipulos, postquã Spiritus fuit datus in superabundantia: et postquam discipuli fuerunt missi ad baptizandum. Quærit Chrysostomus quare Christus prædicauit, postquam Ioannes fuit sublatus scilicet morte? Et respõdet, quòd ideo, vt omnis multitudinis affectio ad Christum transiret. Et patet hic exemplum prædicatoribus continue docendi et magnificandi Deum vsque ad mortem, et immorandi vbi possunt plus proficere populis in talibus. Quod autem Ioannes baptizabat iuxta locum, vbi erant aquæ, figura est, quòd ibi est baptismus in spiritu, vbi est abundantia aquarum gratiæ, de quo baptismo supra: Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et de quibus aquis infra: Qui credit in me, de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. Et sequitur pars, in qua quæstiones de præeminẽtia, subiũctio. Ibi: *Facta autem est quæstio*. Et illa in duas partes. Primo, ipsa quæstio. Secũdo Ioannis responsio. Ibi: *Respondit Ioannes*. Ait ergo: *Facta est quæstio*. Et hoc ideo, vt ait Chrysostomus: quia Zelotypæ discipuli Ioannis se habebant ad discipulos Christi, ideo: *Facta est quæstio*, ab eis: *Cum Iudæis*, qui baptizabantur a discipulis Christi: *De Purificatione*, scilicet baptismi: *Et venerunt ad Ioannem*. Volentes accusare Christum, vt ait Glossa. Quia, vt ait Augustinus. Qui veniebant ad Ioannem, mittebantur ab illo ad Christum, non e contrario: ideo turbati discipuli Ioannis cœperunt tractare quęstionem cum Iudæis: *Et dixerunt Ioanni: Rabbi*, et cetera. Volentes per hoc excitare Ioannem ad æmulationem. Et ideo loquuntur contemptiue, dicentes: *Qui erat tecum*, scilicet a te baptizatus: *Cui tu testimonium*, et cetera. Supra: *Ecce hic baptizat*, scilicet vsurpans officium tuum. Et quasi in præiudicium tuum: *Et omnes veniunt*, scilicet derelinquentes te et illum præferentes, quasi dicerent, vt ait Chrysostomus. Quem tu clarum ostendisti, talia tibi audet scilicet facere, *et cetera*. Ex quibus condiscipulis Ioannis fuit quæstio: Erant enim imperfectius dispositi, et nondum puri existentes a largitione, ideſt, a magno honore ad magistrum scilicet Ioannem. Et ideo forte erant sic æmuli, vt se magnificarent, quòd erant discipuli eius. Sed quæritur, quare dixerunt: *Cui testimonium perhibuisti*. Et non dixerunt, quem baptizasti. Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd si ita dixissent; coacti essent meminisse scilicet vocis desuper, quæ ait: Hic est filius meus dilectus. Et sequitur responsio Ioannis. Ibi: *Respondit Ioannes*. Et illa duas. Primo, ostensio, quòd non fuit sui, baptismo regenerare: sed quòd erat tantum præcursor. Secundo, subiunctio, quòd regenerare et sanctificare erat Christi, cuius erat præcursor. Ibi: *Qui habet sponsam sponsus est*. Et hoc est, quòd ait: *Respondit Ioannes: Non potest homo*, et cetera. Sed quæritur, quid ad propositum? Videtur impertinenter respondere. Item videtur, quòd debuisset eos increpasse de inuidia, et æmulatione erga Christum: Et ad istud respondet Chrysostomus, vbi supra: quòd neque vehementer increpat, timens, ne eo rursus abusi aliud aliquod malum operarentur. Ideo ait: *Non potest homo accipere*, et cetera. Et in hoc ostendit, se esse purum hominem. Vnde Augustinus: *Missus sum ego*, scilicet ante Christum, præco sum, ille vero iudex: ideo quasi homo accepi de cælo: Quid habes, quod non accepisti. Iacob: Omne datum optimum, et omne donum perfectum de sursum est. Supra: De plenitudine eius accepimus omnes. Et de hoc in Glossa bene. Et per hoc ostendit filij Dei præcellentiam, et sui ipsius infirmitatem. Et per hoc etiam

Ioan. 2. c
Hiere. 14. b
Chryſ. hom. 28. in Ioã. non longe a prin. to. 3.
Ioan. 18. d
Ioan. 4. a
Chryſ. ibid. paulo poſt.
Mat. 10. d
Pſal. 113. a
Ioan. 14. b
Ibidem.
Act. 1. a
Aug. tract. 13. in Ioã. ante mediũ to. 3.
Hieron. ep. 126. ad Euagr. poſt med. to. 3.
Id. lib. de interpret. nomin. Hebr. de Ioanne. eod. to.
Ibid. li. de locis Hebraicis. eod. to.
Chryſ. hom. 28. in Ioã. ante med. tom. 3.
Quæstio de baptismo Ioãnis, et discipulorũ Christi.
Ibidem.
Aug. tract. 13. in Ioã. ante med. tom. 9.
Chryſ. hom. 28. in Ioã. ante med. tom. 3.
Ibid. ante.
Ioan. 1. e
Ioan. 7. e
Chryſ. hom. 28. in Ioan. ante med. to. 3.
Ioan. 1. d
Chryſ. hom. 28. in Ioã. ante med. tom. 3.
Ibidem.
Mat. 3. d
Chryſ. ibid
Aug. tract. 13. in Ioã. circa med. tom. 9.
1. Cor. 4. b
Iacob. 1. c
Ioan. 1. b

Digitized by Google

etiam conuincit eorum falsam opinionem : et repro bat eorum inuidiosam æmulationem, et per hoc etiam declarat suam sapientiam in arguendo ipsos.

Chryſ. hom. 28. in Ioan. circa med. to. 3. Vnde Chrysostomus vbi supra : Non erat ex initijs omnia dicere: nam erant passione inuidiæ præassum pti, sed vult eos stupefacere, et quoniam Deo rebelles erant, et ideo conuincit eos conuertens contra eos, quod pro se proposuerunt: sicut idem Chrysosto mus continuat dicens: *Ipsi vos mihi testimonium*, et ce-

Ibid. paulo post. tera. Supra: Quando ait : Non sum ego Christus, sed

Ioan. 1. a vox clamantis, et cet. Et ex his patet humana infirmi-

Humana infirmitas. tas et diuina potestas et bonitas, quia: *Nó potest homo ac cipere quidquã nisi fuerit ei datũ.* Sed qualiter hoc, quia

Eccli. 15. d dicitur : Apposui tibi aquam et ignem, ad quod vo lueris porrige manum tuam. Potest ergo homo in bonum de se. Et ad istud respondendum est, sicut re-

Augusti. de Eccles. dogmatibus. c. 21. tom. 3. spondet Augustinus bene: Initium, inquit, nostræ sa lutis Deo miserãte habemus, vt acquiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis est : vt adipiscamur quod ad quiescendum admonitione cupimus, diuini est muneris: vt non labamur, in adepto salutis mu nere sollicitudinis nostræ, et cælestis pariter adiutorij: vt labamur, potestatis nostræ est et ignauiæ. Hæc ille. Illud ergo Ecclesiastici est intelligendum ratione libertatis arbitrij: istud vero hic intelligendum ratione impotentiæ eiusdem liberi arbitrij sine diuina

Ioan. 15. a gratia. Infra : Sine me nihil potestis facere. Et sequitur illa pars, in qua manifestat quòd Christi erat regenerare sacramento baptismi, et dona desuper da re. Ibi : *Qui habet sponsam*. Et illa in tres. Primo humiliando se, ostendit præcellentiam Christi in potestate baptizandi. Secundo ostendit idem in veritate vel sapientia docendi. Ibi: *Qui desursum venit*. Tertio ostendit idem in bonitate largiendi dona. Ibi: *Non enim ad mensuram*. Vel aliter et in idem redit, quod primo ostendit excellentiam Christi in plenitudine potentiæ. Secundo, in plenitudine sapientiæ. Tertio, in plenitudine gratiæ. Ait ergo : *Qui habet sponsam*, et cetera. Ita dictum est : *Non potest homo accipere*, et cetera. Quasi dicat, ait Augustinus. Ego vt ho

Aug. tract. 13. in Ioã. circa med. tom. 9. mo accepi de cælo, vt essem aliquid : homo sum, sed amare hominem pro Christo adulterium est. Quia ipse est verus sponsus, ideo ait: *Qui habet sponsam*. Ecclesiam scilicet : *Sponsus est*, scilicet qualis est Christus.

2. Cor. 11. a Despondi vos vni viro. Et : Viri diligite vxores, sicut

Eph. 5. c Christus Ecclesiam. Vnde hanc fecundauit, et sanctificauit, diuinitate gratiam infundente, passione gratiam promerente, lauacro regenerationis eam deferente, quæ tangũtur in prædicta auctoritate. Vnde

Aug. ibid. paulo post. Augustinus : Casti estote, sponsum amate. Adulteri enim sunt qui volunt amari pro sponso. Hæc ille, quasi dicat : Ego talis autem non sum, nec volo esse. *Sed amicus sponsi, qui stat*, scilicet humilis: *Et audit eum.*

Ibid. post med. Vnde Augustinus : Amicus sum in audiendo, ille in dicendo. Ego illuminando, ille lumen; ego in aure, ille verbum. Hæc ille. Et talis gaudet, sicut verus amicus et paranymphus fidelis : Ad vocem sponsi, affectans illius honorem, et volens sponsam despon-

2. Cor. 11. a sare. Talis erat Paulus, qui ait vbi supra : Despondi

Aug. ibid. paulo post. vos vni viro virginem. Vt ergo ait Augustinus : Omnis Ecclesia virgo. Est enim virginitas carnis, quæ est paucorum, et est virginitas mentis, quæ est integra fides, solida spes, sincera charitas. Hæc ille. Et in hoc, quòd ait: Gaudio gaudet, notat intentionem

Isai. 61. d gaudij. Isaiæ : Gaudens gaudebo. Et quia talis amicus erat Ioannes, subdit: *In hoc*, ideſt, ad vocem sponsi, non de sua sapientia, ait Augustinus: *Gaudium impletum*, ideſt, perfectum. Tunc enim gaudium est impletum, quando gaudens habet, quod desiderat. Infra : Petite et accipietis, vt gaudium vestrum sit ple-

Aug. tract. 14. in Ioã. ante med. to. 9.

Ioan. 16. b num. Et subdit, quod est illud gaudium, sicut continuat Augustinus: *Illum oportet crescere*, ideſt, exaltari : *Me autem minui*, ideſt, humiliari. Vnde Augustinus: Illum oportet dare, me accipere: illum glori-

Aug. ibid. post.

ficari, me confiteri. Confessio hominis humilitas eius, miseratio Dei altitudo eius. Hæc Augustinus. Vnde et in hoc prophetica denunciatio de morte vtriusque. Et dicit hoc Augustinus vbi supra. Ioannes scilicet capite minoratus, Christus in cruce exaltatus: Christus natus, cum cœperunt dies crescere, natus Ioannes, cum inceperunt minui. Hæc ille. Quæritur, qualiter se vocat amicum sponsi, quia amicus dicit quasi quandam æquiparantiam. Ergo videtur se nimis extollere. Item supra ait : Non sum dignus

Ibid. paulo post. *Ioan. 1. c* soluere corrigiam calceamenti. Ergo non debuisset hic se vocasse amicum. Et ad istud respondet Chry-

Chryſ. hom. 28. in Ioã. post mediũ. to. 3. sostomus, vbi supra. Quod hoc ait non se ipsum erigens, nec honoris coæqualitatem ostendens, sed multitudinem dilectionis repræsentare volens: non enim ministri gaudent in talibus, sicut amici circa sponsum et sponsam. Et ideo ait, quòd : *Amicus stat et gaudet*. Hæc ille. Quærit autem Augustinus: Quo-

Aug. tract. 14. in Ioã. ante med. tom. 9. modo potest Deus crescere, qui est perfectus? Si loquatur quoad ætatem carnis, coæui erant; nisi quoad sex menses, qui non distinguunt ætatem. Et respõdet, quòd venit Deus, vt minoraretur gloria hominis, et augeretur gloria Dei ; venit ille vt largiretur, et vt peccata dimittat : venit homo, vt confiteatur. Et ibi

Chryſ. hom. 28. in Ioã. post mediũ tom. 3. bene de hoc. Et quasi idem ait Chrysostomus: Nostra inquit Ioannes, steterunt et cessauerunt: crescunt autem quæ sunt illius. Hic enim est lapis paruus, qui factus est mons. Et ibi bene de hoc. Ex his,

Dan. 2. e patet, quanta est dignatiua bonitas Dei, qua dignatus est esse sponsus Ecclesiæ. vel sanctæ animæ. Et quanta est sublimitas Ecclesiæ vel animæ, quòd exaltatur vt sit sponsa Dei. Vnde de isto sponso. Quasi

Isai. 61. d sponsum decoratum corona. Iste enim sponsus est nobilis: quia vt ait Papias, in sponso eligendo quattuor sunt, scilicet, genus, virtus, sapientia, pulchritudo; quæ omnia summe in filio Dei, vt patet consi-

Quattuor in sponso eligendo. deranti. Et ideo oportet, quòd sponsa eius præparet se et nobilitet, quia vt ait idem Papias, in sponsa eligenda, similiter quattuor sunt consideranda, scilicet genus, pulchritudo, diuitiæ, et mores. Et quoniam ista sunt spiritualiter et virtualiter, verificatur illud :

Isai. 62. b Gaudebit sponsus super sponsam : Soror mea spon-

Cant. 4. c sa. Supra : Nuptiæ factæ sunt. Et hæc ibi. De his in

Ioan. 2. a collationibus. Infra: Et sequitur pars, in qua de preeminentia filij Dei in docendo et prædicando. Ibi : *Qui desursum*, et cetera : Et continuat Chrysostomus: sic merito debet crescere : *Qui desursum*, ideſt, ex patre : *Super omnes est*, angelos et homines, ait Glossa :

1. Cor. 15. f *Qui vero de terra, de terra est*, ideſt, terrenus. Primus homo de terra, terrenus. Secundus, de cælo

Ioan. 8. a cælestis : Infra. Vos de deorsum estis, ego de supernis sum : *Et de terra loquitur*, Scilicet terrena humana, qualis est ipse loquens : *Qui enim de cælo est, super omnes est*, vt prius est expositum. Et ideo forte repetit ad maiorem expressionem. Sed opponit Augustinus. Hoc totum quod ait hic Ioannes erat. Vnde Glos

Aug. tract. 14. in Ioã. ante med. tom. 9. sa : *De terra est*, scilicet Ioannes, sed ille diuina loquutus est. Ergo non qui terra est, de terra loquitur semper. Et ad hoc respondet, quòd si diuina loquitur, illuminatus est a Deo. Et si non esset, terra terram lo-

Psal. 17. c queretur. Ioannes enim erat lumen illuminatum non illuminans. In Psalmo : Deus meus illumina tenebras meas, venit enim gratia, et expellit tenebras:

1. Cor. 15. a Non ego, sed gratia Dei mecum. Sed quæritur, cum haberet animum et corpus, quod corpus solum, est de terra : Quare ait loquens de se : *Qui de terra*, et cetera. Et ad hoc respondet Chrysostomus. Quidnam

Chryſ. hom. 29. in Ioan. ante med. tom. 3. aliud vult dicere, quàm quòd ego paruus sum, et in terra natus, et per ima et humilia loquor, comparata his, quæ loquitur ille, qui desuper est, et ille qui sic venit de cælo : *Quod vidit*, scilicet apud patrem : *Et audiuit*, scilicet patre: *Hoc testatur*, scilicet de sua Deitate : *Et testimonium eius nemo accipit*, scilicet credendo : *Qui autem accipit*, obediendo et credendo : *Signauit*,

Digitized by Google

gnauit, ideſt, ſignum poſuit in corde ſuo, credendo hunc eſſe verum Deum, ſic enim legit Gloſſa. Quærit Chryſoſtomus qualiter ait: *Vidit et audiuit*. Quia
Ioan. 14. b infra dicitur: Sicut nouit me pater, et ego noui patrem: Ergo vt videtur, non audiuit. Et ad hoc reſpondet, quòd hoc eſt dictum non ab accipiendo, vt nos, neque ab audiendo: ſed in natura communi habebat. Sed contra hoc obijcitur illud, quod dicitur:
Mat. 11. d Omnia ſunt mihi a patre meo tradita. Et ad illud reſpondendum, quòd illud, quod ait Chryſoſtomus: Non audiuit, accipiendo vt nos, intelligendum eſt, quòd non accepit ab aliquo differente in natura vel eſſentia: dicitur tamen audire a patre, quia eſt a patre. Infra eodem: *Omnia dedit in manu eius*. Et in hoc vt ait Chryſoſtomus, oſtendit teſtimonium eſſe indubitatum. Per hos enim ſenſus omnia diſcimus certiſſime, et digni fide exiſtimamur. Infra: Sicut audio,
Ioan. 5. e *1. Ioan. 1. a* iudico. Et: Quod vidimus, teſtamur et annunciamus.
Aug. tract. 14. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. Et de hoc multum Auguſtinus. Inquirens quomodo filius audit a patre, cum ſit eius verbum: vbi diſtinguit, quòd triplex eſt verbũ, ſcilicet diuinum a patre æternaliter genitum, et humanum mentale in corde, et aliud vocale in ore. Vnde filium a patre audire, eſt ipſum eſſe a patre, vt dictum eſt. Quæritur de hoc quod ait: *Nemo accipit*, ergo ſecundum hoc fruſtra venit. Et ad hoc reſpondet Auguſtinus, quòd nemo accepit de populo deputato ad iram, et damnando et ſtatuendo ad ſiniſtram. De populo tamen electo, et ſtatuendo ad dexteram multi crediderunt.
Verbum triplex.
Ibid. poſt.
Chryſ. hom. 29. in Ioan. ante med. tom. 3. Eodem modo opponit Chryſoſtomus. Ex quo iam diſcipulos habebat, qualiter ait: *Nemo accipit?* Et ad hoc reſpondet, quòd illud eſt intelligendum: *Nemo accipit*, eo quòd pauci accipiebant: vel quia adhuc diſcipuli ad plenum non crediderant. Et ideo ait: *Quod qui accipit ſignauit, quia Deus eſt verax*. Chriſtus eſt Deus, qui de cælo venit: Et hic verax eſt. Et nemo poteſt dicere quod eſt veritatis, niſi ab eo illumine-
Pſal. 115. a *Rom. 3. a* tur. Ideo: Omnis homo mẽdax, de ſe. Eſt enim Deus verax: et ideo ille homo eſt verax, qui verba Dei loquitur. Item obijciunt aliqui de hoc, quod ait: *Qui de cælo venit*. Quòd non aſſumpſit humanam carnem vt alij homines, ſed cæleſtem. Sed ad illud ſoluit Gloſſa. Quòd dicitur venire de cælo, quia de patre, vel quia aſſumpſit naturam abſque culpa. Et ſic de altitudine naturæ humanæ, vt dicitur in Gloſſa. Et ex
Hominis vilitas, et cetera. dictis patet hominis vilitas et inferioritas, et habilitas ad malum, et ad bonum inhabilitas. Ibi: *De terra eſt*, terra enim eſt infima elementorum, et opaca ac ponderoſa, inferius tendens: talis eſt homo terre-
Gen. 3. a nus. Ideo dictum eſt Adæ poſt peccatum: Puluis es *et cetera*. Eſt enim homo terra originaliter et realiter a parte corporis, et finaliter ſcilicet reſolutione:
Hier. 22. a Terra, terra, terra, audi verbum Domini. Et talis loquitur de terra quia terrena cogitat, affectat, memo-
Mat. 15. b ria reuoluit: Quæ enim procedunt de ore, de corde
Iſai. 29. a exeunt. Ideo de tali Iſaias: De terra loqueris, et de humo audietur eloquium tuum. Et ſequitur illa pars, in qua de excellentia Chriſti in affluentia gratiarum et largitate donorum. Ibi: *Quem enim miſit Deus*. Obij
Aug. tract. 14. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. cit Auguſtinus. Quòd Deus miſit Ioannem: Ecce ego mitto Angelum meum in figura Ioannis. Non ergo ſolus Chriſtus miſſus eſt. Et ad iſtud reſpondet, quòd iſtud coarctatur per hoc, quod ſequitur: *Non*
Malac. 3. a *ad menſuram dat Deus*, et cetera. Chriſtus ergo, quem miſit Deus in mundum: *Verba Dei loquitur*. Supra eodem: *Quod audiuit hoc teſtatur*. Ipſe enim loquitur verba diuina et cæleſtia, vt hic. Item loquitur verba vi-
Ioan. 6. g uifica et ſpiritualia. Infra: Verba quæ ego loquor ſpiritus et vita ſunt. Item loquitur verba poteſtatiua et
Ioan. 15. a virtualia. Infra: Mundi eſtis propter ſermonem meum, *et cetera*. Et quia dixit: *Miſit Deus*, quod ſuper omnes erat. Ad maiorem explanationem ſubdit: *Non ad menſuram dat Deus ſpiritum*, ſcilicet Chri-
Ioan. 1. b ſto, ſicut alijs ſupra: De plenitudine eius accepimus

omnes, ſed de hoc obijcitur: aut enim loquitur de Chriſto ſecundum diuinam naturam, et hoc non poteſt ſtare, quia ſic non accepit ſpiritum: aut ſecundum humanam, et ſic cum gratia Chriſti hominis ſit creata et menſurata, ſiue limitata: Ergo ad menſuram accepit. Et ad hoc reſpondetur magiſtraliter, quòd eſt menſura limitationis, quia vnumquodque creatum eſt limitatum: Et eſt menſura diuiſionis vel determinationis ad vnum actum. Primo modo dicitur, quòd Chriſtus homo habet gratiam et menſuram, ſecundo modo ait hic, quòd non habet ſpiritum ad menſuram. Aliter diſtinguunt alij, quòd gratia poteſt dici finita, et ſic gratia Chriſti hominis fuit finita et menſurata, quantum fuit a parte naturæ humanæ. Vel poteſt dici finita a parte determinationis actus ſiue obiecti. Et ſic Chriſtus non habuit ipſum ad menſuram, ſed ad omnem actum Spiritus. Et huic concordat Gregorius, exponens illud Iob: Nunquid *Iob 38. c* coniungere valebis micantes ſtellas Pleiadas? Ibi *Greg. Mor. li. 29. c. 16.* Gregorius: Redemptor noſter in carne veniens Pleiadas iunxit, qa operationes ſeptiformis Spiritus ſi- *poſt mediũ.* mul in ſe et iunctas et manentes habuit: Requieſcet *Iſai. 11. a* ſuper eum ſpiritus Domini. Et ſuper lapidem vnum *Zach. 3. d* ſeptem oculi. Et: In candelabro ſeptem lucernæ. *Zach. 4. a* Quæ exponit Gregorius ibi de Chriſto. Vbi bene de hoc. Alij autem acceperunt ſpiritum ad menſuram, et ad aliquas operationes: Sicut diuiſit Deus menſu- *Rom. 12. a* ram fidei. Et: Alij datur ſermo ſcientię. Et ſic de alijs. *1. Cor. 12. a* Huic concordat quod ait Auguſtinus hic: quòd men- *Aug. tract. 14. in Ioã.* ſura eſt diuiſio donorum, et hominibus dantur ad *poſt mediũ.* menſuram. Et ponit exemplum de membris in cor- *tom. 9.* pore: aliud enim accipit manus, aliud auris, vt audiat, et ſic de alijs: vna tamen eſt anima, quæ agit omnia in omnibus. Sic ſunt diuerſa dona fidelium, tanquam membris ad menſuram diſtributa. Sed Chriſtus, qui dat dona, non ad menſuram accepit illo modo. Et ibi bene de hoc. Sed huic videtur contradicere, quod ait Chryſoſtomus. Quòd hic, ideſt, *Chryſ. hom.* Chriſtus immenſurabilem et integram omnẽ actio- *29. in Ioã.* nem dicit: et ſi actio immenſurabilis, multo magis *poſt mediũ.* ſubſtantia: Qui ergo ſpiritum infinitum ſcilicet ha- *tom. 3.* bet, et omnem actionem habet. Et ad iſtud poteſt reſponderi, quòd per ſpiritum intelligitur vel hypoſtaſis verbi: et huic concordat Gloſſa, quæ ait, quòd pater plenum et perfectum verbum genuit, et ſic dicitur pater filio dare, quia ipſum genuit. Vnde ſequitur: *Pater diligit filium et omnia dedit*, ideſt, ad æqualitatẽ ſibi genuit eum, cui non eſt rapina, ſe eſſe equalem Deo. et alibi: Hic eſt filius meus dilectus: *Et om-* *Philip. 2. a* *nia dedit*, et cetera, vt tantus eſſet filius, quantus et pa- *Mat. 3. d* ter ſecundum Auguſtinum: Omnia mihi tradita ſunt *Aug. tract.* a patre meo. Et quia tantus et talis eſt: Ideo, vt ait *14. in Ioã.* Gloſſa: *Qui credit in filium*, fide perfecta: *Habet vi-* *poſt mediũ.* *tam eternam*, quia Ieſum Chriſtum, vt infra: Hæc eſt *tom. 9.* vita æterna, vt cognoſcant te. Vel habet vitam æter- *Mat. 11. d* nam in radice ſiue in pignore: Pignus ſpiritus. Et *Ioan. 17. a* quoniam Ioannes ſciens a ſupplicij commination- *2. Cor. 5. d* vtilitatem: Ideo a contrarijs ponit ſermonem ſecundum Chryſoſtomum, dicens: *Qui autem eſt incredulus filio, non videbit vitam*, ideſt, ipſum filium, ait Gloſſa: *Sed ira Dei manet*, et cetera. Sed quæritur cum prius ſit venire quàm manere, quare ait: *Manet ira*, et non ait: *Venit ira*. Et ad hoc reſpondet Auguſtinus. Quòd *Aug. ibid.* loquitur hoc de illa ira, de qua: Omnes naſcimur *prope finẽ.* filij iræ. Et quia increduli manent non regenerati a *Eph. 2. a* Chriſto, ideo et filij iræ. Item quæritur, quare terribilius loquitur hic Ioannes de incredulis, quàm Chriſtus. Supra, qui ait: *Qui non credit, iam iudicatus* *Chryſ. hom.* *eſt*. Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus. Quòd mitius *30. in Ioã.* locutus eſt Chriſtus, ne æſtimaretur loqui gratia amo- *ante med.* ris ſui: Ioannes vero exutus ab hac ſuſpicione vehe- *tom. 3.* mentiori vtitur ſermone. Ex dictis patet, quòd electi Dei de cælo venerunt, quia membra Ieſu Chriſti, et de cælo deſcenderunt deifica conuerſatione. Infra:

Digitized by Google

Ioan.15. e Elegi vos de mundo, *et cetera*. Quos mittat Deus ad alios purificandos, illuminandos, perficiendos, de quibus infra: Sicut me miſit pater, et ego mitto vos. Et tales debent loqui verba Dei, non mundana, non carnalia, nec humana: Si quis loquitur quaſi ſermones Dei. Et tales debent eſſe indiuiſi a Chriſto, qui habet ſpiritum non ad menſuram, vt ſuo ſpiritu viuificentur, et vegetentur, et roborentur ad operandum. Secundum enim exemplum Auguſtini, ſupra ſicut vna anima omnia operatur in diuerſis membris: ſic Chriſtus in membris ſuis, ſibi vnitis, et ab eo viuificatis. Infra: Sine me nihil poteſtis facere. Et: An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Chriſtus? Et: Omnia poſſum in eo, qui me confortat. De dilectione patris, qua diligit filium. Infra: Sicut dilexit me pater, et ego diligo vos. Vbi dicetur de hoc. Et nota de hoc quod ait: *Ira Dei manet ſuper eum*, quòd eſt quadruplex ira Dei. Vel reatus culpæ originalis, prout dictum eſt, vel dicitur ira Dei, ablatio diuinæ caſtigationis propter obſtinationem peccantium, et dimiſſio eorum in peccatis: Auferetur zelus meus a te, quieſcam, nec iraſcar amplius. Hæc enim eſt magna ira Dei, quando non caſtigat peccata temporaliter, ob demerita peccantium, vt iuſte puniantur æternaliter: Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fornicatæ fuerint. Et eſt ira Dei flagellatio paternæ correptionis: Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaueris: Quem enim diligit Deus, corripit. Item eſt ira Dei, irrogatio æternæ damnationis: Vidi ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. Et: Iratus eſt contra me furor eius. Nec intelligatur aliqua commotio a parte Dei, cum dicitur, iraſci: quia ira Dei non eſt eius perturbatio, ſed iudicium, quo irrogatur pœna peccato, ait Auguſtinus. Et iſta ira erit in iudicio implacabilis: Zelus et furor viri non parcet in die vindictæ. Ideo orat Propheta: Domine ne in furore tuo arguas me, *et cetera*.

Ira Dei qua druplex.

Ioan.15. a *2.Cor.13.a* *Philip.4. c* *Ioan.15. b* *Ezec.16. f* *Oſea 4. e* *Abac.3. a* *Prou. 3. a* *Iob 4. b* *Iob 19. b* *Aug. de Ciuit.Dei. li. 15.cap.25. tom.5.* *Prou. 6. d* *Pſal. 6. a*

CAPVT QVARTVM.

Continuatio.

VT *ergo cognouit Ieſus*, et cetera. Enarrata manifeſtatione filij Dei ipſis Iudæis: in parte iſta de manifeſtatione ſua ipſis Samaritanis de prædicatione eis qui erant alienigenæ in figura ſuæ prædicationis populo gentili, vt patet in Gloſſa. Et quia erat tranſiturus in Galilæam: ideo iſtud capitulum in duas partes diuiditur. Primo narratur de aduentu ſuo in Samariam. Secundo narratur de tranſitu in Galilæam, et de manifeſtatione ſua ipſis Phariſæis. Ibi: *Poſt duos autem dies*. Prima in duas. Primo, antecedentium prædicationem ſuam præmiſſio. Secundo, ipſa prædicatio. Ibi: *Venit autem mulier*. In prima duo, ſcilicet ſui egreſſus ratio, et aduentus ſubiunctio. Ibi: *Venit*. Ait ergo continuando et præſignando cauſam ſui tranſitus: *Vt cognouit Ieſus qui audierunt*, et cetera. Quærit Chryſoſtomus, quare fuit egreſſus, relinquens phariſæos, cum poſſet exire de medio eorum cum vellet, ſicut infra: Quærebant eum apprehendere, ſed nemo miſit manum in eum, quia nondum venerat hora eius. Et infra: Similiter quærebant eum, et exijt de manibus eorum. Non oportuit, quòd tranſiret ab eis. Ergo, quamuis eſſent inuidi. Et ad hoc reſpondet: Quòd ſicut volebat credi, quoniam erat Deus, ſic volebat credi, quoniam ens Deus, carnem ferebat, vt verus homo, aliquando recedebat et præcauebat eorum inſidias. Et ad hoc Auguſtinus planius: Poterat, inquit, et præſens ab his non teneri, ſed quia in carne, quam geſſit, vt homo, hominibus in ſe credituris præbebat exemplum: quia vnuſquiſque ſeruus Dei non peccat, ſi receſſerit in alium locum: videns furorem forte perſequentium. Hæc ille. *Vt ergo cognouit quia Phariſæi audierunt*, ſcilicet a diſcipulis Ioannis: *Quòd Ieſus plures baptizat*, et cetera. Et ſic quòd videretur dignior, et ſic magis inuidebãt: *Quamquam non baptizaret*, ideſt, intingeret, ait Gloſſa: *Reliquit Iudæam*, ſignificans tranſitum ad gentes: *Abijt*, ideſt, abire incœpit: *In Galilæam*, de qua venerat. Et de ordine tranſitus ſui in Galilæam, Magiſter in hiſtorijs ſufficienter. Et interſeritur ratio veniendi Samariam: *Oportebat*, et cetera, quia Samaria erat quaſi media inter Galilæam et Iudæam. Sed quæritur de hoc, quod ait: *Vt cognouit*, cum omnia ſciret antequam eſſent: Omnia ſunt nuda et aperta oculis eius, qualiter ait: *Vt cognouit*, ſignando tempus? Et ad iſtud reſpondendum, quòd ſicut dicitur, Deum aliquid cognoſcere, quando facit nos cognoſcere: ſic dicitur ſimiliter cognoſcere, quando ad modum cognoſcentis facit, vt hic. Vnde Auguſtinus: Quia cognouit eorum ſcientiam, cognouit ſimul et inuidentiam: quia non hæc propterea dicerent, et ſequerentur, ſed ut perſequerentur. Ideo: *Abijt inde*. Hæc ille. Quæritur de hoc, quod ait: *Quòd Ieſus non baptizaret ſed diſcipuli*, ut ait Auguſtinus: Quòd Ieſus baptizabat, quia ipſe mundabat: non baptizabat, quia non tingebat: præbebant diſcipuli miniſterium corporis, præbebat ille adiutorium maieſtatis. Et ibi bene de hoc. Ergo ſecundum hoc in baptiſmo Chriſti, et diſcipulorum eius dabatur gratia. Item hoc plane ait Gloſſa. Item tactu carnis ſacræ ſuæ dedit aquis uim regenerationis, ut ait Gloſſa: Ergo baptiſmate poſtea a diſcipulis eius mundabatur gratia. Sed contrarium ait Chryſoſtomus, vt habitum eſt ſupra. Vbi ait: quòd nondum erat ſpiritus datus, et ideo non baptizauit Chriſtus, nec amplius cõferebat baptiſma diſcipulorum, quàm baptiſma Ioannis. Item baptiſmus habet efficaciam a paſſione Chriſti: In morte ipſius baptizati ſumus: Ergo non habuit efficaciam ante paſſionem. Item baptizati tunc a diſcipulis, ad limbum tunc deſcendebant: quia non fuit pretium ſolutum nec ianua aperta. Et ad iſtud reſpondendum ſine præiudicio, quòd alio et alio modo uidentur hic ſentire Auguſtinus et Chryſoſtomus, vt patet plane in dictis eorum. Poſſet tamen forte dici, quòd in baptiſmo diſcipulorum, Chriſti dabatur gratia, quantum eſt de ui ſacramenti, mundans a reatu originalis inficientis. Vnde Auguſtinus, ponens illud: Mundans lauacro aquæ. Quid eſt inquit baptiſmus? Et reſpondet. Lauacrum aquæ. Tolle aquam, non eſt baptiſmus. Tolle uerbum, non eſt baptiſmus. Hæc ille. Effectus tamen baptiſmi, quantum ad reſerationem ianuæ differebatur uſque poſt ſolutionem pretij. Ad auctoritatem uero Chryſoſtomi forte poſſet dici, quòd ipſe loquitur, quando ait: Quòd nondum erat ſpiritus datus, et ideo Chriſtus non baptizabat: quòd ipſe loquitur de efficacia ſpiritus in ſuperabundantia, et in effectu uiſibili: quia poſt reſurrectionem, uiſibiliter et in ſignis dabatur ſanctus Spiritus. Nec eſt inconueniens quòd quantum ad effectum gratiæ mundantis dabatur gratia in baptiſmo diſcipulorum, differebatur tamen illius effectus, ſcilicet reſeratio ianuæ, uſque ad poſt ſolutionem pretij. Rex enim dans munera pro militia filij, poteſt dare illa ante tempus uictoriæ, ut præparet ad militiam: uel poſt, ob uirtutem uictoriæ et magnitudinem. Et patet hic myſterium: per Iudæam enim, quæ interpretatur confitens, ſignatur plenitudo confeſſionis et ſanctificationis in Pſalmo: Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius. Samaria uero, quæ interpretatur cuſtodia mea, ſignificat diligentiam uigilantiæ in cuſtodiendo ſanctimoniam: Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum. De utroque dicitur: Hæc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra, ut ſciat unuſquiſque uas ſuum poſſidere in ſanctificatione. Per Galilæam, quę interpretatur tranſmigratio, ſignificatur progreſſio de uirtute in uirtutem, de quo in Pſalmo: Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Et: Tranſite

Diuiſio capitis in duas partes.

Chryſ.hom. 30.in Ioan. ante mediũ tom.3. *Ioan. 7. f* *Ioan. 10. d* *Aug. tract. 15. in Ioã. pau.a prin. tom.9.*

Ioan. 2. b *Heb. 4.* *Aug. de Geneſ. ad liter.li.4.c.9. tom.3.* *Id.trac.15. in Ioan. nõ lõge a prin. tom.9.* *Ibid. paulo poſt.* *Eod.tract.* *Aug. homo dicta.* *Gl. in Mat. 3. et Lu. 3.* *Chryſ.hom. 20.in Ioan. ante med. tom.3.* *Rom. 6. a* *Eph. 5. e* *Ioan. 7. f* *Aug. tract. 15. in Ioã. ante med. to.9.* *Pſal. 83. b*

Ludæa. Samaria. *Prou. 4. d* *1.Theſ.4.a*

Digitized by Google

Eccl.24. c *Psal.83. c* *Prou. 4. c*

site ad me omnes, qui concupiscitis me. In Psalmo: Ibunt de virtute in virtutem. Et alibi: Iustorum semita quasi lux splendēs procedit et crescit vsque ad perfectum diem. De baptismo vero et eius mysterijs

Hugo de sacram. lib. 2. parte 6.

Hugo bene. Et sequitur de aduentu Christi in Samariam: *Venit ergo in ciuitatem*, et cetera: *Quæ dicitur Sichar*, hęc enim erat metropolis Samariæ: *Iuxta prædium*, ideſt, agrum: *Quod dedit Iacob*, et cetera. Vnde

Sichar.

Gen.48. d

dicitur: Dedi tibi partem vnam, *et cetera*. De origine vero Samaritanorum in historijs Magister sufficienter. Et describitur locus: *Erat autem ibi fons*, vt

Aug. tract. 15. in Ioā. ante med. tom. 9.

ait Augustinus. Quod puteus erat, et omnis puteus fons: vbi enim aqua de terra manat, fons est, *et cetera*: *Iesus fatigatus*, ad litteram: *Sedebat supra fontem*. Quia fatigatus, laboris immensitas. Vnde Chrysostomus: Non subiugalibus vtitur, quia: *Supra fontem*. Paupertas non in throno, nec in puluinari ait idem

Laboris immensitas.

Chryſ. hom. 30. in Ioā. poſt mediū. tom. 3.

Chrysostomus: *Erat autem hora sexta*. Et in hoc laboris diuturnitas, de his bene. Sed quæritur, qualiter ait: *Venit in ciuitatem*, et cetera, sicut opponit Chrysostomus. Ex quo ait Saluator: Non sùm missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Et ex quo ait: In

Ibidem.

Mat.15. c

viam gentiū ne abieritis: videtur, quòd non debuisset

Mat.10. a

intrasse ciuitatem Samaritanorum. Et ad istud respon

C

det, quòd antecedēter, ideſt, principaliter ad illos non venit, sed transiens. Erat enim locus medius inter Iudæam et Galilæam, vt ait Glossa. Ideo vadens in Galilæam transiuit per Samariā, ostendens non superuacue se facere, vt nullam relinqueret Iudæis excusationis occasionem. Hæc ille. Et ad illud, quod obijcitur, quòd prohibuit Apostolis, ne irent in viam gentium, similiter respondendum, quòd hoc prohibuerit Apostolis ne irent ex principali proposito, et antequam irent ad Iudæos, expulsi tamen a Iudæis tran

Act.14. d

stulerunt se ad gentes. Et in huius figuram hic transiuit per Samariam, secundum Glossam. Item quare

D

tam diligenter describit locum ad quem venit Iesus, et quare facit hic mentionem de fonte Iacob? Et ad istud rèspondet ibidem. Quòd ideo commemorat

Cur consedit ad fontem Iacob.

fontem Iacob ad insinuandum, quòd Iudæi propter pigritiam, et iniquitatem et peccata eorum amiserunt locum illum, et fuit data alienigenis. Et hi Sa-

Samaritani.

maritani accipiebant libros Moysi, et dicebantur a monte Samor: qui fuit sic dictus ab eo, qui primo consedit, ideſt, moratus est, vt ait ibidem Chrysostomus. Ex dictis patet mysterium. Aduentus enim Domini in dictam ciuitatem, fuit figura transitus ipsius ad gentes, vt patet in Glossis. Quòd vero fuit Iesus fatigatus, ostensio fuit, quòd infirmitas sua assumpta, fuit nostra fortitudo: et fecit nos fortes, prout ait

E

Aug. tract. 15. in Ioā. ante med. tom. 9.

Augustinus. Bene dicens quòd nutrit infirmus infirmos: Et ponit exemplum de gallina, quæ infirmatur cum pullis, alis demissis, plumis hispida, voce rauca, omnibus membris demissa et abiecta: Iter autem filij Dei fuit caro assumpta, sed infirmitas sua nos

1. Cor. 1. d

fecit fortes: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Hora vero sexta figura est sextæ ætatis, in

Hora VI.

qua venit filius Dei ad puteum, ideſt, profunditatem nostræ habitationis. Hæc Augustinus, et ibi bene de his et multum. Et de hoc est collatio. Et sequitur

F

Prædicatio Christi.

pars, in qua de sua prædicatione et doctrina. Ibi: *Venit mulier*. Et illa in duas. Primo, de sua occulta vel priuata doctrina ipsi mulieri. Secundo, de publica et manifesta ipsis Samaritanis. Ibi: *Et exierunt de ciuitate*. Prima, in tres. Primo, aduentus mulieris præmissio. Secundo, Saluatoris ab ea petitio et mutua collatio interrogando et respondendo. Ibi: *Dicit ei Iesus*. Tertio, mulieris ad ciuitatem regressio, et eorum quæ audierat renunciatio. Ibi: *Reliquit ergo hydriam*. Et hoc est quod ait: *Venit mulier haurire*, et cetera, ad litteram. Et est forma Ecclesiæ iustificandæ,

Aug. ibid. poſt multa.

ait Augustinus. Et sequitur secunda pars: *Dicit ei Iesus: Da mihi bibere*. In qua mutua collatio Saluatoris et mulieris, interrogando et respondendo. Et sunt

A

tot partes, quot interrogationes cum responsionibus. Et sunt septem. Secunda ibi: *Dicit ei mulier*. Tertia ibi: *Dicit ad eum mulier*. Quarta ibi: *Respondit mulier*. Quinta ibi: *Dicit ei mulier*. Sexta ibi: *Dicit ei mulier*: *Scio*, et cetera. Septima vero narratur de aduentu discipulorum. Ibi: *Continuo*. In qualibet vero parte præmittitur interrogatio, et subditur responsio. Ait ergo: *Dicit ei Iesus: Da mihi bibere*. Erat enim fatigatus, vt dictum est, et erat calor, vnde Chrysostomus: Requiescere faciens corpus sedebat et refrigerabat, erat enim diei medium: vt vero ait Augustinus: Fidem ipsius mulieris sciebat. Et quia dixerat, quòd

Septem partes.

Chryſ. hom. 30. in Ioā. poſt mediū. tom. 3.

B

sedebat, nec fecerat mentionem de discipulis, subdit:

Aug. tract. 15. in Ioā. ante mediū tom. 9.

Discipuli abierant, vt cibos emerent. Sed quæritur, quare hoc expressit, cum non videretur esse ad propositum? Item quæritur, quare non intrauit cum discipulis ciuitatem? Et ad hoc respondet Chrysostomus,

Chryſ. loco ſup. citato.

quòd ideo non intrauit ciuitatem, obstruens inuerecundiam et contradictionem Iudæorum, vt non dicat quis, quoniam aduersatur suo præcepto, quo dixerat, ne intrarent ciuitatem Samaritanorum. Et

Mat.10. a

ideo ait: *Abierant, vt cibos emerent*. Non scilicet ex principali proposito, vt prędicarent eis, antequam Iudæis. Item quæritur, qualiter ait: *Vt cibos emerent*.

C

Cū omnia reliquisēt: Relictis omnibus sequuti sunt eum. Et alibi: Ecce nos reliquimus omnia. Et cum

Mat. 4. d *Mat. 19. d*

esset eis præceptum non portare pecuniam, neque peram. Et sic videtur, quòd non haberent, vnde

Luc. 22. d

emerent cibos, vel si haberent, fecisse contra Domini præceptum et statum suum. Et ad istud respondendum, vt patebit infra: Vbi dicitur de Iuda, quòd

Ioan. 12. a

loculos habebat, et portabat ea, quæ mittebantur. Christus et discipuli sustentabantur, vel inuitati in mensis alienis. Supra: Inuitatus est Iesus et discipuli

Ioan. 2. a

ad nuptias. Et infra: Fecerunt ei cænam. Et alibi: Ro

Ioan. 12. a

gabat eum quidam Pharisæus, vt manducaret cum

Luc. 7. a

D

illo. Item aliquando leguntur sustentati largitionibus mulierum, quæ sequebantur. De mulieribus, quæ

Mar. 15. d

ministrabant ei de facultatibus suis. Item aliquando de his, quæ mittebantur in loculis, sustentabantur. Et hoc a comitantibus, prout intelligitur, vel ab irrogantibus ex præmisso verbo. Et hoc fuit congruum, maxime quando irent, et erant transituri per villas in hospitales, et non ad prædicandum vt hic. Nec hoc repugnabat statui vel præcepto: nihil enim proprium habebant vel secum deferebant. Vnde et hic filius Dei fuit mendicus, prout ait Augustinus, exponens

Aug. enarrat. in Pſal. 108. expoſ. alia ante med. to. 8.

E

illud: Persecutus est hominem pauperem et mendicum. Non erat, inquit, dedignatus filius Dei fieri pauper, cum diues esset: Mendicum quo modo intelligemus, nisi forte, quia dixit mulieri Samaritanæ: *Da mihi bibere*. Et in cruce ait: Sitio? Hæc ille. Et ex

Pſal. 108. b

hoc patet perfectio discipulorum, prout ait Chrysostomus: Erat enim eis circa cibaria negligentia, quoniam nec panes portauerunt. Cum irent transfretum et esurientes comedebant spicas. Et Iesus propter

Ioan. 19. f *Chryſ. hom. 30. in Ioan. circa med. tom. 3.*

esuriem venit ad ficum. Erant autem discipuli soliti contemnere ventrem, et non studiosam existimare

Mat. 12. a

eius ministrationem. E contrario de illis, qui ex lectulo surgentes de talibus sunt soliciti. Hæc ille. Et

Mat. 21. b

F

ibi multum et bene de hoc. Et sequitur responsio mulieris: *Dixit autem mulier*, et cetera. Nescions quem potum quærit, et opponit se esse de alienigenis, prout ait Glossa. Ideo sequitur: *Quo modo tu Iudæus*, et cetera. Vt enim ait Augustinus: Samaritani erant alienigenæ, et ad gentem Iudæorum non pertinebant, vasculis illorum non vtebantur Iudæi: et ideo quia petebat ab ea bibere, quod non solebant Iudæi, ait mulier sic: *Quo modo*, et cetera. Sed quæritur, qualiter cognouit eum esse Iudæum? Ad hoc respondet Chrysostomus, quòd fortassis æstimauit eum a scismate, ideſt, figura et allocutione. De hoc Magister in historijs. Item quæritur qualiter tunc petit ab ea bibere, lege non concedente Iudæis couti Sa-

Aug. tract. 15. in Ioā. ante med. tom. 9.

Chryſ. hom. 30. in Ioā. ante med. tom. 3.

Digitized by Google

maritanis ? Iterum qualiter ierunt discipuli ad emendum cibos ab illis, ex quo non licebat eis couti eis ? Et ad istud respondet Chrysostomus. Quòd indifferens erat, tunc eijcere tales obseruationes : ipse enim inducebat alios ad illas absoluendas : Non quod intrat per os, coinquinat hominem, *et cetera*. Quia ergo absoluebat tales cęremonias, non fuit inconueniens discipulos vti cibis eorum, vel, vt dicitur magistraliter, quidam cibi erant indifferentes quoad vtrosque, vt fructus arborum et panis, et tales cibos poterant emere ab illis. Et patet hic mysterium ex Augustino: Et in Glossa. Hęc enim mulier fuit figura Ecclesiæ collectæ ex gentibus, et venientis ad hauriendum aquam de puteo, ideſt, intelligentiam veram de sacra scriptura : prout ait Ambrosius. Puteus est altitudo profundæ scripturæ : Alta profunditas, quis inueniet eam ? et alibi : Fluenta putei tui deriuentur foras. Et de isto puteo et aqua patebit infra. Quòd vero Christus petijt bibere a muliere, figura fuit quòd desiderauit fidem Ecclesiæ, vt dictum est. Item quòd discipuli emerent cibos, figura fuit, quòd non laborantes in prædicatione, vel otiantes vel vacantes alijs operibus spiritualibus, non debent manducare : Neque gratis panem manducauimus. Et sequitur : Si quis non vult operari, non manducet. Quòd vero Iudæi non coutuntur Samaritanis, mysterium est, quòd fidelium non est conuersari cum infidelibus, nec couti actibus eorum. Egredimini de medio eius. Et: Quæ pars fideli cum infideli ? Et sequitur : Exite de medio eorum et separamini. Et sequitur secunda particula in qua responsio Saluatoris, et de inquisitione mulieris. Ibi : *Respondit Iesus, si scires donum*, et cetera. Quod est Spiritus sanctus, ait Augustinus. Et quis est, scilicet quantus, et quia est dator spiritus : *Qui dicit tibi*, vt a te petat fidē : *Tu petisses*. Ad litteram ait Augustinus. Aqua viua dicitur, quæ ex fonte manans excipitur : quæ vero est in lacunis, et cisternis, non dicitur aqua viua. Sed quæritur quare ait. *Forsitan petisses*. Respondendum quòd hoc ait ob libertatem liberi arbitrij, quod potest petere et non petere : *Et dedisset tibi aquam viuam*, merito fidei, ait Glossa. Mulier tamen carnalis sapiens, intelligebat de aqua materiali, ideo sequitur : *Dicit ei mulier : Domine*. Et in hoc patet mulieris prudentia, tribuens multum honorem, et vocans eum Dominum, neque derisit, neque turbata est, sed reuerentius ait : *Neque hauſtorium habes : Et puteus altus est*. Ad litteram : *Vnde ergo*, et cetera. Quasi diceret. Non potes habere aquam, maxime cū non sis potentior et melior Iacob, quasi dicat, vt ait Chrysostomus : Iacob dedit puteum nobis, et vsus est eo bibendo, et sui similiter. Sed, si habuisset meliorem, non bibisset, et ita neque tu poteris dare meliorem. Hæc ille. Sed quæritur, ex quo erat mulier Samaritana, et alienigena, qualiter vocat Iacob patrem suum ? Et ad hoc respondet Glossa, quòd ipse erat sub lege, quantum ad hoc quod libros Moysis accipiebant Samaritani, vt ait Augustinus. Sua enim pulsabat ignorantia, nondum instructa neque studio nutrita, et intelligebat aquam viuam, quæ erat in illo fonte. Sed quæritur, ex quo mulier erat ignara mysteriorum, videtur quòd non debuisset ei loqui sub mysterio. Item doctrina debet esse secundum auditorum capacitatem, ait Gregorius, exponens illud Iob : Qui ligat aquas in nubibus. Vnde infra: Habeo vobis multa dicere, sed non potestis portare modo. Ergo non debuit loqui mulieri de arcanis mysteriorum. Item Apostolus ait : Nō potui loqui vobis quasi spiritualibus : Laç vobis potum dedi non escam. Et ad istud respondendum, secundum Augustinum, quòd recte loquitur mulieri, et paulatim intrat in cor eius. Et quasi idem in Glossa. Quia ergo mulier fuit ad audiendum subiecta, et ad intelligendum auida, et ad assentiendum credula, vt patet in processu litteræ, et filius Dei erat lux vera ad illuminandum, ideo ordinabiliter est loquutus ei. Vnde Chrysostomus : ostendit tam dignam audire, ideo non despicit, sed se reuelat. Et sequitur : Nec mireris, si confestim mulier non nouit de aqua spirituali, quia nec Nicodemus nouit statim de regeneratione supra. Hæc ille. Et patet Saluatoris dignatiua pietas. Vnde Augustinus : Quid ista hortatione suauius et benignius ? Et nota quod ait : *Puteus altus est*. Est enim puteus sacræ scripturæ, e quo puteo sunt hautiēdę aquæ sapientiæ. De quo dictum est: Et est puteus gratiæ baptismalis regenerationis et lauantis : Mundans lauacro aquæ. De quo in figura: Venit in terram orientalem, et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum. Terra orientalis, Ecclesia : Puteus, Lauacrum baptismi : Tres greges, baptizandi et saluandi in fide trinitatis. Item est puteus, scilicet profunditas humanæ rationis, secundum Glossam, quæ est obscurata, et ideo fodienda, de quo bibunt homines, scilicet boni, viuentes secundum rationem, et pecora, viuentes scilicet brutaliter, de quo in figura. Ascendat puteus, *et cetera*. Et sequitur : Puteus quem foderunt principes in datore legis, et in baculis suis. Et de hoc in glossa. Item est puteus inexhaustilis diuinæ bonitatis, ex quo hauritur aqua viua, vt dicitur hic : Viua enim aqua est spiritus, vt ait Chrysostomus : De quo puteo in figura : Profectus Isaac fodit puteum, et vocauit nomen eius latitudo, dicens : Nunc dilatauit me Dominus. De prisno puteo hauriendæ sunt aquæ veræ sapientiæ. De secundo, aquæ baptismalis gratiæ. De tertio, aquæ rectæ intelligentiæ. De quarto, aquæ satietatis gloriæ. Sed hos puteos nititur diabolus obstruere, prout fuit figuratum in Genesi : Vbi dicitur, quòd Palęstini omnes puteos, quos foderunt serui Abraæ obstruxerunt, implentes humo. Quod exponens Gregorius ait : quòd sic immundi spiritus terrenas cogitationes ingerunt, et quasi inuentam aquam scripturæ tollunt. Et sequitur secunda collatio filij Dei et mulieris. Ibi : *Respondit Iesus : Omnis qui biberit ex hac aqua*, et cetera. Ad litteram, vel etiam de aqua voluptatis figurata per istam. Sanguisuga enim est quæ dicit : Numquam sufficit. Et sic non est magnum dare istā aquam : *Qui vero biberit de aqua, quam ego dabo*, et cetera : *Non sitiet*, et cetera. Et in hoc ablatio nocumenti : *Sed fiet in eo fons*. Et in hoc indeficientia boni vel commodi : *Fons, inquam, aquæ salientis*, id est, eleuantis : *In vitam æternam*. Et in hoc adeptio æterni præmij. Superexcellens ergo huius aquæ imminentia ad illam. Infra : Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et hæc est aqua faciens salire in altum : Tunc saliet sicut ceruus claudus. Sed quæritur, qualiter vocat hic spiritum aquam, cum ipse spiritus igne significetur. Vnde et in specie ignis descendit. Et ad hoc respondet Chrysostomus bene, dicens, quòd spiritus appellatione ignis, quia est vt quid erectum, et calidum, et peccatorum consumptiuum, quasi dicat, quia erigit, quia inflammat, quia peccata consumit : per aquæ vero nuncupationem significatur, vt purgamentum, vt refrigerium ostendat : quasi dicat, quia purgat a sordibus, et quia refrigerat a concupiscentia carnali. Et ibi bene de hoc. Secundum primam, Gregorius ait: Idē signat diuersa in scriptura propter diuersas proprietates, sicut Leo signat filium Dei, et diabolum, vt ibi exemplificat. Item quęritur de hoc quod ait : *Quòd qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet iterum*. Sed contra Ecclesiasticus : Qui bibunt me, adhuc sitient. Et ita qui bibit ex hac aqua, quam dat Deus, sitiet. Item ait Augustinus, quòd bonum tēporale plus diligitur antequam habeatur, vilescit, cum habetur : ęternum vero ardentius diligitur adeptum quàm desideratum. Ergo vt prius. Item idem ait Gregorius, ponens differentiam inter delicias spirituales

Ibidem.
Mat. 15. b
Aug. tract. 15. in Ioā. ante med. tom. 9.
Mulier Samaritana figura Ecclesiæ.
Amb. lib. de Isaac, et anima c. 4. post mediū. tom. 1.
Eccl. 7. d
Pron. 5. c
1. Thes. 3. b
Iudæi non coutūtur Samaritanis, q̄d hoc mysterij habet.
Hier. 41. b
2. Cor. 6. c
Ibidem.
Aug. tract. 15. in Ioā. ante med. tom. 9.
Ibidem.
Chrys. hom. 30. in Ioan. post mediū. tom. 3.
Samaritani accipiebant libros Moysis.
Aug. tract. 15. in Ioā. ante med. tom. 9.
Greg. Mor. li. 17. c. 24.
Iob 16. b
Ioan. 16. b
1. Cor. 3. a
Ioan. 1. a
Chrys. hom. 30. in Ioan. post mediū. tom. 3.
Ioan. 3. a
Pietas Saluatoris.
Aug. tract. 15. in Ioā. ante mediū tom. 9.
Puteus multiplex.
Eph. 5. a
Gen. 29. a
Num. 21. d
Ibidem.
Chrys. hom. 31. in Ioan. prope prin. tom. 3.
Gen. 26. a
Gen. 26. a
Greg. Mor. lib. 16. c. 2. post mediū.
Ioan. 6. a
Isa. 35. a
Act. 2. a
Chrys. hom. 32. in Ioā. prope prin. tom. 3.
Greg. Mor. lib. 5. c. 17. in princ.
Eccli. 24. a
Aug. de doctr. Christ. lib. 1. c. 32. tom. 3.

Digitized by Google

rituales et carnales: Ergo vt prius. Ad iſtud re-
Greg. in Euãg. ho. 30. in princ. ſpondendum, quòd eſt ſitis ex rei carentia, ex potan-
tis intemperantia, et ex potus inſufficientia, et ex vir-
tutis illius ad præſeruandum deficientia. Et ta-
Sitis multiplex. lis ſitis non ſitit aquam a Deo, nec ſuſcipit. Et
eſt ſitis ratione delectabilitatis rei, et infaſtibilita-
tis, et de illa ſunt obiectiones, vel aliter: Eſt ſitis
rei non habitæ, et eſt alia rei habitæ, vt amplius ha-
beatur. Et eſt alia rei habitæ vt continuetur. Prima
eſt in bibente aquam concupiſcentiæ. Secunda in bi-
bente aquam gratiæ: Tertia, in bibente aquam glo-
riæ, quia deliciæ gloriæ hauriuntur abſque omni fa-
ſtidio. Et de his aquis gratiæ et concupiſcentiæ di-
ctum eſt in collatione prædicabili. Et ſequitur ter-
tia collatio filij Dei et mulieris. Ibi: *Dixit ad eum mu-*
Aug. tract. 15. in Ioã. ante med. tom. 9. *lier*, et cetera. Vt enim ait Auguſtinus: Ad laborem
indigentia cogebat. Laborem infirmitas recuſabat,
ideo ait: *Domine da mihi bibere*, et cetera. Et vt ait Chry
Chryſ. hom. 31. in Ioã. ante med. tom. 3. ſoſtomus: Hæc mulier ſapientior et melior Nicode-
mo, qui audiens myſteria, ſupra ait: Quomodo poſ-
ſunt hæc fieri? Hæc autem ait: *Da mihi bibere*. Item
præhonorauit Chriſtum, ipſi Iacob ænigmatice in-
nuens, quod non indigeret fonte illo: nec fuit inſua-
Ioan. 3. a ſibilis, vt Iudæi, qui multa ſigna viderant: hæc, nulla:
ſed tantum verba audiuit. Hæc ille. Patet ergo cre-
dulitas facilis mulieris, et ideo ſequitur præceptio
Saluatoris: *Voca virum tuum*, ideſt, virum intelle-
Aug. tract. 15. in Ioã. ante med. tom. 9. ctum, ait Auguſtinus: nam nunc in errore es, vt ait
idem. Vnde excitat eam ad verum intellectum. Item
quæritur, cum ſciret eam non habere virum, quare
hoc ait? Reſpondendum, quòd hoc non ait, quia
ignorans eam non habere, ſed vt occultum præteri-
Chryſ. hom. 31. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3. tum ei reuelaret. Vnde Chryſoſtomus: Nunc per
prophetiam reuelat ſcilicet mulieri de præterito. Et
ſequitur quarta collatio vtriuſque. Ibi: *Reſpondit mu-*
lier. Non habeo virum. Ad litteram, et ſecundum rei
veritatem fornicario iungebatur, nec hoc fatebatur,
ſed occultabat. Et ex hac veraci reſponſione fuit oc-
caſio filio Dei, quòd ei reuelauit ſuum ſecretum. Illa
enim occultans turpitudinem, et exiſtimans adhuc lo
qui ad hominem, ait: *Non habeo virum*, et cetera. Et
ideo Chriſtus inducit redargutionem cum certitudi-
ne numerans priores viros, ait idem Chryſoſtomus.
Et ideo ſequitur quinta collatio ſiue colloquutio: *Be-*
ne dixiſti, quia non habeo virum, eo quòd ille, cum quo
erat, non erat ſuus legitime: *Quinque enim viros habui*
Sapiẽtia Saluatoris. *ſti*, ſcilicet in præterito. Patet hic ſapientia Saluato-
ris, non enim in principio, nec antecedenter prophe
tiam induxit: volebat enim miraculorum et prædica
Ioan. 1. g tionum principia habere ab eis, qui accedebant ad
eum, ſicut ſupra. De Nathanaele non dixit ei ſtatim:
Vidi te ſub ficu, reuelando ſecreta ſcilicet, ſed quan-
Chryſ. vbi ſupra. do ait: Vnde me noſti: ſic fecit filius Dei mulieri hic,
vt ait Chryſoſtomus. Et de his quinque viris, et de
Aug. loco ſup. citato. iſto vno uiro ſpiritualiter Auguſtinus proſequitur be
ne. Quinque uiri, inquit, ſunt quinque ſenſus, et his
quinque regitur anima infirma, et in primis annis.
Quinque viri ſunt quinque ſenſus. Sed quando uenit ad annos diſcretionis ſi eam acce-
perit doctrina ſapientiæ ſuccedit uir legitimus, ſcili-
cet intellectus, qui melius regit, quia ad æternitatem
1. Cor. 5. e regit, et excolit, et inſtruit: Caput mulieris vir. Si ue
ro error ſuccedit, non regit ſed perdit, et non eſt le-
gitimus: ſed adulter eſt. Et ideo ait: *Voca virum tuum*,
Aug. ibid. Chryſ. hom. 31. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3. ideſt, intellectum. Hoc Auguſtinus, et ibi multum
et bene de hoc. Et ſequitur colloquutio uel collatio
ſexta utriuſque et arcanorum reuelatio mulieri: *Do-*
mine video, quia propheta es tu. Vt enim ait Chryſoſto-
Prophetia quid. mus: quia rem occultam manifeſtam facere eſt Dei,
ideo admiratur et ſtupet, et prophetam ſuſpicatur,
Gregor. in Exec. lib. 2. hom. 2. prope prin. nec anxiata nec contumeliam exiſtimans ait: *Quia*
propheta es tu, vt ait Chryſoſtomus. Prophetia eſt oc-
cultorum reuelatio ait Gregorius. Et ſi propheta, eſt
occultorum reuelator, et non ſolum hoc, ſed am-
plius immoratur. Et nihil humanum interrogauit,

nec de diuitijs, ſed de dogmatibus, dicens: *Patres no-*
ſtri, ideſt, Iacob et filij eius, *et cetera*: *Illic*, ideſt, in
monte Garizim, ait Magiſter in hiſtorijs. Vt enim
ait Chryſoſtomus, aiunt Abraam filiũ ſuum illic ob-
Chryſ. hom. 31. in Ioã. tuliſſe: *Et vos*, ſcilicet Iudæi: *Dicitis quia Hieroſolymis*
eſt locus, et cetera. Patet hic induſtria mulieris: excel-
Induſtria mulieris. lentior enim facta mente eſt, et ſolicita pro doctrinis
interrogat, vt ait Chryſoſtomus. Et ſequitur reſpon-
Ibidem. ſio ac veritatis reuelatio: *Mulier crede mihi*. Et in hoc
oſtendens fidem eſſe neceſſariam: Niſi enim credi-
Iſa. 7. b deritis, non intelligetis, ſecundum aliam litteram.
Bene Chryſoſtomus. Fide opus eſt matre bonorum,
Ex interpretatione 70. ſine hac nihil magnorum eſt poſſidere. Et ponit exem
plum, quòd qui ſine fide tentant, ſcilicet ſcire arcana,
Chryſ. hom. 32. in Ioã. ante prin. to. 3. aſſimilãtur his, qui ſine naui pelagus aſſumere tentãt:
Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula, *et cetera*: *Crede*,
inquit, quia veniet hora, ſcilicet tempus gratiæ diuul-
Heb. 11. a gatæ: *Quando nec in monte hoc*, ſuperſtitione conſueta,
æſtimando ſcilicet altum locum eſſe magis vtilem ad
orandum. Sed quod ait Auguſtinus in eodem home-
Aug. tract. 15. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. lia, tangens errorem talem. Quia, inquit, in monte es,
propinquũ Deo te eſſe putas, et cito te exaudiri, quaſi
de proximo clamantem. Sed noli quærere montẽ, in
excelſis habitat Deus, ſed humilia reſpicit. Et ibi de
hoc: *Neque Hieroſolymis*, colendo Deũ ſcilicet in cere-
monijs, ſicut Iudæi faciunt. Et licet ita eſſet reprimẽs
ſuperſtitionem Samaritanorũ et reprobans eorũ ido-
latriã, ſubdit tamen: *Vos adoratis quod neſcitis*, quia ſci-
licet localẽ Deum, et particularem in monte, quod ex
Chryſ. hom. 32. in Ioã. ante mediũ tom. 3. Perſis erat, vt ait Chryſoſtomus, et dicitur de Samari-
tanis, quia ſeruiebant Deo terræ et idolis ſuis: *Nos au-*
tem, ſcilicet Iudei: *Adoramus quod ſcimus*, ſcilicet Deum
verũ, cui credimus. Vnde Iudęis dicitur: En populus
4. Reg. 17. f eſt, *et cet.* Et ſequitur: Sicut Deus noſter adeſt cunctis
Deut. 4. b obſecrationibus noſtris. Et numerat ſe cũ Iudæis ad
ſuſpicionẽ mulieris, loquens, ait Chryſoſtomus: *Quo-*
Chryſ. ibid. paulo poſt. *niam ſalus ex Iudæis*, ſcilicet ſcire Deũ et deteſtari Ido-
la, a Iudæis principium habuit. Similiter et adoratio,
Ibid. paulo poſt. vt ait Chryſoſtomus, vel *Salutem* vocat præſentiam
ſuã: vel ideo hoc ait, quia ex Iudæis natus eſt Chriſtus
Ibidem. ſecundum carnem, vt ait ibidem Chryſoſtomus. Sed
Iſa. 1. e quęritur, ſicut obijcit Auguſtinus. Cum Iudęi fuerint
Gal. 6. d reprobati et ritus ſuę adorationis: Cum multiplicaue
ritis orationẽ, non exaudiã. Et ad Galatas Apoſtolus:
Neque circũciſio aliquid valet, *et cetera*. Qualiter ait,
quòd Iudęi adorabant, quod ſciebant, et quod ex ijs
Aug. tract. 15. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. ſalus? Et ad hoc reſpõdet Auguſtinus, quòd hoc dictũ
eſt in perſona Iudęorum non omniũ, quia non repro-
borum, ſed illorũ, de quibus fuerunt Apoſtoli et Pro-
phetę: Quia non repellet Dominus plebẽ ſuam, quam
Rom. 9. e præſciuit. Item quęritur de hoc, quod ait: *Quod veniet*
hora, quando nec in monte hoc, nec Hieroſolymis adorabitis,
qualiter hoc? Videtur enim quòd locus altior plus va
let ad orandũ: Moyſes enim orans aſcendit in montẽ,
Exo. 19. a ſuper quod ait Chryſoſtomus, quãto eum ſublimitas
Chryſ. ſer. de Moyſe. prope prin. tom. 1. montis extulit, tanto oratio proximũ Deo exhibebat.
Videtur ergo quòd eminentia loci valet ad orationẽ.
Item domus Domini erat in mõte: Iſta eſt lex domus
in ſummitate montis. Et ita vt prius. Item qualiter ait:
Exec. 43. e *Neque Hieroſolymis adorabitis*, cum dicatur. Caueas ne
Deut. 12. b offeras holocauſta tua in omni loco, ſed in loco, quem
1. Mac. 7. f elegerit Deus. Et primo: Tu elegiſti domum iſtam
ad inuocandum nomen tuum. Debuit ergo eſſe locus
perpetuus ad orandum Deum. Ad contrarium ait
Aug. tract. 15. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. Auguſtinus, reprobans errorem æſtimantium mon-
tem altum eſſe magis vtilem ad orãdum: Quærebas,
inquit, montem, deſcende vt attingas ſcilicet per hu-
Pſal. 83. b militatem: Aſcenſiones in ſuo corde poſuit in valle
plorationis et lacrymarum. Si quæris altum locum,
intus exhibe templum Deo. In templo vis orare, in
te ora, ſed prius eſto templum, quia ille in templo
ſuo exaudiet orantẽ. Hæc ille. Et ſecundũ hoc reſpon
dendũ ad primam quęſtionem, quòd eminentia non
cõfert ad orationẽ niſi forte occaſionaliter, quod tũc

Digitized by Google

forte homo interius ſe plus eleuat ad Deum, quia magis ſolitarius, et amplius in ſe collectus, et a tumultu ſegregatus. Et ſecundum hoc poteſt intelligi auctoritas Chryſoſtomi ſupra. Ad aliud, quod intelligendum eſt, Hieroſolymis non eſſe locum ad orandum, niſi ritu Iudaico et cęremoniali, vt prius. Et ſequitur prædictorum explanatio: *Sed venit hora*, ſcilicet
Rom. 13. d tempus gratiæ, de qua dicitur: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: *Et nunc eſt*, ex præſentia ſuà ſcilicet: *Quando veri adoratores*. Et in hoc expulit Samaritanos et Iudæos, et ſi Iudæi meliores illis, tamen futuri minores. Et tantum quantum typus a veritate ait
Chryſ. hom. 32. in Ioã. ante med. tom. 3. Chryſoſtomus: *Adorabunt patrem*. Deum ſcilicet in ſpiritu, ideſt, interius in monte, contra ſuperſtitionem Samaritanorum, qui adorabant in monte. Deus enim eſt adorandus in templo cordis: *Et in veritate*, ad excludendum cęremonialem et typicum ritum Iudæorum in adorando Deum: Pſallam ſpiritu, pſallam et mente: Orabo ſpiritu, orabo et mente, ibidē.
1. Cor. 14. c Et ſubdit rationem: *Nam & pater tales quærit*, ſcilicet
Chryſ. ibid. qui ſic adorent, quaſi dicat, ait Chryſoſtomus: Prophetæ ante longa tempora hæc dixerunt, ideſt, prophetauerunt; ſed iam in ianuis eſt; ſcilicet, ex quo ipſe venit adimplens legem. Et ſubdit huius cauſam:
Ibidem. *Spiritus eſt Deus*, ideſt, incorporeus. Oportet ergo incorporei Dei adoratorem talem eſſe, ait Chryſoſtomus. Iudæi enim animam negligebant, circa corpus ſtudium habebant et eius purgationes, oues et animalia offerebant. Sed quærit adoratores, qui ado-
Rom. 1. a rant in ſpiritu puro, vt ait Paulus: Cui ſeruio in ſpiritu meo. Et ſacrificantes ſemetipſos in holocauſtum
Rom. 12. a Deo: Exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem
Chryſ. ibid. *et cetera*, vt ait Chryſoſtomus. Sed quæritur ex littera: ex dictis Sanctorum videtur, quod non oportet ædificare templa, vel Eccleſias, ſed adorare in ſpi-
Obiectio de templis. ritu et veritate, ideſt, in templo cordis, prout ait Auguſtinus. Item Deus eſt ſpiritus et Dei incorporei
Aug. tract. 15. in Ioã. poſt mediũ tom. 9. oportet eſſe adoratorem in ſpiritu, vt ait Chryſoſtomus. Ergo nihil corporeum requiritur ad Deum adorandum. Et ita nec templa facere nec imagines.
Chryſ. hom. 32. in Ioan. ante med. tom. 3. Item talia facere, videtur eſſe magis occaſio erroris, quo poſſet credi Deus eſſe corporeus, quam eruditio veritatis. Et ad iſtud reſpondendum eſt, prout ait Hugo. Quod ſacrata ſunt quædam loca ædificata Baſilicæ. Et determinata tempora certa, quibus populus fidelis in vnum congregetur, vt vnitas commendetur, et gratias reddat, et vota ſoluat. Hæc ille. Vnde notandum, quòd quædam ſunt eſſentiales con-
Cõditiones adorationis. ditiones adorationis, ſicut vera contritio cordis, ordinata petitio, recta intentio. Quædam vero de bene eſſe, ſiue conferentia, ſicut pſalmodia exterior, et hymni, ſiue cantica, et geſtus corporis, nunc inclinando, nunc erigendo, et loca ſacra ad eleuationem mentis in recogitatione, et admiratione diuinæ Maieſtatis, bonitatis et pietatis et beneficiorum eius, ſicut templa ſacra, vt patet ab Hugone. Non ergo denegat filius hic quin debent eſſe loca ſacrata et templa, ſed vult dicere, quod in ſpiritu interiori eſt vere orare, et recta fide, non in loco determinato, ſicut Samaritani orabant, nec in typo vel figura et cæremonijs, ſicut Iudæi, ſicut expoſitum eſt a Sanctis, et vt patet in Gloſſa. Et per hoc ad aliud, quòd imagi-
Sacræ imagines in tẽplis cur. nes ſunt in templis Dei, in excitationem fidelium, ad memoriam beneficiorum Dei, et omnis honor, qui defertur eis, refertur ad Deum, non ad ipſas, niſi ſicut ad ſigna, prout manifeſtat Damaſcenus bene
Damaſ. fid. Ortho. li. 4. cap. 17. vbi multum de hoc. Myſteria vero prædictorum, ſcilicet qualiter eſt Deus adorandus in ſpiritu et veri-
Cõditiones adorantis. tate, patent in collatione prædicabili. Nota tamen, quod adorans Deum debet adorare in puritate et ſan
Iſa. 1. c ctitate: Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam, manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Et de hoc Chryſoſtomus: Oportet, inquit, orantem eſſe mundum. Et ponit exemplum: Si quis manibus impletis ſtercore, tuos pedes veniret adorans, conculcares, multo magis implens manus de ſtercore peccati eſt conculcandus a Deo, et eijciendus. Et ibi bene de hoc. Item eſt adorandus cum humili ſubiectione, et proteſtatione ſuæ maieſtatis. Vnde et adorare eſt corpus ad pedes proſternere et ſummum noſtrum ad eius ima inclinare. Vt traditur ab Auguſtino: Adorabunt veſtigia pedum tuorum. Item ado-
Iſa. 60. c randus eſt cum recta fidei confeſſione, et debita honorificatione: prout ait Propheta: Venite adoremus
Pſal. 94. a præoccupemus faciem eius in confeſſione. Et: Pro-
Mat. 2. b cidentes adorauerunt eum, et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei, *et cetera*. Item eſt adorandus ſolemni celebritate pro loco et tempore, prout ait Propheta:
Pſal. 5. b Introibo in domum tuam, et adorabo ad templum
Iſa. 66. a ſanctum tuum in timore tuo: Veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea. Et de hoc amplius in collatione. Et ſequitur vltima collatio, ſiue collocutio filij Dei et mulieris. Ibi: *Dicit ei mulier: Scio quia Meſſias venit*, vt ait Auguſtinus. Nam mulier ordinatur in fide, et regitur bene nutrita. Vocauit enim virum ſuum, ideſt, intellectum, de quo viro ſupra eodem. Meſſias, vt Auguſtinus, Hæbraice, Chriſtus Græce,
Aug. tract. 15. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. Vnctus Latine. De ipſo ait Propheta: Vnxit eũ oleo præ conſortibus ſuis: *Qui cum venerit annunciabit*, ſcilicet perfecte, quę ad occulta patris pertinent. Quærit autem Chryſoſtomus: Vnde mulier et etiam Samaritani ſciebant de Meſſia, vel expectabant eius ad-
Pſal. 44. b uentum? Et ad hoc reſpondet, quòd ſciebant a libris
Chryſ. hom. 32. in Ioã. paulo ante med. tom. 3. Moyſis, quos ſuſcipiebant, et quia ſcriptum eſt: Ipſe erit expectatio gentium. Ideo inde poterant ſcire.
Gen. 49. b Item quærit Chryſoſtomus, ex quo ſupra: Nathanaelem induxit ad credulitatem et per prophetiam, et
Chryſ. ibid. paulo poſt. Nicodemum per figuram de ſerpente æneo: Quare ſimiliter non induxit illam mulierem per talia? Et
Ioan. 1. g ad hoc reſpondet, quòd quia mulier erat indocta et
Ioan. 3. a ſcripturarum inexperta; ideo per talia non induxit eam, ſed per prædicationem et promiſſionem aquæ ſalientis. Et ſequitur reſponſio Saluatoris, et reuelatio veritatis: *Dicit ei: Ego ſum*. Et in hoc ſua immutabilis diuinitas. Vnde infra ſimile: Antequã Abraam
Ioan. 8. e fieret, ego ſum: *Qui loquor tecum*. Et in hoc ſua euidens humanitas: Loquutus eſt nobis in filio, *et cet.*
Hebr. 1. a Quærit Chryſoſtomus: Quare non ſe reuelauit mulieri ab initio? Item cum Iudæi peterent ab eo inſtanter, quis eſſet. Infra: Si tu es Chriſtus, dic nobis palam. Nec tamen eis reuelauit: Quæritur vnde hoc?
Chryſ. hom. 32. in Ioan. paul. poſt medium. tom. 3. Et ad iſtud reſpondet, paulatim duxit eam ad fi-
Ioan. 10. e dem: Nam ſi ſe reuelaſſet ei ab initio, videretur inaniter eum loqui, quia mulier non intelligeret. Ad aliud reſpondet, quòd illa erat deuotio Iudæis, et illi non pro diſcendo quærebant, ſed pro iniuriando: Iſta vero audiebat, et quærebat ad diſcendum. Et patet ex dictis Saluatoris benignitas admiranda, et ſtudioſitas ſedula ad docendam vnam mulierem, et perita artificioſitas in attrahendo, nunc reuelando occulta, nunc promittendo deſiderata. Vt patet in ſerie Euangeliſtæ, et ſicut recolligit Chryſoſtomus ex ea. Et in hoc eſt exemplum doctoribus prædicandi, non ſolum multis, ſed etiam vni aliqnando. Vnde Gregorius: Nunquid ſi multis prodeſſe nequeo, nec paucis curabo? Et ponit exemplum, ſi ex meſſe portare manipulos multos non poſſum, nunquid vacuus debeo redire? Quaſi dicat: Non. Ad vnum ergo con
Iac. vlt. a uertendum, eſt prædicandum: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius. Et ſequitur vltimum de regreſſu diſcipulorum: *Et continuo venerunt*, et cetera. Quod ſignat doctores et diſcipulos Chriſti debere redire ad ipſum in contemplatione poſt egreſſum ad pia opera in negotioſa actione: Nunquid mittes fulgura, et ibunt, et reuer-
Iob 38. d tentia dicent tibi adſumus? Per fulgura prædicatores vel doctores, ſicut euntes et reuertentes ſignificantur, vt ait ibi Gregorius: *Et mirabantur*, et cetera.
Greg. Mor. lib. 40. c. in prin.

Quæritur

Quæritur qualiter hoc. Ex quo nouerunt eum esse fontem pietatis, quare mirabantur eum loqui cum muliere paupere? Et ad hoc respondet Augustinus. Ipse quærebat ouem scilicet perditam, ad hoc enim uenerat. Bonum ergo admirabantur, non malum suspicabantur. Idem Chrysostomus: Admirabantur mansuetudinem, quoniam sustinuit cum tanta humilitate mulieri loqui et Samaritanæ: *Nemo tamen dixit ei, quid quæris.* Quærit Chrysostomus, quare eum non interrogauerunt? Et ad hoc respondet, quod eruditi erant seruare ordinem discipulorum, ita enim formidabant et venerabantur. Vel aliter secundum Glossam, quòd non sunt ausi, ne ab eo reprehenderentur, si incaute interrogarent. Et est exemplum inferioribus non inuestigare facta superiorum, vel dicta. Et sequitur illa pars, in qua de Saluatoris prædicatione publica ipsis Samaritanis. Ibi: *Reliquit hydriam.* Et illa pars in quattuor partes. Primo, de regressu mulieris ad illos et de annũciatione, quæ audiuit. Secundo, de supplicatione discipulorum ipsi Saluatori de manducando. Tertio, de responsione Saluatoris, et hortatione discipulorum ad prædicandum. Ibi: *Nonne vos dicitis.* Quarto de deuotione Samaritanorum ad credendum. Ibi: *Ex illa ciuitate.*

Aug. tract. 15. in Ioã. post mediũ. tom. 9.

Ait ergo: *Reliquit hydriam*, et cetera, vt ait Augustinus. Audito: *Ego sum*, et recepto in cor Christo Domino, quid faceret nisi hydriam dimitteret, et euangelizare curreret, proiecit cupiditatem, et properauit annunciare veritatem. Discant, qui volunt euangelizare, proijcere hydriam, ideſt, cupiditatem. Et ibi bene de hoc. Hydria enim, vt habitum est supra, dicitur ab ὕδωρ, quod est aqua. Et de hoc Chrysostomus bene. Ignem venerat Dominus mittere in terram. Voluit discipulos esse ignitos: sic mulier dicitur accensa, vt hydriam relinqueret, et necessitatem scilicet aquæ, propter quam venerat. Et ibi bene de hoc:

Tom. 2. a

Chryſ. hom. 33. in Ioã. prope prin. tom. 3.

Et abijt in ciuitatem, vt ait Chrysostomus, non vnũ aut alterũ vocauit, vt Andreas, vel Philippus. Sed ciuitatẽ integram: *Et dicit venite, et videte hominem*, et cet.

Luc. 12. f

Chryſ. ibid. paulo post.

Sed quæritur quare non ait Christum, quem confessa est, esse Messiam? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd cum in descensione, qua Christus est eam piscatus, conuertendo scilicet, euellere noluit illos, vt

Ioan. 1. f

Chryſ. ibid.

scilicet ex propria voluntate enunciarent ipsum esse Christum: *Venite.* ergo inquit festinanter: *Et videte*, experimentaliter: *Hominem, qui dixit.* et cetera. Quæritur ex quo dixerat ei, quæ turpia erant. Quare hic ait ita expresse: *Qui dixit mihi.* et cetera. Et ad hoc respondet Chrysostomus, *et cetera.* Quod cum ignita fuerit anima igne diuino, ad nihil inspicit eorum, quę sunt in terra, non ad gloriam, nec ad verecundiam.

Ibid. paulo ante.

Luc. 7. f

Gregor. in Euãg. hom. 33. prope princ.

Exemplum de Magdalena, quę intrauit domum Pharisæi, vbi Christus recumbebat. Et ibi Gregorius de hoc. Quod non vocata venit, et cetera: *Nunquid ipse Christus.* Sed quæritur quare hic loquitur quasi dubitatiue, ex quo filius Dei dixerat se esse Christum? Et ad hoc respondet Chrysostomus: Vide, inquit, sapientiam mulieris, nouerat enim quoniam gustantes de illo fonte, eadem paterentur, quæ ipsa passa est, et nolebat ex propria enunciatione inducere eos, sed ex auditione illius sententiæ, quã Christus dixit, et ab ipso. Et ideo ait: *Videte.* Et non credite, illud enim leuius est: *Et illi*, excitati scilicet a voce mulieris: *Exierunt de ciuitate.* Et ex hoc patet eorum facilitas ad credendum sermonibus auditis a muliere. Et vt patet ex dictis, ista mulier a Saluatore edocta, et igne diuino inflammata, vt ait Augustinus vbi supra, figura est prædicatorum euangelizantium: vnde Augustinus:

Sapientia mulieris.

Chryſ. hom. 33. in Ioã. ante med. tom. 9.

Aug. tract. 15. in Ioã. post mediũ. tom. 9.

Discant qui volunt euangelizare, proijcere hydriam, ideſt, cupiditatem. Et sequitur, Onere abiecto cucurrit: discipuli enim relictis omnibus secuti sunt Dominum. Vnde figuratur hic perfectio prædicatorum, quo ad omnem abdicationem. Ibi: *Reliquit hydriam.* Secundo, quo ad agilitatem in prædicando.

Mat. 4. c

Mat. 19. d

Ibi: *Abijt in ciuitatem.* Ideo ait Saluator discipulis: Euntes in mundum vniuersum prædicate. Item quo ad veritatis prędicationem inuitando homines, vt ad Deum veniant, amando: et videant, credendo: Homo quidam fecit cænam magnam, et misit seruum, ideſt, ordinem prædicantium, vocare inuitatos, vnde dicitur: Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem. Per ancillas enim obsequiosi prædicatores et humiles scilicet Apostoli, vt ait Gregorius. Boni autem auditores exeunt de ciuitate scilicet terrena et diabolica obuiam Christo. Vt enim ait Augustinus. Duas ciuitates fecerunt duo amores: terrenam amor sui vsque ad contemptum Dei: cælestem amor Dei vsque ad contemptum sui. De prima vero debent exire fideles, Christo credentes: Relinquite ciuitates, et habitate in petra, ideſt, in Christo. Et sequitur illa pars, in qua Saluatoris inuitatio a discipulis, ad manducandum, et ipsius responsio. Ibi: *Interrogauerunt.* Et illa in quattuor. Primo, supplicatoria inuitatio. Secundo, Saluatoris responsio. Ibi: *Ille dixit eis.* Tertio, discipulorum mutua interrogatio. Ibi: *Dicebant ergo.* Quarto, Christi responsio. Ibi: *Dicit*, et cetera. Ait ergo: *Interrogauerunt*, ideſt, interrogando rogabant: *Rabbi manduca.* Sed quæritur ad quid eum rogauerunt, ex quo nouerant eum semper facere, quod erat melius et conuenientius? Item ex quo dixerat mulieri supra: *Da mihi bibere.* Ex quo patet quòd fatigatus erat esuriens et sitiens. Quæritur, quare non manducauit? Et ad hoc respondet Chrysostomus,

Mat. 28. d

Mar. 16. f

Luc. 14. c

Prou. 9. a

Greg. Mor. li. 33. c. 15.

Aug. de Ciuit. Dei. li. 14. cap. 28. tom. 5.

Hier. 48. e

Chryſ. hom. 33. in Ioan. ante med. tom. 8.

Quòd videntes eum fatigatum rogabãt: neque enim erat hoc, ideſt, precari pro cibarijs temeritatis, sed amoris custodiæ circa magistrum. Et sequitur ipsius responsio: *Ille dixit*: *Ego cibum habeo*, et cetera, ideſt, conuersionem Samaritanorum ait Glossa: *Quem vos nescitis*, scilicet, carnaliter sapientes, et intelligentes de cibo materiali: vt enim ait Augustinus.

Aug. tract. 15. in Ioã. post medium. tom. 9.

Potus erat in muliere, vt faceret voluntatem eius. Ideo ait: *Da mihi bibere*, scilicet vt fidem in ea operaretur, et eam in corpus suum traijceret, quod est Ecclesia. Vnde dictum est Petro: Occide et manduca. Et sequitur discipulorum mutua interrogatio: *Nunquid*, et cetera. Non enim intelligebat de cibo spirituali, sicut nec mulier supra, de aqua. Sed quæritur, quare non instruxit eos prolongando doctrinam, sicut docendo mulierem supra? Ad hoc respondendum, vt dicitur: Vobis datum est nosse mysteria, ceteris in parabolis. Quia ergo mulier erat simplex, et de ceteris, ipsi uero erant vocati ad discipulatum, ideo instruxit eam per circuitum, vt ait Glossa. Et patet hic vehementia desiderij filij Dei de salute fidelium. Vnde Chrysostomus: Ostendit, scilicet Christus, quantum desiderium habet nostræ saluti: sicut enim nobis concupiscibile est comedere, ita ei saluare nos. Ideo ait Infra: Sitio. Et sequitur illa pars, in qua Saluatoris responsio, et dicti expositio. Ibi: *Dicit eis meus cibus*, et cetera. Vt ait Glossa: Cibus eius nostra fides, opus mysterium redemptionis. Sed quæritur. Quare a principio non ait eis, sic cibum suum exponendo? Et ad hoc respondet Chrysostomus:

Act. 10. b

Mat. 13. b

Chryſ. hom. 32. in Ioan. ante med. tom. 8.

Ioan. 19. f

Chryſ. ibid.

Quòd attentiores eos operari voluit, et assuefacere per talia ænigmata audire ea, quæ dicuntur. Sed uidetur quòd ænigma non sit conueniens, quia cibus conseruat cibantem: sed fideles conuersi non seruant Christum, non ergo sunt cibus. Item ipse est cibus fidelium, quia panis, qui de cælo descendit infra. Non ergo e contrario. Et ad hoc respondendum, quòd cibi est multiplex proprietas, scilicet a cibante desiderabilitas, et in corpus cibantis conuertibilitas. Et sic salus fidelium, siue ipsi fideles dicuntur esse cibus filij Dei, ut patet ex dictis Sanctorum prius. Item alia est proprietas cibi ad restaurandum, et ad construendum uirtuositas, et ad satisfaciendum desiderianti sufficiens potestas. Et sic filius Dei, qui est panis uitæ, est cibus noster. Et hoc modo loquuntur obiectio-

Ioan. 6. d

obiectiones. Et ſequitur illa pars, in qua hortatio diſcipulorum ad prædicandum. Ibi: *Nonne vos dicitis?* Et ibi tria. Primo, ſimilitudinis præmiſſio. Secundo, adaptatio et propoſiti exhortatio. Ibi: *Ecce dico vobis*. Tertio, dicti expoſitio. In hoc enim eſt verbum verum. Ait ergo: *Nonne vos dicitis*, ideſt, vulgariter dicere conſueiſtis: *Adhuc quattuor menſes ſunt et meſſis venit*, ideſt, tempus metendi, quaſi dicat: ante tempus metendi, de meſſe conſuetum eſt prægitare. Vnde Chryſoſtomus: Ecce rurſus conſuetis nominibus reduxit eos contemplationi. Et Gloſſa: Sicut meſſis terrena vicina, ſic et meſſis hominum. Ex hoc patet, quòd hoc non fuit immediate poſt Paſcha præteritum, immo perpenditur hiemis tempore hoc factum eſſe, vt ait Magiſter in hiſtorijs. Et ſequitur ſecundum: *Ecce dico vobis, leuate oculos*. Hortatur enim eos, quos mittit, ait Gloſſa: *Leuate*, inquit: *Oculos*, et mentis et corporis: *Et videte regiones*, multitudinem ſcilicet Samaritanorum: *Quia albæ*. Sicut enim ſpicæ cum dealbatæ fuerint, ad meſſem ſunt paratæ, ita et hi ſunt præparati et ad ſalutem vertibiles, ait ibidem Chryſoſtomus: Meſſis quidem multa, operarij pauci. Et quia ita eſt: *Qui metit*, euellendo ſcilicet venientes ad fidem, ab amore inordinato: *Mercedem accipit*, præmium pro labore: *Et qui congregat*, in vnitatem fidei: *Fructum*, ſcilicet accipit, non temporalem ſed in vitam æternam: Et voca operarios, et redde illis mercedem: *Et qui ſeminat*, ſcilicet collectio vel ordo Prophetarum: *Et qui metit*, ſcilicet collectio Apoſtolorum: *Simul gaudeat*, quando bono ſeruo de vtroque ordine dicetur: Intra in gaudium Domini tui. Vnde Chryſoſtomus. Vnde qui ſeminant, Prophetæ ſunt: Apoſtoli meſſuerunt, et illi gaudent, quia non priuantur delectatione et remuneratione laborum. Hæc ille. Idem Auguſtinus. Seminatores Patriarchæ et Prophetæ pericula pertulerunt in illo frigore: ſed in Iudæa, matura ſeges: quando tot millia rerum prætia afferebant ad pedes diſcipulorum. Et ibi bene de hoc. Sed quæritur, quare vtitur filius Dei talibus parabolis in Euangelijs, cum veritas fuerit reuelata, et lex, quæ erat vmbra futurorum adimpleta? Ergo debuiſſet loqui plane et lucide. Non ſic ænigmatice et vmbratice: Item verbum abbreuiatum fecit Deus ſuper terram. Sed breuius eſſet verbum doctrinæ, ſi plane eſſet reuelatum. Ergo vt prius. Vnde quæritur Chryſoſtomus. Cuius gratia metaphorice loquitur? Et ad iſtud reſpondet, aſſignans duas cauſas. Quarum prima eſt, vt mens conſonam rerum imaginem ſuſcipiens, ideſt, talem ſimilitudinem, ſuſcitetur magis et detineatur. Et ponit exemplum: Sicut in ſcriptura videns res magis detinet, ſic ex parte iſta ſequitur. Non enim enunciatio ita inducit auditorem, vt ea quæ per res eſt enarratio, et ea, quæ eſt experientiæ ſubſcriptio, quod eſt in parabolis videre. Hæc ille. Alia eſt cauſa, quam aſſignat, vt dulcioretur enarratio, et permanentior ſit memoria eorum, quæ dicuntur. Hæc ille. Ad maiorem ergo excitationem mentium ad intelligendum, et ob maiorem impreſſionem ipſi memoriæ. Loquitur filius Dei in parabolis, et in ænigmatibus in Euangelio, non ob figuralem obumbrationem ſicut in lege. Et per hoc patet ad obiecta. Item quæritur de hoc quod ait: *Regiones albæ*, ad meſſem, ideſt, corda, ait Gloſſa, parata. Ergo ſecundum hoc videtur, quòd error mathematicorum habeat veritatem, qui dicunt animas parari ab aſtris et conſtellationibus. Item videtur quòd error Pelagianus habeat veritatem, qui poſuit liberum arbitrium ſibi ſufficere ſine gratia. Ad iſtud reſpondendum, quòd vterque error eſt perniciosus, nec hic habent locum, ſed hoc ait ob libertatem arbitrij ad aſſentiendum doctrinæ Dei et gratiæ, qui operatur in nobis velle et perficere pro voluntate bona. Myſteria prædictorum patent: per quattuor enim menſes poſſunt ſignari quattuor defectus, quos debet homo recognoſcere in ſemetipſo, antequam veniat meſſis, ideſt, collectio ſpiritualium bonorum: menſis enim dicitur a mene quod eſt defectus, ait Iſidorus. Quorum primus eſt defectus, innocentiæ ſiue ſanctitatis: Omnes enim peccauerunt et egent gloria Dei. Item eſt defectus ſcientiæ et cognitionis ad intelligendum verũ, quantũ eſt a parte hominis: quia omnes homines tenebræ ſunt quantum eſt ex ſe, ſupra: *Lux in tenebris lucet*. Et in Pſalmo: Omnis homo mendax. Tertius defectus eſt pronitas ſiue liberalitas cõcupiſcentiæ ad malum. Quartus defectus inhabilitas ad bonum: Senſus enim et cogitatio humani cordis in malum intenta ſunt ab adoleſcentia ſua. Iſti defectus cogniti et recogitati poſſunt dici quattuor menſes in omnia, de quibus Iob: Ego habui menſes vacuos. Et iſti defectus cogniti ab homine, ſtimulant eum ad colligendum bona opera, et admittenda mala. In Pſalmo: Cogitaui vias meas, ſcilicet quibus defectuoſe ambulaui. Et conuerti pedes meos in teſtimonia tua: ſcilicet, ad bona agenda et congreganda. Vel poſſet exponi in bono: vt enim ait Gregorius. Menſis dicitur perfectio dierum: Menſis ex menſe, quia qui hic perfecte viuunt, illuc ad perfectionem gloriæ perducuntur. Quattuor menſes ergo quattuor affectiones perfectæ in anima, ſcilicet timor, et pœnitentia de præteritis: ſpes et amor de futuris. Et hæc ſunt quattuor pennæ de quibus Ezechiel: prout exponit ibi Gregorius. Poſt iſtos menſes leuandi ſunt oculi cordis ad Deum ſurſum: Leuate in excelſum oculos veſtros. Item ſunt leuandi deorſum ad conſiderandum, in quo ſtatu ſit homo: Leua oculos in directum, et vide vbi nunc proſtratus ſis. De eo ergo quod ſequitur. Regiones albæ ſunt, adducunt meſſem, patet myſterium ex dictis ſanctorum. Et ex Gloſſis hic, ait enim Gloſſa, quòd duæ ſunt meſſes: vna vt collectio fidelium ad fidem, de qua hic, alia eſt collectio bonorum ad gloriam, de qua Matthæus: Meſſis eſt collectio ſæculi, meſſores ſunt angeli. De iſta meſſe et meſſoribus: Meſſis multa, operarij autem pauci. Ibi Gregorius de iſta meſſe et meſſoribus et de mercede meſſorum multum. His exceptis notandum, quod eſt triplex meſſis, vna ſacrorum ſtudiorum in ſacra ſcriptura, Iob: Cuius meſſem famelicus comedet? Ibi Gregorius. Meſſis eſt ſacri ſeges eloquij. Item eſt meſſis ſcilicet aggregatio bonorum operum. Qui congregat in meſſe filius ſapiens: Iuda ponet tibi meſſem. Item eſt meſſis, ſcilicet præmiorum collectio: Vade ad formicam o piger. Et ſequitur: Siue piger fueris, veniet vt fons meſſis tua: Et ſequitur vltima particula, in qua expoſitio Dei. Ibi: *In hoc enim verbum verum*, ſcilicet pro vero, quod et in hoc habet veritatem, quia Prophetæ laborauerunt, et vos ex eorum laboribus metitis. Sed quæritur quo modo Apoſtoli ſeminauerunt prædicando et collegerint fideles ad fidem? Ergo vtrumque fecerunt. Similiter et prophetæ ſeminauerunt prophetando, quorum prophetijs multi crediderunt, et ita fuerunt collecti quaſi in meſſe. Quare appropriat prophetis, quod fuerunt, ſeminatores, et Apoſtolis quod fuerunt meſſores: cum vtrique fuerunt et ſeminatores et meſſores? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus. Quod in ſemine, ideſt, in ſeminando maior labor, in meſſe vero multus fructus. Et prophetæ fuerunt miſſi ad id quod erat laborioſius, vos autem ad leuia veniſtis. Et ſicut in meſſe cum facilitate fructus aggregantur, et vno momento area repletur, ita erat et tunc: quia Samaritani congregati veniebant propter verbum mulieris. Et quia prophetæ fuerunt primi, ideo dicuntur ſeminare. Et quia Apoſtoli eorum ſucceſſores fuerunt, dicuntur metere. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum et Prophetarum. Et ideo ait hoc Apoſtolus, hortans eos, quia videbatur res laborioſa, orbem terrarum circuire et prædicare. Ideo oſtendit eſſe

Chryſ. ibid. paulo poſt.

Ibidem:
Luc. 10. a

Mat. 20. b

Mat. 25. h
Ibid. paulo poſt.

Aug. tract. 15. in 10. mult. poſt med. to. 9.

Act. 4. g

Rom. 9. f

Chryſ. hom. 33. in 10ã. ante med. tom. 3.

Error mathematicorum.
Error Pelagianus.

Phil. 2. b
Per quattuor meſes quattuor defectus.

Iſid. Orig. li. 5. c. 6. de temporib.
Rom. 3. c
Ioan. 1. a
Gen. 6. a
Iob 7. a
Pſal. 118. b
Ibidem.
Gregor. in Ezec. lib. 1. hom. 6. poſt medium.
Iſa. 66. g
Ezec. 1. e
Gregor. in Ezec. lib. 1. ho. 4. circa med.
Iſa. 51. b
Hiere. 3. a
Mat. 13. d
Luc. 10. d
Gregor. in Euãg. hom. 17. ante med.
Iob 5. a
Greg. Mor. li. 6. cap. 2. circa med.
Prou. 10. a
Oſe. 6. d
Prou. 6. a
Ibidem.
Chryſ. hom. 33. in Ioã. ante med. tom. 3.
Eph. 2. d
Chryſ. ibid. paulo poſt med.

Digitized by Google

esse tunc facile respectu laboris prophetarum, prout
Chrys. ibid. paulo post med. ait idem Chrysostomus. Sed aliter est in seminantibus et metentibus sensibiliter, quia non simul lætantur, sed dolent, qui seminauerunt, vt alijs laborantes, lætantur autem qui metunt sibi ipsis. Sed in seminantibus hic et metentibus aliter est: quia vtrique lætantur ob eandem in eis charitatem. Quę non quærit,
1. Cor. 13. b quæ sua sunt. Prout ait in littera. Et patet ex dictis, quod prædicatores sunt seminatores, et verbum est
Luc. 8. a semen, et terra est corda audientium. Exijt qui semi-
Greg. in Euāg. ho. 15. per tot. nat seminare semen suum. Ibi Gregorius. Sufficienter de his. Beati qui seminatis super omnes aquas. Et
Isa. 32. d illi idem sunt messores colligentes fideles in horreū
Isa. 9. a Ecclesiæ vt quasi rapientes eos de manibus hostium. Lætabuntur coram te sicut qui lætantur in messe. Et sequitur illa pars, in qua expressio deuotionis et credulitatis Samaritanorum. Ibi: *Ex ciuitate illa*. Et ibi tria. Primo, huius præmissio. Secundo, more Saluatoris cum eis specificatio. Ibi: *Mansit*. Tertio, causæ credulitatis eorum subiunctio, et eorum plena confessio. Ibi: *Multo plures*. Ait ergo: *Ex illa ciuitate multi*. Et in hoc promptitudo eorum ad credendum, quòd a solo mulieris testimonio crediderunt, vt ait
Chrys. hom. 34. in Ioan. prope prin. tom. 3. Chrysostomus. Vnde sequitur: *Crediderunt propter*
Ibidem. *verbum mulieris*. E contrario de Iudæis, qui multa videntes miracula eum abiecerunt, ait idem Chrysostomus. Et non solum crediderunt, sed: *Cum venissent rogauerunt vt maneret*. Et in hoc apparet vehemens deuotio: continue enim eum volebant detine-
Ibidem. re, vt ait Chrysostomus. Et subditur secundum: *Et mansit ibi duos dies*. Sed quæritur, ex quo cum tanta deuotione eum rogabant quare non amplius mansit cum eis? Respondendum quòd ideo forte quia illuc non venerat ex principali proposito, quia oportebat eum transire in Galilæam, vt dictum est supra. Et quoniam illic crediderunt, et quia de-
Luc. 4. g buit alijs ciuitatibus euangelizare vt dicitur. Ideo non mansit amplius ibi. Et sequitur tertium: *Et multo plures crediderunt propter sermones eius*. Et hoc merito, ipse enim loquebatur sicut potestatem habens.
Mat. 8. c Et infra: Verba vitæ habes. Et: Mundi estis propter
Ioan. 6. g sermonem meum: *Et dixerunt mulieri, non propter lo-*
Ioan. 15. a *quelam*, et cetera. Tantum scilicet: *Sed quia audiuimus*. Sermones scilicet Saluatoris: viuus enim est ser-
Hebr. 4. c mo Dei, et efficax. Et scimus scilicet credendo: *Quia hic est vere Saluator mundi*, non tantum scilicet Iudęorum, nec tantum Samaritanorum, sed totius mundi.
Ioan. 1. d Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et patet hic perfectio fidei, et veritas confessionis. E contrario de Iudæis, qui post signa et miracula discrediderunt, sicut ait Chrysostomus hic ponens exemplum, quod sol cum susceperit puros oculos, illuminat facile, si autem non tales susceperit, sero et vix scilicet illuminat. Et hæc est accusatio illorum infirmitatis, non solum imbecillitatis. Hæc ille. Sic ex parte ista quòd Iudæi non crediderunt, hoc fuit eorum imbecillitatis, non Christi defectibilitatis. De his vero mysterialiter Augustinus. Quòd sicut illi crediderunt primo per feminam, postea per præsentiam, ita nunc annunciatur per Ecclesiam, et demum manet apud credentes biduo, scilicet per duo præcepta charitatis. Et ibi bene de hoc, et in Glossa similiter. Et nota quòd ait: *Hic est Saluator mundi*. In quibus verbis duo insinuantur, quorum primū Christi præsentialitas per veram humanitatem: *Hic est*, scilicet audibilis sonoritate doctrinæ: visibilis virtute potentiæ: tangibilis benignitate beneuolentiæ: odorabilis redolentia famæ: gustabilis suauitate sapientiæ. Et
Exo. 15. a ait ideo signanter: *Hic*. Iste Deus meus, glorificabo eum. Iste inquam dictis modis sensibilis. Secundo notatur potestatiua virtuositas: Ibi: *Saluator mundi*. Et vere Saluator, quia omnis morbi vel infirmitatis ablator, omnis salutis allator, et omnis impugnantis salutem exterminator, et omnis salutis allatæ conseruator, et ideo merito saluator. Vnde in figura ipsius de Ioseph vocauit eum Saluatorem mundi. Ipse
Gen. 41. f enim saluum faciet populum suum. Ecce Deus Sal-
Mat. 1. d uator meus. Saluator ponetur in ea. Et: Aperia-
Isai. 12. a tur terra et germinet Saluatorem. Et sequitur vltima
Isai. 26. a pars capituli, in qua de progressu filij Dei in Galilæā.
Isai. 45. b Ibi: *Post duos dies*. Et illa in tres. Primo sui progressus et susceptionis præmissio. Secundo miraculi operatio, ibi: *Et erat quidam regulus*. Tertio ordinis miraculi subiunctio. Ibi: *Hoc iterum*. Ait ergo: *Post duos autem dies*, et cetera: *Et abyit in Galilæam*. Sed quæritur. Ex quo ibi erat prius et fecerat miraculum supra. Ad quid illuc iuit? Et ad istud respondet Glos-
Ioan. 2. a sa, quòd ideo reuertitur ad istos, vt qui per priora non crediderunt, modo credant. Et est figura, quod gentibus facile conuersis reuertetur ad Iudęos. Et de hoc in Glossa. Vnde et de Galilæa fuere discipuli aduocati vt patet. De qua Galilæa. Via maris
Mat. 4. c trans Iordanem Galilææ gentium. Vt sicut in Galilæa
Isai. 9. a fuit defectus fidei per primam captiuitatem, vt patet. Inde esset vocatio discipulorum: *Abyit in Galilæam*, vbi fuit nutritus, ait Augustinus. Vnde sequi-
Aug. tract. 16. in Ioā. fer. in prin. tom. 9. tur: *Ipse enim testimonium perhibuit, quia Propheta*, et cetera. Sed opponit Chrysostomus, quòd multi prophetæ in patria sua honorantur. Et ad hoc respondet, quòd de raro contingentibus loquitur. Consuetudo enim contęptibiles facere consueuit. Et si in propria patria aliqui honorantur, multo magis in aliena:
Isai. 13. b Pretiosior erit vir auro. Ibi Hieronymus: Omne ra-
Hieron. cōmēt. in Isa. lib. 5. c. 13. tom. 4. rum pretiosum. Item quæritur qualiter vocat patriam suam cum dicatur: Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Et ad hoc respondet, quòd patriam vocat secundum rationem dispensationis scilicet, in qua plus fuit conuersatus: *Cum ergo venissent*,
Mat. 8. c et cetera: *Exceperunt eum*, et cetera: *Et cum vidissent*.
Luc. 9. g Quasi dicat, ob signa quæ viderant supra, illum ex-
Ioan. 2. a. b ceperunt. Vnde quærit Chrysostomus, quare sic loquatur? Et respondet, quòd ideo scilicet in verecundiam Iudæorum: quia Samaritani a verbis mulieris crediderunt, et a sola doctrina. Isti Galilæi a si-
Chrys. hom. 34. in Ioā. circa med. tom. 3. gnis, et a signis factis publice Hierosolymis in die festo. Infra. Sed quæritur cum essent tales, quare illuc redijt? Et ad hoc respondet quòd ideo redijt, vt faceret fidem a miraculo fortiorem. Etiam propter
Ioan. 5. b præsentiam, vt esset magis attrahens eos: *Venit ergo in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum*. Supra: Sed
Ioan. 2. a quare non adiuit immediate in Capharnaum, quia illic filius Reguli infirmabatur, qui erat curandus? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd ideo non
Chrys. ibid. paulo ante. Mat. 11. c Ibidem. Chrys. ibid. adiuit vt non magis iudicium sumerent: illi enim erant quasi obstinati: Et tu Capharnaum, *et cetera*. Et sequitur vsque ad infernum descendes. Et sicut recolligit Chrysostomus patent ex dictis Iudęorū excę catio et obduratio, quòd post signa et doctrinam non credebant in eum. E contrario de Samaritanis. Et sequitur pars, in qua miraculi operatio. Ibi: *Et erat quidam regulus*. Et illa in quattuor. Primo, aduentus Reguli ad Christum, et postulationis præmissio. Secundo Christi responsio. Ibi: *Dixit ergo Iesus*. Tertio, Reguli iterata petitio, et petitionis impetratio. Ibi: *Dixit ad eum*. Quarto, sanitatis filij denunciatio. Ibi: *Iam autem eo descendente*. Ait ergo: *Et erat quidam regulus*, non enim ait: *Rex*, quia vt ait Chrysostomus. Aut erat generis regalis, aut erat habens
Ibid. circa med. aliquam dignitatem sic vocatam. Et iste est alius,
Mat. 8. a. b quàm ille Centurio de quo. Quia puer illius fuit curatus a paralysi, filius autem istius a febri, vt ait idem Chrysostomus: *Cuius filius infirmabatur Capharnaum*, quo non venit Dominus, quam tamen vocat patriam suam, quia illic diu moratus, vt ait hic Chrysostomus: *Is cum audisset*, scilicet ex fama, quia vt dicitur. Processit rumor eius in omnem regionem Ga-
Mar. 1. c lilææ: *Adijt ad eum et rogabat*. Ex hoc patet, quòd intuitu sanitatis filij adiuit ad eum, non affectu deuotionis:

Digitized by Google

tionis: *Rogabat, inquam, vt deſcenderet.* Et in hoc deſectus fidei, quia non credebat eum poſſe ſanare niſi eſſet præſens: *Et ſanaret filium.* Et in hoc petitio beneficij: *Incipiebat enim mori.* Et in hoc neceſſitas poſtulandi. Sed quæritur, ex quo erat facturus miraculum. Quare non adiuit immediate Capharnaum? *Chryſ. hom. 34. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* Et ad hoc reſpondendum ſecundùm Chryſoſtomum vbi ſupra, quòd illuc ideo non adiuit, vt non maius ſumeret iudicium, ſcilicet non credens ei, et quia illuc non eſt potitus honore, propter quod ait ſupra: *Luc. 4. d* Propheta in ſua patria non habet honorem. Et ſequitur reſponſio Saluatoris: *Dixit ei Ieſus: Niſi ſigna et prodigia*, et cetera, vt enim ait Auguſtinus: *Aug. tract. 16. in Ioã. paulo ante med.* Prodigia dicta quia aliquid portendant, quaſi porrodicia, quod porro dicant, ſcilicet aliquid futurum: Maiora ergo miracula dicuntur prodigia, minora vero ſigna. Sed quærit Gregorius. Qualiter ait filius Dei illi: *Non creditis*, niſi enim crederet ab eo ſalutem filij non quæreret. *Gregor. in Euãg. hom. 28. prope princ.* Et ad hoc reſpondet, quòd minus in illo credidit, quem non putauit poſſe dare ſalutem, niſi præſens eſſet corpore. Non ergo plene credidit. Eodem modo reſpondet Chryſoſtomus, *Chryſ. hom. 34. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3.* Quòd ille credidit ſed non integre nec ſane. Eodem modo Auguſtinus. Hominem in fide tepidum aut frigidum aut nullius fidei arguit: ſed tentare cupientem de ſanitate filij; *Aug. tract. 16. in Ioã. paulo ante med. tom. 9.* Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et ſequitur iterata petitio Reguli et annuitio petitioni a Chriſto: *Dixit ad eum Regulus: Domine deſcende.* Et in hoc patet fidei diminutio: quia ſi eſſet valde credens, veniſſet in Iudæam ad Chriſtum. Iterum ait: *Priuſquam moriatur.* quaſi nequiret poſt mortem ſuſcitare, vt ait Chryſoſtomus vbi ſupra. Et ſequitur impetratio petitionis: *Dixit ei Ieſus: Vade filius tuus viuit*, vt ait Gregorius, *Greg. in Euãg. ho. 28. ante med.* Dominus qui rogatur vt vadat, quia non deſit vbi inuitatur indicat, ſolo iuſſu ſalutem reddidit, qui voluntate omnia creauit. Idem Auguſtinus: *Aug. tract. 25. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* Præſentiam meam vis? in domo tua poſſum iubere, ſcilicet abſens. Et ex hoc patet, quòd iſto verbo fuit filius curatus: *Credidit autem homo ſermoni*, et cetera. Quantum ad hoc, quòd filius erat ſanitati reſtitutus: *Et ibat*, ſcilicet reuertendo. Quærit Gregorius: *Greg. in Euãg. ho. 28. ante med.* Quare filius Dei deſcendit ad ſeruum Centurionis: non autem ad filium Reguli hic? Et ad hoc reſpondet quòd *Mat. 8. d* ideo ſic fecit, vt oſtenderet, quia quæ ſunt alta hominum, a ſanctis ſunt deſpicienda. Et e contrario. Et *Greg. ibid.* ibi Gregorius bene de increpatione acceptionis perſonarum et ſuperbiæ. Et e contrario de commendatione humilitatis multum. De differentia vero fidei *Aug. tract. 16. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* vtriuſque Auguſtinus multum, vbi ait: quòd iſte Dominum deſcendere cupiebat: ille indignum ſe eſſe dicebat: hic ceſſum eſt elationi, illic conceſſum eſt humilitati. Et ibi multum de hoc Auguſtinus. *Ibid. ante med.* Myſterium autem dictorum patet ibidem ab Auguſtino: Patria enim Domini fuit Iudaicus populus, in quo populo fecit miracula, nec tamen habuit honorem: Samaritani, figura gentilium, qui ſine ſignis *Ioan. 20. g* crediderunt. Infra: Beati qui non viderunt et crediderunt. Similiter iſte Regulus, figura gentis Iudai- *1. Cor. 1. d* cæ, quæ quærebat ſigna et prodigia, Iudæi enim ſigna quærunt. De myſterio infirmitatis filij in collatione prædicabili. Et ſequitur vltima pars in qua denunciatio ſanitatis filij, et temporis ſpecificatio, et credulitatis patris expreſſio. Ait ergo: *Iam eo deſcendente*, ſcilicet ad redeundum: *Serui occurrerunt*, ſcilicet ad nunciandum præ gaudio, feſtinantes: *Dicentes quoniam filius eius viueret.* Qualiter autem non facit Euangeliſta hic mentionem de miraculis, quæ fecit Dei filius in anno ante mortem Ioannis? Sed de iſtis patet in Gloſſa: *Interrogauit ergo horam*, ſcilicet vt ſumeret experimentum de miraculo ſiue de verbo Domini, non enim diffidit de miſericordia Domini, ait Gloſſa: *Et dixerunt hora ſeptima reliquit eum.* in figura ſeptiformis Spiritus, a quo eſt omnis ſalus, ait Gloſſa: *Cognouit ergo pater*, ſcilicet ex collatione temporis: *Quo dixit Ieſus: Filius tuus viuit*, ad illud tempus ſiue ad illam horam, quam dixerunt ſerui: *Et credidit ipſe et domus.* Ex hoc patet, quòd prius non crediderat niſi ſemiplene familia eius, continens pro contento. Et ideo hoc teſtimonium eſt inalterabile et veritatis demonſtratiuum, ait Chryſoſtomus. Et ſubditur vltimum: *Hoc iterum ſecundum ſignum*, et cetera. Sed quæritur ad quid hoc interſerit, cum videatur nullius vtilitatis? Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus. Quòd hoc induxit hic, extollens fidem Samaritanorum, oſtendens, quoniam ſecunda ſigna, adhuc non venerunt ad altitudinem illorum, ſcilicet Samaritanorum, nullum ſignum videntium. Et ex hoc patet quòd nulla verba ponuntur ſuperflue in Euangelio. Vnde Chryſoſtomus. Sicut, inquit, in metallis auri neque breuiſſimum ſuſtinet quis deſpicere eorum, qui circa hæc ſunt, ita in diuinis ſcripturis, neque vnum iota præterire cõtingit, quia a Spiritu ſancto ſunt. Hæc ille. Et nota quòd ait: *Hora ſeptima reliquit eũ febris*, in figura Spiritus ſeptiformis, a quo eſt ſalus, ait Gloſſa. Vnde duo figurantur: peccati aſſignantis qualitas. Ibi: *Febris*. Secundo figuratur virtus medicinæ ſaluificantis. Ibi: *Hora ſeptima*, per febrem enim in qua eſt ſucceſſio caloris et frigoris, ſignatur peccatum, quod gignitur ex timore male humiliante, et amore male inflammante: Cadauer *Hiere. 36. f* eius proijcietur ad æſtum per diem, et ad gelu per noctem. In Pſalmo: Incenſa igni et ſuffoſſa. Ibi Gloſſa de hoc. Socrus Simonis torrebatur magnis febri- *Pſal. 79. d* bus. *Luc. 4. f* Ibi Ambroſius: Febris noſtra eſt auaritia, et libido: eo quòd ignitæ ſint cupiditates: luxuria, ambi- *Ambroſ. in Luc. lib. 4. c. 4. tom. 3.* tio, ira. Et ſicut ait Auicenna: Aquæ ſulphureæ, lutoſæ et turbidæ faciunt accidere febres: ſic ſpirituaaliter quoque aquæ concupiſcentiales, de quibus ſu- *Auicen. lib. 2. de medicina.* pra: Qui bibit ex hac aqua, ſitiet iterum, inducunt peccata: Concupiſcentia cum conceperit, parit *Ioan. 4. b* peccatum. *Iac. 1. b* Et ſicut in febre ſunt gradus: vna enim conſiſtit in inflammatione ſpirituum, et dicitur effimeria, alia in corruptione humorum, etiam diuerſimoda, alia in corruptione humiditatum, et dicitur ethica. Vnde Seneca: Febris eo acrior eſt, quòd non tactu venarum, nec in cutem effuſo calore deprehenditur, ſed cor ipſum excoquit: ſic etiam ſunt gradus in peccato, ſecundum illud Iacobi ſupra: Concupiſcentia, cum conceperit, parit peccatum, peccatum autem cum conſummatum fuerit, generat mortẽ. Et de iſta febre in figura dicitur: Percutiat te Dominus *Deut. 28. e* egeſtate et febre. Et poteſt febris dici quodlibet ſeptem mortalium peccatorum, eo enim quòd eſt ex putrefactione humorum, ſignat luxuriam: eo vero quòd eſt immoderatorum appetitiua, ſignat gulam: eo quòd eſt infrigidatiua et anxiatiua, ſignat auaritiam: eo quòd eſt inflammatiua, deſignat iram: eo quòd eſt prægrauatiua naturæ, ſignat acediam: eo quòd eſt deformatiua colore liuido, ſignat inuidiam: eo quòd eſt ſæpe inflammatiua, ſignat ſuperbiã. Per- *Leuit. 26. d* cutiam vos propter peccata veſtra. Hæc autem febris reliquit febricitãtem hora ſeptima, id eſt infuſo ſeptiformi ſpiritu, vt prima hora ſit ſpiritus timoris, et ſic de alijs aſcendendo: Requieſcet ſuper eum ſpiritus *Iſa. 11. a* Domini et ſapientiæ.

Effectus, et ſignificatus febrium.

CAPVT QVINTVM.

Cõtinuatio et diuiſio capitis.

DOST HÆC *Erat feſtus dies Iudæorum.* Enarrato progreſſu filij Dei de Iudea per Samariam in Galilæam, et deſcripta ſua manifeſtatione ipſis Samaritanis, et de operatione miraculi in Galilæa, hic narratur de ſuo aſcenſu Hieroſolymam, et de operatione miraculi et ſua doctrina. Et hæc in duas. Primo, determinat de prædictis. Secundo, de ſuo regreſſu in Hieroſolymam, ſiue

Digitized by Google

Ioan. 7. a siue iterato ascensu ibi: *Perambulabat*. Prima in duas. Primo de his. Secundo determinatur de transmigratione eius transmare Galilææ, et operibus et
Ioan. 6. a doctrina, ibidem: *Post hæc abijt*. Prima in tres partes: quia enim erat operaturus miraculum, ideo primo antecedentium miraculorum præmissio. Secundo paralytici miraculosa curatio. Ibi: *Dicit ei Iesus*. Tertio miraculi calumniatio, et calumniantium confutatio. Ibi: *Erat autem Sabbatum*. In prima enim numerantur narrando Domini ascensum, deinde describendo locum. Ibi: *Est autem Hierosolymis*. Tertio describendo ægrotum. Ibi: *Erat autem quidam*. Demum narrando Domini colloquium ad ipsum ægrotum, et eius responsum. Ibi: *Hunc autem cum vidisset*, ait ergo: *Posthæc erat dies festus Iudæorum*, scilicet Pentecostes, vt mihi videtur, ait Chrysostomus. Et de hoc in historijs Magister: non determinatur, inquit, quis dies festus, sed potest intelligi festum nouorum, scilicet, Pentecostes. Et ibi de hoc: *Ascendit Hierosolymam*, sed qualiter hoc? Ex quo nouit eorum malitiam, potius debuisse declinasse. Et ad hoc respondet
Chryſ. hom. 35. in Ioã. non mult. a prin. to. 3. Chrysostomus. Quòd in diebus festis concurrebant qui erant rusticius dispositi, ideo vt euelleret multitudinem, scilicet ab errore, ascendit. Et sequitur descriptio loci: *Erat autem Hierosolymis probatica*
Descriptio loci. *piscina*, de hac in historijs Magister: et in Glossa, quæ ait: Probatica enim græce ouis, quia ibi abluebantur cadauera hostiarum: Hebraice, Betsaida, id est
Piscinæ tres. domus pecudum. Erant enim tres piscinæ: vna extra Hierosolymam, et dicebatur superior, in quam aqua de montibus currebat: alia in ciuitate, in quam currebant aquæ illius per meatus, et dicebatur infe-
Isa. 22. c rior: Congregastis aquas piscinæ inferioris. Tertia erat iuxta templum, in quam currebant aquę cuiusdam partis ciuitatis, de qua hic: *Quinque porticus habens*. Et ibi erãt vmbracula: *Et in his iacebat multitudo languentium*, vt dicitur hic: *Angelus Domini*, et cetera: *Et mouebatur aqua*. De virtute huius piscinæ Magister recitat opinionem in historijs, scilicet, quòd in eam
Lignum, de quo facta fuit crux Domini. fuit proiectũ lignum, de quo facta erat crux Domini: quam tamen opinionem ait non esse authẽticam. Vnde ad euidentiam litteræ quæritur, vnde piscina habuit hanc virtutem, scilicet sanandi? Item quare
Quęstiones de hac piscina. Angelus descendebat, vt moueret aquam, cum posset sine aqua sanare? Item, quare vnus sanabatur, cum esset maior bonitas, et virtuositas multos sanare? Item, quare non fuit mentio de piscina in veteri lege
Chryſ. hom. 35. in Ioan. ante med. tom. 3. sicut nunc? Ad hæc respondet Chrysostomus: Quòd Angelus Domini descendens, sanatiuam imponebat virtutem, vt discant Iudæi, quoniam multo magis angelorum dominator omnes ægritudines animæ sanare potest. Et sicut hic non simpliciter sanabat aqua, sed in Angeli descensu: sic et nobiscum non simpliciter aqua operatur, scilicet sanando animas in baptismo: sed cum spiritus susceperit gratiam, tunc omnia soluit peccata. Hæc ille. Et per hoc pa-
Respõsio ad quæstiones. tet responsio ad quæstiones, hæc enim scripta sunt in futurorum imagine, et typo: et signant, quòd baptisma debeat dari, maximam habens virtutem, omnia expurgans peccata. Et primũ quidem Deus dedit aquam expurgantem corporis sordes et inquina-
Num. 19. b menta, qualis fuit aqua aspersa cinere vitulæ rufæ. Deinde propius volens nos ducere domum baptismatis, aqua sanat ægritudines, vt hic; propiores enim veritati imagines, idest figuræ, et in baptismate et in passione magis manuducere possunt antiquis figuratis ad credendum. Et ponit exemplum; sicut enim
Virtus baptismi in figura. *Aug. tract. 17. in Ioã. ante med. tom. 9.* qui prope Regem sunt, his qui a longe sunt armigeris clariores sunt: ita et in typis, idest figuris, et ideo figuram euidentius signantem virtutem baptismi nunc expressit. Consimiliter in parte ista, ait Augustinus, subito mouebatur aqua, angelica virtute. Et hoc signat, quòd Christus subito venit ad populum Iudæorũ, et faciendo magna et docendo vtilia, turbati sunt.

A Piscina vero significat populum Iudæorum, vnde dicitur: Aquæ populi sunt. Quinque porticus significabant quinque libros Moysis, quibus illi claudebãtur: illi enim prodebant, languidos non sanabant. Descendere in aquam, hoc est humiliter credere in passionem. Vnus significabat vnitatem sanctæ Ecclesiæ, præter quam nullus poterat sanari. Hæc ille. Et ex his mysterium istius piscinæ. Moraliter vero ista piscina est collecta ex profluuijs lacrymarum: Magna enim velut mare contritio tua: In figura fecit labrum æneum in quo lauabantur sacerdotes, *et cetera*. Quinque porticus deliberatæ consensiones considerationesq. peccatorum commissorum quinque sensibus, qui inducunt ad pœnitendum, et ad cohibendum præuaricationes eorundem sensuum. Et ideo tales signantur per quinque virgines prudentes, de quibus Matthæus. Vel possunt signare, contritiones confouere, et tres partes satisfactionis, scilicet ieiunium, orationem, et eleemosynam. Et hi sunt quinque lapides in pera pœnitentiæ, quibus Goliath, ideſt, diabolus prosternitur. Per languentes signantur peccatores, qui sunt languentes priuatione virtutis: et cæci, carentia veræ cognitionis: et claudi, defectu virtuosæ operationis. Tales enim peccatores sunt curandi gratia diuina: Cæci vident, claudi ambulant. Et subditur descriptio paralytici sanandi. Ibi: *Erat ibi quidam homo triginta tres annos habens*. Et in hoc notatur infirmitatis diuturnitas, et ideo hoc specificat secundum Chrysostomum, vt patientia illius ostendatur, quòd tot annis curari expectans, assidebat, et vt forte esset euidentius miraculum in sua claritate. De mysterio vero huius miraculi Augustinus, et est in Glossa. Et sequitur mutuum colloquium Saluatoris, et illius ægroti: *Hunc cum vidisset*, oculo misericordiæ: *Et cognouisset*, quoniam *multum tempus*, et cetera: Omnia enim nuda et aperta sunt oculis eius: *Dicit ei: Vis sanus fieri?* et cetera. Quæritur cum certum esset, eum velle sanum fieri, quare quærit ab ipso, an vellet esse? Ad hoc respondet Chrysostomus, quòd ideo quæritur, vt nota esset eius patientia, et non magnum quid de se ipso imaginaretur. Et ideo sequitur responsio languidi: *Respondit ei languidus: Domine non habeo*, et cetera. Vnde Chrysostomus: Quid his mirabilius? quid compassibilius? Vides enim contritum a longa infirmitate, nec tamen blasphemum. Quid dixit? nec diei maledixit, nec contristatus est, sed cum mansuetudine dixit: *Domine non habeo*, et cetera. Passionem annuncians solum, opinatus est enim fortassis admittendum in aquam vtilem sibi esse Christum. Hæc ille. Ideo sequitur: *Dum venio, alius descendit*. Et sic ille sanandus, quia non sanabatur nisi vnus. Nec est ille paralyticus idem cum illo, de quo Matthæus, vt ait Chrysostomus hic. Et sequitur operatio ipsius miraculi: *Dixit ei Iesus: Surge*. Vt enim ait Chrysostomus: Christus ostendens, quoniã verbo omnia potest facere, ait: *Surge*. Et in hoc liberatio ab infirmitate: *Tolle grabatum*. Et in hoc collatio virtutis ad gradiendum: *Et statim sanus factus est*. Et in hoc miraculi perfectio: *Et sustulit grabatum suum*, et cetera. Et in hoc miraculi manifestatio. Et de his in collatione prædicadili. Et patet hic credulitas huius paralytici, sicut recolligit Chrysostomus: non enim ait: Angelus non descendit, mouens aquam, nec desiit, sed simul et audiuit et surrexit, nec discredidit ei, qui iussit: *Surge, tolle grabatum et ambula*. Aliter de Iudæis insanientibus, vt ait idẽ Chrysostomus. Spiritualiter vero potest totum istud exponi, de peccatore iacente in grabato peccati, siue in voluptate carnis. Secundum quod exponit Gregorius super illud Iob: Increpat quoque per dolorẽ in lectulo, et omnia ossa eius marcescere facit. Ibi Gregorius: Lectus siue grabatus voluptas carnis, vt hic. Et: Per paralysin significatur peccatum, siue voluptas. Paralysis enim est lęsio partis, et aliquando fit in

Apoc. 17. b Quinque porticus qd significent.
Thren. 2. d *Exo. 38. a*
Mat. 25. a
1. Reg. 17. a. c Languentes.
Mat. 11. a
Chryſ. hom. 35. in Ioan. circa med. tom. 3.
Aug. tract. 17. in Ioã. ante med. tom. 9.
Hebr. 4. d
Chryſ. hom. 35. in Ioan. ante med. tom. 3.
Patientia languidi.
Ibid. ho. 36. ante med.
Mat. 9. a
Chryſ. ibid. paulo poſt.
Perfectio miraculi.
Manifestatio miraculi.
Chryſ. hom. 36. in Ioan. paulo ante med. to. 3.
Ibidem.
Expositio spiritualis.
Greg. Mor. li. 23. c. 15. Iob 33. c
Lectus.
Mar. 2. a

Digitized by Google

fit in medio corporis, aliquando in parte aliqua, et aliquando in origine membrorum, et tunc ſequitur mollities non vnius membri, aliquando propter vitium partis, quod dicitur in Ioanne. Sic eſt in pectore deſtituto a virtute charitatis, et reſoluto, fluxu voluptatis, et priuato operibus virtuoſis. De quo in
Pſal.37. b figura ait Propheta in Pſalmo: Dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum, et ipſum non eſt mecum.
4.Reg.4. a Et: Non erat ei vox neque ſenſus. Et illud Matthæi:
Mat. 9. a Offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Piſcina figura pœnitentiæ, vt dictum eſt, in qua hoſtiæ lauan-
Pſal. 6. b dæ, id eſt, corda Deo offerenda: Lauabo per ſingulas
Quinque porticus. noctes lectum meum, ait Propheta. Quinque porticus ſignificant quinque conſiderationes, quæ introducunt peccatorem in lauacrum pœnitentiæ, ſiue ad pœnitendum: quarum prima eſt, conſideratio excellentiæ ſtatus gratiæ a qua recedit. Ioannes in Apoca-
Apoc.2. b lypſi: Memor eſto vnde excideris, et age pœniten-
Mat.26. g tiam. Et: Recordatus Petrus verbi, quod dixit Ieſus, fleuit amare, *et cetera*. Secunda conſideratio, introducens primam, eſt meditatio vilitatis culpæ, quam
Hiere.2. g commiſit. Vide quàm vilis facta es, iterans vias tuas, *et cetera*. Et tertio: Vide nunc vbi proſtrata ſis. Et ſequitur: Reuertere auerſatrix Iſrael. Tertia conſide-
Hiere.3. d ratio eſt diuinæ maieſtatis, quam offendit: Scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum præuaricata es. Et ſequitur: Conuertimini filij reuertentes, et ſanabo auerſiones veſtras. Exemplum de filio pro-
Luc. 15. d digo, qui ait: Pater peccaui in te, *et cetera*. Et de pu-
Luc. 18. b blicano. Quarta eſt conſideratio pœnæ eternę, quam
Ion. 3. a meruit. Exemplum de Niniuitis: Et de Achab: Ni-
3.Reg.21.g ſi pœnitẽtiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Quin-
Luc. 13. a ta eſt conſideratio diuinæ miſericordiæ, quæ peccata
Luc. 7. g remittit. Exemplum de Maria Magdalena, et latro-
Luc. 23. f ne, propter quod clamat Propheta: Miſerere mei
Pſal. 50. a Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Ex prima conſideratione oritur dolor: ex ſecunda pu-
Hebr.10. f dor: ex tertia timor: ex quarta horror: Horrendum enim eſt incidere in manus Domini. Ex quinta, amor. Peccatorem autem ſic pœnitere volentem, videt Dominus oculo miſericordiæ, et lauat, præcipiens ei vt ſurgat de lecto peccati ſiue culpæ, et ambulet in vijs iuſtitiæ. Et de hoc in collatione prædicabili. Et ſequitur illa pars, in qua miraculi facta calumniatio. Ibi: *Erat autem Sabbatum*. Quo licebat ſcilicet. Et illa pars in tres partes. Primo calumniatio ipſa. Secundo, calumniationis confutatio. Ibi: *Reſpondit Ieſus*. Tertio confutationis corroboratio multiplici teſtimonio. Ibi: *Si ego teſtimonium perhibeo*. In prima, quattuor. Primo, ſanati ſiue curati calumniatio. Secundo, calumniati excuſatio per Chriſtum curantem. Ibi: *Reſpondit eis*. Tertio, Chriſti declinatio, et ab eodem curati eruditio. Ibi: *Ieſus autem declinabat*. Quarto, curantis denũciatio et perſequentium obſtinatio. Ibi: *Abijt ille homo*. Ait ergo: *Erat autem Sabbatum*. Quo ſcilicet non licebat portare onera ſecũdum
Exo.20. b legem: Vt ſanctificetis diem, et ne portetis onus, *et*
Hiere.17.c *cetera*. Ideo dicebant Iudæi: *Non licet tibi tollere grabatum*. Et in hoc patet eorum inſania, et inuerecundia, cum deberent laudare benefactorem, increpatiue dicunt: *Non licet tibi*, et cetera. Ait Chryſoſtomus. Et ſequitur ſecundum, ſcilicet excuſatio paralytici curati cum interrogatione Iudæorum: *Reſpondit eis*: *Qui me ſanum fecit*, et cetera. Quaſi dicat, ait Chryſoſtomus: Qui me eripuit a tam longa ægritudine et reſtituit ſanitati, ſic iuſſit, cui iuſtum eſt obedire et magiſtrum æſtimare. Idem Auguſtinus. Auctorem ſanitatis obijciebat calumniantibus: et quoniam illi erant percuſſi inuidia, a ſuaſione ſanitatis, vt ait Chryſoſtomus: *Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt homo*. Et patet eorum malignitas: non enim dixerunt, qui te ſanum fecit, ſed: *Qui dixit: Tolle grabatum*, et cetera. Quod enim erat poteſtatis, tacuerunt: quod vero videbatur eſſe tranſgreſſionis, in medium du-

Miraculi calumniatio.

Inſania Iudæorum.

Chryſ.hom. 36. in Ioã. paulo ante med. to.3.

Ibid. paulo poſt.

Aug. tract. 17. in Ioã. poſt mediũ. tom.9.

cunt, ait Chryſoſtomus. Item cum contemptu loquebantur: *Quis eſt homo ille?* Sicut infra. Vbi eſt ille? *Is autem qui ſanus fuerat neſciebat*. Scilicet ſcientia certa: *Ieſus autem declinabat a turba*. In quo tertium denotatur. Sed quæritur, ad quid declinabat, ex quo non poterant nocere, niſi vellet? Item videtur timuiſſe. Item cum ille calumniatus eſſet ignorans, non debuiſſet eum dimiſiſſe. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus: Quòd Ieſus declinauit propter tria, ſcilicet vt eo abſente teſtimonium fieret inſuſpicabile. Item, vt non plus furorem eorum accenderet: ſolus enim viſus eius, qui habetur in inuidia, non paruam ſcintillam immittit in videntibus. Item, vt non adhuc de ſe ipſo quid dicat, quod ad laudem pertineret. Hæc ille. Aliter Auguſtinus. Quòd hoc eſt magnum ſacramentum: in eum enim credimus, quem non videmus. Infra: Beati qui non viderunt et crediderunt. *Poſtea inuenit eum in templo*. Et in hoc religionis ſignũ: non enim ſeceſſerat ad nundinas, nec voluptati et remiſſioni dedit ſemetipſum: ſed in templo conuerſabatur, ait Chryſoſtomus: *Et dixit illi: Ecce ſanus factus es*. Et in hoc patet, quòd ex peccatis genita erat illa pars, ſicut ait Chryſoſtomus, et idem in Gloſſa: et ideo ait: *Noli peccare*, ad cauenda maiora ſupplicia. Ideo ſequitur: *Ne deterius tibi contingat*. Et patet congruus modus loquendi. Non enim ait ei Chriſtus: Sanum te feci. Sed: *Sanus factus es*, nec ait: Vt non te torqueà. Sed: *Ne tibi deterius contingat*. Oſtendit enim quoniam clementia ſaluatus eſt, et quoniam peccatis debetur vindicta, ait Chryſoſtomus. Et de hoc Auguſtinus: Bene Ieſum in turba non vidit, in templo poſtea vidit: difficile eſt enim in turba Ieſum videre. Solitudo quædam menti neceſſaria eſt, turba ſtrepitum habet, viſio ſecretum. Et ibi bene de hoc. Et ſequitur quartum: *Abijt ille homo*. In quo notatur quartum, ſcilicet, denunciatio curantis. *Et annunciauit quia Ieſus eſſet*. Vnde Auguſtinus: Poſtquam cognouit, non fuit piger in euangelizando. Ille annunciabat: illi inſaniebant. Ideo ſequitur. *Propterea perſequebantur quia hæc in Sabbato faciebat*. Et patet deuotio illius curati, ait enim: *Qui me fecit ſanum*. Medicum manifeſtum faciens, alios attrahere ſtudens. Illi vero dixerant prius: *Quis eſt ille homo qui dixit*, et cetera. Quia quod videbatur crimen, adferebant: iſte vero excuſationem præmittit: *Qui me ſanum fecit*. Vt ait Chryſoſtomus. Sed quæritur, videtur enim quòd Iudei iuſte arguebant, ex quo erat ſabbatum, in quo non licebat onera portare. Et ad hoc reſpondendum, quòd illud eſt verum, de oneribus impedientibus vacationem ad Deum, vt patet. Et principaliter de operibus ſeruilibus, quæ ſunt peccata, vt ait Auguſtinus: Iudæi ſeruiliter obſeruant diem ſabbati ad luxuriam, ad ebrietatem, quanto melius feminæ eorum lanam facerent, quam in neomenijs ſaltarent. Spiritualiter vero obſeruat Chriſtianus abſtinens ſe ab opere ſeruili, id eſt, a peccato. Et Gregorius: Regulariter onera in ſabbati die portare prohibitum eſt, id eſt, ne pondera peccatorum ad animam per ſenſus corporales trahamus. Et quia portare grabatum eo modo, quo iſte portauit, non fuit ad impedimentũ vacationis a Deo, immo ad templum iuit, et beneficium curationis ad gloriam Dei annunciauit, nulla fuit violatio ſabbati. Præterea notandum, quòd in præcepto de obſeruatione ſabbati, erat aliquid morale, ſicut vacatio Deo et diuinis: et erat aliquid cæremoniale, ſiue taxatio ſiue deſignatio diei ſeptimæ, et ceſſatio ab operibus ſeruilibus. Quantum ad primum præceptum de ſabbato, ponitur inter moralia præcepta, et ſemper eſt obſeruandum: quantum ad alia duo, fuit implenduni. Vnde Auguſtinus, ſabbati præceptum datum eſſe ad tempus Iudæis indicat, impletionem vero ſabbati in ipſo veniſſe: quando ait infra: *Ego operor*. De operatione vero ſabbati, et ipſo ſabbato multiplici. Infra: Et ſequitur

Chryſ.hom. 36. in Ioan. circa med. tom. 3. Ioan. 7. b

Chryſ.ibid.

Aug. tract. 17. in Ioã. poſt mediũ. tom.9.

Hiere.17.c Exo.20. b Aug. tract. 3. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3.

Ibid. poſt pauca.

Aug. tract. 17. in Ioã. poſt mediũ. tom.9.

Aug. tract. 17. in Ioã. poſt mediũ. tom.9.

Ioan. 7. b

Digitized by Google

sequitur illa pars, in qua confutatio calumniæ et calumniantium. Ibi: *Iesus autem respondit*. Et illa in duas. Primo, confutatio ipsa in generali. Secundo, in speciali: *Amen amen dico vobis*. In prima quattuor. Primo ostensio æqualis potentiæ in operando. Secundo amoris huius declaratio. Ibi: *Respondit vtique Iesus*. Tertio, ne crederetur ex hoc, quod dixit, minorem esse potentiam filij: potentia patris, huius suspicionis remotio. Ibi: *Quæcunque enim ille*. Quarto in terris huius exemplaris ostensio. Ibi: *Pater diligit filium*. Ait ergo: *Respondit eis*, vt esset ratio talis secundum Chrysostomum. Licet dictum sit de Deo, quòd die septima quieuit: tamen continue operatur: prouidet enim et continet omnia, quæ facta sunt, sicut patet in cælestibus, vt in Sole oriente, et Luna currente, et vt patet in seminibus, et habitantibus in terra, quæ nutrit, flumina fluunt, et sic de alijs. Et tamen non soluit sabbatum transgrediendo. Cum ergo filius eadem operetur, nec ipse soluit sabbatum, et maxime vbi iussit opus fieri pietatis, vt in curatione videlicet paralytici. Et hoc est quod ait: *Pater meus operatur*, cum fecit mundum: per me enim fecit, qui sum verbum, et per me regit, ait Augustinus supra: Omnia per ipsum facta sunt. Et quoniam hęc dixit cæcis, medicamentum ignorantibus, et tamquã in phreneſi occidere volentibus magis persequebãtur eum, ait Augustinus homilia dicta. Et ideo sequitur: *Propterea magis quærebant interficere*, et c. Quia secũdum opinionem eorum soluebat sabbatum. Sed patrem suum dicebat Deum, non sicut nos. Sed: *Faciens se æqualem Deo*. Sed quærirur, quare proposuit ista sublimia et arcana de sua diuinitate et æqualitate cum patre, cum essent illi infirmi et sic manuducendi facili doctrina, prout ait Paulus: Sicut paruulis lac vobis potũ non escam dedi. Et ad istud respondet Chrysostomus: Quòd filius Dei volebat vtrumque credi, scilicet de se, et condescensionis dispensationẽ, et deitatis dignitatem. Et ideo volẽs ad maius eos reducere et excelsius de patris dignitate locutus est. Si enim deberet de humanis semper loqui, omnes crederent illũ esse hominẽ solum. Et sequitur secunda particula, in qua huius declaratio: *Amẽ dico vobis, nõ potest filius*, et c. Infra: A me ipso facio nihil, nisi quod fecerit pater. Infra: Quæ uidi apud Patrẽ, hæc loquor. Et ne crederetur ex hoc, nõ habere posse tot ac tanta, sicut pater, subditur tertium: *Quæcunque ille fecerit, hæc et filius*. Supra: Omnia per ipsum facta sunt. Et: Omnia per ipsũ et in ipso creata sunt. Et his, vt ait Augustinus: Iudæi cõmoti, quia in homine non intelligebant Deum, carnem uidebant, Deum nesciebant habitaculum cernebãt, habitatorem ignorabant: non enim forma serui æquebat patri, nec id quod factũ est propter nos, sed quod erat, quando fecit nos. Non rapinam arbitratus est, se esse æqualẽ Deo, *et cet*. Et ibi bene de hoc. Sed dicunt hæretici, scilicet Arriani, vt ait ibidẽ, quòd ex hoc videtur, quòd filius nõ sit æqualis patri, quia qui non potest facere, nisi quod viderit alium facere, videtur esse minor illo. Item videtur ille nobiliori modo facere, quàm ille, qui non potest facere, nisi videat alium facere. Item quæritur, qualiter ait: *Quæcunque fecerit pater, hæc et filius similiter facit*. Cum sit manifestum ex prædictis, quòd eadem faciunt: quare apponit similiter? Et ad primum respondendum est, secundum Glossam, quòd idem est filio uidere patrẽ, vel audire, quòd esse a patre. Nõ ergo aliud filio videre patrem facientẽ, quàm esse a patre, et operari quæ pater operatur. Vnde in operantibus differentibus secundum essentiam posset obijci eo modo quo obijciũt Arriani. Sicut in duobus fabris, quorũ vnus operatur, quod videt alium operati, sicut exemplificat Augustinus. Sed omnia per verbum facta sunt. Et ideo sequitur hic. *Quæcunque fecerit pater, et filius similiter*. Non sic in humanis, nam cor facit litteras intelligibiliter, manus easdem visibiliter. Sed pater et filius eadem et similiter faciunt, sicut manifestat Augustinus. Ex his ergo patet omnipotentiæ in Deo indiuisibilitas, et respectu effectuum æqualitas, et in modo faciendi identitas. Vnde Chrysostomus: potestatis ostendit indissimilitudinem et etiam voluntatis. Et sequitur quartum: *Pater enim diligit filium*. Et ibi duo. Primo, explanatio dictorum, quasi interris. Secundo, quia mentio facta est de mortuis viuificandis, subditur potestas collata filio in iudicio. Ibi: *Neque pater iudicat quemquam*, et cetera. Ait ergo: *Pater diligit filium*, ideſt, diligens generat filium sibi consubstantialem: *Et omnia demonstrat*, filium generando. Supra: Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. Et Matthæus: Hic est filius meus dilectus. Vnde Chrysostomus: Vt cognoscas filium non ingenitum esse, ait: *Diligit filium, et dedit omnia, sine demonstrat*, ideſt, genuit: *Et maiora his demonstrabit*, scilicet curationibus languidorum, ait Augustinus: Vbi objcit. Sed demonstrabit, ergo non demonstratum est: qualiter ergo ait prius: *Omnia demonstrat*. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, et vt est in Glossa. Pro parte demonstrare patrem filio, est cuncta per filium operari. Quod vero ait: *Demonstrabit*, hoc est dictum, maiora per eum faciet, sicut mortuos suscitare, quod est maius, quàm languidos curare. Et per hoc patet solutio ad obiecta, quæque possunt objci. Si enim filius nihil potest, nisi quod viderit patrem facientem: et si pater demõstrat filio, qualiter filius operatur omnia, quæ et pater? Prius enim est esse, quàm videri, vel demonstrare. Et ad istud respondendum est, sicut tãgit Glossa, quòd in his differendis illo genere loquẽdi vtitur, quo paruulorum mentes possit excitare, et quo mentes adultorũ exercerentur. Licet ergo in rebus humanis posset objci de prioritate et posteritate, non tamen in diuinis, vt præhabitum est, vbi est identitas essentiæ, vt patet ex dictis Augustini prius. Et quia dixerat, maiora demonstrabit, subdit: *Vt vos miremini*, scilicet de magnitudine operum, quæ facit filius, vt infra: Multa bona opera ostendi vobis. Et specificat illa opera *Sicut enim pater suscitat mortuos*, scilicet in anima, ait Glossa: *Sic et filius quos vult*, non alios, quia eadem voluntas et eadem potestas, et eadem viuificatio: prout ait Augustinus, et est in Glossa: Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob. Et de hoc verbo in collatione prædicabili, infra. Sed quęritur, in omnibus prædictis præpositionibus ait, semper filium facere ea, quæ facit pater: sed pater generat filium, ergo et filius generat filium. Et si respõdeatur, quod generare dicit puram relationem: objcitur, quòd pater mittit filium, ergo et filius mittit filium: mittere enim dicit actionem. Et ad istud respondetur magistraliter, quòd quædam dicunt puram relationem, vt generare: quædam puram actionem, vt creare et facere: quædam vero vtrumque, vt mittere: quædam dicunt actionem et significationem, sicut apparere. Ratione ergo actionis verum est, quod quæcunque facit pater, facit et filius. Vnde Augustinus: Patris et filij sunt inseparabilia opera, vt illi inseparabiles. Infra: Ego et pater vnũ sumus. Quantum vero ad id quod est relationis, non tenet: et ideo filius potuit incarnari, pater non. Ad euidentiam dictorum recapitulat Augustinus, quædam vtilia: ait enim exponens illud: *Non potest filius facere quidquam, nisi quod viderit patrem facere*, quia quidquid habet filius vt faciat, hoc habet a patre: quia a patre habet, vt sit, et a patre habet vt possit. Filio autem est idem esse, quod posse: et quia non filius est a se, non potest a se. Item opponit hæreticus: filius non vidit patrem ambulare super mare pedibus, et tamen ipse ambulauit. Ergo propositio falsa. Et ad hoc respondet Augustinus: quòd cum filius ambulabat super mare, diuinitas gubernabat. Infra: Pater in me manens facit opera. Opus ergo patris fuit illa ambulatio,

Diuisio huius partis.

Chrys. hom. 37. in Ioã. ante med. tom. 3.

Gen. 1. d

Aug. tract. 17. in Ioã. ante med. tom. 9.

Ioan. 1. a

Ibidem.

1. Cor. 3. a

Chrys. hom. 37. in Ioan. ante med. tom. 3.

Ioan. 8. d

Ibidem.

Ioan. 1. a

Coloss. 1. c

Aug. tract. 18. in Ioã. antè med. tom. 9.

Phil. 2. a

Error Arrianorum.

Aug. ibid. post aliqua.

Ibid. post.

Chrys. hom. 37. in Ioã. ante med. tom. 3.

Ibidem.

Ioan. 1. b

Aug. tract. 19. in Ioã. ante. med. tom. 9.

Isai. 49. b

Aug. ibid. tract. 20. ante med.

Ioan. 10. c

Ibid. post.

Ibid. paulo post.

Ioan. 14. c

Digitized by Google

ambulatio, quia inseparabile est opus vtriusque. Et ita filius vidit opus patris. Opponit idem Augustinus de hoc quod ait: *Omnia demonstrat filio*. Et postea subdit: *Maiora demonstrabit*. Cum loquatur de filio secundum diuinitatem, videtur quòd potestas data filio a patre possit augmentari: et quòd pater scit plura, quàm filius. Vnde clamat Augustinus: O verbum Dei, quid est pater demonstraturus, quod tu nescis? quasi dicat, nihil. Et ad istud respondet Augustinus, quòd vnus homo caput et membra. Supra: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit: ille caput, nos membra, totus homo ille et nos. Cum ergo demonstrat pater membris, et Christo demonstrat. Et est mira res, ostenditur Christo, quod nouerat Christus, et ostenditur Christo per Christū, quia membris per caput. Et per hoc ad obiecta, quia loquitur de demonstratione, quæ fit membris. Ex dictis datur exemplum fidelibus, non faciendi alia, quàm quæ vident patrem facere, ad imitationem filij: Estote misericordes sicut et pater vester misericors est: sic enim erunt opera regulata et recta et secura: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi. Maiores enim sunt imitandi, inquit Tullius. Qualiter autem Deus demonstrat credentibus opera magna, habitū est ab Augustino. Et hoc per ipsum filium Dei ille opus est, infra: Operibus credite. Et sequitur illa particula, in qua explanatio verbi præmissi: *Neque enim pater iudicat*, quia enim mentionem fecerat de mortuorum resuscitatione, ideo subdit, quòd pater non iudicat. Vnde Augustinus hoc dicit, quasi reddens rationem superioris sententiæ. Et de hoc consequenter opponit, si in iudicio mortui sunt suscitandi. Si ergo pater suscitat mortuos, vt præmissum est, quomodo non iudicabit filius? quasi dicat, iudicabit. Item si simul suscitant et viuificant: ergo simul iudicabunt. Item vt habitum est ab Augustino: Pater et filius sunt inseparabiles, et opera eorum inseparabilia: Ergo vt prius. Item vt Augustinus ait, quia non est filius a se, non potest aliquid a se. Et videre filij hoc est esse natum de patre. Et totum quod est, quod potest, de patre est, et nascendo videt, et videndo natus est: Ergo similiter a patre habet quod iudicet. Et ita vt prius. Et ad istud respondet Augustinus. Pater dicitur non venturus ad iudicium, licet non recedat a filio, quia non videbitur in iudicio. Forma illa erit iudex, quæ sub iudice stetit, illa iudicabit, quæ iudicata est, iudicabit iustè, quæ iudicata est inique. Et subdit causam: Hoc ideo erit, quia iudicium erit iustorum et iniquorum. Qui iniqui videre Deum non possunt, eo quòd mundo corde videtur: ideo talis apparebit iudex, vt non possit videri ab hominibus. Quia ergo filius in forma serui apparebit, et non patris, ideo dicitur quòd pater non iudicat quemquam. Hæc Augustinus: Et ex his patet littera: *Neque pater iudicat quemquam*. Apparendo scilicet vt pater: *Sed omne iudicium dedit filio*, eo quòd apparebit in forma serui, quæ possit ab hominibus videri: Videbit eum omnis oculus, et qui pupugerunt, plangent: *Vt omnes honorificent filium*, scilicet in eum credendo, et exhibendo ei honorem æqualem, sicut patri. Vt enim ait Augustinus, honorare patrem est credere eum habere filium sibi æqualem. Et similiter honorificare filium, est credere eum esse æqualem patri: *Et ideo qui non honorificat filium*, isto modo: *Nec patrem*. Sed videtur, quòd non sit vera conuenientia, quia filius iudicabit in forma serui, vt dictum est: Sed secundum illam formam non est honorificandus æquali honore vt pater. Et ad istud respondendum est, quòd potestas iudicandi, quæ est auctoritatis, est totius Trinitatis: Cum enim accepero tempus, iustitias iudicabo. Et: Mea est vltio. Potestas tamen ministerij erit filij in forma serui, vt dictum est. Et quia in illa forma fuit iudicatus, etiam inique et contemptus: Terra enim data est in manus impij. Ideo merito dedit ei pater, vt in illa forma appareret iudicans, et timeretur sicut Deus, cuius sententia perseuerabit inuiolabiliter: Humiliauit semetipsum, *et cetera*. Et sequitur: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Ergo non intendit, quòd forma serui sit æqualiter honorificāda, sicut pater: sed quòd filius, qui apparebit in forma serui, sit honorificandus, sicut pater. Vnde nota quòd Deus est honorificandus rectæ fidei credulitate, vt hic. Iterum est honorificandus humilis obedientiæ subiectione. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum. Item est honorandus debili electus exhibitione: Honora Deum de tua substantia et de primitijs omnium frugum tuarum. Et: Honora Deum ex tota anima tua, *et cetera*. Et sequitur illa pars, in qua manifestat æqualitatem omnipotentiæ filij, cum patre in speciali. Ibi: *Amen amen dico vobis*. Et hoc descendendo ad potentiam viuificandi, et potentiam iudicandi. Et hæc in duas partes. Primo, declarat potentiam filij in viuificando. Secundo, eandem in iudicando. Ibi: *Potestatem dedit*. Prima respicit benignitatem misericordiæ. Secunda seueritatem iustitiæ. In prima, tria narrantur. Primo, specificat quos et quales viuificet. Secundo, quomodo viuificet. Ibi: *Amen amen dico vobis*. Tertio, æqualitatē potentię vtriusque, qua viuificat, manifestat. Ibi: *Sicut enim pater*. Ait ergo: *Amen dico vobis, qui verbum meum audit*, auditu cordis scilicet: *Et credit*, scilicet perfecta fide: *Ei*, id est patri: *Qui misit me*, vnigenitum sibi consubstantialem. Supra: Non misit filium vt iudicet mundum, *et cetera*: *Habet vitam æternam*. Et in hoc notatur inuentio omnis boni: *Et in iudicium non venit*. Ibi notatur euasio omnis mali. Supra: Qui credit in me, non iudicatur. Sed quæritur, qualiter ait: *Habet vitam æternam*, quia illa habebitur post vitam hanc. Sicut clamat Apostolus: Quis liberabit me de corpore mortis huius? Et sequitur: Gratia scilicet consummata. Item videtur sibi contradicere. Primo ait: *Quòd qui sic audit, habet vitam æternam*. Sed si habet vitam non transit a morte, sed prius transiuit: Ergo. Et ad istud respondendum, quòd habere vitam æternam est dupliciter: vel in spe, et in arra, siue in pignore, quod est spiritus. Et sic dicitur habere in ista vita, infra: Hæc est vita æterna vt cognoscant te, *et cetera*. Vt enim ait Augustinus: Differentia est in amore spiritualium et carnalium: nam qui nouit, et perfecte amat iustitiam, iustus est: non tamen qui nouit aurum, et amat, habet scilicet aurum. Et in epistolis: Velle iustitiam, est eam habere. Item est habere vitam æternam in re: et sic erit post hanc vitā, quando videbitur Deus facie ad faciem. Ad aliud respondendum secundum Augustinum: Quòd hic loquitur de transitu a morte infidelitatis ad vitam fidei, a morte falsitatis ad vitam veritatis, a morte iniquitatis ad vitam iustitiæ. Et enim quædam resurrectio mortuorum, scilicet prædicta. Hæc Augustinus: Vbi opponit, qualiter ait: *Hic in iudicium non venit*. Cum dicat Apostolus: Oportet nos manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, *et cetera*. Ergo adhuc quis transibit in iudicium? Et ad illud respondet Augustinus, quòd est iudicium damnationis, et est iudicium discretionis, siue discriminationis, quo bonis bona, et malis mala debentur: qui vero audit et credit non transit in iudicium damnationis. Et patet hic quæ sint necessaria ad vitam æternā, quorum primum est perspicaciter audire, vnde ait: *Qui audit*, ideſt, auditu cordis: Qui habet aures audiendi audiat. Et: Esto mansuetus ad intelligendum, vt intelligas. Secundo est necessarium perfectibiliter credere, vnde ait: *Et credit*. Recte intelligendo, feruenter amando, perfecte orando. Hoc enim implicat credere: Fides sine operibus mortua est. Et: Qui credit Deo, attendit mandatis. Et qui talis est, habet vitam æternam, eo modo quo est expositum.

Aug. tract. 21. in Ioā. ante med. tom. 9.
Aug. ibid. post multa.
Ioan. 3. e
Luc. 6. a
Eph. 5. a
Cic. de finib malorum et bonor. lib. 1.
Aug. ibid.
Ioan. 10. e
Aug. ibid. post mediū.
Ibid. tract. 20. ante medium.
Ibid. post med.
Ibid. tract. 29. post medium.
Ibidem.
Apoc. 1. b
Aug. ibid. ante med.
Deut. 32. c

Iob 9. c
Philip. 2. a
Ibidem. b
1. Reg. 2. f
Prou. 3. b
Eccl. 7. a
Ioan. 3. b
Ibidem.
Rom. 7. d
Habere vitam æternā est dupliciter.
2. Cor. 1. a
Ioan. 17. a
Auguſt. de Trin. lib. 9. cap. 9. to. 3.
1. Cor. 13. d
Aug. tract. 19. in Ioā. ante med. tom. 9.
Ibid. tract. 22. ante med.
2. Cor. 5. b
Iudiciū duplex.
Necessaria ad vitā æternam.
Luc. 8. b
Eccli. 5. d
Iacob. 3. d
Eccl. 32. d

Et

Et sequitur illa pars in qua manifestat, quomodo vi-
uificentur. Ibi: *Amen dico vobis quia venit hora*, scili-
cet tempus gratiæ: *Quando mortui*, scilicet priuatio-
ne fidei: *Audierint*, ideſt, obedierint: *Vocem*, inter-
Ioan. 8. *f* nam inſpirationem. Infra: Qui ex Deo eſt, verba Dei
audit: *Viuent*, vita gratiæ nunc, et vita gloriæ poſtea,
Ioan. 10. *a* infra: Oues meæ vocem meam audient, et dabo eis
Diſcredentium calamitas. vitam æternam. Et patet hic diſcredentium defectiua calamitas, quia mortui ſcilicet, ſunt priuati ſenſu rectæ intelligentię, et motu operum iuſtitiæ. Viuens
Sap. 1. *a* enim differt a non viuente ſenſu, et motu, ait ſapiēs.
Eph. 5. *c* Et de ſic mortuis: Exſurge a mortuis. Secundo figuratur internæ inſpirationis qualitas, ibi: Audient B
vocem filij Dei. Hæc enim vox eſt interna inſpiratio, de qua in Pſalmo: Dabit voci ſuæ vocem virtutis.
Cant. 2. *a* Hanc vocem deſiderat ſponſa: Sonet vox tua in au-
Pſal. 84. *b* ribus meis, vox tua dulcis. in Pſalmo: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Et tales viuent vita gratiæ nunc, et vita gloriæ poſtea; Verba enim vitæ
Ioan. 6. *g* æternæ habes, ait Petrus ad Chriſtum: infra. Et ſequitur tertia particula, in qua manifeſtat ipſius potentiæ qualitatem in uiuificando: *Sicut pater habet*, ideſt, ge-
Pater et filius qualiter ſunt vita. nuit filium: *Vitam*. Pater enim eſt uita nō naſcendo, filius eſt uita naſcendo. Et hoc ait ad differentiam habentis uitam participatione nō per eſſentiam. Infra: C
Ioan. 11. *e* *Ego ſum reſurrectio et vita*. Supra: Vita erat lux homi-
Ioan. 1. *a* num, *et cetera*. Vnde participatione huius uitæ uiuunt creaturæ rationales, huius uitæ participabiles:
Act. 17. *f* In ipſo uiuimus, mouemur, et ſumus. Et nota quòd
Aug. tract. 22. in Ioā. tom. 9. ait: *In ſemetipſo*, ut ait Auguſtinus: Vita Dei eſt immutabilis, nec proficit nec deficit, nec aliter eſt nunc,
Vita animæ quæ ſit. nec aliter poſt. Sed uita animæ aliter nunc aliter poſt: nunc enim ſapiens, nunc ſtulta: et cum uiuit in iniquitate, mors eſt eius: erigendo ſe ad Deum, et inhærendo ei, uiuificatur et eſt particeps alterius uitæ. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et ſequitur illa
Poteſtas filij in iudicā do. pars, in qua declarat poteſtatem filij in iudicando, D
ibi: *Et poteſtatem*. Et ibi tria. Primo, præmittit, qua poteſtate iudicat. Secundo, quos iudicat, ibi: *Nolite mirari*. Tertio, quomodo iudicat, ibi: *Non poſſum*. Ait ergo: *Et poteſtatem dedit ei iudicium facere*, ut expoſitum eſt ſupra, quòd iudicium dedit filio, quia per formam ſerui iudicaturus eſt. Et ideo ſequitur:
Aug. ibid. poſt. *Quia filius hominis*. Vt enim ait Auguſtinus: Quia in
Ioan. 1. *a* principio erat uerbum, dedit ei uitam in ſemetipſo:
Ibidem. b quia uerbum caro factum eſt, Filius hominis eſt, et
Mat. 19. *d* accepit poteſtatem faciendi iudicij in fine ſęculi. Sed
1. *Cor.* 6. *a* obijcitur, quòd non ſolus filius iudicabit, quia dici-
Iob 36. *a* tur Apoſtolis: Sedebitis et uos iudicantes, *et cetera*: E
Ioan. 8. *b* Angelos iudicabimus. Et: Iudicium tribuit pauperi-
Hugo de ſacram. fid. li. 2. par. 8. c. 5 bus: Ergo, ut prius. Item uidetur quòd filius nullum iudicet, infra: Non iudico quemquam. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Hugonem: Vbi ait,
Quattuor ſūt iudicia. quòd quattuor ſunt iudicia: quorum primum eſt ſecundum præſcientiam, quo ſumus iudicati, antequā eſſemus. Item aliud eſt ſecundum cauſam, quo iudicamur, ex quo incipimus eſſe uel boni, uel mali. Tertium eſt ſecundum operationem, quando operibus foris oſtendimus quales ſumus intus. Quartum eſt ſecundum retributionem, ſcilicet in percipienda mercede, in illo iudicio ſententia dictatur, et hoc erit F
ipſius Trinitatis. Item ſententia proferitur, quod erit filij, quia in humanitate ſua omnis iudicij ſentēriam proferre accepit ſecundum Hugonem. Iudicare ergo auctoritate et dictamine ſententiæ eſt totius Tri-
Iudicare quorū erit. nitatis. Iudicare uero prolatione ſententiæ, et euidentia formæ, ſiue miniſterio, erit filij hominis. Vt loquitur hic. Iudicare vero aſſiſtentia et approbatione,
Iſa. 3. *c* erit Apoſtolorum et Apoſtolicorum virorum: Domi-
Prou. 31. *c* nus veniet ad iudicium cum ſenioribus populi ſui.
Greg. Moral. lib. 26. cap. 20. Et: Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ. Et de his bene Gregorius: Exponens illud verbum Iob ſupradictum: Iudiciū tribuit
Iob 36. *a* pauperibus. Ibi enim diſtinguit quattuor ordines in

A iudicio: ſcilicet quòd quidam iudicabuntur, nec iudicabuntur: quidam iudicabunt, nec iudicabuntur: quidam, nec iudicabunt, nec iudicabuntur, *et cetera*. Ad vltimum reſpondet Hugo, quòd quantum ad dictandam ſententiam, ait Chriſtus: Non iudico quemquā. Quantum vero ad proferendā ſententiā, ait: *Sicut audio, ſic iudico*, infra eodē. Et ex dictis patet, quòd temerarium eſt alicui vendicare alium: Tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? Et: Nolite ante tempus iudicare. Et ſequitur ſecūda particula, in qua manifeſtat, quòd iudicat, ſcilicet malos: omnes enim ſuſcitabit, ſed malos iudicabit iudicio damnationis. Et hoc eſt, B
quod ait: *Nolite mirari*: de eo quòd dictū eſt, ſcilicet, quòd filius hominis habet poteſtatem iudiciū facere, quia: *Venit hora*, ſcilicet in fine ſæculi, quod licet ſit futurū, tamen præſens Deo: *Quando omnes, qui in monumento ſunt, audient vocem*. Et ſic loquitur, quantum ad reſurrectionem animarum. Vnde Auguſtinus: In monumentis corpora ſunt, non animæ. Supra ergo ait de reſurrectione animarum, hic de reſurrectione corporum. Vnde Auguſtinus: Reſurgunt animæ ab iniquitate per id, quòd eſt Deus: corpora a corruptionibus, per id quod eſt homo: Dominus in iuſſu, et in voce tubæ, *et cetera*. Et ſequitur: *Mortui reſurgent*, et cetera: *Et procedent qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ*, ſcilicet æternæ: *Qui vero mala*, et ce-
tera: *In reſurrectionem iudicij*, ſcilicet damnationis: ibi autem ſumitur iudicium pro pœna, ait Auguſtinus. De vtriſque: Venite benedicti, *et cetera*. Et poſt: Ite maledicti, *et cetera*: Omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Sed quæritur, qualiter ait: *In reſurrectionem iudicij*, quia in Pſalmo: Non reſurgunt impij in iudicio. Et ſupra: Qui non credit iam iudicatus eſt. Et ad iſtud reſpondendum eſt ſecundū Gregorium, vbi ſupra: Quod reſurgent omnes infideles, ſed ad tormentum, non ad iudicium: nō enim D
eorum cauſa tunc diſcutitur, qui ad cōſpectum diſtricti iudicis iam condemnatione ſuæ infidelitatis accedunt, et ideo non iudicantur, ſed tamen pereunt, vt ait ibidem. Qui enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Et ideo tales ibunt: *In reſurrectionem iudicij*, ideſt, damnationis. Et de his Chryſoſtomus, Quod toties inculcat et commemorat, hoc ſcilicet iudicium et vitam, præparās auditorem. Et de iſta reſurrectione in collatione prædicabili, infra. Et ſequitur vltima particula, ſcilicet: *Quomodo iudicat*, nimirū iuſte, quærendo voluntatem patris, quia dictum eſt: *Quod omne iudicium dedit filio*, ne dicerent, non ſecūdum patrem E
ergo iudicas, ideo ait: *Non poſſum*, et cetera. Sicut continuat Auguſtinus. Et eodē modo Chryſoſtomus homilia dicta: quoniā diſſimilia a prophetis videbatur dicere, qui dixerunt: Deus iudex iuſtus, *et cetera*. Et alibi: Iudicabit orbem terræ. Deſtruens ſuſpicionē, ait: *Non poſſum a me ipſo*, et cetera. Vt enim ait Auguſtinus, quia non eſt filius a ſe, non poteſt aliquid a ſe. Et ſi obijciatur, ſicut obijciunt hæretici, quòd tunc non eſt æque potens, ſicut pater. Reſpondendū, quòd ex hoc denotatur omnipotentia, quia eadem, quæ eſt ipſius patris, eſt et filij, et nulla notatur impotentia, ſed omnino eadem potentia, quæ eſt patris, ſicut eſt F
eadem vita et eadem eſſentia. Et ideo ſequitur: *Sicut audio, iudico*, ideſt, ſicut accipio a patre. Vt enim ait Auguſtinus: Non eſt ei aliud audire, aliud videre, ſed filio eſt idem et eſſe a patre, et audire, et videre, ſecundum Auguſtinum prius: Omnia tradita ſunt mihi a patre meo: *Et iudicium meum verum eſt*. Quia ita iudico, ac ſi ipſe pater eſſet, qui iudicat. Ait Chryſoſtomus. Et hoc: *Quia quæro voluntatem patris mei*. Infra: Ego et pater vnum ſumus. Et ideo vna voluntas: Vnde Chryſoſtomus: Oſtendit eſſe vnam voluntatem, quæ eius, et quæ patris, ac ſi vnius vtique mentis eſſet voluntas. Et de hoc opponit Chryſoſtomus: quòd ſecundum hoc alia voluntas ſua, alia patris: quia ait,

Quattuor ordines in iudicio. *Hugo de ſacram. fid. li. 1. par. 8. c. 5* *Ioan.* 8. *h* *Rom.* 14. *a* 1. *Cor.* 4. *a*

Aug. tract. 29. in Ioā. poſt mediū tom. 9. *Ibid. tract. 23. ante medium.* 1. *Theſ.* 4. *a*

Iudiciū pro pœna. *Mat.* 25. *c* 1. *Cor.* 15. *g* *Pſal.* 1. *b* *Ioan.* 3. *b*

Greg. Mor. li. 26. c. 20. ante med.

Chryſ. hom. 38. in Ioā. ante mediū tom. 3.

Quomodo iudicat filius.

Aug. tract. 29. in Ioā. ver. ſi. to. 9. *Chryſ. hom. 39. in Ioan. circa med. tom. 3.* *Pſal.* 7. *c* *Pſal.* 95. *c* *Aug. tract. 28. in Ioā. ante med. tom. 3.*

Mat. 11. *d* *Chryſ. hom. 38. in Ioan. poſt mediū. tom. 3.* *Ioan.* 20. *c* *Chryſ. ibid.*

Digitized by Google

quòd venit facere voluntatem patris, non ſuam. Et ſi ſic, ſuam erat deficiens. Sed ad contrarium arguit Paulus, ita ſe miſcuit diuinæ voluntati, vt diceret: Viuo ego, iam non ego. Et ita nulla in eo voluntas niſi diuina: ergo multo magis nec in filio. Et ad hoc reſpondet, quòd ſermonem hic producit ad ſuſpicionem eorum, qui audiebant, et putabant eum eſſe purum hominem. Ideo decenter oſtendit, iudicium eſſe verum, et omnino ſecundum diuinam voluntatem. De triplici autem voluntate in Chriſto, ſcilicet de vna ſecundum affectum naturæ, et de voluntate ſpiritus, et de voluntate ſua diuina, in quantum Deus, ſiue de voluntate paterna. Ex prædictis patet exemplum iudicantibus ad imitationem filij. Et hoc, quoad tria, non vt ſit iudicium temerarium, ſed certum. Vnde ait: *Sicut audio, ſic iudico.* infra: Numquid lex noſtra iudicat hominem, niſi audierit ab eo: Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam. Ibi Gregorius bene, qualiter iudices debent eſſe diligentes in iudicando, vbi ait: Nota de iudicio, ne ad proferendam ſententiam iniquam præcipites eſſe debeamus, ne temerarie indiſcuſſa iudicemus, ne quælibet mala audita nos moueant, ne paſſim dicta ſine probatione credamus, *et cetera*. Et ibi bene de hoc. Vnde et de Domino legitur: Deſcendam, et videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Et: Cum tranquillitate iudicat. Secundo figuratur, quòd iudicium debet eſſe in proceſſu iuſtum. Vnde ait his: *Iudicium meum iuſtum eſt*. Et: Iudices et magiſtros conſtitues, vt iudicent iuſto iudicio. Vt enim ait Tullius: Iudicis eſt in cauſis verum ſequi, nec nocentem defendere, nec condemnare innocentem: Qui iuſtificat impium, et qui condemnat iuſtum abominabilis eſt vterque apud Deum. Item inſinuatur hic, quòd iudicium debet eſſe in ſententiando ordinatũ, quia ſecundum voluntatem Dei. Illud enim eſt rectificatum, et ordinatum iudicium, quod fit ſecundum diuinam voluntatem, quæ non vult niſi, quod iuſtum eſt. Infra: Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate, ideſt, ſecundum veritatem, ait Gloſſa. Et ſequitur pars vltima capituli, in qua corroboratio confutationis præmiſſæ calumniæ multiplici teſtimonio, ibi: *Si ego teſtimonium*, et cetera. Et illa in duas. Primo, teſtimoniorum adductio. Secundo, Iudæorum diſcredentium reprehenſio, et obſtinationis manifeſtatio, ibi: *Et non vultis venire ad me*. Prima adhuc in duas. Primo, recitatio falſæ ſuſpicionis calumniantium, et dicentium ſuum teſtimonium verum non eſſe. Secundo, manifeſtat ſe habere teſtimonia, ibi: *Vos miſiſtis ad Ioannem*. Ait ergo: *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, illud non eſt verum*. Sed qualiter hoc? Supra: Perhibuit de ſe teſtimonium, quando ait mulieri: Ego ſum. Ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd non loquitur, quantum ad dignitatem ſuam, ſed quantum ad ſuſpicionem eorum, quaſi diceret: vos dicitis: *Quòd ſi ego teſtimonium perhibeo de me, illud non eſt verum*. *Et tamen alius eſt*, ſcilicet pater, ſecundum Gloſſam, vel ipſe Spiritus, ſecundum Chryſoſtomum: *Qui teſtimonium perhibet*, vt patet ſupra, quando Ioannes vidit Spiritum deſcendentem vt columbam: *Et ſcio quia verum eſt teſtimonium*. Infra: Qui miſit me, verax eſt. Et ex hoc patet ſolutio obiectionis, qua obijci poſſet, quod ſibi videtur cõtradicere. Primo enim ait, quòd ſi teſtimonium perhiberet de ſe, non eſſet verum. Secundo ait, quòd verum eſt teſtimonium, quod perhibetur. Et ad iſtud reſpondendum, ſecundum Chryſoſtomum, vt prius: quòd prius locutus eſt, quantum ad eorum ſuſpicionem, nunc vero quantum ad ſuam dignitatem. Aliter reſpondetur Magiſtraliter, intelligendo præciſe ſcilicet, quòd ſi teſtimonium perhiberet de ſe, non eſſet verum, quantum ad ſufficientiam teſtificationis ſecundum legem, quæ ait: In ore duorum vel trium ſtat omne teſtimonium. Sed quia alius eſt, qui perhibet, ſcilicet pater et ſpiritus, et etiam Ioannes: ait Gloſſa, ideo teſtimonium eſt verum. Et ſequitur illa pars, in qua adductio teſtimoniorum ab alijs. Et illa in quattuor ſecundum quattuor teſtimonia. Primo, inducit teſtimonium a Ioanne. Secundum ab operibus, ibi: *Ego habeo*. Tertio a patre, ibi: *Et qui miſit me pater*. Quarto a ſcripturis, ibi: *Scrutamini ſcripturas*. Ait ergo: *Vos miſiſtis ad Ioannem*. Supra: Et non vtique miſiſſetis, niſi dignum fide opinaremini, ait Chryſoſtomus, nec ipſe ingeſſit tantum, ſed vos miſiſtis, et ille teſtimonium perhibuit veritati, ſupra: erat enim teſtis fidelis, qui non mentiebatur: Teſtis fidelis non mentietur. Cuius tamen teſtimonio non indigeo. Vnde ſequitur: *Ego teſtimonium ab homine*, et cetera. Sed qualiter hoc? opponit Chryſoſtomus: Si non accipit ab homine teſtimonium, ad quid induxit teſtimonium Ioannis? Videtur quòd ſuperfluè. Et ad iſtud reſpondet, quòd loquitur ad eorum ſuſpicionem, diſputans, quaſi dicat: Ego ens Deus non indigebam humano teſtimonio: Sed quia Ioanni attenditis, et omnibus digniorem putatis, et illi vt prophetæ occurriſtis, non recolo eius teſtimonium: *Et hoc dico vt ſalui ſitis*. Et vere eius teſtimonio eſt credendum: *Ille erat lucerna ardens*, diuino amore: *Et lucens*, lumine ſcientiæ diuinæ. Vt enim ait Auguſtinus: Ioannes perhibuit teſtimonium, ſed tamquam lucerna, non ad ſanandos amicos, ſed ad confutandos inimicos. Vnde in Pſalmo: Paraui lucernã Chriſto meo: Inimicos autem induam confuſione, ſuper ipſum autem, ideſt Chriſtum, florebit ſanctificatio mea. Illa lucerna in nocte dicit eſſe ſolem, et iubet te expectare diem. Hæc Auguſtinus: vbi ait, quòd prophetæ fuerunt lucernæ: quia enim, vt homines, poſſunt accendi et extingui. Similiter Apoſtoli lucernæ, et omnis propheta lucerna: Quaſi lucernæ ardenti in caliginoſo loco, *et cetera*. Solus enim ille eſt lux, non enim accenditur et extinguitur. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit filio, *et cetera*, ſupra eodem. Hæc Auguſtinus, et ibi bene de hoc. Et ne dicerent, quòd non acceperint teſtimonium Ioannis, ſubdit: *Vos autem voluiſtis exultare ad horam*, et cetera. Et in hoc, quòd ait: *Ad horam*, eorum familiaritatem, ideſt, leuitatem oſtendit. Ait Chryſoſtomus, quia cito ab eo reſilierunt. Supra enim miſerunt ad eum ſuſpicantes ipſum eſſe Chriſtum, et tamen eius teſtimonio non crediderunt. De iſta vero lucerna ardente feruida charitate, et lucente diuina cognitione Bernardus multum in ſermone de beato Ioanne. Et in collatione prædicabili. Et ſequitur pars, in qua adductio teſtimonij ab operibus: *Ego autẽ habeo teſtimonium maius*, et cetera. Sed queritur, ſi hoc habuit teſtimoniũ maius: ergo debuiſſet illud primo poſuiſſe. Et ad illud reſpondet Chryſoſtomus, quòd a minorũ teſtimonio incipit, ſcilicet a teſtimonio Ioannis, deinde ab operibus, et poſt a teſtimonio patris. Ait ergo: *Habeo teſtimonium maius*, ſcilicet ab operibus, quia opera, quæ dedit pater, ſicut curatio paralytici, et alia plura: *Quæ dedit mihi vt perficiam*, ſcilicet perfecte agam: *Teſtimonium perhibent*, quia pater miſit me, vt filium vnigenitum patri æqualem. Infra: Si opera in eis non feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et infra: Pater in me manens ipſe facit opera. Et in hoc, quòd ait: *Quæ dedit mihi pater*, oſtendit auctoritatem cum ſuperabundantia: et oſtendit ſe nihil agere contrarium patri, ſanando ſcilicet in ſabbato, vt ait Chryſoſtomus. Sed quæritur, quare ait teſtimoniũ operum eſſe maius teſtimonio Ioãnis, cum in ipſo Spiritus ſanctus perhiberet teſtimoniũ? Et ad iſtud reſpõdet Auguſtinus, quòd Ioannes, prophetæ, Apoſtoli perhibuerunt teſtimonium Chriſto, qui Deus per illos perhibuit teſtimonium, ſed teſtimonium operum Ieſu Chriſti, ideo maius, quia per ipſum

Triplex voluntas in Chriſto.

Quales in iudicio eſſe debemus.

Quattuor teſtimonia.

Prophetæ lucernæ.

Adductio teſtimonij ab operibus.

Gal. 2. c — *Ioan. 7. g* — *Iob 29. c* — *Greg. Mor. li. 19. c. 14. poſt mediũ.* — *Gen. 18. c* — *Sap. 13. c* — *Deut. 19. d* — *Cic. de Offi. lib. 2.* — *Prou. 17. c* — *Ioan. 7. c* — *Ioan. 4. c* — *Chryſ. hom. 39. in Ioã. ante med. tom. 3.* — *Ibidem.* — *Ioan. 1. d* — *Ioan. 7. b* — *Chryſ. ibid.* — *Deut. 17. a* — *Ioan. 1. e* — *Ioan. 1. f* — *Prou. 14. a* — *Chryſ. hom. 39. in Ioan. ante mediũ tom. 3.* — *Aug. tract. 23. in Ioã. non longe a princ. to. 9.* — *Pſal. 131. c* — *Aug. ibid. poſt aliqua.* — *2. Pet. 1. d* — *Chryſ. hom. 39. in Ioan. ante mediũ tom. 3.* — *Ioan. 1. g* — *Bern. ſer. de lucer. ard. et lucen. in S. Io. Bapt. hunc natiuit.* — *Chryſ. hom. 39. in Ioã. poſt mediũ tom. 3.* — *Ioan. 15. d* — *Ioan. 14. b* — *Chryſ. ibid. paulo ante.* — *Aug. tract. 23. in Ioã. ante med. tom. 9.*

Digitized by Google

ipsum filium indicat Deus in operibus ipsum esse
Ioan.14. b filium. Ideo infra: Pater in me manens facit opera.
Sed quæritur de hoc, quod ait: *Opera perhibent testimonium, quia pater misit me*, quia prophetæ miracula
fecerunt, et Apostoli similiter: ad vmbram enim Pe-
Act. 5. c tri curabantur infirmi: Ergo opera miraculosa face-
re non probat eum esse filium. Item mali miracula
Mat.7. c.d fecerunt: Multi dicent, in nomine tuo dæmonia eie-
cimus. Et tamen sequitur: Non noui vos: Ergo vt
prius. Et ad istud respondendum, sicut habitum est
ab Augustino: Deus per ipsum filiū, indicat ipsum
per opera, quia manens in eo faciebat opera. Chri-
stus ergo propria potestate et auctoritate opera fa-
Ioan. 1. a ciebat, et sic authentice et imperialiter, quia ipse
Psal.148.a verbum erat, per quod omnia: Dixit enim et facta
Eccli. 8. a sunt: Sermo enim eius potestate plenus est. Alij
autem qui fecerunt miracula, in nomine eius fece-
Differentia runt, et per eius nominis inuocationem. De diffe-
miraculorū rentia vero miraculorum factorum per bonos et
August.83. per malos, Augustinus bene. Et Chrysostomus
quæst.q.79. ait: quòd aliquando in miraculis fuit phantasia,
et li.21.sen etsi dæmones aliquando faciunt, vt decipientes fa-
ten.sent.4. ciant, sed in operibus Christi miraculosis erat et ve-
tom.4. ritas operum, et ad salutem credentium. Et ideo
Chryſ.hom. opera perhibebant testimonium de ipso. Et patet ex
18. in Ioā. dictis humilitas filij, non dedignātis ostendere, quòd
ante medi. opera perhibent testimonium de ipso. Ad eius exem
tom.3. plum membra eius, scilicet electi prouideant, quòd
opera sua sint a patre originata, vt possint dicere illud
Isa. 26. c Isaiæ: Omnia opera nostra operatus es in nobis Do-
mine. Item prouideant vt sint perfecta, et nihil eis
operibus desit, quod debet inesse. Perfectum enim
est vbi nihil est extra. Totum enim est perfectum,
Perfecta idem ait quidam sapiens. Perfecta ergo sunt ope-
opera, quæ ra, quando operans est talis, qualis debet esse: et
sint. quando opera sunt talia, qualia debent esse: Vbi est
Iob 4. a timor tuus, et perfectio viarum: In omnibus perfe-
Eph. 6. c cti estote: Patientia perfectum opus habet. Et alibi:
Iacob.1. a Perficientes sanctificationem. Et talia perhibent te-
2.Cor.7. a stimonium verum: Laudent eā in portis opera eius:
Prou.31.d A fructibus enim eorū cognoscetis eos. Et tales sunt
Mat. 7. c eius discipuli, qui habent testimonium ab operibus
bonis. Et sequitur pars, in qua ducit testimonium
ab ipso patre, ibi: *Et qui misit me pater, testimonium perhibet*, et cetera. Misit, inquam, in incarnatione,
Ioan. 3. b supra: Non misit filium vt iudicet mundum, sed vt
Mat. 3. d saluetur mundus per eum. Et: Hic est filius meus di-
lectus: *Neque vocem eius audiuistis*, quia non aure car-
nali capitur, ait Glossa, sed spiritualiter. Sed: *Neque*
speciem eius vidistis: eo quòd est inuisibilis substantia
diuinitatis, ait eadem Glossa: Non enim videbit me
Exo.33. d homo et viuet: *Et verbum eius*, scilicet, quod erat in
Ioan. 1. a principio: *Non habetis manens*, sed repulistis: Verbum
Isa. 9. b misit Dominus in Iacob, et cecidit in Israel, ideſt, in
videntes Deum per fidem: non enim māsit in Iacob,
Act.14. g ideſt, in Iudæis: Oportebat primum vobis loqui ver
bum Dei, sed quia repellitis: ecce repellimur ad gen
tes. Et hoc ideo est: *Quia quem misit, huic non creditis*,
Mat.21.a sed potius condemnatis. Dixerunt: Hic est heres,
venite occidamus eum. Sed quæritur, qualiter ait:
Deut. 4. b *Neque vocem eius audiuistis*, quia dicitur: Si est gens
talis, quæ audiuit vocem Dei sui. Et ita vocem audie
Chryſ.hom. runt. Item sicut opponit Chrysostomus, Moyses re-
39.in Ioan. spondebat, et Dominus loquebatur. Similiter alij
post medi. prophetę audierunt vocem Domini. Et item multi-
tom.3. pliciter hic falsum dicere videtur. Item dicitur: Ecce
Exo. 19. vox de cælo dicens. Et: Ecce vox de nube dicens, *et*
Mat. 3. d *cetera*. Et ad istud respondet Chrysostomus, dicens,
Mat.17. a quòd nunc in philosophicum dogma inducit eos:
Chryſ.ibid. ostendens, quòd neque vox circa Deum, neque spe-
paulo post. cies, sed superior est vocibus, et loquelis, et figuris:
Et ostendit etiam, quòd neque eius præcepta suscepe
runt, neque leges, ideo ait: *Et verbum non habetis manens*. Ad aliud respondet, quòd licet fuerit facta vox

in Iordane, et in monte: non tamen attenderunt. Et
ideo mittit eos ad scripturas. Et patet hic, quòd incre
duli non audiunt vocem Dei, nec habent verbum
eius manens in eis: Ad tempus enim credunt, et in *Luc. 8. b*
tempore tentationis recedunt. E contrario de bo-
nis, in quibus manet verbum Dei. Infra: Qui ha- *Ioan.14. b*
bet mandata mea, et seruat ea: ille est, qui me dili-
git: Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt il- *Luc.11. d*
lud. Exemplum de beata Matre Dei: Maria conser- *Luc. 2. g*
uabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.
Sed increduli et mali, habent corda fracta, et diui-
sa. Ideo non manet in eis verbum: Cor fatui, quasi *Eccl.21. e*
vas confractum, omnem sapientiam non tenebit.
Et sequitur: Audiet luxuriosus et displicebit ei, et
proijciet illud post tergum suum. Et sequitur ad-
ductio testimonij a scripturis, ibi: *Scrutamini scri-*
pturas. Non tantum legite in superficie, sed scruta-
mini interius penetrando. Vnde Chrysostomus: *Chryſ.hom.*
Non, ait, legite scripturas, sed scrutamini: quia *40.in Ioan.*
enim ea, quæ de ipso dicebantur, scilicet in scri- *prope prin.*
pturis, multa indigebant diligentia, quæ obumbra- *tom.3.*
bantur desuper, propterea cauare eas iubet, vt quę
in profundo iacebant, possent inuenire, et velut
quendam thesaurum in multo profundo. Hæc il-
le: et ibi bene, et multum de hoc. Scrutamini, in-
quam, acumine ingenij, subtilitate studij, diligen-
tia scrutinij, et in lumine fidei, infra: Scrutamini *Ioan. 7. g*
scripturas. Vnde in figura Doctoris: Profunda flu- *Tob. 28. b*
uiorum scrutatus est, ideſt, arcanorum sacræ scri-
pturæ. Scrutari enim est inquirere, inuestigare, Scrutari.
subtiliter inspicere, ait Papias, et Hugo. Studium *Hugo Di-*
instantiam signat operis: scrutinium, diligentiam *daſ. lib. 3.*
meditationis: *Scrutamini ergo scripturas, in quibus pu-* *cap.18.*
tatis, et cetera. Et in hoc ostendens, quòd non mul-
tum fructificabant, a lectione existimantes saluari
fide priuati, ait Chrysostomus: Non enim audito- *Chryſ.hom.*
res legis iusti sunt, sed factores: Littera enim occi- *40.in Ioan.*
dit. Illæ, scilicet scripturæ: *Testimonium perhibent*. *non longe a*
Tam legales: *De me*. Infra eodem: *De me scripsit* *prin.to.3.*
Moyses, tam prophetales: Huic omnes prophetæ *Rom. 2. b*
testimonium perhibent: tam euangelicæ, infra: *2.Cor.3. b*
Et qui vidit, testimonium perhibet. Et tamen li- *Act. 10. g*
cet ita sit: *Non vultis venire ad me*, ideſt, per illas *Ioan.21. d*
scripturas credere in me, vt ait Glossa. Et ita cre-
dere: *Vt vitam habeatis*: *Nam qui credit, habet vi-*
tam æternam. Supra eodem. Sed quæritur, qua-
liter ait: *Scrutamini scripturas*, quæ loquuntur de ip-
so, cum ipse sit maiestas ipsa. Et: Scrutator maie-
statis opprimetur a gloria. Videtur, quòd inconue- *Prou.25. b*
nienter hortatur eos ad scrutinium scripturarum.
Item: Qui dat secretorum scrutatores, quasi non *Isa. 40. e*
sint. Et ita vt prius. Et ad istud respondendum,
quòd est scrutari scripturas, vel spiritu maligno Qualiter
suadente ad decipiendum, vt in hæreticis constat: est scrutari
vel spiritu humano præsumente, vt constat in sa- scripturas.
pientibus mundi, a quibus Deus abscondit secre-
ta scripturarum: vel spiritu diuino reuelante in lu-
mine fidei: Spiritus enim omnia scrutatur etiam *1.Cor.2. c*
profunda Dei: et isto modo sunt scripturæ scrutan-
dæ a fidelibus. Et pater ex dictis scripturarum nobi-
litas, quia de Christo perhibent testimonium. Et pa-
tet earum profunditas, et modi inuestigandi quali-
tas, quæ duo notantur in hoc, quod ait: *Scrutami-*
ni, quia quendam thesaurum continent in profun-
do, vt ait Chrysostomus: Si quæsieris eam, quasi *Chryſ.hom.*
pecuniam, et effodieris sicut thesaurum, tunc in- *40. in Ioā*
telliges timorem Domini. Item patet in alijs vtilitas *non mult.a*
bene vtentibus, quia per illam est venire ad vitam *prin.to.3.*
æternam: Beatus homo qui audit me. Et sequi- *Prou. 2. a*
tur: Qui me inuenerit, inueniet vitam. Et sicut *Prou. 8. d*
tunc fuit de Iudæis, quòd existimabant habere se
vitam in scripturis, et tamen non veniebant ad
Christum, vt haberent vitam æternam passibus
amoris, nec gressibus operis: sic est nunc de ma-

Digitized by Google

Luc. 11. *g* lis doctoribus, de quibus dicitur: Qui tuliſtis clauē ſapientiæ, ipſi non introiſtis, *et cetera*. Et ſequitur illa pars, in qua ipſorum reprehenſio, et eorum obſtinatio, aſſignando cauſas, quare non credebant Chriſto, nec ad eum veniebant, ibi: *Claritatem autem*. Et reprehendit eos de quattuor. Primo, de defectu dilectionis. Secundo, de cæcitate erroris, ibi: *Ego veni*. Tertio, de appetitu gloriæ et honoris, ibi: *Quo modo poteſtis*. Quarto reprehendit de defectu credulitatis, ibi: *Nolite putare*. Ait ergo: *Claritatem non accipio*, quia adduxerat teſtimonia, vt non accipiat ſuſpicionem apud eos, hoc feciſſe amore gloriæ, ſicut continuat Chryſoſtomus: *Claritatem non accipio*. ideſt, non indigeo. Et ponit exemplum a lucernari lumine numquam ſuſcipiet adiectionem: multo magis nec ego indigeo humana gloria: Gloriam meam non quæro: ſed vt vitam habeatis, illa dixi: *Noui autem, quia dilectionem Dei non habetis*. Et ideo in me non creditis, qui ſum miſſus a Deo. Et hoc ideo ait, quia perſequebantur eum, quoniam parem ſe ipſum facie bat Deo, ait Chryſoſtomus, quaſi dicat, non propter Deum hoc facitis, ſed propter gloriam, quam petitis, infra: Quæ audiui ab eo, hæc loquor. Et ſequitur reprehenſio de cæcitate erroris: *Ego veni in nomine patris mei*. Supra: In propria venit: *Et non accepiſtis me*. ſcilicet credendo per fidem. Supra: Sui eum non receperunt: *Sed alius veniet*. ſcilicet Antichriſtus, quē hic ænygmatice oſtendit, ait Chryſoſtomus. *In nomine ſuo*: quia extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus. Sed ſi eſſetis amantes Deum, illum deberetis perſequi, et non me: ait Chryſoſtomus. Et ſequitur illa pars, in qua reprehendit eos de appetitu honoris et gloriæ: *Quo modo poteſtis credere*. Sed quæritur ad euidentiam litteræ, quare appetitus gloriæ humanæ euacuat fidem, ſiue impetit? Et ad iſtud reſpondendum, quòd gloria talis oritur ex ſuperbia. Vt enim ait Gregorius: Radix cuncti mali ſuperbia: Initium omnis peccati ſuperbia. Et de hac virulenta radice proferuntur principalia vitia, ſcilicet inanis gloria, et ſic de alijs. Inanis autem gloria eſt vanum quoddā et volatile, auraq. mobilius, ait Seneca. Et quia credere eſt in humilitate cordis ex diuina gratia: ipſa enim fides redigit intellectum in obſequium Chriſti. Ideo merito ait eis: *Quo modo poteſtis credere*, ſcilicet in Deum, quærendo gloriam eius: Qui gloriatur in Domino glorietur: *Et gloriam ab inuicem accipitis?* Eſt enim gloria iudicium hominum, bene de hominibus opinantium, ait Auguſtinus. Et de hac gloria: Omnis caro fœnum: et omnis gloria eius quaſi flos fœni: Et gloriam quæ a Deo eſt, non quæritis. Cui ſoli gloria attribuenda, et cuius ſolius eſt gloria quærenda: Soli enim Deo honor et gloria. Et: Gloriam meam alteri non dabo. Non eſt ergo gloria quærenda ab homine, ſed a Deo, et hoc velle ex puritate conſcientiæ: Gloria enim veſtra eſt teſtimonium cōſcientiæ noſtræ. Item debet eſſe ex vera cognitione Dei per fidem: Gloriamur in ſpe filiorum Dei. Et: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua. Et ſequitur: Sed in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire et noſſe me. Item eſt gloria quærenda in perfectione pœnitentię: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Item eſt gloria vera et quærenda in aduerſitatis tribulatione propter Deum: Gloriamur in tribulationibus. Non ergo gloria humana vana et falſa eſt quærenda, ſed diuina, gloriando in ipſo, et in ijs quæ ducunt ad ipſum. Et ſequitur vltima pars, in qua reprehendit eos, de defectu rectæ credulitatis: *Nolite putare, quia ego accuſaturus ſim*, et cetera. Vt habitum eſt ſupra, duo aduentus Chriſti. In primo venit ſaluare et remittere. Supra: Non miſit Deus filiū ſuum vt iudicet mundum, ſed vt mundus ſaluetur per eum. Et: Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: *Eſt tamen qui accuſat, Moyſes*, qui ait: Prophetam ſuſcitabo tibi, ſcilicet Ieſum Chriſtum, *et cetera*: *In quo ſperatis*, quia dixerunt diſcipuli ſumus. Infra: *Si enim crederetis Moyſi, et dictis eius: et mihi forſitan crederetis*. Sed quæritur, quare ait: *Forſitan*. Videtur enim dubitare. Et ad iſtud reſpondet Gloſſa. Quòd irriſio eſt, non dubitatio Dei. Vel hoc ait ob libertatem vel facultatem liberi arbitrij eorum. Sicut: Forte verebuntur filium meum: Ille enim, ſcilicet Moyſes: *De me ſcripſit*, vt præmiſſum eſt. *Et ſi illius litteris non creditis*, quæ litteræ de me teſtantur: *Quomodo verbis meis credetis?* quaſi dicat nullo modo, vt enim ait Chryſoſtomus, quia ſcripturæ terrebant eos, legiſlatorem accuſare eos inſtituit. Et patet Sapientia Saluatoris, prout ait Chryſoſtomus: Sicut admirantes Ioannem, oſtendit eos eſſe illius contemptores, ita exiſtimantes credere Moyſi, oſtendit diſcredentes, et ſemper in caput eorum conuertit, quæcunque exiſtimabant pro ipſis promittere. Hæc ille. Item quærit Chryſoſtomus: Quare non reſponderunt, nec interrogauerunt, ſicut infra: Reſpondet, quòd quia viderunt ſe conuictos, ſicut infra: Exiuit vnus poſt alterum. Malitia enim aliquando manet, proprium venenum obſeruans, vt ait ibidem. Sed quæritur de hoc, quod ait: *Non ſum accuſaturus vos*. Ex quo omne iudicium datum eſt ſibi. Et ipſe iudex et teſtis. Ergo ipſe eſt accuſaturus illos. Et ad iſtud reſpondendum, ſicut tactum eſt, quòd quantum eſt ex parte ſua, et ex intentione ſua, in primo aduentu ipſe venit ſaluare, non iudicare, condonare, non condemnare. Vnde Gloſſa: Sanguis Chriſti neminem accuſat, ſed clamat veniam. Increduli tamen et impœnitentes ex malitia eorum, ſicut ex cauſa ſua, merito accuſabuntur a filio Dei: Eſuriui et non dediſtis mihi manducare. Et ſequitur: Ite maledicti in ignem æternū. Item quæritur de argumento, quod facit in littera: *Si non creditis*, dictis Moyſis, nec verbis meis: Videtur quòd non ſequitur, quia ipſe maior Moyſe. Sed non ſequitur, non credidiſtis minori, ergo nec dictis maioris. Et ad iſtud reſpondendum, quòd quantum ad opinionem eorum et ſuſpicionem, Moyſes erat maior. Et ideo quantum ad opinionem eorum arguit. Et notandum, quòd increduli et peccatores accuſantur a multis, ſcilicet a ſcripturis, quibus non crediderunt, vt hic. Et: Habent Moyſen, et prophetas, audiant illos. Item accuſantur a creaturis, quibus abuſi ſunt: Lapis de pariete clamabit. Et: Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Item accuſantur a malitijs, contra quas egerunt: Teſtimonium reddente illis conſcientia. Item accuſantur ab alijs pœnitentibus, qui facilius pœnituerunt: Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, et condemnabunt eam. Item accuſantur a iuſtis, qui eis prædicauerunt, vel exempla bona dederunt: Sedebitis iudicantes tribus Iſrael, quia vobis credentibus non crediderunt. Vnde Auguſtinus: Tot iudicibus inops aſtabo, quot me in bono opere præceſſerunt: tot arguentibus conuincar, quot mihi præbuerunt bene viuendi exempla: tot conuincar teſtibus, quot me mouerunt proficuis ſermonibus, ſeq. imitandos iuſtis dederunt operibus. Hæc ille. Item accuſantur a Deo creditore, quem offenderunt: Ero iudex et iuſtus. Et: Ero teſtis velox. In Pſalmo: Arguam et ſtatuam contra faciem tuam. Et ob accuſantes merito dicitur: Inſtauras contra me teſtes tuos.

Reprehenſio de quattuor.

Chryſ. hom. 40. in Ioā. ante med. tom. 3.

Ioan. 8. *f*

Chryſ. ibid. paulo poſt.

Ioan. 8. *d*

Ioan. 1. *b*

Ibidem. a

Chryſ. ibid. poſt pauca.

2. Theſ. 2. b

Superbiæ reprehenſio.

Greg. Mor. li. 31. c. 17. poſt mediū.

Eccl. 10. *b*

Inanis gloria quid ſit.

2. Cor. 10. *b*

2. Cor. 10. *d*

Gloria quid ſit.

Aug. de Ciuit. Dei. li. 5. cap. 12. circa med. tom. 5.

Iſai. 40. *b*

1. Thi. 1. *d*

Iſa. 42. *b*

2. Cor. 1. *c*

Rom. 5. *a*

Hiere. 9. *d*

Gal. vlt. d

Rom. 5. *a*

Ioan. 3. *b*

1. Ioan. 2. *a*

Deut. 18. *d*

Luc. 16. *g*

Abac. 2. *e*

Sap. 5. *d*

Rom. 2. *c*

Mat. 12. *f*

Luc. 11. *a*

Mat. 19. *d*

Aug. medit. ſer. li. vnic. c. 4. tom. 9.

Hiere. 29. *f*

Malac. 3. *d*

Pſal. 49. *d*

Iob 10. *e*

Mat. 25. *f*

Ibidem.

Mat. 21. *f*

Chryſ. hom. 40. in Ioā. poſt mediū. tom. 3.

Ibid. poſt.

Ibid. paulo poſt.

Ioan. 8. *b*

Chryſ. ibid.

CAPVT SEXTVM.

POST HÆC abiit Ieſus trans mare Galilææ, et cetera. Præmiſſo miraculo de curatione paralytici, et confutata calumnia Iudæorum, et manifeſtata veritate de diuinitate et humanitate filij Dei: hic de tranſitu Saluatoris trans mare Galilææ, et de miraculo, de multiplicatione

Digitized by Google

Continuatio.

Diuisio.

tione panum et de veritate doctrinæ circa cibum saluificum, qui est in carne et sanguine ipsius. Vnde superius manifestauit se auctorem vitæ, hic manifestat se eiusdem esse conseruatorem, collatione cibi corporalis et spiritualis. Et istud capitulum in duas partes. Primo, narrat de multiplicatione miraculosa panũ, quibus sustentatur homo exterior. Secundo, hortatur ad desiderium et inquisitionem cibi saluifici, in sumptione carnis suæ et sanguinis: quo cibo sustentatur homo interior: *Altera die*. Prima in tres. Primo, antecedentium miraculorum præmissio. Secundo, miraculi operatio, ibi: *Accepit Iesus panem*. Tertio, consequentium subiunctio, ibi: *Illi ergo homines*. In prima, quattuor. Primo sui transitus et ascensus in montem, specificatio. Secundo, multitudinis sequentis deprehensio, et Saluatoris inquisitio, ibi: *Cum subleuasset*. Tertio, discipulorum responsio, ibi: *Respondit ei Philippus*. Quarto, Saluatoris de discumbendo præscriptio, ibi: *Dicit ergo Iesus*. Ait ergo: *Posthac*, ait Glossa, interfecto Ioanne voluit dignitatem suam per miracula ostendere: *Abijt trans mare*, quod mare

Stagnũ Genezareth.

dicitur stagnum Genezareth, modo Hæbreorũ, qui

Tyberiadis.

collectiones aquarum vocant maria. Erat enim magna quædam fluctio Iordanis, et dicebatur Tyberiadis, quia vicinum illi ciuitati, quæ dicebatur Tyberias, quæ fuerat constructa in honorẽ Tyberij Cæsaris: *Et sequebatur eum multitudo magna*, non plena fide, sed: *Quia videbant signa*: eo quòd multos sanauerat, ait Glossa. Vt enim ait Chrysostomus: Nõ enim firmæ mentis erat assequutio propter signa: quia signa data sunt infidelibus. Sed quæritur, quare non specificat hic signa? Et ad hoc Chrysostomus: Quòd plus huius libri, ideſt, maior pars est in sermonibus ad plebem, ideſt, prædicationibus. Nihil enim plus edocuit de miraculis in paschate; nisi quòd paralyticum curaret, nec in anno integro, nisi præmissa miracula: non enim student vniuersa miracula annunciare: quia non erat possibile. Hæc ille. Et ex his patet, quòd Ioannes euangelista plus studuit enarrare veritatẽ doctrinæ Iesu Christi, quàm miracula nunciare: *Abijt ergo in montem Iesus*. Sed quare cum doctrina debet esse communis, et doctor sit debitor sapientibus et insipientibus? Ex quo sequebatur multitudo, videtur quòd non debuisset in montem ascẽdisse, dimittendo multitudinem. Et ad hoc respondet. Quòd hæc fuit accusatio multitudinis, eum nõ sequentis, non tamen huius gratia hoc fecit, sed erudiens nos a tumultibus et a turbatione, quæ est in me

Solitudo apta ad philosophiam.

dio, scilicet populi, quiescere: apta enim ad philosophiam solitudo. Vnde et sæpe ascendit in montem: Ascendit in montem solus orare: *Et sedebat cum discipulis*. Non simpliciter, ideſt, inaniter sẽdebat, sed fortasse diligenter loquens ad eos, docens, aut conuertens eos ad se ipsum, ait Chrysostomus: Ascendens in montem docebat eos, *et cetera*. Et si quæratur, quo ordine sedebant, vel quo modo. Respondet Chrysostomus, quòd maxime est hinc discere humilitatem, et condescensionem, quæ erat ad illos. Confiderabant enim cum eo fortassis ad inuicem videntes, scilicet circulariter siue in corona: *Erat autem proximum Paschæ*. Sed quæritur, cum esset præceptũ legis ascendere in Hierosolymam in paschate, quare hinc non ascendit? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd quiescibiliter exoluebat legem, sumens occasionem a nequitia Iudaica. Ex hoc ergo insinuabat solutionem legis, quantum ad cæremonias. Et patet ex glossa mysterium. Per mare enim turbatio

Mare quid significat.

Galilæa qd significat.

sæculi significatur: per Galilæam, quæ rota interpretatur, vel volubilis, signatur voluptas. De hoc mari ait propheta: Hoc mare magnum et spatiosum: Quis concluſit ostijs mare. Ibi Gregorius: Quid est mare, nisi cor nostrum furore turbidum, rixis amarum, elatione superbiæ tumidum, fraude malitiæ obscurum. Trans istud mare transit Dominus, illud calcans, non in eo quiescens: Ambulans super mare, ideſt, transiens, non in eo quiescens: Impij enim quasi mare feruens. In hoc enim mari non sedet Dominus, sed transit: Mare dicit non est meum, scilicet sapientia diuina, quæ est filius Dei. Mare enim est inquieta amaritudo sæcularium mentium, ait Gregorius. Quod vero abijt in montem cum discipulis figura et moralis instructio suis membris, et electis, quòd debent ascendere ab inferioribus ad superiora, secundum Glossam. Vnde Chrysostomus: Mõtem ascendit solus aliquando, et pernoctat et orat docens: quoniam enim qui maxime ad eum vadit ab omni eripi oportet turbatione, et locum a tumultu purum inquirere. Infra: Perrexit in montem Olueti, et diluculo iterum venit in templum. Et ibi de monte et de eius proprietatibus, et ideo conuenienter subdit hic: *Erat proximum Pascha*. Pascha enim

Pascha, qd.

est transitus, et signat quòd Iudæi, ideſt, confitentes debent transire et facere diem festum Deo. Vt enim ait Augustinus: Pascha est transitus a diabolo ad Christum, ab instabili sæculo ad fundatissimum regnum. Tale est pascha verorum Iudæorum. Infra: Iesus ante sex dies paschæ. Ibi de hoc, et tale pascha debet esse: *Dies festus*, scilicet vacando Deo, infra: Die festo mediante ascendit Iesus in templum: ibi et de die festo, quomodo est vacandum Deo. Et sequitur secunda particula: *Cum subleuasset oculos Iesus*. Et in hoc signatur beneuola pietas ipsius ad subueniendum. Re-

Pietas Christi ad subueniendum.

gis enim vel Imperatoris est, siue patrisfamilias tenere oculos ad circunspiciendum populum sequentem, et illius misereri, et ei subuenire: Exiens vidit turbã multam, et misertus est eius: *Dicit ad Philippum: Vnde ememus*. Quæritur, qualiter ait: *Dicit ad Philippum*, ideſt, quia alij euangelistæ narrant eum locutum esse ad discipulos, sicut Matthæus. Et ad illud respondet Chrysostomus: vtraque esse vera, sed non ijsdem temporibus, et illa quæ dicunt alij Euangelistæ esse antiquiora isto. Et secundum ipsum, istud miraculum videtur esse aliud ab illo. Licet secundum Augustinum et alios sanctos videatur esse idem. Sed quæritur, quare interrogat Philippum magis, quàm alium. Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd nouit, quis discipulorũ magis indigebat doctrina, qualis fuit Philippus, vt patet infra. Vbi ait Philippus: Ostende nobis patrem: *Vnde ememus panem*, et cetera: *Hoc enim dicebat tentans eum*. Sed quæritur, quare hoc quæsiuit ab eo. Videtur quòd debuisset absque mora miraculum feciſſe. Et ad istud respõdet Chrysostomus, quòd si simpliciter fuisset factum signum, non appareret esse miraculum, ideo cognouit confiteri inopiam, vt certius discat miraculi magnitudinem. Sic fecit Moysi, non fecit signum, antequam dixit Moysi: *Quid habes in manu?* Vt ex concessione et facto stupore memoriam eorum non abijceret. *Tentans eum*. Opponit Chrysostomus: Quid est tentans eum, non enim ignorabat, quod debebat facere.

Cur Deus tentet.

Et respondet, quòd illud dictum est humane, sicut cum dicitur: Deus scrutatur corda hominum, non enim ostendit ignorantiæ scrutationem, sed certissimæ cognitionis notitiam. Ita dicitur: Deus tentauit Abraam: Et sic: *Tentans eum*, quoniam approbationem, ideſt, attentiorem operabatur per talem interrogationem inducens in veram sui cognitionem. Et ideo vt non crederetur, quod hoc ait ex infirmitate, ait euangelista: *Ipse sciebat quid esset facturus*. Ait enim idem Chrysostomus. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita. Est enim tentatio deceptionis: et est tentatio probationis, ait Augustinus. Prima: Neminem tentat Deus. Secunda: Tentat non vt ignorans, sed ad bonum eius qui tentatur, vt ille sibi innotescat, vel veritates eius alijs pateant. Sic enim dicitur: Tentauit Abraam. Et de hoc Augustinus: Quod autem ait: *Cum subleuasset oculos*. Mysterium est, secundũ Glossam.

Mat. 14. c
Isai. 57. d
Iob 28. h
Greg. Mor. li. 18. c. 25. *ante med.*
Chryſ. hom. 41. *in Ioan. ante med. tom.* 3.
Ioan. 8. a
Aug. tract. 15. *in Ioã. non longe a prin. to.* 9.
Ioan. 12. a
Ioan. 7. b
Mat. 14. d
Mat. 14. c
Chryſ. hom. 41. *in Ioã. ante med. tom.* 3.
Aug. de con cord. Euãg. lib. 2. c. 46. *tom.* 4.
Chryſ. hom. 41. *in Ioã. ante med. tom.* 3.
Ioan. 14. a
Exod. 4. a
Chryſ. ibid. poſt.
Rom. 8. e
Gen. 22. a
Chryſ. ibid.
Ecclꝛ. 22. d
Aug. tract. 43. *in Ioã. ante med. tom.* 9.
Iac. 1. b
Gen. 22. a
Aug. de Ciuit. Dei. li. 1. c. 21. *et li.* 16. c. 32. *tom.* 5.
Rom. 1. b
Mat. 14. c
Chryſ. ibid. poſt.
Mat. 5. a
Chryſ. ibid.
Exod. 33. *et ſeq. a. b*
Chryſ. ibid.
Pſal. 103. c
Iob 38. a
Greg. Mor. lib. 28. c. 9. *poſt mediũ.*

Digitized by Google

Zach. 3. a ſam. Oculi Dei ſunt ſua dona: Super lapidē vnum ſeptem oculi. Quod exponit Gregorius de ſeptem donis in Chriſto. Hos oculos ſubleuat Dominus, quando miſeretur et diſtribuit dona ſua: Oculi eius in pauperem reſpiciunt, ideſt, dona dicta in pauperem diriguntur: Reſpexit Deus in terram, et impleuit eam bonis ſuis. Philippus os lampadis ſecundum Gloſſam, gerit figuram prædicatorum, qui debent ſimiliter diſcere a maioribus, quæ neſciunt: et quia erudiuntur, quod nihil eſt Deo impoſſibile, prout dicitur in Gloſſa: Interroga patrem tuum, et annunciabit tibi. Et ſequitur tertium, reſponſio diſcipulorum. Et primo Philippi. Secundo Andreæ: *Dicit ei vnus.* Ait ergo: *Reſpondit ei Philippus: Ducentorum denariorum*, quaſi dicat: magna eſt multitudo, et precium tot denariorum non ſufficeret. Sed quæritur, qualiter ait hoc, quia denarios non habebant. Reſpondendum, quòd mulieres ſanctæ circuibant cum Domino, et cum diſcipulis, et miniſtrabant eis de ſuis facultatibus. De hoc infra: vbi dicitur de Iuda, quòd loculos habebat. Vel forte hoc ait, non quia ipſi debebant emere panes, ſed panes empti tot denarijs non ſufficiebant: Dimitte turbas, vt euntes in caſtella, emant ſibi panes. Et ſequitur reſponſio Andreæ: *Dixit autem vnus ex diſcipulis*, et cetera: *Eſt hic puer vnus*, et cetera: vt ait Chryſoſtomus. Aſt iſte excelſiór Philippo, non tamen ad omne, ideſt, ad perfectum venit: exiſtimo autem eum audientem miracula prophetarum, ſicut miraculum, quod fecit Eliſæus de multiplicatione panum, hoc dixiſſe; *Quinque panes hordeaceos*, vt ait Chryſoſtomus: Attendamus, quę comedebant mirabiles viri illi, et magni, et quantitatem eorum, quæ inferebant, et vilitatem menſæ eorum videamus, *et cetera*. Non enim niſi quinque panes, et illi erant hordeacei, et vnus puer eos portabat: *Sed hæc, quid ſunt inter tantos*: Vt ait Chryſoſtomus, hoc fuit imbecillitatis: æſtimabat, quoniam a paucioribus pauciora, et a pluribus plura debebat facere, qui mirificabat, et quod non fuit æque facile facere a paucioribus atque a pluribus. Hæc ille. Sed quæritur, qualiter ait hic, quòd Philippus ait: *Ducentorum denariorum*, et cetera. Cum dicatur, quòd diſcipuli dixerint: Euntes emamus panes, *et cetera?* Et ad iſtud reſpondendum, vel quòd non fuerit idem miraculum, hic et ibi, vt videtur ſecundum Chryſoſtomum, vel ſi fuit idem ſecundum regulam Auguſtini, et ſecundum Chryſoſtomum, quod vnus euangeliſta aliquando omittit, alius narrat. Et e contrario. Secundum Auguſtinum vero: Iſti quinque panes ſunt quinque libri Moyſis, et hi hordeacei: vix enim peruenitur ad medullam hordei, qualis eſt littera veteris Teſtamēti, veſtita tegminibus carnalibus ſacramentorum. Puer autem fuit in figura Iudaicus populus: Duo piſces, ſignificabant duos principatus ſublimes, ſcilicet Reges et Sacerdotes. Et de his in Gloſſa. Per ducentos denarios duplex perfectio, ſcilicet ſcientiæ et operationis, quibus emuntur panes veritatis: Veritatem eme. Et ſequitur quarta pars, in qua præceptio Saluatoris, ibi: *Dicit Ieſus: facite homines diſcumbere*. Et in hoc ſuſcitauit mentem diſcipulorum et in ſpem erexit, ait Chryſoſtomus: *Erat autem fœnum*, quod ſubdit ad inſinuādam loci idoneitatem: *Diſcubuerunt ergo*. Obedierūt enim et non tumultuati, ait Chryſoſtomus. Sed cum dicatur: Quòd dixerunt diſcipuli; qualiter ait hic, quòd vnus tantum ſcilicet Philippus reſpondit? Ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd in initio diſcrediderunt, hic cum deſiderio recumbere fecerunt. Et ſic videtur innuere, quòd iſtud miraculum non fuit idem cum illo, quod narrant alij Euangeliſtæ, et tunc Philippus et Andreas locuti ſunt. Per fœnum enim ſignatur litteralis ſecundum Gloſſam. Fœnum enim dicitur multipliciter, vel apparens fragilitas carnis: Omnis caro fœnum. Vel dicitur fœnum voluptas carnalis: Fœnum quaſi bos comedet, ſcilicet Behemoth. Vel fœnum dicitur infectio culpæ venialis: Superædificat ligna, fœnum et ſtipulam. Vel fœnum dicitur doctrina legalis. De qua hic in figura. Et in Pſalmo: Producens fœnum iumentis. Vel fœnum dicitur nouiter pœnitens et fragilis in fide: Præceptum eſt illis, ne læderent fœnum terrę. Vel fœnum dicitur odorifera cogitatio cordis, vel affectio: Collecta ſunt fœna de montibus. Et ſequitur ea pars, in qua ipſum miraculum et multiplicatio panum. Et ibi duo. Primo, ipſa multiplicatio. Secundo, fragmentorum collectio, et in hoc miraculi manifeſtatio, ibi: *Dixit diſcipulis ſuis*. Ait ergo: *Accepit ergo Ieſus panes, et cum gratias egiſſet*. Sed quæritur cum eſſet filius Dei, ad quid ſic gratias egit? Item quando ſanauit paralyticum non orauit. Supra: Quare ergo hic ſic egit gratias? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd in panibus hoc facit, oſtendens, quoniam eos, qui comeſtionem incipiunt, gratias agere Deo oportet. Vnde Apoſtolus: Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud aliquid agitis, *et cetera*: In gloriam Dei facite. Vel aliter: hoc ideo fecit, quoniam turba multa erat præſens, oportebat ſuaderi, quoniam ſecundum Dei voluntatem aduenerat, et quoniam non vt oppoſitus Deo faciebat: *Et diſtribuit*, per Apoſtolos, ait Gloſſa: *Vt autem impleti ſunt*. Et in hoc notatur, quòd cum abundantia operatus eſt miraculū: *Dixit diſcipulis ſuis: Colligite*. Sed quæritur, ad quid hoc præcepit: quia alibi præcepit, ne miracula ſua publicarentur. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Chryſoſtomum, quòd ideo hoc præcepit, vt non phantaſiam æſtimarent eſſe, quod factum eſt, ſed ſcilicet veros panes. Et ideo præcepit diſcipulis, quoniam hos maxime erudire volebat, qui debebāt magiſtri orbis terrarum eſſe: *Duodecim cophinos*. Sed quęritur, quare tot? Reſpondet Chryſoſtomus, vt eſſent pares numero diſcipulorum. Et in hoc patet diligentia, quoniam neque plus, neque minus fecit, ſed tantum quantum volebat. Et ex hoc patet iuſta eorum condemnatio, qui non recolunt iſtud, nec de cophinis, prout ait Saluator. Secundum Auguſtinum vero fragmenta, quę non potuit populus comedere, ſignāt quædam ſecreta intelligentiæ, quæ non potuit multitudo capere. Et ideo non reſtat, niſi vt credantur illis, qui idonei ſunt, alios docere, quales erant Apoſtoli, de quibus: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: ceteris, in parabolis. Sed quæritur, cum eſſet ſignum amoris potentiæ: creare panes de nihilo, quàm ſic multiplicare: videtur quòd debuiſſet panes de nihilo creaſſe. Item hic panes multiplicauit, ſed poſt reſurrectionem, videtur piſcem de nihilo feciſſe: Videntes ſuper prunas piſcem. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Chryſoſtomū: Quòd ideo ex ſubiecta materia panes hic condidit, vt non exiſtiment eſſe phantaſiam: item vt ora hæreticorum obſtrueret, qui dicunt res viſibiles non eſſe a vero Deo, ſed a mala virtute. Non ergo indigebat ſubiecta materia, ſed ne creaturæ videantur eſſe alienæ ab eius ſapientia, ſicut dicunt hæretici. Qualiter autem panes fuerunt multiplicati Auguſtinus bene. Poteſtas, inquit, erat in manibus Chriſti, panes illi erant quaſi ſemina, non quidem terræ mandata, ſed ab eo, qui terram fecit, multiplicata. Et ibi bene, quòd maius miraculum eſt gubernatio mundi, quàm ſaturatio quinque milium de quinque panibus. Sed miracula Dei aſſiduitate viluerunt. De ſex enim operibus Dei, quorum primum eſt creationis ſcilicet de nihilo, ſecundum ſubſtantiam in maius, nec non et de alijs conſequentibus. Hugo bene: Multiplicatio ergo panum fuit ſine creatione, et extrinſecæ rei appoſitione. Nec tamen fuit extenſio materiæ, ſicut eſt per virtutem agentis naturalis, ſed vt crementum panum et multiplicatio in materia et forma ſimul. Nec eſt ad plenum inuenire ſimile in natura: tale eſt enim opus

Ecclꝛ. 16. d Philippus.
Deut. 32. d
Ioan. 13. c
Mat. 14. b
4. Reg. 4. g
Chryſ. hom. 41. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ibid. paulo poſt.
Mat. 6. e
Aug. de cōſenſ. Euang. lib. 2. c. 46. circa med. tom. 4.
Chryſ. hom. 1. in Mat. ante med. tom. 2.
Aug. tract. 24. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.
Quinque panes quid.
Prou. 23. c
Chryſ. hom. 41. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ibidem.
Mat. 14. c
Chryſ. ibid. multo ant.
Fœnū quid.
Iſai. 40. b
Iob 40. b
1. Cor. 3. c
Pſal. 103. b
Apoc. 9. a
Prou. 28. d
Ioan. 5. b
Chryſ. hom. 41. in Ioan. circa med. tom. 3.
1. Cor. 10. g
Mat. 9. d
Chryſ. ibid. paulo poſt.
Ibidem.
Diligentia Saluatoris.
Mat. 16. b
Aug. tract. 24. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.
Fragmenta quid ſignificant.
Luc. 8. b
Ioan. 21. b
Chryſ. hom. 41. in Ioā. poſt mediū. tom. 3.
Hæretici cōfutati.
Aug. tract. 24. in Ioā. ante med. tom. 9.
Miracula Dei aſſiduitate viluerunt.
Hugo de ſacram. lib. 1. par. 6. c. 27.

Digitized by Google

Ibid. post med. opus Dei ſolius, ſecundum Hugonem. Et de his panibus in collatione prædicabili. Et ſequitur illa pars, in qua narrantur conſequentia miraculum. Et ibi quattuor. Quorum primum eſt, a populo miraculi commendatio, et facientis præconizatio. Secũdum, Domini abſconſio, ibi: *Ieſus ergo.* Tertium, diſcipulorum deſcenſio ad mare, et trepidatio, ibi: *Vt autem ſero factum.* Quartum, ſui aduentus a Saluatore denunciatio, et timoris dehortatio, ibi: *Illi autem dixit eis.* Ait ergo: *Illi ergo homines cum vidiſſent ſignum.*

Chryſ. hom. 41. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3. Vnde Chryſoſtomus: Gaſtrimargiæ ſuperabundantia infinita mirabiliora his operatus eſt, et nunquam confeſſi ſunt ſic, niſi quando impleti ſunt. Ideo dicebant: *Hic eſt vere propheta.* Et ſecundum Græcos ponitur cum articulo ſcilicet ὁ propheta. Ex quo patet, quòd prophetam præcipuum expectabant promiſſum. Et ſubditur ſecundum: *Ieſus autem cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum,* et cetera.

Deut. 18. c

Chryſ. ibid. Ex hoc patet, vt ait Chryſoſtomus, quanta eſt gaſtrimargiæ, tyrannis, non vltra eſt eis ſabbati tranſgreſſionis cura, non vltra ſolantur pro Deo, ſed omnia eiecta ſunt, repleto eius ventre. Tunc enim et propheta erat apud eos, et Regem inthronizare debebant: vere enim ſplendidum in panibus benedicent labia multorum: *Fugit in montem.* Sed quæritur, ad quid fugit, nam ſi vellet, non poſſent eum tenere, vt ait Auguſtinus. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd Chriſtus fugit, erudiens nos mundanas contemnere dignitates, et oſtendens, quòd nullo indiget eorum, quæ in terra ſunt, qui omnia vilia elegit. Et ibi bene de hoc. Infra: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Et de hoc Auguſtinus inultum. Ipſe erat Rex, ſed non talis, qui ab hominibus fieret, ſed talis, qui hominibus regnum daret. Item hoc figurabat, quòd oportebat primum ipſum crucifigi. Et ibi bene de hoc. Et patet hic exemplum diſcipulis Chriſti de cotemnendis dignitatibus. Vnde Chryſoſtomus: Fugit Chriſtus, erudiens nos contemnere ea, quæ ſunt hic, et futura amare, et honorem, qui ab hominibus ſunt, non concupiſcere. Si vis, inquit, gloriam concupiſcere, concupiſce gloriã, ſed immortalem. Et ibi multum de hoc: Noli quærere ab homine ducatum, *et cetera.* Vnde Gregorius: Virtutibus pollens ad regnum coactus veniat. Virtutibus vacuis, nec coactus accedat. Et ſequitur tertia particula, ibi: *Vt autem ſero factum eſt,* quæ erat hora hoſpitandi: *Deſcenderunt diſcipuli ad mare,* ſcilicet vt tranſirent: *Venerunt in Capharnaum,* ideſt, venire cæperunt: tranſitus enim notatur et non peruentio: *Et tenebræ factæ erant,* vt ait Gloſſa. Exponit, quid venientibus contingat. Et hoc merito: *Quia nondum venerat ad eos Chriſtus: Mare autem magno vento flante exſurgebat.* Et ipſi tunc turbabantur multis de cauſis, ſecundum Chryſoſtomum: a tempore, quia erat tenebroſitas: ab hieme, ideſt, tempeſtate, quia mare erigebatur: et a loco, quia non prope terram. Vnde ſequitur: *Cum remigaſſent, quaſi ſtadia viginti-quinque aut triginta,* quod ait, quia non eſt facilis æſtimatio ſtadiorum in mari. Vnde Auguſtinus: Hoc eſt ſcilicet dictum æſtimantis, non affirmantis: *Videbant Ieſum ambulantem.* Putauerunt tamen phantaſma eſſe: *Et ideo timuerunt.* Secundum Chryſoſtomum, ipſe in montem aſcenderat, et ipſi relicti expectauerunt vſque ad veſperam, putantes eum eſſe venturum: Facta autem veſpera non vltra ſuſtinuerunt, ſed ab amore igniti aſcenderunt in nauem, nec dixerunt, veſpera eſt, nox aſſumpſit, locus periculoſus, fallax tempus: tantus enim amor eos detinebat, ideo veniebant Capharnaum, exiſtimantes eum ibi eſſe. Sed quare apparuit eis in mari? Et ad hoc reſpõdet Chryſoſtomus: Quòd ſicut in doctrina non cum turba omnia audiebant, ſed quædam ſegregatim: ita et in ſignis non cum multitudine omnia videbant, ſed ſeparatim. Secundum Auguſtinum vero, quando dixit: *Venerunt Capharnaum.* Tunc dicit, quòd poſtea factum eſt, et redit poſtea, vt exponat, quod dictũ eſt. Exponitq. ſimiliter quid acciderit: quamobrẽ tenebræ factæ ſunt, dum nauigarent per ſtagnum ad eum locum, quo dixit eos veniſſe. Myſterium vero dictorum patet, vt enim ait Auguſtinus: Merito tenebræ vbi lux aberat, ſcilicet Ieſus Chriſtus, qui eſt lux vera illuminans omnem hominem, ſupra. Et dicitur: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Per mare mundus ſignatur, vt dictum eſt: per nauem in quam deſcendunt diſcipuli, Eccleſia ſignatur, quæ eſt nauis inſtitoris: Nauicula in medio maris iactabatur. Sed mare ſemper ſurgit et turbatur, ideſt, mundus, niſi Chriſtus fuerit præſens ad tranquillitandum et ſuccurrendum. Infra: In me pacem habebitis, in mundo preſſuram. Ipſe enim ambulat ſuper mare, mundum calcans et ſub pedibus domãs, et ſuos eripiens: Venit ambulans ſuper mare, *et cetera.* De myſterio vero ſtadiorum vigintiquinque vel triginta, Auguſtinus: Et eſt in Gloſſa. Et ſequitur quarta particula, ſcilicet aduentus Domini denunciatio, et timoris dehortatio: *Ille autem dixit eis: Ego ſum.* In quo notatur ſua immutabilis æternitas. Vnde verbum in principio: Antequam Abraam fieret, ego ſum: *Nolite timere.* Et merito non eſt timendum, ubi adeſt Ieſus, qui eſt virtus portans omnia. Et qui eſt bonitas, communicans omnia profutura: Venerunt mihi pariter omnia bona cum illa. Et qui eſt ipſa ſapientia, ſciens omnia, quæ ſunt neceſſaria confidentibus in ipſum. Ideo dicitur: Stemus ſimul, quis eſt aduerſarius meus? Et propterea: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Vnde Chryſoſtomus poſt verbum iſtud: *Ego ſum,* formidationem abiecit ab anima eorum: *Voluerunt ergo accipere,* ſcilicet agnoſcentes et gaudentes: Et ſtatim nauis fuit ad terram, ad oſtendendam ſuam omnipotentiam, quia non indigebat naue, ſed potius portabat nauem: Qui eſt virtus portans omnia. Quærunt autem aliqui. Quando Chriſtus ambulabat ſuper mare, ex qua parte fuit miraculum, vel ex parte corporis ſuperincedentis, vel ex parte aquæ ſupportantis et calcabilem ſe exhibentis. Vnde cum hoc quæritur: an virtute ſua creata potuit calcare vndas maris? Et videtur quòd non: quia ſuum corpus erat mixtũ, et ita naturaliter ponderoſum. Ad contrarium obijcitur, quòd exiuit de vtero Virginis glorioſæ clauſo: multo magis potuit incedere ſuper aquas, eaſq. calcare. Et ad iſtud reſpondetur ſecundum quoſdam, quòd Chriſtus aſſumpſit actum iſtius dotis, quæ eſt agilitas, ambulando ſuper mare, ſicut actum claritatis in tranſfiguratione. Secundum alios vero diuina virtute ferebatur ſuper aquas. Ex quo enim erat verus homo, et carnem veram aſſumpſerat, in carne faciebat, quæ erant ſuper naturam carnis. Vt enim ait Chryſoſtomus: Manens enim ita in propria natura mare, ſic ferebat dominatorem ſupra dorſum: atteſtans ei, qui dicit: Ambulans ſuper mare. Myſterium autem patet ex dictis: per nauem enim pœnitentiam, qua nauigamus ad terram, ideſt, ad ſolitudinem regni cæleſtis. Pœnitentia enim ſecunda tabula poſt naufragium, ait Hieronymus. Vnde notandum, quòd nauis dicitur multipliciter. Vel ipſa Eccleſia, in figura; Aſcendit Ieſus in nauiculam. Super quod Gregorius. Quid per nauiculam Petri niſi Eccleſia deſignatur? Item nauis dicitur anima virtuoſa nauigans in cælum: Facta eſt quaſi nauis inſtitoris. Et hæc debet eſſe talis, qualis eſt nauis bona. Vt enim ait Seneca: Nauis bona dicitur, non quæ precioſis coloribus picta eſt, ſed quæ ſtabilis et firma et iuncturis aquam excludentibus ſpiſſa, ad ferendum incurſum maris ſolida, gubernaculo parens, velox et non ſentiens ventum. Hæc ille. Illa ergo anima eſt nauis bona, quæ eſt talis ſpiritualiter, et illa poteſt tranſire mare huius ſæculi. In Pſalmo: Illic naues

Ibidem.
Ioan. 1. a
Eph. 5. b
Prou. 31. b
Mat. 4. b
Ioan. 16. g
Mat. 14. c
Aug. loco citato.
Immutabilis æternitas Dei.
Ioan. 8. g
Heb. 1. a
Sap. 7. b
Iſai. 50. c
Pſal. 117. a
Chryſ. hom. 42. in Ioan. ante med. tom. 3.
Hebr. 1. a
Ma. 17. a. b
Chryſ. ibid. poſt mediũ.
Mat. 14. c
Nauis quid ſignet.
Hieron. ep. 8. ad Demetr. paulo ante medium. to. 1.
Nauis dicitur multipliciter.
Luc. 5. a
Greg. Mor. li. 17. c. 14. ante med.
Prou. 31. b
Pſal. 103. c

Digitized by Google

lic naues pertranſibunt. Itē nauis dicitur baptiſmus, et baptizatus dicitur nauis, et mare dicitur ſæculum, *Pſal.* 106. *b* ait Auguſtinus in Pſalmo: Qui deſcendunt mare in nauibus. Item pœnitentia dicitur nauis, vt dictum *Gen.* 49. *b* eſt: In figura Zabulon in ſtatione nauium pertingēs. Item nauis hæc vita, vt ait Auguſtinus: Vita iſta eſt quaſi nauis magna, portans fluctuationes, procellis et tempeſtatibus ſubiacens, cauens naufragium, ſuſ- *Ion.* 1. *h* ſpirans in portum: Periclitabatur nauis, *et cetera*. Itē *Aug. tract.* nauis dicitur crux Chriſti. Vt enim ait Auguſtinus: *2. in Ioan.* Inſtituit Deus lignum, quo mare huius ſæculi tranſ- *ante med.* ſeatur. Nemo poteſt tranſire mare huius ſeculi, niſi *tom. 9.* portatus cruce Chriſti: Tria ſunt difficilia, via nauis *Prou.* 30. *c* in medio mari, *et cetera*. Et iſtæ naues portant ad ter ram diſcipulos Chriſto præſente et gubernāte et tra- *Iob* 9. *c* hente, vt figuratur hic: Pertranſierunt, quaſi naues, poma portantes, cum odoribus virtutum. Et de gubernatione iſtarum nauium Gregorius Nazianzenus bene, vbi ait: Mos nauigantibus eſt ſemper cælum intendere, et inde vias ſui curſus agnoſcere, per diem ſolis indicijs, in noctibus aſtrorum ſignis: ſic debet iuſtus reſpicere ad ſolem iuſtitiæ, et ad ſtellas, ideſt, *Iob* 37. *c* ad exempla ſanctorum: Sta et conſidera mirabilia *Iob* 33. *d* Dei. Et alibi: Reſpiciet homines, et dicet: peccaui. *Greg. Mor.* Quod exponit Gregorius ibi de ſanctis et exemplis *lib. 24. c. 6.* ſanctorum: Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis, ideſt, a ſanctis, ait ibidem Gregorius. Et ſequitur ſecunda pars principalis capituli, ibi: *Altera die*, et cetera. In qua oſtendit ſe eſſe conſeruatorem vitæ humanę ſpirituali refectione, ſcilicet carnis ſuæ et ſanguinis. Et illa pars in duas partes. Primo, aduentus populorum præmiſſio, et eorum inquiſitio. Secundo, Saluatoris reſponſio, et ad appetitū veri cibi hortatio, ibi: *Reſpondit ei Ieſus*. Ait ergo: *Altera die turba, quæ ſtabat*. Quia venerat ad turbam ſcilicet rumor de miraculo et multiplicatione panū: *Et non erat niſi vna nauicula*, in qua potuiſſet Ieſus tranſire, ſed non tranſiuit, ſed ſoli diſcipuli. Et ideo dicebant, quòd mirabiliter tranſiuiſſet: *Alia vero naues ſuperuenerunt a Tiberiade*. Et hoc propter miraculum de multiplicatione panū. Ideo ait: *Iuxta locum, vbi manducauerant panem*, et cetera. Et cum vidiſſent quòd non eſſet ibi Ieſus: *Aſcenderunt et venerunt Ca-* *Chryſ. hom.* *pharnaum*. Vnde quærit Chryſoſtomus, quare tam *42. in Ioan.* diligenter iſta deſcribuntur? Et ad hoc reſpondet, *paulo ante* quòd turbis etſi non manifeſte, dedit latenter ſuſpi- *med. to. 3.* cari, quoniam pede tranſiens mare aduenerat. Item *Ibid. multo* quærit: quare non aſcenderat nauem? Et ad hoc re- *ante.* ſpondet, quòd ideo non aſcendit, miraculum maius operari volens, et ſimul diuinitatem eius reuelare apertius: *Et dixerunt ei: Rabbi, quando huc veniſti?* ideſt, *Ibid. circa* qualiter huc veniſti, vt exponit Chryſoſtomus. Sed *med.* quæritur ex quo viderant, vel audierant miraculum de multiplicatione panum, ad quid quærunt de ad- *Ibid. poſt* uentu ſuo illuc? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, *pauca.* quòd ideo inquirebant, volentes rurſus menſa potiri, quali et prius: non enim vltra pro prioribus admirabantur. Sed quæritur, quare fecit miraculum de panibus, antequam intraret Capharnaum? Et ad hoc reſpondet, quòd hoc decenter fecit, nolens illam duram et inſuaſibilem intrare: ſufficiens enim erat mollire lapidem, ideſt, duritiem illius. Videre turbas ſic aduenire, nec tamen illi ſunt mol- *Mat.* 11. *c* liti, propter quod exprobrauit illi ciuitati: Et tu Capharnaum, *et cetera*. Ex his patet, qualiter iſti ſequebantur Chriſtum non feruore fidei, ſed deſiderio cibi, vel alimenti, vel ex viſu vel auditu miraculi. Sic et multi quærunt Ieſum non propter Ieſum, ſed vt bene ſit eis in corpore, ait Gloſſa. *Pſal.* 48. *a* De quibus in Pſalmo: Confitebuntur tibi, cum be- *Prou.* 19. *a* nefeceris eis: Multi enim ſunt amici dona tribuentis. Vnde verſus:

Morbus, ſigna, cibus, blaſphemia, dogma, fuere
Cauſa, cur Dominum turba ſecuta fuit.

Morbus, amor, mira ſapientia, virtus et ira:
His egit varias plebs tibi Chriſte vias.

Et ſequitur pars, in qua ſequentium dictis modis reprehenſio cum exhortatione ad petendum verum cibum, ſicut continuat Gloſſa. Et illa in duas. Primo, prædicta reprehenſio cum exhortatione. Secundo, veri cibi humilis appetitio, et veritatis eruditio, ibi: *Dixerunt ergo ad eum: Domine*. In prima tria. Primo, ipſa increpatio et hortatio. Secundo, ipſorum inquiſitio cum Saluatoris reſponſione, ibi: *Dixerunt ergo*. Tertio ab eiſdem ſigni petitio, et Saluatoris reſponſio, ibi: *Dixerunt ergo ei*. Ait ergo: *Reſpondit ei Ieſus, et dixit: Amen amen dico vobis, quæritis me*, ſcilicet non ex recta fide: *Sed quia vidiſtis ſigna*, et cetera, ideſt, propter carnem quæritis, non propter ſpiritum, ait Auguſtinus. Quàm enim multi ſunt, qui non quærunt Ieſum, niſi vt bene ſit eis ſecundum tempus: Vix quæritur Ieſus propter Ieſum, ait Auguſtinus ibidē. *Aug. hom. dicta.*

Sed quæritur, quare ita publice increpat eos, cum eſſet mitis et humilis. Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd manſuetum eſſe et lene non vbique eſt vtile, ſed aliquando percuſſio, ideſt, diſciplina opus eſt magiſtro, cum fuerit diſcipulus deſes et groſſus. Et oportet vti ſtimulo, ſcilicet increpationis: Per tri- *Eccl.* 7. *a* ſtitiam enim vultus corrigitur animus delinquentis. Ideo ait: *Amen, amen*, cum certitudine et determinatione. Item vt ait Chryſoſtomus blandientibus ſibi oſtendit, quòd non concupiſcit honorem ab hominibus, ſed vnum ſolum inſpicit, ſalutem eorum ſcilicet. Et hoc cum magna parcitate, ideſt, lenitate: non enim ait: O guloſi et ventris ſerui, tot mirificaui, et non eſtis ſecuti, neque admirati: ſed ſolum quia de panibus manducaſtis! Hæc ille. Et non ſolum ſtat vſque ad reprehenſionem, ſed et doctrinam adiecit, dicens: *Operamini non cibum, qui perit*, ideſt, nulla ſit vobis cura huius cibi materialis, ſed cibi ſpiritualis. Ideo ait: *Operamini*, ideſt, operoſe requirite et deſiderate: Nolite ſoliciti eſſe dicentes: Quid manducabimus, *et cetera*. Cibus enim materialis perit: Omne quod intrat per os, in ventrem vadit. Sed ſpiritualis cibus, ſcilicet verbum fidei, permanet in vitam æternam: Non enim in ſolo pane eſurit homo, ſed in omni verbo. Et: *Quam filius hominis dabit*: Venite ad me et ego reficiam vos. Supra ſimile: Qui biberit ex aqua, quam dedero ei, non ſitiet: *Hunc pater ſignauit*. Vt enim ait Auguſtinus: Iſte filius hominis fuit ſequeſtratus gratia ſpiritus. Vnxit enim eum Dominus præ conſortibus ſuis. Supra: Non ad menſuram dat Deus ſpiritum. Et ibidem: Signauit eum, quia Deus uerax eſt: Erit Dominus nominatus in ſignum æternum. Apocalypſis: Vidi Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei uiui, *et cetera*. Quæritur, qualiter ait: *Quæritis me, non quia ſigna vidiſtis*, cum dicatur ſupra eodem: *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbat ſigna: Sed quia panem manducaſtis?* Et ad iſtud reſpondendum: referendo iſta ad diuerſa tempora, quia in principio ſunt ſecuti propter ſigna, deinde propter cibum. Vel hoc dicitur, referendo ad diuerſas perſonas, quia quidam ſequebantur propter ſigna, quidam propter cibum: forte plures iſto modo. Item quæritur, qualiter ait: *Operamini non cibum, qui perit*. Ex hoc uidetur, quòd non licet operari pro cibo. Et dictum eſt: Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis, *et cetera*. Et ait Dominus Marthæ, quaſi increpando: Martha Martha ſolicita es. Vnde hic introducit Chryſoſtomus, de quibuſdam qui uolebant pigre nutriri dicentes: Non oportet operari. Et errorem confirmantes dictis auctoritatibus. Contra quos arguit ex uerbis Apoſtoli: Neque panem gratis manducauimus ab aliquo, ſed in labore. Et ibidem: Si quis non uult operari non manducet. Et: Beatius eſt dare, quàm accipere. Et ad iſtud Chryſoſtomus: quòd non eſt idem non eſſe ſolicitos, et non operari: nec eſt idem ſolicitudo et operatio.

Cur publica reprehenſio. *Mat.* 11. *d*

Verus cibus. *Mat.* 6. *d* *Mat.* 15. *b* *Deut.* 8. *a* *Mat.* 4. *a* *Mat.* 11. *d* *Ioan.* 4. *b* *Aug. tract.* *25. in Ioā.* *circa med.* *tom. 9.* *Pſal.* 44. *b* *Ioan.* 3. *d* *Ibidem.* *Iſai.* 55. *d* *Apoc.* 7. *a* *Mat.* 7. *d* *Luc.* 10. *g* *Chryſ. hom.* *43. in Ioā.* *ante med.* *tom. 3.* *2. Theſ.* 3. *b* *Ibidem.* *Act.* 20. *g* *Chryſ. hom.* *43. in Ioan.* *paulo ante* *med. to. 3.*

Digitized by Google

operatio. Quando ergo ait: *Nolite operari cibum, qui perit*, prohibet ſtudiũ ſuſcipere, et præponere eſcam ventris cibo, uel eſcæ ſpirituali, et affligi rebus temporalibus. Et ſequitur: Si quis pigritans ventri et laſciuiæ curam faciat, hic cibum operatur, qui perit. Si quis autem Chriſtũ nutrierit et portauerit et induerit, nullus eſt tam indoctus, vt dicat eum pereuntem cibum operari, propter quem eſt promiſſio regni. Hæc ille. Vnde dicitur Magiſtraliter, quòd poteſt eſſe inordinatio in labore manuum tripliciter, vel deordinando intentionem, quando laboratur pro cibo finaliter: vel poſſet eſſe inordinatio aggrauando ſolicitudinem et cor nimis affligendo: vel poteſt eſſe deordinatio ratione temporis, laborando ſcilicet in tempore indebito, vt in diebus feſtinis, vel in tempore, in quo debet homo vacare Deo et diuinis. Et ſequitur eorum inquiſitio cum reſponſione Saluatoris: *Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus?* et cetera. Sed ex hoc videntur commendandi, quòd tam cito inquirebant, quomodo poterant facere opera Dei. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus: Hoc dicebant, non vt diſcant, et agant, ſed rurſus eum ad cibi exhibitionem ducentes. Nihil enim gaſtrimargia deterius, neque turpius: hæc enim groſſam facit mentem, et carnalem facit animam, et caliginem infert et inſpicere non permittit, vt patet in Iudæis. Hæc ille. Et ſubditur reſponſio Saluatoris: *Et dixit eis: Hoc eſt opus Dei*, Auguſtinus. Hoc eſt opus ſcilicet manducare cibum, qui non perit: vt quid paras dentes et ventrem? Crede, et manducaſti. Cibum vocat ipſam fidem operantem per dilectionem. Supra: Vt perficiam opus meum. Et ſubditur tertia particula in qua petitio ſigni, ibi: *Quod ergo tu facis ſignum*. Et patet eorum malignitas. Vt enim ait Chryſoſtomus: Nihil irrationabilius ſigno in manibus eorum facto, dicebant, quaſi nullo prius facto: *Quod ſignum facis? Quid operaris? Patres noſtri manna manducauerunt*. Quærit Chryſoſtomus: Cum multa ſigna facta fuerint in Ægypto, quare nullius aliorum meminerunt, niſi iſtius? Et ad illud reſpondet, quòd huius meminerunt, exiſtimantes eum irritare, vt tale faciat ſignum, quod eos nutrire poſſit carnaliter. Tale enim concupiſcebant propter ventris tyrannidem. Neque dixerunt: Moyſes fecit ſignum, neque Deus, ſed dicunt: *Patres noſtri manducauerunt manna*, ſed dicunt: *Quid tu operaris*. Cum enim honore ei loquebantur expectatione eſcæ, ait Chryſoſtomus: *Sicut ſcriptum eſt*: Panem de cælo, ſcilicet aereo. Et ſequitur Saluatoris reſponſio: *Amen amen dico vobis: Non Moyſes dedit vobis*. Sed pater, vt ait Chryſoſtomus, pro Moyſe Deum, et pro manna ſe ipſum poſuit. Nec dixit: ego dabo. Sed dixit: Patrem dare. Vt enim ait Auguſtinus: Moyſes promittebat plenum ventrem cibo, qui perit: Chriſtus promittebat cibum, qui permanet. Verus autem cibus eſt, qui dat vitam mundo. Et hoc, ideſt, hunc cibum manna ſignificabat, et omnia ſigna mea erãt. Non ergo Moyſes dedit manna: Deus autem dedit panem. Hæc Auguſtinus; Sed qualiter ait: Non dedit panem de cælo. Cum dicatur: Præparatum panem de cælo præſtitiſti eis. Item in Pſalmo: Panem angelorum manducauit homo. Item dat panem verum. Ergo in miraculo mannæ non fuerat panis. Scriptura tamen vocat manna panem. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd manna dicitur panis de cælo eo modo, quo dicitur: Volucres cæli. Et panem verum vocat hic, non quod falſum erat miraculum, quod fuit in manna, ſed quia typus erat. Fuit ergo manna cibus materialis, et de cælo materiali: fuit tamen typus ſiue figura cibi cæleſtis. Et auctoritates, quæ vocant manna panem angelorum, ſiue cibum cæleſtem, loquuntur ratione typi vel figuræ. Et de iſto pane vero in collatione prædicabili. Vnde ex dictis patet et diuina poteſtas, et diuina ſapientialis veritas, et diuina bonitas in dando manna, et in cibum corporalem et in figuram et typum cibi ſpiritualis, et in ſignum ſiue miraculum ad eos confirmãdos in fide et in cultu diuino, propter quod admiratiue ait Propheta: Panem angelorum manducauit homo. Et ſapientia: Eſcis angelorum nutriuiſti populum tuum. Sed ſuper omnia patet diuina pietas, charitas, benignitas, dando verum panem, qui dat vitam mundo, vt hic dicitur: Sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum ſuum daret. Supra: Et in precium et in cibum. Et ſequitur illa pars, in qua petitio panis veri a Iudæis, ibi: *Dixerunt ergo*. Et illa in duas. Primo manifeſtat, quòd ipſe eſt verus panis reficiens ſecundum naturã diuinam. Secundo, quòd eſt panis reficiens ſecundum humanam naturam, ibi: *Et panis quem ego dabo*. Prima in quattuor. Primo eorum petitio. Secundo Saluatoris reſponſio, et veritatis inſtructio, ibi: *Dixit autem eis*. Tertio, Iudæorũ murmuratio, ibi: *Murmurabant*. Quarto murmuris dehortatio, et veritatis confirmatio, ibi: *Reſpondit ergo Ieſus*. Ait ergo: *Dixerunt: Da nobis panem hunc*. Vt enim ait Auguſtinus, ſicut ſupra. Quando ait Saluator: Mulier, qui biberit ex hac aqua, quam dedero ei, non ſitiet, continuo ſecundum carnem accipiẽs ait: Da mihi ex hac aqua. Sic et iſti audientes de pane, qui de cælo deſcendit, *et cetera*. Dixerunt: *Da nobis panem*. Et vt ait Chryſoſtomus: Senſibilem rem petebant, et ventrem laſciuire opinabantur. Et ſequitur reſponſio Saluatoris et veritatis propalatio: *Dixit eis Ieſus*. Et eſt inſtructio veritatis de tribus. Primo, quis ſit ille panis, qui dat vitam mundo. Secundo, qui reficiuntur, ibi: *Sed dixi vobis*. Tertio, quare illi reficiuntur, ibi: *Quia deſcendi de cælo*. Quia ergo præmiſit: *Panis verus eſt, qui dat vitam mundo*. Exprimit quis eſt ille panis, dicens: *Ego ſum panis vitæ*, eſſentialiter. Loquitur enim hic ſecundum ſuam diuinitatem, ait Chryſoſtomus: *Panis*, quia reficio: *Vitæ*, quia viuifico, ſupra eodem. Dat vitam mundo, non ſolum Iudæis, ſed toti orbi, ait Chryſoſtomus: *Qui venit ad me*, ſcilicet amando: *Non eſuriet*, ſcilicet deficiendo: *Et qui credit in me*, recte intelligendo: *Non ſitiet*. Supra ſimile: Qui biberit ex aqua, quam dabo ei, non ſitiet. Et appropriando loquitur. Charitas enim paſcit in affectu, qui magis vnitur Deo. Fides potat in intellectu, et quaſi defert cibum ſpiritualẽ: Omnes ſitientes, venite ad aquas. Sed quæritur de hoc, quod ait: *Non eſuriet*, quia dicitur: Qui edunt me, adhuc eſurient. Et ad iſtud reſpondendum eſt, ſicut ſupra. Hic enim ait: non eſuriet, ſcilicet ex defectu vel priuatione delectabilis: ibi autem ait, quòd qui edunt, eſurient ex carentia faſtidij, et ex vehementia gaudij. Et de hoc bene Hieronymus. Et Gregorius vbi ait: quòd deliciæ corporales comeſtæ uertuntur in faſtidium: ſpirituales excitant appetitum. Et nota quòd eſt eſuries ex inſatiabilitate affectus. In Pſalmo: Diuites eguerunt et eſurierunt. Item eſt eſuries ex infirmitate eſurientis: Animæ effeminatorum eſurient. Et: Anima diſſoluta eſuriet. Item eſt eſuries ex uigore uel ſanitate eſurientis: Beati, qui eſuriunt, et ſitiunt iuſtitiam. Vt enim ait Chryſoſtomus: Magna infirmitatis coniectura eſt non eſurire ſpiritualia. Et eſt eſuries incapabili delicioſitate guſtabilis, de qua dicitur: Qui edunt me adhuc eſurient. Quia numquam eſt poſſibile, tantũ guſtare de diuina ſapientia, uel de Deo in gloria, quin ſit poſſibile amplius guſtare. Eſt tamen ſatietas pro capacitate et merito guſtantis. Et ſequitur ſpecificatio eorum, quos reficit iſto pane, et quos non: *Sed dixi vobis*, ſcilicet ſupra: *Quia vidiſtis me*, ſcilicet præſentem: *Et non creditis*. Supra: Non poteſtis credere, qui gloriã ab inuicem accipitis. Et ita iſto pane non reficiemini, quo uere credentes reficiuntur, ſupra eodem: Qui edunt me non eſurient. Et ideo ſubdit, qui ſint, qui reficiuntur: *Omne quod dat mihi pater ad me veniet*, quaſi dicat, ait Auguſtinus. Non ideo populum perdidi,

Inordinatio in labore multiplex.

Chryſ. hom. 44. in Ioan. in princip. tom. 3.

Gaſtrimargia nil turpius.

Aug. tract. 25. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.

Ioan. 4. c

Malignitas Hebræorũ.

Chryſ. hom. 44. in Ioã. non mult. a prin. to. 3.

Ibid. poſt pauca.

Ibid. paulo poſt.

Aug. tract. 25. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.

Sap. 16. c

Pſal. 77. c

Chryſ. hom. 44. in Ioan. ante med. tom. 3.

Pſal. 8. b

Diuina poteſtas.

Pſal. 77. c

Sap. 16. c

Diuina pietas.

Ioan. 3. b

Ioan. 4. b

Ioan. 4. b

Chryſ. hom. 44. in Ioan. ante med. tom. 3.

Ibid. poſt pauca.

Ibid. paulo ante.

Ioan. 4. b

Iſai. 55. a

Eccl. 24. c

Ioan. 4. b

Greg. in Euang. hom. 36. in prin.

Pſal. 33. c

Prou. 18. b

Prou. 19. c

Mat. 5. a

Chryſ. hom. 17. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3.

Eccl. 24. c

Ioan. 5. g

Eccl. 24. c

Aug. tract. 25. in Ioã. ante mediũ tom. 9.

Digitized by Google

didi, licet uos non credideritis, nec ueſtra infidelitas euacuabit fidem. *Quia omne quod dat mihi pater, veniet ad me*, ſcilicet paſſibus fidei operantis per dilectionem. Et eum qui ſic venit non eijciam foras, repellendo ſcilicet ab vnitate corporis mei. Infra: Princeps huius mundi non eijcietur foras. Sed quæritur de hoc, quod ait: *Vidiſtis me: et non creditis*. Videtur enim quòd iniuſte arguit eos, quia: Fides eſt rerum ſperandarum. Item fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, vt ait Gregorius: Ergo multo magis fides non habet meritum: cui humana uiſio præbet experimentum. Si reſpondeatur, quòd viſio fuit ſuæ humanitatis, credulitas vero ſuæ diuinitatis: obijcitur, quòd viſio humanitatis impediebat fidem: Cum auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt. Et ad iſtud reſpondendum, quòd hic loquitur de viſione diuinæ virtutis in effectu, et in virtutibus, quibus debebant ipſum credere eſſe filium Dei. Et licet effectus et virtutes eſſent viſibiles, tamen dicitur inuiſibilis, cuius eſt fides. Item quæritur de hoc, quod ait: *Omne quod dat mihi pater ad me veniet*. Ergo ſecundum hoc, non eſt culpa diſcredentium, quia ſi pater dediſſet, veniſſent. Item quæritur de hoc, quod ait: *Non eijciam foras*. Contrarium videtur dici de Eſau, qui non inuenit locum pœnitentiæ, quamuis cum lacrymis inquiſiuiſſet. Et ad primum reſpondendum, quòd pater dicitur dare per æternã prædeſtinationem, et temporalem vocationem. Infra: Pater, quos dediſti mihi, ſeruaui eos. Et: Quos prædeſtinauit, hos et vocauit, *et cetera*. Quia Deus vocauit omnes, increduli vero noluerunt venire, ideo eis imputandum: Homo quidam fecit cænam magnam: et vocauit multos. Et ſequitur: Et cæperunt omnes excuſare, *et cetera*. Ad aliud reſpondendum ſecundum Gregorium. Vbi exponit illud: Fructum, inquit, non habent lamenta, quæ ſtudent cum gemitu deſiderare peritura. Et quia Eſau flebat, quòd amiſerat temporalia, non vero pœnitebat, et ideo ſe ipſum eiecit. Et de hoc Auguſtinus: Quale eſt aliud intus, et vnde exitur foras magnum penetrale et dulce ſecretum eſt. Et ſequitur: Superbia initium omnis peccati. Et: Proiecit intima ſua. Intima ergo proiecit, hoc enim eſt exire foras, ſcilicet intima proijcere. Et intus intrare, eſt appetere intima. Intima proijcit ſuperbus, et intima appetit humilis. Sed ſuperbia eiecti ſumus: humilitate regredimur. Hæc Auguſtinus, et ibi bene de hoc. Sequitur nunc ſubiunctio cauſæ, propter quam reficit præſentes prædicto pane: *Quia deſcendi de cælo*, carnem aſſumendo. Supra: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo: *Non vt faciam voluntatem meam*, diſcordando ſcilicet a patre: *Sed voluntatem eius*, et cetera, in omnibus obediendo ſupra: Non veni voluntatem meam facere; ſed eius, qui miſit me. Et: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu uis. Et explicat, quæ eſt voluntas eius, qui miſit, dicens: *Hæc eſt enim voluntas eius*, et cetera: *Vt omne quod dedit*, ſcilicet prædeſtinando et vocando ad fidem: *Non perdam*, ſcilicet reprobando: *Sed reſuſcitem ad vitam æternam*. De reſuſcitatione, ſupra proximo: Veniet hora, quando omnes, qui ſunt in monumentis, *et cetera*. Et in hoc notat, ſe veniſſe propter ſalutem hominum, non propter honorem ab eis, vt ait Chryſoſtomus. Et quoniam dixit: patrem dediſſe ſibi vocatos ad fidem, ne crederetur hoc eſſe ſine liberi arbitrij cooperatione, ſubdit: *Hæc eſt voluntas patris, vt omnis qui videt filium*, recte credendo: *Et credit in eum*, per dilectionem in ipſum eundo. Vt enim ait Auguſtinus: Qui credit in filium, ideſt, vadit in eum, habeat vitam æternã, ſcilicet in animæ beatificatione: *Et ego reſuſcitabo*, in corporis glorioſi reparatione. Ideo loquitur ſæpe de reſurrectione, vt credentes ſciant, quod non ſolum præſentibus potientur, ſed futura expectent, ait Chryſoſtomus. Sed quæritur de hoc adhuc, quod ait:

Ioan. 14. d
Hebr. 11. a
Greg. in Euãg. ho. 26. fer. in prin.
Mat. 4. c
Hebr. 12. d
Ioan. 17. b
Rom. 18. f
Luc. 14. d
Ibidem.
Greg. Mor. lib. 11. c. 5. in fine.
Aug. tract. 25. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.
Eccl. 10. b
Ibidem.
Ioan. 3. b
Ioan. 4. d
Mat. 26. d
Ioan. 5. e
Chryſ. hom. 44. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.
Aug. tract. 26. in Ioã. ante mediũ tom. 9.
Chryſ. hom. 44. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3.

Et in aurem auream vnam, *et cetera*. Conſimiliter exponit iſtud Auguſtinus: *Non veni facere voluntatem meam*, et cetera. Humilis veni, humilitatem docere ueni, Magiſter humilitatis ueni, qui ad me venit, incorporatur mihi, qui ad me uenit, ſimilis mihi fit, qui mihi adhæret, humilis erit: quia non facit uoluntatem ſuam, et ideo non eijcietur foras, quia cum ſuperbus eſſet, eiectus eſt foras. Ideo in Pſalmo: Filij hominum in protectione alarum tuarum. Et alibi: Non veniet mihi pes ſuperbiæ. Ibi ceciderunt, et expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Veniamus ad eum, intremus ad eum, incorporemur ei, et non eijciet foras, quia membra eius ſumus, et ipſe caput noſtrum eſſe uoluit docendo humilitatem. Hæc Auguſtinus. Et ibi multum de humilitate, et eius utilitatibus, et de ſuperbia, et eius nocumentis. Et ſequitur pars, in qua de Iudæorum murmuratione, ibi: *Murmurabant Iudæi*. Vt enim ait Chryſoſtomus, quando uentrem eorum implet, prophetam uocabant, et regem facere uolebant: nunc autẽ ait: *Murmurabant*, non apertas contumelias inferebant: ſicut infra. Anxiebantur enim, quoniam non dedit eis menſam, quam uolebant, ait Chryſoſtomus. Et ideo murmurabant, quia cum dixiſſet: Ego ſum panis, qui de cælo deſcendit, ut ait Auguſtinus: Iſti a pane de cælo longe erant, nec eum eſurire nouerant, fauces cordis languidas habebant. Iſte panis interioris hominis eſuriem quærit. Credere enim in filium Dei, eſt hunc panem manducare: *Et dicebant: nonne hic eſt filius Ioſeph?* ſcilicet de uili genere. Et idem: *Cuius nos nouimus patrem*, ſcilicet putatiuum: Ego et pater tuus dolentes quærebamus te: *Quomodo ergo dicit, quia de cælo deſcendit* quaſi dicant: non eſt ei credendum. Et ex his patet, quod mirabilem et inopinabilem generationem eius ſcilicet ex patre, nondum ſciuerant, vt ait Chryſoſtomus. Sed quæritur, cum in hoc errarent, quare non inſtruxit eos de ueritate? Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus: Quòd nondum poterant illum partum mirabilem, ſcilicet variæ cognoſcere, multo magis nec ſuperiorem et ineffabilẽ, ſcilicet ex patre natiuitatem. Ideo ut non unum ſcandalum deſtruens, aliud faciat, non reuelauit eis ueritatem. Et patet hic patientiæ Saluatoris longanimitas contemnentibus eum, et falſum de ipſo dicentibus non reſpondet. Sicut nec infra dicentibus: *Daemonium habes*. De ipſo enim ait propheta: Factus ſum ſicut homo non audiens, et non habens in ore ſuo redargutiones, *et cetera*. Et ſequitur quarta pars, in qua murmuris eorum dehortatio. Et ibi quattuor. Primo, murmuris dehortatio. Secundo, modi credendi explicatio, ibi: *Nemo poteſt venire ad me*. Tertio, erroneæ opinionis eorum amotio, ibi: *Patres veſtri*. Quarto, ueritatis declaratio, ibi: *Hic eſt verus panis*. Ait ergo: *Nolite murmurare*. Hoc enim erat quaſi proprium Iudæorum: Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt. Et ſubditur ſecundũ: *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater traxerit eum*, quaſi dicat ſecundum Gloſſam. Ideo uos non creditis me eſſe panem, quia non eſtis tracti a patre per gratiam: *Reſuſcitabo eum*. Tam in anima quàm in corpore. Quod confirmans, ait: *Eſt ſcriptum in Prophetis*: Ponã filios tuos doctos a Domino. Et: Omnes cognoſcent me a minore uſque ad maiorem. Et de hoc in Gloſſa. Sed quæritur de hoc, quod ait: *Nemo poteſt venire ad me: niſi pater traxerit eum*. Ex hoc enim uidetur, quòd non eſt imputandum illis, qui non credunt, quia ſi pater traxiſſet eos, crederent. Item ſicut opponit Chryſoſtomus, quod ex hoc uidetur, quòd nihil eſt nobis poſitum, quo ſaluemur, ex quo pater trahit. Item deſtruit liberum arbitrium, ut uidetur. Itẽ quid opus eſt reprehenſione: quaſi dicat: nullũ opus. Hæc ille. Item conſimiliter opponit Auguſtinus: Si trahimur, ergo inuiti credimus, et uiolentia adhibetur, non uoluntas excitatur. Item trahitur, qui inuitus

Aug. tract. 25. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9.
Ioan. 8. c
Pſal. 35. b
Ibidem. c
Ioan. 8. b. c. d
Chryſ. ibid. poſt pauca.
Aug. tract. 26. in Ioã. prope prin. tom. 9.
Mat. 13. g
Luc. 3. e
Luc. 2. g
Chryſ. hom. 45. in Ioã. non mult. a prin. to. 3.
Ibid. paulo poſt.
Iſa. 34. d
Hiere. 31. f
Chryſ. hom. 45. in Ioan. ante mediũ tom. 3.
Aug. tract. 26. in Ioã. ante med. tom. 9.
1. Cor. 10. b
Exo. 16. a
Num. 14. f
Num. 16. f

Patientię ſũ ganimitas.

inuitus uenit, et ita non credit proprie. Hæc ille. Item tractus, est motus violentus, de quo sapiens, et de speciebus eius: Ergo non est conueniens fidei, quæ est meritoria. Et ad istud respondet Chrysostomus, breuiter. Quòd non destruit per hoc, quod in nobis est, scilicet liberum arbitrium: sed ostendit nos auxilio, scilicet diuino, indigere. Et huic concordat Augustinus: Non enim, inquit, ad Christum ambulando currimus, sed credendo: non motu corporis, sed voluntate cordis. Vnde quando ait Petrus: Filius Dei viui: a patre tractus est, qui reuelauit ei. Ista reuelatio est ista tractio. Hæc ille: et per hoc ad obiecta. Ista enim reuelatio non repugnat libertati arbitrij, sed iuuat eius infirmitatem. Vt enim dicitur Magistraliter: Manere in se, est naturæ institutæ: descendere infra se, est naturæ corruptæ: supra se eleuari vel ascendere, est naturæ per gratiam. Et quia sensus et cogitatio hominis ab adolescentia sua prona sunt ad malum. Ideo propter pronitatem et inclinationem ad malum, sublimatio animæ ad Deum dicitur tractio: non sicut in motu corporali, sed diuina reuelatione, vel doctrinę sacræ eruditione, uel dilectionis diuinæ infusione, vel cælica consolatione, uel præmij promissione. De quibus Augustinus bene, dicens: Est quędam voluptas cordis, cui dulcis est panis cælestis, voluptate enim traheris: de qua ait Propheta: Delectare in Domino, *et cetera*. Et ponit exempla. Ramũ viridem ostendis oui, et trahis: nuces puero, et trahis. Vnde Poeta:

Trahit sua quemque voluptas.

Hæc ille. Et ibi bene de hoc: Trahe me post te. Ibi Bernardus. De hoc et Gregorius, loquens de Magdalena: Trahebat eam cum de culpa cõpungeret: suscipiebat eam, vt de culpa liberaret. Et idem: Ipse eam per misericordiam trahit intus, qui per mansuetudinem suscipiebat foris: Attraxi te miserans tui. Infra: Cum exaltatus fuero, omnia trahã ad me ipsum. Et patet hic misericordia Dei: quosdam enim trahit ad se internis inspirationibus, vel cęlicis reuelationibus, vt dictum est: quosdam inuitat blanditijs et paternis admonitionibus: Misit seruos vocare inuitatos ad nuptias. Item quosdam stimulat ornamentis et minis: Verba enim sapientum sunt stimuli. Et: Stimulo boues agitat. Item quosdam capit aduersitatibus et tribulationibus siue infirmitatibus: Compelle intrare: Sepiam viam tuam spinis. Et sequitur: Vadã et reuertar ad virum meum. Quod exponit Gregorius bene de his, qui mundi aduersitatibus reuertuntur ad Deum. Item quæritur de hoc, quod ait: *Omnes erunt docibiles Dei*, qualiter hoc: quia multi semper manent increduli omni tempore. Et ad istud respondendum, sicut supra, vbi dictum est: Illuminat omnem hominem, quia nullus est illuminatus nisi ab eo, vt ibi est expositum, secundum Augustinum. Et hic similiter intelligendum, quòd omnes erunt docibiles Dei: Quem docebit scientiam, *et cetera*. Et sequitur: Ablactatos a lacte. Et nota quòd ille discipulus est bonus, qui est attentus ad audiendum: docilis, ad intelligendum: beneuolus, ad retinendum: docilis ingenio, attẽtus exercitio, beneuolus animo, vt ait Boetius. Vnde et qui tales sũt, sunt dociles discipuli Dei, vt ex dicto Isaiæ patet. Et quoniam dixit: *Nemo venit ad me, nisi pater traxerit eum*. Exponit, quid est trahi a patre, secundum Glossam: *Omnis qui audiuit a patre*, scilicet interna inspiratione trahitur: Audiam, inquit propheta, quid loquatur in me Dominus Deus: *Et didicit*, doctrina prædicationis. Fides enim ex auditu: *Hic venit ad me*, scilicet credendo: *Non quia patrem vidit quisquam, nisi is, qui est a Deo*, scilicet vnigenitus, qui est in sinu patris. Supra: De ista visione filij supra, super illud: Hic enim vidit patrem: Nemo vidit patrẽ nisi filius. Et quia ego sum filius vnigenitus, qui credit in me, perfecta fide, habet vitam æternam, nunc in spe, postea in re, vt expositum est supra. Et merito habet vitam æternam: *Ego sum panis vitæ*. Supra eodem: *Panis, qui de cælo descendit, dat vitam mundo*. Sed quæritur, ex quo secundũ Glossam, fuerunt scandalizati de sua doctrina, et murmurauerunt, nec intellexerunt: videtur, quòd non debuit de his arcanis eos docere. Item dicitur: Nolite sanctum dare canibus: Ergo vt prius. Et ad istud respondendum, sicut ait Glossa: Verbis tegit illa sancta, scilicet arcana, quæ dicebat: vt et aliqui scandalizarentur, et humiles credentes probarentur. Et quoniam scandalum est aliquando contemnendum, si de veritate nascitur. Tunc enim vtilius permittitur nasci scandalum, quàm veritas relinquatur. Vt ait Gregorius. Dixerunt discipuli: Pharisæi sunt scandalizati. Et dixit Dominus: Omnis plantatio, quam non plantauit pater, eradicabitur. Ideo non omisit veritatem docere, licet essent scandalizati. Et per hoc ad aliud, quia illa sancta arcana, vt tamen tecta, proposuit coram eis. Et sequitur tertium, scilicet exclusio erroris: *Patres vestri manducauerunt manna: et mortui sunt*, quia poterant dicere, quòd manna fuit panis vitæ, ideo hoc remouet, dicens: *Patres qui manducauerunt, mortui sunt*. Sed quæritur, quare ait: *Manducauerunt in deserto*, et non simpliciter? Et ad hoc respondet Chrysostomus. Quòd hoc ait propter duo: scilicet ad denotandum, quòd non erat extensum, ideſt, duraturum ad multum tempus, et quoniam non venit secum in terram promissionis, et ideo mortui sunt, ait Augustinus: Quia quod videbant, credebant: quod non videbant, non intelligebant. Et tales erant illi, scilicet infidelium patrum infideles filij. Sed qualiter eis improperat hoc, quia boni, vt Moyses et Aaron, qui manducauerunt manna, mortui fuerunt morte corporali nõ spirituali. Similiter qui manducant panem vitæ, de quo ipse loquebatur, moriuntur morte corporali. Et ad istud respondet Augustinus, quòd verum est, quantum ad mortem visibilem, sed quantum ad spiritualem, non: quia cibum visibilem spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustauerunt, vt spiritualiter satiarentur. Sic est de nobis, hodie accipimus visibilem cibum. Sed aliud est sacramentum, aliud est virtus sacramenti. Et qui male accipiunt de altari, moriuntur. Murmuratores ergo patres istorum murmuratorum manducauerunt male, quia non intellexerunt, et mortui sunt. Hæc Augustinus. Et sequitur vltima pars, in qua eruditio veritatis: *Hic est vere panis*. Ita dictum est de manna, sicut de typo et figura: *Hic autem est verus panis*, scilicet figuratus per manna: *Si quis verum manducauerit*, scilicet recte credendo, et intus in corde intelligendo, et amando, ait Glossa: *Non morietur*, scilicet morte æterna. Vt enim ait Augustinus: Hunc panem signauit manna: hunc panem signauit altare Dei, illa sacramenta in signis diuersis fuerunt: Omnes sub nube fuerunt. Et sequitur: Eandem escam spiritualem manducauerunt, *et cetera*. Quod ergo ait hic: *Si quis manducauerit, non morietur*, pertinet ad veritatem sacramenti, non ad visibile sacramentum. Qui manducat intus non foris, qui manducat corde, non qui premit dente, ait Augustinus. Et specificat magis, quis est ille panis: *Ego sum panis viuus*, scilicet essentialiter, quia vita: et effectualiter, quia dans vitam: *Qui de cælo descendi*, scilicet factus homo: *Si quis manducauerit*, modo dicto: *Viuet in æternum*, non solum in præsenti per iustitiam, ait Glossa, sed in æternum. Vt enim ait Chrysostomus: Panem vocat hic saluté, documenta, et fidem ad ipsum, aut corpus suum. Infra: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Item opponit Chrysostomus, quòd tunc non fuit tempus huius doctrinæ, quia non capiebant eam. Et ad illud respondet, quòd tunc fuit multa necessitas, et multa vtilitas: quia enim petebant cibum, reminiscentes eius, qui datus progenitoribus: ostendens, quoniam omnia illa eis data erant

Arist. Phys. li. 7. tex. 10. *Chrys. hom. 45. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 26. in Ioã. ante mediũ tom. 9.* *Mat. 16. b* *Gen. 8. a* *Aug. ibid. post.* *Psal. 36. a* *Virg. Buc. Ecl. 2.* *Ber. ser. 22. in Cant.* *Gregor. in Exec. lib. 1. ho. 8. ante med.* *Idem in Euãg. ho. 33. non longe a princ.* *Hiere. 31. a* *Ioan. 12. e* Misericordia Dei. *Mat. 22. a* *Eccl. 12. d* *Eccl. 38. c* *Luc. 14. c* *Oseæ 2. b* *Ibidem.* *Greg. Mor. lib. 34. c. 2. circa med.* *Ioan. 1. b* *Aug. tract. 2. in Ioan. tom. 9.* *Isai. 28. a* *Ibidem.* Discipulus bonus. *Boet. de discip. scholastium.* *Isai. 28. c* *Psal. 84. b* *Rom. 10. c* *Ioan. 1. b* *Mat. 11. d* *Ioan. 1. a* *Mat. 7. a* Scandalum quando contemnẽdum. *Gregor. in Exec. lib. 1. ho. 7. ante med.* *Mat. 15. b* *Chrys. hom. 45. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 26. in Ioã. circa med. tom. 9.* *Ibid. post pauca.* Eruditio veritatis. *Aug. ibid. post mediũ.* *1. Cor. 14. a* *Aug. ibid. paulo post.* *Chrys. hom. 45. in Ioan. ante med.* *Ioan. 8. g* *Chrys. ibid. post pauca.*

Digitized by Google

erant vmbra et typus, ideo meminit hic de ipſa veritate. Et quia quærebant cibum de cælo, ideo continue dicebat, quoniam erat panis, qui de cælo deſcendit. Nec ſcandalizari oportebat, ſed interrogare congruum erat. Et ſequitur illa pars, in qua oſtendit ſe eſſe refectorem ſecundum humanam naturam, ibi: *Et panis, quem ego dabo.* Et hæc in quattuor partes. Primo, veritas eruditionis. Secundo, Iudæorum inquiſitio et explanatio veritatis, ibi: *Litigabant.* Tertio, ſpecificatio loci, in quo hæc dicta ſunt, ibi: *Hæc dixit, in ſynagoga.* Quarto, ſcandali quorundam expreſſio, et ſedatio, ibi: *Multi ergo audientes.* Ait ergo: *Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita,* vnde di
1.Cor.11.f citur: Panis, quem frangimus, nonne corpus Domini eſt? Iſte eſt panis ſuperſubſtantialis, qui petitur in
Mat. 6. c Dominica oratione. Et ſequitur Iudæorum inquiſitio et murmuratio: *Litigabant ergo Iudæi.* Et ibi duo. Primo, inquiſitio. Secundo, veritatis explanatio, ibi: *Dicit ergo eis.* Ait ergo: *Litigabant,* ſcilicet murmurando et inquirendo de præmiſſo ſermone, qui videbatur eis impoſſibilis. Vnde Chryſoſtomus: Quoniam extranea fuit doctrina, ideo litigabant, *et cetera.* Vn-
Aug. tract. 26. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. de Auguſtinus: Litigabant, quia panem concordiæ non intelligebant, nec ſumere volebant: nam qui manducant talem panem, non litigant: eo quòd vnus panis et vnum corpus: Vnum corpus et vnus ſpiritus,
Eph. 4. a ſicut vocati eſtis. Et ſequitur explanatio veritatis, ibi: *Dicit ei Ieſus.* Et ibi quattuor. Primo præmittitur refectionis neceſſitas. Secundo vtilitas, ibi: *Qui manducat meam carnem.* Tertio, huius refectionis veritas: *Caro mea.* Quarto eiuſdem dignitas, ibi: *Hic eſt panis.* Ait ergo: *Amen dico vobis: Niſi manducaueritis carnem filij hominis,* ſcilicet intus permanendo, ſcilicet in corpore Chriſti, et rem ſacramenti percipiendo: *Non habebitis vitam,* ſcilicet æternam. Vnde Auguſtinus: hunc cibum et potum vult intelligi corporis et membrorum ſuorum ſocietatem, quod eſt Eccleſia ſancta in electis, prædeſtinatis, vocatis, iuſtificatis, glorificatis. Huius rei ſacramentum, ideſt, vnitatis corporis et ſanguinis alicui ad vitam, alicui ad exitium præparatur. Res vero ſacramenti omni homini ad vitam, nulli ad
1.Cor.11.f exitium. Hæc ille: Probet ſeipſum homo, et ſic de pane illo edat: Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium ſibi manducat et bibit. Eſt ergo neceſſitas huius refectionis. Et ſequitur vtilitas: *Qui manducat carnem meam,* ſcilicet ſpirituali manducatione: *Et ſimiliter bibit ſanguinem, habet vitam æternam,* quia ſcilicet in me manet, et ego in eo, qui cum manet in ca-
1.Ioan.4.d ritate, in Deo manet, et Deus in eo: *Et ego reſuſcitabo eum,* tam ſecundum ſpiritum, quàm ſecundum
Aug. tract. 26. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9. corpus, ait Auguſtinus. Sed quærit Chryſoſtomus, quare toties repetit iſtud, ſcilicet de ſuſcitatione? Et ad hoc reſpõdet, dicens, quòd hoc facit propter duo: quia hoc eſt hominibus et delectabile et deſiderabi-
Chryſ. hom. 46. in Ioan. ante med. tom. 3. le. Vnde et in veteri Teſtamento hæc fuit promiſſio ſeruientibus Deo: Honora parentes, vt ſis longæuus
Exo. 20. b ſuper terram. Demum manifeſtat, quòd eſt veritas refectionis in carne et ſanguine Domini explicando modum mãducandi: *Caro mea vere eſt cibus.* Sed quæ-
Aug. tract. 26. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. ritur, quid ait: Vere eſt cibus? Et ad hoc reſpondet Auguſtinus, quòd cibos et potus ideo appetunt homines, vt non eſuriant neque ſitiant: hoc autem non præſtat veraciter niſi iſte cibus et potus: qui eos, a quibus ſumitur, immortales facit, ideſt, ſocietas ſanctorum, vbi pax et vnitas plena atque perfecta. Hæc ille, ſupra eodem: *Qui venit ad me non eſuriet.* Et quia dixit, quòd eſt vere cibus, ſpecificat modum manducandi: *Qui manducat carnem meam, in me manet.* Vt
Ibid. poſt panca. enim ait Auguſtinus: Hoc eſt manducare et bibere, ſcilicet in Chriſto manere, et illum in ſe manentem
Ioan. 15. b habere. Infra: Manete in dilectione mea. Et talis vi-uit, quia: *Sicut miſit me viuens pater,* qui ſum ſcilicet vita: *Et ego viuo propter patrem,* ideſt, genitus ſum a
Ioan. 5. d patre, habens eandem vitam cum patre, ſupra: Sicut

Refectionis neceſſitas et vtilitas.

pater habet vitam in ſemetipſo, ſic et filius habet vitam in ſemetipſo: *Et qui manducat me,* modo dicto: *Viuet propter me,* ſcilicet habens me vitam in ſe. Et legit Auguſtinus iſtud de Chriſto ſecundum ſuam hu- *Aug. ibid. poſt.*
manitatem, dicens: Miſſio eius eſt eius exinnanitio, et formæ ſeruilis acceptio. Secundum quod ait: Pa- *Ioan.14. d*
ter maior me eſt: ſeruata tamen æqualitate naturæ filij cum patre. Quaſi ergo diceret: Ego humiliatus
uiuo propter patrem. Infra: Manducans me, erectus viuit propter me. Hæc ille. Sed uidetur quòd non ſit uera ſimilitudo: quia filius eſt eiuſdẽ naturę cũ patre, manducans non eiuſdem naturæ cum Chriſto. Et ad
iſtud reſpondendum eſt, quòd non eſt omnimoda ſimilitudo. Vnde non ait: Ego manduco patrem, ut et ſic uiuam, ſicut ait: Qui manducat me, uiuet propter me, ait Auguſtinus, quia non participatione pa- *Aug. ibid.*
tris filius fit melior, qui eſt natus æqualis, ſicut participatione filij ſic manducans fit melior: modo tamen ſupra expoſito ſit ſimilitudo. Et ſubditur dignitas refectionis: *Hic eſt panis,* ſcilicet qui dat uitam manducantibus, non talis qualis manna. Ideo ſequitur: *Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna,* quia manna fuit typus et umbra, hic panis ueritas ſignatur. Et ideo: *Qui manducat hunc panem, viuet.* Vt eſt ſæpe dictum ſupra. Sed quæritur, ad quid totiens repetit de
manna et inculcat? Et ad iſtud reſpondet Chryſoſto- *Chryſ. hom. 46. in Ioã. ante med. tem. 3.*
mus, quòd ideo totiens reminiſcitur manna, ad fidẽ inducens, quòd ſi poſſibile factum eſt, quadraginta annis ſine meſſe et frumento continere illorum uitã:
multo magis et nunc ipſe ueniens poſſet dare uitam. Et ſi illi typi erant, multo magis ipſa ueritas erat talis, quæ poſſet dare uitam. Sed quæritur, ad quid toties inculcat: quaſi idem, quòd erat talis, qui de cælo deſcenderat: et quòd qui manducabat, uiueret. Vnde decies repetitur hic actus uiuificandi, et attribuitur pani. Primo, quando ait: *Verus panis eſt, qui de cælo deſcendit, et dat vitam mundo.* Secundo, quando ait: *Ego ſum panis vitæ.* Tertio, quando ait: *Ego ſum panis, qui de cælo deſcendi.* Quarto, quando ait: *Hic eſt verus panis.* Quinto, quando ait: *Ego ſum panis viuus.* Sexto, quando ait: *Panis quem ego dabo.* Septimo, quando ait: *Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit.* Octauo, quando ait: *Qui manducat hunc panem.* Nono, quando ait ſub nomine carnis: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis.* Decimo, quando ait: *Qui manducat meam carnem habet vitam æternam.* Vnde decies attribuitur actus uiuendi iſti pani, uel carni uel ſanguini. Et con uenienter ad figurandum, quòd per ipſum et in ipſo
ſunt uenturi electi eius, et membra ſunt ad ordinem decimum in cælo, qui ſignatur per dragmam decimam. Sed quæritur de ſupradictis. Ait enim: *Litigabant Iudæi.* Et uidetur, quòd rationabiliter, quia non conuenienter uidebatur, quòd ſua caro eſſet panis uitæ. Non ergo fuit mirum ſi Iudæi murmurarent. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Chryſoſtomum, quòd non oportebat ſcandalizari, ſed congruum erat interrogare et inquirere, quæ eſſet illa caro: quia de illa prophetæ prædixerunt, et oportebat credere ijs, quæ dicebantur. Vnde et ad ſcripturas et ad prophetas eos mittit. Scandalum ergo erat, amentiæ eorum. Ipſe enim erat magiſter paratus ad omnes effundere ſuam doctrinam, ſcilicet ſi quæſiuiſſent, ait idem Chryſoſtomus. Item quæritur de neceſſitate et congruitate huius cibi vel huius panis. Et de hoc Hugo ſufficienter, ubi ait: Voluit ſapientia *Hugo de ſa cram. fid. li. 2. p. 8. c. 8. in princ.*
Dei oſtendere, quoniam eſt animarum cibus et refectio, et propterea carnem aſſumptam in edulium propoſuit, ut per cibum carnis inuitaret ad guſtum diuinitatis. Et ibi bene de hoc. Item quæritur. Ex quo caro ſua eſt uerus cibus: quare proponitur ſub ſpecie panis et non carnis, et quare ſanguis ſub ſpecie uini? Et ad iſtud reſpondet Hugo, quòd ne hu- *Ibid. cõſeq.*
mana infirmitas contactum carnis in aſſumptione horreret, conſueti et principalis edulij ſpecie illa uelant,

Actus viuẽdi tribuitur euchariſtiæ.

Luc.15. b An rationaliter litigarent.

Digitized by Google

lant: et ſic ſumendam propoſuit, ut ſenſus in eo foueretur, et fides in altero ædificaretur. Et ibi bene de hoc. Item quæritur, quare ſub ſpecie panis et vini proponitur, et non aliarum rerum. Et ad illud reſpondet ibidem, quòd non ponitur ſub illis ſpeciebus, vt doceatur plena et perfecta eſſe refectio in aſſumptione corporis et ſanguinis Domini. Et ibi multum et bene de his. Auguſtinus vero aſſignat aliam rationẽ, vbi ait: quòd Dominus corpus et ſanguinem in ijs rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Panis enim ex multis granis in vnum confluit: vinum vero ex multis acimis. Et ideo hoc, quia manducare corpus et ſanguinem, eſt manere in Chriſto et in vnitate corporis eius. Quæritur de hoc quod ait: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam.* Ex hoc videtur, quòd corpus filij Dei in nos conuertitur, quia cibus in manducantem conuertitur. Item ex hoc obijciunt hæretici, quòd a nobis atteritur: et a paganis, quòd Deus noſter a nobis comeditur ſiue manducatur. Et ad iſtud reſpondẽdum in homilia, vbi ait. Qui manducat, non quod pertinet ad viſibile ſacramentum, ſed quod pertinet ad virtutem ſacramenti: qui manducat intus, non foris, qui manducat in corde, non qui premit dente, accedat, credat, viuat de Deo, Deo incorporetur, non abhorreat a compage membrorum, non ſit putridum membrum, quod reſecari mereatur, non ſit diſtortũ, de quo erubeſcatur: pulchrum ſit, aptum ſit, ſanum ſit, hæreat corpori, viuat de Deo in Deum. Hæc ille. Et per hoc ad obiecta: aliter enim eſt de iſta manducatione et de corporali: quia in iſta Deo incorporamur, in ipſum conuertimur, et ab eo conſeruamur et ſuſtentamur. In manducatione vero corporali cibus in manducantem conuertitur, et ei incorporatur. Item quæritur de hoc, quod ait: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam.* Ex hoc videtur quòd ſine Euchariſtia, vel mãducatione corporis Domini, non eſt ſalus. Item ex hoc, quòd paruuli baptizantur, non ſaluantur. Item ſoli ſacerdotes ſumunt ſanguinem: Ergo alij non ſumentes, non habent vitam æternam. Et ad iſtud patet reſponſio ex dictis. Eſt enim duplex manducatio, ſcilicet ſpiritualis per fidem, et charitatem, de qua ait Auguſtinus prius: Crede et manducaſti. Et ſine hac non eſt ſalus. Eſt alia ſacramentalis, ſine qua poteſt eſſe ſalus, dum ſit perfecta fides, nec ſit contemptus ſacramentalis manducationis pro tempore. Ad aliud reſpondendum, quòd ſicut paruuli ſaluantur in fide parentum, et corpori myſtico Chriſti incorporantur et vniuntur, ſic in fide illorum manducant, quantum ad hoc, licet in eis non fuerit actualis fidei intellectus, et amoris affectus ſicut in adultis. Ad aliud patet ex dictis, quòd in omnibus fidelibus eſt ſumptio ſanguinis per fidem et charitatem dicto modo: Sacramentaliter autem ſumitur ſanguis a ſacerdotibus, nec diſpenſatur alijs communiter propter periculum euitandum. De iſto pane vitæ ſecundum diuinam naturam et ſecundum humanam, et de manducatione carnis filij Dei, et ſanguinis patet in collationibus, infra. De vtilitate vero huius manducationis Chryſoſtomus hic multum et bene, vbi ait: Volens, inquit, oſtendere amorem, quem habet circa nos, remiſcuit ſeipſum nobis, et recommaſſauit corpus ſuum in os, vt vnum quid fiamus, ſicut corpus capiti copulatum. Et ſequitur: Hic ſanguinis imaginem nobis operatur regalem, hic pulchritudo inconſtructibilis, hic ſanguis marceſcere animæ nobilitatem non dimittit, hic ſanguis abigit dæmones, vocat angelos ad nos, hic ſanguis vadibile fecit cælum: Si quis æſtum patitur, ad hunc veniat fontem, et refrigeret æſtum. Etenim ariditates ſoluit, incentiua omnia mitigat. Et ſic de alijs multis, quæ ibi annumerat. Et ibidem de indigne accedentibus ait: Quòd ſi illi, qui ſordidant purpuram regalem torquentur, multo magis qui indigne corpus

Aug. tract. 26. in Ioã. poſt mediũ tom. 9.

Hæreticorũ et paganorũ error confutatus.

Aug. ibid. multo ante.

Aug. tract. 25. in Ioã. paulo poſt med. to. 9.

Chryſ. hom. 45. in Ioan. poſt mediũ tom. 43.

Ibidem.

Domini et ſanguinem manducat et bibit. Et ſi quis irritans legem Moyſis moritur, multo magis qui conculcauerit ſanguinem Teſtamenti. Et ibi multum et bene de his. Et ſequitur tertia particula, in qua loci ſpecificatio, vbi præmiſſa ſunt dicta, ibi: *Hæc dixit in ſynagoga.* Sed quæritur, quare ſic ſpecificat? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd ideo hoc ait ad denotandam obſtinationem illorum. In Capharnaũ enim plurimæ virtutes factæ, propter quas oportebat eum audiri, nec tamen crediderunt. Item in ſynagoga locutus eſt, vt oſtenderet, quòd non erat contrarius patri, infra: Ego ſemper docui in ſynagoga. Et ſequitur quarta particula, in qua ſcandali quorundam diſcipulorum ſpecificatio ſiue murmurationis. Et ibi quattuor. Primo, murmuris præmiſſio. Secundo, eiuſdem a Chriſto deprehenſio et doctrinæ eruditio, et diſcipulorum ſcandalizatio, ibi: *Sciens autem.* Tertio, Chriſti inquiſitio et Petri reſponſio: *Dixit ergo Ieſus.* Quarto, Saluatoris reſponſio, et Iudę proditoris, qui erat murmurator, denotatio: *Reſpondit ergo Ieſus.* Ait ergo: *Multi audientes dixerunt: Durus eſt hic ſermo.* Vt enim ait Auguſtinus: *Multi*, inquam, non ex inimicis, ſed: *Ex diſcipulis*, ſcilicet carnaliter ſapientes, ait Gloſſa: *Durus eſt hic ſermo*, ideſt, aſper, laborioſus, ait Chryſoſtomus. Sed quęritur, ſicut opponit hic Chryſoſtomus: qualiter fuit durus, ex quo vbique promittebat vitam credentibus in eũ? Et ad hoc reſpõdet Chryſoſtomus, quòd durus videbatur eis ſermo, ideſt, difficile ſuſceptibilis, et ſuperexcedens eorum imbecillitatem: exiſtimabant ipſum loqui ſupra ſe, quando ait ſcilicet: *Qui manducat carnem meam.* Carnaliter enim ſapiebant, et de carne, qua indutus erat, ſecundum Auguſtinum. Sed quæritur, quare tam obſcure locutus eſt eis? Et ad hoc reſpondet Auguſtinus, et eſt in Gloſſa, quòd oportebat ſic loqui, vt non ab omnibus intelligeretur ſecretum Dei. Et ſequitur ſecundum: *Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum:* Omnia enim ſunt nuda et aperta oculis eius. Sciens, inquam, quòd murmurarent, ſcilicet de prædictis: *Dixit eis: hoc vos ſcandalizat?* ſcilicet quòd dixi me carnem dare in cibum, quod non eſt intelligendum de carne, qua induor, ſed ſpiritualiter eſt intelligendum. Ideo explanans ſubdit: *Si ergo videritis filium hominis aſcendentem.* Et eſt oratio defectiua, et ſuſpenſiua, ſecundum Gloſſam. Et eſt ſenſus: *Si videritis*, ideſt, credideritis, quod filius hominis aſcenderit in cælum, tunc intelligetis, quoniam caro, ſiue corpus meum morſibus non conſumitur. Abducit enim eos ab æſtimando eum eſſe filium Ioſeph. Ideo ſequitur, ait Chryſoſtomus: *Spiritus eſt qui viuificat*, ideſt, ſpiritualis intelligentia: *Caro autem non prodeſt quidquam*, ideſt, carnalis intelligentia. Vnde Chryſoſtomus: Spiritualiter oportet audire, quæ de me dicta ſunt: qui autem carnaliter intelligit, nil proficit: Littera enim occidit. Et ideo ſubdit: *Verba, quæ ego locutus ſum, ſpiritus et vita ſunt*, ideſt, ſpiritualia, nihil habentia carnale, vt ait Chryſoſtomus. Et ſic intellecta, ſunt vita, quia viuificant: Spiritus viuificat. Opponit Auguſtinus, qualiter ait: *Si videritis aſcendentem vbi erat prius*: Ergo ſecundum hoc, quando tunc loquebatur non erat ibi. Cuius contrarium ſupra, vbi ait: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit. Filius hominis, qui eſt in cælo, tunc erat ibi. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus: Vnam perſonam eſſe Chriſtum non duas. Secundum vnitatem ergo perſonæ, in cælo erat, quando in terra loquebatur: filius Dei in terra in ſuſcepta carne, filius hominis in cælo in vnitate perſonæ. Quaſi ergo dicat: *Si videritis aſcendentem, vbi erat prius*, ideſt, credideritis æqualem patri: tunc intelligetis, quæ dicta ſunt. Item quæritur, qualiter ait: *Caro non prodeſt quidquam.* Cum ſupra idem dixerit: *Qui manducat carnem meam, habet vitam æternam.* Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum, quòd non prodeſt quidquam eo modo quo intelli-

Heb. 10. e

Chryſ. hom. 46. in Ioã. ante med. tom. 3.

Ioan. 18. d

Aug. tract. 27. in Ioã. non longe a prin. to. 9.

Chryſ. hom. 46. in Ioan. ante med. tom. 3.

Ibidem.

Aug. tract. 27. in Ioã. non mult. a prin. to. 9.

Ibid. paulo poſt.

Hebr. 4. d

Chryſ. hom. 46. in Ioã. ante med. tom. 3.

Ibidem.

2. Cor. 3. b

1. Cor. 3. b

Ioan. 3. b.

Aug. tract. 27. in Ioã. ante mediũ tom. 9.

Ibid. poſt pauca.

intelligebatur, ſicut dicitur de ſcientia, quod inflat,
1.Cor.8. a ſcilicet ſine charitate, ædificat autem per charitatem.
Ita caro prodeſt illi, qui intelligit ſpiritualiter. Ma-
neamus ergo in illo vt membra: ſpiritus autem viui-
ficat viua membra, et non niſi inuenerit in corpore,
quod vegetat. Hæc Auguſtinus. Et ſubdit cauſam,
quare non intelligunt, ibi: *Sed ſunt quidam ex vobis,*
Iſa. 7. a *qui non credunt*: Niſi crediderit is, non intelligetis.
Per fidem enim cognitio, per intellectum viuificatio,
Aug. ibid. circa med. ait Auguſtinus. Et quia dixerant, quòd erant quidam
Eccl. 23. d non credentes, ſubdit: *Sciebat autem ab initio*, qui no-
uit omnia ab æterno: Omnia ſunt ei agnita antequam
crearentur: *Qui eſſent credentes*, et non ſcandalizati:
Aug. tract. 27. in Ioã. ante med. tom. 9. *Et quis traditurus*, ſcilicet Iudas. Vt enim ait Augu-
ſtinus, nec expreſſit, nec ſiluit, vt omnes timerent:
Propterea dixi vobis, ſcilicet quòd quidam non credũt:
Quia nemo potest venire ad me, niſi fuerit datum. Supra
eodem: *Nemo venit ad me, niſi pater traxerit eum*. Sed
tunc quæritur, quòd ſi omnibus eſſet datum a patre,
omnes veniſſent: Non ergo eſt eis imputandũ, quòd
non venerunt. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum
Chryſ. hom. 46. in Ioã. ante med. tom. 3. Chryſoſtomum, quòd hoc dictum eſt, qui tribuit ſe
eſſe dignum vt accipiat, ille accipit. Vnde hic notat
a parte Dei dandam gratiam, promptitudinem, et a
parte ſuſcipientium, voluntatis ad ſuſcipiendum li-
Hebr. 12. c bertatem. Propter quod ait Apoſtolus: Ne quis de-
1. Cor. 3. b ſit gratiæ Dei. Et nota, quòd ait: *Spiritus eſt, qui viui-*
Spiritus qua drupliciter. *ficat*. Dicitur enim ſpiritus quadrupliciter, vel ipſe
Deus: Deus enim ſpiritus eſt. Vel dicitur ſpiritus ter-
2. Cor. 3. g tia perſona in Trinitate: Tres, qui teſtimonium dant
1. Ioan. 5. c in cælo: Pater, Verbum, et Spiritus ſanctus. Item ſpi-
Luc. 11. b ritus dicitur donum Dei gratuitum: Dat ſpiritum bo
num petentibus ſe. Item vel dicitur ſpiritus homo do
Ioan. 3. b no inſpiratus, et ſecundum ſpiritum viuens: Quod
Rom. 8. b natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: Non eſtis in carne
ſed in ſpiritu. Et talis ſpiritus viuificat, ideſt, viuifica
Ezec. 1. b tus opera vitalia facit, et ſpiritualiter intelligit: Vbi
Gregor. in Ezec. lib. 1. hom. 5. non lõge a prin. erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur. Ibi Grego-
rius: Impetus ſpiritus eſt ad charitatem, humilitatẽ,
continentiam, et ſic de alijs virtutibus. Eodem mo-
Gal. 5. d do caro dicitur viuens ſecundum carnem: Manifeſta
Aug. de ſalutarib. documẽt. ad quẽdam Com. c. 17. to. 4. ſunt opera carnis. Vt enim ait Auguſtinus: Ille ſecun
dum carnem viuit, qui ſecundum ſeipſum viuit. Et
talis non prodeſt quidquam, nec ad intelligendum:
1. Cor. 2. d Animalis enim homo non percipit, quæ Dei ſunt:
1. Cor. 3. a Non poteſtis ſcilicet ſumere eſcam, ideſt, ſolidam do-
Mat. 26. d ctrinam: Carnales enim eſtis. Item: *Non prodeſt quid-*
1. Cor. 15. f *quam*, ad reſiſtendum tentationibus: Spiritus prom-
Rom. 14. c ptus, caro infirma. Item: *Non prodeſt quidquam*, ad
proficiendum in bonis operibus: Caro et ſanguis re-
gnum Dei non poſſidebunt, quia ſcilicet non operan
tur, quæ ducunt ad regnum: Non eſt regnum Dei eſca
et potus, ſed iuſtitia, pax, gaudium, *et cetera*. Et ſub-
ditur diſcipulorum ex hoc ſcandalizatio: *Ex hoc multi*
abierunt retro, ideſt, ad ea, quæ ſunt retro, et nõ ad ea,
Chryſ. hom. 46. in Ioan. circa med. tom. 3. quæ ſunt ſecundum veritatem, ait Chryſoſtomus, vel:
Retro, ideſt, poſt ſatanam, non poſt Chriſtũ, ait Augu
Aug. tract. 27. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. ſtinus: *Et cum illo non ambulabant*. Pręciſi enim a corpo
re vitã perdiderunt, ait Auguſtinus. Et nota quòd ma
li abeunt retrorſum: quidã amore terrenæ poſſeſſio-
nis et proprietatis. Cum Dominus dixiſſet: Vade et
vẽde omnia quæ habes, et da pauperibus. Et ſequitur:
Ibid. paulo poſt. At ille abijt triſtis, *et cet.* Item quidã abeunt voluptate
Mat. 19. c carnis: Quædam conuerſæ ſunt retro poſt ſatanam:
1. Tim. 5. c Reliquiſti me et retrorſum abijſti. Item quidã abeunt
Hiere. 15. a retrorſum voragine gulæ: Reuertamur in Ægyptum,
Num. 14. a *et cet.* Et: Abierunt hi uoluptatibus ſuis. Et ſequitur:
Hiere. 7. c Facti ſunt retrorſum. Et omnes tales ſunt indigni re-
Ibidem. gno Dei. Vnde vxor Loth, aſpiciẽs retro perijt. Et con
Gen. 17. traria de Paulo: Quæ retro ſunt, obliuiſcens, *et cet.* Et
Phil. 3. a ſequitur inquiſitio Saluatoris: *Dixit ergo Ieſus ad duo-*
decim: Nunquid et vos vultis abire? Sed quæritur,
qualiter ait: *Duodecim*, quia ſupra dictum eſt, quòd
multi diſcipulorum abierunt retro. Sed credendum

A eſt, quòd Iudas fuerit peior inter alios, et ita non vide
tur remanſiſſe. Et ad hoc eſt reſpondendum, ſecun-
dũ Gloſſam, quòd Iudas corpore ſolum permanſit. Et
non dixit: *Abite*, hoc eſſet expellentis, ſed ait: *Num-*
quid vultis abire? ſcilicet interrogatiue. Neque enim
blanditus eſt eis, neque offendit expellẽdo, ſed inter-
rogauit. Neque hoc erat verbũ contemnentis eos, ne-
que volentis vi et neceſſitate detineri eos. Sed quæri-
tur, ex quo remanſerũt, et alij abierunt, quare non cõ
mendauit eos? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, *Chryſ. hom.*
quòd ideo nõ laudauit, ne eſſent paſſi quid humanũ, *46. in Ioan.*
ſcilicet de vana gloria. Et ſequitur reſpõſio Petri: *Re-* *poſt mediũ.*
B *ſpondit ergo Simon Petrus*. Et reſpondet pro omni colle- *tom. 3.*
gio: vidẽs enim Petrus, quòd nõ erant verba Dei, quę
ſcandalizarent, ſed fuit indeuotio eorũ, qui audierãt,
vt ait Chryſoſtomus. Ideo ait: *Ad quem ibimus? verba* *Ibid. paulo*
enim vitæ habes, ſcilicet de reſurrectione a mortuis, et *poſt.*
de vita æterna, ait Chryſoſtomus, ſupra eodẽ: *Verba,* *Ibidem.*
quæ ego loquor, ſpiritus et vita ſunt: Et nos credimus, ſcili-
cet aſſentiẽdo: *Et cognouimus*, intelligendo: *Quia tu es*
Chriſtus filius Dei, non Ioſeph, ſicut alij dicebant. Sed
quęritur, qualiter ait: *Nos credimus*, et cet. Ex quo alij
abierũt, qualiter ait: *Credimus*. Itẽ ex quo Iudas rema
ſerat cũ eis, qualiter reſpõdit in plurali. Et ad iſtud re
C ſpõdet Chryſoſtomus, quòd reſpõdit pro bonis, quo- *Ibidem.*
rum erat futurũ caput. Sed quæritur, quare non fuit
Petrus laudatus de iſta reſponſione, et promiſſio facta *Mat. 16. c*
ei, ſicut dicitur: Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, *Chryſ. ibid.*
quòd ibi de diſcipulis nihil dixit Petrus, ideſt, nõ re-
ſpondit in perſona diſcipulorũ, ſed in ſingulari ait:
Tu es Chriſtus. Hic autẽ ait: *Credimus*, pro collegio re *Ibidem.*
ſpõdet. Ideo nõ fuit laudatus taliter, vt eſſet promiſſio
ei facta. Et vbique patet veritas fidei beati Petri, et
ſtabilitas conſtãtiæ, et caritas amicitiæ, et virtus auda
ciæ. Vnde Chryſoſtomus: Vide amicitię ſeruatorẽ, fra *Chryſ. ibid.*
trum amatorẽ, ſcilicet Petrum, qui pro omni collegio
D reſpõdet. Et ſequitur Saluatoris reſpõſio, veritatis eru
ditio: *Reſpondit*, et cet. *Duodecim elegi*. Sed quæritur, Quare duo-
quare tot? Ad hoc reſpõdet Auguſtinus, quòd iſte nu decim elec-
merus ſacratus eſt, et Iudæ perdito vnus ſubrogatus, ti.
ſcilicet Mathias. Per quattuor enim cardines mũdi fi- *Aug. tract.*
dem Trinitatis erãt annunciaturi: ideo ter quaterni. *27. in Ioã.*
Itẽ opponit Auguſtinus, qualiter ait: *Duodecim*, quia *poſt mediũ.*
ſecũdum hoc diabolus erat electus, quia vnus ex illis *tom. 9.*
factus diabolus. Itẽ hoc nomen electus in laude poni- *Ibid. ante.*
tur: ergo non poteſt extẽdi ad duodecim. Itẽ opponit
Chryſoſtomus, quòd ex hoc gentiles inſipienter accu *Chryſ. hom.*
ſant Chriſtũ, quòd elegit talem diſcipulũ. Itẽ electio *46. in Ioã.*
E eſt commendabilior in qua eliguntur ſoli boni, quàm *poſt mediũ.*
in qua eliguntur mali, vel malus: Ergo vt prius. Item *tom. 3.*
quæritur, quare elegit talẽ diſcipulũ, qui erat futurus Cur Iudas
malus? Et ad hoc reſpondet Auguſtinus, quòd ſicut electus ma-
iniqui vtuntur male bonis operibus Dei, ſic ecõtrario lus.
Deus bene vtitur malis operibus iniquorũ. Vnde ma *Aug. tract.*
lo Iuda bene vſus eſt Dominus: tradidit enim ſe, per- *27. in Ioã.*
tulit, vt redimeret nos. Hæc ille. Et planius idẽ Augu *poſt mediũ.*
ſtinus: Elegit diſcipulos, habuit inter eos vnũ, quo ma *tom. 9.*
lo bene vtens, et ſuæ paſſionis implet depoſitum, vt *Aug. de Ci*
Eccleſiæ ſuæ tolerandorũ malorũ præberet exẽplum. *uit. Dei. li.*
F Hæc ille. Ob ergo impletionem diuinæ diſpoſitionis *18. cap. 49.*
de ſua paſſione ob exẽpli patientiæ exhibitionem, et *tom. 5.*
ob aliorũ probationem. Vnde Gloſſa: Cauſa probãdi
eos, ſic elegi. Et per hoc patet ad alia. Vnde Chryſoſto *Chryſ. hom.*
mus, quod non neceſſitate et vi Deus cõſueuit facere *46. in Ioan.*
bonos, neque electio eius violẽta eſt: ideo fuit malus *poſt mediũ.*
inter eos. Et, vt oſtenderet Deus, quòd in mẽte noſtra *tom. 3.*
eſt et ſaluari et perire: Ideo ait: *Vnus diabolus eſt*, deor-
ſum fluens et caduca ſequens: ipſe enim erat fur et lo
culos habens, infra: Et exponit euãgeliſta: *Dicebat au* *Ioan. 12. a*
tem de Iuda Simonis, ſcilicet filio Iſcariotis, quod inter-
pretatur memoria ſanguinis. Simon enim interpreta
tur obediens. Et ille fuit obediens non Deo, ſed pe-
cunię. Iudas confitens non ex veritate: Peccaui tra- *Mat. 27. a*
dens ſanguinem iuſtum: *Hic erat traditurus eum*
cum

Digitized by Google

Aug. tract. 27. in Ioã. post mediũ. tom. 9. Mysterium numeri duo denarij. *Greg. Mor. li. 1. cap. 6. ante med. Iob 1. a Ibid. li. 35. cap. 17. circa med. Aug. de Ciuit. Dei, lib. 20. c. 5. ante med. to. 5.* Duodecim Apostoli. *Exo. 15. g Nu. 13. a. b Ios. 4. a Ioan. 11. b Apoc. 12. a Apoc. 21. d Apoc. 22. a*

esset vnus ex duodecim. Sed quæritur, quare hoc apponit scilicet: *Duodecim*, cum esset certum. Ad hoc respondendum, quòd ideo apposuit ad denotandum ingratitudinem suam. Vnde Augustinus. Quid Iuda peius? Inter omnes discipulos adhærentes magistro, Loculi illi commissi sunt, et dispensatio pauperum distributa. Ingratus tanto beneficio, honori tanto, accepit pecuniam, perdidit iustitiam, tradidit vitam mortuus. Hæc ille. De mysterio vero numeri duodenarij et quare est numerus Apostolicus, Gregorius bene: exponens illud: Nati sunt ei septem filij et tres filiæ: Siue, inquit, quattuor per tria, siue econtrario septem in duodecim vertuntur, et ideo sancti Apostoli, quia Trinitatem in quattuor partibus mundi prædicare mittebantur, duodecim sunt electi. Hęc ille. Idem: Et de hoc bene Augustinus. De mysterio vero istorum duodecim Apostolorum in scriptura legitur multis locis: fuerunt enim signati per duodecim fontes: et per duodecim viros electos: et per duodecim lapides: et per duodecim horas diei, infra: et per duodecim stellas in capite mulieris: et per duodecim fundamenta et duodecim portas: et per duodecim fructus ligni vitæ.

CAPVT SEPTIMVM.

Continuatio.

POST HÆC *ambulabat Iesus in Galilæam*, et cetera. Determinato transitu filij Dei trans mare Galilææ, et de miraculi operatione et doctrinæ veritate: in parte ista narratur de suo ascensu et de sua doctrina et opere miraculoso: Idq. primo. Secundo, determinatur de suo transitu trans Iordanem, ad declinandam malitiam consequentium, ibi: Et abijt trans Iordanem. Prima pars in quattuor partes, secundum quattuor capitula. Primo, determinatur de suo ascensu in Hierusalem, et sua doctrina. Secundo, de ascensu in montem, et regressu, et confutatione malignantium, ibi: Iesus autem perrexit in mõtem. Tertio, determinatur de suæ potentiæ miraculoso opere ad confirmationem doctrinæ, ibi: Et præteriẽs vidit. Quarto, de exemplis vitæ suæ et doctrina et eruditione spiritualiter præsidentium siue prælatorũ, ibi: Amen amen dico vobis. Prima pars in duas partes. Primo, moræ ipsius in Galilæa, et causæ ipsius moræ præmissio. Secundo, sui ascensus et manifestationis subiunctio, ibi: *Vt autem ascenderunt*. In prima quattuor. Primo, vt dictum est, suæ moræ in Galilæa specificatio. Secundo, discipulorum persuasio, vt ad diem festum ascenderet, ibi: *Erat in proximo dies festus*. Tertio, Saluatoris responsio, ibi: *Dixit ergo eis Iesus*. Quarto, ascendendi ad diem festum dissimulatio, ibi: *Ves ascendite*. Ait ergo: *Posthac ambulabat*. Multis tamen interiectis miraculis, quæ hic tacentur, sicut patet a magistro in historijs. Vnde: *Posthæc*, notat ordinem, non immediationem. Non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum interficere. Sed quæritur, qualiter hoc? quia videtur tunc mortem et homines timere. Item videtur non habere potestatem resistendi vel præcauendi mortem. Item cum posset exire de manibus eorum, sicut fecit infra, non oportuit, quin in Iudæam ambularet. Ad istud respondet Augustinus bene. Quando latuit, vt homo, non potentiam amisisse putandus est, sed exemplum infirmitati præbuisse. Et sequitur: Sæpe signatum est in capite, quod futurum est in corpore. Ne ergo obijceretur, pro crimine, scilicet alicui fideli, si fugeret, latibulum præcessit in capite, et potentiam demonstrauit, quando voluit. Infra: Quando scilicet ceciderunt, qui capere eum voluerunt. Sed tunc obijcitur, quòd licitũ est fidelibus fugere in persecutionibus. Cuius tamen contrarium patet, infra:

Diuisio. Ioan. 10. d Ioan. 8. a Ioan. 9. a Ioan. 10. a Ioan. 8. g Aug. tract. 28. in Ioã. non longe a prin. to. 9. Ibid. post pauca. Ioan. 18. a Fugere quãdo liceat. *Ioan. 10. b*

Vbi culpatur mercenarius, quia fugit. Et ad istud respondendum secundũ Augustinum, quòd aliquando licet fugere, quando est persecutio personæ, et tunc licitum est fugere: aliquãdo est persecutio Ecclesię siue generalis, et tunc non licet pastori fugere, vt patebit infra: Littera vero Chrysostomi est: *Non habebat potestatem*. Et super hoc opponit, cum omnia possit, qualiter ait: *Non habebat potestatẽ?* Et ad hoc respõdet, quòd loquitur de ipso, vt homine: fugiebat enim vt homo. Quando autem non detinebatur, virtutem diuinitatis ostendebat. Ens enim vterque, scilicet Deus et homo, vtraque de se voluit credi, ibi. Et sequitur secundum: *Erat autem in proximo dies festus Scenophagia*. Erat autẽ festum Tabernaculorum, quia tabernacula faciebant ad similitudinem eorũ, qui in eremo habitauerunt, et celebrabatur septimo mense. Et ex hoc patet, vt dicit Chrysostomus, quòd non omnia studebat Euãgelista enũciare, sed illa, pro quibus fuit hic aut querela aut contradictio a Iudæis. Vnde in his quinque mẽsibus, qui erant inter festa, nisi miraculũ de panibus narrat, et concionem ad Iudęos. Vbi enim extraneum quid aduersus eum fiebat, hoc exarare studuit. Hæc ille. Et ex hoc patet, quòd multa miracula hic omisit euangelista. Et quia dixit, quòd erat festus dies, subditur: *Dixerunt ad eũ fratres: Vade in Iudæam*. Sed quæritur, quare ait: *Fratres*, cũ esset filius virginis? Et ad hoc respondet Augustinus, quòd consanguinei virginis secũdum consuetudinem scripturarũ dicebantur fratres: Sicut Abraam et Loth. Sicut enim ait Augustinus: In sepulchro, in quo iacuit corpus Domini, nec ante, nec post mortuus iacuit: sic vterus Mariæ nec ante nec post aliquid mortale cõceperat: *Dixerunt autem ad eum: Vade in Iudæam*. Vt enim ait Augustinus. Opera Domini discipulos non latebãt, sed istos latebant. Isti enim fratres, ideſt, consanguinei ipsa propinquitate credere in eũ fastidierunt: *Vt et discipuli tui videant opera tua*. Vt enim ait Chrysostomus, hic vocat discipulos turbam sequentẽ non duodecim. Et superaddũt: *Nemo in occulto aliquid facit*. Vt enim ait Augustinus. Loquebatur caro carni, sed caro sine Deo carni cum Deo. Prudentia carnis verbo, quod caro factum est: *Si hæc facis*, ideſt, si vera sunt miracula, quę facis: *Manifesta te ipsum mũdo*, scilicet eundo in publicum, et faciendo miracula corã mundo. Quia propheta sine honore in patria sua, supra: *Neque enim fratres eius credebant in eum*, scilicet cõ sanguinei, nimirum Iacobus primus Hierosolymorũ Episcopus: et Iudas, vt ait Chrysostomus. Sed quæritur Chrysostomus, qualiter ait: *Non credebant in eum*. ex quo rogauerunt Dominũ mirificare, ideſt, miracula facere: videtur, quòd in eũ credebant. Et ad istud respondet, quòd verba erãt multę incredulitatis, et multæ amaritudinis, quia erant suspicantiũ non esse vera miracula, et incusantiũ eum de amore gloriæ. Vnde Augustinus, quia humanam gloriã requirebant: ideo in eum non credebant. Et patet ex dictis quę et qualia appetunt fratres, et cognati suis cognatis, qui sunt in dignitate: optant in eis excellentiam temporalẽ, secularem apparentiam et humanam gloriã, non propter verum amorem eorum, nec propter diuinum honorem, nec propter animarum salutem, licet hoc prętendant aliquando: sed propter propriam excellentiam et gloriam. Et ideo cauendũ ab eis, nec assentiendum consilijs eorum in prædictis aquirendis: *Nolite credere amico*. Et sequitur: *Inimici hominis domestici eius*. Et de hoc bene Seneca: Surdum te amicis tuis præsta, bona animo malo tibi precantur: et si felix esse vis, deos ora, ne quid tibi ex his, quę optantur, eueniat: nõ sunt bona, quæ in te volunt congerere. Hæc ille: Si tibi voluerit persuadere frater tuus. Et sequitur: Dicens: Eamus et seruiamus dijs alienis. Opera enim facere propter vanam gloriã, finaliter est seruire dijs alienis, quia qui quærunt gloriam, credere in Deũ non possunt, supra: Et in talibus affectibus sunt parentes et propinqui ignorandi: Qui dixerit patri suo et matri,

Aug. epist 180. ad Honoratũ per totum. to. 2. Ioan. 10. b Chrysost. hom. 47. in Ioã. ante med. tom. 3. Scenophægia. *Leu. 23. d Chrysost. ibid. post aliqua.* Multa miracula omissa. *Aug. tract. 28. in Ioã. ante med. tom. 9. Gen. 18. e Aug. ibid. paulo post. Ibid. post pauca. Chrysost. hom. 47. in Ioan. ante med. tom. 3. Aug. tract. 28. in Ioã. ante med. tom. 9. Ioan. 1. b Luc. 4. d Chrysost. hom. 47. in Ioã. ante med. tom. 3. Ibid. paulo ante. Aug. tract. 28. in Ioã. ante med. tom. 9. Mich. 7. b* Opera facere ob vanam gloriam. *Ioan. 5. g Deut. 33. b*

Digitized by Google

tri, *et cet.* Hi custodierunt eloquium tuum. Et simi-
Luc. 13. c liter quoad tales affectus, sunt odiendi: Si quis venit
ad me, et non odit patrem, non potest meus esse
Greg. in Euāg. ho. 37. ante med. discipulus. Ibi Gregorius de hoc bene: Vtrumque, inquit, per discretionem valemus, vt vnde proximos diligamus, et quos aduersarios in via Dei patimur, fugiendo odiamus. Et sequitur tertium, scilicet Saluatoris responsio: *Dixit ergo eis Iesus: Tempus meum*
Aug. tract. 28. in Ioā. ante mediū tom. 9. *nondum aduenit.* Et de hoc opponit Augustinus, ex quo ait Apostolus, quòd: Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Videtur, quòd tempus suum venerat. Et de hoc respondet Augustinus,
Gal. 4. a quòd tempus gloriæ suæ nondum venit, et illi de gloria admonebant, sed ille noluit altitudinem præcedere, et ad ipsam per viam humilitatis ascendere: *Tempus vestrum semper est paratum*, ideſt, mundi gloria.
Aug. tract. 28. in Ioā. post mediū. tom. 9. Ait enim idem Augustinus, de hoc tempore sub nomine diei: Diem hominis non desideraui. Et: In die honoris tui ne extollaris. Et subdit causam dicti: *Non potest mundus odisse vos.* Amatores suos, falsos testes; quæ enim mala sunt, bona dicitis. Et econtrario. Et: Omne enim animal diligit suum simile, sic
Hiere. 17. b *Eccli. 11. a* *Eccli. 13. a* et omnis homo suo simili sociabitur: *Me autem odit,*
Ioan. 15. f. *quia ego testimonium perhibeo*, et cetera. Sed qualiter ait hoc, quia infra: Si mundus vos odit, *et cetera.* Et ad istud respondendum, quòd loquitur de discipulis pro statu, in quo tunc erant, et in quantum suadebāt, et dabant consiliū de gloria ostendenda terreno affe-
Chryſ. ibid. ctu. Vnde Chrysostomus: Qualiter eos odirent, scilicet mundus et mundani, qui eadem volunt, et pro ijsdem currunt, sicut et mundus. Ibi autem loquitur de discipulis pro statu perfectionis eorum, et maxime pro statu post acceptionem sancti Spiritus in plenitudine. Et patet ex dictis ordo et modus perueniendi ad tempus gloriæ, siue ad gloriam per humilitatē
Aug. tract. 28. in Ioā. ante med. tom. 9. et passionum tolerantiam. Vnde Augustinus: Dominus, vt veniant ad patriam, prouocauit ad viam, excelsa est patria, humilis via. Patria est vita Christi, via est mors Christi. Patria est mansio Christi, via est passio Christi: qui recusat viam, quid quærit patriam? Hæc ille, et ibi bene de hoc. Respondit Chri
Mat. 20. c stus matri petenti gloriam filiorum: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Vt enim ait Gre-
Greg. in Euāg. ho. 27. ante med. gorius: Ordo est tribulationis et consequentis glorię. Et post: Per calicem peruenitur ad maiestatem: Per multas tribulationes oportet peruenire ad regnum
Act. 14. d Dei. Item patent hic mundi error et fatuitas: odit enim arguentem ipsum in veritate, sicut Iesum Christum hic: *Non enim amat*, pestilens eum, qui se corri-
Prou. 15. b *Ioan. 3. c* pit. Supra: Qui male agit, odit lucem, scilicet arguentem, vt habitum est ibi. Veritas enim parit odium,
Terent. in Andr. act. 1. sce. 1. obsequium amicos, ait Terentius. Et recitat Aug. Item mundus diligit suos falsos testes, qui ip-
Aug. Confeſſ. lib. 10. c. 23. to. 1. sum non arguunt, sed cum eo currunt, et eadem cum ipso volunt: Cum tamen meliora sint vulnera diligentis, quàm fraudulēta odientis oscula. Et tales sunt
Prou. 27. a similes asino stolido, qui fugit a fonte, in quo appareat imago eius, et currit ad leonem ipsum admirans, a quo interficitur, ait Isaac. Et quarta sequitur particula, in qua dissimulatio Saluatoris de ascendendo Hierosolymam, ibi: *Vos ascendite ad diem festum hunc.*
Aug. tract. 28. in Ioā. post mediū. tom. 9. Vnde quærit Augustinus, quid est dictum: *Diem festum hunc, vel istum?* Et respondet, quòd ideo ait: *Ascendite ad diem festum hunc*, vbi humanam gloriam quæritis, vbi vultis ostendere carnalia gaudia, non æterna cogitare. Sed quæritur, qualiter ait imperati-
Chryſ. hom. 47. in Ioan. post mediū. tom. 3. ue: *Vos ascendite.* Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd hoc ait, ostendens, quoniam hoc dixit non indigens, nec volens blandiri, nec concedens eos Iudaica facere. Concessiue ergo ait hoc non imperatiue. *Ego non ascendam ad diem festum istum, quia nondum venit tempus meum.* Sed qualiter hoc ait, quia postea ascendit ad diem festum? Et ad hoc respondendum secundum Glossam, quòd non ascendit ad diem primum vel secundum. Vel aliter secundum Chrysostomum, quòd non ait simpliciter, scilicet quòd non ascenderet, sed ait: *Non ascendam nunc*, ideſt, vobiscū: *Quia tempus meum nondum venit.* Eo quòd in futuro Paschate oportebat eum crucifigi, ait Chrysostomus. Et per hoc patet responsio ad obiectionem hæreticorum obijcientium, quòd erat subiectus fato. Et patet ex dictis responsio. Item obijcitur, quòd ex hoc videtur, quòd opera Christi dependebant a tempore, quod videtur inconueniens cum esset omnipotēs. Et ad istud respondendum, quòd opera sua non dependebant a tempore ex indigentia, fiebant tamen in tempore debito ex cōgruentia: *Hæc cum dixisset: mansit in Galilæa.* Et patet, quod ex Saluatoris exemplo est tempus docendi et annunciandi veritatem, et est tempus quiescendi et orandi: Siue mente excedimus
2. Cor. 5. b Deo, siue sobrij sumus nobis. Quod vero ait: *Mansit in Galilæa.* Mysterium est, quòd Christus manet in anima transmigrante a tumultu, et a turbatione mundi ad quietem orationis et contemplationis: *Factus est enim in pace locus eius.* Galilæa enim transmigratio interpretatur. Et sequitur illa pars, in qua de ascensu illius ad diem festum, ibi: *Vt autem ascenderunt.* Et illa in tres. Primo, narratur de sua ascensione. Secun- Diuisio partium.
do, de Iudæorum inquisitione, et horum murmuratione, ibi: *Iudæi ergò.* Tertio, de sua manifestatione et doctrinatione, ibi: *Iam autem die festo.* Ait ergo: *Vt ascenderunt fratres, ipse ascendit.* Sed opponit
Chryſ. ibid. Chrysostomus: Ex quo prius ait, quòd non ascenderat: eo quòd tempus non aduenerat, qualiter ait nūc, quòd ascendit? Et ad hoc respondet, quòd non ascendit, vt pateretur nunc, sed vt eos erudiret. Ascendit, inquam: *Non manifeste, sed quasi in occulto.* Sed quæritur, quare non manifeste? Videtur enim timuisse.
Aug. tract. 28. in Ioā. post mediū. tom. 9. Et ad hoc respondet Augustinus, quòd ideo in occulto ascendit, quia non gloriari temporaliter, sed docere salubriter voluit et admonere de die festo æterno, amorem ab hoc sæculo auertere, et in Deum conuertere cupiebat. Aliter respondet Chrysostomus, quòd
Chryſ. hom. 47. in Ioan. post mediū. tom. 3. si ascendisset manifeste signa diuinitatis ostendisset: voluit autem ostendere scilicet suæ humanitatis veritatem. Et ideo in occulto ascendit. Et sequitur secunda particula, scilicet Iudæorum inquisitio et murmuratio: *Iudæi ergo quærebant in die festo*, quia in talibus
Ioan. 5. a *Chryſ. hom. 48. in Ioan. ante med. tom. 3.* consueuerat miracula facere, supra. Et in hoc patet eorum malignitas. Vt enim ait Chrysostomus: In his scilicet festiuitatibus piscari eum, ideſt, capere, et loquendo ironice ait, quod bene erant Iudæorum directiones, ideſt, festiuitates, in occisionem impetum faciebant et dicebant. *Vbi est ille?* Sed quęritur, quare non nominabant? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd a magno odio et inimicitia, nec nominatim eum vocari volebant: *Et murmur multum*, non solum pro præterito miraculo, scilicet panum, sed rursus timentes, ne simile quid faceret, ait Chry-
Ibidem. sostomus: *Quidam enim dicebant, quia bonus est*, secundum opinionem vulgi: *Quidam: Quoniam seducit turbas*, ait Chrysostomus. Hi enim erant increduli, in-
Ibidem. fra: *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum?* Seducere enim, vt ait Augustinus, est decipere, vel aliū-
Aug. tract. 29. in Ioā. non longe a princ. to. 9. de aliquem ad aliud persuadendo ducere. Si a malo ad bonum ducit, bonus seductor est, si e contrario malus. Et hoc est ad solatium, quæ postea prædicantes verbi Dei futuri erant reputati vt seductores, et
2. Cor. 6. b tamen veraces: *Nemo tamen palam loquebatur*, scilicet eorum, qui dicebant: *Quoniam bonus est: Propter metum Iudæorum*, infra: Conspirauerunt Iudæi, vt si
Ioan. 9. c quis Christum confiteretur, extra Synagogam fieret. Et sequitur pars, in qua de ipsius manifestatione et doctrinæ dispensatione, ibi: *Iam autem die festo*, et cetera. Et illa in duas. Primo, de sua doctrina in prima Diuisio partis.
die, et calumniantium confutatione. Secundo, de sua doctrina vltima die festiuitatis, et obloquentium confutatione, ibi: *In nouissimo die*. Prima adhuc in duas.

Primo

Digitized by Google

Primo de doctrina sua et confutatione calumniantiũ generaliter. Secundo, de confutatione quorundam ex Hierosolymis specialiter, ibi: *Dixerunt ergo quidam.* In prima quattuor. Primo, ascensus filij Dei in templum et admirationis Iudæorum de doctrina sua præmissio. Secundo, veritatis eruditio, et Iudæorum increpatio, ibi: *Respondit Iesus.* Tertio, eorum blasphematio, ibi: *Respondit turba.* Quarto, Saluatoris responsio, et illorum confutatio, ibi; *Respondit Iesus.* Ait ergo: *Iam die festo mediante*, ideſt, die media, septem dierum festiuitatis, et erat quarta, ait Glossa: *Ascendit in templum*, non in palatium vel in forum: *Et docebat*, non silebat veritatem, infra: Ego semper docui in Synagoga et in templo. Qui enim latebat, palam loquebatur, ait Augustinus: *Et mirabantur Iudæi*, ob doctrinæ claritatem, veritatem, ac virtutem. Vnde Chrysostomus. Tanta erat virtus eorum, quæ dicebantur, quòd qui dicebant prius, quoniam seducit turbas, transmutati admirabantur: Mirabantur super prudentia et responsis eius: *Quomodo hic litteras scit*, et cetera. Vt ait Chrysostomus; doctrinam admirabantur, et tunc deberent cogitare, quoniam nihil humanum in eo erat: Sapientiam non didici, scilicet ab homine, et noui scientiam sanctorum. Quærit Chrysostomus, quare in prima die non ascenderit ad festum. Et videtur, quòd debuisset ascendere: ait enim Apostolus: Insta opportune, importune. Ad istud respondet, quòd tardatione sua attentiores eos fecit: qui enim primis diebus eum quæsierunt, repente præsentem debebant iniacere dicenti, ideſt, ingerere se ad audiendum. Et patet hic exemplum prælatis et doctoribus ascẽdendi ad templum, et docendi ibidem, exemplo beati Ambrosij, qui omni die dominico in publico Dei verbum tractabat, ait Augustinus: Clama ne cesses, *et cetera*. Et de hoc in collatione prædicabili, infra. Et sequitur pars secunda: *Respondit Iesus*. Et ibi duo. Primo, veritatis eruditio. Secundo, aduersantium arguitio, ibi: *Nonne Moyses*. Ait ergo: *Mea doctrina non est mea*. Et de hoc opponit Augustinus, prolixe, scilicet: Non tua quomodo tua? Et e contrario: Videtur implicare contradictionem. Et de hoc soluit in Summa, quòd doctrina patris, quid est nisi verbum patris? Et quia verbum est alicuius, doctrina eius, ideſt, ipsum verbum non est doctrina eius, sed illius a quo est: quia verbum non est a se. Est enim Christus lumen de lumine. Quasi eodem modo opponit Chrysostomus, et soluit scilicet, qualiter est doctrina eius, et nõ eius. Et respondet, quòd eius est doctrina, quia non edoctus ab aliquo dicebat: Non eius erat, quia patris erat doctrina. Et quoniam profundum verbum proposuit, vt ait Augustinus, nec omnes intellexerunt, dedit consilium vt crederent. Ideo subdit: *Si quis voluerit voluntatem eius facere*, ideſt, patris, credendo in eum: *Cognoscet de doctrina*, ideſt, intelliget. Vt enim ait Augustinus: Intellectus est merces fidei: Nisi credideritis, non intelligetis. Noli ergo quærere intelligere vt credas, sed e contrario. Et talis sciet, quoniam ex eo Deo loquor, nec mirum, quia verbũ patris manifestans gloriam patris, infra: *Qui autem a semet ipso loquitur*, scilicet antichristus: *Quærit gloriam propriam*. Supra: Alius veniet in nomine suo, *et cetera*: Ipse enim extollet se supra omne, quod dicitur, Deus aut colitur: *Qui autem quærit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est*. Qualis scilicet ego sum, qui patri æqualis formam serui accipiens, gloriam ipsius quæro, ait Augustinus. Patet hic exemplum a filio Dei hominibus non quærendi propriam gloriam, sed Dei. Ex quo enim ipse filius, cui debebatur omnis gloria semper profitetur se quærere gloriam patris, multo magis quilibet fidelis, qui est membrum eius, debet quærere gloriam Dei non suam, et doctrinam attribuere non sibi. Quia, vt ait hic: *Qui a semetipso loquitur*, gloriam propriam quærit, et talis est mendax. Infra: Qui de suo loquitur, mendax est. Gloria enim est frequens fama cum laude: Augustinus. Vana enim gloria est amor laudis, ait Hugo: Vel desiderium inordinatum excellendi, ait idem: Et hæc non est quærenda ab homine: Quid habes, quod non accepisti? quòd si accepisti: quid gloriaris? Benedixerint Deo in cordibus suis. Ibi Gregorius: Deo maledicere, est de eius munere sibi gloriã præbere. Et de hoc Chrysostomus bene: Vana gloria, tyrannica passio est, quæ est causa omnium malorum, eo quòd faciat excidere a vera gloria. Et ibi multum de hoc. Et Bernardus: Eo quippe est quisque pessimus, quo est optimus, dum scilicet quærat propriam gloriam. Ideo Hieremias: Non glorietur sapiens in sapientia sua. Sed qui vult gloriari in Domino glorietur. Sua enim gloria est quærenda vitæ veritate et representatione vitæ diuinæ in homine: Glorificate Deum in corpore vestro. Item est quærenda bonorum operum exercitatione: Videant vestra bona opera, et glorificent Deum. Item est quærenda gloria Dei, magnalium suorum et beneficiorũ sedula prædicatione: Date gloriam Deo, Dei perfecta sunt opera. Item est quærenda beneficiorum Dei recognitione et gratiarum actione, ac ordinata intentione omnia bona agendo ad gloriam suam: Non est qui reditet, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena: Omnia in gloriam Dei facite. Qui ergo volunt dicere, quæ sua sunt, et dedignantur docere doctrinã Dei, vel eorum, qui docent secundum Deum, non imitantur filium Dei in prædictis. Et sequitur arguitio Iudæorum calumniantium, ibi: *Nonne Moyses dedit vobis legem?* Et sunt ista verba referenda ad illud, quod supra dictum est: *Vbi est ille?* quod dicebant, quærendo eum vt occiderent. Ideo ait: *Nonne Moyses dedit vobis legem?* scilicet vt non occidatis: *Et nemo ex vobis facit legem.* Quia, vt ait Augustinus: Si legem faceretis Christum in eius litteris agnosceretis, et præsentem non occideretis. Ideo sequitur: *Quid me quæritis interficere?* Sed quæritur, qualiter ait: *Nemo ex vobis*, quia supra eodem dictum est, quod quidam dicebant: *Quoniam bonus est.* Item discipuli multi erant præsentes, qui implebant legem. Et ad hoc respondet Augustinus, quòd Dominum loquentem audiebant omnes, discipuli et Iudæi, mendaces et veraces, boni et mali. Sed ille discernebat, et quibus sermo prodesset, præuidebat, et in nobis, et in illis. Hæc ille. Loquitur ergo ad illos, qui erant mali, et mendaces: et, vt ait, redarguit de duobus, scilicet de audacia, qua audebãt redarguere eum, scilicet de trãsgressione legis, quia ipse curauit in sabbato, et de meditatione occisionis: ideo non erant digni iudicare alium. Et sequitur responsio illorum, ibi: *Respondit turba*, et cetera. Et vere turba. Vnde Augustinus. Turba turbata est a veritate: turbam lippitudinis turbauit claritas solis. Et respondit quasi turba non pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem: *Dæmonium habes*. Hæc Augustinus: quasi dicerent: Tu habes dæmonium, hæc nobis imponendo, ideo dicunt: *Quis quærit te interficere?* vt ait Chrysostomus: Verbum erat furoris et animæ inuerecundantis. Et ponit exemplum. Sicut latrones cantant in insidijs, quasi non essent latrones, et injiciunt manus: sic fuit de istis. Sed quæritur, quare non redarguit eos, et quare tam humilia locutus est coram eis? Et ad primum respondet Chrysostomus, quòd ideo non redarguit, vt non faceret eos inuerecundiores. Ad aliud vero respondet, quòd humilia loquendo de se, multæ fuerunt causæ, scilicet non ingenitum existimari, non Deo contrarium, carne indutum esse, imbecillitas audientium, docere homines moderata sapere. Alia vero loquendi de se fuit causa, veræ scilicet diuinitatis magnitudo. Hæc ille, quasi diceret: Vt non existimarent eum ingenitum esse vel Deo contrarium. Et sic de alijs: ideo humilia de se locutus est. Et patet hic

Ioan. 18. d *Aug. tract. 29. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Chryſ. hom. 48. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Luc. 2. g* *Chryſ. ibid. Prou. 30. a* *Tit. 4. a* *Chryſ. ibid. paulo ante.* Exemplum prælatis, et doctoribus. *Aug. Confeſſ. lib. 6. c. 3. tom. 1.* *Iſai. 58. a* *Aug. tract. 29. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Chryſ. hom. 48. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 28. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* *Aug. ibid. paulo poſt.* *Iſa. 7. b* *Ioan. 17. b* *Ioan. 5. g* *2. Theſſ. 2. b* *Aug. ibid. verſ. fin.* Exemplum quærẽdi gloriam Dei. *Ioan. 8. f* *Aug. tract. 100. in Io. ant. med. et ibid. tract. 105. ante med. to. 9.* *Hugo de ſacram. fid. li. 1. p. 7. c. 6.* *2. Cor. 4. b* *Iob 1. b* *Greg. Mor. lib. 1. c. 9.* *Chryſ. hom. 27. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* *Bernar. in Cant. ſer. 84. ante medium.* *Hiere. 9. g* *1. Cor. 2. d* Propria gloria quo modo quærenda. *1. Cor. 6. d* *Mat. 5. b* *Deut. 32. c* *Luc. 17. d* *1. Cor. 10. d* *Exod. 20. c* *Aug. tract. 30. in Ioã. non longe a prin. to. 9.* *Aug. tract. 30. in Ioã. ſer. in prin. tom. 9.* *Ibid. poſt aliqua.* *Chryſ. hom. 48. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3.* Exemplum latronum. *Ibid. paulo ante.*

Digitized by Google

Exemplum non respondendi aspere. *Aug. tract. 30. in Ioã. ante mediũ tom. 9. Chrys. hom. 48. in Ioã. post mediũ tom. 3.*

hic exemplum non respondendi aspere contumacibus. Vnde Augustinus: Dominus non turbatus, sed in sua potestate tranquillus non reddit, malum pro malo, *et cetera*, Quibus si diceret, Vos dæmonium habetis, verum diceret. Hæc ille. Et sequitur quartũ, scilicet responsio Saluatoris, ibi: *Et dixit eis*, vt ait Chrysostomus: dixit eis, inquam, a lege syllogizans. Et est summa rationis; Moyses ante legem dedit circumcisionem, et vos eam in sabbato facitis sine legis transgressione. Iniuste ergo me arguitis, quòd hominem sanum feci in sabbato. In ista ratione sic procedit. Primo, ponit quasi maiorem, Secundo, minorem. Tertiò, quasi conclusionem. Quarto, subdit admonitionem. Ait ergo: *Vnum opus feci*, scilicet curare paralyticum, supra: *Et omnes miramini*, scilicet de hoc opere. Quid ergo si omnia videritis, ait Augustinus. Et hoc est nobilius opus quàm circumcidere. Et tamen in sabbato circumciditis. Ideo sequitur: *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem*, ideſt præcepit: *Non quia ex Moyse est*, ideſt, præceptum Moysis: *Sed ex patribus*, quibus fuit primo præcepta. Et est in Gloſſa bene, propter quas causas fuit circumcisio in præcepto. Et subdit quasi minorem: *In sabbato circumciditis hominem*, secundum legem, quæ ait, quòd in die octaua circumcidatur infantulus, quæ dies potuit contingere in sabbato. Deinde subdit, quasi cõclusionem: *Si circumcisionem accipit homo*, et cetera: quando scilicet die octaua in sabbato: *Vt non soluatur lex Moysi*, quæ prohibebat opera seruilia, non opus salutis: *Mihi indignamini*, ideſt, cur indignamini, ait Gloſſa: *Quia totum hominem sanum feci* Curatus enim fuit, vt sanatus esset in corpore: et credidit vt sanus esset in anima: Augustinus. Et ideo illis poterat dicere illud Apostoli: Æmulationem quidem Dei habẽt: sed non secundum scientiam. Et ideo subditur admonitio; *Nolite iudicare secundum faciem*, ideſt, personarũ acceptionem: *Sed iustum iudicium iudicate*, scilicet secundum rei veritatem. Vt enim ait Augustinus: In sabbato circumcidebant, et tamen Moysi non indignabantur. Ipse vero totum hominem saluum fecerat, et tamen ei indignabantur. Et ideo ait: *Nolite iudicare secundum faciem*: Quod iustum est, iuste iudicate. Sed quæritur de ratione, quam facit Dominus. Videtur enim quòd non sequatur: minus enim est sanare in anima, quàm in anima et corpore. Sed non sequitur, si licet minus facere in sabbato, ergo et maius. Sicut non sequitur, si licet lauare faciem, indumenta, ergo et totum corpus. Item videtur, quòd sophistice arguit contra eos: quia ipsi arguebant eũ, non quia sanauit hominem in sabbato, sed quia dixerat ei: Tolle grabatum tuum, quod erat opus corporale, et ita videtur, quòd eis non respondet. Et ad primum respondendum est, quòd recte arguit cõtra eos. Sanatio enim hominis in anima et corpore est magis bonum, quàm sanatio in anima tantum. Si ergo circumcidere ad sanationem animæ licebat in sabbato, multo magis licebat et totum hominem sanare. Ad aliud respondendum, quòd ipse respondet impiæ et prauæ eorum affectioni, qua ipsi inuidebant operationi miraculi. Et contra eorum malitiam et inuidiam procedit hic arguendo, præcepit portare grabatum ab homine sanato, quia non fuit ita opus seruile, quod esset prohibitũ in sabbato, in quo licebat facere opera necessitatis, quæ ad salutem pertinent, sicut manducare et bibere, ait Augustinus. Item licebat facere opera pietatis, sicut eleemosynam dare, bouem et asinum adaquare. Sic et licebat paralytico curato grabatum vel lectum tollere in testimonium suæ curationis: maxime tamen præcipiente Saluatore, qui venerat soluere cærimonias legis, vt habitum est supra: De circumcisione vero et de quæstionibus circa illam: quarto sentent. Et Hugo, Sed quæritur, quare fuit circumcisio data ante legem patribus. Et ad illud respondendum secundum Gloſſam, quia circumcisio fuit data in signum magnæ fidei Abraæ, vt esset distinctio populi, de quo Christus erat nascitus, ab alijs populis. Et quia repromissio fuit facta Abraæ, ideo et ei data fuit lex de circumcisione. Vnde versus:

Est signum meritum distinguit siue medetur,
Circumcisa caro, signat docet.

Signum fidei Abraæ: meritum, scilicet obedientiæ: distinguit, scilicet populum: medetur, contra originale: signat, octauam resurrectionis: docet, scilicet castitatem. De ipsa vero circumcisione spiritualiter, et de sabbato in collatione prædicabili. Quod vero sequitur: *Nolite iudicare secundum faciem*, euadere in hoc sæculo magni laboris est. Et in hoc illos conuicit, nos instruxit: ait Augustinus. Et ideo non personaliter iudicemus, sed rectum iudicium teneamus. Quis autem est, qui non iudicat personaliter? qui æqualiter diligit. Dilectio æqualis facit non acceptari personas. Hæc ille. Et ponit exemplum de filio et patre. Si filius conquestus de patre habet bonam causam, illum æquemus patri in veritate. Et ibi bene de hoc. Vnde nota, quod iudicium secundum faciem siue superficiale, est ex personarũ acceptione, vt ait Augustinus hic. Item est ex causæ indiscussione, vel ex sententiæ præcipitatione: Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam. Et Gregorius: Ne ad proferendam sententiam iniquam præcipites esse debeamus, nec temere indiscussa iudicemus, ne quælibet mala audita nos moueant, ne passim dicta sine probatione credamus. Et ibi bene de hoc. Item fit iudicium secundum faciem ex peruersa affectione. Iudicium enim peruertitur quattuor modis: scilicet timore, odio, amore, cupiditate, vt dicitur. Vnde versus de his.

Iudiciũ peruertit quattuor modis.

Quattuor ista, timor, odium, dilectio, census,
Sæpe solent hominum rectos peruertere sensus.

Nec in iudicio plurimorum acquiescas sententiæ, vt a vero deuies. At illi: Ergo iudicio cauendum est: Audite illos, et quod rectum est iudicate. Et sequitur: Dei iudicium est. Et: Non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei, *et cetera*. Et sequitur: Cum diligentia cuncta facite. In Psalmo: Recte iudicate filij hominum. Et sequitur illa pars, in qua confutatio specialiter quorundam ex Hierosolymis calumniãtium, ibi: *Dicebant ergo quidam*. Et illa pars in quattuor. Primo, calumniantium obloquutio. Secundo, eorum confutatio siue conuictio, ibi: *Clamabat*. Tertio, ipsorum diuisio: eo quòd quidam volebant eum apprehendere, quidam credebãt, ibi: *Credebant ergo*. Quarto, malignitatis eorum siue machinationis a Christo propalatio, et illorum de hoc inter se mutua inquisitio: *Dixit ergo eis Iesus*. Ait ergo: *Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis*. Et in hoc patet eorum obstinatio: quoniam qui maxime potiti sunt signis, hi omnibus erant miserabiliores, scilicet, qui ex Hierosolymis, ait Chrysostomus: *Nonne hic est, quem quærunt Iudæi interficere?* Et ecce palam loquitur, *et cetera*, vt ait Augustinus: Qui nouerant, qua sæuitia quæreba tur, mirabantur, qua potentia non tenebatur. Ignorabant enim, quod ait Saluator, infra: Nemo tollit eam a me, ideſt, animam, licet ego ponam eam a me: *Nunquid vere cognouerunt principes*, et cetera: Putauerunt enim, quòd principes cognouerant ipsum esse Christum: et ideo ei pepercerunt, ait Augustinus. Et si ita fuit de ipsis: *Nos scimus, vnde sit*, quoniam a Nazareth. Supra: Inuenimus ipsum a Nazareth: *Christus autem cum venerit, nemo scit, vnde sit*. Quærit Augustinus: Vnde fuit nata hæc opinio apud Iudæos, quòd nemo scit, vnde Christus sit? Et ad hoc respondet, quòd non inaniter nata est: quoniam in scriptura dicitur: Quoniam Nazaræus vocabitur: Secundum aliam litteram, ibi: Et flos de radice eius ascendet, Prout exponit Hieronymus. Alia vero scriptura, quoniam in Bethleem. Et hoc ideo, quia in Bethleem natus,

Diuisio partis.

Gen. 17. b
Aug. tract. 30. in Ioã. prope finem tom. 9.
Iob 29. c
Greg. Mor. lib. 9. c. 14. post mediũ.
Exo. 23. a
Deut. 1. c
2. Par. 29. b
Ibidem.
Psal. 57. a
Aug. ibid. post pauca. Luc. 14. a Ioan. 5. b 4. Sent. dist. 1. c. fuit vsque. in fi. Hugo de sacram. fid. li. 1. p. 12. c. 2.
Ioan. 10. b
Aug. ibid.
Ioan. 1. g
Aug. ibid. paulo post.
Mat. 2. a
Isa. 11. a
Hieron. cõmẽt. in Mat. lib. 1. c. 2. in fin. tom. 6.

Mich. 5. a natus, quia in Nazareth educatus. Ideo secundum
Aug. tract. 31. in Ioã. ante mediũ tom. 9. hominem scripturæ prædixerunt vnde esset, secundũ
Deum vero latebat impios, et quærebat pios: Gene-
Isai. 53. c rationem eius, quis enarrabit? Hæc Augustinus: Et
Isai. 41. a quasi idem Chrysostomus. Sequitur secunda particu-
la, scilicet eorum confutatio, siue cõuictio, ibi: *Clama-*
bat ergo Iesus. Sed qualiter hoc, quia dicitur: Non cla-
mabit, neque audietur foris vox eius. Et ad istud re-
spondendum, quòd ibi loquitur de clamore conten-
tionis. Vnde Glossa ibi: Non clamabit mitis et man-
suetus: hic vero loquitur de clamore prædicationis
Prou. 1. c et doctrinæ: Sapientia foris clamitat. Et patet ipsius
ad prædicandum affectuositas, quia clamabat: et eru-
ditionis veritas, quia erat docens. Et patet loci doctri-
næ ordinabilitas, quia in templo: *Et me scitis*, scilicet
secundum carnem et effigiem hominis, quam gere-
bat: *Et vnde sim, scitis*, scilicet quantum ad educatio-
nem, quia a Nazareth. Sed qualiter ait: Ipse enim
erat filius Virginis, quod ipsi ignorabant. Et ad istud
Aug. tract. 31. in Ioã. ante med. tom. 9. respondendum secundum Augustinum, quòd solus
partus Virginis latebat, et illo excepto totum noue-
rant, scilicet locum educationis, et effigiem faciei ex-
terioris. Secundum tamen diuinitatem nesciebant.
Ideo ait: *Et a me ipso non veni*, scilicet secundum diui-
nitatem: *Sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis*,
Ioan. 1. b excæcati scilicet infidelitate: Mundus enim eum non
cognouit, supra. Et alibi: Neque patrem quis nouit
Mat. 11. d nisi filius, et cui voluerit filius reuelare. Et in hoc con
Chrys. hom. 49. in Ioan. ante med. tom. 3. uincit eos, vt ait Chrysostomus. Dixerãt enim prius,
quòd sciebant, vnde ipse erat: modo ait se esse Chri-
stum, et tamen ignorabant, vnde erat. Et quia desi-
derabat salutem omnium, subiecit, vnde poterant scire,
Aug. tract. 31. in Ioã. ante mediũ tom. 9. quod nesciebant, sicut continuat Augustinus: *Ego*
scio eum. Et sic quærite a me, vt sciatis eum, et ideo
scio eum: *Quia a me ipso non sum*. Supra: Deum nemo
Ioan. 1. b vidit vmquam, nisi vnigenitus qui est in sinu patris,
ipse enarrauit: *Et si dixero, quia nescio eum*, quòd est
impossibile, ait Glossa: *Ero similis vobis mendax*. Quæ-
ritur, qualiter ait Glossa, quod impossibile est, quòd
diceret filius: *Ego nescio eum*. Videtur enim quòd
posset pronunciare has dictiones: *Nescio eum*. Et ad
istud respondendum est, quòd est loqui pronuncian-
do prædictis vocabulis cum assertiua affirmatione.
Et sic non poterat dicere: *Nescio eum*, quia non pote-
rat mentiri, cum hoc non sit posse. Vel est loqui de
formatione vocabulorum tantum circumscripto sen
su interiori: et sic poterat proferre illa verba. Quæ-
ritur, qualiter ait: *Et me scitis*. Et post: *Nescitis illum,*
Ioan. 8. c *qui me misit*. Cum dicatur, infra: Si sciretis me, et
Cognitio Christi duplex. patrem meum sciretis. Et ad istud respondendum,
quòd erat cognitio Christi duplex: vna secundum
humanitatem, scilicet quantum ad suam educationem
et faciei effigiem: illa cognoscebant, ignorantes
tamen patrem. Et erat alia cognitio secundum inte-
riorem reuelationem. Et si illa cognoscerent, filium
Ioan. 8. d et patrem, prout ait infra: Quando vero ait hic: *Qui*
Aug. tract. 31. in Ioã. ante med. tom. 9. *me misit*, vt ait Augustinus, vbi hoc audis, noli intel-
ligere naturæ dissimilitudinẽ, sed generantis auctori-
tatem: quidquid enim est filius de illo est, cuius est
filius: est enim lumen de lumine. Et sequitur tertia
particula, in qua narratur eorum obstinatio et diui-
sio: *Quærebant eum apprehendere*, scilicet ad capien-
dum: *Sed nemo misit manus in illum, quia nondum vene-*
Hæretici cõfutati. *rat hora eius*. Et ex hoc obijciunt hæretici, quòd erat
subiectus fato et tempori. Et ad hoc respondet Augu-
Aug. ibid. post panca. stinus, quòd sua hora fuit sua voluntas, tempus expe-
Gal. 4. a ctauit quo nasceretur: Cum venit plenitudo tempo-
ris: diu venerat prædicandus: sed nondum venerat
Ioan. 2. a hora passionis, vt noueris non necessitatem, sed pote-
statem morientis. Supra simile: Nondum venit ho-
ra mea. Et licet illi sic quærerent, tamen: *De turba*
Aug. ibid. circa med. *multi crediderunt in eum*. Vt ait Augustinus: *De turba*,
scilicet humiles et pauperes saluos faciebat Domi-
nus: Principes vero insaniebant, et medicum occi-

A dere cupiebant. Erat autem turba quædam, quæ
ægritudinem suam vidit et medicinam cognouit. Et
turba commota miraculis ait: *Nunquid cum venerit*
Christus, plura signa faciet? Sed quæritur, sicut opponit
Chrysostomus, ex quo non sunt enumerata miracu- *Ioan. 2. b*
la, nisi quattuor, scilicet de conuersione aquę in vinũ, *Ioan. 4. g*
supra: Et de curatione filij Reguli, supra: Et de cura- *Ioan. 5. b*
tione paralytici, supra: Et de multiplicatione panum, *Ioan. 6. b*
supra. Qualiter ait: *Numquid plura signa faciet?* Et ad Multa signa
hoc respondet Chrysostomus, quòd multa scilicet si- præcreuntur.
gna transcurrit S. Euangelista. Et de his loquitur, de *Chrys. hom.*
quibus principes malignabantur. Nec adhuc erat sa- *49. in Ioan.*
na fides istorum, sed vt multitudinis erat et vulgaris. *ante med.*
B Et licet ita esset de turba: *Audierunt Pharisæi turbam* *tom. 3.*
murmurantem, non contra Christum, sed de murmu- *Aug. tract.*
re quo Christus glorificabatur, ait Augustinus: Gros- *31. in Ioã.*
siores enim non a doctrina neque a concione, sed si- *paulo post*
gnis inducuntur, ait Chrysostomus: *Miserunt Princi-* *med. to. 9.*
pes et Pharisæi ministros vt apprehenderent Iesum. Vt *Chrys. hom.*
enim ait Chrysostomus: Non multitudo, quæ prin- *49. in Ioan.*
cipatum non cupiebat, neque a liuore capi poterat, *ante med.*
sed sacerdotes, ait Matthæus: Abeuntes Pharisæi cõ- *tom. 3.*
silium fecerunt vt caperent Iesum: *Miserunt ministros*, *Chrys. hom.*
quia ipsi non audebant periculum suscipientes ire ad *49. in Ioan.*
C apprehendendum eum, ait Chrysostomus. Et patet *ante med.*
hic et in multis alijs locis incredulitas et cupiditas et *tom. 3.*
malignitas principum. Et patet similiter credulitas *Ma. 22. a. b*
humilium et pauperum. Infra eodem: *Numquid ex* *Chrys. ibid.*
principibus aliquis credidit in eum? Sed turba, et cetera. *post panca.*
Et sequitur quarta pars, in qua Saluatoris respõsio, et
illorũ increpatio. Et ibi duo. Primo, ipsius respõsio.
Secundo, ipsorum dubitatiua inquisitio, ibi: *Dixerunt*
ergo Iudæi. Ait ergo: *Dixit eis: Adhuc modicum*, et cet.
quasi dicat, ait Augustinus: Qđ modo vultis facere: *Aug. tract.*
facturi estis, sed non modo, et hoc, quia modo nolo. *31. in Ioã.*
Et de hoc in Glossa. Idem Chrysostomus, quasi dice- *post mediũ.*
ret: quid me festinatis interficere, paruum expectate *tom. 9.*
D tempus: *Vado enim ad patrem*, scilicet in morte, et: *Chrys. hom.*
Quæretis me, scilicet post resurrectionem, quando mul *49. in Ioan.*
ti in eum crediderunt. Vnde compuncti dixerunt Pe *post mediũ.*
tro: Quid faciemus? Sed quæritur tunc, qualiter ait: *tom. 3.*
Non inuenietis, quia omnes compuncti, quærentes in- *Act. 4. c*
uenient eum. Et ad istud respondendum, secundum
Glossam, quæ ait: *Non inuenietis*, scilicet corporali-
ter: vel fide, quantum ad discredentes: *Et vbi ego sum.*
Vt enim ait Augustinus. Non ait, vbi ero, quia sem- *Aug. tract.*
per erat quo rediturus erat, supra: Filius hominis, qui *31. in Ioan.*
est in cælo. Erat enim terra secundum visibilem car- *post mediũ.*
nem, in cęlo vero secundum inuisibilem maiestatem. *tom. 9.*
E Hæc ille: *Vos non potestis venire*. et cetera. Sed qualiter *Ioan. 3. b*
hoc, vt enim præmissum est, erant eum quæsituri etiã
compuncti post resurrectionẽ. Et ad istud respondet
Augustinus, quòd non dixit eis: non poteritis venire, *Aug. ibid.*
sed ait: *Non potestis*. Tales enim erant tunc, qui non po *post panca.*
terant venire, qui erant in peccato. Et patet hic, quòd
quærentes Christum malo modo, eũ non inueniunt:
isti enim quærebant Christum non ad credendum.
Ideo in quantum tales non inuenerunt eum. Itẽ fue-
runt quærentes Christum in multitudine carnalis co-
gnitionis, et non inuenerunt: Quæsiuerunt eum inter *Luc. 2. f*
cognatos et notos, et non inuenerunt. Item sunt quę- Quæritur
F rentes filium Dei, sperantes in multitudine affluentię Dominus
mundialis: In gregibus suis et in armentis vadent ad multipliciter.
quærendum Dominum, et non inuenient. Item sunt *Osea 5. b*
quærentes filium in tumultuositate mundanæ occu- *Cant. 3. a*
pationis vel negociationis: Circuibo ciuitatem per- *Ibidem.*
vicos et plateas, quæram quem diligit anima mea. *Ambr. lib.*
Et sequitur: Non inueni eum. Vnde Ambrosius: Nõ *de Isaac. et*
inuenit Christum, qui quærit eum in foro, vbi lites *anima. c. 5.*
sunt, vbi nundinæ sunt, non vlla pecunia comparatur *ante med.*
Christus. Item sunt qui quærunt Christum in delicijs *tom. 1.*
carnalis concupiscentiæ: In lectulo meo per noctes *Cant. 3. a*
quæsiui, *et cet.* Et sequitur: Quæsiui illum et nõ inue-
ni: Non enim inuenitur in terra suauiter viuentium:

scilicet

Iob. 28. b ſcilicet ſapientia Dei. Et de hoc Bernardus: Quærens
Ber. ſer. 75. in Cant. ante med. eum non inuenit, ſcilicet cum non in tempore debito
quærit eum: vel non, ſicut oportet, quærit eum:
vel non, vbi oportet. Qui ergo vult inuenire Chri-
Sapi. 1. a ſtum, humili corde & ſimplici quærat eum: In ſim-
plicitate cordis quærite eum. Et ſequitur ſecun-
da particula, in qua mutua inquiſitio Iudæorum:
Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos: Quo hic iturus eſt?
Chryſ. homil. 49. in Ioan. poſt medium. tom. 3. Vt ait Chryſoſtomus, aliqua paſſi ſunt ab his, quæ di-
cebantur, ideo inſenſate inquirentes quærunt: *Num-*
quid in diſperſionem gentium iturus eſt? Vt enim ait
Chryſoſtomus Iudæi vocabant gentes diſperſionem,
quia vbique diſſeminatæ erant: antiquitus autem to-
B ta gens, ſcilicet Iudæorum, in vnum locum collecta
Chryſoſt. ibid. erat, et non erat alibi inuenire Iudæum, niſi in Palæ-
ſtina ſola. Et ideo gloriantes in ſe ipſos, vocant gentes
ſiue hellines, diſſeminationem ſiue diſperſionem, vt
Aug. tract. 32. in Ioã. poſt med. tom. 9. ait Auguſtinus. Non enim ſciebant quę dixerunt, ſed
quia ille voluit, prophetauerunt. Iturus enim erat ad
gentes non præſentia corporis ſui, ſed pedibus ſuis,
qui pedes erant Apoſtoli. Infra: Habeo alias oues, *et*
Ioan. 10. b *cetera.* Populus enim quem non cognoui ſeruiuit mi-
hi, *& cetera.* Et inquirendo replicant ſermonem: *Quis*
eſt hic ſermo, quem dixit: quæretis me, & cetera. Quærit
C *Aug. ibid.* Auguſtinus vbi Iudæi quæſiuerunt Chriſtum? Et re-
ſpondet, quòd quando mulieres plangebant, et cum
ciuitas capiebatur ſcilicet a Tito & Romanis quadra-
geſimo ſecũdo anno poſt paſſionem. Tunc enim erat
congruũ meminiſſe Chriſti & miraculorũ eius. Et ſe-
quitur illa pars, in qua de doctrina Chriſti in vltimo
die feſtiuitatis, ibi: *In nouiſſimo autẽ die.* Et illa pars in
quattuor. Primo, doctrinæ præmiſſio. Secũdo, audi-
torum varia de ipſo opinio ibi: *Ex illa autem turba.*
Tertio, miniſtrorum ad Chriſtum capiendum re-
greſſio, et auditorum renunciatio ibi: *Venerunt ergo.*
Quarto, Nicodemi allegatio et aliorum inquiſitio
D ibi: *Dixit Nicodemus.* Ait ergo: *In nouiſſimo autem die,*
& cetera. Primus enim dies et nouiſſimus illius feſti-
Leuit. 23. a uitatis erant celebres: *Stabat Ieſus*, oſtendens ſuam
Chryſoſt. hom. 50. in Ioan. non longe a princ. to. 3. præſentiam: *Et clamabat*, propter multam turbam, ait
Chryſoſtomus. Sed quæritur, quare alijs diebus non
clamauit. Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd
prima die non apparuit propter cauſas ſuperius di-
ctas: alios dies intermedios conſumebant ad volu-
Ibidem. ptatem, vltima die, cum recedebant domum viatica
Exemplum prædicatoribus. dedit ad ſalutem. Et patet hic exemplum prædicato-
ribus denunciandi documenta Dei tamquam viatica
ſalutis in feſtis. Et ſimiliter patet exemplum firmiter
perſeuerandi in iuſtitia. Vnde ait: *Stabat Ieſus.* Et ſi-
E militer exemplum affectuoſe denunciandi: Vnde
1. Eſdr. 3. c *Eccl. 50. c* ait: *Clamabat Ieſus.* Steterunt Sacerdotes in ornatu ſuo
cum tubis. Exclamauerunt filij Aaron cum tubis: *Si*
quis ſitit, veniat ad me, quaſi dicat: nullum de neceſ-
ſitate aut vi attraho, ſed ſi quis habet deſiderium,
hunc voco: *Veniat ad me*, non pedibus ſed affectibus,
Aug. tract. 32. in Ioan. prop. princ. tom. 9. ait Auguſtinus: *Et bibat.* Spiritum hauriendo. Et ex-
planat: *Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de*
ventre eius, & cetera. Quærit Chryſoſtomus. Vbi ait
Chryſoſt. hom. 50. in Ioan. ante med. to. 3. hoc ſcriptura? Et reſpondet, quòd nuſquam. Et ideo
ſic debet ſubdiſtingui ſecundum ipſum: Si quis cre-
F dit in me, ſicut dicunt ſcripturæ, ſupra: Scruta-
Ioan. 5. f mini ſcripturas: *Flumina de ventre eius fluent*, id
Ioan. 4. b eſt, de corde. Et in hoc vocat copioſitatem & vberta-
tem, hoc eſt multam gratiam. ſupra: Qui credit in me,
fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Ait
Prou. 5. c *Iſai. 58. c* tamen Gloſſa ſuper illud: *Sicut dicit Scriptura.* Secun-
dum aliam tranſlationem: Vel hoc ait ſcriptura
vbi dicitur: Erit anima eorum quaſi hortus irriguus.
Act. 2. a *Ioel. 3. g* Exponit: *Hoc autem dixit de ſpiritu, quem erant acceptu-*
ri credentes in eum. Secundum prophetiam Ioelis.
Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Et
Ioan. 16. b ſubdit rationem dicti: *Nondum enim erat ſpiritus da-*
tus, plenarie ad illos effectus, ad quos poſt fuit datus.
Infra: Paracletus non veniet ad vos. Sed quæri-

tur ad euidentiam litteræ: *Qui credit in me, flu-*
mina de ventre eius fluent, cum omnis ſpiritus a
Deo deſcendat: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem ta-
1. Cor. 12. a men ſpiritus et idem Deus, qualiter ait, quòd flumi-
na, id eſt, gratiarũ fluenta de ventre interioris homi-
nis fluant, cum ſint a Deo immediate? Et ad iſtud re-
Chryſoſt. hom. 50. in Ioan. ante med. to. 3. ſpondendum ſecundũ Chryſoſtomum, vbi ait: Quod
ſpiritus gratia cum in mente intrauerit et firmata
fuerit, omni fonte magis manat nec deficit. Simul
etiam oſtendit indeficientiam largitionis, et ineffa-
bilitatem actionis: ideo fontem et flumina vocat.
Hæc ille. Quando ergo ait, quòd de ventre flumina
fluent, nõ intelligit de ſpiritu infuſo a Deo gratificã-
te, ſed de bonis affectibus et beneuolentijs ab anima
ſpiritu gratificata. Vnde Auguſtinus: Quid eſt fons,
Aug. tract. 32. in Ioan. ante med. to. 9. quid fluuius, qui manat de ventre interioris homi-
nis? Et reſpondet: Beneuolentia, qua vult conſulere
proximo. Et ibi bene de hoc. Item quæritur, qualiter
ait, quòd nõdum erat datus ſpiritus, cũ iam diſcipuli
credidiſſent in eum, et ſequuti fuiſſent, planum eſt
Chryſoſt. homil. 50. in Ioan. ante med. to. 3. quòd ſpiritũ accepiſſent. Itẽ opponit Chryſoſtomus.
Quòd prophetæ prophetauerunt et miracula fece-
runt, et ita ſpiritum acceperunt. Et ad iſtud reſpon-
det Auguſtinus: Quòd fuit quidam modus dationis
Aug. tract. 32. in Ioã. paulo poſt med. to. 9. ſpiritus, ſecundum quem non fuit datus, ſicut infra:
Vbi inſufflauit in diſcipulos dicẽs: Accipite Spiritum
ſanctũ. Et ſecundũ quem fuit datus in linguis igneis.
Ioan. 20. d *Act. 2. a* Hæc Auguſtinus. Fuit ergo datio ſpiritus triplex,
ſcilicet vel ad gratificationem et iuſtificationem: vel
fuit datus vocatis ad fidem et iuſtificatis: vel fuit ſpi-
ritus datus ad æſtus concupiſcentialis refrigeratio-
nem, et ad mentis eleuationẽ: Et ſic fuit datus, infra:
Aug. ibid. paulo poſt. Ioan. 20. d. quando inſufflauit. Vnde Auguſtinus. Ideo inſuffla-
uit dicens: Accipite Spiritum ſanctum, vt a luto exur-
gerent et luteis corporibus renunciarent. Vel fuit da-
tio Spiritus ad plenam confirmationem in via, et ad
D miraculorum operationem, et linguarum diuerſita-
tem. Et ſic fuit datus in Penthecoſte in linguis igneis.
Greg. in Euang. hom. 26. ante medium. Et de hoc Gregorius: Sciendum, inquit, quòd qui
Spiritum ſanctum habuerunt prius vt innocenter
viuerent, et in prædicatione quibuſdam prodeſſent:
poſt reſurrectionem hunc patenter acceperunt, vt
prodeſſe non paucis ſed pluribus poſſent. Hæc ille,
Ibid. hom. 30. poſt medium. et ibi bene de hoc. Et de hoc ſimiliter idem Grego-
rius poſt, vbi ait: Cuius formidinis fuerit paſtor Ec-
cleſiæ ante aduentum Spiritus, et cuius fortitudinis
poſt conſpicimus. Et ibi de hoc ſimiliter. Item quæ-
ritur: qualiter hic ait: *Flumina aqua viua fluent*, lo-
quens de Spiritu: cum nomine ignis Spiritus ſignifi-
Luc. 12. f cetur: Ignem veni mittere in terram. Et ad iſtud re-
Chryſ. hom. 31. in Ioã. non longe a princ. to. 3. ſpondet Chryſoſtomus, quòd per vtrumque Spiritus
ſignatur: per aquæ nuncupationem vt purgamentum
et refrigerium ſuſcipientibus oſtendat: per ignis vero
appellationem ſignatur, vt conſumptiuus peccatorũ
et erectus et calidus, *et cetera*. De myſterijs vero
prædictorum patet in collationibus prædicabilibus.
Et ſequitur illa pars, in qua de eorum varia opinione,
ibi: *Ex illa autem turba dicebant quidam: Hic eſt vere*
propheta, ob claritatem doctrinæ: *Alij dicebant: Hic eſt*
F *Chriſtus*, ob virtutẽ potentiæ. Vt enim ait Chryſoſto-
Ibid. hom. 50. circa medium. mus, diuerſa erat mens in multitudine non ordinata:
Quidam autem dicebant: Numquid a Galilæa venit Chri-
ſtus? quia ibi nutritus fuerat, vt dictum eſt ſupra, quaſi
dicerent, non quod probant per ſcripturam. Vnde
2. Reg. 7. f *Mich. 5. a* ſequitur: *Nonne ſcriptura dicit: quia ex ſemine Dauid:*
Suſcitabo ſanctum tuum: *Et de Bethleem caſtello*: Tu
Bethleem Ephrata, *et cetera: Diſſenſio itaque facta eſt in*
turba. Vt enim ait Auguſtinus: Cum Dominus inui-
Aug. tract. 33. in Ioã. prope prin. tom. 9. taſſet ad optãdum ſpiritũ, nata eſt in turba diſſenſio.
Et hoc ideo ſecundũ Gloſſam, quia quidam ceperũt
Ibid. tract. 32. poſt medium. bibere, quidam non. Et ex his patet myſterium inter
illos, ſuper quos Spiritus deſcendit, et flumina ipſius
fluent, vnitas et concordia: Inter illos vero, qui ca-
rẽt ſpiritu diuino, diſſenſio et cordium et affectuum

et opin.

Digitized by Google

Ibid. tract. 32. post medium. et opinionum. Vnde Augustinus. Liuor separat, caritas vel sanitas iungit. Tolle inuidiam et tuum est, quòd habeo: tolle inuidiam, et meum est, quod habes: Si, inquit, amas vnitatem, et iam tibi habet, quisquis in illa aliquid habet. Et sequitur, ipsam habeto, id est caritatem, et cuncta habebis. Et ponit exemplum bonum de membris in corpore: Qualiter quodlibet membrum non operatur sibi soli, sed toti corpori, et alijs membris. Et ibi bene de hoc. Et quia infideles et mali spiritu carent, ideo sunt diuisi et diuersimode opinantes, prout hic dicitur: Inter superbos semper sunt iurgia: Diuisum est enim cor eorum, nunc interibunt. Et sequitur illa pars, in qua de regressu ministrorum: Et ibi duo. Primo, narratur eorum regressio. Secundo, pharisæorum responsio, et inquisitio, et mutua collatio, ibi: *Dixerunt.* Ait ergo: *Venerunt ministri*, scilicet qui fuerunt missi ad capiendum eum, nec tamen ceperant eum, capti doctrina eius, ait Chrysostomus: *Et dixerunt eis*, scilicet pharisæi: *Quare non adduxistis illum?* Et in hoc patet eorum obstinatio: miracula videntes, scripturas legentes nihil profecerunt: ministri vero sola concione vna capti sunt, ait Chrysostomus, ideo: *Responderunt ministri: Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo*, nec mirum, ait Augustinus: quia ipse Deus et homo. Vnde ministri facti sunt præcones Christi, et sapientia eius. Nec dixerunt, propter turbam dimisimus, prout ait idem Chrysostomus. Et patet hic virtuositas doctrinæ Christi, quòd ad vnam breuem concionem fuerunt ministri sic capti: ipse enim erat sic docens sicut potestatem habens. Et subditur Pharisæorum maligna inquisitio: *Responderunt ergo eis pharisæi: Numquid et vos seducti estis?* et cetera. Et in hoc patet eorum malignitas: Cum enim esset congruum interrogare: quid est locutus? et admirari ea, quæ dicta sunt, nihilominus syllogizant, idest, arguunt: *Numquid ex principibus aliquis credidit in eum?* et cetera: *Sed ex turba.* Ac si dicerent: Ex quo principes non crediderunt in eum: sed illi de turba, qui sunt maledicti, non est admiranda sua doctrina. Cum tamen illi essent magis maledicti, quia magis tenebantur scire legem: Maledictus enim qui non permanet in sermonibus eius. Et ex his patet sicut prius: quòd pauperiores et simpliciores amplius et facilius crediderunt in filium Dei, quàm nobiliores et sapientiores. Et sic etiam fuit in vocatione gentium ad fidem, quia non multi sapientes secundum carnem, *et cetera*: Sed quæ stulta sunt elegit Deus. Vnde de pharisæis hic verificatur illud: Ipsi non introijstis, et qui introibat prohibuistis. Et similiter de istis verificatur illud: Abscondisti a sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Sed quæritur, qualiter tam cito ministri crediderunt? Et ad istud respondendum, quòd hoc fuit ob docentis et doctrinæ virtutem. Vnde dixerunt: *Numquam sic locutus est homo*, scilicet tam virtualiter, tam artificialiter, tam suauiter, siue dulciter, tam magnifice siue sublimiter, ait sapientia diuina: Audite quoniam de rebus magnis loquutura sum. Et sequitur: Iusti sunt sermones mei, *et cetera*: Ego qui loquor iustitiam, *et cetera*: Erat enim docens, quasi potestatem habens. Et: Stupebant super prudentia et responsis eius. Item hoc fuit ob ministrorum simplicitatem et innocentiam. Vt enim ait Chrysostomus: Cum mens incorrupta fuerit, non longis sermonibus opus est: tale enim est veritas. Et sequitur vltima particula, in qua Nicodemi allegatio: *Dixit Nicodemus*, de quo supra. *Qui nocte venerat*, scilicet ad lucem quia illuminari volebat, et sciri timebat, ait Augustinus: *Numquid lex nostra iudicat hominem*, et cetera: quasi diceret non. De qua lege dicitur: In ore duorum aut trium perhibet qui interficietur. Et patet hic prudentia illius in repræsentando, prout ait Chrysostomus. Non ait, vos vultis eum interficere, sed ad legem vertit sermonem, abscindens ineptum eorum: Nisi, inquit, audiat lex, et cognouit quid faciat, et quid vult, et propter quid. et in quo, scilicet, non condemnat aliquem, *et cetera*. Et ex his patet, quòd in iudicio requiritur diligens audientia, et cognitio certa, scilicet, per testes: Innocentem et iustum non interficies. Supra eodē: Nolite iudicare secūdum faciem. Ideo ait Iob: Causam, quam nesciebā diligentissime inuestigabam. Ibi Gregorius bene de hoc. Et in Glossa communi: similiter de recto ordine iudicij. Proinde ergo misit ad eos legem, et non directe arguit eorum malitiam. Sic fecit propheta missus ad Dauid: Sub parabola enim increpauit eum. Et sequitur eorū responsio, ibi: *Responderunt: Nūquid et tu Galilæus es?* Respondērūt, inquam, ait Augustinus, ex præiudicio cordis sui: *Numquid Galilæus es?* quasi a Galilæo seductus. Dominus enim dicebatur Galilæus, quoniam de Nazareth erant parentes, scilicet secundum Mariam. Hæc ille. Et vt ait, Chrysostomus, iniurioſe, vt nescienti de scripturis hoc induxerunt. Et ideo dixerunt ei: *Scrutare scripturas*, quasi nescienti eas: *Et vide quia a Galilæa propheta non surgit.* Et tamen Dominus prophetarum inde surrexit, ait Augustinus, et non vnus prophetarum, sed dominator orbis, ait Chrysostomus: *Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam*, nullo perfecto negotio, ait Glossa. Vt enim ait hic Anselmus: Reuersi sunt vacui fide fraudati omni vtilitate in domum infidelitatis suæ, siue in malitiam suam, ait Glossa. Et patet hic quòd mali reuertūtur ad malitiā suam: Facti sunt retrorsum et non ante. Vnde non procedunt motu humano, sed retrocedunt motu indebito et innaturali homini. Vnde et Deus formans hominem collocauit oculos in capite a parte ante, vt speculatores quosdam ad omnia intuenda et noxia præcauenda, prout ait Ambrosius bene. Et etiam in signum quòd debet homo procedere ad interiora non retrocedere ad posteriora. Vnde de sanctis animalibus: Vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Super quod Gregorius, ibi: Ante faciem ambulare, est anteriora appetere. Vnde sequitur ibidem. Non reuertebantur cum ambularent: sed vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur. Ibi Gregorius de impetu carnis, qui est terrena amare, temporanea æternis præponere, voluptatem concupiscere: et sic de alijs, quæ ibi enumerat: Talia enim facere est retrocedere: Sed boni gradiuntur, vbi est impetus Spiritus, prout ibi dicitur. Talis erat Paulus, qui ait: Quæ retro sunt obliuiscens. Et tales comparantur cani reuertenti ad vomitum. Et de hoc supra: Numquid et vos vultis abire retrorsum? Et ideo de magis: Per aliam viam reuersi sunt. Ibi Gregorius de hoc bene.

Exemplum de membris.
Prou. 13. b
Osea 10. a
Chryſ. hom. 51. in Ioā. non multū a prin. to. 3.
Ibidem.
Aug. tract. 33. in Ioā. non long. a princ. to. 9.
Chryſ. hom. 51. in Ioā. ant. mediū tom. 3.
Virtuositas doctrinæ Christi.
Mat. 7. b
Deut. 27. c
1. Cor. 1. d
Luc. 11. g
Mat. 11. d
Prou. 8. b
Iſai. 63. a
Marc. 1. c
Luc. 2. g
Chryſ. hom. 51. in Ioā. ante med. tom. 3.
Luc. 11. a
Aug. tract. 33. ante med. to. 9.
Chryſ. hom. 51. in Ioā. ant. mediū tom. 3.
Exod. 23. b
Iob. 29. c
Greg. Moral. lib. 19. cap. 14. post medium.
2. Reg. 12. b
Aug. tract. 33. in Ioā. ante med. tom. 9.
Chryſ. hom. 51. in Ioā. ante med. tom. 3.
Aug. tract. 33. in Ioā. ante med. tom. 9.
Chryſ. hom. 51. in Ioā. ante med. tom. 3.
Ierem. 7. e
Amb. Hexaem. lib. 6. c. 9. ante med. to. 1.
Ezech. 1. e
Greg. in Ezech. lib. 1. homilia 4. post mediū.
Ibid. hom. 5. ant. med.
Philip. 3. c
Prou. 26. b
2. Pet. 2. c
Ioan. 6. a
Mat. 2. b
Gregor. in Euang. homil. 10.

CAPVT OCTAVVM.

IESVS autem perrexit in montem Oliueti. Præmissa doctrina Saluatoris, et confutata calumnia aduersantium, et obloquentium de sua virtuosa potentia in operatione miraculorum: hic de progressione ipsius in montem, et de reuersione, et de veritate iustitiæ suæ doctrinæ, et confutatione aduersantium de prædictis. Et istud capitulum in tres partes. Prima, de suo progressu in montem et regressu ac doctrina. Secunda, de aduersantium machinatione maligna in tentando ipsum et eorum conuictione, ibi: *Adducunt ei scribæ.* Tertia, de doctrinæ suæ continuatione, et aduersantium calumniatione, ibi: *Iterum locutus est: Ego sum lux mundi.* Ait ergo: *Perrexit in montem Olueti*, vt ait Glossa, et Anselmus planius: Dominus maxime circa passionem suam hanc sibi effecerat consuetudinem, vt in diebus in templo prædicaret et signa ostenderet, sero reuerteretur in Bethaniam, vbi apud sorores

Cōtinuatio

Diuisio.

Digitized by Google

ſorores Lazari hoſpitabatur, et mane iterum ad ſeruile opus reuertebatur. Cum ergo vltimo die Scenophægiæ prædicaſſet in templo, veſpere perrexit in montem. Hæc ille. Montem, inquam, Oliueti, montem fructuoſum et vnguenti et criſmatis: et ſignat altitudinem miſericordiæ, ait Gloſſa. Vnde Anſelmus: ἔλεος Græce, miſericordia Latine. Pergebat ergo in montem Oliueti, vt auctorem miſericordiæ ſe eſſe monſtraret. Oleum enim ſuperfertur omnibus liquoribus: ſic et miſericordia. Item olei vnctio feſſis et dolentibus membris ſolet afferre leuamen, et ideo miſericordiam ſignat. *Et diluculo iterum venit in templum*, quia exortus eſt ſol iuſtitiæ: Mane, inquit, aſtabo et videbo, propheta: *Et ſedens docebat eos*, quæ ſeſſio ſignabat humilitatem incarnationis, prout ait Gloſſa. Et idem Anſelmus. Seſſio, inquit, humilitatem incarnationis, per quam miſereri nobis dignatus eſt, inſinuat. Quo ſic ſedente, venit ad eum populus per fidem: *Omnis populus manicabat*, ideſt, mane ad eum veniebat, *et cetera*. De monte vero dicto Gregorius ſuper illud: Huic montes herbas ferunt. Per montem, inquit, Dominus deſignatur: Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons. Vel per montem Eccleſia ſignatur. In Pſalmo: Qui confidunt in Domino ſicut mons Syon. Vel per montem teſtimonium Dei deſignatur: Sanctus de monte vmbroſo et condenſo, ſecundum aliam litteram. Et ſequitur ſecunda particula, in qua maligna eorum machinatio ad tentandum Saluatorem, ibi: *Adducunt*. Et ibi quattuor. Primo, mulieris condemnandæ repræſentatio, et eorum dolоſa inquiſitio. Secundo, Saluatoris ſapientialis et prouida reſponſio, ibi: *Ieſus autem*. Tertio, ipſorum ex confuſione ſua egreſſio, ibi: *Audientes*. Quarto, mulieris a Saluatore abſolutio, et abeunte monitio, ibi: *Et remanſit ſolus Ieſus*. In primis autem notandum, quòd totum iſtum paſſum dimittit Chryſoſtomus inexpoſitum. Et hoc, vt opinatur eius interpretator, prout ait idem ibi pro loco: quia, inquit, cum cetera huius euangelij non humana, ſed diuina ſola ſapientia acta eſſe videantur, hoc ſolum humano ingenio et conſilio geſtum eſſe videtur. Nam quod ait: *Qui ſine peccato eſt, mittat in eam lapidem*, et cetera. Idem in legibus humanis cautum eſſe inuenitur. Hæc ille. Ait ergo: *Adducunt ei Scribæ et Phariſæi*, ſcilicet ſapientiores et principaliores: *Mulierem deprehenſam*, ſcilicet recenter, quæ non fecerat expiationem, ait Gloſſa: *Et ſtatuerunt eam in medio*, vt euidenter poſſent tentare: *Et dixerunt ei: Magiſter*. Quod dicunt adulando, ſicut: Magiſter ſcimus, quia verax es, *et cetera*: vbi ait Chryſoſtomus. Magiſtrum vocant, cuius nolunt eſſe diſcipuli: *In lege autem Moyſes mandauit huiuſmodi lapidare*. Et: *Tu autem quid dicis?* an ſit liberanda vel lapidanda: *Hoc autem dicebant tentantes eum*, non vt quod eſt rectum diſcant, ſed vt veritati laqueos innectant, ait Anſelmus. Quæritur primo de Gloſſa, quæ ait, quòd mulier non fecerat expiationem, propter quam dimittenda eſſet: cum omnis talis deprehenſa in adulterio eſſet lapidanda. Et ad iſtud reſpondendum, quòd talis poterat deprehendi tripliciter: vel per facti inexcuſabilis euidentiam, vel per teſtium teſtificationem legitimam: Et ſic deprehenſa erat lapidanda irremiſſibiliter. Item erat deprehenſio per legem zelotypiæ, quando non ſic erat manifeſtum adulterium. Et tunc erat expiatio ſecundum illam legem: Et ſic loquitur Gloſſa. Item quæritur, ad quid propoſuerint ei quæſtionem de tali mulиere? Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus bene: Animaduerterunt eum eſſe mitem, et etiam iuſtum, et etiam verum. De illo erat prædictum: Propter veritatem, manſuetudinem, et iuſtitiam, *et cetera*. Attulit enim veritatem, vt doctor: manſuetudinem, vt liberator: iuſtitiam, vt cognitor. Et de primis duobus illi liuore et inuidentia torquebantur. Ideo de tertio, ideſt, iuſtitia: ſcandalum, ideſt, tentationem poſue-

Mons Oliueti.
Oleũ quid ſignet.
Pſal. 5. a
Luc. 21. g
Greg. Mor. lib. 33. c. 1. ante med.
Iob 40. b
Mons quid ſignet.
Iſa. 2. a
Pſal. 124. a
Abac. 3. a
Mar. 22. b
Chryſ. operis imperf. hom. 42. in Matt. ante med. to. 2.
Leu. 20. b
Deut. 22. c
Leu. 20. b
Num. 5. b
Aug. tract. 33. in Ioã. ante med. tom. 9.
Pſal. 44. a

runt: cogitantes ſcilicet, ſi diceret, quòd non eſſet lapidanda, iuſtitiam non teneret: ſi vero diceret, quòd eſſet lapidanda, manſuetudinem non ſeruaret. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et ſequitur reſponſio Saluatoris, non ſolum dicto, ſed geſtu et facto: *Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terram*, expectãs ſi reſipiſcerent a doloſa ſua quæſtione: *Scribebat*, inquam, peccata eorum, ait Gloſſa. Vel vt ait Magiſter in hiſtorijs: Id quod eis reſpondebat, vel: *Terra*, abſorbe viros iſtos abdicatos, vel: *Terra*, terram accuſat: tamen non eſt definitum, quid ſcriberet: *Cumq. perſeuerarent interrogantes eum, erexit ſe*, ad ſignãdam auctoritatem et potentiam: *Et dixit eis: Qui ſine peccato eſt veſtrum, lapidem mittat*, et cetera. Vt ait Auguſtinus: Quid potuit facere peruerſitas, rectitudini: falſitas, veritati: ſtultitia, ſapientiæ: quando illi laqueos præparent, in quos caput inijcerent. Hæc ille. Sed quæritur de geſtu Saluatoris, in reſpondendo ſcilicet: quare ſe inclinauit, et quare ſcribebat digito, et quare in terra: cum iudex debet eſſe maturus, et dirigens, et authenticus, videtur quòd non debuiſſet iſta feciſſe, ſed dare exemplum de prædictis. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum: Audiſtis, inquit, legis doctores, ſed non intellexiſtis legiſlatorem. Lex ſcripta eſt in lapide propter duros: nũc autem ſcripſit Dominus in terra, quia fructum quærebat: Impleatur lex ergo. Sed numquid a puniendis lapidanda eſt adultera? Conſideret ſe ergo vnuſquiſque veſtrum, intret in ſemet ipſum, aſcendat tribunal mentis ſuæ, et vnuſquiſque in ſe intuens, peccatorem ſe inuenit. Ergo aut iſtam dimittite, aut pœnam legis cum illa accipite. Et ideo ait: *Qui ſine peccato*, et cetera. Hæc uox iuſtitiæ eſt: puniatur peccatrix, ſed non a peccatoribus: impleatur lex, ſed non a legis præuaricatoribus. Hæc ille, et ibi bene de hoc. Ad ſignandum ergo, quòd iudicantes debent recogitare fragilitatem ſuam in iudicando alios. Et quòd legis præuaricatores non ſunt digni ad iudicandum alios, ideo ſe ſic inclinauit, et ſcripſit, vt ait vere Anſelmus: Hæc dixit: *Qui ſine peccato*, et cetera. Dominus præuidens omnes dolos, quaſi fila araneæ tranſit, et iuſtitiam ac manſuetudinem cuſtodiuit. Sed quæritur de abſolutione mulieris adulteræ, quæ erat damnanda ſecundum legem: Ergo licet ipſi non eſſent digni ad eam puniendam, nihilominus non fuit abſoluenda ſine pœna. Item ex dictis videtur, quòd nullus poſſit accuſare, vel punire, qui eſt in peccato. Cuius contrarium videtur, quia accuſare vel punire non eſt opus priuilegiatum, ſicut celebrare: Ergo ſine peccato poteſt illud exercere, etiam in peccato exiſtens. Et ad primum reſpondendum eſt, ſicut patet ex dictis Auguſtini. Non enim negat Saluator, quin lex eſſet implẽda, ſed oſtendit, quòd illi præuaricatores non erant digni ad legem implendam, nec ad ipſam adulteram puniendam. Sed quia accuſatores mulieris non perſeuerarunt in accuſando, et mulier ſola remanſit ſine teſtibus condemnantibus, et Dominus erat auctor legis, et ſupra legem, ideo abſoluit eam. Prius enim repulit eos ſua iuſtitia, et deinde abſoluit eam ſua miſericordia. Vnde et iſtud Euangelium legitur cum epiſtola de liberatione Suſannæ. Ad aliud reſpondendum eſt, quòd quantum eſt de ordine iuſtitiæ, non ſunt digni punire vel accuſare, qui ſunt in peccato: maxime quando peccatum eſt notorium: quia tunc iudicantes et accuſantes ſcandalizant. Quando vero peccatum eſt occultum, tunc peccat iudicans vel accuſans, eo quòd cognoſcit ſe eſſe in peccato, et tamen ſe non purgat. Et ideo periculoſe faciunt tales iudices ſic iudicantes, cum ſciant ſe eſſe in peccato. Et ſequitur: *Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terra*. Sed quæritur, quare iterum ſcripſit in terra, videtur quòd ſuperflue. Et ad hoc reſpondet Gloſſa, quòd ex more vultum auertit, vel vt liberum eſſet exire illis. Et ex hoc in Gloſſa, et Anſelmus idem. Et ſequitur tertia particula,

Iuſtitię vox.
Dan. 13. e

Digitized by Google

particula, in qua ex confusione eorum egressus narratur: *Audientes autem, vnus post alium exibant*, vt ait Augustinus: Quia iustitia tamquam telo percussos se inspicientes, vnus post vnum omnes recesserunt, non valentes, nec scientes resistere prædictæ veraci sententiæ: *Incipientes a senioribus*. Et hoc merito, quia illi erant primi in scelere, vt de eis verificetur illud Danielis: Egressa est iniquitas a senioribus Israel. Præmissa autem exponit Gregorius super illud Iob: Erat vir simplex, et rectus. In rectitudine, inquit, iustitia, in simplicitate mansuetudo. Sic et Saluator hic ostendit simplicitatem mansuetudinis, quãdo ait: *Qui sine peccato est*. Et zelum iustitiæ, quando ait: *Mittat in eam lapidem*. Et ibi bene de hoc: At vos contra me erigimini. Ibi exponens illud: *Qui sine peccato est*. Qui, inquit, semetipsum prius non iudicat, quid in alio recte iudicet, ignorat. Et ibi bene de hoc. Et nota quòd Iesus inclinans se, digito scripsit. Vt enim ait Anselmus ibi. Inclinatio humilitatem indicat: per digitum, qui articulorum compositione flexibilis est, sublimitas discretionis exprimitur. Per terram cor humanum ostenditur, quod actionum bonarum, vel malarum fructus solet reddere. Filius ergo Dei typice instruens nos sic gessit, vt cum mala proximorum aspicimus, non statim temere damnemus, sed ad conscientiam reuersi digito discretionis solicite inquiramus, quid in ea conditori placeat, vel displiceat: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, *et cetera*. Sequitur: Considerans teipsum ne et tu tenteris. Et nota quòd lex Dei fuit scripta in tabulis lapideis, ob figurationem rigoris veteris legis, et duritiæ plebis Iudæorum. Hic vero scripsit in terra, ob figurationem mitigationis nouæ legis, et fructificationem credentium sub ea: nihilominus dicuntur mali scribi in terra, ait propheta: Recedentes a te in terra scribentur, ob figurationem interitus, et damnationis malorum. Cum hoc notandum, quòd digitus Dei dicitur, vel tertia persona in Trinitate: Quis appendit tribus digitis molem terræ. Vel potest dici diuinæ potentiæ virtus, vel fortitudo: Si in digito Dei eijcio dæmonia. Vel potest dici Spiritus sancti virtus, vel fortitudo: Digitus Dei est hic. Vel potest dici diuinæ sapientiæ discretio: Superponite digitũ ori vestro. Ibi Gregorius: Per digitum discretio figuratur: Misit digitos in auriculas. Super quod Gregorius: Per digitos dona Spiritus sancti designantur: quos in auriculas mittere, est per illa dona mentem surdi ad obediendum aperire. Et ibi bene de hoc. Et sequitur illa pars, in qua de absolutione mulieris a Saluatore, ibi: *Remansit solus Iesus*, scilicet misericordia, ait Glossa: *Et mulier*, scilicet miseria: In medio, scilicet discipulorum: *Erigens autem se Iesus*, ideſt, leuans oculos mansuetudinis, ait Augustinus. Et hæc erectio signabat, quòd misericordia superexaltat iudicium: *Dixit ei: Nemo te condemnauit?* Illi enim accusauerunt, sed non perseuerauerunt, nec condemnauerunt. Confusi enim dereliquerunt mulierem cum magno peccato ei, qui sine peccato erat, ait Augustinus: *Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo*. Et de hoc opponit Augustinus: Quid est Domine? Faues ergo peccatis? Et respondet plane, quia sequitur: *Vade, et amplius noli peccare*. Et in hoc damnauit peccatum, non hominem: quia si esset peccatorum fautor, diceret: Viue vt vis, et a pœna inferni te libera bo. Nõ hoc dixit, sed ait: *Noli peccare*. Dulcis enim et rectus Dominus: Ama, quòd est dulcis: timeas, quòd est rectus: Misericors enim est, et miserator: et tamen est verax: Et ideo ne tardes conuerti ad Dominum. *Nec ego te condemnabo*: deleui, quod commisisti: obserua, quod præcepi, vt inuenias quod promisi. Hæc Augustinus. Et idem Augustinus exponens istud super illud Psalmi: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: *Remansit Iesus*, et cetera. Remansit, inquam, vulnerata, et medicus: magna miseria, et magna misericordia. Numquid Christus contra legem fecit? Et respõdet quòd non: quia nec Imperator contra leges suas facit, quando confessis dat indulgentiam. Moyses lapidat, vt iudex: Christus indulget, vt Rex. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et nota quòd ait: *Vade, et noli amplius peccare*. Et insinuantur duo necessaria animæ pœnitenti, scilicet peccati dimissio, ibi: *Noli amplius peccare*. Supra: Noli peccare, ne tibi deterius contingat: Neque adijcias peccatũ super peccatum. Et: Fili peccasti? Non adijcias iterum. Secundum est necessarium, scilicet per bona opera profectus, vel progressio, ibi: *Vade*: In partes vade sæculi sancti: Omnes gressus eorum considerat. Ibi Gregorius: Quasi tot gressibus mens accedit ad Deum, quot bonis motibus profitit. Et ibi bene de hoc. Et sequitur tertia pars capituli, in qua de veritate doctrinæ, ibi: *Iterum locutus est*. Et illa pars in tres partes. Primo, de sua doctrina, qua ostendit se esse auctorem sapientiæ ad illuminandũ. Secundo, de veritate doctrinæ, qua ostendit se esse auctorem vitæ ad viuificandum, ibi: *Dixit ergo eis Iesus*. Tertio, de veritate suæ doctrinæ, qua ostendit se esse auctorem potentiæ ad liberandum, ibi: *Dicebat ergo Iesus ad eos*. In prima quattuor. Primo, doctrinæ præmissio. Secundo, illorum calumniosa obuiatio, ibi: *Dixerunt ergo*. Tertio, calumniantium confutatio, ibi: *Respondit Iesus*. Quarto, eorundem inquisitio, ac Saluatoris responsio, ibi: *Dicebant ergo ei*. Ait ergo: *Iterum ergo locutus est*. Etiam istud continuat Chrysostomus, cum fine. Quia cum dixerant: Quia propheta non surgit a Galilæa. Ostendens, quoniam non vnus prophetarum est, sed dominator orbis, ideo ait: *Ego sum lux mundi*, non Galilææ, neque Iudææ, sed mundi, ait Chrysostomus. Lux, inquam, non ista visibilis, qualis est sol, sed illa per quam factus est sol, et qui fecit hanc lucem, ait Augustinus, vbi multum de hoc. Supra: Erat lux vera. Et supra: Lux venit in mundum. Et quia talis lux: ideo qui sequitur me, ideſt, credendo, et imitando: *Non ambulat in tenebris*, infidelitatis. Et in hoc commendat Nicodemum, et ministros testificantes ænigmatice, et pharisæos esse in tenebris, de quibus Chrysostomus, supra: Qui male agit, odit lucem. Et de hoc in collatione prædicabili. Et sequitur secunda particula, scilicet eorum calumniatio, ibi: *Dixerunt ergo pharisæi*, scilicet contemnentes, et credere nolentes, ait Augustinus: *Tu testimonium perhibes de te ipso, et ideo non est verum*. Innitun tur enim ei, quod dicitur: Laudet te alienus, et non os tuum. Et sequitur responsio Saluatoris: *Etsi ego testimonium perhibeo*, et cet. quasi esset ratio sua: Ex Deo sum, et Dei filius: et pater qui me misit, testimoniũ perhibet de me: et ita testimonium meum est verũ. Et ideo ait: *Verum est testimoniũ meum, quia scio, vnde veni*, scilicet a patre: *Et quo vado*, scilicet ad patrem. Vt enim ait Augustinus: Patri gloriam dabat filius æqualis, a patre missus. Quantum debet homo ergo glorificare eum, a quo est creatus. Sed objicitur: si venit, et recessit, videtur esse variatio motus. Et ad hoc respondet Augustinus, quòd veniendo, non inde discessit, nec redeundo nos dereliquit. Nec mirum ipse Deus est, qui est in sinu patris: Vobiscum enim sum vsque ad consummationem sæculi. Ita ego scio, sed vos nescitis, scilicet voluntarie maligni existentes. Et hoc ideo: *Quia secundum carnem iudicatis*, vt ait Chrysostomus. Sicut enim secundum carnem viuere, est male viuere: sic secundum carnem iudicare, est iniuste iudicare. Supra: Nolite secundum faciem iudicare. Et quia aliquis posset quærere, quare non condẽnabat eos sic male iudicantes, quasi respondens subdit, sicut continuat Chrysostomus: *Ego non iudico quemquam*, scilicet iudicio damnationis. Supra: *Misit Deus filium suum, non vt iudicet mundum: Et si ego iudico*, ideſt, si vellem iudicare: *Iudicium meum verum est*, scilicet vos condemnans: condemnandi enim estis:

Aug. tract. 33. in Ioã. post mediũ. tom. 9.
Dan. 13. b
Greg. Mor. lib. 1. c. 2.
Iob. 19. a
Greg. Mor. li. 24. c. 13. circa med.
Gal. 6. a
Ibidem.
Hiere. 17. a
Digitus Dei, quid sit.
Isai. 40. c
Luc. 11. c
Exod. 8. c
Iob. 21. a
Greg. Mor. li. 15. c. 22.
Marc. 7. g
Greg. in Ezech. lib. 1. hom. 10. ante med.
Mulier quid.
Aug. tract. 33. in Ioan. post medii. tom. 9.
Iacob. 3.
Aug. ibid.
Ibidem.
Eccli. 5. b
Psal. 50. a
Aug. enar. in Psal. 50. ante medii tom. 8.
Ioan. 5. b
Eccli. 5. b
Eccli. 21. a
Eccli. 17. d
Iob 34. c
Greg. Mor. lib. 25. c. 3. post medii.
Chryſ. hom. 51. in Ioã. ante med. tom. 3.
Ioan. 7. g
Chryſ. ibid.
Aug. tract. 34. in Ioã. non mult. a princ. to. 9.
Ioan. 1. a
Ioan. 3. c
Chryſ. hom. 27. in Ioã. tom. 3.
Ioan. 3. c.
Aug. tract. 35. in Ioã. ante med. tom. 9.
Prou. 27. a
Ibid. post multa.
Ibidem.
Ioan. 1. b
Mat. 28. d
Chryſ. hom. 52. in Ioan. circa med. tom. 3.
Ioan. 7. d
Chryſ. ibid.

eſtis : ſed nunc non eſt tempus iudicij, ſed in futuro:
Pſal.74. a Cum enim tempus accepero, ego iuſtitias iudicabo,
quod ænigmatice inſinuans ſubiungit: *Quia non ſum ſolus*, ſcilicet qui condemnat: *Sed ego, et qui miſit me pater.* Et quæritur de hoc, quòd ait: *Non iudico quemquam*, ſicut obijcit Auguſtinus: Ex quo ipſum iudi-
Aug. tract. 36. in Ioã. ante med. tom.9. cem venturum expectamus, qualiter ait: *Non iudico quemquam?* Et ad iſtud reſpondet dupliciter. Primo modo intelligendo: *Non iudico quemquam*, ſcilicet nunc, quia non venit, vt iudicaret mundum, ſed vt ſaluaret. Prima enim diſpenſatio fuit Chriſti medicinalis, non iudicialis. Vel aliter ſoluit, quod eſt intelligendum: *Non iudico quemquam*, ſcilicet ſecundum carnem, ſicut ipſi iudicabant. Et ibi bene de
Ioan. 5. d hoc. Et de iudicio multiplici, ſupra: Omne iudicium dedit filio. Et ſubdit quaſi concluſiue: *Et in lege veſtra ſcriptum eſt*: Quia duorum hominum teſtimonium
Deut.17. a verum eſt: qui etiam poſſunt decipere, vt fuit de ſe-
Dan.13. f nibus teſtificantibus contra Suſannam: Tanto magis teſtimonium meum, et Patris, et Spiritus ſancti eſt verum, ſicut ſupplet Anſelmus. Ideo ait: Ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de me ipſo, et qui me mi-
1.Ioan.8. b ſit: Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo, ſimile ſupra: *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum verum eſt.* Et ibi de teſtimonio multiplici, quod habuit et a patre, et a Ioanne, et a ſcripturis, et a prophetis. Et ſequitur quarta particula, in qua ipſorum inquiſitio. Et ibi tria. Primo, ipſorum inquiſitio. Secundo, Saluatoris reſponſio, ibi: *Reſpondit Ieſus.* Tertio ſpecificatio loci, in quo hæc ſunt dicta, ibi: *Hæc verba.* Ait ergo: *Dicebant ergo ei: Vbi eſt pater tuus?* Carnales enim erant, et de patre carnali inquirebant, ait
Aug. tract. 37. in Ioã. non mult.a prin. to.9. Auguſtinus. Et ideo reſpondet eis: *Neque me ſcitis, neque patrem meum*, ſcilicet ſecundum diuinitatem. Et hoc ideo, quia ſecundum carnem iudicatis, ſupra eodem. Vt ait Chryſoſtomus: *Si me ſciretis*, ſcilicet credendo in me: *Forſitan et patrem meum ſciretis.* Sed quæritur, ad quid ait: *Forſitan?* Cum ſit certum, quòd ſi ſcirent filium credendo in eum, ſcirent et patrem. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus: Ille, qui om-
Aug. tract. 37. in Ioã. ante med. tom.9. nia ſcit, quando dicit: *Forſitan*, non dubitat, ſed increpat. Eſt enim verbum dubitationis, quando dicitur ab homine, ſcilicet neſciente: quando vero a Deo, eſt verbum increpationis. Et in hoc oſtendit ſe eſſe ver-
Ioan.14. a bum patris. Vnde infra: loquens fidelibus ait, ſine hac dictione, forſitan: Si cognouiſſetis me, vtique et patrem meum cognouiſſetis. Sed quæritur, qualiter
Ioan. 7. c ait: *Neque me ſcitis*, quia ſupra dicitur: Et me ſcitis. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum quod dictum eſt ibi. Loquitur enim ibi ſecundum humanitatem, hic vero ſecundum diuinitatem. Item quæritur de proceſſu ſuo in hac parte. Videtur enim quòd inſuf-
Ioan.10. d ficienter probat, et procedit, quia ait infra: Ego et pater vnum ſumus. Non ergo ſunt duo teſtes. Item cum de patre eſſet eis magis ignotum, quàm de ipſo, videtur quòd probat ignotum per ignotius. Et ad iſtud reſpondendum eſt ſecundum Auguſtinum, quòd cum
Aug. tract. 36. in Ioã. poſt mediũ. tom.9. dicitur: In ore duorũ vel trium, veritas quæritur per duos teſtes. Sed tamen fieri poteſt, quòd duo teſtes ſint falſi: ſicut in duobus ſenibus contra Suſannam, immo totus populus mentitus eſt contra Chriſtum. Per myſterium ergo Trinitas commendata eſt, in qua perpetua ſtabilitas veritatis: Si vis habere bonã mentem, habeto tres teſtes: Patrem, et Filium, et Spiritum ſanctum. Hæc ille. Et quoniam intentio Saluatoris erat manu ducere eos ad cognoſcendum Trinitatem, et perſonarum differentiam: ideo cum perſona patris, et perſona filij ſufficientes ſint ad teſtificandum, cum ſit in eis veritatis ſtabilitas: licet tamen pater, et filius ſint vnum, ſecundum eſſentiam. Item filius eſt lux. Lucis autem eſt ſe manifeſtare, et alia: et ideo poteſt perhibere teſtimonium de ſe, et per patrem, qui eſt lux ſimiliter. Sed homines, qui ſunt in tenebris, egent teſtibus differentibus in numero, et perſona: ideo non eſt ſimile de hominibus, et de patre, et filio. Ad aliud reſpondendum eſt, quòd per miracula Chriſti, et documenta, poterant cognoſcere filium eſſe æqualem patri, et ſic cognoſcere potentiã patris. Vnde in hoc, quòd ait hic: *Si me ſciretis, et patrem*, oſtendit honoris æqualitatem, vt ait Chryſoſtomus. Et ideo conuenienter adducit patrem in teſtimonium. Et ſequitur ſpecificatio loci: *Hæc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio.* Vt enim ait hic Anſelmus, gaza Perſica lingua, diuitiæ in Latina: Phylace idem, quòd ſeruare. Erat autem locus in templo, vbi aſſeruabantur diuitiæ. Sed quęritur ad quid iſtud appoſuit, cum hoc videatur eſſe inutile? Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Chryſoſtomum, quòd in templo loquebatur, et in ordine magiſtri. Et talia loquebatur ſuper quibus accuſabant eum, nec licebat loqui in templo, niſi magiſtro. Ad oſtenſionem ergo ſuæ auctoritatis, et ſuæ poteſtatis, et veritatis doctrinæ, hoc ait. Vnde Anſelmus: Magna autem erat confidentia loquentis, et conſtantia, qui in ipſis templi penetralibus coram inimicis diuinitatis ſuæ verba imperterritus loquebatur: *Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius*, ſcilicet paſſionis, quæ erat in ſua voluntate. Vt enim ait Auguſtinus: Do-
Aug. tract. 37. in Ioan. poſt mediũ. tom.9. minus quando voluit carnem in vtero virginali accepit, quando voluit ad homines proceſſit, quamdiu voluit inter homines vixit, quando voluit a carne diſceſſit. Hæc ſunt poteſtatis, non neceſſitatis. Hanc horam expectabat non fatalem, ſed opportunam, et
Ioan.10. b voluntariam. Hæc ille. Infra: Poteſtatem habeo ponendi animam meam. Secundum Anſelmum myſtice gazophylacium, myſteria ſcripturarum deſignat, quæ omnia erant reuelãda poſt reſurrectionem. Vn-
Mat.27. f de et velum templi ſciſſum eſt in ſua paſſione: Edu-
Exec.40. c xit me in gazophylacium. Et ſequitur illa pars de doctrina Saluatoris, in qua ſe oſtendit eſſe auctorem vitæ: *Dixit ergo iterum: Ego vado.* Et illa pars in quattuor. Primo, doctrinæ præmiſſio. Secundo, ipſorum inquiſitio, ibi: *Dicebant ergo.* Tertio veritatis præmiſſæ explanatio, ibi: *Et dicebat eis.* Quarto, iterata eorum inquiſitio, et expreſſio veritatis a Saluatore, ibi: *Dicebant ergo ei.* Ait ergo: *Ego vado, et quæretis me.* Sicut continuat Auguſtinus: Præmiſſum
Aug. tract. 38. in Ioã. in prin.to.9 eſt: nondum venerat hora mea, modo de illa locutus eſt: *Ego vado*, ſcilicet moriendo: *Et quæretis me*, non deſiderio, ſed odio, ait Auguſtinus. Nam poſt-
Ibid. poſt pauca. quam abceſſit, qui oderant inquiſierunt eum, ſcilicet perſequendo. In Pſalmo: Confundantur, et re-
Pſal.39. d uereantur requirentes animam meam. Et qui amabant, inquiſierunt capiendo. In Pſalmo: Non eſt,
Pſal.141.b qui requirat animam meam. Et quia ſic quærebant, ſcilicet more malo, corde peruerſo, ait Auguſtinus:
Aug.ibid. *In peccato veſtro moriemini*, ſcilicet in veſtra infidelitate: Iuſtus enim ex fide viuit. Et ſic incredulus mori-
Abac.2. a tur. Vnde ibidem: Qui incredulus eſt, non eſt recta
Ibidem. anima eius. Sed quæritur, quare ſæpe replicat iſtud? Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus, quòd reſurrectionem per hæc verba præſcripſit: et oſtendit, quòd non
Aug. tract. 38. in Ioã. prope prin. tom.9. fuit eorũ violentiæ eum mori, ſed ſuæ diſpenſationis. Vnde ait. *Ego vado*, ſcilicet per mortem, quando volo. Qualiter autem peccatum eſt mors animæ, dictũ eſt
Ioan. 5. d ſupra: Sicut pater ſuſcitat mortem, ſic et filius. Et ſequitur eorũ inquiſitio: *Dicebant ergo Iudæi: Numquid interficiet ſemetipſum?* vt ait Auguſtinus. Et eſt in Gloſ
Aug. ibid. ante med. ſa: Stulta verba, quaſi ſi de morte diceret, non poterãt eum ſequi: cum tamen eſſent morituri. Non ergo de morte dicebat, ſed de gloria, ad quam ibat per mortẽ. Sed quæritur, qualiter ait: *Non poteſtis venire.* Videtur, quòd dedit eis occaſionem deſperationis. Et ad
Ibid. ante pauca. iſtud reſpõdet Auguſtinus, quòd non abſtulit eis ſpẽ, ſed prædixit eis dilationem. In quantum enim erant tales, tunc non poterant venire, quia infideles, et quia increduli, vt dictũ eſt ſupra. Et ſequitur explanatio veritatis præmiſſæ: *Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis, ego de ſuper-*

Digitized by Google

de supernis sum. Sed quæritur, quid est hoc dictum. Ex hoc enim videtur, quòd non fuerit verus homo, nec quòd sumpserit veram carnem, sicut obijciunt aliqui hæretici. Et ad istud respondet Augustinus bene in homilia. Vos, inquit, de deorsum estis, et ideo terram sapitis: quia sicut serpentes terram manducatis, idest, terrenis pascimini, delectamini, inhiatis, sursum cor non habetis. Ego autem sum de superius, non de mundo, per quē factus est mundus. Sum enim a patre, nihil illo superius, qui verbum genuit æquale sibi, et coæternum, vnigenitum, sine tempore, per quem conderet tempora. Hæc ille. Et sic patet responsio ad prædicta. Et ideo subdit: *Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris.* Et hoc ideo: *Si non credideritis, quia ego sum,* scilicet sic de supernis, verbū æquale patri. Et ideo signanter ait: *Ego sum*, scilicet immutabile verbum, et immutabilis Deus: Ego sum qui sum. Et ex his patet responsio ad quæstionem, qua quæritur: quare reuelauit illis damnationem suam, non sic angelis malis? Et ad istud respondendū, quòd hic prædixit damnationem non omnibus, sed non crediturīs. Et sic comminando eis prædixit. Vnde Chrysostomus: Concutiens eorum animas, et terrens, hoc ait. Erant enim inter eos quidā crediturī, quidam nō, vt ait Anselmus. Et non crediturīs ait: *Moriemini.* Et hac cōminatione euigilantes aliqui crediderunt: prout hic sequitur. Et patet ex dictis hominum terrenorū et carnalium terrena inferioritas, quia de deorsum sunt, et de mundo, quantum ad affectiones deprimentes, et mundo affigentes, et a cælestibus separantes, et sic inficientes, et fœdantes. Vnde Augustinus: Ideo de mundo estis, quia peccatores erant: iniqui erant, quia infideles erant, quia terrena sapiebant. Et sequitur: Si delectat te mundus, semper uis esse immundus: si autem iam non te delectat hic mundus, iam tu es mundus. Verumtamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus, habitet in te, qui mundat, et eris mundus. Si autem fueris mundus, non remanebis in mundo. Hæc ille. Peccatores ergo, et iniqui sunt de deorsum, et de mūdo, origine: et sunt de mundo, affectione: et erunt cum mundo in damnatione: Primus homo de terra terrenus. Et sequitur: Qualis terrenus, tales et terreni, supra: Mundus eum non cognouit. Et hic: *De mundo estis.* Et: Dum iudicamus a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Sed electi sunt de superius spirituali origine, quia electi de mundo, infra: Ego vos elegi. Et sunt superni affectione, et conuersatione: Nostra conuersatio est in cælis. Et beatificabuntur cum supernis in æterna beatitudine: Secundus homo de cælo cælestis: qualis cælestis, tales et cælestes. Magna ergo differentia inter Iudæos et Apostolos: quanta inter tenebras, et lucem: fidem, et infidelitatem: pietatem, et impietatem, vt ait Augustinus, vbi multum de hoc. Supra: Qui de terra est, de terra loquitur: qui de cælo venit, super omnes est. Et sequitur illa pars, in qua eorum inquisitio. Et ibi tria. Primo, ipsa inquisitio. Secundo, Christi responsio, et veritatis eruditio, ibi: *Dixit eis Iesus.* Tertio, subiunctio de credulitate multorum in eum: *Hæc illo loquente.* Ait ergo: *Dicebant ergo Iudæi: Tu quis es?* Quia præmissum est: Si non crediderītis, quia ego sum, dicebant: *Tu quis es?* Propter quod exclamat Chrysostomus: O amentia! post signa, et doctrinam quærunt: *Tu quis es?* Et sequitur Christi responsio: *Dixit eis Iesus: Principium qui et loquor vobis.* Vnde Augustinus: Ecce quod est, esse principium, mutari non potest: Principium in se manet, et innouat omnia, cui dictum est: Tu autem idem ipse es, quasi diceret: Principium; me credite, qui et loquor, idest, qui humilis factus propter nos. Et infra: Nam si principium sicuti est, maneret apud patrem, et non acciperet formam serui, et loqueretur homo hominibus, quomodo crederent in eum? Filius dicitur principium a principio, ait Glossa, supra: In principio erat verbum. Et ibi bene de hoc. Et vt ait Augustinus: Apud Græcos principium est feminini generis. Sicut lex, apud nos est feminini, apud illos masculini. Et nota quòd in hoc, quòd ait: *Principium qui et loquor vobis,* duo insinuantur: quorum primū est filij Dei æterna maiestas, ibi: *Principium.* Et incarnationis veritas, ibi: *Qui et loquor vobis.* Ipse enim principium immutabile: primum, siue primordiale, quia per ipsum facta sunt omnia: et sic principium effectiuum omnium, et conseruatiuū. Principium, inquam, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. In Psalmo: Tecum principium in die virtutis tuæ. Et ideo elongari ab isto principio, est deficere: appropinquari, est proficere. Quanto enim res magis elongatur a suo principio, tanto magis mutatur, et deficit, secundum sapientē: Ego sum α et ω, principium, et finis, *et cet.* Secundo figuratur humanitatis veritas, et humilitas: *Qui et loquor vobis,* scilicet factus humilis homo hominibus loquor, ait Augustinus: Nouissime locutus est nobis in filio. Locutus, inquam, potestatiue, siue virtualiter: vere, siue sapienter: doctrinaliter, siue magistraliter, supra: Numquā sic locutus est homo. Et ibi bene de hoc. Et quoniam dixit: *Loquor vobis.* Subditur: *Multa habeo de vobis loqui, et iudicare.* Sed obijcitur, supra eodem ait: *Non iudico quemquam*, qualiter ergo ait hic: *Habeo iudicare?* Et ad hoc respondet Augustinus: quòd supra ait, non iudico, ad præsens tempus referebat, et primū aduentum: quòd vero ait hic ad futurum refert iudicium. Et de hoc in Glossa: *Habeo multa loqui,* docendo si credideritis, accusando si non. Et cum iudicauero verum erit iudicium. Et ideo sequitur: *Sed qui misit me, verax est,* scilicet pater, et ego filius veritas. Sed de hoc opponit Augustinus: Veritas amplius est, quàm verax, sicut pietas plus est, quàm pius. Pius autem dicitur a pietate, non autem e contrario. Ergo debet veritas appropriari ipsi patri, et verax ipsi filio. Et ad istud respondet Augustinus, quòd pater est verax non a veritate, cuius partem capit, sed quia totam veritatem. Nisi enim fuerit anima capax veritatis, homo est mendax: Aliud enim est, homo est verax, quia percipit veritatem: aliud est verax Deus, quia genuit veritatem. Homo est verax participando veritatē: Deus est veritas generando veritatem. Hæc ille. Et ideo bene appropriatur hoc nomen: *Verax*, patri, et: *Veritas filio.* Sicut homo verax, qui dicit verba vera: sic dicitur Deus verax, quia genuit verbum, quòd est veritas. Hæc ille. *Et ego, qua audiui a patre, loquor.* Et sic veritatem loquor. Suum enim audire est suum esse a patre, ait Augustinus, et est in Glossa, supra: Sicut audio, sic iudico. Et quoniam illi erant carnales: *Non cognouerunt, quia patrem dicebat Deum.* Sed quarè istud apponit? Respondet Chrysostomus: ad ostendendum amentiam eorum, quia faciens signa, et docens non attraxit eos. Et quoniam tales erant: subdit, quo tempore cognoscent, et per quam viam: *Cum exaltaueritis filium hominis*, scilicet in cruce: *Tunc cognoscetis.* scilicet credendo: *Quia ego sum*, filius Dei verus: quasi diceret, ait Chrysostomus: Tunc maxime existimatis, quoniam erepti eritis a me: tunc maxime scietis, quoniam ego sum scilicet filius Dei, et gratia signorū, et gratia captionis, et gratia resurrectionis. Vnde dixerunt: Vere filius Dei erat iste. Vnde Augustinus: Exaltationem dicit passionis, non glorificationis. Supra: Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto. Infra: Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Et nota, quòd vbique ait: *Ego.* Vt enim ait Augustinus: Omnis creatura mutabilis est, et omnis anima modo est mala, modo bona: id quod est, non est, quia mutabile est. Deus autem quod est, hoc est, ideo proprium nomen sibi retinuit: Ego sum, qui sum. Hæc ille. Sed qualiter ait: *Cognoscetis*, quia supra ait: *In peccato vestro moriemini.* Et ad istud respondendum secundum Glossam, quæ ait, quòd aliqui essent crediturī. Vnde Augustinus:

Ibidem. *Exod. 3. d* *Chrys. hom. 52. in Ioā. non longe a prin. to. 3.* *Aug. tract. 38. in Ioan. ante med. tom. 9.* *Ibid. paulo post.* *2. Cor. 15. f* *Ibidem.* *Ioan. 1. b* *2. Cor. 11. d* *Ioan. 16. c* *Philip. 3. d* *1. Cor. 15. f* *Aug. tract. 38. in Ioan. ante med. tom. 9.* *Chrys. hom. 52. in Ioā. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 38. in Ioā. post medium. tom. 9.* *Psal. 101. d* *Aug. ibid. vers. fin.* *Ioan. 1. a* *Aug. ibid. paulo ante.* *Rom. 11. d* *Psal. 109. a* *Sap. 16. b* *Apoc. 1. b* *Aug. tract. 38. in Ioā. vers. fin. tom. 9.* *Hebr. 1. a* *Ioan. 7. g* *Aug. tract. 39. in Ioan. circa med. tom. 9.* *Ibid. post med.* *Aug. tract. 22. in Ioā. vers. fin. tom. 9.* *Ioan. 5. b* *Chrys. hom. 52. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Mat. 27. f* *Aug. tract. 40. in Ioā. ante med. tom. 9.* *Ioan. 3. b* *Ioan. 12. a* *Aug. tract. 39. in Ioā. vers. fin. tom. 9.* *Exod. 3. d*

Digitized by Google

Aug. tract. 40. in Ioã. ante med. tom. 9. *Act. 4. c* Hæretici Sabelliani. *Aug. ibid. post pauca. Ibid. post multa.* *Ioan. 10. d* *Ioan. 14. b* *Ioan. 4. e* *Aug. tract. 40. in Ioã. post mediũ. tom. 9.*

guſtinus: Quòd aliqui compuncti, qui ſanguinem ſæuiendo fuderunt, credendo biberunt. Vnde dixerunt Petro: Quid faciemus viri fratres? *Et a me ipſe facio nihil.* Quia dixerat: *Ego ſum*, quod eſt cõmune cuilibet perſonæ: ne dicerẽt hæretici, ſcilicet Sabelliani, quòd ipſe qui eſt pater, eſt filius. Ideo ad hoc cauendum ait: *A me facio nihil*, quia a me non ſum, ſed a patre, ait Auguſtinus: *Et ſicut docuit me pater hæc loquor.* Et vt ait Auguſtinus. Non imaginandum, vel cogitandum, quòd pater docuit filium, ſicut homo faber filium ſuũ. Sed hoc eſt patrem docere filium, ſcientem ſcilicet. Hoc enim eſt filio eſſe, quod noſſe: *Et qui miſit me*, ſcilicet pater: *Meum eſt.* Infra: Ego et pater vnum ſumus: *Et non reliquit me ſolum*, quia ego in patre, et pater in me eſt, infra: *Quia quæ placita ſunt ei, facio ſemper*, ſupra: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem patris. Et ibi de hoc. Sed opponit Auguſtinus: Si pater tecum eſt Domine, ambo veniſtis, non vnus ab alio miſſus. Et hoc reſpondet, cũ ambo ſimul ſint, vnus tamen miſſus eſt, alter miſit: Miſſio enim, incarnatio eſt: incarnatio autem eſt filij non patris. Et nota quòd poſſet eſſe thema in exaltatione crucis: *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.* Et notantur ibi tria. Primo, humilitatis Ieſu Chriſti indubitabilis veritas, ibi: *Filius hominis.* Secundo, ſuæ mortis ad ſatisfaciendum pro genere humano debita congruitas, ibi: *Cum exaltaueritis.* Tertio, paſſionis Ieſu Chriſti poteſtatiua virtuoſitas, ibi: *Cognoſcetis.* Ait ergo: *Filius hominis*, ad redimendum enim genus humanum debuit eſſe filius hominis, qui redimeret: Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus, *et cet.* Quod exponit ibi Gregorius, de Ieſu Chriſto ſoluente vnum de ſimilibus, ideſt, pœnam pro genere humano. Et ibi bene de hoc Prudentia eius percuſſit ſuperbum. Ibi Gregorius bene. Qualiter oportuit immolari pro genere humano hominem a culpa immaculatũ, qualis fuit Chriſtus. Et iſte filius hominis fuit in cruce exaltatus. Mors autem crucis fuit congrua ad oſtendendam victoriam, vt ait ibi Chryſoſtomus, vt habitum eſt ſupra: vbi dictum eſt: Oportet exaltari filium hominis, ſcilicet ad oſtendendam victoriam de poteſtatibus huius aeris: Tulit de medio, affigens illud cruci, expolians principatus, *et cetera.* Omnes autem cognoſcentes, ideſt, credentes in filium Dei, ſic paſſim illuminabuntur, et ſaluabuntur, vt habitum eſt ſupra a Chryſoſtomo. Et ſubditur de multitudine credentium: *Hac illo loquente multi crediderunt*, non tamen omnis, ait Gloſſa. Sed qualiter hoc? quia infra eodem legitur, et blaſphemabant dicendo: *Dæmonium habes.* Et ad iſtud reſpondendum ſecundũ Chryſoſtomum, quòd crediderunt, ſed tamen non vt oportebat. Vnde ſequitur de ijſdem, qui crediderunt, quòd dixerint: *Filij Abrahæ ſumus.* Non ergo intellexit, quãdo ait: *Crediderunt*, de perfecta fide, ſed de aliquali, et imperfecta. Et ſequitur pars, in qua de doctrina Saluatoris, per quam oſtendit ſe eſſe liberatorem peccati, et erroris. Secundo, oſtendit ſe eſſe liberatorem a damnatione mortis, ibi: *Amen amen dico vobis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit.* Prima in tres. Primò, præmiſſio liberationis eorũ, qui credunt ſuæ doctrinæ. Secundo, quia Iudæi gloriabantur, quòd erant de genere Abraæ, et ſic liberi, gloriæ eorum euacuatio, ibi: *Scio, quia filij Abrahæ eſtis.* Tertio, de hoc eorum murmuratio, et indignatio, et indignationis confutatio, ibi: *Dixerunt itaque ei.* In prima, tria. Primo, liberationis præmiſſio credẽtibus in eum. Secundo, Iudæorũ reſponſio, et gloriatio, ibi: *Reſpondemus.* Tertio, eorundem confutatio, ibi: *Reſpondit eis Ieſus.* Ait ergo: *Dicebat ad eos, qui crediderunt ei.* Vt ait Chryſoſtomus: Audiẽtes, et credentes rurſus euerſi ſunt: volens ergo profundare fidem non in ſuperficie fodit animas eorum redargutionibus. Et ponit exemplum de arbore radicata. Et debet plus profundari: *Si manſeritis in ſermone meo.* Sic manendo, ait Auguſtinus: *Eritis vere diſcipuli mei*: Quia qui perſeuerauerit, ſaluus erit: *Et cognoſcetis veritatem.* Manẽdo enim videntes eritis, ait Auguſtinus: *Et veritas liberabit eos*, ideſt, liberos faciet, quæ modo ſaluat: Vbi enim ſpiritus, ibi libertas. Vbi ait Chryſoſtomus: Sunt verba oſtendentis, quæ in cordibus eorum, et ſcientis: quoniam quidam crediderunt, ſed non manſerunt: et inſinuantis eos, qui retro abierunt, ſupra: et non ait. Ego eruam, ſed: *Veritas liberabit vos*, veraciter: Legalia enim, et Iudaica typica erãt. Hæc ille. Supra: Lex per Moyſen data eſt, gratia per Ieſum Chriſtũ. Et de hac libertate in collatione prædicabili. Et ſequitur eorum reſponſio: *Reſpondemus ei: Semen Abrahæ ſumus.* Vt enim ait Auguſtinus: Non ait Dominus liberi eritis, ſed veritas liberabit vos: Et tamen extulerunt ſe, et dixerunt: *Semen Abrahæ ſumus.* Ideo clamat Auguſtinus: O peſtis inflata, non eſt magnitudo, ſed timor! Item quomodo verum dixiſtis iactando: *Nemini ſeruiuimus vnquam*; quia Ioſeph venundatus, et prophetæ ducti in captiuitatem. Et populus ſeruiuit in Ægypto, et iſti reddiderunt tributum Cæſari. Item quærit Auguſtinus: cum eſſent mentiti, quare non redarguit eos? Et ad illud reſpõdet, quòd ad ſalutem eorum feſtinabat. Et ad hoc feſtinabat, non oſtendere eos eſſe ſeruos hominum, ſed peccati, quæ eſt difficillima ſeruitus, et a qua ſolus Deus eripere poteſt, cuius ſolius eſt dimittere peccatum. Et ideo ſequitur tertia particula, in qua eorũ confutatio, ibi: *Reſpondit eis Ieſus: Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Vbi Auguſtinus: Vtinam ſerui hominis, et non peccati. O miſerabilis ſeruitus! Seruus enim hominis duris imperijs fatigatus requieſcit: ſeruus peccati, quo fugit, ſecum trahit ſe, quocumque fugerit, non fugit ſeipſam conſcientia mala, non eſt, quo eat: ſequitur ſemper, non recedit a ſe. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Calamitoſa ergo ſeruitus peccati, et miſera, *et cet.* Ibi multum de hoc. De hac eadem ſeruitute Anſelmus ibidem: Præterit voluptas, quæ delectat, manet quod pungit, manet vindex in cõſcientia, manet recordatio peccatorum, quæ torquet. Hæc ille: Serui eſtis eius, cui obediuiſtis, ſiue peccati ad mortem, *et cetera. Et talis ſeruus non manet in domo in æternum*, ideſt, in eccleſia, ait Auguſtinus: Nam etſi mali videantur poſiti in ſinu eccleſiæ in præſenti, proijcientur tamen, et eijcientur in ignem æternum: Ite maledicti in ignem æternum? Et quia in hoc terruit filius Dei, mox ſubdit in quo eſt ſpes, ſicut continuat Auguſtinus: *Filius manet in æternum.* ideſt, caput, et corpus, vnitas ſcilicet electorum, ſiue eccleſia. Sic enim ſumitur hic, ſicut ſupra: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit: Si ergo filius vos liberauerit, iuſtificando a peccati ſeruitute: *Liberi eritis*, gratia ſcilicet liberante: Vos in libertatem vocati eſtis, vbi enim ſpiritus, ibi libertas. Sed quæritur cum nullus ſit ſine peccato: Si dixerimus, quòd peccata non habemus, ipſi nos ſeducimus: Ergo omnes ſunt ſerui, nec manent in domo. Item cum dicat Apoſtolus: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, quæ repugnantia durat in hac vita: videretur tunc, quòd nullus ſit vere liber in hac vita. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum, quòd peccatũ intelligit hic ipſum crimen, quod eſt graue peccatum: ſine quo homo poteſt eſſe in hac vita per gratiam Dei, licet non ſine peccato aliquali poſſit eſſe: prout ait Auguſtinus. Ad aliud reſpondendum, ſicut poteſt trahi ab Auguſtino: Triplex poteſt intelligi libertas, quarum prima eſt carere criminibus. Secunda eſt, carere dominio concupiſcentiarum: Non regnet peccatum in corpore veſtro mortali. Et: Poſt concupiſcentias tuas non eas. Et eſt plena, et perfecta libertas, quando inimica mors deſtruetur, et erit abſorpta mors in victoria: Et hæc non erit in iſta vita mortali, quamdiu durauerit caro concupiſcens aduerſus ſpiritum: Quis liberabit me de corpore mortis huius? Et ſequitur: Gratia, ſcilicet conſummata. Et de his bene et multũ Auguſtinus.

Mat. 10. c *Ibidem.* *2. Cor. 3. d* *Chryſ. hom. 53. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Ioan. 6. g* *Ioan. 1. b* *Aug. tract. 41. in Ioã. ante mediũ tom. 9.* *Ibidem.* *Ibid. poſt multa.* *Iob 33. c* *Greg. Mor. lib. 24. c. 2. in princ.* *Iob 26. c* *Greg. Mor. li. 17. c. 18.* *Chryſ. hom. 26. in Ioã. tom. 3.* *Ioan. 3. b* *Coloſſ. 2. c* *Ioan. 3. b* *Chryſ. ibid.* *Chryſ. hom. 52. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3.* Diuiſio partis. *Chryſ. hom. 53. in Ioã. prope prin. tom. 3.* *Aug. tract. 41. in Ioã. non longe a prin. to. 9.* *Rom. 6. c* *Aug. ibid. circa med.* *Mat. 25. g* *Aug. ibid.* *Ioan. 3. b* *Gal. 5. b* *2. Cor. 3. d* *1. Ioan. 1. c* *Rom. 7. d* *Aug. tract. 41. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* *Aug. de Ciuit. Dei. li. 14. cap. 9. poſt mediũ. tom. 5.* *Aug. tract. 41. in Ioã. tom. 9.* *Rom. 6. b* *Eccl. 18. d* *1. Cor. 15. g* *Rom. 7. d*

Digitized by Google

Aug. tract. 41. in Ioã. tom. 9.

nus. Et sequitur pars, in qua euacuatio gloriæ Iudæorum, de nobilitate generis Abraæ, ibi: *Scio, quòd filij Abraæ estis.* Et illa in duas partes. Primo, ostendit illos esse ex patre diabolo, et sic mendaces. Secundo, ostendit se loqui veritatem, et eorum indignitatem ad arguendũ eum, ibi: *Ego autem veritatem dico.* Prima in tres. Primo, præmissio, quòd licet essent filij Abraæ carne, non tamen imitatione. Secundo, subditur eorũ iterata gloriatio de eodẽ, scilicet quòd erant de genere Abraam, et eorũ confutatio, ibi: *Responderunt.* Tertio, eorũ gloriatio, quòd erant etiam ex patre Deo, cũ eorum confutatione, ibi: *Dixerunt itaque.* Ait ergo: *Scio, quòd filij Abraæ estis*, scilicet carne, non fide. Et hoc

Aug. tract. 42. in Ioã. non mult. a prin. to. 9.

ideo, quia: *Quæritis me interficere.* Vnde Augustinus: Agnosco carnis originẽ, sed non cordis fidem: Nõ qui semen sunt Abraæ, omnes filij, *et cet.* Et hoc ideo, quia intrauerant retia fidei. Propter quod sequitur: *Quia*

Rom. 9. b

sermo meus non capit in vobis. Vnde Augustinus: Si sermo meus caperetur, caperet: si caperemini, intra retia

Aug. ibid. post pauca.

fidei tamquam pisces cõcluderemini. Loquitur enim metaphorice, siue translatiue. Verbum Dei est, quasi

Hiere. 26. c

hamus: prædicatores, quasi piscatores: Ecce ego mitto

Mat. 4. c

piscatores multos. Et: Faciam vos piscatores hominũ,

Aug. ibid.

et cet. Vnde Augustinus: Sic debet esse sermo Dei fidelibus, tamquã pisci hamus. Tunc enim capit, quando capitur. Et quia nõ recipiebatur sermo Dei a corde eorum, ideo non capiebat corda eorũ. Vnde nota, quòd est triplex hamus: est enim hamus voluptatis capientis, et strangulantis voluptuosos: Sicut capiuntur

Eccl. 9. c

pisces hamo, *et cet.* Sic capiũtur homines in tempore

Tullius in senect.

malo. Et de hoc Tullius: Voluptate capiuntur homines, sicut pisces hamo: hæc enim strangulat ipsam deuorantem. Vnde Seneca: Voluptates extirpa, quæ la-

Senec. epist. 51. in fi.

tronum more amplectuntur, vt strangulent. Et hamus diuinæ prædicationis, quæ capit: de qua captura lo-

Isa. 19. b

quitur hic: Lugebunt omnes in fluuijs mittentes ha-

Iob 40. d

mum. Et est hamus humanitas Iesu Christi: In oculis

Greg. Mor. lib. 33. c. 7.

eius, quasi hamo capies eũ. Quod exponit Gregorius de Christo, secundũ humanitatem. Et ideo conuenienter ait, quòd sermo suus non capiebat in eis, quia non

Chryſ. hom. 53. in Ioã. ante mediũ tom. 3.

ab eis capiebatur in corde. Aliter ostendit Chrysostomus, quòd in hoc ostendit dogmatũ altitudinẽ, quasi diceret: Tã magnus est sermo, quòd non intrat in vos. Sed quæritur, sicut quærit Chrysostomus, qualiter ait hoc: quia immediate dictum est: *Multi crediderunt in*

Ibidem.

eum, et ita sermo capiebat in eis. Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd licet crediderint, rursus tamen transportati fuerunt, scilicet a credulitate. Et ostendit euidentius, quòd ait: *Ego quod vidi apud patrem loquor*, scilicet veritatẽ, quam vidi, quia veritas sum. Se enim vidit, et se loquitur. Ipse enim est verbũ apud patrem,

Aug. tract. 42. in Ioã. ante med. tom. 9.

ait Augustinus: *Et vos quæ videtis apud patrem vestrum facitis*, quia est pater vester vitæ imitatione. Infra eodem: *Vos ex patre diabolo estis.* Abraam enim erat pater, eorũ origine, nõ vitæ similitudine, vt ait Augustinus.

Ibid. paulo post.

Vt enim ait Chrysostomus, arguit eos dicens: quòd si

Chryſ. hom. 53. in Ioã. paulo ante med. to. 3.

ego a verbis, et a veritate ostẽdo patrẽ, ita vos a rebus ostenditis patrẽ vestrum, scilicet diabolũ, de quo infra: Erant enim filij eius, in quantũ mali, et in quantũ imitantes, non in quãtum homines, et in quantũ creati, ait Augustinus. Et sequitur gloriationis eorũ de ge-

Aug. tract. 42. in Ioã. ante med. tom. 9.

nere repetitio, cum eiusdẽ confutatione: *Respondérunt: Pater noster Abraam est*, quasi dicerent: si potes, reprehende eũ, scilicet Abraam. Et ideo confutando eos dicit Iesus: *Si filij Abraæ estis, opera Abraæ facite*, et cetera, quasi diceret: ex quo gloriamini de filiatione Abraæ, quasi ad originem, imitamini opera eius secundum fidem, quod non facitis, quia: *Quæritis me interficere.*, Abraam autem non erat homicida: caro enim erat ex

Ibid. post pauca.

carne, sed vita non erat, ait Augustinus: Abraæ dictæ

Gal. 3. c

sunt promissiones, et semini eius: non dixit, et seminibus, *et cet.* Et ne excusarent se, quòd iuste volebant eũ interficere, subdit: *Qui veritatem vobis locutus sum.* Et non quamcũque veritatem, sed: *Quam audiui a Deo.* Et

A in hoc aggrauat eorũ peccatum: Qui enim male agit, odit lucem. Supra: *Hoc non fecit Abraam*, quod tamen facitis, quia: *Opera patris vestri facitis.* De nobilitate ergo carnis gloriabantur, nobilitatem tamen virtutis et operum non imitabantur. Et ideo conuenienter vocauit eos Ioannes: Genimina viperarum, quia hominũ formam videbat, et venenũ cognoscebat, vt ait Augustinus, qui bene de hoc: Non omnes, qui ex Israel, hi sunt Israelitæ: sed qui semen sunt Abraæ, scilicet per imitationem fidei, et iustitiæ. Potens enim est Deus suscitare de lapidibus, ideſt, induratis obstinatione, filios Abraæ. Et ex his patet, quòd inaniter homines

Ioan. 3. c *Luc. 3. b* *Aug. ibid. paulo post.* *Rom. 9. b*

B gloriantur de generis nobilitate, et parentum virtute, absque eorundem imitatione in operibus iustitiæ. Et de hoc Chrysostomus, quòd nihil prodest malis bonitas parentũ, nec obest bonis prauitas. Et ponit exẽplũ de Esau, cui nõ profuit bonitas parentũ, neque etiam Iudęis incredulis, vt patet hic. Et ibi bene de hoc. Vna enim sola est nobilitas, facere voluntatẽ Dei: nec in patribus nobilibus magnũ sapiamus, nisi eis similes fuerimus. Cognatio enim, quæ ex moribus melior est, quàm quę est ex carne, ait idem: Vbi multum de hoc. Ideo ait Ennius, scilicet Iuuenalis:

Mat. 3. b *Chryſ. hom. 9. in Matt. post mediũ tom. 2.* *Iuuenal. ſatyra 8.*

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacidæ similis, Vulcaniq. arma capessas:
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.

C Item patet hic informatio ecclesiasticorũ, et religiosorum, qui gloriantur de professionis altitudine, vt habeant opera perfecta iustitiæ. Vnde patet esse thema corã religiosis. Et denotãtur duo: quorum primũ est, religionis altitudo: *Si filij Abraæ.* Secundum est, ad opera cõpetentia professioni exhortatio, ibi: *Opera Abraæ facite.* Per Abraam enim figuratur institutor cuiuslibet religionis approbatæ. De quo potest dici illud: Patrem multarũ gentium cõstitui te. Pater enim est filio causa essendi, causa nutrimenti, et causa disciplinę, ait

Abraę figura. *Gen. 17. a*

D Sapiens. Talis fuit spiritualiter religionis institutor, respectu talis, de quo potest dici illud: Ego per euãgelium vos genui. Filij talis professionis deberẽt habere opera eiusdem, ipsum imitando, quæ sunt similia operibus Abraę: terrã suam, et domum patris dimittẽdo, arietẽ immolando pro filio, ideſt, carnẽ domando, et sic de alijs operibus Abraę. Nec est gloriandũ de professione, nisi fuerit operũ competentiũ perfectio. Vt enim fides sine operibus mortua est, sic et professio sine operibus: Non enim omnis, qui dicit: Domine Domine, intrat in regnũ cęlorum: sed qui facit voluntatẽ

1. Cor. 4. d *Gen. 12. a* *Gen. 22. c* *Iacob. 2. c*

E patris. Ideo gloriantibus in professione sine operibus dicitur: Bonas facite vias vestras, et studia vestra. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, tẽplum Domini, *et cet.* Et sequitur illa pars, in qua gloriabantur se habere Deũ patrem, cum eorũ cõfutatione, ibi: *Dixerunt: Nos ex fornicatione non sumus nati.* Vt enim ait Augustinus: Mutauerũt responsionẽ: tacent enim de patre Abraamo, et dicunt patrem se habere Deum, vt videant, quid ad hoc possit dicere. Propter quod inquirunt: *Nos non sumus ex fornicatione.* Et in hoc sunt mẽtiti: quia summa fornicatio est, nasci ex diabolo imitatione, et vitæ similitudine. Ideo ait

Mat. 7. a *Hiere. 7. a*

F Saluator: Generatio mala, et adultera signũ quærit, *et cet. Vnum patrem habemus Deum*, quẽ colimus scilicet: nam Israel vocat Deus primogenitum: Nũquid non pater vnus omnium? Et subditur eorum confutatio, ostendendo Deum non esse eorũ patrẽ, vt prius ostendit de Abraam, sicut continuat Glossa. Et primo manifestat, quòd non erat eorum pater Deus. Secundo ostendit, quòd erant ex patre diabolo, ibi: *Vos ex patre.* Ait ergo: *Si Deus pater vester esset*, sicut vos iactatis:

Mat. 12. f *Malac. 2. b*

Diligeretis vtique me, scilicet vt fratrẽ, ait Augustinus: *Ego enim a Deo processi*, scilicet vt verbum: æterna enim eis processio, ait Augustinus: *Et veni*, scilicet in carnem: Verbum enim caro factum est, supra: *Neque a me ipso veni*, quia a me ipso non sum: *Sed ille misit me*, scilicet in carnem. Humanitas enim eius

Aug. tract. 42. in Ioã. ante med. tom. 9. *Ibidem.* *Ioan. 1. b*

Digitized by Google

Aug.ibid. miſſio eius, ait Auguſtinus. Et idem Anſelmus, quòd illius miſſio eius incarnatio. Et licet ita ſit: *Loquelam meam non cognoſcitis*, ſcilicet ſermonem meum: *Quia non poteſtis audire*, ideſt, credere, ait Auguſtinus. Sed qualiter ait hoc: Dedit enim eis poteſtatem filios Dei fieri, ſupra: Ergo poterant audire. Et ad hoc reſpondendum ſecundum Gloſſam, quòd non poterant audire manentes in illo ſtatu. Vnde Auguſtinus: Audire non poterant, quia corrigi credendo nolebant. Idē Chryſoſtomus: Non poſſe hic, non velle eſt. De proceſſu filij a patre, et aduentu in mundum, infra: Exiui a patre et veni in mundum. Et ſequitur pars, in qua oſtendit eos eſſe ex patre diabolo, ibi: *Vos ex patre diabolo eſtis*, ſcilicet imitatione: *Et deſideria patris veſtri vultis facere*, ſcilicet affectione et operatione. Vnde Auguſtinus: Patres mutatis, dicentes: Patrem veſtrum nunc Abraam, nunc Deum: nunc audite a filio Dei, quis eſt pater veſter. Hic iam cauenda eſt hæreſis Manichæorum, quæ poſuit gentem tenebrarum cum principibus ſuis pugnaſſe contra Deum, vnde diabolus originem duxit, et hinc dicunt ducere originem noſtram. Et ibi multum de hoc. Sed abſit iſta credere a mentibus fidelium. Bona eſt enim omnis natura, ſed vitiata eſt hominis natura per malam voluntatem, ait Auguſtinus: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, et erant valde bona. Et ſubdit, quæ erant deſideria illius patris: *Ille homicida erat ab initio.* Vt enim ait Auguſtinus: Diabolus cum inuideret homini, ſerpente indutus, locutus eſt mulieri, et de muliere venenauit virum: et mortui ſunt audiendo diabolum. Diabolus enim non gladio armatus, non ferro accinctus verbum malum et ſeminauit et occidit. Hæc ille: Inuidia enim diaboli mors intrauit in orbem terrarū. *Et erat homicida ab initio*, ſcilicet in primo homine: ex illo enim potuit fieri homicidium, ex quo factus eſt homo, vt ait Auguſtinus: *Et in veritate non ſtetit*, ſed non ſtando cecidit, ait Auguſtinus. Et hoc ideo: *Quia non eſt in eo veritas*, ideſt, verbum et ſapientia patris: et ait Gloſſa recedendo a veritate non habet veritatē. Et quia talis eſt mendax, ideo ſubdit: *Cum loquitur mendacium.* Et ponitur cum proſecutione ſecundū Gloſſam: *Ex proprijs loquitur*, ideſt, a ſe nō a veritate. Et non ſolū eſt mendax: *Sed pater eius*, ideſt, mendacij, vt ait Auguſtinus: Ille, qui non aliunde accepit mendacium, eſt pater mendacij: tu autē cum loqueris mendacium, a diabolo accepiſti. Hæc ille. Et de his Chryſoſtomus: Opera Abraæ fuerunt: manſuetudo, humilitas, obediētia: vos e contrario, immiſericordes, crudeles, et ita ex diabolo exiſtentes, et ita mendaces. Sed quæritur ad euidentiam dictorū, de hoc quod ait: *Vos ex patre diabolo eſtis.* Ex hoc obijciūt, quòd duo ſunt principia, vnū bonorum, et alterū malorum, et quòd Deus non eſt creator malorū hominū, ſed diabolus. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum in homilia, ſicut dictū eſt populo Iudaico: Pater tuus Amorræus, *et cet.* Iudęi inuitati ſunt eorum impietates, et inuenerunt ſibi parentes, non de quibus naſcerētur, ſed quorum mores ſectando pariter damnarentur. Hæc ille. Iudæi ergo ex patre diabolo nō naſcendo, ſed imitando. Itē quæritur de hoc, quod ait: *Erat homicida ab initio.* Ex hoc enim videtur, quòd angelus malus fuit creatus malus. Et ad iſtud reſpōdetur multipliciter. Primo modo exponendo ſecundum Auguſtinū, vt eſt expoſitum, quòd ab initio erat homicida, ex quo factus eſt homo, in quo potuit fieri homicidiū. Vel aliter, quòd fuit homicida ab initio, quia in eo inſtāti, in quo creatus eſt, fuit lapſus, nec in veritate ſtetit, vt dicitur hic, ſed de veritate lapſus eſt, vt ait Auguſtinus. Et quòd obijciūt hæretici in Pſalmo: Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei. Item intelligendū ex poſt facto eſt, quia formatus lapſus eſt. Item quæritur de hoc, quòd ait: *In veritate non ſtetit*, in qua fuit, ſed inde cecidit, ait Gloſſa. Et hoc tunc videtur, quòd is defuit in veritate, et ſic in gratia, et poſtea lapſus eſt. Item hoc etiam videtur per Auguſtinum, vbi ait, loquens de natura angelica: et inquirit, quo modo potuit eſſe mala voluntas malorum angelorum, ex quo creati ſunt boni. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinū: Quæris fortaſſe, inquit, vnde ipſe diabolus eſt? Et reſpōdet, quòd inde eſt, vnde et ceteri. Sed ceteri in ſua obedientia perſtiterunt, ille inobediēdo et ſuperbiendo lapſus eſt, et diabolus factus. Et ad illam Gloſſam eſt reſpondendum, quòd non eſt intelligendum, quòd primo fuerit in eo veritas, ſcilicet gratificādo ipſum, ſed quia cecidit a veritate, quam potuit habuiſſe, ſi ſtetiſſet. Vnde dicitur hic: *In veritate non ſtetit, quia veritas non eſt in eo.* Et Auguſtinus: Recedendo a veritate non habet veritatem. Vel aliter poteſt dici, quòd veritas dicitur dupliciter: vel gratiæ gratis faciētis: vel gratiæ gratis datæ: qualis eſt naturæ agilitas, et vigoroſitas, et humilitas. Primā non habuit angelus apoſtata, ſed ſuperbiēdo lapſus eſt, vt dictū eſt. Secundā vero habuit a qua cecidit: Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Et ex his patet ignominioſa hominum peccatorum generatio, quo ad modū viuendi, quia ſunt ex patre diabolo, et ita filij eius, ſcilicet imitando, non naſcendo: Qui facit peccatū, ex diabolo eſt. Fruſtra ergo gloriantur de humana nobilitate, qui ſunt nati prædicta generatione ignominioſa: Generatio, quæ maledicit patri ſuo, *et cetera.* Et: Et ſi nati fueritis in maledictione naſcemini. Item patet prędictorum peruerſio, quia faciunt deſideria patris, ſcilicet diaboli. Propter quod: Abnegātes impietatem, et ſęcularia deſideria. Talia enim ducunt ad mortem. In Pſalmo: Tradidit illos Deus in deſiderijs ſuis, ibūt in aduentionibus ſuis. Item patet, quòd diabolus dicitur homicida, mala ſuadendo, ſicut ait Auguſtinus: Si malū ſuades fratri tuo, homicida es. Vnde in Pſalmo: Lingua eorum gladius acutus. Eſt enim homicidium, cōſilio, fraude, perſuaſione. Item patet ex dictis, quòd diabolus pater mendacij, et omnis qui mētitur, ex diaboli perſuaſione mentitur, qui eſt auctor et perſuaſor ſiue adinuentor mendacij. Vt patet ex Auguſtino: Et nota, quòd eſt mendaciū multiplex. Eſt enim mendaciū falſæ meditationis: Nec lingua mea meditabitur mendacium. Ibi Gregorius: Nonnumquam peius eſt mendaciū meditari, quàm loqui: quia iſtud aliquādo eſt præcipitationis, illud ſtudioſæ prauitatis. Item eſt mendacium peruerſæ locutionis: Extenderunt linguā ſuam quaſi arcum mendacij. Item eſt mendaciū præuaricatæ actionis: quando ſcilicet actio non eſt talis, qualis oſtenditur: Mendaciū operatus eſt ſtylus mendax. Et ſequitur: Cuncti faciunt mēdacium. Et maius eſt mēdacium operis, quàm locutionis, ait Anſelmus. Item eſt mendacium vitę, vel conuerſationis, quando vita vel fingit ſe eſſe talē, qualis non eſt. De quo mendacio Ambroſius in ſermone Dominicę paſſionis bene, quale mendacium eſt hypocriſis: plus enim geſtus hominum alloquuntur animum, quàm verba, ait Auguſtinus: In hypocriſi loquentium mendacium. Et propter iſta mendacia dicitur: Noli mentiri omne mendacium. Et: Vbi adulteriū, et iter mendacij. Tunc enim eſt iter mendacij, quando prædictis mēdacijs fit proceſſus ab vno in aliud. Et de mēdacio, et de ſpeciebus eius Auguſtinus. Et ſequitur illa pars in qua Saluator oſtendit ſe eſſe ipſam veritatē, et eius auctores, et eorū indignitatem ad ipſum arguendum, ibi: *Ego autem veritatem dico.* Et illa in tres. Primo, prædictorum præmiſſio. Secundo, Iudæorū blaſphematio, ibi: *Reſponderunt Iudæi.* Tertio, Saluatoris humilis reſpōſio, ibi: *Reſpondit Ieſus.* Ait ergo: *Veritatem dico.* Ita dictum eſt, quòd diabolus eſt pater mēdacij. Sed ego qui ſum veritas, infra: Loquor veritatē, et docendo, et arguendo, et ſuadendo, et promittendo. Non enim poteſt manare a prima veritate, vbi veritas: Hominē, qui veritatem vobis locutus ſum: *Et tamen non creditis mihi*, eo quòd eſtis ex patre mendaci: *Loquelam meam non cognoſcitis*, ſed potius increpatis, et arguitis me, ſcilicet

Ibidem.
Ioan. 1. b
Aug.ibid.
Chryſ.hom. 53.in Ioan. poſt mediū. tom.3.
Ioan.16. c
Aug.tract. 42.in Ioan. paulo ante med.to.9.
Hæreſis Manichęorū cauenda.
Aug. ibid. poſt pauca.
Gen. 1. d
Aug. ibid. poſt mediū.
Sap. 2. d
Aug. tract. 42. in Ioā. poſt mediū. tom.9.
Ibidem.
Ibid. poſt.
Chryſ.hom. 53.in Ioan. ante mediū tom.3.
Obiectio Manichæorum confutata.
Aug. tract. 42. in Ioā. circa med. tom.9.
Ezec.16.a
Angelū malum nō eſſe creatū malum probatur.
Aug. ibid. poſt med.
Ibid. poſt pauca.
Pſal.103.c
Aug.de Ciuit.Dei. li. 12.c.9.to.5
Aug. tract. 42. in Ioā. paulo poſt med.to.9.
Ibid. poſt multa.
Veritas dicitur dupliciter.
Iſai. 14. b
Peccatorū pater diabolus.
1.Ioan.8. c
Prou. 30. b
Eccl.41. b
Tit. 2. c
Pſal. 80. c
Aug. tract. 42. in Ioā. poſt mediū. tom.9.
Mēdacium multiplex.
Iob 27. a
Greg. Mor. li.18.cap.4. ante mediū
Hiere.9. a
Hiere.8. d
Ambr. ſer. 44. de tēp. tom.5.
1.Tim.4. a
Eccl.7. b
Hiere.23.a
Aug.de mēdacio ad cō ſent. et contra. mēdac. ad cād.to.4
Ioan.14. a

Digitized by Google

cet mendaces veritatem, quod est inconueniens, et irrationabile: *Quis ex vobis*, scilicet mendacibus, et peccatoribus: *Arguit me de peccato?* scilicet qui *Isa. 53. d* sum sine peccato: Ipse enim peccatum non fecit: *Ioan. 1. d* Immo: Agnus Dei qui tollit peccata mundi, supra. *Greg. in Euang. hom. 28. fer. in prine.* Et in hoc patet Saluatoris humilitas et mansuetudo. Vnde Gregorius: Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Et licet esset talis, tamen eum non audiebant. Ideo sequitur: *Si veritatem dico, quare non creditis mihi?* Et subdit causam, quia non erant ex Deo. Quasi enim naturale est et delectabile *Ioan. 19. f* cuilibet audire verba paterna. Et ideo, qui est ex Deo *Ioan. 3. d* delectabiliter, audit verba Dei. Infra: Omnis qui ex *Eccl. 3. d* veritate est, audit vocem meam. Supra: Amicus sponsi stat et audit: Auris enim bona, audit cum omni concupiscentia. Et e contrario: qui sunt ex patre diabolo, audiunt verba sua, et detestantur audire ver- *Ioan. 3. c* ba Dei, quia odiunt veritatem. Supra: Qui male agit, odit lucem. Tum quia diligunt ea, quæ arguunt *Sap. 2. c* diuina, tum quia faciunt desideria patris sui: Grauis est nobis ad videndum. Et sequitur: Promittit se *Ioan. 6. f* scientiam Dei habere. Supra: Dixerunt: Durus est hic sermo. Et sequitur Iudæorum blasphematio, ibi: *Responderunt: nonne benedicimus*: Et in hoc eorum præsumptio temeraria: blasphemabant, et tamen se bene dicere asserebant. Talis enim est fatuitas stultorum et arrogantium, qui videntur sibi sapientes. Fatuitas stultorum. *Sap. 5. b* Propter quod: Vos qui sapientes estis in oculis vestris: *Quia Samaritanus est* et non verus Iudæus. Erant enim Samaritani contemptibiles apud Iudæos. De quibus supra. Vnde Anselmus: Samaritani gens odiosa populo Israelitico: Duodecim tribubus ductis in- *Ioan. 4. e* captiuitatem terram eorum possidebant, qui vocabantur Samaritani: quia propter terram custodiendam a Rege Assyriorum illic erant constituti. Samaritanus enim custos interpretatur. Hæc ille: *Et dæmonium habes.* Et in hoc eorum blasphemia: cum enim ipsi haberent dæmonium. Vnde Chrysostomus: *Chryſ. hom. 54. in Ioã. non longe a prin. to. 3.* Quis et qui dæmonium habet? vel qui honorat Deum, vel qui iniuriatur eum? Qui honorat? quasi dicat: ille qui iniuriatur. Et hoc forte dixerunt, vel propter miraculorum magnitudinem, vel quia secreta cordium reuelabat, vel potius vt damnarent sua *Mat. 12. c* miracula et documenta: In Beelzebub, principe dæmoniorum, eijcit dæmonia. Et sequitur responsio Saluatoris: *Respondit: Ego dæmonium non habeo.* Et in hoc patet mansuetudo et humilitas Saluatoris, vt ait *Chryſ. ibid.* Chrysostomus. Sed quæritur, cum essent duo impo- *Greg. in Euãg. ho. 18. ante med.* sita, quare vnum subticuit? Et ad hoc respondet Gregorius. Duo illi illata fuerunt: vnum negauit, scilicet, quòd non habuit dæmonium: alterum tacendo *Isa. 21. c* consensit, scilicet, se esse Samaritanum: qui custos in- *Psal. 126. a* terpretatur, eo quòd ipse verus custos est: Custos *Luc. 10. f* qui de nocte. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, *Aug. tract. 43. in Ioã. ante med. tom. 9.* *et cetera.* De Samaritano apud Lucam habetur. Idem Augustinus. Et patet hic exemplum patientiæ ipsius Saluatoris: accepta enim contumelia, non respondit verba contumeliosa. Et hoc vt daret nobis exemplum Exemplum patientiæ ipsius Saluatoris. sustinendi iniurias et verba contumeliosa, et non subtrahendi doctrinam ab iniuriantibus, prout prosequitur Gregorius bene: *Sed honorifico patrem meum*; *Greg. in Euang. hom. 18. ante medium.* quia omnia, quæ mirabiliter faciebat et operabatur, ad gloriam patris referebat, ait Anselmus. Infra: Nomen tuum manifestaui mundo: *Et vos inhonoraſtis me.* *Ioan. 17. a* Et ipsum sic patrem: Supra: *Qui non honorificat filium,* *Aug. tract. 43. in Ioã. ante med. tom. 9.* *non honorificat patrem.* Et sic ego facio, quod debeo: vos vero, non, ait Augustinus. Ideo sequitur: *Ego gloriam meum non quæro*, scilicet ab hominibus, vindicando iniurias meas. Vnde Anselmus: Gloria hominum est, si conuicium vel læsionem acceperint, ictu vel verbo se vlciscantur: sed Dominus huius gloriam non quærit, sed illatas contumelias patris iudicio reseruat. Hæc ille. Et ideo sequitur: *Est qui quærat*, scilicet gloriã

A meam: *Et iudicet*, id est, discernat a gloria vestra. Infra: Et clarifico et clarificabo. Sed de hoc quærit Augustinus. Cum dicatur supra: quòd pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio, qualiter ait hic, quòd pater iudicat? Et ad istud respondet, quòd iudicium aliquando sumitur pro damnatione et pœna. Supra: Qui male fecerunt, ibunt in resurrectionem iudicij. Item sumitur iudicium pro discretione: Iudica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta. Et sic sumitur hic, quia pater gloriam meã a vestra gloria discernit et separat: et secundum formam serui, quia ego sine peccato: et secundum diuinitatem. Infra: Clarifica me claritate, quam habui, B antequam mundus esset. Et patet hic exemplum electis Dei, qui sunt membra Christi, non quærendi gloriam suam, sed gloriam patris. Vt habitum est supra: quia gloria in hac vita est ab humana inflatione, ait Augustinus. Et ita impedit humilitatem credendi. Supra: Quo modo potestis credere, qui gloriam accipitis? Et sequitur illa pars in qua Saluator ostendit se esse liberatorem a damnatione mortis, ibi: *Amen amen dico vobis.* Hæc in sex. Primo, ostendit sermonis sui efficaciam. Secundo, subditur Iudæorum iterata blasphemia, ibi: *Dixerunt ergo.* Tertio, ostendit Saluator suam excellentiam, ibi: *Respondit Iesus.* Quarto, C subditur Iudæorum calumniosa obuiatio, ibi: *Dixerunt.* Quinto, calumniæ destructio, ibi: *Dixit eis Iesus.* Sexto, eorum peruersa machinatio, et Christi dicessio, ibi: *Tulerunt ergo lapides.* Ait ergo: *Amen amen dico vobis: Si quis sermonem meum seruauerit*, quasi dicat, ficut Augustinus continuat, vos dicitis: *Dæmonium habes*: Et ego ad uitam voco. Ideo ait: *Si quis sermonem meum seruauerit*, scilicet in corde, et in ore, et in opere. Infra: Qui habet mandata mea, et seruat illa, ille est qui diligit me: *Mortem non gustabit in æternum*, id est, D non experietur, ait Glossa. Et Augustinus, idem vbi quærit, quo palato, quibus faucibus mors gustatur? Et respondet quòd: *Gustabit*, dictum est pro eo, quòd experietur. Nec mirum, qui seruat vitam non experietur mortem: sed verba Dei sunt vita, supra: Verba, quę ego loquor, spiritus et vita sunt. Et ideo seruantes illa non gustabunt mortem, vita enim sunt inuenientibus ea. Et sicut ait Gregorius, patet hic exemplum Saluatoris largiendi beneficia iniuriantibus. Et ibi multum et bene de hoc. Et sequitur Iudæorum calumniatio: *Nunc cognouimus quoniam dæmonium habes.* Vt enim ait Gregorius. Reprobi de beneficio erunt peiores: quales fuerunt isti: *Abraam mortuus est*, scilicet morte corE porali, de qua non intellexit Dominus: nam Abraam non est mortuus illa morte, de qua Dominus loquebatur, ait Dominus: Ego sum Deus Abraam. Et sequitur, Non est Deus morientium sed viuorum. *Et tu dicis: Si quis sermonem meum*, et cetera, quasi diceret: non est verum, quod dicis: *Numquid enim tu maior es patre nostro Abraam?* Vt enim ait Chrysostomus, rursus ad cognitionem Abraæ diffugiunt, gloriantes vt prius, qui tamen Abraam est mortuus, necnon: *Et prophetæ mortui sunt*, morte scilicet corporali: *Quem te ipsum facis?* vt dicas: *Qui sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit*, ait Glossa. Et patet hic vtilitas et virF tuositas diuini sermonis, quando ait: *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit.* atque posset esse thema ad scholares. In quo tria denotantur: quorum primum est doctrinæ sublimitas, ibi: *Sermonem meum.* Secundum est, modi suscipiendi qualitas, ibi: *Seruauerit.* Tertium, est seruationis vel custodiæ vtilitas, ibi: *Mortem non gustabit.* Ait ergo: *Si quis sermonem meum*, id est, doctrinam meam, infra: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, qui est sublimis et altus, verus et virtuosus: Omnipotens sermo tuus. Et talis est seruandus in intelligentia, et in memoria ruminando, et in vitam seruando: Inuenti sunt sermones tui, et comedi illos: Præcepta mea custodiat cor tuum. Et sic seruans non gustabit mortem æternam gehen-

Ioan. 12. d *Aug. ibid. post pauca.* *Ioan. 5. a* *Ioan. 5. c* *Psal. 42. a* *Ioan. 17. a* Exemplum electis. *Ioan. 5. a* *Aug. tract. 43. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Ioan. 5. g* Diuisio partis. *Aug. ibid. paulo post* *Ioan. 14. c* *Aug. ibid. post pauca.* *Ioan. 6. g* *Prou. 7. a* *Greg. in Euang. hom. 18. ante medium.* Exemplum Saluatoris. *Greg. ibid.* *Mat. 22. c* *Chryſ. hom. 54. in Ioan. ante med. tom. 3.* Vtilitas diuini sermonis. Thema ad scholares. *Ioan. 14. c* *Ioan. 16. b* *Hiere. 15. c* *Prou. 3. a*

Digitized by Google

gehennarum, mortem damnationis cum diabolo et
Apoc. 2. b angelis eius, quæ eſt mors ſecunda. Apocalypſis: Qui
vicerit non lædetur a morte ſecunda. Secundum
Aug. tract. 43. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9. enim Auguſtinum duplex eſt mors: ſcilicet æterna,
quæ eſt mors damnationis, et eſt mors temporalis. Et
iſta mors migratio eſt, derelictio corporis, depoſitio
ſarcinæ grauis. Et de prima loquitur hic Saluator,
Mors duplex. quòd ſi quis guſtauerit ſermonem ſuum, non guſtabit
mortem: illa mors eſt amara, eſt horrida, eſt triſtatiua
ad guſtandum, et eſt amaritatiua, et necatiua ſine fine.
Pſal. 48. c Vnde de talibus ait propheta: Mors depaſcet eos. Et
ſequitur tertia particula, in qua oſtendit Chriſtus
ſuam excellentiam et æternitatis ſuæ indeficientiam,
ibi: *Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt.* Sed qualiter ait hoc, quia ſæpe de ipſo dixit
glorioſa et magnifica, et quòd erat æqualis patri, quæ
omnia ſunt vera: ergo inconuenienter ait, quòd glo-
Chryſ. hom. 54. in Ioã. ante med. tom. 3. ria ſua nihil eſt. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus,
quòd hoc eſt intelligendum, quantum ad ipſos, ſicut
ſupra, quando ait: Si teſtimonium perhibeo de me
Ioan. 5. e ipſo, teſtimonium meum non eſt verum: ſcilicet,
quantum ad illorum ſuſpicionem. Sic loquitur hic:
Eſt autem pater meus qui glorificat me, ideſt, glorio-
Mat. 3. d ſum oſtendit, vt ait Anſelmus. Pater glorificauit fi-
lium in baptiſmo, quando vox intonuit: Hic eſt filius
meus dilectus. Similiter in transfiguratione in mon-
Mat. 7. b Ioan. 12. a Mar. 16. d te, et ante paſſionem, infra: Et clarificaui et clarifica-
bo. Et in ſua aſcenſione, quando collocauit ad dex-
Sap. 17. a Exod. 19. a teram maieſtatis. Et de hoc infra: *Quem vos dicitis, quia et Deus veſter eſt*, quia elegit populum Iſraeliti-
cum: Quomodo portauerim vos ſuper alas aqui-
Deut. 4. b larum. Et: En populus ſapiens et intelligens,
et cetera: *Et non cognouiſtis eum*, ſcilicet fide: *Ego*
Ioan. 1. b autem noui eum, plena notitia. Supra: Nemo vidit
Deum niſi vnigenitus, qui eſt in ſinu patris: *Et ſi dixero: quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax:* quia vt
Chryſ. hom. 54. in Ioã. ante med. tom. 3. ait Chryſoſtomus: Vos dicentes ſcire eum, mẽtimini:
ita ſi ego dixero neſcire, ero ſimilis vobis. Et Auguſti-
Aug. tract. 43. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. nus: Quia dicendo noui eum, iudicantibus ſecundum
carnem, poteratiudicari arrogans. Sed arrogantia non
ita caueatur, vt veritas relinquatur, ideo ſic loquitur:
Ioan. 1. b *Sed ſcio eum*, qui ſum verbum æternum: *Et ſermonem eius ſeruo*, qui ſum verbum caro factum, ſupra. Et
quia ipſi de Abraam gloriabantur, et dedignaban-
tur, quòd Chriſtus eſſet maior, propter quod dixe-
runt, ſupra: *Quem te ipſum facis?* ideſt quantum. Ideo
ait: *Abraam pater veſter exultauit, vt videret diem meum*: id eſt, tempus vitæ meæ. Vnde Auguſtinus:
Aug. ibid. Non timuit, ſed exultauit vt videret. Erat enim in eo
charitas: credens exultauit ſperãdo, vt videret intelli-
Ibid. paulo poſt. gendo: *Et vidit et gauiſus eſt.* Vnde Auguſtinus: Diem,
id eſt, totam vitam Domini temporalem, qui neſcit
occaſum, vidit Abraam credendo et ſperando. Et
Gen. 18. a hoc quando tres angelos vidit, et vnum adorauit. Vel
Gen. 24. a quando miſit ſeruum ſuum, vt peteret vxorem filio,
et poſuit manum ſub fœmore, intelligens de carne
Aug. ibid. Chryſ. hom. 54. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3. Chriſti futura, vt ait Auguſtinus. Vel diem crucis, ſi-
ue paſſionis vidit, vt ait Chryſoſtomus. Et ex hoc pa-
tet fides ſanctorum patrum de Chriſto venturo, et
eorum deſiderium: Ipſe erat deſideratus cunctis gen-
Agg. 2. b Iſai. 64. a Mat. 21. a Luc. 10. d tibus. Ideo: Vtinam diſrumperes cælos et deſcende-
res: Et qui præteribant, et qui ſequebantur, clama-
bant: Benedictus qui venit, *et cetera*. Multi prophetæ
et Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, et non vi-
derunt. Et ſequitur eorum obuiatio, ibi: *Dixerunt ergo*
Chryſ. hom. 54. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3. *Iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondum habes.* Chry-
ſoſtomus vero ponit quadraginta annos: *Et Abraam vidiſti?* quaſi dicerent: impoſſibile eſt quod aſſeris.
Sed cum Chriſtus eſſet quaſi triginta duorum anno-
rum, circa illud tempus, quare dixerunt: *Quinquaginta annos?* Ad quod poſſet dici, quòd ob maturitatem
geſtus, et morum et ſermonum, et elegantiam perſo-
Sap. 4. b næ æſtimabant eum eſſe magnæ ætatis: Ætas enim
ſenectutis vita immaculata. Et ſequitur quintum, ſci-

licet Chriſti reſponſio: *Dixit eis Ieſus: Antequam Abraam fieret ego ſum.* Sed quæritur, quare ſic loquitur, et
non ait: Ego fui antequam Abraam eſſet? Et ad hoc
reſpondet Gregorius: *Ante* etenim eſt præteriti tem-
Greg. in Euang. hom. 18. poſt. medium. poris, *ſum* vero præſentis, et quia præteritum et futu-
rum tempus diuinitas non habet, ſed ſemper eſſe ha-
bet, ideo ait: Ego ſum, ſicut: Ego ſum qui ſum. Abra-
Exod. 3. d am vero habuit ante et poſt, qui et accedere potuit
per exhibitionem præſentiæ, et recedere per curſum
vitæ. Ideo ait: *Antequam fieret, ego ſum.* Et de hoc ſimi-
liter Auguſtinus: *Sum* enim ad diuinam naturam per-
Aug. tract. 43. in Ioã. ver. fin. tom. 9. tinet: *Fieret* autem Abraæ conuenit, quia creatura
fuit: antequam ille fieret, fuit verbum in principio.
Et ex hoc patet immutabilitas creatoris, et creaturæ
Immutabi-litas crea-toris. mutabilitas, vt habitum eſt ab Auguſtino. Et ſequitur
vltimum: *Tulerunt ergo lapides Iudæi*, quia blaſphe-
Aug. ibid. poſt pauca. maſſe illis viſus eſt, ideo tulerunt lapides: Tanta enim
duritia quo curreret niſi ad lapides? ait Auguſtinus:
Cur ſe Chriſtus abſcondit. *Ieſus autem abſcondit ſe*, tamquam humilis, tamquam
ſanguine redempturus, non tamquam ille, qui eſt in
Ibid. in fin. principio verbum, *et cetera*: ait Auguſtinus. Sed quæ-
ritur, ad quid ſic ſe abſcondit? Videtur enim timuiſſe,
vel impotentem fuiſſe, ad præcauendam lapidatio-
nem a Iudæis. Et ad iſtud reſpondendum eſt, quòd
non abſcondit ſe ex timore, vel ex impotentia, ſed ex
humilitate, et ex oſtenſione ſuæ veræ humanitatis, et
Exemplum declinandi malitiam ſuperbo-rum. exempli exhibitione declinandi malitiam ſuperbo-
rum, et ad exemplum patientiæ in ſuſtinendo iniu-
rias et contumelias. Et de hoc Gregorius: Homo, in-
Greg. in Euang. hom. 18. poſt medium. quit, inter homines factus redemptor noſter, alia no-
bis verbo, alia exemplo loquitur, ſicut hic: vt quando
reſiſtere poſſumus, iram ſuperbientium humiliter de-
clinemus: Nolite locum dare iræ. Et ſequitur: Imita-
Eph. 4. f tione enim Dei glorioſius eſt tacendo fugere, quàm
reſpondendo ſubtrahere. Vel ſicut fecit Dominus ad
deſignandum, quòd eis veritas abſconditur, qui eius
Greg. ibid. verſ. fin. verba ſæpe contemnunt, vt ibidem ait Gregorius. Et
Aug. tract. 43. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9. nota quòd ait ſupra: *Abraam exultauit vt videret diem meum.* Secundum Auguſtinum: Dies Domini erat ſua
vita, occaſum neſciens. Et merito dicebatur dies: Vt
Damaſc. orth. fid. lib. 2. c. 7. ante med. enim ait Damaſcenus: Dies eſt in eſſendo ſolem ſuper
terram. Et quia ipſe erat ſol iuſtitiæ: Orietur vobis ti-
Malac. 4. a mentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ. Ideo vita ſua in
Dies Saluatoris triplex. mundo fuit dies. Vnde triplex eſt dies Saluatoris: vel
ſua vita illuminatiua in mundo, vt dictum eſt: Videte
Cant. 3. d Regem Salomonem in diademate, quo coronauit
Pſal. 117. d eum mater ſua in die deſponſationis, *et cetera*: Hæc eſt
Ioan. 11. a dies, quam fecit Dominus, exultemus et lætemur in
2. Theſ. 5. a ea. Iſtius diei ſunt duodecim horæ, id eſt, duodecim
Rom. 12. b Apoſtoli, illuminati ab ipſo filio Dei: infra. Item eſt
dies Chriſti eius illuminatio in hemiſpherio ani-
mæ, quãdo eam illuminat ſpiritualiter: Vos filij lucis
eſtis, et filij diei. Et: Dies appropinquauit.
Et in pſalmo: Dies diei eructat verbum, id eſt: filius
Dei illuminans, animæ illuminatæ. Et eſt dies glorio-
Apoc. 21. d Pſal. 83. c Ioan. 9. a ſa, ſcilicet claritas filij Dei, et ſecundum diuinitatem
et ſecundum humanitatem illuminans in regno glo-
riæ: Claritas Dei illuminauit eam, et lucernæ eius eſt
agnus. Et de hac die in pſalmo: Melior eſt dies vna in
atrijs tuis ſuper millia. Ex abſentia filij Dei ſic illumi-
nantis ſemper eſt nox. Infra: Me oportet operari, do-
nec dies eſt. Veniet autem nox, *et cetera*. Quælibet
iſtarum dierum eſt clara abſque nubibus tenebrarum
obumbrantium, et eſt pura, abſque fœditatibus affli-
ctionum: et eſt ſpecioſa, et iucunda venuſtatibus vir-
tutum: Dulce enim lumen, et delectabile oculis vide-
re ſolet. In omnem talem diem exultauit Abraam
Eccle. 11. e videre, credendo, ſperando, et amando. Vt enim ait
Caſſiod. in pſal. ante medium. Pſal. 149. d Caſſiodorus. Exultare eſt cum magna alacritate gau-
dere. Et modo eſt de numero illorum electorum, de
quibus in pſalmo: Exultabunt ſancti in gloria. Quod
vero ſequitur: *Tulerunt lapides*. Secundum Auguſti-
num et Anſelmum hoc ſignabat, quòd inſenſati et ob-
durati corda lapidea habentes, lapideis affectibus et
obiur-

Digitized by Google

obiurgationibus volebant obruere veritatem: vnde et ipsi lapides erant: Potens est Deus de lapidibus facere filios Abraæ, quia erant frigidi et obdurati, et aliorum læsiui. Lapis enim dicitur quasi lædens pedem, et lapidea corda habebant. Promisit Dominus credentibus: Auferam cor lapideum de carne vestra. Et ideo in figura duritiæ eorum, fuit lex eis data in tabulis lapideis: Circuncisi fuerunt cultris lapideis. Et ideo non proijciebant nisi lapides, et duras obiurgationes, et duras affectiones, scilicet contra veritatem. Lapides enim dabant pro pane, ideſt, duritiem cordis pro mollitie eius. Contra illud: Numquid lapidem dabit pro pane? Et ideo in figura duritiæ illorum, fuit lex eis data in tabulis lapideis, vt dictum est. Quare merito abscondit se filius ab eis, dimittens eos in nocte tenebrarum. Abscondita enim est sapietia: scilicet ab oculis hominum viuentium, scilicet carnaliter. Et de hoc Gregorius bene: quòd veritas absconditur eis, qui verba sequi contemnunt.

Mat. 3. b *Exo. 36. e* *Ioſ. 5. b* *Luc. 11. b* *Exo. 32. d* *Iob. 28. c* *Greg. in Euāg. ho. 18. ver. fin.*

CAPVT NONVM.

Chryſ. hom. 55. in Ioā. prope prin. tom. 3.

LET prætereiens vidit hominem cæcum a natiuitate, Enarrata sapientiali doctrina Saluatoris, hic de operatione miraculi, scilicet cæci illuminatione ad doctrinæ confirmationem, et ad Iudæorum emollitionē, prout ait Chrysostomus: Quia, inquit, sermonum altitudinem non susceperunt, per operationē signi duritiem eorum molliens, et his quæ dicta fidem faciens signum facit. Et istud capitulum in tres partes. Primo, præmittitur miraculi operatio. Secundo de miraculo aduersatiorū calūniatio, ibi: *Vicinij itaque*. Tertio, cęci illuminati a Christo eruditio et interior illuminatio, ibi: *Audiuit Iesus*. In prima quattuor. Primo cæci a Christo illuminandi deprehensio. Secundo discipulorum interrogatio, ibi: *Rabbi*. Tertio, Christi responsio, ibi: *Respondit Iesus*. Quarto cæci illuminatio, ibi: *Hæc cum dixisset*. Ait ergo: *Et prætereiens Iesus vidit hominem cæcum*. Vt enim ait Chrysostomus, egrediens de templo ad opus venit studiose: *Vidit hominem cæcum a natiuitate*. Vt enim ait Chrysostomus, studio respexit vt discipulis sensum, scilicet inspiciendi, tribueret. Et subditur secundum: *Rabbi*. Vt enim ait Augustinus. Magistrum appellabant, quia discere volebant: *Quis peccauit, hic aut parentes eius?* quasi dicerent: non esset pœna, si non præcessisset culpa: quia dictum est, supra: Noli peccare, ne deterius tibi contingat. Opponit autem Chrysostomus: quòd interrogatio videtur esse falsa et stulta: quia qualiter peccauit, antequam esset natus? Item qualiter parentibus peccantibus est cruciatus? quasi diceret. Nullus peccauit antequam natus, et nullus debet puniri pro peccatis parentum, quia: Anima quæ peccauerit ipsa morietur: Nec portabit filius iniquitatem patris. Et ad istud respondendum, quòd hoc dixerunt discipuli, non tantum interrogantes, sed apporeantes, id est, anxiantes et compatientes. ἀπορία enim Græce, anxietas Latine. Et ad obiecta posset dici, quòd pœna æterna non punitur quis pro peccatis parentum, nisi fuerit imitator. et tunc punitur pro peccatis proprijs. Pœna tamen temporali, quæ potest esse vtilis ad vitiorum exclusionem, et meritorū augmentationem, non est inconueniens quòd puniatur. Et sequitur tertium, scilicet, responsio Saluatoris: *Neque hic peccauit, neque parentes eius*. Opponit autem si nullus homo absque peccato: Quis enim potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato? qualiter ait hic: *Neque hic peccauit*. Item cæci multa committunt peccata: Ergo vt prius. Et ad istud respondet, quòd parentes habebant peccatum, sed non ipso peccato est cæcus natus. Eodem modo quærit Chrysostomus. Et soluit: *Sed vt manifestentur opera Dei in illo*. Quærit Chrysostomus: nonne sine supplicio eius licebat manifestari gloriam Dei? Videtur enim, quòd non indiguit Deus supplicio ad suam gloriam manifestandam. Et ad istud respondet, quòd licebat manifestari gloriam Dei: sed tamen in hoc cæco illuminato sic fuit manifestata. Sed tunc opponit, quòd iniuste passus est, quia pœnam sine peccato propter gloriam Dei, quod videtur inconueniens. Et ad illud respondet, quòd peccatum solum malum est, cæcitas vero non est malum, scilicet exterior, siue priuatio oculorum exterior, sed cæcitas interior, de qua infra: *In iudicium veni in mundum, vt qui non vident videant*, et cetera. Et quia dixit: *Vt manifestentur opera Dei*, subdit: *me oportet operari opera eius*, scilicet ad gloriam miracula faciendo, et sic istum cæcum illuminando. Et hoc: *Donec dies est*, scilicet ex præsentia mea in mundo, ex præsentia qua dies est. Supra: Vt videret diem meum: *Veniet autem nox*, tempus scilicet futurum: *Quando nemo potest operari*. Quotcumque potest manus tua, incessanter operare. Et sequitur: Quia nec opus nec ratio apud inferos. Et quia dixit: *Donec dies est*, subdit: *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi*, scilicet, mundum illuminans. et sic diem faciens, supra: Lux venit in mundum. Et supra: Ego sum lux mundi. Et nota quòd ait, quòd cæcus fuit punitus, vt manifestentur opera mundi. Vt enim ait Gregorius: Percussionum, ideſt, punitionum sunt diuersa genera. Aliquando peccator percutitur, vt absque retractatione puniatur, sicut dicitur Iudeæ perituræ: Plaga inimici percussit te. Aliquando percutitur vt corrigatur, supra: Ecce sanus factus es. noli peccare, ne tibi deterius cōtingat: quæ verba indicant, quòd peccata præcedentia habiti doloris vim exigebant. Item aliquando percutitur pro futura culpa vitanda, *et cetera*: Datus est mihi stimulus carnis meæ. Aliquando punitur, vt potentia diuinæ virtutis monstretur, vt hic. Hæc ibi Gregorius: Qualiter Deus dicitur lux, supra: Qualiter autem nūc est operandum, id est, tempore huius vitæ, patet ex scriptura in multis locis; et quare scilicet propter temporis breuitatem, et eiusdem ad operandum idoneitatem, et propter finis vitæ incertitudinem, et mortis subitationem, et operandi post mortem impossibilitatem. Ecce breues anni transeunt, et semitam, per quam non reuertar, ambulo. Ibi de hoc: Nescio quamdiu subsistam, et si post modicum tollat me factor meus. Ibi de hoc. Ideo: Dum habemus tempus operemur bonum. Ad omnes: Vigilate, quia nescitis diem neque horam. Et ideo stulti sunt, qui nunc negligunt opera bona: Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui stertit in æstate, filius confusionis. Et sequitur miraculi operatio, ibi: *Hæc cum dixisset, expuit in terram*, et cetera. Quærit Chrysostomus, quare sic fecit? Item cum esset signum maioris potentiæ solo verbo sanare, quàm sic liniendo oculos, quare sic fecit? Et ad istud respondet Chrysostomus: quòd hoc fecit, non gratia indigentiæ, sed docens se ipsum esse creatorem, qui fecerat hominem de puluere. Vt ergo ostenderet suam potentiam, et se esse verum Deum, qui creauit hominem de luto, sic fecit: *Et fecit lutum*, scilicet commiscendo: *Et liniuit*, superponendo. *Et dixit ei: Vade et laua in natatoria Siloa*. Siloa enim erat fons, de qua in Glossa sufficienter: *Abijt ergo et lauit*. Et in hoc notatur obedientia ipsius curati. Quærit Glossa, qualiter istum sanauit sine fide? Et respondet, quòd illi, qui propter peccata infirmantur, non sanantur sine sanatione interiori. Sed iste fuit sanatus propter gloriam Dei manifestandam, vt dictum est. Secundum Augustinum vero cæcitas ista gerebat mysterium cæcitatis generis humani: filius vero Dei fuit in terra, et lutum fecit, *et cetera*: quia verbum caro factum est, et inunxit oculos cæci: inde enim collyrium factum est, et genus humanum illuminatum: Vt ait Augustinus: Natiuitate, inquit, sua collyrium fecit, vnde tergerentur oculi cordis, et possemus videre maiestatem per humanitatem erat

Chryſ. ibid. *Ibidem.* *Aug. tract. 44. in Ioā. ante medium tom. 9.* *Ioan. 5. c* *Chryſ. hom. 55. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Exe. 18. A. e* *Prou. 20. b* *Ioan. 8. g* *Eccleſ. 9. d* *Ioan. 3. c* *Ioan. 8. e* *Hier. 30. c* *Ioan. 5. c* *2. Cor. 12. b* *Ioan. 1. a* *Ioan. 3. c* *Iob. 16. d* *Greg. Mor. lib. 13. c. 9. prope finē.* *Iob. 32. d* *Greg. ibid. lib. 23. c. 6.* *Gal. 6. c* *Mat. 25. a* *Pron. 10. a* *Chryſ. hom. 55. in Ioan. ante medium tom. 3.* *Aug. tract. 44. in Ioā. non mult. a prin. to. 9.* *Ibid. tract. 2. ver. fin.*

Percussionum diuersa genera.

Digitized by Google

erat homini puluis in oculum, videre non poterat lucem, inungitur terra, mittitur vt saluetur. Hæc ille. Et de hoc Gregorius, super illud Iob: Vt glutiam saliuam meam. Ex capite, inquit, labitur saliua: per caput Christus, per saliuam sapor intimæ contemplationis, vnde redemptor saliuam luti miscuit, et cæci oculos reparauit: quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem contemplationis suæ irradiat, et ad intellectum reformat. Et ibi bene de hoc. Et nota quòd lutum dicitur multipliciter, vt ait Gregorius, super illud Iob: Sternet sibi aurum quasi lutum. Nomine luti aliquando signatur terrenarum rerum multiplicitas: Vsquequo aggrauat contra se densum lutum. Aliquando vero signatur sordidum dogma sapiens terrena: Viam fecisti equis tuis in luto aquarum multarum. Aliquando vero dicitur sordida voluptas. In psalmo: Eripe me de luto. Hæc ibi. Aliquando signatur nomine luti naturæ fragilitas, secundum quod est expositum. Et sequitur illa pars, in qua miraculi calumniatio, ibi: *Itaque vicini.* Et illa in duas: Primo, miraculi ab alijs deprehensio, et inquisitio de miraculo. Secundo, cæci illuminati ad pharisæos calumniaturos adductio, ibi: *Adducunt.* Ait ergo: *Itaque vicini.et qui viderant eum*, et cetera, dicebant: *Nonne hic est*, et cetera. Vt enim ait Chrysostomus: de Dei clementia erat, quòd vbi descendebat, eos qui mendicabant curabat, Iudæos obstruens, quoniam non præclaros, neque principes curabat, scilicet solum: sed et ignobiles eadem dignabatur prouidentia scilicet curare. Vt de paralytico, supra: et de cæco, vt hic patet: *Alij dicebant, quia hic est: alij nequaquam.* Altercantibus illis, ille ait: *Quia ego sum.* Vt enim ait Chrysostomus: Non verecundatus de priori cæcitate, neque formidauit furorem plebis, neque renuit ostendere seipsum, vt prædicet benefactorem. Hæc ille: *Dicebant ergo ei: Quo modo sunt aperti tibi oculi? quibus respondit: Ille homo qui dicitur Iesus*, et cetera. Vt enim ait Chrysostomus: Nihil magnum nouerat ille de Christo, verus tamen fuit: quod enim nō nouerat, non dixit. Quærit autē Chrysostomus. Ex quo erat cæcus, qualiter nouit, quòd filius Dei fecerat lutum? Et respondet, quòd hoc nouerat per auditum eorum, quæ erant dicta ad discipulos, et per opera consequenter. Sed quæritur, quare ait Christus: *Vade ad natatoriam Siloa, et laua?* Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd ideo misit ad Siloam, vt discas, cæci vident, et vt destruatur Iudæorum indeuotio: decens enim erat, vt omnes qui viderant eum abeuntem, et lutum super oculos habentem, per longam viam facere, et testes et diligentes inspectores inopinabilitate considerationis. Hæc ille. Et ideo ait: *Abij et laui et vidi*, miraculum sic confirmans et publicans. Et sequitur pars, in qua adductio eius ad calumniaturos, ibi: *Adducunt eum ad pharisæos.* Et illa in tres. Primo, sua adductio ad pharisæos, et eorum calumniatio. Secundo, parentum illius cæci vocatio, et eorum examinatio a pharisæis, ibi: *Non crediderunt.* Tertio cæci iterata vocatio et calumniatio, ibi: *Vocauerunt ergo.* In prima quattuor. Primo, adductio eius ad pharisæos, et temporis specificatio curationis. Secundo, ipsorum interrogatio et cæci responsio, ibi: *Iterum interrogabant.* Tertio, illorum obloquutoria murmuratio, ibi: *Dicebant.* Quarto, iterata interrogatio, ibi: *Dicunt ergo.* Et hoc est, quod ait: *Adducunt eum ad pharisæos*, sicut ad sapientiores: *Erat autem Sabbatum.* Et in hoc temporis specificatio. Miracula faciebat in Sabbatis, quia tunc conueniebant ad templum, vt habitum est supra a Chrysostomo: *Et interrogabant, quo modo vidisset*, dantes ei occasionem detrahendi, ait Chrysostomus: *Ille autem dixit eis: Lutum posuit*, et cetera. Et in hoc patet illius constantia. Vnde Chrysostomus: In ampliore timore constitutus neque negat, neque contraria dicit prioribus. Et quia illi non poterant eum peruertere, se conuertunt

Greg. Mor. lib.8.c.18. in princ. *Iob. 7. d*

Lutum dicitur multipliciter. *Greg. Mor. li.34.c.14. Iob. 41. d Abac. 2. b Abac. 3. c Psal. 68. d*

Chrys.hom. 56. in Ioā. ante med. tom. 3.

Ioan. 5. a

Chrys.ibid. post pauca.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem non longe a princ.

Chrys.hom. 56. in Ioan. circa med. tom. 3.

A ad detractionem: *Dicebant quidam: Non est hic homo a Deo, qui Sabbatum non custodit.* Et in hoc patet eorum excæcatio: ipsi enim in Sabbato detrahebant Domino, et malum contra eum machinabantur, et ita violabāt Sabbatum. Vnde Augustinus: Ipse potius custodiebat Sabbatum, qui sine peccato erat: Sabbatum enim spirituale est non habere peccatum: Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Supra: *Alij dicebant: Quo modo potest homo peccator hæc signa facere*, pro magno enim reputabant signa facere. Et patet eorum malignitas. Non enim dicunt, quo modo in Sabbato curat? Sed quòd Sabbatum non custodit, vt ait
B Chrysostomus: *Et schisma erat inter eos.* Nec mirum, quia erant adeo diuisi, nec erant charitate vniti. Et primo fuit diuisio in populo, postea in principibus, vt ait Chrysostomus. Et quia non potuerunt prima interrogatione inducere cæcum curatum, ad negationem veritatis, iterum dicunt: *Quid dicis de illo?* Et hoc interrogant, vt haberent occasionem ex verbis eius. *Ille autem dixit: quia propheta est.* Dicētibus enim illis prudentius loquitur, ait Chrysostomus. Et sic patet vbique constantia prædicti cæci curati. Et sequitur secunda particula, in qua parentum vocatio. Et ibi tria: Primo, illorū vocatio et pharisæorū interC rogatio. Secundo, eorū scilicet parentū responsio, ibi: *Responderunt.* Tertio, responsionis ratio, ibi: *Hæc dixerunt.* Et hoc est, quod ait: *Non crediderunt*, et cetera: *donec vocauerunt*, et cetera. Vt enim ait Chrysostomus. Intuere quot modis tentant obumbrare miraculum. Sed hæc est veritatis natura, quòd per quæ putatur ab hominibus insidias pati, per hæc fortior fit, per hæc claret, per quæ obumbratur. Sicut patet hic. Si enim non hæc facta essent, a pharisæis scilicet, saltem in suspicionem veniisset miraculum, scilicet, quòd forte non fuisset prius cæcus, sed modo per responsum parentum patet, quòd prius fuit cæcus. Et
D ideo sequitur responsio parentum: *Responderunt parentes*, et cetera: *Quia cæcus natus est.* et cetera. Et quia tunc erat videns, patet confirmatio miraculi: *Ipsum interrogate.* Quid nobis calumniamini, ait Augustinus. Et patet hic mysterium secundum Glossam. Parentes sunt peccatoris diabolus vel vitia. Supra: Vos ex patre diabolo estis. Et isti parentes non defendunt in calumnia iudiciali: sed derelinquunt in necessitatibus. Quod fuit bene figuratum. Puer Aegyptius ego sum. Et sequitur: *Dereliquit me Dominus meus, quia agrotare cœpi*, et cetera. Immo impugnant et damnant: Quem fructum habetis, in quibus nunc erubescitis?
E Stipendium enim peccati mors. Fratres mei præterierunt me, *et cetera.* Et sequitur responsionis ratio: *Hæc dixerunt parentes.* Et in hoc patet malignitas Iudæorum, quòd sic contra Christum conspirauerant, quòd ejicerent extra synagogam Christum confitentes: Et tamen, vt ait Augustinus, non erat malum esse extra synagogam: illi expellebant, sed Christus excipiebat. Hæc ille. Et sequitur illa pars, in qua iterata vocatio cæci illuminati a pharisæis. Et illa in quattuor. Primo, conantur inducere eum ad obumbrandum miraculum blanditijs. Secundo, astutijs, ibi: *Dixerunt ergo.* Tertio, conuitijs, ibi: *Maledixerunt.*
F Quarto, iniurijs, ibi: *Responderunt.* Ait ergo: *Et dixerunt: Da gloriam Deo*, hoc est confitere, quoniam hic scilicet Christus, nihil est operatus, scilicet in te. Præfiguratione enim religionis, id est, sub velamine hoc dixerunt, ait Chrysostomus. Et ideo dicūt: *Nos scimus quoniam hic homo peccator est.* Et ita confitere istum non esse Deum, sed peccatorem, sicut et nos confitemur. Et licet viderentur hortari ad dandam gloriam Deo, potius tamen hortabantur ad blasphemandum. Vnde Augustinus: Quid est: *Da gloriam Deo?* nega quòd accepisti: hoc plane non est gloriam dare, sed potius blasphemare. Nam dare gloriam Deo, est veritatem de aliquo quasi præsenti Deo dicere, ait Glossa: Da gloriam Domino Deo Israel et confitere. Et subditur responsio

Aug. tract. 44. in Ioā. post mediū. tom. 9. Ioan. 8. c

Chrys.hom. 56. in Ioan. post medium. tom. 3. Ibid. post pauca.

Ibid. hom. 57. non lōge a princ.

Ibid. paulo post.

Aug. tract. 44. in Ioā. paulo post med. to. 9. Ioan. 8. c 1. Reg. 30. c

Rom. 6. d Iob. 6. c

Aug. tract. 44. in Ioā. post med. tom. 9.

Chrys.hom. 57. in Ioan. ante medium tom. 3.

Aug. tract. 44. in Ioā. post medium. tom. 9. Ioſ. 7. c

Digitized by Google

responsio illius: *Si peccator est, nescio*, quasi dicat: opus miraculosum recognosco, vitam operantis ignoro. Sed opponit de hoc Chrysostomus. Ex quo prius ait, quòd erat propheta, qualiter nunc ait: *Si peccator est, nescio.* Et ad istud respondet, quòd hoc ait, volens a rei scilicet factæ testimonio, non a sua voce eripere eum ab incusationibus, et dignum fide facere. Vnde Glossa: Nec paret calumniæ, nec veritatem cœlat. A miraculo ergo, et non a suo testimonio, voluit eum ostendere fide dignum. Et sequitur secunda particula, in qua conantur inducere eum, ad negandum miraculum, astutijs modum curationis circum scrutantes, quemadmodum canes in venatione inuestigantes. Et nunc quidem huc, nunc illuc circumcurrentes ad priores venerunt sermones, ait Chrysostomus. *Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi?* et cetera. Et subditur illius responsio: *Respondit eis: Dixi vobis iam.* Vt enim ait Augustinus: Ille iam stomachans aduersus duritiem Iudæorum ait: *Quid iterum vultis audire? Numquid et vos vultis discipuli eius fieri?* quasi diceret: Ego iam sum discipulus eius, iam video, sed non inuideo; numquid et vos vultis esse discipuli eius? Idem Chrysostomus: Seipsum in discipulorum ordinat cœtum, conuiciatus est eos. Et patet libera constantia cæci illuminati ad confitendum, et ad arguendum ipsos. Et sequitur tertia particula, in qua conabantur inducere eum ad negandum conuicijs. *Maledixerunt ergo ei et dixerunt: Tu discipulus illius sis.* Vt ait Augustinus, tale maledictum sit super nos, et super filios nostros: Maledictum enim est, si cor eorum discutias: non est autem, si verba perpendas: magna enim benedictio est, quòd homo sit discipulus Christi: *Nos autem Moysi discipuli sumus.* Vt enim ait Chrysostomus: Hoc non habet rationem: si enim essent discipuli Moysi, et Christi. Et ita male diuidunt: *Hunc autem nescimus.* Sed qualiter hoc, quia supra dixerunt: Hunc autem scimus vnde sit. Et ad istud respondet Glossa, quòd nescire dicimus illud, quod abijcimus: sicut enim dicitur aliquando scire idem, quod approbare, vt ait Gregorius: sic et nescire dicitur idem, quod abijcere vel reprobare: Non noui vos. Et in hoc patet eorum duplicitas. Si enim scirent quia Moysi locutus est Deus, scirent quia per Moysen prædicatus est filius Dei, vt ait Augustinus. Et subditur responsio illius: *Dixit eis, In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis*, et cetera: quasi diceret, ait Chrysostomus: Ex quo talia signa facit, et talia potest non humano auxilio indigens, vt sit vndique manifestū quoniā Deus est, mirabile est, quòd vos nescitis. Et arguit ex verbis eorū, quæ præassumpserant, vt ait Chrysostomus: *Scimus autem, quia peccatores Deus non audit.* Vt enim ait Chrysostomus assumit illorum iudicium reminiscens verborum illorum, quia dixerant: *Quia hic homo peccator est:* Si ergo, inquit, ita est, vt contemini, quòd peccatores Deus non audit, et hic homo fecit miraculum, et tale, quale nullus hominum fecit: manifestum est, quòd maior est virtus eius, quàm secundum hominem. Hæc Chrysostomus. Et ideo: *Nisi esset a Deo, non posset quidquam facere*: Vt ait Augustinus: libere, constanter, veraciter loquitur. Sed opponit Augustinus hoc, quòd ait: peccatores non audit: Si enim ita esset, frustra Publicanus orasset, dicens: Propitius esto mihi peccatori. Et ad istud respondet Augustinus, quòd sicut inunctus loquitur, non sicut plene videns, intelligendum quòd peccatores dicuntur dupliciter: vel in peccato existentes affectu et actu. Et tales non audit Deus, in quantum tales: Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. Vel dicuntur peccatores, peccata recognoscentes, et reputantes se peccatores: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et tales exaudit sicut Publicanum. Vnde Augustinus loquens de illo ait: Ista confessio meruit iustificationem, quo modo ista cæcus illuminationem. Item quæritur de hoc quòd ait: *Si quis Dei cultor est, hunc exaudit.* Qualiter hoc, quia

Chrysf. hom. 57. in Ioā. ante mediū tom. 3.

Chrysf. hom. 57. in Ioā. ante med. tom. 3.

Aug. tract. 44. in Ioā. post mediū. tom. 9.

Chrysf. hom. 57. in Ioā. ante med. tom. 3.

Aug. tract. 44. in Ioā. post mediū. tom. 9.

Chrysf. hom. 57. in Ioan. ante med. tom. 3.

Ioan. 7. a

Mat. 7. b

Aug. tract. 44. in Ioā. post mediū. tom. 9.

Chrysf. hom. 57. in Ioan. circ. med. tom. 3.

Ibidem.

Ibidem.

Aug. tract. 44. in Ioā. post mediū. tom. 9.

Ibid. paulo ante.

Luc. 18. c

Peccatores dupliciter.

Eccl. 15. c

Mat. 9. b

Aug. ibid.

A Apostolus erat cultor eius, et tamen non fuit exauditus in oratione. Et ad istud respondendum secundum Augustinum: quòd Deus aliquando exaudit propitius non iratus, aliquando e contrario. Vnde Apostolus etsi non fuit exauditus ad votum, fuit tamē exauditus ad vtilitatem vel commodum. Vnde nota quòd Deus peccatores, manentes in peccato, et suum peccatum amantes non exaudit. Et hoc merito rationē elongationis eorum ab eo, et interpositionis suorum peccatorum inter se et Deum: Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos et Deum, et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret: Peruersæ B cogitationes separant a Deo: longe enim a peccatoribus salus. Item non exaudit peccatores propter eorum abominationem et displicentiam Deo: nam oratio non est placabilis, quando persona est displicibilis: Respexit Deus ad Abel, et ad munera eius: ad Cain autem et ad munera eius non respexit. Super quod Gregorius: Ex dantis corde id quod datur accipitur, ideo non Abel ex muneribus: sed ex Abel munera placuerunt. Et quia peccatores tales Deo displicent, ideo tales non audit: Cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam: manus enim vestræ plenæ sunt sanguine: Si abstuleris iniquitatem, quæ est in manu tua, tunc leuare poteris faciem C tuam. Ibi Gregorius: Diffidit namque accipere se posse quod appetit, qui pro facto reminiscitur, nolle se adhuc facere, quod diuinitus audiuit. Item peccatores tales non audit, propter suæ maiestatis, et suæ legis a talibus contemptibilitatem: Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Super quod Gregorius post principium: Rogant Deum: sed exaudiri minime merentur, qui iubentis Domini præcepta contemnunt. Et ideo qui vult exaudiri in orationibus suis, sit cultor Dei, et faciat eius voluntatem. Et de hoc in collatione prædicabili. Et nota quod ait: *A sæculo non est auditum: quia quis aperuit oculos cæci nati.* Sicut enim solius Dei est iustificare, ita sui solius est a cæcitate culpæ illuminare: peccatum enim excæcat, quia delicta oculos clauserant: nesciuerant oculos videre, ait Augustinus. Vnde sicut cæcitas corporalis facit hominem ignarum in discernendo incautum in euitando ineptum in agendo, præcipitem in eundo: Sic culpa spiritualiter facit indiscretum in discernendo: Audite cæci et intuemini ad iudicandum. Item facit incautum in declinando, et in euitando: Palpauimus quasi cæci parietem, et absque oculis attrectauimus. Tales enim non præuident pericula. Item facit hominē ineptum in operando: Errauerunt in plateis, *et cetera.* Hic cæcus et manu tentans, *et cetera.* Bene ait manu tentans, non operans, vel superficiens. Item facit hominem præcipitem in eundo: Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. Ab ista cæcitate solus Deus illuminat: Dominus enim illuminat cæcos, ait Propheta. Et sequitur vltima particula, in qua conabantur eum inducere iniurijs ad negandum Christum: *Dixerunt ei: In peccatis natus es totus, et tu doces nos?* Quærit Augustinus, quid est totus, in homilia. Et respondet, quod cum oculis clausis. Vt enim ait Chrysostomus, quia veritatem locutus est, quando maxime eum admirari oportebat, eum condemnant, et cæcitatem ei exprobant: A prima ætate in peccatis es, et propter hoc cæcus factus es: *Et eiecerunt eum foras*, id est, de synagoga proiecerunt, ait Anselmus. Vt enim ait Augustinus: Ipsi illum magistrum fecerunt, ipsi vt discerent, toties eū interrogauerunt, et ingrati docentem proiecerunt. Et in hoc beneficium magnum ei contulerunt. Vnde Augustinus: Illi pellūt, excipit Dominus: magis enim, quia expulsus est, Christianus factus est. Et de hoc Chrysostomus bene: Hæc scripta sunt vt nos imitemur: Si enim qui mendicus, qui cæcus, qui neque vidit tantam propalationem ostendit, et non cessit, et voluit

2. Cor. 12. A

Aug. lib. de vnitat Eccles. c. 16. tom. 7. et tract. 73. in Ioan. ante med. tom. 9.

Isa. 59. a

Sap. 1. f

Gen. 4. e

Greg. Mor. c. 8. lib. 22. circa med.

Isa. 1. d

Iob. 11. c

Greg. Mor. li. 10. c. 11. ante med.

Prou. 28. b

Greg. Mor. lib. 26. c. 9.

Isa. 42. e

Isa. 59. b

Thren. 4. c

2. Pet. 1. b

Mat. 15. b

Psal. 145. b

Aug. tract. 44. in Ioā. post mediū. tom. 9.

Chrysf. hom. 57. in Ioā. post mediū. tom. 3.

Aug. tract. 44. in Ioā. post mediū. tom. 9.

Ibidem.

Chrysf. hom. 57. in Ioā. post mediū. tom. 3.

Digitized by Google

voluit mitti magis extra synagogam: quanto magis nos qui infinita miracula, maiora beneficia suscepimus, debemus scilicet profiteri veritatē, et pro ea sustinere? Et sequitur tertia pars principalis capituli, in qua de interiori et spirituali illuminatione cæci siue informatione, ibi: *Audiuit Iesus.* Et ibi quattuor. Primo, a Christo eius inuētio et informatio. Secūdo, cōmunis Christi doctrina siue eruditio, ibi: *Dixit Iesus.* Tertio, Iudæorū inquisitio indignatiua, ibi: *Et audierūt.* Quarto, Christi respōsio, ibi: *Dicit eis Iesus.* Ait ergo: *Audiuit Iesus, quia eiecissent eum foras.* Vt enim ait Chrysostomus. Inuenit eum dominator templi, eruBus est a consistorio pestilentioso, et potitus salutari fonte, dehonoratus est ab ijs, qui Christum dehonorauerant, et honoratus ab Angelorum dominatore: talia sunt veritatis brauia. Ita et nos si conuicium passi fuerimus propter Deum, honorabimur. Hæc ille, et ibi bene de hoc. *Et dixit ei: Tu credis in filium Dei?* et cetera. Quærit Chrysostomus: quid est, quòd interrogat hoc ab eo? post tantam contradictionem, quæ fuit ei contra Iudæos: videtur enim ex dictis, quòd credebat. Et ad istud respondet, quòd non ignorans hoc interrogat: sed volens seipsum notum facere et ostendens, quoniam multum appretiatur C eius fidem: *Et dixit: quis est Domine?* Vt ait Chrysostomus, curatus totus, antequam ad benefactorem veniret, et post sanationem a canibus illis, ideſt, pharisæis contrahebatur, ideo eum non nouerat: *Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum,* sensu visus: *Et qui loquitur tecum,* scilicet in sensum auditus: *Ipse est,* supra: Antequam Abraam fieret, ego sum: quasi diceret Augustinus: Nunc lota cordis facie, scilicet in Siloæ, et mundata conscientia agnoscens illum, non filium hominis vt prius, sed filium Dei, qui carnem susceperat. Quod enim dixerat cæcus: *Quis est Domine?* desiderantis et inquirentis verbum fuit, ait Chrysostomus. Et ideo D audiens, quòd ipse erat, ait: *Credo Domine.* Et in hoc fidei perfectibilitas in intellectu: *Et procidens,* in quo humilitas in gestu: *Adorauit eum,* in quo amabilitas, et deuotio in affectu. Vnde Chrysostomus, multam affectionem ostendens adorauit eum, quod pauci eorum, qui curati sunt, fecerunt: Non est, qui rediret, nisi hic alienigena. Et insinuatur, quæ debent esse in orante: quorum primum est fidei credulitas, ibi: *Credo Domine*: Postulet autem in fide. Secundum, est humilitas in gestu, ibi: *Procidens,* qui enim procidit a se cadit, siue infra se, alteri innititur: siue incumbit, et ante alterum procumbit: et se subijcit, quæ debet E orans facere mentaliter: Procidebant seniores ante sedentem in throno. Item debet esse deuotionis affectuositas, ibi: *Adorauit,* Adorari enim est precari, ait Papias. Et in hoc implicatur rei precatæ desiderabilitas: Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo, scilicet reuerentia. Et sequitur secunda particula, in qua communis Christi doctrina siue eruditio: *Dixit Iesus: In iudicium veni.* Sed quæritur, qualiter hoc, quia supra: Non misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, *et cetera.* Item quæritur de hoc, quod ait: *Vt qui vident, caci fiant.* Sed qualiter F hoc: ipse est lux supra: sed lux non est causa obtenebrationis: Ergo, *et cetera.* Item Deus est lux, vt dictum est: et Deus est ignis consumens. Sed ipse qui est ignis, non est causa infrigidationis: Ergo nec qui est lux, causa excæcationis. Et ad istud respondendum, secundum Augustinum, vt sæpe dictū est: Est duplex iudicium, scilicet discretionis, quo discernuntur credentes a non credentibus, sicut lux a tenebris, et sic venit Christus in mundum: et ad sic iudicandum: quia discernit causam credentium et confitentium a superbis, et se videre putantibus, vt ait Augustinus. Et est iudicium damnationis, et in iudicium illud non venit in primo aduentu: sed veniet iudex viuorum et mortuorum, supra: Omne iudicium dedit filio. Et ad istud respondendum secundum Augusti-

Chryſ. hom. 58. in Ioan. non mult. a prin. to. 3.

Ibid. poſt pauca.

Ibidem.

Ioan. 8. g

Aug. tract. 44. in Ioā. poſt mediū tom. 9.

Chryſ. hom. 58. in Ioā. ante med. tom. 3.

Ibid. paulo poſt:

Luc. 17. d

Iacob. 1. a

Apoc. 4. b

Pſal. 5. b

Ioan. 8. a

Deut. 4. d

Aug. tract. 42. in Ioā. ante mediū tom. 9.

Ioan. 5. d

num: quòd non videntes vocat, qui se non videre confitentur, et medicum quærunt, vt videant: Videntes vero vocat, qui putant se videre, et medicum non quærunt. Et de his in Glossa. Et quia tales non quærunt irradiari a vero sole et vera luce, sed auertunt se: ideo dicuntur cæci fieri, non a Deo efficiente, sed a superbia sua eos a Deo auertente, et de se præsumente: Vt non sitis in vobismetipsis sapientes. Et sequitur: Cæcitas in parte intrauit in Israel. Et: Gentes, quæ sectabantur iustitiam, apprehēderunt iustitiam: ipse enim positus fuit in resurrectionem et ruinam multorum. Et sequitur tertia particula: *Et audierunt quidam ex phariſais, et dixerunt ei: Numquid et nos cæci ſumus?* Vt enim ait Chrysostomus, erant quidam superficie tenus sequentes, et tamen postea lapidauerunt, ideſt lapidare voluerunt. Ideo ait: *Quidam.* Et sequitur responsio Saluatoris: *Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum.* Sed qualiter hoc ait, sicut opponit Augustinus: cum ipsa cæcitas sit peccatum, videtur quòd inconuenienter ait. Item cæcitas siue ignorantia ex superbia et contemptu aggrauat peccatum, qualis erat istorum cæcitas. Ergo vt prius. Et ad istud respondet Augustinus, quòd sensus est: si cæci essetis, ideſt, si vos cæcos aduerteretis et diceretis, et ad medicum curreretis, peccatum non haberetis. Et ideo sequitur: *Nunc vero dicitis, quia videmus.* Et medicum non quæritis: *Peccatum veſtrum manet,* et vos in cæcitate vestra remanetis, ait Augustinus. Et patet ex dictis, quia pharisæi superbi contemnebant et condemnabant cæcum mendicum illuminatum, et se existimabant esse videntes et sapientes. Ideo conuenienter ad eorum confutationem, et ad præsumptionis et superbiæ condemnationem, et ad humilium credentium consolationem, et ad humilitatis commendationem, præmissa conuenienter introduxit, ostendens superborum et præsumptuosorum cæcitatem, et humilium a Deo illuminationem: Abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Et: Non veni vocare iustos sed peccatores. Et: Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: Si quis fuerit inter vos sapiens, stultus fiat, vt sit sapiens: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Væ qui sapientes estis in oculis vestris.

Aug. tract. 44. in Ioā. verſ. fin. tom. 9.

Rom. 11. c

Rom. 9. g

Luc. 11. e

Chryſ. hom. 58. in Ioā. ante mediū tom. 3.

Aug. tract. 44. in Ioā. verſ. fin. tom. 9.

Ibidem.

Mat. 11. d

Mat. 9. b

Rom. 1. e

1. Cor. 3. d

Rom. 12. d

Iſa. 5. e

CAPVT DECIMVM.

AMEN amen dico vobis: Qui non intrat per ostium, et cetera. Præmissa multiplici doctrina Saluatoris, communiter ostendendo auctoritatem suæ potentiæ, veritatem suæ sapientiæ, bonitatem suæ munificentiæ, et hoc tam doctrinis quàm miraculis: in parte ista de doctrina pastorum et præsidentium, sicut continuat Glossa, et Chrysostomus: quod hic ostendit Christus, quòd non est erroneus sed verus: et ostendens quis erroneus, quis fur. Et secundum hoc istud capitulum in tres partes. Primo, præmittit sub parabola siue similitudine differentiam boni pastoris et mali. Secundo, parabolam exponit, et ad se adaptat, ibi: *Dixit ergo eis iterum.* Tertio, dissensionem et calumniam Iudæorum subiungit, ibi: *Dissentio itaque facta est.* In prima parte sic procedit. Primo, præmittit, quis est falsus pastor. Secundo, quis est verus, ibi: *Qui autem intrat.* Tertio, subiungit ouium differentiam respectu illorum, ibi: *Et oues illum sequuntur.* Quarto, insinuat similitudinis occultum mysterium, ibi: *Hoc prouerbium.* Ait ergo: *Amen amen dico vobis,* et cetera. Ita pharisæi iactabant se videre, et sic alios docere et gubernare. Ideo ait confirmando, et sub similitudine quòd. *Qui non intrat per ostium,* per quod debet intrare. *Sed aliunde, ille fur est et latro:* quia vt ait Augustinus, Fur est, quiaquod alienum, scilicet oues alienas,

Chryſ. hom. 58. in Ioan. ante med. tom. 3.

Diuiſio capitis.

Aug. tract. 45. in Ioā. ante med. tom. 9.

Digitized by Google

alienas, dicit esse suũ: Latro est, quia quod furatus est, occidit. Vnde de talibus: Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, *et cetera*. Vt enim ait Chrysostomus: Ostẽsiones latronis scilicet signa sunt, quoniam cum propalatione, ideſt, palã non intrat. Et quòd non secũdum scripturas, sicut faciunt hæretici. Propter quod ait supra: Scrutamini scripturas. Et quoniam parabola est de ipso Christo, ideo aliunde ascendit, qui prẽter ipsum ascendit, non recte sentiendo de isto, quales sunt hæretici, vel non quærendo gloriam ipsius, sed quæ sua sunt: Omnes quæ sua sunt quærũt. Vnde omnes qui intrant per violentiam potẽtiæ, vel fallaciam sæcularis astutiæ, vel per malitiã symoniæ, vel propter cupiditatẽ auaritiæ, magis quærẽdo commoda tẽporalia, quàm honorẽ Dei et saluté animarũ, non per Christum intrant, sed aliunde. Et de hoc Augustinus loquens de hæreticis et pharisæis, et eorum sectis, qui tamen non intrauerunt per ostium, perdere volebãt mactare et occidere. Et sequitur: Multi quẽrendo gloriam suam oues Christi sparserunt potius quàm congregauerunt. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et de pastoribus sic intrantibus, et quæ sua sunt quærentibus: Væ pastoribus qui pascebant semetipsos, *et cetera*. Et ideo merito fures dicuntur: Fur ingressus est spolians, latrunculus foris. Et subditur descriptio boni et legitimi pastoris: *Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium*, ideſt, qui intrat per Christũ, ait Augustinus. Humilis ianua Christus Dominus: qui intrat per hãc ianuam, oportet quòd humiliet se, vt sano capite possit intrare. Hæc Augustinus. Sic intrauerũt Apostoli: Pro Christo legatione fungimur: Christus enim est ostium: Ecce ostium apertum in cælo, *et cetera: Ethuic ostiarius aperit*, id est, Christus, qui est et ostiũ et ostiarius: Ipse est qui aperit, et nemo claudit. Vel per ostiarium Moyses potest intelligi, cui eloquia Dei sunt credita, ait Chrysostomus: *Et oues vocem eius audiunt*, ideſt, fideles credentes, prout infra exponitur: *Et proprias oues vocat*, quia Christus habet nomina electorũ scripta in libro vitæ: Liber apertus, qui est liber vitæ: *Et cum propria oues emiserit*, scilicet educendo eas de Aegypto vitiorum, prout ait Glossa: *Ante eas vadit*, quia via est. Vnde Chrysostomus: Ipse ostendit quoniam omnes deducit ad veritatem: Educam eos de populis. Et sequitur: Inducam in terram suam. In psalmo: Deduxisti sicut oues populum tuum. Et sequitur tertium, scilicet deuotio credẽtium ad talẽ pastorem: *Et oues illum sequuntur*, id est, credentes ipsum imitabuntur, quos vocat hic oues, vt patebit infra: Populus quem non cognoui, obediuit mihi, ait Propheta: *Quia sciunt vocem eius*, intelligendo et approbando et perseuerando: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: vox enim exultationis et salutis in tabernaculis iustorum: *Alienum autem non sequuntur*, qui aliunde ascendit. Sed qualiter ait hoc? quia multi conuersi ad fidem abierunt retrorsum. Supra, ait Saluator: Numquid et vos vultis abire retrorsum? Item: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Et ita multi non sequuntur. Et de hoc Augustinus multum, quòd in ipsis Catholicis Christianis multa mala contingunt, quãdo seducti sunt in errorem, et rebaptizati sunt, et tamen prius oues erant, et ita videtur quòd vocem pastoris Christi non audierunt. Et ad istud respondet Augustinus in Summa, secũdum illud Apostoli: Nouit Dominus qui sunt eius: Nouit enim prædestinatos, quos præsciuit et prædestinauit conformes fieri imaginis filij eius. Et de his loquitur hic, qui audiunt hanc vocem: Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Et qui tales sunt, fugiunt ab alieno intrante non per Christum, et docente alia a doctrina Christi. Vnde et de talibus: Pseudoapostoli operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos, *et cetera*. Et subditur quartum: *Hoc prouerbium dixit eis*, in quo occultum mysteriũ denotatur prædictæ similitudinis. Vt enim ait Anselmus: Illis qui aptabant se esse videntes proposuit Dominus occultam parabolam, quam non possent intelligere, conuincuntur esse cæci. Prouerbium dicitur quasi proverbo dictum, aliud intendens aliud prætendens, id est, aliud in sententia, aliud in superficie. Sed quæritur quare non locutus est eis, plane dicendo eis, quòd erant mali pastores nec intrauerãt legitime. Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd immanifeste dixit eis, attentiores eos facere volens: quam immanifestationẽ postea soluit, ideſt manifestat. Secundum litteralem intellectum patet quòd Christus fuit bonus pastor, et alij non intrantes per hunc, fures et latrones, vt est expositum. Moraliter vero hic figuratur malignitas pastoris in tribus: in illegitime intrando, quia non per Christum: et in alienum vsurpando, quia fur est: et in mactando pestilentioso dogmate et documento, vel pernicioso exemplo, vel peruerso imperio, vel doctrinam debitam subtrahendo: Ipsi regnauerunt, et non per me: principes extiterunt, et non cognoui: Væ pastoribus, qui pascebant semetipsos, quod crassum erat occidebatis. Et sic de alijs, quæ ibi enumerat: Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccatum populi. Ibi multum de hoc et bene Gregorius: Dabo tibi reges in furore meo. E contrario vero figurantur officia boni pastoris multipliciter: quorum primum est legitime ingredi, scilicet per Christum intrando, quod notatur, ibi: *Qui intrat per ostium*. Ille enim intrat per ostium, qui humiliter intrat secundum Augustinum, et iuste et recta intentione ad Christi honorem et animarum salutem. Vnde infra eodem: Per me si quis introierit, saluabitur. Secundum officium eius est doctrinam Dei annunciare, quod notatur, ibi: *Vocem eius audiunt*. Audies ex ore meo verbum et annunciabis eis, *et cetera*. E contrario de illis, de quibus: Canes muti, *et cetera*. Et tertium officium est animas commissas distincte cognoscere, quod notatur, ibi: *Proprias oues vocat nominatim*: Nouit iustus animas iumentorum suorum. Et: Diligenter agnosce vultum pecoris tui, *et cetera*. Quartum officium est, per vias iustitiæ commissas animas deducere, quod notatur, ibi: *Et educit eas*. Quintum officium est, vitæ et exemplorum perfectione alios præcedere, quod notatur, ibi: *Ante eas vadit*. Et de his duobus dicitur: Prouideat Deus hominem, qui sit super hanc multitudinem, qui possit exire et intrare ante eos, et deducere illos, *et cetera*. Et quando talis est pastor, oues, id est, fideles curæ suæ commissi, merito audiunt vocem suam, id est, doctrinam, et ipsum sequuntur imitando. Propter quod orat Petrus pastores: Pascite qui in vobis est gregem. Et sequitur: Forma facti gregi ex animo, *et cetera*. Et sequitur secunda pars principalis, in qua similitudinis et prouerbij expositi explanatio, et ad Christum adaptatio, ibi: *Ego sum ostium*. Et hæc pars in duas partes. Et quia præmisit, quòd qui intrat per ostium bonus est pastor: ideo primo ostendit se esse ostium. Secundo, ostendit se esse pastorem bonum, ibi: *Ego sum pastor bonus*. Et primo ostendit quòd est ostium. Secundo, subdit commodum intrãtium per ipsum, ibi: *Ego sum ostium*. Et hoc est, quod dixit eis iterum: *Ego sum ostium ouium: omnes quotquot venerunt, fures sunt*, vt ante est dictum. Sed qualiter hoc, quia prophetæ prius venerunt, nec tamen fures. Et ad hoc respondẽdum, quòd quotquot venerunt sine diuina auctoritate, fuerunt fures. Vnde Augustinus: Non præter illum venerunt, qui cum illo venerunt: venturus enim Christus præcones mittebat. De alijs autem: Non mittebam eos, et ipsi currebant. Et subdit commodum intrantium per eum: *Ego sum ostium*. Porta non claudetur vsque ad vesperam, et adorabit populus ad ostium portæ illius: *Per mesi quis introierit*, qui scilicet aperio: Aperiet, et non erit qui claudat; *Saluabitur*: Ipse enim saluum

Isa. 1. f *Chrys. hom. 58. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Ioan. 5. f* *Philip. 3. c* *Aug. tract. 45. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Exec. 34. a* *Osa. 7. a* Pastor legitimus. *Aug. tract. 45. in Ioã. ante mediũ tom. 9.* *2. Cor. 5. d* *Apoc. 4. b* *Apoc. 3. b* *Chrys. hom. 58. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Apoc. 20. d* *Chrys. ibid. circa med.* *Exec. 34. d* *Psal. 76. d* *Ioan. 14. b* *Luc. 22. c* *Ioan. 18. b* *Mat. 20. b* *Aug. tract. 45. in Ioan. post mediũ. tom. 9.* *Ibidem.* *2. Tim. 2. c* *Rom. 8. f* *Mat. 10. c* *2. Cor. 11. c*

Chrys. hom. 58. in Ioã. post mediũ. tom. 3. Malignitas pastoris. *Osa. 8. a* *Exec. 4. a* *Iob. 34. d* *Greg. Mor. li. 25. c. 14.* *Osa. 13. c.* *Aug. tract. 45. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Exec. 3. d* *Isa. 56. d* *Prou. 12. b* *Prou. 27. g.* *Num. 27. c* *1. Pet. 5. a* *Ioan. 10. b* *Aug. tract. 45. in Ioan. ante med. tom. 9.* *Hier. 23. e* *Exec. 46. a* *Isa. 22. f*

Digitized by Google

uum faciet populum suum : *Et ingredietur et egredietur.* Sed quæritur ad euidentiam litteræ: qualiter hoc? sicut opponit Augustinus. Ingredi in ecclesia est bonum et per Christum, sed egredi de ecclesia est malum: Exierunt ex nobis, quia non erant ex nobis. Ergo non potest esse a Christo. Et ad istud respondet Augustinus, quòd ingredi dicimur, quando aliquid interius cogitamus: et egredi exterius, quando aliquid operamur, secundum illud: Exibit homo ad opus suum. Et: Luceat lux vestra coram hominibus. Et vtrumque per Christum, qui operatur in nobis velle et perficere. Et talis: *Pascua inueniet*, spiritualia, nunc in fide, postea in spe. In psalmo: In loco pascuæ ibi me collocauit. Sed fur, qui non intrat per Christum, quales sunt hæretici, et pseudo doctores: *Non venit nisi vt furetur*, alienas oues vsurpando: *Et mactet*, perniciose docendo et peruerse viuendo: *Et perdat*, finaliter damnando, quantum ex ipso est. Vbi supra: Pastores audite, pro eo quòd facti sunt greges mei in rapinam, et oues meæ in deuorationem, *et cetera*: *Sed ego veni, vt vitam habeant*, hoc est, fidem quæ per dilectionem operatur: *Et abundantius habeant*, perseuerando vsque in finem ait Augustinus: In ipso enim viuimus, mouemur, et sumus. Et sequitur illa pars, in qua ostendit se Christus esse bonum pastorem: *Ego sum pastor bonus.* Et illa pars in quattuor. Primo, ostendit se bonum esse magnitudine dilectionis. Secundo, ostendit idem diligentia cognitionis. ibi: *Ego sum pastor bonus.* Tertio, ostendit idem ratione studiose acquisitionis ouium et collectionis, ibi: *Et alias oues habeo.* Quarto, subditur probatio suæ summæ charitatis, et ad patrem et ad oues, ibi: *Propterea me diligit pater.* Ait ergo: *Ego sum pastor bonus*, non solum ostium per quod fit ingressus, sed pastor bonus custodiens et pascens et redimens ingredientes, et saluans. Et exponit, quis est pastor bonus describendo mercenarium: *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.* Et in hoc summa charitas Dei, infra: Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quærit Chrysostomus: Quare nunc non incusant eum dicentem ista? sicut supra dixerunt ei: Tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum nullum est. Et ad illud respondet, quòd multoties obstruxit eos, et iam amplior fuit apud eos propalatio a signis, Ideo non incusauerunt eum hic, vt prius. Infra tamen eodem subditur eorum calumnia. Sed quæritur quæ fuit iustitia, quòd filius Dei innocens, et purus a peccato sic puniretur, ponendo animam suam pro peccatoribus? Et de hoc Anselmus. Et ad istud respondet ibi: quòd filius Dei dedit seipsum hostiam viuam pro genere humano, sicut voluntarie factus est homo, vt voluntarie redimeret, et ideo nulla iniustitia, sed summa sua bonitas et iustitia. Et ibi multum de hoc: Proponit contra me æquitatem. Ibi: Quid nomine æquitatis, nisi Iesus Christus, qui factus est nobis a Deo sapientia et iustitia. Et ibi bene de hoc: Prudentia eius percussit superbum. Ibi Gregorius de iustitia, qua fuit filius Dei factus homo pro genere humano, multum et bene. Et subditur e contrario de mercenario: *Mercenarius autẽ*, et cetera. Vt enim ait Chrysostomus: Duos laceratores ponit, vnum qui est fur et mactat, vt dictum est: alterum qui non prohibet, quæ fiunt mala, qualis est mercenarius. per hos insinuans Iudæorum magistros, et confundens non habentes solicitudinem creditarum sibi ouium. Vnde Glossa: Mercenarius est, qui quærit quæ sua sunt, *et cetera*. Et Augustinus: Sunt in ecclesia quidam præpositi de quibus Apostolus: Quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Non gratis Christum diligentes, non Deum propter Deum quærentes: temporalia commoda consectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur a præposito, et propter hoc seruitur Deo,

Mat. 1. d
Aug. tract. 45. in Ioã. post mediũ, tom. 9.
1. Ioan. 2. c
Psal. 103. c
Mat. 5. b
Philip. 2. b
Psal. 22. a
Exec. 34. f
Aug. tract 45. in Ioã. vers. fin. tom. 9.
Act. 17. f
Ioan. 15. b
Chrys. hom. 59. in Ioã. ante mediũ tom. 3.
Ioan. 5. f
Ansel. lib. 1. c. 8. Cur Deus homo.
Iob. 23. b
Greg. Mor. li. 16. c. 14.
1. Cor. 1. a
Iob. 26. c.
Greg. Mor. li. 17. c. 18.
Chrys. hom. 59. in Ioan. non longe a prin. to. 3.
Aug. tract. 46. in Ioã. ante med. tom. 9.
Philip. 3. a

A quisquis talis est, mercenarius est, inter filios se non computet. De talibus: Receperunt mercedem suam. Hæc ille. Et ibi multum de hoc. De talibus: Super cathedram Moysis sederunt Scribæ et Pharisæi. Et talis non est pastor ab affectu, et secundum rei veritatem: *Et eius non sunt oues*, secundum veram dilectionem. Vnde Gregorius: Mercenarius est, qui locũ pastoris, sed lucra animarum non quærit. Et ibi bene de hoc. Et talis: *Videt lupum venientem*, et cetera. Per lupum iniustus et raptor, vel diabolus qui dilaniat mentes, cum alium ad luxuriam pertrahit, alium ad auaritiam accendit, et sic de alijs vitijs, vt dicit Gregorius, B de quibus: Non ascendistis in aduerso, nec apposuistis murum pro domo Domini. Et talis: *Fugit, quia mercenarius est.* Et de hoc Gregorius: Fugit quia dum pericula metuit, resistere iniustitiæ nõ præsumit. Fugit non mutando locum, sed subtrahendo solatium. Et sic de alijs, quæ ibi enumerat. Et per hoc patet solutio quæstionis, quam mouet Augustinus, cum dicat Saluator: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: qualiter nunc reprehendit fugientem? Et ad istud respondet, quòd fuga animi timor est: *Et lupus rapit*, id est diabolus, guttur eius apprehendit. Adulterium persuasit, tu taces, non increpas: C fugisti, quia tacuisti: quia timuisti, spiritu fugisti. Similiter quando times inimicitiarum humanarum molestias, taces, fugisti. Et ibi bene de hoc. Et talis est mercenarius, scilicet temporalem mercedem quærens, et non est cura de ouibus saluandis: Væ pastoribus, qui pascebant semetipsos. Et sequitur secunda particula, in qua ostendit se esse bonum pastorem ratione diligentis cognitionis ouium: *Ego sum pastor bonus et cognosco oues meas*, id est diligo: *Et cognoscũt me mea*, id est, obsequuntur, ait Gregorius: *Et sicut nouit me pater*, id est, ea charitate, per quam pro ouibus morior, quantum diligam patrem ostendo, ait D idem Gregorius infra eodem. *Propterea me pater diligit, quia pono animam meam.* Et sequitur tertia particula, in qua ostendit se esse bonum pastorem ratione diligentis, et studiose acquisitionis ouium: *Et alias oues habeo*, scilicet eligendas animas de populo gentili: *Quæ non sunt ex hoc ouili*, id est, Iudaico populo: *Et illas oportet me adducere*, scilicet per Apostolos: *Et fiet vnum ouile*, id est, ecclesia vna: Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ipse enim est lapis angularis factus in caput anguli, vtrumque populum quasi duos parietes coniungens: Ecce ego mittam in E fundamentis Sion lapidem probatum angularem, *et cetera*: Et: Quis dimisit lapidem angularem eius. Ibi Gregorius. Et de isto vno pastore: Et suscitabo super eos pastorem vnum, qui pascat eos. Et sequitur quarta particula, in qua subditur probatio summæ dilectionis filij erga oues: *Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam*, et cetera. Sed quæritur qualiter hoc, quia ab æterno fuit dilectus a patre, ergo non propter hoc pater dilexit eum, quia ponit animam. Item secundum suam humanitatem fuit filius dilectus ab initio, supra: Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. Et: Hic est filius meus dilectus. Ergo vt prius. Et ad istud respondẽdum, quòd F illud quod ait, hic non est intelligendum causatiue, scilicet quòd propter hoc quod posuit animam pater dilexit eum, cum sit verbum æternum a patre: sed quia ex hoc fuit dignum et iustum, quòd a patre diligeretur, ex quo fuit beneplacitum patri, quòd poneret animam, sicut dicitur: Humiliauit semetipsum: et sequitur: Propter quod exaltauit illum, *et cetera*. Vt quod debebatur ei iure hereditario, nihilominus iure passionis esset dignus habere. Vel hoc est intelligẽdum ostẽsiue et signatiue. Vnde Gregorius: Ea charitate, qua pro ouibus morior, quantum patrẽ diligam ostẽdo. Ex quo patet quãtum pater diligit me. Supra eodẽ: Sicut nouit me pater, et ego nosco patrem: *Pono animam meam*, scilicet in morte: *Vt iterum sumam eam*, in resur-

Mat. 6. a
Mat. 23. a
Greg. in Euang. hom. 14. ante medium.
Ibid. post. pauca.
Exec. 23. a
Greg. ibid. paulo ante.
Aug. tract. 46. in Ioã. post mediũ. tom. 9.
Mat. 10. a
Exec. 34. a
Greg. in Euang. hom. 14. circa medium.
Ibidem.
Ibidem.
Isa. 28. d
Iob. 38. a
Greg. Mor. lib. 28. c. 6. ante med.
Exec. 34. b
Ioan. 3. d
Mat. 3. d
Phil. 2. a
Greg. in Euãg. ho. 14. circa med.

in resurrectione. Et in hoc notantur voluntas et potestas ipsius filij Dei morientis et resurgentis.

Aug. tract. 47. in Ioã. ant. mediũ tom. 9. Vnde Augustinus: Non glorientur Iudæi, quasi præualuerint: Ipse posuit animam suam, *et cetera*. Et ideo sequitur: *Nemo tollit eam a me*, scilicet per vim et potestatem: *Sed ego pono eam*, scilicet voluntarie moriens. Et hoc: *Quia potestatem habeo ponendi eam*, id est, moriendi: *Et potestatem iterum sumendi*, id est, resurgendi. Propter hoc dicitur in psalmo: Ego dormiui et soporatus sum, et resurrexi, id est,

Ibid. post pauca. quia volui dormiui, et resurrexi, ait Augustinus: Soluite templum hoc, et in tribus diebus, reædi-

Ioan. 2. c ficabo illud: *Hoc mandatum accepi a patre meo*, id est,

Ioan. 3. b de euentibus prædictis, scilicet et moriendi et sumendi animam, vt ait Glossa, supra: Sic Deus dilexit mundum vt vnigenitum suum daret, *et cetera*. Sed ex hoc obijciunt hæretici, quòd filius non est æqualis patri, ex quo accepit sic mandatum a

Aug. tract. 47. in Ioã. vers. fin. tom. 9. patre. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd sicut dictum est, supra: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit et filio: sic dicitur et hic quòd accepit mandatum a patre, nec potes-

Ioan. 5. e tas minuitur, sed generatio ostenditur, quia ei quem perfectum genuit, gignendo omnia dedit. Hæc Augustinus: Et per hoc ad obiectum. Qualiter Christus posuit animam, inquirit Augustinus, di-

Aug. ibid. multo ant. cens: Quis ponit animam, et quam ponit? Et si caro ponit animam, quomodo Christus ponit animam? Et respondet, quòd et caro Christus, et anima Christus, et verbum Christus: nec tamen hæc tria tres Christi, sed vnus est Christus. Animam enim ponit caro, sed ex potestate verbi, et sumit eam ex potestate verbi. Vnde et Christus de quo dicitur:

Philip. 2. a Qui cum in forma Dei esset, *et cetera*: Semet-

Ioan. 13. d ipsum exinaniuit, *et cetera*. Ponere autem animam est mori. Sicut infra: Animam meam ponam

Error Apollonanistæ. pro te. Et ibi Augustinus multum de hoc. Et de

Aug. tract. 47. in Ioã. post mediũ tom. 9. errore Apollonanistæ hæretici dicentis Christum non habuisse humanam animam. Cuius error patet hic, quando ait Dominus, quòd habuit potestatem ponendi animam, id est, moriendi, in qua anima fuit separata a corpore. Sola enim caro fuit sepulta, quia si erat ibi anima, non erat mortuus. Et si non fuit vera mors, non fuit vera resurrectio, prout arguit Augustinus. Et notandum quòd in omnibus prædictis locutus est Dominus per similitudinem.

Aug. ibid. ante mediũ Vnde Augustinus: Per similitudinem Christus et petra, et ostium, et pastor, et agnus, et sic de alijs. Si rerum proprietates discutias, nec petra est, nec ostium. Omnia ergo per similitudinem, et nihil proprie dicitur de filio Dei. Ipse ergo pastor per similitudinem, et similiter fideles dicuntur oues: et violentus raptor, siue diabolus dicitur lupus per similitudinem. Et hoc

Lupus quid significet. conuenienter: Lupus est impius, ferox crudelitate, et rapax voracitate. Vt enim ait Isidorus: Lupus græce λύκος dicitur, eo quòd rabie ferocitatis et rapacitatis quæcumque inuenerit trucidet. Et est animal olidum fœtore, et est vorax edacitate: ab ore enim eius exit fortis odor et transglutit carnes sine absciſione, ait Sapiens. Item est animal infectiuum anhelitu vel anhelatione. Vnde lanæ ouium quas lupus comedit plus recipiunt pediculos, ait Sapiens, vbi supra. Item est animal intoxicatiuum morsu siue morsione. Vulnera enim quæ fiunt ex eius morsu, sunt valde mala, quoniam ex eis exit virus, ait Sapiens. Item est animal corruptiuum et infectiuum appropinquantium:

Amb. enarrat. in Psal. 118. oct. 20. ante med. to. 2. Si enim lupus prior viderit hominem eripit ei vocem, ait Ambrosius: Et forte, hoc est propter aeris infectionem. Consimiliter est de diabolo, et de iniquo raptore et oppressore pauperum, vt patet considerando de talibus in opprimendo et deuastando spi-

Ierem. 5. b ritualiter: Lupus ad vesperam vastauit eos: Si com-

Eccles. 13. c municabit lupus cum agno. Vnde et hæretici et dece-

Mat. 7. c ptores præsidentes dicuntur lupi: Intus sunt lupi rapaces. Et: Sicut oues in medio luporum: Post discessionem meã intrabunt lupi rapaces: Principes eius in medio eius lupi rapientes prædam. Iudices eius quasi lupi vespere. Et sequitur tertia pars principalis capituli, in qua Iudæorum murmuratio et calumniatio, ibi: *Dissensio itaque facta est*. Et hæc in duas. Primo, dissensionis et murmurationis præmissio. Secundo, inquisitionis eorum subiunctio, ibi: *Facta autem sunt*, et cetera. Ait ergo: *Dissensio itaque facta est*, et cetera. Vt enim ait Augustinus: Luxlucebat in tenebris, sed tenebræ non comprehenderunt eam. ideo: *Dicebant quidam*, qui erant tenebræ. *Dæmonium habes*, et cetera. Sicut dicebant, supra: *Alij dicebant*, quorum oculi cœperant aperiri, ait Augustinus: *Numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* quasi dicerent: dæmonium non consueuit bona facere, prout ait Glossa. Supra simile: Alij dicebant: hic est vere Propheta. Et sequitur illa pars, in qua eorum dolosa inquisitio. Et illa in tres. Primo, ipsa inquisitio. Secundo, Christi responsio, ibi: *Respondit*. Tertio, eorum maligna machinatio, ibi: *Sustulerunt lapides*. Ait ergo: *Facta sunt encænia*. Vt enim ait Chrysostomus. Magna erat hæc festiuitas et popularis redeuntibus eis a longa captiuitate, quæ fuerat in Perside: hanc ducebãt Iudæi cum magno studio. Hæc ille. Et quasi idẽ Augustinus: quòd festiuitas erat dedicationis templi, græce enim καίνωσις, latine nouũ dicitur. Et de hoc in Glossa, et de hoc similiter Magister in historijs multum: *Et hiems erat*. Et hoc figura erat ait Augustinus, quòd ipsi erãt frigidi, nam ad illum ignem accedere pigri erant: accedere enim credere est. Non mouetur anima pedibus sed affectibus, friguerant a diligendi charitate, ardebant nocendi cupiditate. Hæc ille. Et, in persona fidelium: Iam hiems transijt, *et cetera*: *Et ambulabat Iesus in templo*, et quasi exponendo subdit: *In porticu Salomonis*. Vbi solebat Salomon stare, vt ait Glossa. Vnde magister in historijs: Porticus illa dicebatur Salomonis, in qua solebat esse ad orandum in die dedicationis: *Circundederunt ergo eum Iudæi*. Et in hoc improba malignitas, quòd vndique circumdabant eum. Vnde Propheta: Circumdederunt me canes multi: *Et dicebant: quousque animam nostram tollis?* scilicet in suspicione, et detines absconsione veritatis. Vnde Augustinus: Nõ veritatem desiderabant, sed calumniam præparabant: *Si tu es Christus*, scilicet Messias promissus: *Dic nobis palam*. Vt enim ait Glossa, calumniam præparabant: vt si diceret se esse Regem, contra Augustum facientem eum traderent, *et cetera*. Et vt ait Augustinus, fortasse de Christo secundum hominem sapiebant, secundum diuinitatem non intelligebant. Et sequitur responsio Saluatoris. Et ibi duo. Primo, ipsa responsio. Secundo, cuiusdam dicti probatio, ibi: *Non rapies*. Ait ergo: *Respondit eis Iesus: Loquor vobis, et non creditis*. Vt enim ait Glossa, ipsi calumniam præparabant, sed Iesus temperat responsum, vt nec illis sit locus calumniæ, et fidelibus appareat quòd ipse sit Christus: *Opera quæ ego facio in nomine patris mei*, et cetera, sicut supra est protestatus: Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, quòd sum scilicet Christus filius Dei viui, sicut Petrus est testatus, infra eodem: *Operibus credite*: Et quamuis ita fuerit: *Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis*. Sed qualiter hoc ait? quia prius est credere secundum intellectum, quàm esse oues, quia credendo fiunt oues. Ergo non sequitur illud quod ait: *Non creditis, quia non estis ex ouibus*. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd sensus est: Supra dixistis, quæ sunt oues, estote ergo oues. Credendo enim et sequendo pastorem, et intrando sunt oues. Et quia vidit istos ad interitum prædestinatos, non ad vitam, non sic ait. Vnde sequitur: *Oues mea vocem meam audiunt*, scilicet documẽta mea audiendo et credendo: *Et ego agnosco eas*, idest approbando: suum enim agnoscere, est suum approbare, vt

Mat. 10. b *Act. 20. f* *Ezech. 22. f* *Soph. 3. a* *Aug. tract. 47. in Ioã. infine. to. 9.* *Ioan. 8. f* *Ioan. 7. b* *Chrys. hom. 60. in Ioan. non mult. a princ. to. 3.* *Aug. tract. 48. in Ioã. non long. a prin. tom. 9.* *Ibid. paulo post.* *Cant. 2. c* *3. Reg. 8. c* *Psal. 21. d* *Aug. tract. 48. in Ioã. ant. med. tom. 9.* *Ibid. post pauca.* *Ioan. 5. f* *Mat. 16. a* *Aug. tract. 48. in Ioã. ante med. tom. 9.*

Exo. 33. *d* dictum eſt ſupra: Noui te ex nomine. *Et ſequuntur*
Eccl. 23. *e* *me*. imitando. Gloria enim magna eſt ſequi Dominum. *Et ego vitam æternam do eis*, premiando. *Et non peribunt in æternum*, a vita æterna
Ioan. 5. *e* cadendo. Supra: Procedent qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ: qui mala, in reſurrectionem iudicij. Et ſubdit huius probationem: *Et non rapiet eas*
Aug. tract. *48. in Ioã.* *ante med.* *tom. 9.* *quiſquam de manu mea*: quaſi dicat, ait Auguſtinus: Quid eſt lupus, vel fur, vel latro? non perdunt niſi ad interitum prædeſtinatos. De illis autem omnibus, de quibus Apoſtolus: Quos præſciuit, hos et prædeſtinauit, nullus perijt. Infra: Nemo perijt ex his, quos
Rom. 8. *c*
Ioan. 17. *c* dediſti mihi, niſi filius perditionis. Et quaſi redderet
B cauſam, ſubdit: *Pater meus quod dedit mihi maius omnibus*
Aug. ibid. *poſt aliqua.* *eſt*, ſcilicet vt ſim verbum eius, vnigenitus eius, vt ait Auguſtinus: Filius enim de patre Deus, ideo gignendo dedit vt Deus eſſet, vt coæternus eſſet, vt æqualis eſſet. Et hoc eſt quod maius eſt omnibus quod dedit,
Ibid. poſt. *pauca.* Et ita eadem manus, id eſt, poteſtas ſui et patris. Ideo nemo poteſt rapere de manu patris, ait Auguſtinus.
Iſa. 53. *a* Brachium Domini, cui reuelatum eſt? Fiet inquam manus tua, vt ſaluet me. Et ne quis diceret filio, quòd eſſet imbecillis, licet non poſſet quis rapere de manu
Chryſ. hom. *60. in Ioã.* *ante med.* *tom. 2.* patris, ſicut continuat Chryſoſtomus, ideo ſequitur:
C *Ego et pater vnum ſumus*, ſecundum virtutem: et ſi virtus eadem, manifeſtum quòd ſubſtantia eadem, ait idē Chryſoſtomus. Supra: Sicut pater habet vitam in
Ioan. 5. *c* ſemetipſo, ſic et filio dedit. Infra: Pater in me manēs
Ioan. 14. *b* facit opera. Sed quæritur de hoc quod ait: *Nemo rapit de manu mea*: quia ſupra eodem dicitur: *Lupus venit et diſpergit oues*, quæ tamen ſunt in manibus Dei: quia diabolus diſpergit in luxuriam et in auaritiam, ait ibi Auguſtinus: In manu enim illius ſumus et nos et
Sap. 7. *c* ſermones noſtri. Item: Iuſtorum animæ in manu Dei
Sap. 3. *a* ſunt. Ergo nullus qui eſt ſanctus abſque peccato poteſt perire, nec rapi de manu Dei. Item, ſi aliquis iuſtus peccat vel perit, videtur eſſe ex impotentia Dei:
D
Aug. tract. *48. in Ioã.* *ante mediũ* *tom. 9.* Et ad iſtud eſt reſpondendum ſecundum Auguſtinũ: quòd de illis ouibus, quæ ſunt prædeſtinate ad vitam, nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit, ſcilicet finaliter: ſecurus enim eſt de numero eorum, qui pro eis nouit quid dedit. Hæc Auguſtinus: Etſi ergo rapiantur aliqui a diabolo, qui erant in manu Domini, ſecundum præſentem iuſtitiam, id non eſt, ex impotentia Dei cuſtodientis, ſed ex labilitate et infirmitate liberi arbitrij deficientis: gratia enim eſt ſicut ſeſſor; liberum arbitrium, ſicut iumentum, ait Auguſtinus: Et ſicut aliquando iumentum cadit, non ex impotentia ſeſſoris, ita liberum arbitrium cadit,
E non ex defectu gratiæ vel Dei protegentis. Vnde Gloſſa: Maior ſum ad protegendum, quàm illi ad impugnandum, ſed eſt ex defectibili labilitate liberi ar-
Oſea. 13. *c* bitrij: Perditio tua Iſrael, in me auxilium tuum. Et ſi obijciatur de prædeſtinatis, quòd non ſunt confirmati in hac vita, et ita poſſunt peccare, et in peccato perſeuerare, et ita perire. Poſſet ad hoc reſponderi, quòd licet nullus de prædeſtinatis pereat finaliter, non eſt hoc ob liberi arbitrij confirmationem: ſed quia Deus illis, quos elegit, et ad vitam prædeſtinauit, daturus eſt gratiam finali-
Ioan. 17. *e* ter. Infra: Nemo perijt niſi filius perditionis. Quare vero Deus ſic quoſdam elegit et prædeſtinauit, quoſdam præſciuit ad mortem, de altitudine ſuorum iu-
F
Rom. 11. *d.* diciorum eſt. Propter quod clamat Apoſtolus: O altitudo diuitiarum ſapientiæ et ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia iudicia eius. Et patet ex dictis per-
1. Sent. 40. diſt. c. prædeſtinatio. et ſeq. Deuotio ad Chriſtũ in quattuor. *Vide li. 12. Ethim. c. 1.* fecta deuotio fidelium ad Chriſtũ, et etiam ad ſuum vicarium in quattuor, quorum primum obedientialis ſubiectio: quod notatur, ibi: *Oues mea*. Ouis enim eſt molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum, ab oblatione dictum, ait Iſidorus: Et ex hoc patet, quòd oues ſunt manſuetæ, innocuæ, placidæ, et Deo dedicabiles, quales debent eſſe fideles. Et ideo
Ezec. 34. *a* per oues ſignantur: Viſitabo oues meas. Et ſicut oues ſolent errare, et diſpergi a lupis, quando ſine regimine boni paſtoris: ſic ex parte iſta dicitur: Eratis ſicut
1. Pet. 2. *d* oues errantes, ſed conuerſi eſtis ad paſtorem et Epiſcopum animarum veſtrarum. Secundum eſt, in quo apparet deuotio fidelium, documentorum libens auditio, quod notatur, ibi: *Vocem meam audiunt*, ſupra: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Et ibi
Ioan. 8. *f* bene de hoc. Tertium eſt, in operibus debita imitatio: quod notatur ibi: *Et ſequuntur me*. Sequi enim eſt imitari, ſecundum Auguſtinum: Sunt enim ſe-
Aug. de virginitat. ſanct. c. 29. tom. 6. quentes filium Dei per plana, ſicut ſunt fideles communiter. Et ſunt ſequentes filium Dei per ardua ſiue
B montana, ſicut Apoſtolus et viri apoſtolici. Primo, modo eſt ſequi tripliciter: vel per fidem in intellectu, vnde dicitur: Vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus ipſe eſt Deus, ſequimini eum, ſcilicet
3. Reg. 18. *c* recte credendo. Item eſt ſequi Deum per charitatem affectu: Non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui ſe-
3. Reg. 13. *c* cutus eſt me in toto corde ſuo. Item eſt ſequi filium Dei per obedientiam in effectu: Veſtigia eius ſequu-
Iob. 23. *c* tus eſt pes meus, viam eius cuſtodiens. His modis debent omnes ſequi Chriſtum: quia fides aſpectu dirigit et illuminat, charitas affectum trahit et ordinat, effectus ſiue opus deducit ſiue extendit et con-
C firmat: Sic autē ſequentibus dat Deus vitam æternã. Et in hoc præmij magnitudo, multitudo, certitudo, æternitas ſiue indefectio. Supra: Qui ſequitur me nõ
Ioan. 8. *b* ambulat in tenebris: Sed habebit lumen vitæ. Et vt perueniant ad vitam, Dominus filius Dei cuſtodit, de cuius manu nemo poteſt rapere, prout dicitur hic. Et:
Luc. 11. *c* Cum fortis armatus cuſtodit domum et vaſa, nullus diripiet niſi alligauerit, *et cetera*. Et in hoc patet inſana fatuitas peccantium, qui ſe præcipitant de tam ſecuri cuſtodia, et de tali manu: Iſta enim manus
Iſa. 45. *b* omnia efficiens: Manus meæ extenderunt cælos.
D Item eſt iſta manus omnia largiens, vt ait prophe-
Ber. ſerm. 7. in Cant. fer. in prin. ta: Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione. Vt enim ait Bernardus: duplex manus Dei, ſcilicet latitudo et fortitudo. Prima tribuit affluenter. Secunda protegit potenter. Item iſta manus cuſtodit ſecure et valenter, quantum eſt a parte ſua, quia non eſt qui de ea rapiat: vt ait Iſaias:
Iſa. 43. *b* Non eſt qui de manu mea eruat. Et: Sub vmbra
Iſa. 49. *a* manus ſuæ protexit me. Item iſta manus docet et dirigit inenarrabiliter: Docebo vos per manum Dei:
Iob. 37. *b* Ecce manus miſſa ad me, in qua liber inuolutus.
Ezech. 2. *d* Item iſta manus ſaluat perenniter, ſicut orat propheta: Fiat manus tua vt ſaluet me. Vt iſti quinque
Pſal. 118. *g*
E actus approprientur quaſi quinque digitis, licet dicantur tres digiti manus Dei: Qui appendit tribus
Iſa. 40. *c* digitis molem terræ, *et cetera*. Per quos tres digitos potentia Dei, ſapientia, et bonitas ſignantur: per manum autem Dei, ipſe filius ſignatur. Vt ait Gregorius: quia per ipſum facta ſunt omnia. Et ſequitur illa pars, in qua aduerſariorum maligna machinatio in facto ſiue in affectu, ibi: *Suſtulerunt lapides*. Et ibi quinque. Primo, malignitatis eorum præmiſſio. Secundo, Chriſti reſponſio, ibi: *Reſpondit*. Tertio, eorum ſimulata excuſatio, ibi: *Reſponderunt*. Quarto, excuſationis reprobatio, ibi:
F *Reſpondit eis Ieſus*. Quinto, eorum doloſa inſidiatio, ibi: *Quærebant ergo*. Ait ergo: *Suſtulerunt lapides*, vt ait Auguſtinus: huc vſque tolerare potuerunt.
Aug. tract. 48. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9. Sed quando audierunt: *Ego et pater vnum ſumus*, non pertulerunt, et duri ad lapides, more ſuo, cucurrerunt. Hæc ille. Supra ſimile. Et ſubditur ſe-
Ioan. 8. *g* cundum: *Reſpondit eis*, non verbis ſed factis, ait Gloſſa: *Mulea bona opera feci*, ſcilicet in curatione languidorum, et in multiplicatione panum, et in diſpenſatione documentorum, et ſic de alijs: *Propter quod vultis me lapidare?* quaſi dicat: iniuſte retribuitis, quia mala pro bonis, quod eſt iniuſtum et prohibitum: Ne dicas: Reddam malum pro malo,
Prou. 20. *b* multo magis non eſt reddendum malum pro bonis:

Qui

Digitized by Google

Prou.17. b Qui reddit malum pro bonis, non recedit malum de domo eius. Et sequitur tertium, scilicet eorum excusatio: *Responderunt: non lapidamus te de bono opere, sed de blasphemia*, scilicet quia dixerat: *Ego et pater vnum sumus*, id est, eiusdem essentiæ et maiestatis et potentiæ: *Sed cum sis homo, facis teipsum Deum*, et ceteta. Blasphemare enim, est falsa de Deo dicere, *Aug. lib. contra mẽdacium. ad Consent. c. 19. tom. 4* ait Augustinus. Et sequitur quartum: *Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi: Dij estis?* Sed quare vocat psalterium legem, cum contra legem diuidatur? Quæ scripta sunt in lege et prophetijs et psalmis. Et ad istud respondendum, quòd large sumẽdo legem, sumitur pro toto veteri Testamento, vt hic: aliquando minus large, prout diuiditur *Luc.vlt. g* contra prophetias: In his vniuersa lex pendet et *Mat.22. d* prophetæ. Aliquando sumitur magis proprie, sicut *Luc.vlt. g* vt dictum est: *Si ergo illos dixit deos*: quasi diceret, ait Augustinus, si quia sermo Dei factus est ad homines, dicuntur dij, ipsum verbum quomodo non est Deus? quasi diceret: esset inconueniens: *Et non potest solui scriptura*, id est, argui falsitatis, vel non impleri: *Quem pater sanctificauit*, id est, sanctum genuit ab æterno. Vnde obijcit Augustinus: Si eum sanctificauit, fuit aliquando non sanctus. Et respondet: *Aug. tract. 48. in Ioã. post mediũ. tom. 9.* vt sanctus esset gignendo dedit ei, et sanctum genuit, scilicet pater: *Et misit in mundum*. Supra: Sic Deus *Ioan. 3. b* dilexit mundum, vt mitteret filium suum. Non est ergo blasphemia, quòd dixi: filius Dei sum. Sed quæritur de modo arguendi, quo arguit Dominus: videtur quòd non teneat: quia homines ad quos sermo Dei venit, dicuntur dij participatione, vt ait *Aug. tract. 48. in Ioã. post mediũ. tom. 9.* Augustinus, et sic per adoptionem. Et ipse dixit, quòd ipse sit filius per essentiam. Nec: sequitur ipsum patrem esse vnum per essentiam: Ergo videtur quòd æquiuoce procedit. Item vt ait Augustinus: In Deo *Ibid. post pauca.* es, quia Deus te continet: Deus in te est, quia templum es. Nec sequitur, qui videt te, videt Deum: Ergo vt prius. Et ad istud respondendum: quòd quia Iudæi erant discoli, ideo aliquando respondit eis filius Dei ad rem: aliquando respondit ad hominem. Sic quando quærebant: In qua potestate hæc *Mat.21. c* facis? Dixit eis, qua responsione ligauit ora eorum, et *Ioan. 8. b* obmutescere eos fecit, vt supra, quando ait: Qui sine peccato est, lapidem mittat, *et cetera*. Ita et hic. Vnde *Aug. ibid. paulo ante* Augustinus: Si lumina illuminata, scilicet homines illuminati dij sunt, multo magis lumen quod illuminat. Quia ergo calumniabantur, arguit, quòd si sine blasphemia possunt dici homines illuminati, multo magis vnigenitus, qui est filius per naturam. Proprium Domini est æqualitas patris: munus secun*Ibid. post pauca.* dum est participatio Saluatoris, vt ait Augustinus: Et patet hic magnifica honorabilitas fidelium, quòd Fideles dicuntur dij. dicuntur dij, scilicet gratia Dei illuminati, et ipsum *Aug. ibid.* participantes, et tales facti igne salutari, et a Deo in*Act. 12. b* habitati prout ait Augustinus: Dij similes hominibus descenderunt ad nos. Et in psalmo, prout hic introducit: Ego dixi: dij estis. Similiter tales dicuntur a Christo inuncti in psalmo: Nolite tangere Christos meos. Et hoc est conueniens, si enim homines dicuntur dij propter virtutis excellentiam, siue propter virtutem heroicam, prout ait sapiens: multo magis possunt dici dij propter virtutem deificam, quæ facit credentes esse membra Christi, et vnum corpus cum eo, et vno nomine nominari. Supra: Ne*Ioan. 3. b* mo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit. Vbi corpus Christi mysticum cum eo id intelligitur, vt habitum est ibi. Et sequitur improbatio excusationis testimonio operum: *Si non facio opera patris mei,* *Chryſ. hom. 60. in Ioan. circa med. tom. 3.* et cetera. Vt enim ait Chrysostomus: quia substantiam patris videre impossibile erat ab operum paralitate, demonstrationem tribuit eius indissimilitudinis, quæ erat secundum virtutem, ostendens, quasi ergo diceret: Si facio opera, quæ nullus potest facere, nisi Deus: *Et si mihi non creditis, operibus credite*. Supra: Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Et hoc: *Vt credatis*, et credendo: *Cognoscatis*. Nisi enim crediderit is, non intelligetis. Secundum aliam litteram: *Quia pater in me est, et ego in patre*, tamquam æqualis in eo cui est æqualis, ait Augustinus. Et in hoc patet personarum distinctio, siue distinguibilitas, et essentiæ identitas. Sed quæritur quæ sunt opera, quæ ostendebant eum filium Dei esse per naturam: quia si loquebatur de operibus spiritualibus, illa erant insensibilia oculis corporeis: si de sensibilibus, consimilia fecerunt prophetæ et apostoli, qui tamen non erant filij Dei per naturam. Item infra: Qui credit in me, *Ioan.14. b* opera, quæ ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet: Ergo vt prius. Et ad istud respondendum, quòd ipse faciebat opera sua propria virtute, qui erat verbum, quo omnia facta sunt, et sine inuocatione alterius cooperantis vel adiuuantis: sed sancti fecerunt opera miraculosa virtute filij Dei, et inuocatione sui nominis: In nomine Iesu Christi, surge et *Act. 4. a* ambula. Filius ergo Dei erat efficiens opera, Dei *1.Cor. 1. 6* virtus, et Dei sapientia. Alij qui fecerunt miracula inuocatione sui nominis, et in fide ipsius operati sunt: mali autem quæ fecerunt miraculosa opera, vt phantasias quasdam fecerunt, et similiter dæmones, vt deceptores fecerunt, vt ait Chrysostomus: Et se*Chryſ. hom. 18. in Ioã. ante mediũ tom. 3.* quitur vltima particula, in qua eorum insidiosa malignitas, et Christi potestas declaratur: *Quærebant ergo eum apprehendere*, id est, sæuiendo et occidendo, vt *Aug. tract. 48. in Ioã. vers. fin. tom. 9.* ait Augustinus. Non sicut fideles qui quærunt apprehendere credendo et intelligendo: Sic currite vt comprehendatis: *Et exiuit de manibus eorum*. Et in hoc ostendit suam potestatem et voluntatem moriendi, quando esset hora. Supra eodem. *Potestatem habeo ponendi animam meam*. Item in hoc ostendit eorum indignitatem: non enim erant digni, vt cum eis habitaret. *1.Cor. 9. f* Supra: Abscondit se ab eis. Et in hoc terminatur illa *Ioan. 8. d* pars, in qua de doctrina Saluatoris, postquam ascendit Hierosolymam. Supra: Et sequitur de trãsitu eius *Ioan. 7. a* trans Iordanem, ibi: *Et abijt iterum trans Iordanem*. Et illa pars in duas partes. Primo, de suo transitu. Secundo, de suo regressu in Iudæam, et de occasione festini regressus, proximo capitulo: Erat autem quidam *Ioan. 11. a* Lazarus. Ait ergo: *Et abijt trans Iordanem*. Sed quæritur ad quid transiuit? Et respondet Chrysostomus: *Chryſ. hom. 60. in Ioã. post mediũ tom. 3.* Cum magnum quid et excelsum fuerat, recedit velociter, remittẽs eorum furorem vt sedetur, vt quiescat passio, scilicet inuidiæ, per absentiam eius. *In eum locum vbi erat Ioannes*, quærit Chrysostomus: quare nominat locũ? Et respondet quòd propterea abijt illuc *Ibidem.* reminiscens eos testimonium Ioannis de ipso. Supra: Ideo sequitur: *Multi ad eum venerunt*, quia memine*Ioan. 1. b* runt quæ dixit Ioãnes de ipso: *Et dicebant, quia Ioannes* *Ioan. 3. a* *quidẽ nullum signũ fecit* quia nec fugauit dæmonia, nec cæcos illuminauit: et sic de alijs, vt ait Augustinus: *Aug. tract. 48. in Ioã. prope finẽ. tom. 9.* *Omnia autem quæcunque dixit Ioãnes de hoc*, id est, Christo: *Vera erant*. Lucerna enim erat, et ad Christum adducebat. Vnde: *Et multi crediderunt in eum*: scilicet reminiscentes testimoniũ Ioannis: dixerunt enim Christum esse fortiorem ipso, vocans eum vitã et veritatẽ, *et cetera*. Sed quæritur de hoc quod ait, quòd Ioãnes nullum signum fecit: ex quo inter natos mulierum *Mat. 11. b* non surrexit maior Ioanne, quòd debuisset Deus dedisse ei virtutem faciendi signa, sicut eralijs discipulis, qui erant minores, dedit. Item de Ioanne dicitur: Ipse *Luc. 1. b* præcedet in spiritu et virtute Eliæ. Si ergo dedit Deus Eliæ facere multa signa, eadem ratione et Ioanni. Et ad istud respondendum, sicut ait Augu*Aug. tract. 48. in Ioã. prope finẽ. tom. 9.* stinus: Quia lucerna erat, nullum signum fecerat. Et hoc ideo vt credendum est, quia Ioannes tantæ fuit opinionis, et tantæ excellentiæ erat, quòd a Iudæis æstimabatur esse Christus, vt patet, supra: Sed si fuis*Ioan. 1. g* set ei datum facere signa et miracula: multo magis crederetur esse Christus. Quia ergo fuit lucerna ante solem,

solem, et præco ante Regem, et præcursor ante iudicem, et vox ante verbum conueniens fuit: quòd ipse esset testis fidelis eminens in vitæ sanctitate, doctrinæ veritate, baptisandi suo baptismate auctoritate, prænuncians virtutem et potestatem filij Dei venturi. Et ad istud, quod obijcitur de discipulis, respondendum est, quòd ipsi secuti sunt Christum, et post miracula ipsius signa ipsi fecerunt, in nomine eius, potestatem ipsius et virtutem semper protestantes et denuncantes honorem sibi semper, et auctoritatem sibi attribuentes, nec de aliquo eorum fuit tanta opinio, quòd esset Christus, sicut de Ioanne. Et ad aliud respondendum, quòd virtus Eliæ fuit in eminentia vitæ et austeritate, in zelo iustitiæ, in veritate et virtute doctrinæ. Surrexit enim Elias quasi ignis, et verbum illius quasi facula ardebat. Et in spiritu Eliæ dictis modis Ioannes præcessit. Item fuit spiritus Eliæ in faciendo, et in tali spiritu non præcessit propter dictam rationem. Nec sequitur quòd sanctior homo facit plura signa: quia, vt ait Gregorius post principium, probatio sanctitatis non est signa facere, sed vnumquemque de Deo quidem vera, de proximo vero meliora, quàm de semetipso sentire, infra: In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Ideo de facientibus signa: Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo. Ibi Gregorius, sicut supra dictum est de hoc. Et patet hic exemplum doctoribus et prædicatoribus transeundi ad quietem contemplationis, et ad discussionem diiudicationis de se, et de alijs operibus post dispensationem doctrinæ. Vnde ait hic de Saluatore: *Abijt trans Iordanem.* Iordanis interpretatur riuus iudicij. Ille ergo transit Iordanem spiritualiter, qui seipsum diligenter discutit, et suam vitam, et sua facta diiudicat: Cogitationes enim iustorum iudicia. Et: Reduc me in memoriam vt iudicemur simul: Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur: Vt veniat ad Deum in iudicium. Ibi Gregorius bene de hoc, et de his quæ debent esse in iudicio interiori. Vnde ait: In hoc iudicio conscientia accusat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat, quod iudicium eo certius punit, quo interius sæuit. Et ibi multum de hoc bene. Ideo de non iudicantibus se sic conqueritur Dominus per prophetam: Non enim est iudicium in gressibus eorum. Vnde Chrysostomus hic: Quod Dominus admonet nos facere forum, id est iudicium de nobis: in promptuario vero, id est, in iudicio cordis occulto, et hoc cum silentio. Et iubet fugere tumultus et perturbationes. Et ponit exemplum de naui, quæ erepta a turbatione, in portu sedet quieta, sic et anima erepta a turbationibus et tumultibus. Et ibi bene de hoc.

Eccl. 48. *a*
Greg. Mor. lib.20.c.9. post mediũ.
*Ioan.*13. *d*
Iob. 30. *a*
Greg. Mor. lib.20.c.9
Prou. 12. *a*
Isa. 43. *d*
1. *Cor.*2. *g*
Iob. 34. *b*
Greg. Mor. lib.25.c.6
Isa. 59. *b*
Chrys.hom. 60. *in Ioã. post medium. tom.3.*

CAPVT VNDECIMVM.

Cõtinuatio

LERAT *autem quidam languens Lazarus.* Enarrato transitu Saluatoris trans Iordanem, in parte ista narratur de regressu, et de occasione regressus, quæ fuit resuscitatio Lazari. Et hæc in duas partes. Primo, agitur de prædictis. Secundo, de machinatione Iudæorum contra Christum, et de suo aduentu versus locum passionis, ibi: Collegerunt pontifices et pharisæi consilium. Prima, in duas partes: quia enim occasio vel causa reditus sui fuit resuscitatio Lazari, ideo primo, antecedentium ipsam resuscitationem, siue miraculum, præmissio. Secundo, ipsum miraculum siue resuscitatio, ibi: *Hæc cum dixisset.* Prima, in quattuor, secundum quattuor antecedentia, quæ præmittuntur: quorum primum est infirmitatis descriptio, et ipsius infirmi cum suis circumstantijs. Secundum est eiusdem infirmitatis Christo denunciatio, et ab ipso discipulis, ibi: *Miserunt.* Tertio, aduentus Christi designatio, ibi: *Venit itaque Iesus.* Quarto, sororum Lazari Christo obuiatio et implicita interpellatio, ibi: *Martha ergo vt audiuit.* Ait ergo: *Erat quidam languens Lazarus.* Vnde describitur infirmus ex diuturnitate infirmitatis, ibi: *Languens*, et ex designatione nominis, ibi: *Lazarus.* Et a loco natiuitatis, ibi: *A Bethania.* Et a qualitate cognationis, ibi: *De Castello Maria*, et cetera. Et hoc est quod ait: *Erat quidam languens.* Languor enim est prolixa infirmitas: Languor prolixior grauat medicum: *Lazarus*, qui interpretatur, adiutus a Domino, quod bene congruebat ei: et ratione facti, quia fuit a Deo resuscitatus: et ratione mysterij, sua enim resuscitatio significauit resuscitationem animæ a morte peccati. Ideo sibi competebat illud: In die salutis auxiliatus sum tui: *A Bethania*, quæ erat propinqua Ierosolymis, distans quasi quindecim stadijs: quæ interpretatur domus obedientiæ. Et hoc conuenienter, quia obedientia mortui resuscitantur. Supra: Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. *De Castello Maria*, et cetera: quæ erant mulieres famosæ Lazari sorores. Et quia Maria fecerat solemne factum, ideo subditur: *Maria erat, quæ vnxit Dominum*, et cetera. Et infra: Si tamen fuit eadem Maria: *Cuius*, scilicet Mariæ: *Frater infirmabatur*, vt est præmissum. Quæritur de hoc quod ait: *Maria erat, quæ vnxit Dominum.* Ait enim Chrysostomus plane, quòd hæc non fuit meretrix, de qua in Luca et Mathæo. Hæc enim fuit honesta et studiosa, et studuit circa susceptionem Domini. Item Augustinus: Ecce ipsa soror Lazari, si tamen ipsa est, quæ vnxit pedes Domini vnguento, *et cetera.* Ad contrarium arguitur. ait enim Gregorius, exponens illud: Erat mulier in ciuitate peccatrix. Illam, inquit, Mariam credimus, de qua Marcus septem dæmonia eiecta fuisse testatur: Et illa fuit ista Maria, quæ vnxit pedes Domini in domo pharisæi. Et in domo Simonis, vt ait Glossa, hic plane ergo eadem Maria fuit. Item Augustinus ait, eandem Mariam bis hoc fecisse: semel scilicet, quod Lucas narrauit. Nam et hæc Ioannes, scilicet hic, quamuis non sicut Lucas, quemadmodum factum esset narrauerit: tamen ipsam Mariam commendans commemorauerit, *et cetera.* Et ita secundum Augustinum ibi eadem fuit Maria. Item ait Anselmus hic, quòd plures huius nominis erant, scilicet huius Mariæ, ne erraremus ex nomine ostenditur ex notissima actione, scilicet quæ fuit, quæ vnxit Dominum. Ergo vt prius. Item hoc probatur ex textu: ait enim hic, quòd illa erat Maria, quæ vnxit Dominum vnguento. Sed non fuerat facta secunda vnctio, de qua infra. Ergo ista fuit Maria, quæ accessit peccatrix cum humilitate et lacrymis, et quæ meruit remissionem peccatorum, quia dilexit: sicut colligit Augustinus. Et istud communiter tenetur a doctoribus latinis, quamuis aliud videatur Chrysostomo, et græcis doctoribus. Vnde et ait Augustinus hic, quòd ipsa fuit melius suscitata quàm frater: quia de magna mole consuetudinis malæ liberata est: erat enim famosa peccatrix. Et de illa dictum est: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et de his bene in Glossa. Quærit Chrysostomus, quare ait hic de Lazaro quòd infirmabatur? Et ad hoc respondet, quòd multi hominum scandalizantur, cum vident homines, qui Deo placent, aliquid pati: nescientes quoniam amicorum Dei est hoc, scilicet pati. Quem enim diligit Deus, corripit. Et nota secundum Augustinum, quòd mors Lazari figura est resuscitationis animæ a peccato: et sic infirmitas figura infirmitatis. Vnde ait quòd tres mortuos suscitauit Dominus, scilicet Archisynagogi iacentem in domo: et iuuenem extra portas: et Lazarum quatriduanum hic. Et signant tres resuscitationes spirituales a

Ioan. 5. *e*
*Ioan.*12. *d*
Luc. 7. *f*
*Ioan.*12. *a*
Mat. 26. *b*
*Marc.*16.*a*
Chrys.hom. 61. *in Ioan. paulo a princ. to.3.*
Aug. tract. 49. *in Ioã. ant. medi. tom.9.*
Greg. super Euang. lib. 2. *hom.*13.
Luc. 7. *c*
Luc. 7. *f*
*Mar.*14.*a*
*Aug. de cõcord. Euãg. lib.*2. *c.*79. *ante med. tom.*4.
Luc. 7. *c*
*Ioan.*12. *d*
Aug. ibid.
Aug. tract. 49. *in Ioã. ante med. tom.* 9.
Luc. 7. *g*
Mat. 9. *a*
*Marc.*14.*c*
Prou. 3. *b*
Aug. tract. 49. *in Ioã. ante med. tom.*9.
Marc. 5. *b*
Luc. 7. *e*

Digitized by Google

Prou. 17. b Qui reddit malum pro bonis, non recedet malum de domo eius. Et sequitur tertium, scilicet eorum excusatio: *Responderunt: non lapidamus te de bono opere, sed de blasphemia*, scilicet quia dixerat: *Ego et pater vnum sumus*, id est, eiusdem essentiæ et maiestatis et potentiæ: *Sed cum sis homo, facis teipsum Deum*, et cetera. Blasphemare enim, est falsa de Deo dicere, ait Augustinus. Et sequitur quartum: *Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi: Dij estis?* Sed quare vocat psalterium legem, cum contra legem diuidatur? Quæ scripta sunt in lege et prophetijs et psalmis. Et ad istud respondendum, quòd large sumendo legem, sumitur pro toto veteri Testamento, vt hic: aliquando minus large, prout diuiditur contra prophetias: In his vniuersa lex pendet et prophetæ. Aliquando sumitur magis proprie, sicut, vt dictum est: *Si ergo illos dixit deos*: quasi diceret, ait Augustinus, si quia sermo Dei factus est ad homines, dicuntur dij, ipsum verbum quomodo non est Deus? quasi diceret: esset inconueniens: *Et non potest solui scriptura*, id est, argui falsitatis, vel non impleri: *Quem pater sanctificauit*, id est, sanctum genuit ab æterno. Vnde obijcit Augustinus: Si eum sanctificauit, fuit aliquando non sanctus. Et respondet: vt sanctus esset gignendo dedit ei, et sanctum genuit, scilicet pater: *Et misit in mundum*. Supra: Sic Deus dilexit mundum, vt mitteret filium suum. Non est ergo blasphemia, quòd dixi: filius Dei sum. Sed quæritur de modo arguendi, quo arguit Dominus: videtur quòd non teneat: quia homines ad quos sermo Dei venit, dicuntur dij participatione, vt ait Augustinus, et sic per adoptionem. Et ipse dixit, quòd ipse sit filius per essentiam. Nec: sequitur ipsum patrem esse vnum per essentiam: Ergo videtur quòd æquiuoce procedit. Item vt ait Augustinus: In Deo es, quia Deus te continet: Deus in te est, quia templum es. Nec sequitur, qui videt te, videt Deum: Ergo vt prius. Et ad istud respondendum: quòd quia Iudæi erant discoli, ideo aliquando respondit eis filius Dei ad rem: aliquando respondit ad hominem. Sic quando quærebant: In qua potestate hæc facis? Dixit eis, qua responsione ligauit ora eorum, et obmutescere eos fecit, vt supra, quando ait: Qui sine peccato est, lapidem mittat, *et cetera*. Ita et hic. Vnde Augustinus: Si lumina illuminata, scilicet homines illuminati dij sunt, multo magis lumen quod illuminat. Quia ergo calumniabantur, arguit, quòd si sine blasphemia possunt dici homines illuminati, multo magis vnigenitus, qui est filius per naturam. Proprium Domini est æqualitas patris: munus secundum est participatio Saluatoris, vt ait Augustinus: Et patet hic magnifica honorabilitas fidelium, quòd dicuntur dij, scilicet gratia Dei illuminati, et ipsum participantes, et tales facti igne salutari, et a Deo inhabitati prout ait Augustinus: Dij similes hominibus descenderunt ad nos. Et in psalmo, prout hic introducit: Ego dixi: dij estis. Similiter tales dicuntur a Christo inuncti in psalmo: Nolite tangere Christos meos. Et hoc est conueniens, si enim homines dicuntur dij propter virtutis excellentiam, siue propter virtutem heroicam, prout ait sapiens: multo magis possunt dici dij propter virtutem deificam, quæ facit credentes esse membra Christi, et vnum corpus cum eo, et vno nomine nominari. Supra: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit: Vbi corpus Christi mysticum cum eo id intelligitur, vt habitum est ibi. Et sequitur improbatio excusationis testimonio operum: *Si non facio opera patris mei*, et cetera. Vt enim ait Chrysostomus: quia substantiam patris videre impossibile erat ab operum paralitate, demonstrationem tribuit eius indissimilitudinis, quæ erat secundum virtutem, ostendens, quasi ergo diceret: Si facio opera, quæ nullus potest facere, nisi Deus: *Et si mihi non creditis, operibus credite*. Supra: Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Et hoc: *Vt credatis*, et credendo: *Cognoscatis*. Nisi enim credideritis, non intelligetis. Secundum aliam litteram: *Quia pater in me est, et ego in patre*, tamquam æqualis in eo cui est æqualis, ait Augustinus. Et in hoc patet personarum distinctio, siue distinguibilitas, et essentiæ identitas. Sed quæritur quæ sunt opera, quæ ostendebant eum filium Dei esse per naturam: quia si loquebatur de operibus spiritualibus, illa erant insensibilia oculis corporeis: si de sensibilibus, consimilia fecerunt prophetæ et apostoli, qui tamen non erant filij Dei per naturam. Item infra: Qui credit in me, opera, quæ ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet: Ergo vt prius. Et ad istud respondendum, quòd ipse faciebat opera sua propria virtute, qui erat verbum, quo omnia facta sunt, et sine inuocatione alterius cooperantis vel adiuuantis: sed sancti fecerunt opera miraculosa virtute filij Dei, et inuocatione sui nominis: In nomine Iesu Christi, surge et ambula. Filius ergo Dei erat efficiens opera, Dei virtus, et Dei sapientia. Alij qui fecerunt miracula inuocatione sui nominis, et in fide ipsius operati sunt: máli autem quæ fecerunt miraculosa opera, vt phantasias quasdam fecerunt, et similiter dæmones, vt deceptores fecerunt, vt ait Chrysostomus: Et sequitur vltima particula, in qua eorum insidiosa malignitas, et Christi potestas declaratur: *Quærebant ergo eum apprehendere*, id est, sæuiendo et occidendo, vt ait Augustinus. Non sicut fideles qui quærunt apprehendere credendo et intelligendo: Sic currite vt comprehendatis: *Et exiuit de manibus eorum*. Et in hoc ostendit suam potestatem et voluntatem moriendi, quando esset hora. Supra eodem. *Potestatem habeo ponendi animam meam*. Item in hoc ostendit eorum indignitatem: non enim erant digni, vt cum eis habitaret. Supra: Abscondit se ab eis. Et in hoc terminatur illa pars, in qua de doctrina Saluatoris, postquam ascendit Hierosolymam. Supra: Et sequitur de trãsitu eius trans Iordanem, ibi: *Et abijt iterum trans Iordanem*. Et illa pars in duas partes. Primo, de suo transitu. Secundo, de suo regressu in Iudæam, et de occasione festini regressus, proximo capitulo: Erat autem quidam Lazarus. Ait ergo: *Et abijt trans Iordanem*. Sed quæritur ad quid transiuit? Et respondet Chrysostomus: Cum magnum quid et excelsum fuerat, recedit velociter, remittẽs eorum furorem vt sedetur, vt quiescat passio, scilicet inuidiæ, per absentiam eius. *In eum locum vbi erat Ioannes*, quærit Chrysostomus: quare nominat locũ? Et respondet quòd propterea abijt illuc, reminiscens eos testimonium Ioannis de ipso. Supra; Ideo sequitur: *Multi ad eum venerunt*, quia meminerunt quæ dixit Ioãnes de ipso: *Et dicebant, quia Ioannes quidẽ nullum signũ fecit*: quia nec fugauit dæmonia, nec cæcos illuminauit: et sic de alijs, vt ait Augustinus. *Omnia autem quæcumque dixit Ioãnes de hoc*, id est, Christo: *Vera erant*. Lucerna enim erat, et ad Christum adducebat. Vnde: *Et multi crediderunt in eum*: scilicet reminiscentes testimoniũ Ioannis: dixerunt enim Christum esse fortiorem ipso, vocans eum vitã et veritatẽ, *et cetera*. Sed quæritur de hoc quod ait, quòd Ioãnes nullum signum fecit: ex quo inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne, quòd debuisset Deus dedisse ei virtutem faciendi signa, sicut et alijs discipulis, qui erant minores, dedit. Item de Ioanne dicitur: Ipse præcedet in spiritu et virtute Eliæ. Si ergo dedit Deus Eliæ facere multa signa, eadem ratione et Ioanni. Et ad istud respondendum, sicut ait Augustinus: Quia lucerna erat, nullum signum fecerat. Et hoc ideo vt credendum est, quia Ioannes tantæ fuit opinionis, et tantæ excellentiæ erat, quòd a Iudæis æstimabatur esse Christus, vt patet, supra: Sed si fuisset ei datum facere signa et miracula: multo magis crederetur esse Christus. Quia ergo fuit lucerna ante solem,

Aug. lib. contra mẽdacium. ad Consent. c. 9. tom. 4. *Luc. vlt. g* *Mat. 22. d* *Luc. vlt. g* *Aug. tract. 48. in Ioã. post mediũ. tom. 9.* *Ioan. 3. b* *Aug. tract. 48. in Ioã. post mediũ. tom. 9.* *Ibid. post pauca.* *Mat. 22. c* *Ioan. 8. b* *Aug. ibid. paulo ante* *Ibid. post pauca.* Fideles dicuntur dij. *Aug. ibid.* *Act. 12. b* *Ioan. 3. b* *Chryſ. hom. 60. in Ioan. circa med. tom. 3.* *Ioan. 5. f* *Isa. 7. a* *Ex interpretatione Graca. 72. interp.* *Aug. tract. 48. in Ioã. post mediũ. tom. 9.* *Ioan. 14. b* *Act. 4. a* *1. Cor. 1. 6* *Chryſ. hom. 18. in Ioã. ante mediũ tom. 3.* *Aug. tract. 48. in Ioã. verſ. fin. tom. 9.* *1. Cor. 9. f* *Ioan. 8. d* *Ioan. 7. a* *Ioan. 11. a* *Chryſ. hom. 60. in Ioã. post mediũ. tom. 3.* *Ibidem.* *Ioan. 1. b* *Ioan. 3. a* *Aug. tract. 48. in Ioã. prope finẽ. tom. 9.* *Mat. 11. b* *Luc. 1. b* *Aug. tract. 48. in Ioã. prope finẽ. tom. 9.* *Ioan. 1. g*

Digitized by Google

ſolem, et præco ante Regem, et præcurſor ante iudicem, et vox ante verbum conueniens fuit: quòd ipſe eſſet teſtis fidelis eminens in vitæ ſanctitate, doctrinæ veritate, baptiſandi ſuo baptiſmate auctoritate, prænuncians virtutem et poteſtatem filij Dei venturi. Et ad iſtud, quod obijcitur de diſcipulis, reſpondendum eſt, quòd ipſi ſecuti ſunt Chriſtum, et poſt miracula ipſius ſigna ipſi fecerunt, in nomine eius, poteſtatem ipſius et virtutem ſemper proteſtantes et denuncantes honorem ſibi ſemper, et auctoritatem ſibi attribuentes, nec de aliquo eorum fuit tanta opinio, quòd eſſet Chriſtus, ſicut de Ioanne. Et ad aliud reſpondendum, quòd virtus Eliæ fuit in eminentia vitæ et auſteritate, in zelo iuſtitiæ, in veritate et virtute doctrinæ. Surrexit enim Elias quaſi ignis, et verbum illius quaſi facula ardebat. Et in ſpiritu Eliæ dictis modis Ioannes præceſſit. Item fuit ſpiritus Eliæ in faciendo, et in tali ſpiritu non præceſſit propter dictam rationem. Nec ſequitur quòd ſanctior homo facit plura ſigna: quia, vt ait Gregorius poſt principium, probatio ſanctitatis non eſt ſigna facere, ſed vnumquemque de Deo quidem vera, de proximo vero meliora, quàm de ſemetipſo ſentire, infra: In hoc cognoſcent omnes quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Ideo de facientibus ſigna: Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo. Ibi Gregorius, ſicut ſupra dictum eſt de hoc. Et patet hic exemplum doctoribus et prædicatoribus tranſeundi ad quietem contemplationis, et ad diſcuſſionem diiudicationis de ſe, et de alijs operibus poſt diſpenſationem doctrinæ. Vnde ait hic de Saluatore: *Abijt trans Iordanem*. Iordanis interpretatur riuus iudicij. Ille ergo tranſit Iordanem ſpiritualiter, qui ſeipſum diligenter diſcutit, et ſuam vitam, et ſua facta diiudicat: Cogitationes enim iuſtorum iudicia. Et: Reduc me in memoriam vt iudicemur ſimul: Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur: Vt veniat ad Deum in iudicium. Ibi Gregorius bene de hoc, et de his quæ debent eſſe in iudicio interiori. Vnde ait: In hoc iudicio conſcientia accuſat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat, quod iudicium eo certius punit, quo interius ſæuit. Et ibi multum de hoc bene; Ideo de non iudicantibus ſe ſic conqueritur Dominus per prophetam: Non enim eſt iudicium in greſſibus eorum. Vnde Chryſoſtomus hic: Quod Dominus admonet nos facere forum, id eſt iudicium de nobis: in promptuario vero, id eſt, in iudicio cordis occulto, et hoc cum ſilentio. Et iubet fugere tumultus et perturbationes. Et ponit exemplum de naui, quæ erepta a turbatione, in portu ſedet quieta, ſic et anima erepta a turbationibus et tumultibus. Et ibi bene de hoc.

Eccl. 48. *a*

Greg. Mor. lib.20.c.9. poſt mediũ.

*Ioan.*13. *d*

Iob. 30. *a*

Greg. Mor. lib.20.c.9

*Prou.*12. *a*

Iſa. 43. *d*

1. *Cor.*2. *g*

Iob. 34. *b*

Greg. Mor. lib.25.c.6

Iſa. 59. *b*

Chryſ.hom. 60. in Ioã. poſt mediũ. tom.3.

CAPVT VNDECIMVM.

Cõtinuatio

ERAT autem quidam languens Lazarus. Enarrato tranſitu Saluatoris trans Iordanem, in parte iſta narratur de regreſſu, et de occaſione regreſſus, quæ fuit reſuſcitatio Lazari. Et hæc in duas partes. Primo, agitur de prædictis. Secundo, de machinatione Iudæorum contra Chriſtum, et de ſuo aduentu verſus locum paſſionis, ibi: Collegerunt pontifices et phariſæi conſilium. Prima, in duas partes: quia enim occaſio vel cauſa reditus ſui fuit reſuſcitatio Lazari, ideo primo, antecedentium ipſam reſuſcitationem, ſiue miraculum, præmiſſio. Secundo, ipſum miraculum ſiue reſuſcitatio, ibi: *Hæc cum dixiſſet.* Prima, in quattuor, ſecundum quattuor antecedentia, quæ præmittuntur: quorum primum eſt infirmitatis deſcriptio, et ipſius infirmi cum ſuis circumſtantijs. Secundum eſt eiuſdem infirmitatis Chriſto denunciatio, et ab ipſo diſcipulis, ibi: *Miſerunt.* Tertio, aduentus Chriſti deſignatio, ibi: *Venit itaque Ieſus.* Quarto, ſororum Lazari Chriſto obuiatio et implicita interpellatio, ibi: *Martha ergo vt audiuit.* Ait ergo: *Erat quidam languens Lazarus.* Vnde deſcribitur infirmus ex diuturnitate infirmitatis, ibi: *Languens*, et ex deſignatione nominis, ibi: *Lazarus*. Et a loco natiuitatis, ibi: *A Bethania.* Et a qualitate cognationis, ibi: *De Caſtello Maria*, et cetera. Et hoc eſt quod ait: *Erat quidam languens.* Languor enim eſt prolixa infirmitas: Languor prolixior grauat medicum: *Lazarus*, qui interpretatur, adiutus a Domino, quod bene congruebat ei: et ratione facti, quia fuit a Deo reſuſcitatus: et ratione myſterij, ſua enim reſuſcitatio ſignificauit reſuſcitationem animæ a morte peccati. Ideo ſibi competebat illud: In die ſalutis auxiliatus ſum tui: *A Bethania*, quæ erat propinqua Ieroſolymis, diſtans quaſi quindecim ſtadijs: quæ interpretatur domus obedientiæ. Et hoc conuenienter, quia obedientia mortui reſuſcitantur. Supra: Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei. *De Caſtello Maria*, et cetera: quæ erant mulieres famoſæ Lazari ſorores. Et quia Maria fecerat ſolemne factum, ideo ſubditur: *Maria erat, quæ vnxit Dominum*, et cetera. Et infra: Si tamen fuit eadem Maria: *Cuius*, ſcilicet Mariæ: *Frater infirmabatur*, vt eſt præmiſſum. Quæritur de hoc quod ait: *Maria erat, quæ vnxit Dominum.* Ait enim Chryſoſtomus plane, quòd hæc non fuit meretrix, de qua in Luca et Mathæo. Hæc enim fuit honeſta et ſtudioſa, et ſtuduit circa ſuſceptionem Domini. Item Auguſtinus: Ecce ipſa ſoror Lazari, ſi tamen ipſa eſt, quæ vnxit pedes Domini vnguento, *et cetera*. Ad contrarium arguitur. ait enim Gregorius, exponens illud: Erat mulier in ciuitate peccatrix. Illam, inquit, Mariam credimus, de qua Marcus ſeptem dæmonia eiecta fuiſſe teſtatur: Et illa fuit iſta Maria, quæ vnxit pedes Domini in domo phariſæi. Et in domo Simonis, vt ait Gloſſa, hic plane ergo eadem Maria fuit. Item Auguſtinus ait, eandem Mariam bis hoc feciſſe: ſemel ſcilicet, quod Lucas narrauit. Nam et hæc Ioannes, ſcilicet hic, quamuis non ſicut Lucas, quemadmodum factum eſſet narrauerit: tamen ipſam Mariam commendans commemorauerit, *et cetera*. Et ita ſecundum Auguſtinum ibi eadem fuit Maria. Item ait Anſelmus hic, quòd plures huius nominis erant, ſcilicet huius Mariæ, ne erraremus ex nomine oſtenditur ex notiſſima actione, ſcilicet quæ fuit, quæ vnxit Dominum. Ergo vt prius. Item hoc probatur ex textu: ait enim hic, quòd illa erat Maria, quæ vnxit Dominum vnguento. Sed non fuerat facta ſecunda vnctio, de qua infra. Ergo iſta fuit Maria, quæ acceſſit peccatrix cum humilitate et lacrymis, et quæ meruit remiſſionem peccatorum, quia dilexit: ſicut colligit Auguſtinus. Et iſtud communiter tenetur a doctoribus latinis, quamuis aliud videatur Chryſoſtomo, et græcis doctoribus. Vnde et ait Auguſtinus hic, quòd ipſa fuit melius ſuſcitata quàm frater: quia de magna mole conſuetudinis malæ liberata eſt: erat enim famoſa peccatrix. Et de illa dictum eſt: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et de his bene in Gloſſa. Quærit Chryſoſtomus, quare ait hic de Lazaro quòd infirmabatur? Et ad hoc reſpondet, quòd multi hominum ſcandalizantur, cum vident homines, qui Deo placent, aliquid pati: neſciẽtes quoniam amicorum Dei eſt hoc, ſcilicet pati. Quem enim diligit Deus, corripit. Et nota ſecundum Auguſtinum, quòd mors Lazari figura eſt reſuſcitationis animæ a peccato: et ſic infirmitas figura infirmitatis. Vnde ait quòd tres mortuos ſuſcitauit Dominus, ſcilicet Archiſynagogi iacentem in domo: et iuuenem extra portas: et Lazarum quatriduanum hic. Et ſignant tres reſuſcitationes ſpirituales a

*Ecclus.*10.*b*

Ioan. 5. *e*

Luc. 7. *f*

*Ioan.*12. *a*

Mat. 26. *b*

*Marc.*16.*a*

Chryſ.hom. 61.in Ioan. paulo a princ.to.3.

Aug. tract. 49. in Ioã. ant. mediũ tom.9.

Greg.ſuper Euang. lib. 2. hom.13.

Luc. 7. *c*

Luc. 7. *f*

Mar. 14. *a*

Aug. de cõcord.Euãg. lib.2. c.79. ante med. tom.4.

Luc. 7. *c.*

*Ioan.*12. *d*

Aug. ibid.

Aug. tract. 49. in Ioã. ante med. tom.9.

Luc. 7. *g*

Mat. 9. *a*

*Marc.*14.*a*

Prou. 3. *b*

Aug. tract. 49. in Ioã. ante med. tom.9.

Marc. 5. *b*

Luc. 7. *b*

Digitized by Google

Peccatum mors animæ.

Ioan. 5.

Psal. 102. a

Isai. 40. g

Deut. 7. c

Thren. 1. e

Sap. 9. d

Rom. 14. a

Ezec. 34. a

Ioan. 4. f

Ioan. 12. a

Aug. tract. 49. in Ioã. ante med. tom. 9.

Prou. 8. b

Chryſ. hom. 61. in Ioan non longe a prin. to. 3.

Ioan. 4. f

Mat. 8. b

Aug. tract. 49. in Ioã. ante mediũ tom. 9.

Ioan. 9. b

Chryſ. hom. 16. in Ioan. ante med. tom. 3.

Prou. 3. b

Hebr. 12. b

1. Cor. 11. a

Martha qd ignet.

les a tribus generibus peccati. Nam peccatum eſt mors animæ, quod contingit, vel occultum in interiori conſenſu, vel manifeſtum in exteriori opere, vel diuturnum mala conſuetudine: a quibus tamen Dominus reſuſcitat. Supra: Sicut pater reſuſcitat mortuos, ſic et filius. Infirmitas vero eſt inordinata delectatio, præparans ad mortem peccati. Vnde eſt infirmitas ad culpam mortalem diſponens, et præparans, cuius figura fuit iſta infirmitas, in Pſalmo: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, ſcilicet mortalibus: Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Item eſt infirmitas mortalis culpa, quæ occidit: Iuuenes in infirmitate ſua cadent. Et de vtriſque: Auferet Dominus omnes languores tuos, et omnes infirmitates peſſimas. Item eſt infirmitas carnalis concupiſcẽtiæ aggrauans: Infirmata eſt virtus mea, dedit me Dominus in manu, de qua non potero reſurgere: Corpus enim, quod corrumpitur aggrauat animam. Item eſt infirmitas puſillanimitatis, ſiue modicitatis fidei: Infirmum in fide ſuſcipite. Et: Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis. Et de infirmitate peccati, ibi ſupra: Cuius filius infirmabatur Capharnaũm. De myſterio vero vnguenti, in quo Maria vnxit pedes Domini infra. Et ſequitur illa pars, in qua denunciatio infirmitatis prædictæ a ſororibus ipſi Saluatori. Et illa in duas. Primo, denunciatio ipſi Saluatori. Secundo, denunciatio ab ipſo ipſis diſcipulis, ibi: *Deinde poſthac dixit*. In prima tria. Primo, ipſa denunciatio. Secundo, Saluatoris reſponſio, ibi: *Audiens*. Tertio moræ ipſius in loco, in quo audiuit, ſpecificatio, ibi: *Vt autem audiuit*. Et hoc eſt, quòd ait: *Miſerunt ſorores*, ſcilicet dolentes de infirmitate, et ſperantes de Saluatore: *Ecce quem amas, infirmatur*, vt ait Auguſtinus: non dixerunt: Veni, amanti enim nunciãdum fuit. Sufficit enim, vt noueris: non enim amas et deſeris, *et cetera*. De ipſo enim: Ego diligentes me diligo. Quæ, ait Chryſoſtomus, quare nõ reliquerunt fratrem? Et quare non adiuerunt Saluatorem pro ſalute fratris, ſicut fecit Regulus pro ſalute filij ſupra: Et Centurio pro ſalute ſeruiꝰ? Videtur enim, quòd fuerint negligentes de fratris ſalute, et etiam præſumptuoſæ, ex quo non adiuerũt in propria perſona ad Saluatorem: Et ad iſtud reſpondet, quòd vehementer confidebant de Chriſto, et multam habebant ad eum familiaritatem, et mulieres erant infirmæ, et detinebantur a luctu. Non ergo, vt contemnentes fecerunt, ſed ex vehementi confidentia. Quærit Auguſtinus, qualiter per Lazarum, quem amabat Ieſus, ſignatur peccator? Et ad hoc reſpondet, quòd ſi filius Dei non amaret peccatores, de cælo ad terram non deſcendiſſet: amat enim hominem, odit peccatum. Et inſinuantur tria in earum denunciatione. Profeſſio poteſtatis, ibi: *Domine*. Vrgentia neceſſitatis, ibi: *Infirmatur*. ſpecialitas familiaritatis, ibi: *Quem amas*. Quia vt dictum eſt ab Auguſtino: non amas, et deſeris. Et ſequitur ſecundum: *Audiens autem Ieſus dixit eis: Hæc infirmitas non eſt ad mortem*, et ita incurabilis: *Sed pro gloria Dei*, ſcilicet manifeſtanda, ſicut ſupra de cæco nato dictum eſt: *Diligebat autem Ieſus Martham*. Quærit Chryſoſtomus: quare hoc ſæpe apponit? ſcilicet quòd Deus diligebat iſtum, et ſorores? Et ad iſtud reſpondet, quòd ſic ait, erudiens nos non triſtari, ſi aliqua infirmitas fuerit circa amicos, quia: Quem diligit Deus caſtigat: Quis eſt filius, quem nõ corripit pater? Sed quæritur, quare nominat Lazarum vltimo. Cum enim vir ſit caput mulieris: videtur, quòd debuiſſet præpoſuiſſe ipſum. Et ad iſtud reſpondendum, quòd licet eſſent mulieres ſexu: erant tamen firmæ in iuſtitiæ actum, et illuminatæ in intellectu per fidem, et feruidæ in affectu per charitatem. Vnde et eorum fide fuit Lazarus ſuſcitatus. Et ideo propter virtutum prærogatiuam, et excellẽtiam merito præponuntur. Et nota qualem familiam diligit Deus, et qualem animam amet. Per Martham enim

A figuratur perfectio vitæ actiuæ: per Mariam celſitudo vitæ contemplatiuæ. Per Lazarum ſignatur regnum vtriuſque, ſiue ordinabilitas præſidentiæ. Triplex enim eſt genus viuendi, ſcilicet otioſum in contemplatione, ſiue in vita contemplatiua: actuoſum in vita actiua, et compoſitum ex vtroque, vt ait Auguſtinus: Vnde et ſic viuentes ſignantur per tres viros, ſcilicet Noe, Daniel, et Iob, *et cetera*. Prout exponit Gregorius bene. Talem enim familiam, et talem animam, in qua fuerint tales modi viuendi, diligit filius Dei: Dominus enim diligit iuſtos. Et ſubditur tertium: *Manſit duobus diebus*, vt adimpleretur quaB triduum, ait Gloſſa. Et hoc ideo, vt ait Chryſoſtomus, vt nullus diceret: quoniam defunctum ſuſcitauit. Ideo tantum manſit, vt dicerent: quoniam fœtet. Ad euidentiam ergo miraculi tot diebus manſit ibi, vt eſſet certum miraculum. Et eſt morale: dies enim eſt latio ſolis ſuper terram, vt ait Damaſcenus. Et ſic eſt dies ſpiritualis in anima, ex præſentia filij Dei, prout ait Auguſtinus: Ambulate dum dies eſt: duæ autem dies ſunt: illuminatio intellectus per fidem, et illuminatio affectus per charitatẽ, quia: Qui diligit, in lumine manet, ſiue amor Dei, et proximi, ſiue declinatio mali, et operatio boni: quibus diebus C manet Chriſtus in corde: Viuificabit nos poſt duos dies, tertia die ſuſcitabit nos, ſcilicet in illuminatione gloriæ: Annunciate enim de die in diem, ait propheta. Et ſequitur pars, in qua denunciatio infirmitatis Lazari a Chriſto diſcipulis, ibi: *Deinde*, et cetera. Et illa in tres. Primo, denunciatio propoſiti de eundo in Iudæam, et diſcipulorum reſponſio. Secundo, denunciatio mortis eius ſub ænigmate, ibi. *Et poſt hæc dixit*. Tertio, denunciatio plane, et manifeſte, ibi: *Tunc ergo dixit eis*. Ait ergo: *Dixit eis: Eamus in Iudæam iterum*, ſcilicet a qua receſſerat. Vt enim ait Chryſoſtomus: formidabant vehementer, et propterea prẽD dicit eis, vt non repente eos turbet. Et ſubditur eorũ reſponſio: *Dicunt ei diſcipuli: Nunc quærebant te Iudæi lapidare*, vt ait Chryſoſtomus: Formidabant quidem, et pro eo: totum autem et pro ſeipſis erant: nondum enim firmati erant. Et ſubditur reſpõſio Chriſti, qua audaces eos fecit, ait Chryſoſtomus: *Et reſpondit: Nonne duodecim ſunt horæ diei?* quaſi diceret ad litteram, ſecundum Chryſoſtomum: Si qui lucem huius mundi videt, quaſi ſecurus eſt: multo magis qui mecum eſt, qui ſum lux, niſi amouerit ſeipſum a me, non offendit. Ac ſi diceret ad litteram: cum ſint tot horæ diei, ſicut contingit, quòd licet in una hora fiat tempeſtas, in alia erit temperies: Poſt enim tempeſtatem, E tranquillum facit Deus. Sic licet Iudæi fuerint tempeſtuoſi prius, nunc poſſunt eſſe pacifici. Secundum uero Auguſtinum, iſtud eſt profundius intelligendũ. Ipſe enim erat dies, et Apoſtoli duodecim horæ diei, quia a Deo illuminati: quaſi ergo diceret: Me ſequimini, ſi non vultis offendere: nolite mihi dare conſilium, quos a me conſilium oportet accipere, horæ diem ſequuntur, non e contrario. Vnde et Petro diſſuadenti Domino ire ad paſſionem, ait: *Vade retro ſatanas*, ut enim ait Gregorius: Dare ſtulto conſilium charitatis eſt: dare ſapienti, oſtentationis eſt: dare illi F ſapientiam, peruerſitatis eſt: Cui dediſti conſilium, *et cetera*. Et patet hic, quòd Chriſtus eſt vera dies, quia ipſe uerus ſol lucens ſuper terram. Hæc enim eſt dies, quam fecit Dominus, ait Propheta. Vere in illa die ſtillabunt montes dulcedinem. Hæc eſt dies, quæ numquam patitur occaſum: Non enim fuit antea, nec poſtea tam longa dies, quia ſine initio, et ſine fine: Dies enim diei eructat uerbum, ideſt, Chriſtus illuminans animæ illuminatæ. Horæ duodecim illuſtratæ ab hac die, ſunt duodecim Apoſtoli, qui ſignantur per duodecim portas, et duodecim margaritas, et per duodecim ſtellas in capite mulieris: Qui in luce huius diei ambulat non offendit, infra: Ambulate dum lucem habetis, quia lux illuminat, et dirigit,

Maria quid? Lazarus qd. Triplex genus viuẽdi.

Aug. de Ciuit. Dei. li. 19. cap. 19. tom. 5.

Greg. Mor. lib. 2. cap. 7. ante med.

Pſal. 145. b

Chryſ. hom. 61. in Ioan. ante med. tom. 3.

Damaſ. Ortho. fid. li. 2. cap. 7. ante med.

1. Ioan. 2. b

Oſea 6. a

Pſal. 105. a

Chryſ. hom. 61. in Ioã. ante med. tom. 3.

Ibidem.

Iob 3. d

Aug. tract. 49. in Ioan. ante med. tom. 9.

Mat. 16. d

Greg. Mor. li. 17. c. 11.

Iob 26. a

Pſal. 117. d

Ioſue 10. c

Pſal. 18. a

Apoc. 21. f

Apoc. 12. b

Ioan. 12. f

Digitized by Google

Ioan. 8. b rigit. Supra: Qui ſequitur me, non ambulat in tene-
bris: Sed qui in nocte ambulat, ideſt, in tenebris pec
1. Theſ. 5. c cati, offendit: Vos filij lucis eſtis, et filij Dei, non te-
Iſid. lib. de nebrarum. Nox enim eſt ſolis abſentia, ait Iſidorus:
nat. rer. c. Et noctem facit vmbra terræ, ait Ambroſius: Siue
2. in princ. nox eſt in eſſendo ſolem ſubtus terram, ait Damaſce-
Ambr. He- nus: Vnde et hæc nox eſt ſpiritualiter ex abſentia fi-
xaem. li. 4. lij Dei, qui eſt lux: et interpoſitione amatorum inor-
c. 3. poſt me- dinate inter animam, et Deum. Et eſt obſcura, hor-
dium. to. 1. rida, triſtatiua, et infrigidatiua, et timoris inductiua,
Damaſ. Or- et periculorum abſconſiua, et incedentium offenſiua,
tho. fid. li. 2. et ad perueniendum, et ad inueniendum, quod quæ-
cap. 7. ante ritur, impeditiua: quia homo in nocte, quando credit B
med. ire ab vna parte, vadit ad aliam: et quærit a dextris,
quod eſt a ſiniſtris, et ante, quod eſt retro, et e contra-
Iſai. 59. b rio: Palpauimus, quaſi cæci parietem, et quaſi abſque
Iob 3. a oculis attrectauimus: Noctem illam tenebroſus tur-
bo poſſideat: in iſta enim nocte voluptas homini
Prou. 7. b inſidiatur: Graditur in obſcuro adueſperaſcente
die in noctis tenebris: Qui dormiunt, nocte dor-
1. Theſ. 5. b miunt: et qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Fideli-
Rom. 13. d bus autem iſta nox præterijt: Nox præceſſit, dies au-
tem appropinquauit, *et cetera*. Et ſequitur ſecunda
particula, in qua denunciatio diſcipulis de morte La-
zari ſub ænigmate, et eorum reſponſio: *Poſt hæc dicit* C
eis: Lazarus dormit, et cetera. Et in hoc oſtendit, vt
Chryſ. hom. ait Chryſoſtomus, quòd nõ iret Hieroſolymam cum
61. in Ioã. Iudæis diſputaturus, ſed in Bethaniam amicum exci-
ante med. taturus: propter quod debebant minus timere. Nihi-
tom. 3. lominus dixerunt: *Si dormit, ſaluus erit*, vt enim ait Au
Aug. tract. guſtinus: Somnus ægrotantium ſolet eſſe ſalutis in-
49. in Ioã. dicium. Et quoniam ſicut intellexerunt, ſic reſpon-
paulo ante derunt, ideo ſubdit: *Dixerat autem Ieſus de morte eius:*
med. to. 9. *illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni diceret.*
Sed quæritur, quare vocauit mortem ſomnum, et
Ibid. non dormitionem? Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus,
mult. ante. quòd Lazarus erat ſororibus mortuus, et hominibus: D
ſed Domino dormiebat. Vnde ſecundum potentiam
ſuam dixit eum dormientem. Nam tanta facilitate
excitat de ſepulchro, quanta tu non excitas dormien-
tem de lecto. Item quæritur, quare non ait eis ſtatim
plane, quòd mortuus fuerat, ſed ait quòd dormiebat?
Chryſ. hom. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd ideo ſic
61. in Ioan. ait, ingloriationem repræſentare volens, ideſt, exclu-
ante med. ſionem vanæ gloriæ. Et patet hic, quòd mortem vo-
tom. 3. cat ſomnum, et dormitionem: Quando ſolet ſopor
Iob 4. c occupare homines, Gregorius: Somnus dicitur ali-
Greg. Mor. quando mors: Nolumus vos ignorare de dormienti-
lib. 5. c. 22. bus, *et cet.* Aliquando dicitur torpor negligentiæ: Ho E
ante med. ra eſt nos de ſomno ſurgere. Et: Euigilate iuſti. Ali-
1. Theſ. 4. d quando dicitur quies vitæ: Ego dormio, et cor meum
Rom. 13. d vigilat. Item eſt ſomnus peccati, vel culpæ, a quo ex-
1. Cor. 15. d citat Dominus: Surge qui dormis, et exſurge a mor-
Cant. 5. a tuis. Et ſequitur tertia particula, in qua denunciatio
Eph. 5. e Domini de morte Lazari manifeſte, ibi: *Tunc ergo Ie-*
ſus dixit eis manifeſte: Lazarus mortuus eſt. Sed quæri-
tur, quare non ait. Vado vt excitem eum, vel reſu-
ſcitem, ſicut ait ſupra? Et ad iſtud reſpondet Chryſo-
Chryſ. hom. ſtomus, quòd docens nos fugere vanam gloriam: non
61. in Ioã. enim volebat verbis prædicere, quæ debebat per ope F
ante med. ra celſiora probare: *Et gaudeo propter vos, vt credatis*,
tom. 3. ſcilicet me non latere: *Quoniam non eram ibi.* Et cum
ſcio, quia mortuus eſt, ait Gloſſa. Sed qualiter ait: *Vt*
credatis. Ex quo erant diſcipuli eius eum ſequentes,
videtur quòd prius crediderant. Et ad iſtud reſpon-
Aug. tract. dendum ſecundum Auguſtinum, quòd intelligẽdum
49. in Ioã. eſt, vt amplius, robuſtiuſq; credatis. Et ſubditur re-
circa med. ſponſio diſcipuli: *Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didy-*
tom. 9. *mus*, ſcilicet cognomine? *Eamus, vt moriamur cum eo*:
Chryſ. hom. vt enim ait Chryſoſtomus: Formidinis verbum fuit!
61. in Ioan. Sed quæritur, quare non fuit tunc a Chriſto increpa-
ante med. tus? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd in om-
tom. 3. nibus ſupportabat infirmitatem illius: et tamen qui
Ibidem. infirmus ante crucem erat, poſt crucem fortior om-

A nibus fuit, Infra: de ipſo qui ait: Dominus meus, et *Ioan. 20. g*
Deus meus. Et poſſet eſſe thema coram religioſis:
Eamus, et moriamur cum eo. Figurantur enim duo, quæ
debent eſſe in viris perfectis. Quorum primum eſt,
de virtute in virtutem virtualis progreſſio, ibi: *Ea-*
mus, ideſt, de virtute in virtutem, prout ait prophe-
ta in Pſalmo. Infra: Poſui vos, vt eatis, *et cetera*. Ire *Ioan. 15. c*
enim animæ, eſt de virtute in virtutem progredi. Vn-
de Auguſtinus: Imus in Deum non ambulando, ſed *Aug. ep. 52.*
amando. Secundum neceſſarium eſt, concupiſcen- *ad Maced.*
tiarum mortificatio, ibi: *Moriamur cum eo*: Fortis *poſt mediũ.*
enim, vt mors dilectio, ſcilicet diuina, quia ſicut *tom. 2.*
B mors interimit corpus, ſic ab amore rerum corpora- *Cant. 8. b*
lium charitas occiditur, vt ait Gregorius: Mortui eſtis *Greg. in E-*
et via veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. Et ſequitur *uãg. ho. 11.*
illa pars, in qua narratur de aduentu Domini, ibi: *Ve-* *ante med.*
nit itaque Ieſus. Et illa in quattuor. Primo, aduen- *1. Coloſ. 3. a*
tus præmiſſio, cum deſcriptione loci ad quem venit.
Secundo, Marthæ occurſus ei, vel obuiatio, et eius
cum Chriſto collatio, ibi: *Martha ergo*. Tertio, ſoro-
ris vocatio, et eiuſdem Chriſto obuiatio, ibi: *Et cum*
hæc dixiſſet. Quarto, præambulorum ad miraculum
ex parte Chriſti ſubiunctio, ibi: *Ieſus vt vidit*. Ait er-
go: *Venit itaque Ieſus*, et cetera. Et in hoc patet eius
C dignatiua bonitas, quo dignatus eſt ſic venire: *Et in-*
uenit eum quattuor dies, et cetera, vt enim ait Auguſti- *Aug. tract.*
nus: In iſto mortuo intelligimus genus humanum: *49. in Ioã.*
quattuor dies mortis, ſunt quattuor tranſgreſſiones *circa med.*
hominis. Quarum prima eſt contractio peccati ori- *tom. 9.*
ginalis. Secunda, eſt tranſgreſſio legis naturalis. Ter-
tia, eſt tranſgreſſio legis ſcriptæ. Quarta, tranſgreſſio
euangelij, ſiue legis euangelicæ. Et ad excitandos ho-
mines de his mortibus venit Dominus. Et hoc ibi be-
ne Auguſtinus: *Erat autẽ Bethania quaſi quindecim ſta-*
diȳs. Et hoc erat duo milliaria, ait Chryſoſtomus. Sed *Chryſ. hom.*
quæritur, quare hoc appoſuit? Et ad hoc reſpondet *61. in Ioã.*
D Chryſoſtomus, quòd in hoc oſtẽdit, quòd congruum *ante med.*
erat mũltos a Hieroſolymis adeſſe. Ideo ſequitur: *Mul* *tom. 3.*
ti venerant, vt conſolarẽtur. Sed qualiter hoc? Iſtę mu- *Ibidem.*
lieres erãt confitẽtes, et ab eo dilectæ. Sed ſupra dictũ *Ioan. 9. d*
eſt, quòd conſpirauerant, vt ſi quis Chriſtum confite-
retur, eſſet extra ſynagogam: qualiter ergo tunc ade-
rant? Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd ve- *Chryſ. ibid.*
nerant ad cõſolandum eas, aut propter neceſſitatem
calamitatis, aut quia nobiliores erant, aut non erant
mali qui aderant, quia multi in eum crediderant, et
iſtos ait euangeliſta adeſſe: credere faciens, quoniam
Lazarus vere mortuus erat. Et ſequitur illa pars, in
qua de occurſu, vel obuiatione Marthę ipſi Saluato-
ri. Et ibi quinque. Primo, ipſa obuiatio, et obuiantis
confeſſio. Secundo, Chriſti reſponſio, ibi: *Dicit illi*
Ieſus. Tertio, ipſius Marthæ iterata confeſſio, ibi:
Dicit ei Martha. Quarto, ueritatis eruditio a Saluato-
re, et ſua inquiſitio, ibi: *Dixit ei Ieſus*. Quinto, Mar-
thæ reſponſio, ibi: *Ait illi*. Et hoc eſt, quòd ait: *Mar-*
tha ergo, vt audiuit, occurrit. Sicut auida ad videndum
Chriſtum, et ſicut gaudens de aduentu, et non ſperãs
de ſuccurſu: *Maria autem domi ſedebat*. Sed quæritur,
quare non aſſumpſit ſororem ſecum? Et ad hoc re-
ſpondet Chryſoſtomus, quòd uoluit ei ſingulariter *Ibidem.*
loqui, et quòd factum eſt annunciare. Maria autem
ſedebat domi, quia vt ait Gloſſa: contemplatiue
quietem deſiderans. Vnde Maria, quæ erat contem-
platiua, et typum gerebat contemplatiuorum, ſede-
bat quieta, et tranquilla, et cæleſtibus intenta: Ma- *Luc. 10. g*
ria ſedebat ſecus pedes Domini. Vnde et hoc eſt pro-
prium mulieris domi ſedere, prout ait Chryſoſto- *Chryſ. hom.*
mus: quòd uir ab exterioribus circumhauritur tur- *60. in Ioã.*
bationibus. Mulier autem uelut in quadam ſchola *poſt mediũ.*
philoſophiæ domi ſedens, et intellectum congregans *tom. 3.*
in ſeipſam, et orationibus intendere, et lectionibus,
et alij poterit philoſophiæ. Hæc ille. Animæ ergo
contemplatiuæ eſt ſedere domi. Vnde in figura ho-
minis contemplatiui: Sedebit ſolitarius, et tacebit, *Thren. 3. b*
et reue-

Digitized by Google

les a tribus generibus peccati. Nam peccatum est
Peccatum mors animæ. mors animæ, quod contingit, vel occultum in interiori consensu, vel manifestum in exteriori opere, vel diuturnum mala consuetudine: a quibus tamen Dominus resuscitat. Supra: Sicut pater resuscitat mortuos, sic et filius. Infirmitas vero est inordinata delectatio, præparans ad mortem peccati. Vnde est infirmitas ad culpam mortalem disponens, et præparans, cuius figura fuit ista infirmitas, in Psalmo:
Ioan. 5. *Psal. 102. a* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, scilicet mortalibus: Qui sanat omnes infirmitates tuas. Item
Isai. 40. g *Deut. 7. c* est infirmitas mortalis culpa, quæ occidit: Iuuenes in infirmitate sua cadent. Et de vtrisque: Auferet Dominus omnes languores tuos, et omnes infirmitates pessimas. Item est infirmitas carnalis concupiscētiæ
Threu. 1. e aggrauans: Infirmata est virtus mea, dedit me Dominus in manu, de qua non potero resurgere: Corpus
Sap. 9. d enim, quod corrumpitur aggrauat animam. Item est infirmitas pusillanimitatis, siue modicitatis fidei:
Rom. 14. a Infirmum in fide suscipite. Et: Quod infirmum fuit,
Ezec. 34. a non consolidastis. Et de infirmitate peccati, ibi supra: Cuius filius infirmabatur Capharnaum. De my
Ioan. 4. f sterio vero vnguenti, in quo Maria vnxit pedes Do-
Ioan. 12. a mini infra. Et sequitur illa pars, in qua denunciatio infirmitatis prædictæ a sororibus ipsi Saluatori. Et illa in duas. Primo, denunciatio ipsi Saluatori. Secundo, denunciatio ab ipso ipsis discipulis, ibi: *Deinde posthac dixit*. In prima tria. Primo, ipsa denunciatio. Secundo, Saluatoris responsio, ibi: *Audiens*. Tertio moræ ipsius in loco, in quo audiuit, specificatio, ibi: *Vt autem audiuit*. Et hoc est, quòd ait: *Miserunt sorores*, scilicet dolentes de infirmitate, et sperantes de Saluatore: *Ecce quem amas, infirmatur*, vt ait Au-
Aug. tract. 49. in Ioā. ante med. tom. 9. gustinus: non dixerunt: Veni, amanti enim nunciādum fuit. Sufficit enim, vt noueris: non enim amas et deseris, *et cetera*. De ipso enim: Ego diligentes me diligo. Quæ, ait Chrysostomus, quare nō reliquerunt fratrem? Et quare non adiuerunt Saluatorem
Prou. 8. b *Chryſ. hom. 61. in Ioan non longe a prin. to. 3.* pro salute fratris, sicut fecit Regulus pro salute filij, supra: Et Centurio pro salute serui? Videtur enim, quòd fuerint negligentes de fratris salute, et etiam præsumptuosæ, ex quo non adiuerūt in propria per-
Ioan. 4. f *Mat. 8. b* sona ad Saluatorem: Et ad istud respondet, quòd vehementer confidebant de Christo, et multam habebant ad eum familiaritatem, et mulieres erant infirmæ, et detinebantur a luctu. Non ergo, vt contemnentes fecerunt, sed ex vehementi confidentia. Quærit Augustinus, qualiter per Lazarum, quem amabat
Aug. tract. 49. in Ioā. ante mediū tom. 9. Iesus, signatur peccator? Et ad hoc respondet, quòd si filius Dei non amaret peccatores, de cælo ad terram non descendisset: amat enim hominem, odit peccatum. Et insinuantur tria in earum denunciatione. Professio potestatis, ibi: *Domine*. Vrgentia necessitatis, ibi: *Infirmatur*, specialitas familiaritatis, ibi: *Quem amas*. Quia vt dictum est ab Augustino: non amas, et deseris. Et sequitur secundum: *Audiens autem Iesus dixit eis: Hæc infirmitas non est ad mortem*, et ita incurabilis: *Sed pro gloria Dei*, scilicet manifestanda, sicut
Ioan. 9. b supra de cæco nato dictum est: *Diligebat autem Iesus*
Chryſ. hom. 16. in Ioan. ante med. tom. 3. *Martham*. Quærit Chrysostomus: quare hoc sæpe apponit? scilicet quòd Deus diligebat istum, et sorores? Et ad istud respondet, quòd sic ait, erudiens nos non
Prou. 3. b *Hebr. 12. b* *1. Cor. 11. a* tristari, si aliqua infirmitas fuerit circa amicos, quia: Quem diligit Deus castigat: Quis est filius, quem nō corripit pater? Sed quæritur, quare nominat Lazarum vltimo. Cum enim vir sit caput mulieris: videtur, quòd debuisset præposuisse ipsum. Et ad istud respondendum, quòd licet essent mulieres sexu: erant tamen firmæ in iustitiæ actum, et illuminatæ in intellectu per fidem, et feruidæ in affectu per charitatem. Vnde et eorum fide fuit Lazarus suscitatus. Et ideo propter virtutum prærogatiuam, et excellētiam meMartha qd figuret. rito præponuntur. Et nota qualem familiam diligit Deus, et qualem animam amet. Per Martham enim

A figuratur perfectio vitæ actiuæ: per Mariam celsitudo vitæ contemplatiuæ. Per Lazarum signatur regnum vtriusque, siue ordinabilitas præsidentiæ. Triplex enim est genus viuendi, scilicet otiosum in contemplatione, siue in vita contemplatiua: actuosum in vita actiua, et compositum ex vtroque, vt ait Augustinus: Vnde et sic viuentes signantur per tres viros, scilicet Noe, Daniel, et Iob, *et cetera*. Prout exponit Gregorius bene. Talem enim familiam, et talem animam, in qua fuerint tales modi viuendi, diligit filius Dei: Dominus enim diligit iustos. Et subditur tertium: *Mansit duobus diebus*, vt adimpleretur qua-
B triduum, ait Glossa. Et hoc ideo, vt ait Chrysostomus, vt nullus diceret: quoniam defunctum suscitauit. Ideo tantum mansit, vt diceret: quoniam fœtet. Ad euidentiam ergo miraculi tot diebus mansit ibi, vt esset certum miraculum. Et est morale: dies enim est latio solis super terram, vt ait Damascenus. Et sic est dies spiritualis in anima, ex præsentia filij Dei, prout ait Augustinus: Ambulate dum dies est: duæ autem dies sunt: illuminatio intellectus per fidem, et illuminatio affectus per charitatē, quia: Qui
C diligit, in lumine manet, siue amor Dei, et proximi, siue declinatio mali, et operatio boni: quibus diebus manet Christus in corde: Viuificabit nos post duos dies, tertia die suscitabit nos, scilicet in illuminatione gloriæ: Annunciate enim de die in diem, ait propheta. Et sequitur pars, in qua denunciatio infirmitatis Lazari a Christo discipulis, ibi: *Deinde*, et cetera. Et illa in tres. Primo, denunciatio propositi de eundo in Iudæam, et discipulorum responsio. Secundo, denunciatio mortis eius sub ænigmate, ibi. *Et post hæc dixit*. Tertio, denunciatio plane, et manifeste, ibi: *Tunc ergo dixit eis*. Ait ergo: *Dixit eis: Eamus in Iudæam iterum*, scilicet a qua recesserat. Vt enim ait Chrysostomus: formidabant vehementer, et propterea prę-
D dicit eis, vt non repente eos turbet. Et subditur eorū responsio: *Dicunt ei discipuli: Nunc quærebant te Iudæi lapidare*, vt ait Chrysostomus: Formidabant quidem, et pro eo: totum autem et pro seipsis erant: nondum enim firmati erant. Et subditur responsio Christi, qua audaces eos fecit, ait Chrysostomus: *Et respondit: Nonne duodecim sunt horæ diei?* quasi diceret ad litteram, secundum Chrysostomum: Si qui lucem huius mundi videt, quasi securus est: multo magis qui mecum
E est, qui sum lux, nisi amouerit seipsum a me, non offendit. Ac si diceret ad litteram: cum sint tot horæ diei, sicut contingit, quòd licet in una hora fiat tempestas, in alia erit temperies: Post enim tempestatem tranquillum facit Deus. Sic licet Iudæi fuerint tempestuosi prius, nunc possunt esse pacifici. Secundum uero Augustinum, istud est profundius intelligendū. Ipse enim erat dies, et Apostoli duodecim horæ diei, quia a Deo illuminati: quasi ergo diceret: Me sequimini, si non vultis offendere: nolite mihi dare consilium, quos a me consilium oportet accipere, horæ diem sequuntur, non e contrario. Vnde et Petro dis-
F suadenti Domino ire ad passionem, ait: *Vade retro satanas*, ut enim ait Gregorius: Dare stulto consilium charitatis est: dare sapienti, ostentationis est: dare illi sapientiam, peruersitatis est: Cui dedisti consilium, *et cetera*. Et patet hic, quòd Christus est vera dies, quia ipse uerus sol lucens super terram. Hæc enim est dies quam fecit Dominus, ait Propheta. Vere in illa die stillabunt montes dulcedinem. Hæc est dies, quæ numquam patitur occasum: Non enim fuit antea, nec postea tam longa dies, quia sine initio, et sine fine: Dies enim diei eructat uerbum, idest, Christus illuminans animæ illuminatæ. Horæ duodecim illustratæ ab hac die, sunt duodecim Apostoli, qui signantur per duodecim portas, et duodecim margaritas, et per duodecim stellas in capite mulieris: Qui in luce huius diei ambulat non offendit, infra: Ambulate dum lucem habetis, quia lux illuminat, et dirigit,

Maria quid. Lazarus qd. Triplex genius viuēdi.
Aug. de Ciuit. Dei. li. 19. cap. 19. tom. 5.
Greg. Mor. lib. 1. cap. 7. ante med.
Psal. 145. b
Chryſ. hom. 61. in Ioan. ante med. tom. 3.
Damaſ. Orth. fid. li. 2. cap. 7. ante med.
1. Ioan. 2. b
Oſea 6. a
Psal. 105. a
Chryſ. hom. 61. in Ioā. ante med. tom. 3.
Ibidem.
Iob 3. d
Aug. tract. 49. in Ioan. ante med. tom. 9.
Mat. 16. d
Greg. Mor. li. 17. c. 11.
Iob 26. a.
Psal. 117. d
Ioſue 10. c
Psal. 18. a
Apoc. 21. f
Apoc. 12. b
Ioan. 12. f

Digitized by Google

Ioan. 8. b rigit. Supra: Qui ſequitur me, non ambulat in tene-
bris: Sed qui in nocte ambulat, ideſt, in tenebris pec
1. Theſ. 5. c cati, offendit: Vos filij lucis eſtis, et filij Dei, non te-
Iſid. lib. de nebrarum. Nox enim eſt ſolis abſentia, ait Iſidorus:
nat. rer. c. Et noctem facit vmbra terræ, ait Ambroſius: Siue
2. in princ. nox eſt in eſſendo ſolem ſubtus terram, ait Damaſce-
Ambr. He- nus: Vnde et hæc nox eſt ſpiritualiter ex abſentia fi-
xaem. li. 4. lij Dei, qui eſt lux: et interpoſitione amatorum inor-
c. 3. poſt me- dinate inter animam, et Deum. Et eſt obſcura, hor-
dium. to. 1. rida, triſtatiua, et infrigidatiua, et timoris inductiua,
Damaſ. Or- et periculorum abſconſiua, et incedentium offenſiua,
tho. fid. li. 2. et ad perueniendum, et ad inueniendum, quod quæ-
cap. 7. ante ritur, impeditiua: quia homo in nocte, quando credit
med. ire ab vna parte, vadit ad aliam: et quærit a dextris,
quod eſt a ſiniſtris, et ante, quod eſt retro, et e contra-
Iſai. 59. b rio: Palpauimus, quaſi cæci parietem, et quaſi abſque
Iob 3. a oculis attrectauimus: Noctem illam tenebroſus tur-
bo poſſideat: in iſta enim nocte voluptas homini
Prou. 7. b inſidiatur: Graditur in obſcuro adueſperaſcente
die in noctis tenebris: Qui dormiunt, nocte dor-
1. Theſ. 5. b miunt: et qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Fideli-
Rom. 13. d bus autem iſta nox præterijt: Nox præceſſit, dies au-
tem appropinquauit, *et cetera*. Et ſequitur ſecunda
particula, in qua denunciatio diſcipulis de morte La-
zari ſub ænigmate, et eorum reſponſio: *Poſt hæc dicit*
eis: Lazarus dormit, et cetera. Et in hoc oſtendit, vt
Chryſ. hom. ait Chryſoſtomus, quòd nõ iret Hieroſolymam cum
61. in Ioã. Iudæis diſputaturus, ſed in Bethaniam amicum exci-
ante med. taturus: propter quod debebant minus timere. Nihi-
tom. 3. lominus dixerunt: *Si dormit, ſaluus erit*, vt enim ait Au
Aug. tract. guſtinus: Somnus ægrotantium ſolet eſſe ſalutis in-
49. in Ioã. dicium. Et quoniam ſicut intellexerunt, ſic reſpon-
paulo ante derunt, ideo ſubdit: *Dixerat autem Ieſus de morte eius:*
med. to. 9. *illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni dicret.*
Sed quæritur, quare vocauit mortem ſomnum, et
Ibid. non dormitionem? Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus,
mult. ante. quòd Lazarus erat ſororibus mortuus, et hominibus:
ſed Domino dormiebat. Vnde ſecundum potentiam
ſuam dixit eum dormientem. Nam tanta facilitate
excitat de ſepulchro, quanta tu non excitas dormien-
tem de lecto. Item quæritur, quare non ait eis ſtatim
plane, quòd mortuus fuerat, ſed ait quòd dormiebat?
Chryſ. hom. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd ideo ſic
61. in Ioan. ait, ingloriationem repræſentare volens, ideſt, exclu-
ante med. ſionem vanæ gloriæ. Et patet hic, quòd mortem vo-
tom. 3. cat ſomnum, et dormitionem: Quando ſolet ſopor
Iob 4. c occupare homines, Gregorius: Somnus dicitur ali-
Greg. Mor. quando mors: Nolumus vos ignorare de dormienti-
lib. 5. c. 22. bus, *et cet.* Aliquando dicitur torpor negligentiæ: Ho
ante med. ra eſt nos de ſomno ſurgere. Et: Euigilate iuſti. Ali-
1. Theſ. 4. d quando dicitur quies vitæ: Ego dormio, et cor meum
Rom. 13. d vigilat. Item eſt ſomnus peccati, vel culpæ, a quo ex-
1. Cor. 15. d citat Dominus: Surge qui dormis, et exſurge a mor-
Cant. 5. a tuis. Et ſequitur tertia particula, in qua denunciatio
Eph. 5. c Domini de morte Lazari manifeſte, ibi: *Tunc ergo Ie-*
ſus dixit eis manifeſte: Lazarus mortuus eſt. Sed quæri-
tur, quare non ait. Vado vt excitem eum, vel reſu-
ſcitem, ſicut ait ſupra? Et ad iſtud reſpondet Chryſo-
Chryſ. hom. ſtomus, quòd docens nos fugere vanam gloriam: non
61. in Ioã. enim volebat verbis prædicere, quæ debebat per ope
ante med. ra celſiora probare: *Et gaudeo propter vos, vt credatis*,
tom. 3. ſcilicet me non latere: *Quoniam non eram ibi*. Et cum
ſcio, quia mortuus eſt, ait Gloſſa. Sed qualiter ait: *Vt*
credatis. Ex quo erant diſcipuli eius eum ſequentes,
videtur quòd prius crediderant. Et ad iſtud reſpon-
Aug. tract. dendum ſecundum Auguſtinum, quòd intelligẽdum
49. in Ioã. eſt, vt amplius, robuſtiuſq. credatis. Et ſubditur re-
circa med. ſponſio diſcipuli: *Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didy-*
tom. 9. *mus*, ſcilicet cognomine: *Eamus, vt moriamur cum eo*:
Chryſ. hom. vt enim ait Chryſoſtomus: Formidinis verbum fuit.
61. in Ioan. Sed quæritur, quare non fuit tunc a Chriſto increpa-
ante med. tus? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd in om-
tom. 3. nibus ſupportabat infirmitatem illius: et tamen qui
Ibidem. infirmus ante crucem erat, poſt crucem fortior om-

A nibus fuit, Infra: de ipſo qui ait: Dominus meus, et *Ioan. 20. g*
Deus meus. Et poſſet eſſe thema coram religioſis:
Eamus, et moriamur cum eo. Figurantur enim duo, quæ
debent eſſe in viris perfectis. Quorum primum eſt,
de virtute in virtutem virtualis progreſſio, ibi: *Ea-*
mus, ideſt, de virtute in virtutem, prout ait prophe-
ta in Pſalmo. Infra: Poſui vos, vt eatis, *et cetera*. Ire *Ioan. 15. c*
enim animæ, eſt de virtute in virtutem progredi. Vn-
de Auguſtinus: Imus in Deum non ambulando, ſed *Aug. ep. 52.*
amando. Secundum neceſſarium eſt, concupiſcen- *ad Maced.*
tiarum mortificatio, ibi: *Moriamur cum eo*: Fortis *poſt mediũ.*
enim, vt mors dilectio, ſcilicet diuina, quia ſicut *tom. 2.*
B mors interimit corpus, ſic ab amore rerum corpora- *Cant. 8. b*
lium charitas occiditur, vt ait Gregorius: Mortui eſtis *Greg. in E-*
et via veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. Et ſequitur *uãg. ho. 11.*
illa pars, in qua narratur de aduentu Domini, ibi: *Ve-* *ante med.*
nit itaque Ieſus. Et illa in quattuor. Primo, aduen- *1. Coloſ. 3. a*
tus præmiſſio, cum deſcriptione loci ad quem venit.
Secundo, Marthæ occurſus ei, vel obuiatio, et eius
cum Chriſto collatio, ibi: *Martha ergo*. Tertio, ſoro-
ris vocatio, et eiuſdem Chriſto obuiatio, ibi: *Et cum*
hæc dixiſſet. Quarto, præambulorum ad miraculum
ex parte Chriſti ſubiunctio, ibi: *Ieſus vt vidit*. Ait er-
go: *Venit itaque Ieſus*, et cetera. Et in hoc patet eius
C dignatiua bonitas, quo dignatus eſt ſic venire: *Et in-*
uenit eum quattuor dies, et cetera, vt enim ait Auguſti- *Aug. tract.*
nus: In iſto mortuo intelligimus genus humanum: *49. in Ioã.*
quattuor dies mortis, ſunt quattuor tranſgreſſiones *circa med.*
hominis. Quarum prima eſt contractio peccati ori- *tom. 9.*
ginalis. Secunda, eſt tranſgreſſio legis naturalis. Ter-
tia, eſt tranſgreſſio legis ſcriptæ. Quarta, tranſgreſſio
euangelij, ſiue legis euangelicæ. Et ad excitandos ho-
mines de his mortibus venit Dominus. Et hoc ibi be-
ne Auguſtinus: *Erat autẽ Bethania quaſi quindecim ſta-*
diis. Et hoc erat duo milliaria, ait Chryſoſtomus. Sed *Chryſ. hom.*
quæritur, quare hoc appoſuit? Et ad hoc reſpondet *61. in Ioã.*
D Chryſoſtomus, quòd in hoc oſtẽdit, quòd congruum *ante med.*
erat multos a Hieroſolymis adeſſe. Ideo ſequitur: *Mul-* *tom. 3.*
ti venerant, vt conſolarẽtur. Sed qualiter hoc? Iſtę mu- *Ibidem.*
lieres erãt confitẽtes, et ab eo dilectæ. Sed ſupra dictũ *Ioan. 9. d*
eſt, quòd conſpirauerant, vt ſi quis Chriſtum confite-
retur, eſſet extra ſynagogam: qualiter ergo tunc ade-
rant? Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd ve- *Chryſ. ibid.*
nerant ad cõſolandum eas, aut propter neceſſitatem
calamitatis, aut quia nobiliores erant, aut non erant
mali qui aderant, quia multi in eum crediderant, et
iſtos ait euangeliſta adeſſe: credere faciens, quoniam
Lazarus vere mortuus erat. Et ſequitur illa pars, in
qua de occurſu, vel obuiatione Marthę ipſi Saluato-
E ri. Et ibi quinque. Primo, ipſa obuiatio, et obuiantis
confeſſio. Secundo, Chriſti reſponſio, ibi: *Dicit illi*
Ieſus. Tertio, ipſius Marthæ iterata confeſſio, ibi:
Dicit ei Martha. Quarto, ueritatis eruditio a Saluato-
re, et ſua inquiſitio, ibi: *Dixit ei Ieſus*. Quinto, Mar-
thæ reſponſio, ibi: *Ait illi*. Et hoc eſt, quòd ait: *Mar-*
tha ergo, vt audiuit, occurrit. Sicut auida ad videndum
Chriſtum, et ſicut gaudens de aduentu, et non ſperãs
de ſuccurſu: *Maria autem domi ſedebat*. Sed quæritur,
quare non aſſumpſit ſororem ſecum? Et ad hoc re-
ſpondet Chryſoſtomus, quòd uoluit ei ſingulariter- *Ibidem.*
F loqui, et quòd factum eſt annunciare. Maria autem
ſedebat domi, quia vt ait Gloſſa: contemplatiue
quietem deſiderans. Vnde Maria, quæ erat contem-
platiua, et typum gerebat contemplatiuorum, ſede-
bat quieta, et tranquilla, et cæleſtibus intenta: Ma- *Luc. 10. g*
ria ſedebat ſecus pedes Domini. Vnde et hoc eſt pro-
prium mulieris domi ſedere, prout ait Chryſoſto- *Chryſ. hom.*
mus: quòd uir ab exterioribus circumhauritur tur- *60. in Ioã.*
bationibus. Mulier autem uelut in quadam ſchola *poſt mediũ.*
philoſophiæ domi ſedens, et intellectum congregans *tom. 3.*
in ſeipſam, et orationibus intendere, et lectionibus,
et alij poterit philoſophiæ. Hæc ille. Animæ ergo
contemplatiuæ eſt ſedere domi. Vnde in figura ho-
minis contemplatiui: Sedebit ſolitarius, et tacebit, *Thren. 3. b*
et reue-

Digitized by Google

Hier. 15. d et leuauit se supra se: Solus sedebam, quia amaritudine repleſti me: *Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine ſi fuiſſes hic*, et cetera. Et profitetur filij Dei potentiã in hoc, quod ait: Si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Item profitetur eius honorificentiam in hoc, quòd ait: *Scio, quia quæcunque poposcẽris a Deo, dabit tibi Deus.* Et patet hic mulieris virtuosa constantia, vt enim ait Chrysostomus: Vide quanta philosophia mulierum, et si infirma earum mens. Videntes enim Christum, non confestim ad luctum, neque ad ploratum cum clamore incidunt, quod nos patimur, cum aliquos notos intrantes luctui viderimus. Sed magistrum admirantur. Hæc ille. Sed quæritur, qualiter ait: *Quæcumque poposcẽris a Deo, dabit tibi Deus.* Ex hoc videtur, quòd non plene credidit ipsum esse verum Deum, et a se posse facere omnia. Et ad istud respondendum est, sicut respondet Chrysostomus, quòd etsi credebat in Christum, non tamen vt oportebat. Nondum enim cognoscebant, neque quoniam Deus erat, neque quoniam propria virtute, et auctoritate hoc facit. Et sequitur responsio Saluatoris diri gentis: *Resurget frater tuus*: quasi dicat, non indigeo alieno adiutorio, ait Chrysostomus: Et quia hoc ambiguum fuit, eo quòd non dixit, modo resuscito: sequitur Marthæ iterata confessio: *Scio, quia resurget*, et cetera, scilicet in generali resurrectione, supra: Resuscitabo eum in nouissimo die. Et de hoc audierat Martha ab eo, supra: Veniet hòra, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Et quia ipsa locuta est de resurrectione generali: subditur doctrina veritatis de potestate filij Dei in suscitando omni tempore: *Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio*, scilicet causaliter, et efficienter: Christus resurrexit. Et ita est causalis prædicatio: *Et ego sum vita*, essentialiter, et similiter causatiue, et conseruatiue, infra: Ego sum via, veritas, et vita: *Qui credit in me*, scilicet vitam: *Etiamsi mortuus fuerit*, scilicet morte corporali: *Viuet*, in resurrectione: *Et omnis, qui viuit*, scilicet corporaliter, et spiritualiter: *Et credit in me*, scilicet veritatem: *Non morietur in æternum*, morte damnationis æternaliter, vt enim ait Augustinus: Vnde est mors in anima? quia non est ibi fides. Vnde mors in corpore? quia non est ibi anima. Ergo animæ tuæ fides est anima, vel vita. Hæc ille: Iustus enim ex fide viuit: Ipse enim est Deus viuentium, nõ mortuorum. Et quia Martha dixerat: *Quæcumque poposcẽris a Deo*, et cetera. Ideo ait Saluator: *Credis hoc?* scilicet quòd sum resurrectio, et vita: potens scilicet resuscitare, et vitam conseruare. Et subditur eius responsio: *Ego credidi, quia tu es Christus*, vt enim ait Chrysostomus: videtur non intellexisse quod dictum est, scilicet a Christo. Sed quoniam magnum quid erat, quod dixerat, intellexit: et hoc est probabile, quia non vocat eam beatam ex hac confessione in verbis. Et hoc ideo forte, quia Petrus intellexit plenarie veritatem, scilicet, quòd erat filius Dei æternus: mulieres vero istæ censuerunt istum, sicut de virtuoso quodam homine, et approbato, et excellente, vt ait Chrysostomus. Et patet ex isto processu, quòd est duplex mors, scilicet animæ, et corporis. Vnde Augustinus: Mors animæ fit, cum eam deserit Deus: sicut corporis, cum id deserit anima. Ergo vtriusque rei, idest, totius hominis mors est, cum anima Deo deserta deserit corpus: ita enim nec ex Deo viuit ipsa, nec corpus ex ipsa. Huius totius hominis mortem secunda mors sequitur: Non lædetur a morte secunda. Item est duplex resurrectio, vna a morte corporali, alia a morte spirituali, siue animæ. De qua vtraque supra: Sicut pater suscitat mortuos, et viuificat, sic et filius. Et sequitur illa pars, in qua sororis vocatio a Martha. Et ibi tria. Primo, illius vocatio, et eiusdem progressio. Secundo, concomitantium descriptio: *Iudæi ergo*. Tertio, Mariæ aduenientis humiliatio, et confessio, ibi: *Maria ergo*. Ait ergo: *Cum hoc dixisset, vocauit*

Chryſ. hom. 61. in Ioã. ante med. tom. 3.

Ibidem.

Ioan. 6. e

Ioan. 5. e

2. Cor. 15. c

Ioan. 14. a

Aug. tract. 49. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.

Abac. 2. a

Mat. 22. c

Chryſ. hom. 61. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.

Mat. 16. b

Aug. de Ciuit. Dei. li. 13. c. 2. to. 5

Apoc. 2. c

Ioan. 5. d

A *Mariam*, vt enim ait Chrysostomus: Martha, quia eã in spem bonam duxerat Iesus, vocauit Mariam cum silentio. Et hoc ideo, secundum Glossam, quia si Iudæi audissent eã vocari a Iesu, non sequerentur, et ita non viderent miraculum: *Magister adest, et vocat te*, et cetera. Sed quæritur, qualiter hoc ait, cum hoc non legatur prius? Et ad hoc respondet Glossa, quòd causa breuitatis in verbis Marthæ ostendit, non prius dictum, idest, quòd Dominus vocauit eam: *At illa vt audiuit, surrexit cito*, ex gaudio de aduentu Saluatoris, et ex desiderio videndi eum, et colloquendi, et ex spe solatij. Ideo cito surrexit. Et nota hic exemplum
B mulieribus colloquendi cum silentio. Nam Martha vocauit sororem cum silentio: quanto enim sunt magis loquaces naturaliter: nam vt ait Sapiens: Mulieres magis sunt siluestres, et magis loquaces: tanto magis sunt commendandæ ex taciturnitate. Ideo dicitur: Mulier sensata, et tacita. Et mulier debet discere in schola philosophiæ, vt habitum est supra a Chrysostomo: *Et venit ad eum*. Et hoc ideo, quia nondum venerat Iesus in castellum. Et ideo hoc, sicut ait Chrysostomus, vt non videatur inijcere seipsum signo faciendo, siue ingerere, sed rogari ab illis voluit, vt esset minus suspectum signum. Et non so-
C la iuit: *Sed et Iudæi qui erant cum ea, secuti sunt*. Et patet hic sapientia mulieris, vnde Chrysostomus: Ecce mulier philosophans non expectauit magistrum venire, nec a luctu detenta est, sed omnes Iudæos transiens: propter quod ait, quòd Iudæi secuti sunt, vt enim ait Seneca. Proprium est libenter facientis cito facere: *Maria ergo cum veniſſet, cecidit*. Et in hoc professio maiestatis, et potestatis filij Dei, et sua humiliatio, vnde Chrysostomus: Calidior autem hæc soror sua, quia non ob turbam verecundata est, non ob suspicationem, quam habebant inimici de Christo,
D quòd erat cõtrarius Deo, sed omnia proiecit, et dixit: *Si fuiſſes hic, non fuiſſet mortuus*. et cet. sicut ait Martha supra. Tam ergo gestu, quia cecidit, quàm affatu, quia sic dixit, Christi potestatem professa est. Quærit autem Augustinus, quare narrauit euangelista, quòd Iudæi secuti sunt. Et respondet, ut uideamus quæ occasio fuerit, quare plures ibi essent, quando Lazarus fuit resuscitatus. Et nota quòd ait utraque: *Si fuiſſes hic, non fuiſſet frater meus mortuus*, quia ut ait Glossa: De præsente nulla infirmitas ausa esset appa
E rere, apud quas uita hospitari nouerat. Gloriosum ergo, et iucundum, et securum est animæ fideli, filiũ Dei hospitari in corde, et suscipere, ut nulla infirmitas, nulla mors peccati, nulla tristitia indebita ibi sit. Infra: Qui diligit me, sermonem meum seruabit, et ad eum ueniemus, *et cet.* Et sic ueniens defert secum omnia bona: Venerunt mihi pariter omnia bona cum illa. Sequitur pars, in qua præambulorum ad miraculum specificatio, cum concomitantibus. Et sunt tria. Quorum primum est infremitus, et lacrymationis Christi præmissio, cum sua inquisitione. Secundo, fremitus iteratio, cum sua præceptione, ibi: *Iesus*. Tertio, suorum oculorum eleuatio cum gratiarum actione, ibi: *Iesus autem eleuatis oculis*. Ait ergo: *Iesus, vt vidit plorantem*, et cetera: *Infremuit spiritu*, et cetera. Ostendens naturam humanam, et denudans: nihil enim plus uolebat imaginari tunc,
F quàm quod esset uerus homo, ut ait Chrysostomus: Turbauit, inquam, scilicet quia uoluit, sic esuriuit, sic dormiuit, sic contristatus est, sic mortuus est, quia uoluit. In illius enim potestate erat sic, uel sic affici, uel non affici, ut ait Augustinus: *Et dixit: Vbi posuiſtis eum?* Sed cum omnia nosceret, quare hoc quæsiuit? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quia non uult se inijcere, idest, ingerere ad faciendum miraculum: sed omnia ab illis discere, et rogatus faceret, ut ab omni suspicione signum eripiat. Hæc ille. Ideo: *Dicunt ei: Veni, et vide*, scilicet oculo misericordiæ. Et non solum hoc, sed: *Lacrymatus est*, monstrans natu-

Chryſ. hom. 62. in Ioã. ante mediũ tom. 3.

Eccl. 26. c

Chryſ. hom. 60. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.

Ibid. ho. 62. ante med.

Ibidem.

Senec. de benef. lib. 2. cap. 5.

Chryſ. hom. 62. in Ioã. ante med. tom. 3.

Aug. tract. 49. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.

Ioan. 14. c

Ioan. 7. b

Sap. 7. b

Chryſ. hom. 62. in Ioan. ante med. tom. 3.

Aug. tract. 49. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9.

Chryſ. hom. 62. in Ioan. ante med. tom. 3.

Ibidem.

ram.

Digitized by Google

Ibidem. ram humanam, ait Chryſoſtomus. Propter quod dixerunt: *Ecce quomodo amabat eum.* Et nihilominus detrahebant ei. Vnde ſequitur: *Non poterat hic,* et cetera, vt enim ait Chryſoſtomus: Confitentur quoniam aperuit oculos cæci, et tamen detrahunt ei: erat enim iudicium corruptum. Sed quæritur, qualiter ait: *Ieſus infremuit, et turbauit ſemetipſum?* quia: Non erit triſtis, neque turbulentus. Et loquitur de Chriſto. Item: Non commouebitur iuſtus: Multo minus Chriſtus. Item paſſio non cadit in ſapientem, ſecundum opinionem Stoicorum, prout recitat Auguſtinus: Multo minus in Chriſto. Et ad iſtud eſt reſpondendum ſecundum Auguſtinum, quòd turbatus eſt, quia voluit. Et ideo ait Auguſtinus: Poteſtatem attendite, ſignificationem inquirite. Fremitus ergo in Chriſto ſignat, quantum homo turbari debeat preſſus mole peccati. Et de hoc in Gloſſa. Vnde eſt turbatio aſſumpta voluntarie, et cum modeſtia, et moderamine, et in ipſa ſenſualitate. Et ſic fuit in Chriſto, ſicut ait de ſe: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Item quæritur de hoc, quòd ait: *Lacrymatus eſt Ieſus,* cum dicat Apoſtolus: Nolite contriſtari de dormientibus, *et cetera*: qualiter ait: *Chriſtus lacrymatus eſt?* Item ipſe erat potens ad ipſum reſuſcitandum, non oportuit ergo lacrymari. Item videtur dediſſe malum exemplum alijs, quòd diſplicebat ei diuina ordinatio de morte Lazari. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Chryſoſtomũ, quòd lacrymatus eſt Ieſus: nondum enim aliquod reſurrectionis ſignum demonſtrabat. Et quia venerat, vt lacrymaturus oſtendens prius naturam humanam: et poſtea monſtraturus diuinam naturam in miraculo: ideo prius fleuit, et hoc, quia flere hominem docuit. Vnde Auguſtinus: Fleuit Chriſtus, fleat ſe homo. Et Anſelmus: Fleuit Chriſtus amicum mortuum, fleat ſe homo oppreſſum pondere peccati. Et patet hic mira pietas Saluatoris, quòd lacrymatus eſt. Item patet ſapientiæ veritas, et iuſtitiæ æquitas: Fleuit enim vt doceat nos flere, et peccata eſſe flenda. Vnde per tria, quæ dicuntur hic, ſignantur tres partes pœnitentiæ in nobis. Perturbationem, qua ſe turbauit, ſignatur commotio contritionis in corde, qua homo ſe turbat: computans, quæ bona Dei accepit, et quæ mala reddidit, et cogitans, quæ iudicia expectat. Vnde contritio ſignatur per cordis contritionem, et comparatur terræ motui, in Pſalmo: Commouiſti terrã, et conturbata eſt: ſana contritiones eius, quia commota eſt. Per hoc, quòd ait. *Infremuit*, in quo eſt, quaſi aliquis ſonus deſignatur confeſſio cum ſpiritu deuotionis. Secundum quòd ait Propheta: *Dixi confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam*. In hoc, quòd ait: *Lacrymatus eſt*, deſignatur ſatisfactio pro peccatis: Deduc quaſi torrentem lacrymas, vt enim ait Chryſoſtomus: Ieſus lacrymatus eſt: numquam legitur, quòd riſit. Sic etiam et de Paulo legitur: Scripſi vobis per multas lacrymas. Vbi ait Haymo, quòd quot ſyllabas ſcripſit, tot lacrymas emiſit. Vnde Chriſtus lacrymatus eſt hic in ſuſcitatione Lazari, deflens, et deflendam oſtendens humanam fragilitatem, et mortalitatem ex peccato. Item fleuit ſuper ciuitatem, oſtendens deflendam eſſe noſtram cæcitatem, et incõſiderationem de iudicijs futuris, et malis, quæ euenient peccatoribus. Item lacrymatus eſt in cruce, oſtendens deflendam eſſe noſtram malignitatem, et inobedientiam, ad cuius imitationem debemus lacrymari pro peccatis noſtris, et pro peccatis aliorum, et pro miſerijs, quæ ſunt in mundo. Vt enim ait Chryſoſtomus: Lacrymæ ſunt ab igne ſpirituali, et nihil unit Deo, vt lacrymæ, illas beatificat Deus, illæ lætitiam aſſumunt continuam, et purgant a peccatis, ſicut cælum a pluuia, et illis peccatorum deſtruuntur tenebræ. Et ibi bene de hoc. In Pſalmo: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Ibi Auguſtinus in originali. Lacrymis lauatur voluptas, et eis impetratur miſericordia. In Pſalmo: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte. Et ſequitur iteratio fremitus cum concomitantibus, ibi: *Ieſus fremens iterum*, ſcilicet volens, vt expoſitum eſt, ſiue increpans paſſionem, et refrenans, vt ait Chryſoſtomus: *Venit ad monumentum*. Et in hoc deſcriptio loci. Erat enim ſpelunca, quæ omnia narrantur, vt mortis veritas, et ſepultura denotetur. Et ait: *Tollite lapidem*. Quærit Chryſoſtomus, ad quid hoc præcepit? qui enim corpus mortuum erat reſuſcitaturus, poterat lapidem tollere: Ergo non oportuit hoc præcipere. Et ad iſtud reſpondet, quòd ſic præcepit, vt haberet illos teſtes miraculi, vt non æſtimarent eſſe phantaſma: *Dicit Martha: Domine iam fœtet*. Sed quæritur, qualiter hoc ait? ex quo ſupra dixit Chriſto: *Quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus*. Et ad iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd nihil nouerat eorum, quæ dixit Chriſtus, ſcilicet de reſurrectione fratris: et ideo vt impoſſibile propter tempus hoc ait: erat enim extraneum, quatriduanum et corruptum ſuſcitare mortuum. Et ideo Ieſus increpans eam, vt non reminiſcentem, quę dixerat, ait: *Nonne dixi tibi: ſi crediderís, videbis gloriam Dei?* ſcilicet in ſuſcitatione mortui, ſicut ait ſupra diſcipulis: *Hæc infirmitas non eſt ad mortem, ſed ad gloriam Dei*. Nam in operatione miraculorum gloria Dei manifeſtatur ob operum arduitatem, ſupra: Vt manifeſtentur opera Dei in illo. Et nota quòd ait: *Chriſtus fremens venit ad monumentum*, vt patet ex Auguſtino: Iſte fremitus Saluatoris ſignificat fremitum indignationis, quo debet homo indignari contra peccata ſua, et in ſe conturbari, et amaricari, et ſic venire ad monumentum, quod eſt locus, in quo ſepeliuntur mortui, ideſt, ad recogitationem, et rememorationem ſuorum peccatorum: Recogitabo tibi omnes annos meos. Vnde ibidem dicitur, quòd conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem, et fleuit. Per parietem collectio ſenſuum, aggregatio peccatorũ: Abij amarus in indignatione ſpiritus mei. Ibi Gregorius: qualiter Spiritus ſanctus cor amarum in indignatione contra peccata ſua, reprehendit ſe de cogitationibus, inſequitur de verbis, punit flendo de factis: In multa ſapientia, multa indignatio: quia quanto plus proficimus in cognitione, tanto magis nobis indignamur de peruerſa operatione. Et ibi bene de hoc. Vel per fremitum Saluatoris ſignatur ſua ſapientia, et ſcientia de peccatis hominum, et indignatione: Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius. Quod exponit Gregorius de Chriſto, et de notitia eius, ſuper illud Iob: Gloria narium eius terror: Per ſpeluncam autem ſignatur anima in peccato perſeuerans, et peccata in ſe congregans: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis ſpeluncam latronum. Super quod Gregorius ibi: Domus Dei eſt ipſa mens, atque conſcientia fidelium, quæ in læſione proximi peruerſas cogitationes profert, quaſi in ſpelunca latrones reſident. Et ibi bene de hoc. Spelunca enim eſt tenebroſitate obſcura, feritate ſordida, algore frigida, beſtijs, et inſidiantibus inhabitata. Et ideo ſignat animam peccatricem in peccatis manentem. Vnde eſt ſpelunca doloſæ malignitatis: de qua dictum eſt in Pſalmo: Inſidiatur quaſi leo in ſpelunca. Et eſt ſpelunca libidinoſæ voluptatis, in figura: Aperite ſpeluncam, et adducite ad me quinque Reges, ideſt, libidines quinque ſenſus principantes in anima voluptuoſa. Et eſt ſpelunca impiæ rapacitatis: Impleuit præda ſpeluncas ſuas, et cubile ſuum rapina. Et eſt ſpelunca iniuſtæ vſurpationis: ſicut quando fures, et latrones non intrantes per oſtium, quod eſt Chriſtus, vſurpant ſibi dignitates in Eccleſia: Numquid ſpelunca latronum facta eſt domus iſta? *et cetera*. Super ſpeluncam autem lapis ſuperponitur, quando talis anima praua conſuetudine opprimitur: Lapſa eſt in lacum vita mea, poſuerunt lapidem ſuper me. Quod exponit Gregorius

Qualiter Chriſtus lacrymatus eſt.

Chryſ. ibid. paulo poſt. *Iſai. 42. a* *Prou. 10. d* *Aug. de Ciuit. Dei. li. 9. c. 4. ante med. to. 5.* *Id. tract. 49. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* *Mat. 26. c* *2. Theſ. 4. c* *Chryſ. hom. 62. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 49. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* *Thren. 2. f* *Chryſoſt. in Mat. ho. 6. poſt mediũ. tom. 2.* *2. Cor. 2. b* *Chryſoſt. in Mat. ho. 6. poſt mediũ. tom. 2.* *Pſal. 6. b* *Pſal. 41. b* *Chryſ. hom. 62. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Ibid. poſt multa.* *Ibid. poſt.* *Luc. 19. g* *Greg. in Euãg. ho. 39. circa med.* *Pſal. 9. c.* *Ioſue 10. d* *Num. 2. b* *Hiere. 7. d* *Iſa. 38. c* *Ezec. 3. d* *Greg. in Ezech. lib. 1. ho. 10. poſt med.* *Eccl. 1. d* *Iſai. 2. d* *Greg. Mor. li. 31. c. 12. poſt med.* *Iob 39. c* *Thren. 3. f*

Digitized by Google

Greg. Mor. li. 26. c. 24. ante med. rius bene, ſuper illud Iob: Saluabit te de ore anguſto. Lapis, inquit, ſuperponitur, cum dura conſuetudine mens in peccato demoratur. Et ibi bene de hoc.

Iob 36. d Ideo orat Propheta: Neque vrgeat ſuper me puteus

Pſal. 68. d os ſuum. De eo vero, quod ſequitur: *Quatriduanus eſt.* Et de quattuor diebus peccati, et de fœtore, in collatione prædicabili. Et ſequitur vltimum præambulum miraculi: *Ieſus autem eleuatis oculis, dixit: Gratias ago*, vt enim ait Chryſoſtomus, de ſe humilia loquitur. Non enim ad dignitatem ſuam reſpicit, ſed ad ſalutem noſtram. Et quòd poſſet nos attrahere, propterea excelſa quidem, et pauca, et ipſa occulta: humilia vero, et multa dixit de ſe. Et ideo eleuauit oculos, et gratias dedit, vt oſtenderet ſe non eſſe contrarium patri, et vt amplius crederent, ſupra: *Cum gratias egiſſet*, et cetera. Ideo ſequitur: *Quoniam audiſti me*, et cetera: *Et ſemper me audis*, quia omnia dedit in

Chryſ. hom. 63. in Ioã. ante med. tom. 3.

Ioan. 6. b

Ioan. 3. c manu filij, ſupra: *Sed propter populum, vt credant, quoniam me miſiſti*, ſupra: Miſit filium in mundum. Et

Ibidem.

Ioan. 8. d ſupra: Qui miſit me, non reliquit me, *et cetera*. Sed

Ioan. 10. b quæritur, ex quo ſupra ait: Ego et pater vnum ſumus. Videtur hic dare occaſionem populo non credendi ipſum eſſe vnum cum patre. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Chryſoſtomum, quòd vtraque de ſe dixit, aliquando alta, aliquando humilia, vt crederẽt de ipſo, quòd eſſet filius Dei æternus, et homo verus. Et ideo ait hic: *Gratias ago*, et cetera: *Propter populum, vt credant*, et cetera. Et patet hic exemplum eleuandi cordis oculos ad Deum, antequam ardua aggrediantur, et quando opera incipiuntur: Omnia in

Chryſ. hom. 63. in Ioã. circa med. tom. 3.

1. Cor. 10. d

Pſal. 120. a gloriam Dei facite: Leuaui oculos meos in montes, ait Propheta, ideſt, in altitudines diuinarum miſerationum, *et cetera*. Et ſequitur illa pars, in qua de ipſo miraculo: *Hæc cum dixiſſet*. Et ibi tria. Primo, ipſa reſuſcitatio. Secundo, deligationis reſuſcitati præceptio, ibi: *Dixit eis Ieſus*. Tertio, aſſiſtentium credulitas, ſiue imitatio: *Multi ergo ex Iudæis*. Ait ergo: *Clamauit voce magna: Lazare veni foras*. Et in hoc ipſum miraculum, ſiue mortui reſuſcitatio, virtute

Eccl. 8. a ſui verbi: Sermo enim eius poteſtate plenus eſt. Sed quæritur, ex quo ſupra gratias egit patri, eo quòd audiuit eum: quare non ait hic: In nomine patris veni foras. Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd oratio Chriſti fuit ſupra propter imbecilles, et imperfectiores, vt crederent, quòd eſſet vna voluntas ipſius, et patris. Hic autem per res, ideſt, miraculum auctoritatem oſtendit. Et hoc fuit ſuæ ſapientiæ, per verba quidem condeſcenſionem: per res vero poteſtatem oſtendere. Hæc ille. Vt ergo oſtenderet ſe

Ioan. 11. f eſſe verum hominem, gratias egit: vt oſtẽderet ſe eſſe verum Deum, ait: *Veni foras*, ſua poteſtate, ſicut promiſerat, ſupra: Venit hora, quando omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei: *Et ſtatim prodijt ligatus inſtitis*, ideſt, vittis. Inſtita dicitur vitta, quaſi latum cingulum quo pueri ligantur, *et cet.* vt enim ait Gloſſa: Sicut potentia Dei fuit, quòd ſurgit: ita fuit, quòd ſic prodit, *et cetera*. Vnde

Inſtita.

Chryſ. ibid. poſt mediũ. Chryſoſtomus: Vide opus teſtans eius auctoritatem: exiuit enim Lazarus compeditus. Et ſequitur præceptio deligationis, ibi: *Soluite eum, et ſinite abire*. Quæritur, cum eſſet euidentius miraculum, ſi deligatus omnino prodiſſet, quare non ſic fecit Dominus? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd vt non putaretur phantaſia eſſe res, iuſſit eum ſoluere, vt tangentes, et prope eum facti videant: quoniam ille vere eſſet, ſcilicet Lazarus, et ait: *Sinite abire*, vt videant, quòd non ad gloriationem fecit: non autem ait: ſinite mecum ambulare, vt monſtretur, *et cetera*. Secundum Auguſtinum: Mortuus ſub lapide, ſignat hominem reum ſub lege, quæ non potuit iuſtificare. Remotio lapidis ſignat amotionem ponderis legis per gratiam, et libertatem ſpiritus: Vbi ſpiritus, ibi libertas. Quòd enim Ieſus lacrymatus eſt, et quòd voce magna clamauit, ſignat quàm difficile ſurgit, quem moles malæ conſuetudinis premit. Quod autem proceſſit ligatus: ſignat, quòd quando contemnis, mortuus iaces: quando confiteris, procedis, adhuc tamen reus. Ideo vt ſoluerentur peccata dixit Deus miniſtris: *Soluite eum*. Hæc Auguſtinus: Vnde patet ex dictis, quòd mortuus Lazarus ſignat peccatorem mortuum, cuius manus, et pedes ſunt ligati, vt dicitur hic. Eſt enim peccator ligatus vinculis, prout ait Propheta: Funes peccatorum circumplexi ſunt me: Funibus peccatorum quiſque conſtringitur. Vnde eſt ligatio multiplex. Vna eſt vinculis culpæ, quæ ſignatur hic. Alia eſt vinculis pœnæ: Ligatis manibus et pedibus. Super quod ibi Gregorius: Tunc ligat pœna, quos modo a bonis operibus ligauit culpa. Pedes enim, qui viſitare ægrum negligunt, manus, quæ nihil indigentibus tribuunt, ligatæ ſunt, *et cetera*. Item eſt ligatio vinculis concupiſcentiæ mortalis corruptionis: Et quoniam vincti pariter ſine moleſtia. Ibi Gregorius: De vinculis mortalis corruptionis: Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam. Et ibi Gregorius multum de hoc: Qui dimiſit onagrum liberum, et vincula eius quis ſoluit? Ibi Gregorius bene de hoc: Data ſunt ſuper vincula, et ligabunt te. Ibi Gregorius de hoc bene. Peccata ergo ligant manus ne bona faciant, et ligant pedes, ideſt, affectus, ne bene velint. Et ſudarium cooperit faciem, et oculos ne recte videant. Et ideo peccator ligatus eſt mortuus. Vnde Chryſoſtomus: Peccatores ligantur ebrietate in capite, quæ ſenſus ligat: auaritia in manibus, quæ non permittit eas extendere: ſolicitudinibus in pedibus, *et cetera*. Et talis viuificatur gratia diuina in contritione, procedit manifeſtans ſe in confeſſione, ſoluitur a miniſtris in ſatisfactionis ſuſceptione, quibus data eſt poteſtas clauium. Infra: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Ideo ait Dominus leproſo mundato: Oſtende te ſacerdoti. Et ſequitur tertium, ſcilicet credulitas aſſiſtentium, ſiue imitatio, ibi: *Multi ergo ex Iudæis crediderunt*, præ miraculi magnitudine: *Quidam vero abierunt ad Phariſæos*, ſiue annunciando, vt crederent: ſiue potius prodendo, vt ſæuirent, ſecundum Auguſtinum. Et ſequitur illa pars principalis, in qua Iudæorum doloſa machinatio de apprehendendo filio Dei, et occidendo, ibi: *Collegerunt ergo Pontifices*. Vnde quidam diuidunt iſtam partem contra totam ſeriem præteritam a ſecundo capitulo, vſque huc. Nam hic, et conſequenter narrantur præambula ad paſſionem, et concomitantia, et ipſa paſſio. Et ſecundum hoc, hæc pars in duas partes. Primo narrantur antecedentia, et præambula paſſionem. Secundo, narrantur concomitantia, ibi: *Hæc cum dixiſſet, egreſſus eſt*. Prima in duas. Primo, narratur Iudæorum maligna machinatio. Secundo, narratur aduentus Domini in Bethaniam, qui erat locus vicinus loco paſſionis, et deſcribitur eius progreſſus ad ipſum locum paſſionis, infra: Ieſus ergo ante ſex dies Paſchæ. Prima in tres. Primo, narratur Iudæorum conſpiratio. Secundo, filij Dei diſceſſio ab eis, ibi: *Ab illo ergo die*. Tertio, eorum conuentio in Ieruſalem ad inſinuandum filio Dei, ibi: *Proximum erat Paſcha*. Ait ergo: *Collegerunt Pontifices*, et cetera. Vt enim clamat Chryſoſtomus: O inſania! qui in aliorum corporibus mortem ſuperauit, morti tradere æſtimabant: *Hic homo*, vt enim ait Chryſoſtomus: Hominem adhuc vocant, qui tantam ſuſceperant eius diuinitatis demonſtrationem, et ideo adorare oportebat, et non æſtimare hominem, *et cetera*, ſupra proximo: Operibus credite: *Venient Romani*, et cetera. Vt ait Auguſtinus: Temporalia perdere timuerunt, et vitam æternam non cogitauerunt, et ſic vtrumque amiſerunt. Nam et Romani, et locum, et gentem deſtruxerunt, ſicut prædixerat Dominus: *Videns ciuitatem fleuit ſuper eam*. Et ſequitur: Proſternent te, et filios tuos, qui in te ſunt. Et ſubditur conſilij confirmatio: *Vnus autem ex ipſis Caiphas*

Ioan. 18. a

Ioan. 13. a

Chryſ. hom. 63. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3. Ibidem.

Ioan. 10.

Aug. tract. 49. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.

Luc. 19. g

Digitized by Google

Caiphas nomine, et cetera. Ait: *Expedit, vt vnus moriatur*, vt ait Auguſtinus: Hic docemur per homines malos prophetiæ ſpiritu futura prædicere, quod tamen euangeliſta diuino tribuit ſacramento. Vnde ſequitur: *Hoc autem a ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet Pontifex*, et cetera. Sed quæritur, qualiter ait: *Pontifex anni illius*, cum Deus conſtituerit vnum bonum ſummum Sacerdotem, quo mortuo alius debebat ſuccedere, et poſt. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus, quòd per ambitiones, et contentiones poſtea conſtitutum erat, vt plures eſſent, vt per annos ſingulos vicibus ſuis miniſtrarent, vt patet de Zacharia. Item quæritur, qualiter ait Caiphas: *Non tantum pro gente, ſed vt filios Dei congregaret*, cum ad ipſum ſpectaret tãtum cogitare de gente Iudæorum. Et ad hoc reſpondet Auguſtinus, quòd Caiphas tantum ait de gente, in qua erant oues, de quibus Dominus: Non ſum miſſus, niſi ad oues. Sed tunc obijcitur, quòd nondum crediderant, et ita non erant oues Dei. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus, quòd hæc dicta ſunt ſecũdum prædeſtinationem: licet enim nondum crediderant: erant tamen credituri, qui erant prædeſtinati. Sed quæritur, qualiter per Caipham, qui erat malignus, fuit prophetatum tantum bonum. Deus enim, qui eſt lux, in tenebris non lucet, et ita non illuminat per malos. Item vt ait Dionyſius: Diuina bonitas in ſumma, et ab illis in media, et a medijs in infima deſcendit: Ergo prophetia vel illuminatio debet deſcendere per malos ad ipſos electos Dei. Cum ergo quæritur, an Caiphas peccauit hoc dicendo: videtur quòd non, quia non dixit hoc a ſemetipſo, vt dicitur in littera. Item hoc dixit, cum eſſet Pontifex illius anni, quod tribuit euangeliſta ſacramento, vt Auguſtinus: Ergo vt prius. Ad contrarium videtur, quia illud dixit, intendens mortem Chriſti. Sed intenſio imponit nomen operi, ſiue affectus, vt dicitur de ſpiritu, et anima: Ergo peccauit. Et ad iſtud reſpondendum, ſicut reſpondet Gregorius in principio, loquens de aſina Balaam, de qua: Sic irrationale animal, inquit, rationis verba edidit, nec tamen ad permutationem naturæ rationalis acceſſit. Ita ſæpe quilibet indignus ſancta verba per prophetiæ ſpiritum accipit, ſed tamen ad promerendam ſanctitatis gloriam non pertingit, vt et ſe ſupra ſe loquendo emineat, et infra ſe viuendo torpeſcat. Hæc ille. Non ergo mirum ſi Deus, qui per os aſinæ uerba protulit, per malos futura reuelat, prout ait Auguſtinus bene de hoc. Et de hoc ſimiliter Auguſtinus, quòd in eo, ſcilicet Caipha, egit propheticum chriſma, vt prophetaret: hoc autem vita impia, vt neſciens prophetaret. Similiter Balaam cum eſſet malus prophetauit: Dixit auditor ſermonem Dei, iſte autem neſciuit. Ad aliud reſpondetur magiſtraliter, quòd huius ſermonis, ſcilicet: *Expedit, vt vnus moriatur pro populo*, duplex erat intellectus: vnus ſcilicet procedens ex peruerſa intentione illius, et ille fuit carnalis: alius vero intellectus finalis ex diuina reuelatione, et ille fuit ſpiritualis. Vnde Spiritus ſanctus non fuit vſus voluntate illius, quæ erat mala, ſed locutione. Sicut ſpiritus formauit verba, vel angelus per linguam aſinæ. Et ſic Caiphas peccauit ex peruerſa voluntate, et praua intentione: licet ex ſacramento, quia fuit Pontifex, vt ait Auguſtinus, hoc protulerit. Ex his patet, quòd Deus reuelet prælatis maxime bonis, prout ait Chryſoſtomus: Vides, inquit, quanta pontificalis poteſtatis vir tus: etſi enim indignus exiſtens re, ideſt, pontificatu, prophetauit, neſciens quid dicebat: et ore ſcilicet illius ſolum vſa eſt gratia, contaminatum autem cor non tetigit. Multi denique alij futura prædixerunt indigni exiſtentes. Et ibi bene de hoc, et multum. Vnde et gentiles dixerunt: ſomnia regum eſſe veriora, prout recitat Macrobius: ponens exemplum de Agamemnone recitante ſomnium ſuum ipſis Græcis euntibus ad bellum Troianum, et eos confortante,

Aug. ibid. paulo poſt.
Leuit. 8. c
Aug. ibid. poſt pauca.
Luc. 1. b
Aug. ibid. prope finẽ.
Mat. 15. c
Aug. ibid.
Dionyſ. de diuin. nomi mibus. 4.
Aug. tract. 49. in Ioã. prope finẽ. tom. 9.
Greg. Mor. lib. 27. c. 1. ante med.
Num. 22. d
Aug. de mi rab. Sacr. ſcript. li. 2. c. 34. to. 3.
Aug. cõtra Fauſtũ. lib. 16. cap. 23. tom. 6.
Num. 24. a
Num. 22. f
Aug. tract. 49. in Ioan. prope finẽ. tom. 3.
Chryſ. hom. 64. in Ioan. ante med. tom. 3.
Macrob. de ſomn. Scip. li 1. cap. 3. poſt mediũ.

A dixerunt, ſomnia regia eſſe veriora. Et patet hic, quòd Pontifices, et maiores amplius Chriſtum impugnabant, ne amitterent principatum in plebes, quem amabant: ſicut improbrat eis Dominus: Amãt primos accubitus in cenis. Et quia diligebant temporales dignitates ſupra diuinum honorem, et ſupra Deum: ideo merito amiſerunt, et fuerunt deſtructi a Romanis, ſcilicet a Tito, et a Veſpaſiano quadrageſimo ſecundo anno poſt paſſionem Domini. De hoc vero, quod ait: *Expedit, vt vnus moriatur*, in prędicabili collatione. Et ſequitur ſecunda pars, in qua Saluatoris diſceſſio ab eis: *Ieſus ergo non palam*, et cet.
B Sed quæritur, quare hoc, cum poſſet eſſe cum eis, et non teneri, ſicut ſupra proximo. Et ad hoc reſpondet Auguſtinus, quòd in hominis infirmitate viuendi exemplum diſcipulis demonſtrauit: in quo apparet non eſſe peccatum, ſi fideles aliquando oculis perſequentium ſe ſubtraherent: *Sed abÿt in regionem*, et cet. Et in hoc figuratur tranſitus Chriſti ad gentes, vt habitum eſt ſupra: *Et ibi morabatur cum diſcipulis ſuis*, vt enim ait Chryſoſtomus: Humane ſeipſum ſaluat, ideſt, humanitatem oſtendens. Vnde nullus eſt ſecutus eum, ſcilicet præter diſcipulos: quando enim omnes lætantur, et feſtum celebrant, tunc diſcipuli
C ſunt in periculis, ſcilicet cum Chriſto. Ideo ait eis: Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et patet myſterium: Ephrem interpretatur fructificatio: et ſignat populum gẽtilem, qui protulit multos fructus bonorum operum, ad quem tranſiuit Ieſus, relictis Iudæis propter eorum perfidiam, ait Paulus: Ecce conuertimur ad gentes: Sterilis peperit plurimos. Vel poteſt ſignare animam ſanctam, et fructiferam, in qua habitat Chriſtus cum diſcipulis, ideſt, virtutibus diſciplinantibus. Supra: Venit Ieſus, et diſcipuli in Iudæam, et ibi demorabatur. Et de hoc ibi. Et ſequitur tertia particula, in
D qua eorum conuentio ad inſidiandum Domino: *Proximum autem erat Paſcha*, in quo conſueuit Dominus aſcendere Hieroſolymam iuxta præceptum legis, de aſcendendo illuc in tribus ſolemnitatibus: *Et aſcenderunt multi*, et cetera: *Vt ſanctificarent ſe ipſos*, vt ait Chryſoſtomus: Mirabilis purificatio cum contaminata optione, ideſt, voluntate, cum homicida mente, cum ſanginolentis manibus, *et cet.* Idem Auguſtinus: Cruentum paſcha ſanguine Domini voluerunt Iudæi habere: illo enim die debuit agnus immolari. Sed illa celebratio fuit vmbra futuri, prophetia Chriſti venturi, prophetia illo die paſſuri: vt tranſiret
E vmbra, et lux veniret: vt tranſiret ſignificatio, et veritas teneretur. Habebant Iudæi paſcha in vmbra, nos in luce: ait Auguſtinus: Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: *Quærebant ergo Ieſum*, ſed male ait Auguſtinus: Quærebant enim Ieſum, vt nec ipſi eum haberent, nec nos. Ideo in Pſalmo: Confundantur, qui quærunt animam meam. Sunt autem, qui quærunt bene, ſcilicet vt habeant. In Pſalmo: Non eſt, qui requireret animam meam. Et quòd male quærebant, patet: *Dederant enim Pontifices mandatum*, et cetera: *Vt apprehendant eum*, ſcilicet ad occidendum, ait Gloſa: Sed non ſapientia, non eſt conſilium contra Do-
F minum: ipſe enim conſilia prauorum diſſipat. Ideo vt ait Chryſoſtomus, deriſibiles facti effugit volentes eum interficere. Et apporiari facit, ideſt, anxiari, virtutis demonſtratione compungere eos volens. Et cũ ceperint, ut diſcant, quoniam non propriæ uirtutis fuit eum capi, ſed illius conceſſionis. Vnde quando ait eis: Ego ſum, uenientibus ad capiendum eum, in terram ceciderunt, infra: Patet ergo ex dictis eorum continua malignitas, et Saluatoris poteſtas, et deliberata uoluntas faciendi in die, et in loco, prout ipſe diſpoſuit: Ipſe enim habet poteſtatem ponendi animam ſuam.

Mat. 23. a
Aug. tract. 49. in Ioã. in fi. tom. 9.
Chryſ. hom. 64. in Ioan. ante med. tom. 3.
Luc. 22. c.
Ephré quid ſignificat.
Act. 13. g. 1. Reg. 2. a
Ioan. 3. b
Exo. 23. a
Chryſ. hom. 64. in Ioã. ante med. tom. 3.
Aug. tract. 50. in Ioã. non longe a prin. to. 9.
Exo. 12. b
Aug. ibid. poſt pauca.
2. Cor. 5. d
Pſal. 39. d.
Pſal. 141. b
Iob 5. b
Chryſ. hom. 64. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.
Ioan. 18. a
Ioan. 10. b

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DVODECIMVM.

Continuatio.

IESVS ergo ante sex dies Paschæ. Descripta eorum conspiratione, hic de progressu Saluatoris ad locum passionis. Et hoc in duas partes. Primo de progressu Saluatoris, et peruentione ad locum. Secundo, de cõsolatione discipulorum, et confortatione, ac eruditione. Infra proximo: Ante diem festum Paschæ, *et cet.* Istud vero capitulum in tres partes. Primo, de aduentu suo in Bethaniã, qui erat locus proximus ipsi Hierosolymæ: et de

Diuisio.

factis ibidẽ. Secundo, de aduentu eius Hierosolymã, et de modo adueniendi, ibi: *In crastinũ autem.* Tertio, de prædictione, siue prænunciatione passionis suæ, et exhortatione discipulorum, ibi: *Erant autem gentiles.* In prima quinque. Primo, aduentus Christi præmissio, et loci ad quem venit, et personarum descriptio. Secundo, Mariæ deuota veneratio, ibi: *Maria.* Tertio, discipuli oblocutoria murmuratio, ibi: *Dicit ergo vnus.* Quarto, Mariæ excusatio, ibi: *Dixit ergo Iesus.* Quinto, Iudęorum aduentus, et illius aduentus ratio, ibi: *Cognouit ergo turba.* Et hoc est, quod ait: *Iesus ergo ante sex dies Paschæ.* Et hoc conuenienter: vt enim ait Glossa: Sciens eos conspirasse, venit quasi agnus ad victimam. Et hæc omnia sunt facta mystice. Sex diebus omnia fecit. Et de hoc in Glossa: *Venit Bethaniam,* quæ interpretatur domus obedientiæ: vt ostenderet, quòd erat obediens patri: *Vbi fuerat Lazarus,* supra proximo. Et hoc vt Iudæi cõfunderentur, vt ait Glossa: *Fecerunt autem ei cenam.* Et de hoc specialius: Cum esset Bethanię in domo Simonis leprosi, venit mulier, *et cet.* Vnde Chrysostomus: Quidam aiunt quoniam in alia domo hoc factum est, et non in domo Lazari. Sed qualiter hoc? quia dicitur: Scitis, quia post biduũ Pascha fiet. Et sequitur: *Cum esset in Bethania, accessit ad eum mulier.* Et idem dicitur. Et ad istud respondendũ secundũ Augustinũ, quòd peractis, quæ narrata sunt, hic recapitulando cõmemorata sunt, cum sermo Domini narraretur ante biduũ Paschæ. Vnde hic veritas historiæ texitur, ibi vero recapitulando commemoratur factum, et obuiatio populi narratur. De cena vero, et vnctione ista: *Et Martha ministrabat,* suo more. Maria autem discipula erat, et ad ipsum solum Christum, scilicet circuminstituit honorẽ: Maria sedebat, *et cet. Lazarus vero,* et cet. Vt ait Chrysostomus, hoc fuit signum resurrectionis, scilicet post dies multos viuere, et manducare. Vnde manifestum est, quoniam in domo eius pulmentũ erat, ideſt, cena. Et de hoc Augustinus: Ne putarent phantasma esse: *Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus,* loquebatur, epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas cõfundebatur. Et patet hic mysteriũ: Bethania interpretatur domus obediẽtiæ, et signat animã humilem, et obedientẽ, ad quam venit Dominus, et cũ ea cenat: Si quis audierit vocẽ meam, et aperuerit ianuam, intrabo ad illũ, et cenabo cũ illo. In qua anima debet esse Martha, scilicet perfectio operationis. Vnde interpretatur, tributum eorũ. Et hoc est tributum, quod debet reddi Domino: Cui tributum, tributũ. Itẽ debet esse Maria, scilicet amaritudo contritionis: interpretatur enim, amarum mare: Magna velut mare contritio tua. Item debet esse Lazarus, qui interpretatur, adiutus a Domino, scilicet pietas miserationis: illius enim est adiuuare animas, et misereri, qui est a Deo adiutus: Nonne oportuit te misereri, sicut et ego tui misertus sum? *et cet.* Vel istæ tres personæ significant triplicem modum viuendi, vt habitũ est supra proximo. Et sequitur secundũ: *Maria ergo accepit libram,* in quo notatur mensura: *Vnguenti nardi,* ideſt, de foliis nardi, quæ est herba aromatica: *Pistici,* sic dicti a loco, prout ait Augustinus: *Pretiosi.* Et in hoc Domini honorabilitas a Maria. Marcus vero dicit: Nardi spicati: *Et vnxit pedes,* et cet. Et in hoc ef-

Ioan. 13. a
Diuisio.
Ioan. 13. a
Isai. 51. c
Bethania.
Philip. 2. d
Mar. 14. a
Chryſ. hom. 64. in Ioan. poſt medium. tom. 3.
Mat. 26. a
Mar. 14. a
Aug. de cõcor. Euang. lib. 2. c. 78. tom. 4.
Mat. 21. b
Mat. 26. a
Luc. 10. c
Ibidem.
Chryſ. hom. 64. in Ioã. poſt medium. tom. 3.
Aug. tract. 50. in Ioã. ante med. tom. 9.
Apoc. 3. d
Rom. 13. b
Maria.
Thren. 2. a
Lazarus.
Mat. 18. d
Aug. tract. 50. in Ioã. ante med. tom. 9.
Mar. 14. a

A fusa largitas: *Et domus impleta est odore.* Et in hoc patebat vnguẽti virtuositas. Sed qualiter ait hic, quòd vnxit pedes, et caput, cũ dicatur, quòd vnguentũ effudit super caput eius. Et ad istud respondendũ, quòd sicut patet ab Augustino: Sæpe quod vnus euangelista narrat secundum seriem historiæ: alius narrat per recapitulationem, vt dictũ est supra eodem: Sic quod vnus omittit, alius narrat, quia et pedes, et caput vnxit: prout hic narratur. Matthęus vero narrat, quòd effudit super caput, forte, quia pars principalior est. Mysteriũ huius patet ab Augustino: Per libram vnguenti iustitia, qua iustitia vnguntur pedes Domini, sectando ve-

B stigia eius: πίστις, interpretatur fides: Iustus ex fide viuit. Per capillos signantur temporalia, quę sunt ministranda pedibus Domini, ideſt, pauperibus. Et de hoc amplius in collatione prædicabili, infra. Et sequitur tertium, scilicet murmuratio discipuli, ibi: *Dixit ergo vnus ex discipulis eius: Iudas Iscariotes,* a loco sic dictus. Et in hoc notatur a Christo honorabilitas eius: *Qui erat eum traditurus.* Et in hoc notatur eius ingratitudo, et malignitas: *Quare hoc vnguentum,* et cet. Quæritur, sicut obijcit Chrysostomus, cum dicatur, quòd hoc videntes discipuli indignati sunt, qualiter ait hic,

C quòd Iudas tantum sic locutus est? Et ad hoc respondet, quòd et omnes, et ille locuti sunt: sed non eadem optione, ideſt, voluntate, quia Iudas magis maligna voluntate. Ideo sequitur: *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum.* Sed qualiter hoc, ex quo erat quasi dispensator, videtur quòd ad eum pertinebat. Et ad hoc est respondendum, quòd loquitur, quãtum ad affectum suum, quia non afficiebatur ad pauperes, non quantum ad officium: *Sed quia fur erat, et loculos habens,* et cetera. Et ex hoc patet, sicut ait Augustinus, quòd non tunc perijt, quando accepit pecuniam, vt traderet Dominum, sed iam fur erat, et sequebatur perditus Dominum non corde, sed corpore. Erat

D enim vnus ex eis diabolus, supra: *Et ipse portabat ea, quæ mittebantur,* scilicet ministerio, sed exportabat furto, ait Augustinus. Sed quæritur, qualiter hoc: Erat vnus ex discipulis habens loculos, ex quo prohibuit Dominus discipulis: Nolite portare sacculum, *et cet.* Et: Nolite possidere aurum, neque argentum. Ex quibus videtur, quòd non debuit Dominus sustinere, quòd discipuli portarent loculos: ipse enim non potuit habere, quod prohibuit. Sicut ait Hieronymus loquens de calciamentis. Et ad istud respondet Augustinus homilia dicta, quærens quare habuit loculos, cui angeli ministrabant, nisi quia Ecclesia ipsius locu-

E los habitura erat. Et Glossa hic: Loculos habet in sumptus pauperum, condescendẽs infirmis. Ob ergo exemplum Ecclesiæ, sic constituit Dominus: ipse enim fuit, quasi exemplar vitę omnium. Et ideo licet prohibuerit Apostolis possidere aurum, et portare sacculum, et peram: dispensatiue tamen permisit portare loculos, in quibus portabantur, quæ mittebantur, non quæ possidebantur. Vnde non ad suũ vsum, sed ad pauperum, et ad horum curam. Et de hac quæstione amplius infra proximo. De eadem patet a Hieronymo, vbi solui iussit didrachma, et pretium fuit in ore piscis. Et de hoc in Glossa: Simili-

F ter: Quando misi uos sine sacculo, *et cet.* Item quærit Chrysostomus, ut quid commisit loculos pauperum furi, et eum dispensare fecit? Et ad hoc respõdet, quòd ideo sic fecit, ut omnem occasionẽ, scilicet excusationis ei auferret, quia ex loculis habebat concupiscentiæ mitigationẽ. Et sic fuit patens, quòd propter solam nequitiam tradidit Dominum. Vel secundum Augustinum, et hoc fecit Dominus dãs exemplũ Ecclesiæ, fures cum patitur, toleret. Ideo fuit unus malus inter duodecim, ut nos malos toleremus, ne corpus Christi diuidatur. Et sequitur defensio mulieris, siue excusatio a Saluatore, ibi: *Sinite illam.* Quæritur, quare Dominus non corripuit Iudam, sic iniuste indignantem? Et ad hoc respõdet Chrysostomus,

Mat. 26. a
Aug. de cõcord. Euãg. lib. 2. c. 78. tom. 4.
Aug. tract. 50. in Ioã. ante med. tom. 9.
Abac. 2. a.
Capilli.
Iscariotes.
Chryſ. hom. 64. in Ioã. circa med. tom. 3.
Mat. 26. a
Aug. tract. 50. in Ioã. poſt medium. tom. 9.
Ioan. 12. a
Aug. ibid.
Mat. 10. b
Ibidem. b
Hieron. ad Euſtoch. ep. 22. ante med. to. 1.
Aug. tract. 50. in Ioã. poſt medium. tom. 9.
Hier. Cõm. in Mat. lib. 3. c. 17. prope fin. to. 6.
Mat. 17. d
Luc. 22. d
Chryſ. hom. 64. in Ioan. poſt medium. tom. 3.
Aug. tract. 50. in Ioã. poſt medium. tom. 9.
Chryſ. hom. 64. in Ioã. poſt medium. tom. 3.

Digitized by Google

quòd multa longanimitate conuertere eum volebat. Et cum hoc ſupra corripuit eum, quando ait: Vnus
Ioan. 6. g ex vobis diabolus eſt. Supra: Nec tamẽ molliuit eum redargutio: *Sinite*, inquit: *Illam, vt in die ſepulturæ meæ ſeruet illud*. Sed qualiter potuit hoc fieri, cũ dicatur,
Mat. 26. a quòd effudit vnguentum ſuper caput eius: Ergo non potuit ſeruari. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Gloſſam hic, quòd intelligendum eſt: ſinite, vt ſeruet illud, ideſt, partẽ illius, *et cet. Me autem non ſemper habebitis.*
Mat. 28. d Cum dicatur: Vobiſcũ ſum, vſque ad conſummationem ſæculi, qualiter ait hic: *Non ſemper me habebitis?* Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus dupliciter.
Aug. tract. 50. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9. Primo modo, quòd hic loquebatur ad Iudã, ſed vnus malus, corpus malorũ ſignat, ſicut vnus bonus corpus bonorũ, vt Petrus. Dicens ergo hic Iudæ, ſignificauit, quòd mali manentes mali, non erant eũ habituri. Vel aliter, quòd non erant eum habituri ſecum ſecundum naturam humanam aſſumptam, ſiue præſentiam carnis. Secundum tamen maieſtatem, prouidentiam, et
Mat. 28. d inuiſibilem gratiam ſemper impletur illud: Vobiſcũ ſum. Hæc ille. Et iſta verba erant ſufficientia mollire Iudam: et tamen nihil horum inſanientem fecit eum
Chryſ. hom. 64. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3. molliri, ait Chryſoſtomus: Ex dictis patet, quòd nullus debet gloriari de ſublimitate honoris, vel dignitatis, vel profeſſionis, niſi habeat vitã cõdecentẽ dignitati. Iudas enim fuit vnus ex diſcipulis Domini, et tamẽ
Luc. 10. g perditus, et damnatus: Nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciuntur: ſed in hoc gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Item patet ex dictis, quòd non debent gloriari aliqui de affluentia rerum temporaliũ, niſi fuerint boni. Iudæ enim furi, et latroni fue-
Iob 21. b runt commiſſi loculi. De talibus: Ducũt in bonis dies ſuos, et in puncto ad infernum deſcendunt. Itẽ patet hic exẽplum, quòd boni non ſunt contemnendi, licet ſit malus inter eos, dũ non faueant malitiæ illius. Vnde, et diſcipuli erant electi, licet Iudas malus eſſet inter eos. Item patet hic exemplum bonis tolerãdi ma-
Aug. tract. 50. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. los, prout ait Auguſtinus in fauendo eis, ſed longanimiter expectando, et patientia. Et ſequitur vltimum:
Ibid. verſ. fin. *Cognouit turba*, et cet. Vt ait Auguſtinus: Curioſitas eos adduxit, nõ charitas. Vnde ſequitur: *Venerunt non propter Ieſum, ſed vt Lazarum viderent*. Plus enim curabant videre reſuſcitatum, quàm credere reſuſcitanti. Et quia ſic veniebant propter Lazarum: *Cogitauerunt Principes eum occidere*, a quibus oriebatur tota malitia, quia multi ex turba credebant, ſed nõ ex principibus,
Ioan. 7. e ſupra. Et vt ait Auguſtinus, patet ſtulta eorum cogitatio, et cæca ſæuitia. Dominus, qui ſuſcitare potuit
Aug. ibid. prope finẽ. mortuum, nonne poſſet ſuſcitare occiſum? quaſi dicere: planũ eſt, quòd poſſet. Sed quæritur, qualiter non cogitabant interficere Dominum, qui dederant mandatum, vt apprehenderẽt eum, ſupra proximo? Et ad
Ioan. 11. g iſtud reſpondet Chryſoſtomus, quòd furorem eorum
Chryſ. hom. 65. in Ioã. ante med. tom. 3. extinxerat, ſedans eos receſſione, qua abijt in regionẽ, iuxta deſertum, ſupra proximo. Et patet eorum iugis
Ibidem. malignitas, et immitigabilis, nec documentis, nec miraculis, nec exemplis dimiſerũt perſequi Dominum, et miracula eius, et facta. Et ſequitur illa pars, in qua deſcriptio aduentus Saluatoris in Ieroſolymã: *In craſtinum vero*, et cet. Et ibi tria. Primo, narratur obuiatio populi ipſi Saluatori, et modus obuiationis. Secũdo, ſubditur deſcriptio modi, quo ipſe venit, ibi: *Et inuenit Ieſus aſellum*. Tertio, ſubiũgitur populi teſtimoniũ ipſi Saluatori, nec non et Phariſeorum murmuratio, ibi: *Teſtimonium ergo: In craſtinum autem*, ſcilicet die Dominica: *Turba multa*, et cet. *Cum audiſſent, quia Ieſus venit*, ideſt, in ueniendo erat: *Acceperunt ramos palmarum*, ad litterã, habentes occaſionẽ ex veteri Teſta-
2. Eſdr. 8. d mento: Afferte frõdes oliuę, et frondes ligni pulcher-
Mat. 11. b rimi, et ramos palmarũ: *Et proceſſerunt obuiam ei*, quo
Aug. tract. 51. in Ioan. non longe a prin. to. 9. proceſſum, ſiue proceſſionem ſignat: Proceſſio Eccleſiæ in ramis palmarum, in qua proceſſione, planius: *Et clamabant: Oſanna*. Vt ait Auguſtinus: Vox obſecrãtis eſt, magis affectum indicans, quàm rem aliquã: ſicut ſunt quædã interiectionẽs in Latina lingua, quas vel dolentes dicimus, vt heu: vel delectantes, vt nath. vel cũ admiramur, et dicimus. O rem nouam! *et cet.* Nec enim Græcus, nec Latinus interpretari potuit: ſicut et Racha, quæ eſt interiectio affectum indignantis oſtendens: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, ſi-
Mat. 21. a cut ipſe prædixerat, ſupra: Ego veni in nomine patris
Ioan. 5. g mei: *Rex Iſrael*. Credebant enim ad litteram ipſum eſſe regnaturum, ſcilicet tẽporaliter. Vbi de hac pro-
Mar. 11. d ceſſione clamabant: Benedictum, quòd venit regnũ patris noſtri Dauid. Sed quæritur, quid mouit eos ad iſta facienda, ex quo ſupra proximo dederant mãdatum Pontifices, vt apprehenderẽt eum, ſcilicet ad occidendum? Et ad hoc reſpondendum eſt, quòd illud mouebat eos exterius, ſcilicet miraculum de Lazari ſuſcitatione, et miraculi manifeſtatio, quòd viderant eum diſcumbentem, et manducantem. Vnde Chryſo-
Chryſ. hom. 65. in Ioã. ante med. tom. 3. ſtomus: Nullum ſignum ita euellebat eos, ideſt, attrahebat ad Chriſtum, vt quod Lazari, ſcilicet reſuſcitatio. Multitudo enim, quæ præibat, et ſequebatur, erat ſufficiens immittere eos, ideſt, principes in agoniam, ideſt, in timorem. Hæc ille. Ideo dicitur, quòd com-
Mat. 21. c mota eſt vniuerſa ciuitas, populi autem dicebant: Hic eſt Propheta: intus autẽ impellebat eos Spiritus Chriſti, volentis adimplere diſpenſationem ſuæ paſſionis:
Ibidem. c Hoc totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam, *et cet.* Sed quæritur, qualiter Saluator ſuſtinuit hanc obuiationem, et hunc honorem.
Ioan. 6. b Supra enim fugit honorem, quando volebant eum
Ioan. 8. f facere Regem, et ſupra ait: Gloriam meam non quæro: Ergo videtur, quòd non debuiſſet prædicta ſuſtinuiſſe. Et ad iſtud reſpondendum eſt, quòd iam aderat tempus paſſionis, et ideo ſe manifeſtabat, et obuiationem populi, et laudes ſuſtinuit, ob adimpletionem ſcripturarum, et prophetiarum, vt dictum eſt, et ob inductionem multorum ad fidem, quia mox erat paſſurus, et ex multitudine exhibiti honoris augebatur ignominia paſſionis. Item quæritur de contrarietate litteræ, quæ videtur, quia dicitur: Ite in caſtellũ,
Mat. 21. a quod contra vos eſt, *et cet.* et quòd ſedit ſuper aſinam, et pullum eius. Et ſimiliter hic dicitur, quòd ſedit ſu-
Zach. 9. b per aſellum, *et cet.* Et ad iſtud reſpondendũ eſt ſecundum Chryſoſtomum: quoniam vtraque facta ſunt, ſcilicet quòd ſedit ſuper aſinam, et pullum eius. Et pri-
Chryſ. hom. 65. in Ioã. ante med. tom. 3. mo ſuper aſinam, poſtquam ſoluta eſt: deinde dicentibus diſcipulis ſedit ſuper pullum. Et hoc fuit myſterium, quòd primo Chriſtus ſedit in Iudæa, et quaſi ſuper veterem ſynagogã: deinde ſuper eccleſiam conuerſam ex gentibus. Et quòd vnus euangeliſta omittit, alius narrat. Vnde Auguſtinus: Hic breuiter dictũ
Aug. tract. 51. in Ioã. ante med. tom. 9. eſt, apud alios euangeliſtas pleniſſime legitur, quẽadmodũ ſit factũ. Et de iſta obuiatione, et modo obuiationis Magiſter in hiſtorijs. Secundum Auguſtinũ vero, rami palmarum laudes erant ſignantes victoriam,
Ibid. non multum a princ. qua erat Dominus per mortẽ ſuperaturus, et trophæo crucis de diabolo mortis principe triũphaturus: Pa-
1. Coloſ. 2. c lam triumphans illos in ſemetipſo. Vnde notandum, quòd triplicẽ honorem Chriſto detulerũt in iſta ſerie in typum triplicis dignitatis, vel excellentiæ in Chriſto. In typum enim, et figurã maieſtatis, et omnipotentię acceperũt ramos palmarũ. Palma enim dicta, quia manus victricis ornatiua eſt. Eſt enim arbor inſignis
Iſid. Etym. lib. 17. c. 7. in princ. victoriæ procero ac decoro virgultu, vt ait Iſidorus: Sicut palma multiplicabo dies. Ibi Gregorius bene. Palma tarde proficit, ſed diu in viriditate ſuperſiſtit:
Iob 29. e inferius aſpera eſt, et aridis corticibus obuoluta, ſuperius viſu et fructibus pulchra, et in imis minori amplitudine exſurgit, ſuperius vero maioris eſt amplitudinis. Vnde Gregorius: Quæ tenuis ab imis proficit, va-
Greg. Mor. li. 19. c. 16. ante med. ſtior ad ſũma ſuccreſcit. Per palmã ergo ſignatur virtuoſitas potentię, et triũphus victorię: Statura tua aſſimilata eſt palmę. In Pſalmo: Iuſtus, vt palma florebit.
Ibid. paulo poſt. In typũ vero, et figurã ſuæ veritatis, et ſapientię, et ſuę dignitatis paſtoralis in regẽdo proceſſerunt obuiã ei,
Cant. 7. e quia

quia per ipsũ gratia, et veritas. Supra: Ipse enim libera uit eos de iugo legis, et de iugo omnis captiuitatis. Supra: Si filius liberauit vos, liberi estis. Et ipse erat verus pastor emittẽs oues, *et cet.* Supra: Vnde Glossa hic: Ecce oues veniunt ad pastorem, *et cet.* In mysteriũ vero, et figuram suæ misericordiæ, et beneficentiæ clamabant: Osanna, Osanna, vt ait Hieronymus: Hosiah, saluifica interpretatur: anna interiectio est deprecantis. Inde Osanna, saluifica obsecro: Ipse enim Saluator mundi, supra. Et in hoc professio suæ diuinitatis: Tu es Deus absc̃ditus, Deus Israel, Saluator, *et cet. Benedictus qui venit.* Et in hoc professio suæ humanitatis. Supra: Lux venit in mundum, *et cet.* Et de ista professione, Bernardus bene ait, quòd ramos cedunt de arboribus, qui exempla patrũ prædicant, vel excerpunt: sicut obedientiam Abraæ, castitatem Ioseph, et sic de alijs. Vestimenta prosternunt, qui eleemosynas largiũtur. Ad modum asini, super quem Christus sedit, exhibent se, qui obediũt Christo: quorum quilibet potest dicere: Factus sum vt iumentum apud te. Primi, sunt prælati. Secundi, sunt sæculares. Tertij, sunt religiosi. Et idem Bernardus, quòd processioni coniuncta est passio, vt discamus in nulla lætitia sæculari, ideſt, huius sęculi habere lætitiam: Extrema enim gaudij luctus occupat. Processus plausum, passio planctũ designat. Et ibi bene de ista processione, et de ordinibus, qui fuerunt in ea, et de illis, qui debent esse in processione spirituali. Et sequitur secunda particula, scilicet descriptio modi, quo Christus venit Hierosolymam: *Et inuenit Iesus asellum*, sicut dictum est ab Augustino. Breuiter dictum est hic, quod plenissime, quemadmodum sit factum, alij euangelistæ dixerunt: *Et sedit super eum.* Prius enim super asinam, deinde super pullũ, vt dictum est. Et hoc propter figuram, et mysterium, *Sicut scriptum est: Noli timere.* Littera enim ibi: Exulta satis filia Sion: *Ecce Rex tuus super pullum asinæ.* Vt enim ait Chrysostomus: Eorum Reges iniusti erãt, et auari. Ideo ait: nunc confide. Hic enim, ideſt, Christus, non talis, sed mitis, et mansuetus. Non enim exercitum trahens intrauit, sed asinum solum: ipse enim est Rex verus. Vnde Augustinus: Quid magnum fuit Regi sæculorum, et Regem fieri hominum? Et ibi bene de hoc. Et Glossa similiter: Rex nõ terreno amore, quod parum est, sed quia regit mentes: ipse enim est Rex regum. Secũdum Augustinũ: in illo populo erat filia Sion, quia in illis erãt oues, quæ vocem pastoris audiebant, et pro illis hoc dictum est. Per pullũ asinę, cui nullus hominum insedit, populus gentilis, qui legem Domini non fuscepit. Quia vt ait Gregorius, super illud: Quingentæ asinæ. Nomine asinorum significatur aliquando stultorum pigritia: Non arabis in boue, et asino, ideſt, fatuos cum sapientibus in prædicatione non sociabis. Item aliquando petulantium luxuria signatur: Quorum carnes sunt, vt carnes asinorum. Aliquando nomine asini signatur simplicitas gentilium: Cognouit asinus præsepe Domini sui. Et sic sumitur hic. De isto autẽ Rege in collatione prædicabili. Et licet prædicta essent prophetata de Christo: tamen hæc non cognouerunt discipuli, sed tunc: *Sed quando glorificatus est*, scilicet post resurrectionem, sicut supra: Soluite templum hoc. Et ideo ignorabant plura, quia illis nõ reuelauit, ait Chrysostomus: *Tunc enim recordati sunt*, spiritu reuelante: *Et hæc fecerunt ei.* Et nõ alia, quàm quæ scripta sunt, ait Augustinus, vbi supra: Et patet hic ignorantia discipulorum ante reuelationem Spiritus, quam reuelationem promisit eis Saluator, infra: Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, *et cet.* Et sequitur testimonium turbæ de ipso Saluatore: *Testimonium perhibeat turba*, quæ viderat miraculum de Lazaro: *Et obuiam venit ei turba*, scilicet qui audierunt, *et cet.* Ex visu vero miraculi, et ex auditu venerunt obuiam Christo. Et licet ita turba testimonium perhiberet, tamen: *Pharisæi*, ex auaritia, et inuidia, et malitia: *Dixerunt*, et cet. *Ecce totus mundus post eum vadit.* Vt ait Augustinus: Turba turbauit turbã: quid inuides cæca turba? quia post eum it, ideſt, vadit, per quem factus est mundus: Hæc ille. Et vt ait Glossa: Hic prophetãt nescientes, post enim resurrectionem totus mundus credidit in eum, ideſt, multi de toto mundo: postquam in omnem terram exiuit sonus Apostolorum, sicut fuit promissum per Prophetam: Omnes isti congregati sunt, venerũt tibi: Multi ab oriente venient, *et cet.* Et sequitur illa pars, in qua de prædictione, siue reuelatione futuræ passionis, et implicita eruditione, et exhortatione discipulorum: *Erant autem quidam gentiles.* Et hæc pars in duas partes. Primo, narratur de aduentu gẽtilium, et de petitione. Secundo, de passionis reuelatione, ibi: *Respondit autem Iesus.* Et hoc est, quod ait: *Erant autem gentiles.* Ait ergo Glossa: De Iudæis erant, qui clamabant, modo gentiles quærunt: Christus enim fuit lapis angularis coniungens vtrumque populum, quasi duos parietes: Ecce mittam in fundamentis Sion lapidẽ. Hic enim factus est in caput anguli, ait Propheta: *Ex his qui ascenderant, et cet.* Alienigena qui venerit de terra longinqua, et adorauerit in loco isto, tu exaudies, *et cet.* Hi enim erant proselyti, ait Glossa: *Et accesserunt ad Philippum.* Et ideo forte ad illum accesserunt, quia erant de eadem patria, *et cet. Et ille dicit Andreæ*, qui prius crediderat, supra: Et in hoc humilitas Philippi: *Et dixerunt Iesu*, quia forte dubitabant, eo quòd dixerat Dominus: In viam gẽtium ne abieritis. sicut patet ex Chrysostomo. Vt enim ait idem Chrysostomus: Hi gentiles prope existẽtes venerant adorare, vt proselyti fiant. Dicuntur autẽ proselyti, qui ex gentibus Iudæi efficiebantur. Et patet hic discipulorum benignitas, quòd audierunt petitionem gentilium: et appetibilitas salutis eorum. Item patet honorabilitas eorum ad Magistrum, et discretionis veritas. Post autẽ deliberationem, et collationẽ de petitione gentilium, venerunt ad Iesum. Et patet hic exemplum cõmorantibus in societate magnatum, exponere eis petitiones pauperũ. Et sequitur illa pars, in qua de reuelatione passionis. Et illa pars in tres. Primo, de reuelatione passionis, et eius ratione. Secũdo, de testificatione clarificationis sequentis passionẽ, ibi: *Venit ergo vox.* Tertio, de dubitatione turbæ audientis, et eius eruditione, ibi: *Turba ergo.* Ait ergo: *Iesus autem respondit: Venit hora.* Vnde ibi adhuc tria. Primo, ipsa reuelatio passionis. Secũdo, eius ratio, ibi: *Amen dico vobis.* Tertio, ipsius oratio, siue supplicatio, ibi: *Nũc anima mea.* Ait ergo: *Venit hora, vt clarificetur.* Sed quæritur, qualiter hoc? quia modica fuit clarificatio ab his gentilibus. Et ad istud respondendũ secundũ Glossam, quòd hæc clarificatio non fuit de istis, sed occasione eorum annunciat plenitudinem gentiũ futurarum uẽturam ad fidem. Et quoniam altitudinẽ glorificationis oportuit vt præcederet humilitas passionis, sicut cõtinuat Augustinus: ideo sequitur, scilicet ratio passionis: *Nisi granum frumenti mortuũ fuerit.* Et ut ait Augustinus: Ipse fuit granũ mortificandum in infidelitate Iudæorũ, multiplicandum in fide populorum: Filius enim Dei erat granum purum, uiuidum, et uigorosum, et sapidum, et fructuosum: Quid bonũ, et quid pulchrũ, nisi frumentum, et uinũ germinans uirgines. Et istud granum, fuit mortuum in passione, et attulit multũ fructum, ideſt, multitudinem credentiũ. Sic: Si posuerit animã pro peccato, uidebit semen longęuũ. Et de hoc in collatione prædicabili. Et quia sic erat moriturus filius Dei, hortatur ad passionis suę sectanda uestigia: *Qui amat animam suam*, sicut continuat Augustinus, ideſt, qui amat animã suam, perdet: et ideo si cupis uitam tenere cũ Christo, noli timere mortem pro Christo. Et consimiliter, qui odit animã suã, scilicet in hoc mundo, amat, ut ait Augustinus: Mira sententia, quẽadmodum sit hominis in animã suã amor, ut pereat, odium ne pereat, *et cetera.* Sed quæritur, qualiter potest quis odire animam, cum dicatur: Nemo carnem

Ioan. 1. a *Ioan. 8. d* *Ioan. 10. c* *Hier. 145. ad Damas. post mediũ. tom. 3.* *Ioan. 4. a* *Isai. 45. c* *Ioan. 3. c* *Bern. ser. 1. in Dom. in ram. palm. uers. fin.* *Ibid. ser. 2. prope prin.* *Prou. 14. b* *Aug. tract. 51. in Ioã. ante mediũ tom. 9.* *Zach. 9. b* *Chrys. hom. 65. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 51. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Apoc. 19. c* *Aug. ibid. post pauca.* *Greg. Mor. li. 2. cap. 7. post mediũ.* *Iob 1. a* *Deut. 22. a* *Ezec. 23. c* *Isai. 1. a* *Ioan. 2. d* *Chrys. hom. 65. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 51. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Ioan. 16. e*

Aug. ibid. paulo post. *Isai. 60. a* *Mat. 8. b* *Isai. 28. d* *Psal. 117. c* *3. Reg. 8. a* *Chrys. hom. 65. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Mat. 10. a* *Chrys. ibid. paulo ante.* *Rom. 11. a* *Aug. tract. 51. in Ioan. circa med. tom. 9.* *Ibid. post pauca.* *Zach. 9. d* *Isai. 53. d* *Aug. tract. 51. in Ioã. circa med. tom. 9.* *Ibid. post pauca.* *Eph. 5. g*

Digitized by Google

ſuam odio habuit. Et ad iſtud reſpondendū eſt, quòd
Ioan.10. b anima dicitur aliquando pro vita naturali, ſupra: Poteſtatem habeo ponendi animam meam. Et infra:
Ioan.13. d Pono animam meam pro te. Aliquando vero ſumitur
Eccli.18. d anima pro vita concupiſcentiali: Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias tuas, in gaudium te venire faciet inimicis tuis. Aliquando vero ſumitur pro vita ſpirituali: Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Prout vero ſumitur ſecundo modo, ſic eſt odienda:
Luc. 14. e Qui non odit patrē, *et cet.* Et ſequitur: Adhuc, et ani-
Greg. in Euāg. ho.37. ante med. mam ſuam. Super illud Gregorius: Animam noſtram bene odimus, cum eius carnalibus deſiderijs non acquieſcimus: cum eius appetitū frangimus, eius voluptatibus reluctamur. Et ibi bene, et multum de hoc:
Mat. 10. d Saluam facere, perdet eā. Super illud Gregorius de
Greg. in Euāg. ho.32. hoc, per totū. Et Auguſtinus ſimiliter. Sed obijcitur, quòd non ſolum hic hortatur ad odiendā vitam concupiſcentialem, de qua dictū eſt: ſed ad odiendam, et ponendam animam, ideſt, vitā naturalem in morte pro Chriſto. Et ad iſtud reſpondendum eſt, quòd vita concupiſcentialis odienda eſt, mortificando ſuas concupiſcentias modo dicto. Anima vero, vt ſumitur pro vita naturali, non eſt odienda, nec morti exponenda ſimpliciter, ſed eſt ponēda in morte pro Chriſto. Vnde
Aug. tract. 51. in Ioā. poſt mediū. tom.9. de Auguſtinus: Cū talis articulus venerit, vt hæc conditio præponatur, aut faciendū eſſe contra Dei præceptum, aut ex hac vita emigrandum, ibi eligat Deo dilecto mori, quàm offenſo viuere. Ibiq. recitat errorē, et damnat eorum, qui ſeipſos occidunt. Et poſſet eſſe thema de vno martyre: *Qui odit animam ſuam.* Et inſinuantur tria. Quorum primū eſt vitæ concupiſcētialis animalitas, ibi: *Animam ſuam.* Secundum eſt eius debita mortificabilitas, ibi: *Perdit eam.* Tertiū eſt mortificationis fructuoſa vtilitas, ibi: *Inueniet eam.* Per animam vero vitæ concupiſcentialis, vt dictū eſt, quæ
Ber.ſer.30. in Cāt. poſt med. eſt perdenda, ideſt, mortificāda. Et de hoc Bernardus bene: *Qui perdiderit animam ſuam*, et cetera. De ani-
Act. 20. e ma ait Apoſtolus: Non facio animam meam pretioſiorem, quàm me. In hoc, quod ait: *Me*, mentem, rationemq. nominat. Per: *Animam*, hoc interius, quod carni animandæ accommodatum eſt. Et ſequitur: Si propriam deſeras voluntatē, ſi corporis voluptatibus perfectè renuncies, ſi carnem crucifigas, ſi membra mortifices, imitatorem Pauli te eſſe probabis. Et poſt: Animam enim perdet quis, ſeu ponendo, vt martyr, ſeu affligendo, vt pœnitens. Hæc ille. Et ibi multum de hoc. Huius autem mortificationis vtilitas eſt animam inuenire, quod eſt ſalutem æternam aſſequi: Si enim ſocij paſſionum fueritis, et conſolationum. Et
2.Cor.1. b ideo ſequitur: *Si quis mihi miniſtrat me ſequatur*, ſcilicet mecum mortem ſuſtinēdo: Chriſtus enim paſſus
1.Pet.2. d eſt nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Sed quo fructu, qua mercede, quo prēmio? ſicut quærit Auguſtinus. Ideo ſequitur: *Et vbi ego ſum, illic et miniſter meus erit.* Et hoc eſt magnum præmium, vt
Aug. tract. 51. in Ioan. poſt mediū. tom.9. ait Auguſtinus: Gratis ametur, et operis, quo miniſtratur illi pretium ſit, eſſe cum illo. Vbi enim bene erit ſine illo, aut male cū illo? Hæc ille: Et ſic ſemper cum Domino erimus. Et de hoc in collatione prædi-
1.Theſ.4. d cabili. Et ſequitur quaſi dictū prius exponendo, ſicut
Aug. ibid. Auguſtinus cōtinuat: *Si quis mihi miniſtrauerit*, ſcilicet ſic me ſequendo: *Honorificabit eum pater meus*, ſcilicet vt ſit cum filio eius. Quem enim maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quàm vt ſit ibi, vbi eſt vnicus: non æqualis factus diuinitati, ſed cōſociatus æternitati. Hæc ille: Gloria enim, et honore coronaſti eū,
Pſal. 8. b ait Propheta. Eſt enim honor falſus, ſiue fallibilis, qui non procedit ex virtute. Eſt enim honor in honorante, ait Sapiens: quia poteſt honorare, quos vult. Et
Ariſt. Eth. li.1. cap. 5. ante med. iſte eſt honor inanis, et breuis, et variabilis: Qui tribuit inſipienti honorem, *et cet.* Et iſte honor eſt noci-
Prou.26. b uus, ut ſæpe. Honoris enim magnitudo eſt additamētum pœnæ his, qui non diligunt manere, ideſt, uiuere ſecūdum honorē, ait Chryſoſtomus. Vt enim ait Ber-

A nardus: Qui non de amore venit honor, non honor
Eccl. 7. a eſt, ſed adulatio. Ideo: Noli quærere ab homine cathedram honoris. Item eſt honor humanus, ſiue natu
Pſal. 48. d ræ humanæ conditæ, de quo in Pſalmo: Homo cum
Auguſt. de in honore eſſet, nō intellexit, vt enim ait Auguſtinus:
Trin. li. 12. Honor hominis verus, eſt imago et ſimilitudo Dei:
c. 11. to. 3. dedecus, ſimilitudo pecoris: Ne des alienis honorem
Prou. 5. b tuum, *et cet.* Item eſt honor virtutis gratuitæ, imagi-
Eccl. 24. a nem deformatam reparantis: Flores mei fructus ho-
Sap. 8. b noris, et honeſtatis. Et Sapientia: Propter hanc habebo claritatem ad turbas, et honorē. Vt enim ait Chry-
B ſoſtomus: Nihil honorat, vt virtus. Item eſt honor glo
Heſter 6. d riæ magnificantis, de quo in figura: Hoc honore dignus eſt, quemcumque rex honorare voluerit. Et iſte honor eſt ſummus, tū a parte Dei patris honorantis, tum a parte filij, cum quo, et coram quo eſt ipſe honoratus: prout dicitur hic, et vt ait Auguſtinus prius:
Aug. tract. 51. in Ioā. poſt mediū. tom.9. quòd non eſt maior honor, quàm quod adoptatus ſit, vbi eſt vnicus. Eſt etiam ſummus, et delectabiliſſimus ex cōſcientia meritorum, propter quæ ſic honoratur. Miniſtrandum eſt ergo incunctanter Deo, qui ſic honorat miniſterium, ſiue miniſtrantem, tam excellenter, tam multipliciter, quàm perenniter. Et ſequitur illa pars, in qua Saluatoris oratio, ſiue ſupplicatio:
C *Nunc anima mea turbata eſt*, ſicut continuat Auguſtinus inquirens: Vnde turbata eſt anima tua Domine?
Aug. tract. 52. in Ioā. ante med. tom.9. Et reſpondet: Nos in ſe tranſtulit, nos in ſe ſuſcepit, caput noſtrum membrorum ſuorum ſuſcepit affectū: ſicut ſupra in ſuſcitatione Lazari dicitur: Turbauit ſemetipſum. Oportebat enim, vt mediator Dei et ho
Ioan.11. d minum, ſicut nos excitauit ad ſumma, ita nobis pateretur ad infima. Hęc ille. Et ideo ſequitur: *Quid dicam*, quem inuocem ſcilicet, patrem. Ideo ſequitur: *Pater ſaluifica me ex hac hora*, ſcilicet paſſionis. Et de hoc in Gloſſa: Pater ſi poſſibile eſt, trāſeat calix, *et cetera. Sed*
Mat.26. a *propterea veni in hanc horam*, quaſi diceret: hæc fuit ra-
D tio incarnationis, et diſpenſationis omnium præmiſſorum, vt per paſſionem tranſeam: Oportebat Chriſtum pati, et ſic intrare in gloriam ſuam: *Clarifica nomen tuum*, ſcilicet in paſſione, et reſurrectione, ait Au-
Luc.vlt. a *Aug. tract. 52. in Ioā. ante med. tom.9.* guſtinus: Me ſcilicet a mortuis celerrime ſuſcitando, ait Anſelmus. Sed quæritur, qualiter ait: *Anima mea turbata eſt*. Cum etiam ſententia ſapientum fuerit, non cadere paſſionem in animam ſapientis,
Aug. de Ciuit. Dei. li. 9. c.4. to.5. ſicut inſinuat Auguſtinus, et ſicut recitat: multo minus videtur, quòd anima Chriſti fuerit turbata. Item ſi anima ſua fuit turbata, videtur quòd in eo nō fuerit plenitudo gaudij. Et ad iſtud reſpondendum
Hugo de ſcto cram. ſcd. li. 2. p.2. c.6. eſt ſecundum Hugonem: vbi obijcit, quòd ſi anima Chriſti ante reſurrectionem, paſſiones, et dolores ſuſtinuit, beatitudo plena eſſe non potuit, ubi dolor, et pœna fuit. Et ad illud reſpondet, quòd anima illa ſecundum aliud carni vnita fuit, et ſecundum aliud diuinitati: in eo quod carni unita fuit, uita carnis fuit ipſa: in eo uero quod diuinitati unita fuit, uita eius diuinitas fuit. Hæc ille. Vnde eſt loquendum de turbatione inuoluntaria, et quæ eſt captionis obnubilatiua. Et talis turbatio non fuit in Chriſto. Et eſt alia turbatio volūtarie ſuſcepta, quę nō eſt rationis commotiua, ſed tantum eſt ſenſualitatis, ut natura eſt:
F et ſic potuit eſſe in Chriſto. Vnde Auguſtinus: Au-
Aug. tract. 52. in Ioā. ante med. tom.9. diſti uocem fortitudinis meæ, ſcilicet qui amat animā ſuam perdit eam. Audi in me uocem tuæ infirmitatis: uices ſuggero, ut curras, ſed transfero in me, quod trepidas. Hęc ille. Et loquitur in perſona filij
Chryſ. hom. 66. in Ioan. ante med. tom.3. Dei alloquentis hominem. Et de hoc Chryſoſtomus bene. Oſtendit ſcilicet Chriſtus, quòd in agonia ſit ipſe, tamen propter utilitatem ſcilicet noſtram non renuit. Oſtendit etiam naturam non uolentem mori, ſed præſenti adhærentem uitæ: per hoc etiam oſtendens, quoniam non extra humanas paſſiones erat. Et ne dicant, quoniam extra dolores humanos exiſtens facile de morte philoſophatur. Hæc enim diſpenſationis ſunt, non deitatis. Hæc ille. Ex dignatiua

gnatiua ergo ſua diſpenſatione, et in perſona generis humani. Et ad oſtentationem humanæ infirmitatis, et ad doctrinã noſtrę eruditionis, ait: *Nunc turbata eſt anima mea*, et cet. Vnde Chryſoſtomus: Erudiebat per hoc, quòd ſi quandoque in agone cõſtituti fuerimus, et formidine, non itaque reſiliamus a propoſitis, ſed dicamus: Pater glorificã nomen tuum. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Sed quæritur cum ſupra dixerit: Ego, et pater vnum ſumus, qualiter ait hic: *Pater ſaluifica me*, petens a patre ſalutem? Et ſupra: *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater*, quaſi non ipſe honorificaret. Itẽ ait: *Saluifica me ex hac hora*, ſcilicet paſſionis: et tamen non fuit ſaluatus, ſed mortuus. Et ſic nõ fuit in omnibus exauditus, vt videtur. Cuius contrarium ſupra: Sciebam, quòd ſemper me audis. Et ad primũ reſpondendum eſt ſecundum Chryſoſtomum, qui ait, quòd nondum decentẽ de eo opinionem habebant, ſed maiorem de patre. Ideo ſic ait, ſicut filijs Zebedæi ait: Non eſt meũ dare vobis, ſed quibus paratum eſt a patre meo, *et cet.* Ad aliud reſpondendum ſecundũ eundem, quòd Chriſtus nõ dicit: Eripe me ex hac hora, et nimirũ turbatione hoc cogente dico, ſcilicet, eripere me: contrarium dico: *Glorifica nomen tuum*, ſcilicet in paſſione mea. Hæc ille: quaſi diceret: Licet Chriſtus peteret voluntate naturali, quia diligit vitã: tamen voluntate rationis conformantis ſe diuinæ voluntati, volebat pati: prout ait planius: Pater tranſeat a me calix iſte: non tamen ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Vnde et ſicut fecit Deus pater clarificauit eum. Vnde ſequitur: *Venit vox de cælo: Et clarificaui.* Et hoc videtur, ſcilicet ante paſſionem. Ideo ait in præterito: *Et clarificaui*, vt ait Auguſtinus: ſcilicet, antequã mundus fieret, quia ipſum clarũ genuit, et etiam cũ de virgine natus eſt, et cũ ceteras virtutes operatus eſt, quas ibi enumerat Auguſtinus: *Et clarificabo*, ſcilicet cum reſurget a mortuis, et cum exaltabitur ſuper cælos Deus, et etiã cum regnat in cælis, clarificans ciuitatem cæleſtem: Claritas enim Dei illuminauit eam, et lucerna eius agnus erit. Infra: Clarifica me apud temetipſum claritate, quam habui antequam mundus fieret. Et hæc vox, quæ de cælo venit, fuit formata ab angelo, vt ait Gregorius, exponẽs iſtud. Et ſequitur illa pars, in qua eruditio populi de audita voce. Et illa pars in quatuor. Primo, illa vocis a turba exauditio, et turbæ dubitatio. Secundo, turbæ dubitãtis a Chriſto eruditio, ibi: *Reſpondit Ieſus.* Tertio, turbæ inquiſitio, ibi: *Reſpondit ei turba.* Quarto, eiuſdem turbæ a Chriſto exhortatio, et veritatis doctrinatio, ibi: *Dixit eis Ieſus.* Ait ergo: Turba, quæ ſtabat, ad litterã dubitauit de voce audita. Vnde minus eruditi de cæleſtibus dicebant: *Tonitruum factum eſſe.* Alij vero, magis eruditi, et illuminati: *Dicebant: quoniam angelus ei locutus eſt.* Et poteſt eſſe myſteriũ: Vox enim de cælo eſt prędicatio ſacræ ſcripturæ, quam quidam audientes timent, et illi audiũt quaſi tonitruum: Vox tonitrui eius exprobrauit terram. Quidã vero audiũt ex amore, quibus videtur quòd angelus locutus eſt. De talibus poſſet dici illud: Cum fieret vox ſupra firmamentum. Ibi Gregorius, quòd vox ſuper firmamentũ eſt vox angelorum: Angelus, qui loquebatur in me. Et ſequitur reſponſio Chriſti: *Reſpondit Ieſus: Nõ propter me venit hæc vox*, et c. Et in hoc oſtendit, nõ ſibi, qui iam ſciebat, ſed eis quibus iudicari oportebat, ait Auguſtinus. Vt enim ait Chryſoſtomus: Non aperta, et bene ſignificatiua erat vox, ſed cito ab eis euolauit: Formidantes autẽ, neque interrogabãt. Ideo ait: *Non propter me*, et cet. ſed vt ipſi ſcirent veritates, quas erat dicturus. Vnde ſequitur: *Nunc iudicium eſt mundi.* Et ad euidentiã litterę quęritur, qualiter ait: *Nunc eſt iudicium*, cum ſit futurũ: Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes, *et cet.* Et in Pſalmo: Cum accepero tempus iuſtitias iudicabo. Et: Videbunt filium hominis venientẽ cum virtute ma-

Chryſ. hom. 66. in Ioan. circa med. tom. 3. *2. Par. 20. c* *Ioan. 10. d* *Ioan. 11. f* *Mat. 20. c* *Mat. 26. d* *Aug. tract. 52. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Apoc. 21. g* *Ioan. 17. a* *Greg. Mor. lib. 28. c. 2. ante med.* *Eccl. 43. b* *Ezec. 1. f* *Gregor. in Ezec. lib. 1. hom. 8. ante med.* *Zach. 1. c* *Aug. tract. 52. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Mat. 19. d* *Pſal. 74. a* *Mat. 24. c*

gna. Et ad iſtud reſpondendũ ſecundum Auguſtinũ, quòd eſt duplex iudiciũ, ſcilicet diſcretionis, de quo loquitur hic, et damnationis, quod erit futurum ipſis incredulis: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras*, quæritur, qualiter diabolus ſit princeps mundi, cum mundus ſit factus per filium Dei? Item quomodo eijcitur princeps mundi. Videtur enim ex modo loquẽdi, quòd extra mundum. Item ex hoc videtur, quòd amplius non habitat in hoc mundo, et quòd non habeat poteſtatẽ impugnandi, ſicut prius. Item eadẽ eſt fides antiquorũ, et noſtra, vt patet ab Auguſtino: Si ergo per fidem eijcitur diabolus de cordibus, prius fuit eiectus de cordibus credentiũ. Et ad iſta reſpõdendũ ſecundũ Auguſtinũ, quòd diabolus poſſidebat genus humanum, et reos ſuppliciorũ tenebat chyrographo peccatorum, et ſui erant multi, non natura, ſed vitio, non quia creauit, aut genuit, ſed quia perſuaſit, et tenuit. Et quia ſciuit Dominus per ſuam paſſionem, et glorificationem multos populos credituros, in quorũ cordibus diabolus intus erat: cui quãdo ex fide renunciant, eijcitur foras. Hæc ille. Ideo ait, quòd prędictus princeps eijcietur foras. Et per hoc ad prima obiecta. Ad aliud reſpõdendum ſecundũ eundem, quòd aliud eſt intus regnare, aliud eſt forinſecus oppugnare. Licet ergo diabolus poſt paſſionem Chriſti oppugnet: propter quòd admonuit Apoſtolus: Accipite armaturam Dei: non tamen regnat in populorũ cordibus, ſicut prius. Et ſi aliquando quis vulneratur, adeſt qui ſanat, ait Auguſtinus: Si quis peccauerit, aduocatum habemus. Item mundus appellatur in magnis hominibus: ſicut domus appellatur, a quibus habitatur, ſecundum quod Dominus domus bona, vel mala. Princeps ergo mundi eſt malorũ, qui ſunt in mundo. Hæc Auguſtinus: Similiter de hoc Chryſoſtomus, quòd per mortem meam princeps mundi mittetur foras: et hoc, quia Chriſtum, in quo non erat peccatum, per ſuos, ſcilicet Iudam, et alios, interfecit. Et ideo ad huius manifeſtationẽ ſubdit: *Ego ſi exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum.* Et in hoc inſinuat genus mortis, ſcilicet in cruce, ſupra: Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita oportet exaltari filium hominis, *et cet. Significans, qua morte*, quia in cruce: *Moriturus eſſet.* Sed qualiter ait: *Omnia traham*, cum omnes non fuerunt tracti, nec crediderunt. Et ad iſtud reſpondendũ ſecundum Auguſtinum, quòd intelligendum eſt de omnibus, qui ſunt prædeſtinati ad ſalutẽ, ſiue de omnibus generibus hominum, et quantum ad ætates, et quantum ad gradus, et quantum ad profeſſiones, et alias differentias, uel opera intelligendum eſt, quantũ ad creaturæ integritatẽ, ſcilicet quoad animã, et corpus: Quia capillus de capite non peribit. Hæc Auguſtinus: Et patet hic uirtuoſa poteſtas paſſionis Ieſu Chriſti, quòd per eius paſſionem, et mortẽ, princeps mundi fuit uictus, et eiectus. Patet etiam ſapientiæ eius virtuoſitas, quòd vnde diabolus credebat vincere, victus eſt. Patet etiam iuſtitiæ æquitas: non enim potentia voluit vincere diabolum, ſed iuſtitia. Quia enim diabolus per ſatellites ſuos filiũ Dei, in quo non erat peccatum, inuaſit, iuſte amiſit, quos tenebat: Proponit contra me æquitatem. Ibi Gregorius multum de his, et de æquitate filij Dei in vincendo diabolum. Et: Prudentia tua percuſſit inimicum. Ibi in fine de hoc. Et: In hamo capiet eum. Ibi Gregorius: In hamo eſca oſtenditur, aculeus occultatur. In hamo ergo diabolus captus eſt, quia dum in Chriſto appetit eſcam corporis, transfixus eſt aculeo diuinitatis. Et ibi bene de hoc: *Si exaltatus fuero*, et cetera. Thema de paſſione, ſiue in feſto ſanctæ Crucis. Et inſinuantur tria. Primo, patiẽtis maieſtas, ibi: *Ego*, ſcilicet Deus, et homo. Ipſe enim eſt fortis, qui intrauit domũ fortis, et alligauit fortem, et diripuit vaſa. Secundo, figuratur generis paſſionis congrua qualitas, ibi: *Si exaltatus fuero.* Et hoc conuenienter ob triumphalis victoriæ de principibus aeris huius oſtenſionem: Palam

Aug. tract. 52. in Ioã. ante mediũ tom. 9. *Aug. ep. 49. ad Deogr. quæſt. 2. circa med. et Ibid. epiſt. 157. ad Optat. ante med. to. 2.* *Idem tract. 52. in Ioã. circa med. tom. 9.* *Eph. 6. e* *1. Ioan. 2. a* *Aug. ibid. poſt mediũ.* *Ioan. 3. b* *Aug. tract. 52. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* *Luc. 21. d* *Iob 23. b* *Greg. Mor. li. 16. c. 14. ante med.* *Iob 26. b* *Iob 40. c* *Greg. Mor. lib. 33. c. 7.* *Mat. 12. d* *Coloſſ. 2. e*

triumphans illos. Item ob ſignificationem pacificationis terreſtrium et cæleſtium, et attractionem hominum terreſtrium ad cælum: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Et ſequitur: Vt reconciliet ambos per crucem. Item ob congruam reſponſionem ad primum peccatum, Damaſcenus: Quia per lignū mors, oportebat per lignum dari vitam. Item ob figurationem ſanctificationis omnium, prout ait Chryſoſtomus, quòd ideo in excelſo ligno ſuſtinuit mortem, vt aeris ipſius natura mundetur, qui aer fumo ſacrificiorum fuerat mundatus: Ad populos exaltabo ſignum meum. Tertio, figuratur paſſionis, ſiue crucis vtilitas, et virtuoſitas, ibi: *Omnia traham ad me ipſum*, ſcilicet fide paſſionis, et reſurrectionis. Diabolus traxit omnes ad terram funiculis peccatorum, et cupiditatum: Traxit illud in ſagena ſua. Sed filius Dei trahit ad ſe fide paſſionis, et reſurrectionis, vt dicitur hic. Vnde Bernardus: Cælum, et terram, et omnia quæ in eis ſunt, traxit ad lignum vitæ in medio paradiſi. Item trahit omnes ad ſe beneficiorum largitate: Miſerans attraxi te. Item traxit poſt ſe infirmitatum ſupportatione: In funiculis Adæ traham eos. Item traxit omnes ad ſe bonorum operum, et exemplorum odore: Trahe me poſt te, in odorem vnguentorum tuorum curremus. Item pater trahit ad filium gratiæ inſpiratione, et deſideriorum cæleſtium infuſione, ſupra: Nemo venit ad me, niſi pater traxerit eum. Et ibi de hoc. Et ſequitur expoſitio turbæ, vel eiuſdem inquiſitio: *Reſpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum:* Requieſcens accubuiſti vt Leo, quis ſuſcitabit eum? Vel: *Ex lege*, ſumendo legem large: Egreſſus eius a principio æternitatis. Vel: Poteſtas eius, poteſtas æterna. Et ideo dicunt; *Quomodo tu dicis? Oportet exaltari*, ſcilicet in cruce, et ſic mori, *et cetera:* quaſi dicerent: hoc non conuenit Chriſto, vt enim ait Chryſoſtomus: Nouerant quoniam Chriſtus mortalis. Et tamen Iſaias ait: Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt. Vnde exiſtimantes obſtruere eum, et oſtendere non eſſe Chriſtum, hæc dicunt. Et tamen paſſio non eſt impedimentum immortalitatis, quoniam mors eius tranſmigratio eſt, nulla eſt prohibitio ad manendum in æternum. Et ponit exemplum: Lux ſolaris non interimitur, ſcilicet in nocte: ſed parum recedens, rurſus apparet, ſcilicet in die: et ſi crucifixus ex infirmitate, viuit tamen ex virtute. Et ſequitur illa pars, in qua doctrina Saluatoris, et eruditio veritatis. Et illa in quattuor. Primo, eorum exhortatio ad bene agendum. Secundo, eius abſconſio ab eis cum ſua ratione, ibi: *Hæc locutus eſt eis*. Tertio, deſcriptio imperfectæ credulitatis quorundam in eum, ibi: *Veruntamen et ex Principibus*. Quarto, talium inſtructio ad recte credendū: *Ieſus autem clamauit*. Ait ergo: *Dixit eis Ieſus: Adhuc modicum lumen*, et cetera: quaſi diceret ſecundum Chryſoſtomum: Adhuc paruo tempore lux vobiſcū eſt: oſtendens, quoniam mors eius tranſmigratio eſt, et non deſtructio, præparans eos ad fidem. Ait idem: *Dum lucem habetis, ambulate*, ideſt, præſentiam meam, ſupra: Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi: *Vt tenebræ*, ſcilicet infidelitatis: *Vos non comprehendant:* Abijciamus opera tenebrarum. Vel ſecundum Auguſtinum: Ambulate, accedite, totum intelligite, et Chriſtum moriturum, et Chriſtum victurum, quia: *Qui ambulat in tenebris*, ſcilicet ignorantię, ſiue infidelitatis: *Neſcit quo vadat*, ſupra: Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Et ideo quaſi exponēdo ait: *Dum lucem habetis*, ideſt, dum aliquid veri auditum habetis. Credite in veritatem, vt renaſcamini in veritate, ait Auguſtinus: Non eſtis in tenebris, omnes filij lucis eſtis. Et nota quòd ait: *Ambulate dum lucem habetis*. Et poſſet eſſe thema ad peregrinos, vel ad pœnitentes. Et inſinuantur tria. Quorum primum eſt, bene agendi oportunitas, ibi: *Dum lucem habetis*. Secundum eſt, proficiendi in via Dei hortabilitas, ibi: *Ambulate*. Tertium, proficiendi neceſſitas, ibi: *Tenebræ vos non comprehendant*. Ait ergo: *Dum lucem habetis*, ideſt, in præſentia filij Dei, qui eſt lux illuminans, prout dicitur hic: Ambulemus in nomine Domini noſtri. Vel: *Dum lucem habetis*, ſcilicet huius vitæ diuturnitatem: quæ eſt quaſi quædam lux, et quaſi dies breuis ad proficiſcendum: Mane ſemina ſemen tuum, et veſpere non ceſſet manus tua, *et cet.* Surge, qui dormis, et illuminabit te Chriſtus. Vel: *Dum lucem habetis*, ſcilicet fidei, vel doctrinæ: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Et ideo qui habent hanc lucem, debent ambulare proficiſcendo ad Deum. Bernardus ait: Ambulare, eſt proficere. Vnde Auguſtinus: Noli a via declinare, noli ibi remanere, noli retro reſpicere, perſeuera in ambulādo: Ambuletis digne Deo. Et: Spiritu ambulate, et hoc vt tenebræ vos non comprehendant, ſcilicet ignorantiæ, vel infidelitatis. Supra: Tenebræ non comprehenderunt, vel tenebræ malignæ odioſitatis: Qui odit fratrē ſuū, in tenebris ambulat: Et talis neſcit, quo vadat. Quando enim credit antecedere, aliquando retrocedit: vel quando æſtimat declinare ad vnum latus, ad aliud vadit: In tenebris ambulauimus, palpauimus ſicut cęci parietem, *et cet.* Et ſequitur ſecunda particula, ſcilicet abſceſſio Chriſti ab eis, ſiue abſconſio: *Hæc locutus eſt Ieſus, et abijt, et abſcondit*, non ab eis, qui videre, et diligere cęperāt, et qui ramis palmarum, et laudibus obuiā venerant, ſed ab illis, qui videbant, et inuidebant, *et cet. Et abſcondit*, eorum indignitatem oſtendens, ſicut ſupra ſimile: Abſcondit ſe, et exiuit de templo. Et hoc merito, quia: *Cum tanta ſigna feciſſet, non credebant in eum*. Et ideo merito erant indigni præſentia eius, et doctrina. Et hoc: *Vt ſermo Iſaiæ adimpleretur, quem dixit: Domine quis credidit auditui noſtro, et brachium Domini cui reuelatum eſt?* Per quod filius vnigenitus ſignatur, vt ait Auguſtinus: Ipſe enim eſt brachium Domini, per quod omnia facta ſūt, ſupra: Sicut enim brachium tuū eſt, per quod operaris, ſic Dei brachiū eſt verbum, nec tamē brachium illud porrectum extenditur, nec collectum contrahitur, ſicut brachium, quod eſt corporis membrum, ſecundum Auguſtinū: Brachium eius dominabitur. In brachio ergo ſignatur filius, ratione poteſtatis et virtutis et ratione indiuiſibilitatis a patre, vt dictum eſt. Et quia dixerat: *Quis credit auditui?* quaſi dicat, pauci, vel nulli, ſubdit: *Propterea non poterant credere: Quia iterum dixit: Excæcauit oculos eorum*, non illuminando lumine fidei: *Et indurauit cor*, in duritia permittēdo: *Vt non intelligant corde*, ſcilicet intellectu credendo: *Et vt non conuertantur*, affectu ſe colligendo, et amando: *Et ſanem eos*, ſcilicet effectu, donis, et virtutibus perficiendo: *Et hoc dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius*: Vidi Dominum ſedētem ſuper ſolium excelſum: *Et hæc locutus eſt*, ſcilicet prophetice. Sed quæritur, qualiter ait: *Excæcauit oculos eorum, et non poterant credere*. Si enim nō poterant credere, ergo non fuit eis imputandū, quòd non credebant. Item quamdiu eſt homo in uia, ſiue viator habet libertatē arbitrij, et poteſtatē conſentiendi gratiæ: Et ita vt prius. Item quæritur de hoc, quòd ait: *Excæcauit oculos eorum*. Nullius enim priuationis Deus eſt cauſa: Ergo nec excæcationis. Item lux naturalis non eſt cauſa obtenebrationis: multo minus lux ſpiritualis eſſet cauſa excæcationis. Itē quæritur, qualiter ait: *Indurauit cor eorum*, cum ſolus Deus ſit bonus: Nemo bonus niſi ſolus Deus. Ergo nemo fit peior Deo efficiente ſecundum Auguſtinū: Sed induratione fit homo peior: Ergo non eſt a Deo. Et ad iſta reſpondendum eſt, quòd excæcatio, et obduratio dicuntur eſſe a Deo non effectiue, ſed dicuntur eſſe a Deo, quia non dat gratiam illuminantem, et mollientem: Inducit noctem, et conterēntur. Ibi inducere nocte dicitur Dominus, nō quòd ipſe tenebras inferat, ſed quia obſcura corda peccantiū miſericorditer non illuſtrat. Et ibi multum de hoc. Idem Auguſtinus: Deus

Eph. 2. d *Damaſ. Ortho. fid. li. 4. cap. 11. poſt medium.* *Chryſ. hom. 3. de cruce et latr. ante med.* *Iſai. 49. f* *Abac. 1. d* *Hiere. 31. a* *Oſea 11. b* *Cant. 1. a* *Ioan. 6. e* *Gen. 49. b* *Mich. 5. a* *Dan. 7. d* *Chryſ. hom. 67. in Ioā. prope prin. tom. 3.* *Iſa. 53. e* *2. Cor. 11. b* *Chryſ. hom. 67. in Ioan. ante mediū tom. 3.* *Ioan. 9. a* *Rom. 13. d* *Aug. tract. 52. in Ioā. verſ. fin. tom. 9.* *Ioan. 8. b* *Aug. tract. 52. in Ioā. prope finē. tom. 9.* *1. Theſ. 5. a* *Iſai. 6. 6. Eccl. 11. e* *Eph. 5. c* *Eph. 5. b* *Bern. ſer. 49. in Cāt. poſt mediū.* *Aug. enar. 2. in Pſ. 50. poſt mediū. tom. 8.* *Coloſſ. 1. b* *Gal. 5. c* *Ioan. 1. a* *1. Ioan. 2. b* *Iſai. 59. b* *Iſai. 53. a* *Aug. tract. 53. in Ioā. prope prin. tom. 9.* *Ioan. 1. a* *Iſai. 40. 6* *Aug. ibid.* *Iſai. 6. e* *Iſai. 6. a* *Luc. 18. d* *Aug. q. 83. q. 3. tom. 4.* *Iob 34. c* *Greg. Mor. lib. 25. c. 9. prope finē.* *Aug. de Geneſ. contra Manich. li. 1. c. 3. to. 1.*

Digitized by Google

Deus dicitur facere tenebras, quia lumen non dat, vel quia lucem detrahit. Et per hoc ad aliud. Dicitur enim indurare, quia cor reprobum gratia non emollit: Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Ibi Gregorius: Includere Dei est clausis non aperire. Et obdurare per iustitiam dicitur, quando cor reprobum per gratiam non emollit: Ego interrogo cor eius. Deus huius sæculi excęcauit mentes infidelium. Ibi Glossa de his bene. Deus qui non solum bonos regit, sed malos pro merito præcipitat. Et sequitur: *Vt non credant*, quod non facit malitia, sed iustitia. Excæcauit, inquam, sinens facere eos quod volunt. Et patet ex dictis infidelium excæcatio, et merito suæ nequitiæ induratio, et in suis malis obstinatio: Cuius vult miseretur, et quem vult indurat. Et: Ex parte contigit cæcitas in Israel, *et cetera*. Et de his Chrysostomus: scilicet quòd illud, quod ait Isaias, non causale est, sed euentus. Neque dixit: non crediderunt, sed quoniam non debebant credere, quia insanabiliter se habebant isti: Sic enim positum est, non poterant, ideſt, non voluerunt. Sicut ait Propheta: Si mutare potest pellem suam, *et cetera*. De corde vero indurato: Cor durum, inquit, est quod non compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cæditur, flagellis duratur, ingratum ad beneficia, ad consilia infidum, ad iudicia suum. Et sic de alijs enumerat. De hoc autem, quod ait, quòd Isaias vidit gloriam Dei, posset obijci, quòd nemo Deum vidit vnquam, supra. Et ad istud respondendum, secundum Augustinum, quòd Isaias vidit eum non sicuti est, sed modo quodam significatiuo, sicut Prophetæ visio fuerat informanda. Vnde videre gloriam Dei dicitur tripliciter: vel videre opera Dei miraculosa, supra: Sic et videbis gloriam Dei: vel videre magnificentiam eius in subiecta creatura, sicut loquitur hic: Et sicut vidit Moyses gloriam Dei: vel videre eum facie ad faciem, prout ait Propheta: Videbitur in gloria. Et hanc visionem gloriæ petijt Moyses, quando ait: Ostende mihi gloriam tuam: Videbimus eum sicuti est. Et sequitur illa pars, in qua imperfectionis credulitatis quorundam subiunctio: *Veruntamen ex principibus*, et cetera. Et patet imperfectio talium, quia propter timorem humanum, et propter humanam gloriam, confessionem veræ fidei dimittebant. Ideo ait: *Propter pharisæos non confitebantur, vt e synagoga non eijcerentur*, sicut fuerat per eos conspiratum, supra: *Et dilexerunt gloriam hominum*, et ideo non recte credebant, supra: Quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? Credentium autem est gloriari in Christo, et in cruce eius: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini. Et ideo in frontibus credentium crucem infixit, vbi quodam modo est sedes verecundiæ. Et vt de nomine eius non erubescat, et magis gloriam Dei, quàm hominū diligat. Hæc Augustinus. Et sequitur illa pars, in qua doctrina Christi, et instructio credentium de modo credēdi, ibi: *Iesus autem clamauit*. Et illa in tres partes. Primo, instructio de modo credendi. Secundo, comminatio, siue denunciatio iudicij futuri non recte credentibus, ibi: *Si quis audierit verba mea*. Tertio, expositio dicti, ibi: *Sermo*, et cetera. Ait ergo: *Iesus autem clamauit*. Et in hoc affectuositas ad prædicandum. Supra simile: Stabat Iesus et clamabat: Qui credit in me, *et cetera*. Et ostendit vnitatem fidei, qua creditur in ipsum, et in patrem: quasi dicat, vt ait Augustinus: Quid formidatis credere in me? In Deum fides peruenit per me. Et in hoc ostendit indissimilitudinem substantiæ vtriusque. Vt enim ait Augustinus: Iam dixerat: Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me, nunc autem ait: *Qui credit in me*, et cetera. Quia homo apparebat hominibus, cum lateret Deus: ne putarent hoc esse eum tantummodo, quod videbant, talem ac tantum se volens credi, qualis et quantus est pater. Ideo ait: *Qui credit in me*, et cetera,

Iob. 12. c
Greg. Mor. lib. 11. c. 5. post mediū.
Exo. 7. a
2. Cor. 4. b
Rom. 9. d
Rom. 11. c
Chryſ. hom. 57. in Ioan. circa med. tom. 3.
Ierem. 13. d
Bern. de cōſid. ad Euge. lib. ante medium.
Ioan. 1. b
Aug. tract. 53. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.
Ioan. 11. e
Exo. 33. d
Exod. 33. d
1. Ioan. 3. a
Ioan. 9. d
Ioan. 5. g
Gal. vlt. d
Aug. tract. 52. in Ioā. propeſinē. tom. 9.
Ioan. 7. d
Aug. tract. 54. in Ioā. ante. med. tom. 9.
Ioan. 7. d

A ideſt, in hoc quod videt: *Nō credit in me, ſed in eum quī miſit me*, ideſt, in patrē, *et cetera*: *Et ſimiliter qui videt me*, et cetera. Sed quæritur, quare non replicat hic dicendo: *Qui videt me, non videt: ſed videt eum*, et cetera, sicut replicauit. Qui credit in me, *et cetera*. Et ad istud respōdet Augustinus: Et est in Glossa, quòd per dictū superius voluit, vt non crederetur filius hominis tantum: quod autem hic ait, *et cetera*, voluit ostendere, quòd est æqualis patri: Vnus enim est actus videndi patrem et filium, et vna luce fidei videntur. In hoc enim quod ait: *Qui credit in me, credit in eum qui miſit me*, ostenditur, quòd erat filius Dei. Nam Apostolo B credimus, sed non in Apostolum, sed in Christum credimus, qui est æqualis patri. Et hic loquitur de visione, quæ est per intellectum, ait Chrysostomus: ponens exemplum, qui eleuat aquam fluminis vel accipit, non eam quæ fluminis tantum, sed eam quæ fontis accipit, et magis autem illam. Hæc ille. Vnde explanans ait: *Ego lux in mundum veni*. Vt enim ait Chrysostomus: imbecillior imago ad propositum, id est similitudo, vel exemplum: quoniam enim Deus pater vocatur lux, et Paulus vocat filium splendorem. Ideo ait: *Lux veni*, illuminans: *Vt omnis qui credit*, illu- *Heb. 1. c*
minetur. Supra: Erat lux vera, quæ illuminat omnem *Ioan. 1. a*
C hominem: *Non manet in tenebris*, supra: Dilexerunt *Ioan. 3. c*
magis tenebras, *et cetera*. Et de ista luce, supra: Erat *Ioan. 1. a*
lux vera. Et supra: Lux venit in mundū. Et supra: Ego *Ioan. 3. c*
sum lux mundi. Et supra: Quādiu sum in mundo, ego *Ioan. 8. b*
sum lux mundi. Ipse enim est lux illuminādo in intel- *Ioan. 9. a*
ctu, supra: Lux vera. Item ipse lux inflammans in af- *Ioan. 1. a*
fectu et illuminans. Supra: Lux venit, et dilexerunt *Ioan. 3. c*
homines magis tenebras. Item ipse est lux dirigens in opere et effectu. Supra: Ego sum lux mundi, qui se- *Ioan. 8. b*
quitur me, *et cetera*. Item ipse fuit lux in miraculis coruscantibus. Ideo supra, vbi de miraculis, ait: Quam- *Ioan. 9. a*
diu sum in mundo, lux sum mundi. Item ipse est lux D in exemplis resplendentibus et dirigentibus, et perducentibus ad gloriam, vt dicitur hic: *Ego ſum lux: in mundum veni*. Et sequitur illa pars in qua denunciatio iudicij futuri non credentibus et spernentibus: *Et ſi quis audierit verba mea*, scilicet auditu exteriori: *Et nō cuſtodierit*, scilicet affectu interiori, et operis effectu, quòd est insufficiens: Qui soluerit vnum de mandatis, *Mat. 5. c*
scilicet non perfecte implendo: Minimus iudicabitur. Oportet enim audire et custodire, infra: Qui ha- *Ioan. 14. c*
bet mandata mea, et seruat ea. *Ego non iudico eum*, scilicet in præsenti. Et subdit causam: *Non veni*, scilicet in primo aduentu: *Vt iudicem mundum, ſed vt ſaluifi-* E *cem*, supra: Non misit Deus filium, vt iudicet mun- *Ioan. 3. b*
dum, sed vt saluetur per eum. Sed quæritur, qualiter ait: *Non iudico eum*: cum dicatur, supra: Omne iudi- *Ioan. 5. d*
cium dedit pater filio. Et ad hoc respondet Augusti- *Aug. tract.*
nus: quòd intelligendum est, non iudico modo, id *54. in Ioā.*
est, in primo aduentu. Pater enim misericordiarum *poſt mediū.*
misit filium in primo aduentu ad miserandum, et ad *tom. 9.*
saluandum: et in secundo aduentu veniet filius cum potestate magna ad iudicandum et condemnandum, non credentes: Cum enim tempus accepero iusti- *Pſal. 74. a*
tiam iudicabo: ait Propheta in persona filij. Et ideo vt non pigriores fiant discentes et audientes, subdit: F *Qui ſpernit me*, non credendo me filium Dei esse: *Et non accipit verba mea*, scilicet audiendo et custodiendo: *Habet qui iudicet eum*, scilicet in nouissimo die: Quia qui in lege peccauerunt, per legem iudicabun- *Rom. 2. b*
tur: Oportet enim manifestari ante tribunal Christi, *2. Cor. 5. b*
vt vnusquisque referat propria corporis, *et cetera*. Et sequitur vltimum scilicet manifestatio dicti: *Sermo* *Aug. tract.*
quem locutus ſum, ille iudicabit, vt ait Augustinus: Satis *54. in Ioā.*
manifestat seipsum esse iudicaturum, seipsum quip- *poſt mediū.*
pe locutus est, seipsum annunciauit, seipsum ianuam, *tom. 9.*
siue ostium posuit. Supra: Sibi enim dedit pater om- *Ioan. 10. d*
ne iudicium. Supra: *Ego ex me ipſo non ſum locutus*, quia *Ioan. 5. c*
a me ipso non sum, ait Augustinus: in persona eius: *Aug. ibid.*
Sed qui miſit me, dedit mihi mandatum: non per ange- *paulo poſt.*
lum,

Aug. ibid. poſt aliqua.
Chryſ. hom. 68. in Ioā. ante med. tom. 3.
Ibidem.
Ioan. 9. a

Digitized by Google

lum, non per creaturam, ſed filius eſt verbum patris et ſapientia, in qua ſunt mandata patris. Filius enim a patre, naſcendo accepit quod habet, deditq. pater gignendo, et quod ſit vita, et ſapientia patris, quod eſt verbum patris: Omnia mandata ſunt patris, ait Auguſtinus, vbi ſupra. Et ideo ſequitur: *Quid dicam*, ſcilicet interius: *Et quid loquar*, ſcilicet exterius ſecundum Gloſſam, vel ſecundum Auguſtinum: vt prius, quod dicat, quod loquatur a patre eſt: quia et ipſe verbum a patre: *Et ſcio, quia mandatum eius vita æterna eſt.* Sed qualiter hoc? quia mandatum patris ducit ad vitam æternam: Si vis venire ad vitam, ſerua mandata: Ergo non eſt vita, ſed ad eam ducit. Et ad iſtud reſpondendum, quòd verbum patris eſt ſapientia patris: neque filius accepit mandatum, quod aliquando neſciebat: ſed ſicut filius eſt vita a patre genita, ſic et mandata ſunt patris, quia verbum patris, in quo omnia mandata: *Ideo quæ ego loquor*, ſcilicet docendo: *Sicut dixit mihi*, veracem gignendo. Verax enim genuit veritatem: *Sic loquor*, ſcilicet veritatem. In his ergo omnibus locutionibus, quas etiam conculcat, non intendit aliud, niſi quòd nihil proprium loquebatur: ſed omnia vt a patre habens. Et quòd ſicut mandatum dedit ei pater, ſic locutus eſt. Sicut recolligit Chryſoſtomus. Et vt patet ex dictis ſpernentibus filium, et verba ſua non accipientibus iudicium erit, et ipſe filius eos iudicabit: Diſperge ſuperbos in furore tuo. Ibi Gregorius: Deus in extremo iudicio, et tranquillus iuſtis, et iratus iniuſtis apparebit. Et ideo nunc reſtat ſalubre conſilium, ſcilicet Chriſtum non ſpernere, ſed in eum credere, et verba ſua accipere, intelligendo, memorando, et perficiendo, vt in iudicio talis glorificetur: Fugite a facie gladij. Et ſequitur: Scitote eſſe iudicium. Ibi Gregorius: Vitari terror iudicis non niſi ante iudicium poteſt. Modo non cernitur, ſed precibus placatur: in iudicio vero et videri poteſt, et placari non poteſt: Zelus et furor viri non parcet in die vindictæ. Et illud: Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? id eſt, terribilem maieſtatem aduentus eius ad iudicium, ſecundum Gregorium, ibi multum de hoc.

Ibid. poſt. pauca. *Ibidem.* *Mat. 19. d* *Chryſ. hom. 68. in Ioan. circa med. tom. 3.* *Iob. 40. a* *Greg. Mor. lib. 32. c. 7. ante med.* *Iob 19. d* *Greg. Mor. li. 14. c. 30. prope finē.* *Prou. 6. d* *Iob 26. c* *Greg. Mor. li. 17. c. 21. ante med.*

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

ANTE *diem feſtum Paſcha*. Præmiſſis quibuſdam præambulis ad paſſionem, et deſcripto aduentu Saluatoris, in parte iſta de confirmatione diſcipulorum, et eruditione, et recommendatione Deo patri ante certamen paſſionis. Et ſecundum hoc diuiditur in tres partes. Primo, narratur de confirmatione diſcipulorum exemplo humilitatis et imitabilis operationis Ieſu Chriſti, et hortatione mutuæ dilectionis. Secundo, de doctrina Ieſu Chriſti, et de promiſſione conſolationis, infra, ibi: Non turbetur cor veſtrum. Tertio, de recommendatione diſcipulorum Deo patri humilitate orationis, infra, ibi: *Hæc locutus eſt Ieſus*. Prima pars, ſcilicet iſtud capitulum in quattuor partes. Primo, præmiſſio exempli, quod erat daturus. Secundo, adiunctio exhortationis ad imitandum, ibi: *Poſtquam ergo lauit*. Tertio, quia prædixerat de ſua paſſione, eius a quo erat tradendus, detectio, ſiue denudatio in generali, ibi: *Cum hæc dixiſſet*. Quarto, præmunitio diſcipulorum de ipſa paſſione, ibi: *Filioli adhuc*, et cetera. In prima parte ſic procedit. Primo, temporis, quo erat daturus exemplum, præmittitur oportunitas. Secundo, exempli humilitas, ibi: *Surgit a cena*. Tertio, Petri negabilitas in refutando ne lauaretur a Chriſto, ibi: *Venit ergo ad Simonem Petrum*. Ait ergo: *Ante diem feſtum Paſcha*, dicitur: Prima die Azymorũ. Et Marcus idem. Dies ergo Paſchæ hic appellatur, prima dies Azymorum: Appropinquauit dies feſtus Azymorum. Et de hoc in Gloſſa bene. Similiter de ſignificatione vocabuli, quia Paſcha poteſt dici vel a paſſione, vel a tranſitu: Auguſtinus, et in Gloſſa: *Sciens Ieſus, quia venit hora, vt tranſiret*, et cetera. Ecce Paſcha, ecce tranſitus, et vnde, et quo, ſcilicet de mundo ad patrem. Et hic ſpes membris in capite eſt data, quòd eſſent illo tranſeunte ſequutura, ait Auguſtinus: Paſcha enim noſtrum immolatus eſt Chriſtus: *Cum dilexiſſet Chriſtus Ieſus ſuos*. Pro eis factus homo, ait Gloſſa: Sic enim Deus dilexit mundum vt vnigenitum ſuum daret, *et cetera*. Supra: *In finem dilexit eos*, id eſt, in Chriſtum, qui eſt finis perficiens non interficiens: finis quouſque eamus, non vbi pereamus, vt ſcilicet ipſi de hoc mundo ad ſuum caput tranſirent, ait Auguſtinus: Finis enim legis eſt Chriſtus: Nec eſt intelligendum, quòd in finem dilexit ſuos, ita quòd poſt mortem non diligeret eos. Poteſt tamen intelligi: *Vſque in finem dilexit eos*: id eſt, vt moreretur propter eos, ſecundum Auguſtinum: infra: Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, *et cetera*. De die huius cenæ, et de contrarietate, quæ videtur eſſe ex dictis euangeliſtæ, Magiſter in hiſtorijs multum, vbi ait: quòd per hoc, quod ait hic Ioannes, qui dicit Dominum manducaſſe ante diem feſtum Paſchæ, et per alia, quæ ibi inducit Dominus, ſciens ſe paſſurũ ea die, ſcilicet decimaquinta luna, anticipauit comedere Paſcha in veſpere præcedenti. Et quia ea nocte licite potuit comedere fermentatum, græci conficiunt corpus Domini de fermentato, accipientes ex hoc fomentũ erroris. Sed ſicut ait Magiſter ibi, ad hoc poteſt dici, quòd dies feſtus Paſchæ erat decimaquinta luna, et ante hunc fecit Dominus Paſcha, prout ibi proſequitur Magiſter. Et de hoc in Gloſſa, ſimiliter hic. Paſcha autem dicitur quadrupliciter, ſecundum Innocentium de officio Miſſæ, vel dies ſcilicet immolationis, ſupra: Proximum erat Paſcha Iudæorum. Vel dicebatur Paſcha ſolemnitas ipſa, vt hic: *Ante diem feſtum Paſcha*. Vel dicitur Paſcha, ſcilicet agnus Paſchalis: Vbi vis, paremus tibi comedere Paſcha? Vel Paſcha dicebatur hora: Poſt biduum Paſcha fiet.

Hebdomas, hora, dies, epula quoque Paſcha vocatur.

Dies ergo feſtus hic dicitur decimaquinta dies, quia decimaquinta non erat ſolemnis, initium ad veſperam: Decima quarta die ad veſperum erit Domini Phaſe. Prima ergo die Azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum. Et ſequens dicebatur dies feſtus hic. Et nota quòd ait: *Diem feſtum Paſcha*. Vt enim ait Auguſtinus ſuper Ioannem: Paſcha tranſitus dicitur, et eſt hebraicum nomen. Et Paſcha celebramus, quando a diabolo, tranſimus ad Chriſtum: ab inſtabili ſæculo, ad fundatiſſimum regnum. Et Ambroſius: Paſcha eſt tranſitus a vitijs ad virtutes, a paſſionibus carnis ad gratiam, et ſobrietatem mentis. Et de iſto Paſchate in figura dicitur: Phaſe Domini, *et cetera*, id eſt, tranſitus. Qui ergo volunt tranſire cum Chriſto capite, debent celebrare Paſcha tranſeundo dictis modis: Tranſi hoſpes. Vnde Auguſtinus: Vtere hoc modo, ne te decipiat mundus, quem intraſti. Iter agis, exiturus veniſti, non remanſurus. Stabulum eſt hæc vita noſtra: vtere numino, quo modo vtitur viator in ſtabulo, menſa, calice, vrceo, lectulo, dimiſſurus non permanſurus. Hæc ille. Et ex his patet, quòd eſt quadruplex Paſcha, id eſt, tranſitus a diabolo ad Deum, ſiue a vitijs ad virtutes. Et huius tranſitus figura fuit Paſcha, ſiue phaſe, quod celebrauit populus in egreſſu de Aegypto. Et eſt tranſitus a paſſionibus carnis ad ſobrietatem mentis. Et huius tranſitus figura Paſcha, quod celebrauit populus. Et eſt tranſitus ab amore rerum creatarum ad amorem ſolius creatoris. Et huius tranſitus figura fuit Paſcha, quod celebrauit Ioſias, poſtquam deſtruxit omnes abominationes, *et cetera*. Et eſt tranſitus a ritu legalis obſeruantiæ ad veritatem

Aug. tract. 55. in Ioã. prope prin. tom. 9. *Ibid. paulo poſt.* *1. Cor. 5. c* *Ioan. 3. b* *Aug. ibid. poſt.* *1. Thi. 1. a* *Aug. ibid. poſt pauca.* *Ioan. 15. b* *Ioan. 6. a* *Mat. 26. b* *Mat. 26. a* *Leuit. 23. f* *Mat. 28. c* *Aug. tract. 55. in Ioã. prop. princ. tom. 9.* *Ambr. Hexaemer. li. 1. c. 4. circa medium. tom. 1.* *Exo. 12. b* *Eccl. 29. d* Paſcha quadruplex. *Exod. 12. f* *Num. 9. a* *4. Reg. 23. c* *2. Paralip. 35. f*

Digitized by Google

veritatem legis euangelicæ, et a mortalitate huius vitæ ad æternitatem gloriæ. Et huius transitus figura
1. Cor. 5. c fuit Pascha, quod celebrauit in passione: Pascha nostrum immolatus est Christus: vt in ipso, sicut in capite, transeamus. Quòd vero ait hic: *Cum dilexisset suos*, et cetera, intelligendum est, quòd nihil dereliquit eorũ, quæ qui valde amat, decẽs est facere: *Et in finem*
Chryſ. hom. 69. in Ioã. ante med. tom. 3. *dilexit*, ideſt, continue ait Chryſoſtomus: vbi multum de hoc. Et quoniam debebant dolere vehementer, inducit eis conſolationem, vt ait idem Chryſoſtomus: Et ideo ſequitur: *Et cena facta, cum diabolus miſiſſet in*
Ibid. poſt pauca. *cor Iudæ.* Vt enim ait Auguſtinus: non ita intelligere debemus cenam factam, velut iam conſumptam:
Aug. tract. 55. in Ioã. ante med. tom. 9. adhuc enim cenabant, cum Dominus ſurrexit: nam poſtea recubuit et buccellam traditori dedit: *Cum miſiſſet diabolus in cor Iudæ.* Ergo ſecundum hoc videtur, quòd tunc primo cogitauit tradere Dominum. Cui-
Ioan. 6. b ius contrarium videtur. Supra enim dictum eſt: Vnus ex vobis diabolus eſt. Et ſupra proximo dictum eſt, quòd erat fur loculos habens. Item ſecundum hoc videtur quòd diabolus habet poteſtatem ſuper animas rationales, immutandi eas, et immittendi in eas quæ vult. Cuius contrarium vide-
Aug. tract. 33. in Ioan. ante med. tom. 9. tur per Auguſtinum, vbi ait: Nihil potentius eſt iſta creatura, quæ mens dicitur rationalis, nihil ſublimius: quidquid ſuper hanc eſt, creator eſt. Et ad
Ibid. tract. 55. circa medium. iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum hic, vbi ait. Quòd hæc miſſio fuit ſpiritalis ſuggeſtio, non per aurem, ſed per cogitationem, non corporaliter, ſed ſpiritualiter. Similiter bonæ ſuggeſtiones fiunt a bono ſpiritu, ſed intereſt, quibus non eorum mens conſentiat, vel deſerta per merita, vel adiuta per gratiam. Hæc ille. Eſt ergo immittere in animam per ſuggeſtionem. Et ſic diabolus immittit, quibus anima ex libertate arbitrij conſentit. Et eſt immittere per ſuggeſtionem a bono ſpiritu, et per informationem a Deo. Et ſic immittuntur bonæ cogitationes a bono ſpiritu, et a Deo in animam. Illius enim eſt formare animam et iuſtificare, cuius eſt eam creare: Veritas in cor hominis, qui operatur iuſtitiam non migrando, ſed tanquam imprimendo transfertur: Sicut imago ex anulo in cæram tranſit, et anulum
Ibid. poſt medium. non relinquit. Ad aliud reſpondendum ſecundum Auguſtinum: Iam venerat ad conuiuium explorator paſtoris, inſidiator ſaluatoris, traditor redẽptoris. Et ideo amplius ſuggeſſerat diabolus ei, quod prius immiſerat, et ad hoc faciẽdum cor ſuum firmauerat. Et ideo ait hic: *Cum miſiſſet*, et cet. *Sciens, quia omnia dedit in manus eius.* Quæritur, cum hoc ab æterno ſciuiſſet.
Ioan. 3. d Supra: Pater diligit filium, et omnia dedit in manu eius: qualiter ait nunc: *Sciens*, et cetera? Item ſi omnia erant in manu eius: ergo et Iudas: Sed de manu ſua
Ioan. 10. d nemo poteſt rapere, ſupra. Et ita non potuit Iudas peccare, nec tradere eum. Et ad hoc reſpondẽdum eſt
Aug. de Trinit. lib. 1. c. 12. to. 3 ſecundum Auguſtinum: quòd dicitur Deum cognoſcere aliquid, vel ſcire, quando facit nos ſcire vel cognoſcere. Et quia tunc fecit ſcire, quid faciebat pro amicis, qui patienter vtebatur inimicis. Ideo ait: *Omnia dedit in manu eius.* Mala ſcilicet in vſum, et bona in
Aug. ibid. tract. 55. in Ioan. poſt med. to. 9. affectum, vt ait Auguſtinus: Sciebat enim pro amicis mortem ſuſtinere, et malo ipſius Iudæ bene vti. Et ideo Iudas erat in manu eius, cuius malo bene vtebatur. Iſta cena ſignificabat Chriſti paſſionem, poſt quam non fuit aliud prandium. Et de hoc in Gloſſa ſatis: Sciens etiam quia a Deo exiuit, non eum deſe-
Ioan. 1. b rens, ſupra: In propria venit: *Et ad Deum vadit*, nos
Ioan. 16. g ſuos relinquens. Infra: Exiui a patre, *et cetera.* Et ſubditur ſecunda particula: *Surgit a cena*, et cetera. Vt
Aug. ibid. prope finẽ. enim ait Auguſtinus: Paſſurus exitia, præmiſit obſequia non ſolum eis, pro quibus erat ſubiturus mortẽ, ſed illi etiam, qui erat traditurus eum ad mortem. Hæc ille. Et in hoc patet humilitas redemptoris. Et non ſolum ſic ſurrexit et poſuit veſtimenta, ſed: *Cum*
accepiſſet linteum, et cetera. Et in hoc patet Saluatoris

A ſtupenda humilitas, et ſedula ſtudioſitas in obſequendo, et expedita præparabilitas ad miniſtrandum, et laborioſitas in lauando. Vnde Chryſoſtomus: Non
Chryſ. hom. 69. in Ioã. ante med. tom. 3. antequam recumberet, ſed poſtquam reſederunt omnes, tunc ſurrexit: neque ſimpliciter lauat, ſed veſtimenta deponens: neque ad hoc ſtetit, ſed et linteum
B præcinxit: neque hoc contentus eſt, ſed et ipſe impleuit peluim, per omnia monſtrans, quoniam non execrabiliter oportet facere talia, cum bene fecerimus, ſed cum magno deſiderio. Hæc ille. Et ſicut inſinuat
Aug. tract. 55. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. Auguſtinus: depoſitio veſtimentorum ſignificabat, quòd formam ſerui accepit, quando ſeipſum exinaniuit: non depoſuit quod habebat, ſed quod non habebat accepit. Crucifigendus erat, expoliatus eſt veſtimentis, inuolutus eſt linteis, et tota illius paſſio, noſtra purgatio fuit. Hæc ille. In figura ergo et præteritæ incarnationis et futuræ paſſionis hæc dignatus eſt facere. Et de his in Gloſſa. Vnde ad eius imitationem debemus ſurgere a cena carnalis delectationis, de
1. Cor. 11. c qua in figura: Vnuſquiſque præparat cenam ſuam,
Iob. 2. a *et cetera*: Relinquens prandium ieiunus peruenit ad corpus, *et cetera*. Et debemus deponere veſtimenta
Eph. 4. c ſcilicet conuerſationem priſtini hominis: Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem, veterem
C hominem. Et debemus præcingere nos linteo, ſcilicet diſciplina vitæ pœnitentialis: Sint lumbi veſtri præcincti. Ibi Gregorius, de hoc dicitur: Accinge ſicut vir
Luc. 12. c *Greg. in Euãg. ho. 13. ante mediũ* lumbos tuos. Ibi Gregorius de hoc. Et debemus effundere aquam in peluim, profluuium lacrymarum in cor, recognoſcendo eius fragilitatem: Quaſi torrentem lacrymas. Et ſequitur: Effunde ſicut aquam
Iob. 38. a *Gregor. lib. 38. Moral. c. 4.* cor tuum. Et debemus lauare pedes diſcipulorum, ſcilicet affectus cordis, qui debent eſſe ſub diſciplina Dei, prout ait Propheta: Lauabo per ſingulas noctes
Thren. 11. f lectum meum. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Et ſequitur tertia particula, in qua ob re-
Ibidem. D uerentiam Saluatoris, Petri refutatio et negabilitas,
Cant. 5. b ne ſibi lauaret pedes. Et ibi duo. Primo, de hoc mutua collatio. Secundo, veritatis inſtructio, ſiue eruditio, ibi: *Dicit ei Ieſus.* Ait ergo: *Et cœpit lauare pedes.* Et ſequitur. *Venit ergo ad Simonem.* Ex his videtur, quòd aliquibus iam lauaſſet pedes, ſic obijcit Auguſtinus: Et ad hoc reſpondet, quòd non eſt intelligendum, quòd poſt aliquos ad illum venerit, ſed quòd
Aug. tract 56. in Ioã. ante mediũ tom. 9. ab illo cœperit. Quando ergo cœpit lauare, venit ad eum a quo cœpit. Ait tamen Chryſoſtomus: Mihi,
Chryſ. hom. 69. poſt med. to. 3. inquit, videtur proditoris primo lauaſſe: Incepit enim ab vltimis, et tunc venit ad Petrum. Sequitur
E vero: Decens erat proditorem ſtultum exiſtentem, ante verticem Apoſtolorum, id eſt, Petrum recu-
Ibid. paulo ante. buiſſe. Et tunc poſtquam lauit pedes eius, venit ad Petrum: *Dixit ergo ei Petrus: Tu mihi lauas pedes?* Expauit Petrus, quaſi diceret: Quid eſt: *Tu*, et quid eſt: *Mihi*? ac ſi diceret: Tu es filius Dei æternus, et ego homo mortalis. Vnde Chryſoſtomus, planius: Tu lauas pedes meos manibus, quibus oculos cæci aperuiſti, leproſos mundaſti, et mortuos ſuſcitaſti? Et ſubditur reſponſio Saluatoris: *Reſpondit ei Ieſus: Quod ego facio, tu neſcis modo.* Quantum ad myſterij altitudinem, ſecundum Gloſſam: *Scies autem poſtea*, vel ad litteram vel
F reuelatione Spiritus, infra: Spiritus docebit vos om-
Ioan. 14. b *Chryſ. ibid. poſt pauca.* nia. Vnde Chryſoſtomus; Scies poſthac, cum in nomine dæmonia eijcies, cum a Spiritu didiceris, quoniam a dextris ſedeo patris. Et licet ſic diceret Saluator, tamen humilem Chriſtum vſque ad pedes non
Aug. tract. 56. in Ioan. ante med. tom. 9. vult videre, non poteſt ſuſtinere Petrus, ait Auguſtinus. Ideo dicit: *Non lauabis mihi pedes in æternum*, id eſt numquam, ait Gloſſa. Et ideo vt terreret eum, ait Saluator: *Si non lauero te, non habebis partem mecum.*
Apoc. 21. c Eo quòd ſoli mundi, et loti auxilio Dei intrabunt in regnum: Non enim intrabit eam, id eſt, in ciuitatem cæleſtem, aliquid inquinatum. Quod audiens Petrus
Aug. ibid. paulo poſt. territus: *Dicit ei: Domine non ſolum pedes.* Vnde Auguſtinus: quando ſic minaris, omnia membra lauanda non ſub

non ſubtraham. Vt enim ait Chryſoſtomus, ſemel increpatus, quando dictum eſt ei : Vade retro ſatana, ita eſt correptus vt eſſet tremens factus : vnde et in refutatione fuit vehemens, et in conceſſione vehementior. Sed Iudas continue redargutus, non ſentiebat, vt ait Chryſoſtomus. Et ſequitur illa pars, in qua inſtructio Petri de ipſa veritate : *Dicit ei Ieſus : Qui lotus eſt non indiget.* Sed quæritur de modo loquendi : ſi enim mundus eſt totus, non indiget, vt pedes lauet, et ſi non indiget, non eſt totus mũdus. Si vero reſpondeatur, quòd intelligendum eſt, quòd qui eſt mundus præter pedes, ille indiget vt lauet pedes : Tunc obijcitur, quòd ſic poſſet dici de quolibet membro. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum, quòd homo in ſacro baptiſmo totus abluitur, tamen in rebus humanis poſtea viuitur, vtique terra calcatur. Affectus autem humani ſunt quaſi pedes, qui rebus humanis afficiuntur : ita quòd ſi dixerimus, quòd peccatum non habemus, veritas non eſt in nobis. Et ſic quotidie habemus opus, vt pedes lauemus, id eſt, vias ſpiritualium greſſuum dirigamus. Hæc ille. Ideo dicimus in oratione Dominica quotidie : Dimitte nobis debita noſtra : Excutite puluerem de pedibus veſtris : Quando lauabant pedes meos butyro. Ibi Gregorius, iſtud exponens ait : quòd pedes lauantur butyro, quia pinguedine boni operis infunditur atque mundatur puluis collectus de gloria prædicationis, affectus ſunt multũ infectibiles. Ideo de pedibus ait. Et ibi bene de hoc. Et de hac lotione in collatione prædicabili. Et quia dixit : *Qui lotus eſt*, ſubdit : *Vos mundi eſtis, ſed non omnes*, ſed opponit Chryſoſtomus, quòd nondum erant ſpiritu digni, nec ſpiritu baptizati : Vos baptizabimini non poſt multos dies. Necdum erat victima Chriſti oblata, et adhuc manebat maledictio chirographi : Et ita non erant mundi. Et ad iſtud reſpondet, quòd ab errore erant liberati, et iniquitatem proiecerant ab animabus, et lumen ſuſceperant, et cum ſinceritate mentis erant. Infra : Mundi eſtis propter ſermonem meum. Vera munditia, de qua ait Propheta : Lauamini, mundi eſtote. Amplius vero poſtea fuerunt ſublimati Spiritu eleuante. Et patet obſtinatio Iudæ : quia nec propter iſta verba, nec propter alia prius conſimilia reſiliuit a malitia ſua : inuerecunde enim ſe habebat in omnibus. Et de hoc Chryſoſtomus in homilia. Et ſequitur ſecũda pars principalis, in qua exhortatio diſcipulorum ad imitationem præmiſſi exempli : *Poſtquam ergo lauit pedes.* Et Primo, ipſa exhortatio. Secundo rationis ob quam debebant imitari ſubiunctio, ibi : *Amen amen.* Ait ergo : *Poſtquam ergo lauit.* Et per hoc patet ſicut tactum eſt, quòd cena fiente, ſurrexit a cena. Vnde ait hic : *Cum recubuiſſet iterum.* Et eſt myſterium iuxta Gloſſam, quòd impleta purgatione per ſanguinem, accepit veſtem immortalitatis : Quia reſurgens a mortuis, iam non moritur. Et Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ : *Scitis quid fecerim vobis?* ſcilicet ego tantus, et talis feci factum tam humile, et vobis, qui eſtis diſcipuli : *Vos vocatis me Magiſter*, ſcilicet in illuminando, et docendo : *Et Domine*, in præſidendo : *Et bene dicitis*, ſic vocando : *Sum etenim*, et re, et facto. Ipſe enim ſolus potens Rex Regum. Et ipſe verus Magiſter : Vt audiam quaſi magiſtrum : *Si ergo ego*, ſcilicet talis, et tantus : *Laui pedes*, humiliter, et diligenter, et libenter : *Et vos debetis lauare*, et cetera. Vt enim ait Chryſoſtomus, à maioribus rebus accipit exempla, vt ſaltem quòd minus eſt, operentur, et cum eodem ſtudio. Et ſequitur : Proditoris pedes Dominus lauit, et ſacrilegi, et furis, et ſecundum tempus proditionis et inſanabiliter habentem, menſæ communicatorem fecit : et tu magna ſapis, et ſurſum ſupercilia vellis, ſcilicet non ſuſtinens, nec habens patientiam. Hæc ille. Et vt ſcirent, propter hoc Chriſtum eos lauaſſe, vt ſe mutuo lauarent, ſubdit : *Exemplum dedi vobis.* Vt enim ait Chryſoſtomus : Etenim magiſtri pueris litteras, cum multa pulchritudine ſcribunt, vt ſaltem ad differentius, id eſt, melius imitatione veniant : Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. Adam ſcilicet ſecundus. Et de iſta lotione, et de iſto exemplo in collationibus prædicabilibus. Et ſubditur ratio dicti : *Amen amen dico vobis, non eſt ſeruus maior Domino*, ſublimitate poteſtatis : *Neque Apoſtolus maior eſt eo qui miſit eum*, auctoritate dignitatis : Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Sed obijcitur, ſicut inſinuat Auguſtinus in homilia, cum dicatur : Laudet te alienus, et non os tuum : qualiter ait hic Magiſter humilitatis : *Vos vocatis me Magiſter et Domine : ſum etenim.* Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus : quòd homini præceptum eſt illud, ſcilicet non ſe laudare, cui periculoſum eſt ſibi placere, cui cauendum eſt ſuperbire, ſed Deus loquitur : nulla hic eſt elatio tantæ celſitudinis, nullum mendacium veritatis, vos ſubiacere ſibi vtile eſt, *et cetera* : Maior eſt omni laude : exaltantes eum replebimini virtute. Et ſequitur tertia pars, in qua reuelatio, ſiue detectio proditoris in generali cum ſua ratione, ſicut continuat Gloſſa. Et hæc in duas. Primo, huius præmiſſio in generali cum ſua ratione. Secundo, eiuſdem detectionis magis in ſpeciali, et diſcipulorum inquiſitio, ibi : *Cum hoc dixiſſet.* Ait ergo : *Si hæc ſcitis*, ſcilicet quæ dixi, et docui in intellectu : *Et ſi feceritis*, in effectu : *Beati eritis*, ſcilicet in fructu : Eſtote factores verbi, et non auditores tantum, *et cetera*. Non enim auditores legis iuſtificabuntur ſed factores : Beati enim qui audiunt verbum Dei, et cuſtodiunt illud : *Non de omnibus vobis dico*, ſcilicet quòd eſtis beati : *Scio enim quos elegerim*, ſupra : Duodecim vos elegi, ſed vnus diabolus eſt. Iudas autem non erat electus ad beatitudinem, vel beatitudinis ſocietatem : *Sed vt ſcriptura adimpleatur*, ſcilicet in pſalmo, vbi dicitur : Magnificauit ſuper me ſupplantationem. Per calcaneum enim finis intelligitur, in quo fine Iudas proditor inſidiatus eſt, quia diabolus intrauerat in eum. De quo dicitur : Tu inſidiaberis calcaneo eius. Vel leuare calcaneum, eſt contra Dominum recalcitrare, contra Dominum et fraudem et machinationem meditari. Vnde Auguſtinus : Illi manducabant panem Domini, ille manducabat panem Domini contra Dominum : illi vitam ſcilicet manducabant, ille pœnam, et ideo iudicium manducauit ſibi et bibit. Et ſubdit rationem huius reuelationis ſiue denudationis : *Amen dico vobis : vt credatis, quia ego ſum*, ſcilicet ille, de quo illa ſcriptura loquitur in pſalmo. Et hoc ait, oſtendens illi miſero, ſcilicet Iudæ, vt ait Chryſoſtomus : quoniam non ignorans comprehenditur, ſed et valde ſciens, quod et ipſum maxime omnium ſufficiens erat, detinere eum ſcilicet Iudam a proditione. Et non dixit, tradidit me, ſed leuauit, *et cetera*, calcitrationem, et dolum et fraudem, et occultationem inſidiarum repræſentare volens. Hæc ille. Et quoniam ex dictis poſſent contriſtari diſcipuli, conſolatus eſt eos dicens : *Amen dico vobis : qui accipit*, et cetera. Sicut continuat Chryſoſtomus. Vnde quærit ibi : quæ eſt conſequentia iſtius litteræ ad præmiſſa dicta ? Et reſpondet, quòd multa eſt conſequentia : quia enim debebant exire, ſcilicet ad prædicandum, et verſuta, ideſt, terribilia pati, conſolatur eos duobus modis, ſcilicet a ſeipſo, vt haberent eum in memoria, et ab alijs, vt eorum prouidentia illis procurent : Omnium enim eis aperuit domos. Hæc ille. Ex iſta enim hac promiſſione, quòd qui reciperent illos miſſos ad prædicandum, ipſum etiam reciperent, prouocauit omnes ad eos recipiendos : Qui vos recipit, me recipit, et qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ recipiet. Super quod Gregorius : Qui, inquit, alimentum Prophetæ, propter hoc quòd Propheta eſt, tribuit, Prophetiæ illius vires ad loquendum dedit, et apud Dominum prophetiæ habebit præmia : Quicumque vos non

Chryſ. hom. 69. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.
Mat. 16. d
Chryſ. ibid.
Aug. tract. 56. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.
1. Ioan. 1.
Mat. 6. et 10. b
Iob. 29. a
Greg. Mor. li. 19. c. 10. ante med.
Chryſ. hom. 69. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.
Act. 1. a
Coloſſ. 2. b
Ioan. 15. a
Iſa. 1. d
Chryſ. hom. 69. in Ioã. tom. 3.
Rom. 6. b
Phil. 3. d
1. Tim. 6. c
Iſa. 50. b
Chryſ. hom. 70. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ibidem.
Ibidem.
Zach. 13. c
Mat. 10. c
Aug. tract. 58. in Ioã. ant. med. tom. 9.
Prou. 27. a
Eccl. 43. d
Iacob. 1. d
Rom. 2. b
Luc. 11. d
Ioan. 6. g
Pſal. 40. e
Gen. 3. e
Aug. tract. 59. in Ioã. ante med. tom. 9.
1. Cor. 11. f
Chryſ. hom. 70. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3.
Chryſ. hom. 71. in Ioã. prope prin. tom. 3.
Mat. 10. d
Luc. 9. b

Digitized by Google

non receperunt, excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. Et quasi idem. Magna ergo promissio suscipientibus missos a filio Dei, quia qui tales recipiunt, et ipsum Deum recipiunt. Quia, vt ait Augustinus, in eo qui mittitur, auctoritas mittentis commendatur. Et sequitur denunciatio vel detectio traditoris magis in speciali, ibi: *Cum hæc dixisset, turbatus est.* Et illa in quattuor partes. Primo, ipsa detectio siue reuelatio signo et verbo. Secundo, discipulorum hæsitatio et inquisitio, ibi: *Aspiciebant ergo.* Tertio, Saluatoris responsio, et amplior certificatio, ibi: *Respondit Iesus.* Quarto, ipsius Iudæ ad ipsum tradendum egressio, et futuræ passionis expressa insinuatio, ibi: *Cum exisset*, et cetera. Ait ergo: *Cum ergo hæc dixisset, turbatus est spiritu.* Sicut enim habitum est supra proximo, et sicut ait Augustinus: Qui mortuus pro nobis, prius turbatus est idem ipse pro nobis. Qui ergo potestate est mortuus, potestate turbatus est, qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritati suæ, transfigurauit in se affectum infirmitatis nostræ. Et sequitur: Pereant argumenta philosophorum, qui negant in sapientem cadere perturbationem animorum. Et sequitur: Turbetur plane animus Christianus, non miseria, sed misericordia: timeat ne pereant homines Christo, contristetur cum perit aliquis. Christus concupiscit acquiri homines Christo, lætetur cum acquiruntur. Hæc ille. Turbatus ergo fuit, non ex impotentia vel ex infirmitate, vel timore, sed modo dicto. Et de ista opinione Stoicorum, et qualiter non cadit passio in sapientem, ita quòd cedat passionibus, sicut cedit animæ stulti, Augustinus bene et multum: *Amen dico vobis: vnus ex vobis me tradet*, vnus, inquam, ait Augustinus, numero, non merito: specie, non virtute: commixtione corporali, non vinculo spiritali: carnis adiunctione, non cordis socius vnitate. Hæc ille. *Vnus*, inquam, *ex vobis*, quia ex vobis exiturus: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Supra: Sed vnus ex vobis diabolus factus est. Et sequitur secunda particula: *Aspiciebant*, et cetera, *hæsitantes*, et cet. Sed quæritur, qualiter hæsitabant? Quia spiritus hominis, qui est in ipso, scit quæ sunt hominis: Ergo cum quilibet sciret se esse innocentem a crimine traditionis Domini, non debuerunt hæsitare. Et ad istud respondet Augustinus: quòd sic erat nota cuilibet sua conscientia, veruntamen proximi erat ignora. Et de hoc Chrysostomus: In omnes circum instituit timorem, eo quòd non dixit nominatim. Et ibi bene de hoc. Et ideo hæsitantes aspiciebant, *et cetera. Erat ergo recumbens vnus*, et cetera, scilicet Ioannes. Vt enim ait Chrysostomus: Petrus erat vbique feruens, quia tamen increpatus fuit a Domino, non fuit ausus interrogare, sed innuit Ioanni, vt quæreret. Et ideo describitur beati Ioannis honorifica familiaritas, quòd erat recumbens, *et cetera*. Sed quæritur, qualiter hoc ait? Videtur Euangelista de se loqui iactanter. Item obijcit Chrysostomus, vbi supra: Cum omnes discipulos diligeret Iesus: Cum dilexisset suos, in finē dilexit eos: qualiter ait Ioannes de se, quòd ipsum diligebat Iesus? Item quærit Chrysostomus, qualiter Ioannes recubuit, sic omnibus timentibus, velut voluptans in sinu Iesu? Et ad primum respondet Augustinus: quòd consuetudo est eorum, qui sacras nobis litteras ministrant, de se loqui sicut de alijs in diuina historia. Sicut Ioannes hic. Et Matthæus, quando ait: Vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine. Et Paulus quando ait: Scio hominem raptum vsque ad tertium cælum. Similiter idem ait Gregorius. Ad aliud respondet Chrysostomus, quòd plus alijs Ioannes diligebatur. Qualiter autem plus, exponit Glossa, quia familiarius. Et de hoc infra. *Innuit ergo huic Simon Petrus*, scilicet Ioanni: *Et dixit ei.* Sed quæritur qualiter ait vtrumque: *Innuit et dixit.* Et ad istud respondet Augustinus: quòd locutio est aliquando non sonando sed tantummodo innuendo: Dicit ergo innuendo: *Quis est*, et cetera: *Itaque cum recubuisset supra pectus*, quod plus videbatur, quàm in sinu: *Dicit ei: Domine quis est*, suppressa voce, ait Glossa. Et vt ait Chrysostomus, si huius causam quæris discere, amoris res erat: et ideo innuit Petrus Ioanni, vt quæreret, non vt maiori existenti, sed propter multum amorem, vt dictum est. Tamen Ioannes non se nominauit propter ingloriationem, id est, gloriæ vanæ vitationem, ait Chrysostomus: Et patet ex dictis prærogatiua priuilegialis beati Ioannis, quòd erat a filio Dei dilectus, et quòd fuit in sinu eius recumbens, et pectori innixus. Per sinum enim signatur hic secretum, scilicet sapientiæ, ait Augustinus: Vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus. Et de hoc in collatione prædicabili, infra. Et sequitur responsio Saluatoris: *Respondit Iesus: Ille est cui intinctum panem.* Vt ait Augustinus: Expressus est traditor: nudatæ sunt latebræ tenebrarum: *Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ*, et cetera. De isto pane quis, et qualis fuerit, Augustinus bene ait: Non, vt putant quidam, tunc Iudas corpus accepit, nam omnibus distribuerat iam Dominus Sacramentum corporis et sanguinis sui. Et ibi Iudas erat. Nunc autem ventum est ad narrationem beati Ioannis, vbi per buccellam tinctam expressit Dominus traditorem. Sed quæritur: quare dedit panem tinctum? Et ad hoc respondet Augustinus, quòd fortassis per panis tinctionem significabat eius fictionem: *Et post buccellam introiuit in eum satanas.* Sed quæritur, qualiter ait: *Tunc introiuit*: quia prius erat Iudas fur et latro. Et ad istud respondet Augustinus: quòd post hunc panem intrauit satanas in eum, vt eum plenius possideret, in quem prius intrauerat, vt deciperet. Quærunt autem aliqui hic, qualiter Deus prodiderit crimen Iudæ, cum esset occultum prius. Ipse enim ait: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum. Et ad istud respondendum est secundum Chrysostomum: quòd et tunc primum redarguit, cum Iesus non nominatim, sed dando sic panem, neque tamen ille ob mensam verecundatus est, eodem modo communicans pane. Hæc ille. Quia ergo filius Dei sciens ipsum esse obstinatum, et inuerecundum: et videns discipulos esse anxiatos, mitigans eos, et sermone et interrogatione, concessit etiam Ioanni recumbere in pectus, siue recidere, vt ait idem Chrysostomus: Sic proditorem expressit, nam tempus passionis imminebat. Qualiter autem tradidit ei corpus suum cum alijs, ad hoc respondendum secundum Augustinum: Bonum est quod accepit, sed malo suo accepit, qui malus male bonum accepit. Vnde et Apostolus: Probet seipsum homo, et sic de pane illo edat: qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Et subditur insinuatio accelerationis criminis ipsius Iudæ: *Dicit ei Iesus: quod facis, fac citius.* Sed quæritur qualiter hoc ait? videtur enim quòd præcepit proditionem facere. Et ad istud respondendum, secundum Augustinum: non præcepit ei facinus, sed prædixit Iudæ malum nobis bonum. O inquit verbum frequentius parati mori, quàm irati. Fac, inquit, citius, non quia tu potes, sed quia hoc vult, qui totum potest. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et de hoc Chrysostomus, vbi supra: Non præcipientis est, neque consulentis, sed exprobrantis et ostendentis, quoniam volebat corrigere Iudam: quia vero incorrecte se habebat, dimittit eum. Hæc ille: *Hoc autem nemo sciuit discumbentium*, quod retorquet Chrysostomus, ad prius dictum, quòd non intellexerant illud, quod ait Saluator: *Cui porrexero panem*: Nam latenter dixit vt nullus audiret. Et enim propterea ad pectus Ioannis tendens interrogat: seu ad aurem, vt non fieret manifestus proditor. Et Christus ita respondit, scilicet silenter, et neque tunc fecit manifestum: nunc autem nudius et manifestius dixit, et tamen neque tunc

Luc. 10. b
Aug. tract. 59. in Ioā. vers. fin. tom. 9.
Ibid. tract. 60. ante medium.
Ibid. post pauca.
Aug. de ciuit. Dei. li. 9. c. 4. to. 5.
1. Ioan. 2. c
Ioan. 6. g
1. Cor. 2. c
Aug. tract. 61. in Ioā. ante med. tom. 9.
Chryſ. hom. 68. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ibidem.
Mat. 16. d
Chryſ. ibid. paulo poſt.
Ibidem.
Aug. tract. 61. in Ioā. circa med. tom. 9.
Mat. 9. a
2. Cor. 12. a
Chryſ. hom. 71. in Ioā. ante mediū tom. 3.
Aug. tract. 61. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.
Chryſ. hom. 71. in Ioā. ante med. tom. 3.
Ibidem.
Aug. tract. 61. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.
Ioan. 12. a
Aug. ibid. paulo ante.
Mat. 18. b
Chryſ. hom. 71. in Ioā. ante med. tom. 3.
Ibid. paulo ante.
Aug. tr. 62. in Ioā. ante med. tom. 9.
1. Cor. 11. f
Aug. ibid. poſt mediū.
Chryſ. hom. 71. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ibidem.

Digitized by Google

eum manifestum fecit. Nam si diuulgasset, fortassis vtique Petrus eum interfecisset. Hæc ille. Et per hoc ad quæstionem suprapositam patet responsio, quòd non manifestauit proditorem: *Quidam putabant, quia loculos habebat.* et cetera, de quibus loculis objicitur, vt supra proximo: qualiter habens loculos erat inter discipulos Domini, quibus est præceptum, non esse solicitos de crastino: et nihil portare in via, nec aurum nec argẽtum. Et ad istud respondet Augustinus, quòd habebat Dominus loculos, et a fidelibus oblata conseruans, et suorum necessitatibus, et alienis indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta. Et de hoc in Glossa. Similiter Chrysostomus homilia dicta: Multam faciebat Dominus, scilicet pauperum procurationem, docens nos multum per hoc facere studium. Hic enim marsupium habebat, ea quæ mittebantur portabat, et nimirum, nullus videtur afferens pecunias: sed quoniam quidam nutriebant eum, scilicet discipulæ eius. Et ad hoc respondet, quòd portabat ad inopum ministerium: vt discas, quoniam et valde pauperem et crucifixum, huius oportet multam facere procurationem: multa enim dispensans ad nostram doctrinam agebat. Hæc ille. Ad ministerium ergo pauperum, et ad formam dandam Ecclesiæ, et ex his, quæ mittebantur, non ex possessionibus proprijs locupletabantur: *Cum ergo ille accepisset buccellam, exiuit.* Vt enim ait Chrysostomus, supra: quia incorrecte se habebat, scilicet Iudas, dimittit eum filius Dei: *Erat autem nox cum exisset.* Vt enim ait Augustinus: Dies diei eructat verbum, i. dest, Christus discipulis, vt audirent eum et amarent sequendo. Et nox nocti annunciauit scientiam, id est, Iudas Iudæis infidelibus, vt venirent et comprehenderent Iesum. Vt enim ait Gregorius: Aliquando a qualitate temporis exprimitur finis actionis, sicut non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exire perhibetur. Hæc ille. Merito ergo erat nox, cum ille exisset, recedens a luce, et a filijs lucis ad opera tenebrarum, et ad filios tenebrarum non rediturus ad lucem: Qui male agit odit lucem, supra: Qui enim ebrij sunt, in nocte ebrij sunt. Ideo dicitur diuiti damnato: Hac nocte repetent animam tuam. Ex dictis patet misera infelicitas Iudæ, quòd ingratus tanto Domino, et tali magistro, nec documentis, nec beneficijs, nec honoribus retardatus fuit a facinoroso crimine suo, nec mirum, intrauerat in eum satanas, et ab eo erat possessus, vt patet ab Augustino. Supra: Sed multi damnant Iudam proditorem, et tamen ipsi sunt proditores veritatis, quæ est filius Dei. Vnde Ambrosius: Quod fecerunt tunc Iudæi persequentes, hoc nunc faciunt Christiani male viuentes, scilicet Christum lapidare et occidere: quia quid est Christus? veritas, pax, iustitia. Qui ergo pro falsitate relinquunt veritatem, qui pro temporali pretio relinquunt iustitiam, qui odiunt veritatem, Christum occidunt. Hæc ille: Rursum Christum crucifigentes. Vnde de talibus: Conuersum est retrorsum iudicium, iustitia longe stetit, corruit veritas in plateis. Et hoc quia ingressus est in eos satanas. De quolibet enim talium verificatur illud: Ingredietur bestia latibulum suum, et in antro suo morabitur. Quod exponit ibi Gregorius, de ingressu diaboli in animam peccatricem. Et hoc faciunt tales qui habent loculos, scilicet absconditos et profundos, et inexplebiles affectus auaritiæ: quæ quidem auaritia siue cupiditas est radix omnium malorum. Vnde Chrysostomus: Neque imitemur Iudam per auaritiam: Non tradis Christum? Sed cum despicis inopem fame tabescentem aut frigore corruptum, eandem et ipse trahis cruciationem. Et cum indigni participemus mysterio, similiter perimus cum Christum occidentibus. Et sic de alijs, quæ ibi enumerat. Et idem: Hæc, id est, auaritia Gieti leprosum pro discipulo fecit. Hæc Ananiam perdidit. Hæc Iudam proditorem operata est, hæc Iudæorum principes corrupit dona accipientes. Hæc ille. Et ibi multum de hoc. Et tales exeunt recedentes a filio Dei: A minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur. Et talibus merito est nox: quia noctem facit vmbra tenebrarum, ait Ambrosius. Et: Nox est absentia solis: sed tales omnia, quæ amant inordinate, interponunt inter se et Deum: Et sic fit eclipsis animabus suis, et nox: Supercecidit ignis, scilicet cupiditatis, et non viderunt solem, ait Propheta: In lectulo meo per noctes quæsiui. Ibi bene: Dies palam facit, quod nox abscondit. Et sequitur: Mundus iste habet noctes suas non paucas, cum ipse totus sit nox. Nox est Iudaica perfidia, nox ignorantia paganorum, nox hæretica prauitas, nox hæreticorum carnalis animalisue conuersatio, nox vbi non percipiuntur, quæ Dei sunt. Et ibi multum et bene de his: Noctes laboriosas enumeraui mihi: Graditur nocte et in tenebris: Non simus noctis, nec tenebrarum, filij sed diei. Et sequitur illa particula, in qua reuelatio passionis et glorificationis, ibi: *Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est,* et cetera. Secundum Augustinum vero incipit sermo, qui factus est ad plures. Et continuat sic: Exijt Iudas proditionis auctor, et clarificatus est filius hominis, separato nequissimo, remanentibus sanctis. Signata est glorificatio eius, quando separatis iniquis manebit ipse in æternitate. Hæc ille. Clarificatus ergo est in passione: quia in ea vicit aduersarias potestates, et de his triumphauit palam: Glorificatus est filius in resurrectione. Vnde Chrysostomus, vbi supra suadens, discipulos non modo non tristari, sed etiam lætari, hoc ait: Superasse mortem, gloria magna est: post mortem præualere, similiter gloria magna est, vt enim credatur resurrectio. Et ibi bene de hoc: *Et Deus clarificatus est in ipso,* hoc est per se ipsum non per alium, ait Chrysostomus, scilicet ostendens se esse Deum. Et quasi exponens, quod dixit, vt ait Augustinus, sequitur: *Si Deus clarificatus est,* quia vt ait Chrysostomus, omnia quæ a filio fuerunt facta, filius ea patri reponit, id est, patri retribuit. Et Deus ergo glorificauit filium dictis modis, et filius glorificauit patrem. Vnde et de Petro, infra dicitur: *Hoc dixit, significans qua morte esset clarificaturus Deum:* multo magis filius in morte clarificauit eum per ea, quæ facta sunt in morte. Vt enim ait Chrysostomus, confestim in ipsa cruce clara apparuerunt, quia petræ scissæ sunt, et sic de alijs. Et ideo ait hic: *Continuo clarificabit eum.* Supra proximo: Venit hora vt clarificetur filius. Et infra: Clarifica filium tuum, *et cetera.* Et sequitur vltima pars capituli, in qua discipulorum consortatio et instructio, ibi: *Filioli.* Et illa in duas. Primo, consolatio et instructio. Secundo, Petri inquisitio, et mutua collatio, ibi: *Dicit ei Simon Petrus.* Ait ergo: *Filioli.* Et patet incensio amoris in modo loquendi: sic enim consueuerunt patres alloqui multum dilectos filios: *Adhuc modicum vobiscum sum.* Sed qualiter hoc, quia dicitur: Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Et ad hoc respondet Augustinus, quòd hic loquitur de præsentia sua in carnis infirmitate, vel de præsentia sua in resurrectionis confirmatione per quadraginta dies. Aut loquitur de præsentia diuina mortalibus ignota. Hæc ille: *Quæretis me,* scilicet volentes me sequi, siue imitari: *Sed non poteritis,* quia nondum Spiritu confirmati. Sed quæritur qualiter supra, loquens Iudæis, ait simpliciter: Quo vado non poteritis venire: hic loquens discipulis ait: *Modo non poteritis venire.* Sic enim quærit Augustinus. Et ad istud respondendum, quòd discipuli erant tunc minus idonei, erant tamen postea secuturi: Iudæi venerant in malitia permansuri, ideo diuersimode loquitur, et ideo docens, quo modo idonei esse possint, et pergere quo ille antecedebat, subdit: *Mandatum nouum do vobis,* sicut continuat Augustinus dicens, quòd hi sunt gradus quibus sequendus est

Mat. 6. d *Mat. 10. a* *Aug. tract. 62. in Ioã. post mediũ. tom. 9.* *Chryſ. hom. 71. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 62. in Ioan. verſ. fin. tom. 9.* *Pſal. 44. a* *Greg. Mor. lib. 2. c. 2. ante med.* *Ioan. 3. c* *1. Theſſ. 5. b* *Luc. 12. c* *Ambr. Ser. 44. de rẽp. poſt mediũ. tom. 5.* *Heb. 6. b* *Iſa. 59. c* *Iob. 37. b* *Greg. Mor. li. 27. c. 17.* *1. Tim. 6. b* *Chryſ. hom. 46. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* *Ibi. hom. 64 poſt med.* *4. Reg. 5. c* *Act. 5. a* *Ieremi. 31. f* *Amb. Hexaem. lib. 4. c. 3. poſt med. to. 1.* *Iſid. de nat. rerum. c. 2.* *Pſal. 57. b* *Cant. 3. a* *Bern. ſer. 71. in Cãt. poſt mediũ.* *Ibid. paulo poſt.* *Iob. 7. a* *Prou. 7. b* *1. Theſſ. 5. a* *Aug. tract. 63. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9.* *Coloſſ. 2. c* *Chryſ. hom. 71. in Ioan. circa med. tom. 3.* *Ibid. poſt pauca.* *Aug. tract. 63. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* *Chryſ. hom. 71. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* *Mat. 27. d* *Ioan. 12. d* *Ioan. 17. a* *Mat. vlt. d* *Aug. tract. 64. in Ioã. circ. mediũ. tom. 9.* *Act. 1. a* *Ioan. 7. a* *Aug. ibid. poſt mediũ.* *Ibid. in fin.*

Digitized by Google

Aug. tract. 65. prope princ. Lemn. 19. c

dus est Christus, vt ait idē August. Sed quæritur sicut obijcit August. qualiter dicitur: *Mandatū nouū*: cū hoc sit mandatū in lege veteri, vbi dicitur: Diliges amicū tuum, *&c.* Et ad istud respondet, quòd ideo nouum dicitur, quia ex vtero vetere induit nouum hominē, innouat enim audientem, vel potius obedientem. Vel aliter, quòd ideo dicitur nouum, quia quantum ad modum diligendi, innouatum est, et ad perfectius diligendum in noua lege est mandatum, in qua est

Mat. 5. g 1. Ioan. 2. a

præceptum diligere inimicos. Vnde quātum ad substantiam antiquum est: Non mandatum nouum do vobis, sed vetus. Dicitur autem nouum quantum ad modum diligendi perfectiorem. De dilectione vero

Dilectio multiplex.

multiplici, scilicet de culpabili et damnabili, qua diligunt se adulteri, et de dilectione naturali, qua diligunt se parentes et filij, et de dilectione amicabili, qua diligunt se homines necessitudine humana, de dilectione sacramentali, qua diligunt se vxores et mariti. Et de dilectione qua diligunt se homines, non ficut homines, sed sicut dij et filij altissimi, vt sint filio eius vnico fratres, Augustinus bene. Et in Glossa

Aug. tract. 65. in Ioā. ante med. tom. 9. Ibidem. Ibid. post medium.

pro parte. Et ideo ait hic: *Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos*, ipsa enim est ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguendo addidit: *Sicut dilexi vos*, ait Augustinus: Sed Deus dilexit nos ad salutem. Vnde Augustinus vbi prius: Medicus dicitur diligere ægrotos, quia non diligit nisi salutem, quam cupit reuocare: et non diligit morbum, quem venit expellere. Sic Deus diligit nos, et nos sic debemus inuicem diligere, vt mutua dilectione constringamur inter nos, et tam dulci vinculo connexis membris corpus tanti capitis sumus. Hæc Augustinus, infra:

Ioan. 15. b

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et quoniam istud mandatum est excellēs, ideo subdit signum adimpletionis huius mandati: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis*, et cetera. Vt

Aug. ibid.

enim ait Augustinus. Alia munera mea habent vobiscum, non mei, sicut naturalia, vt naturam, vitam, sensum, et rationem, et sic dona gratis data: de qui-

1. Cor. 12. d 1. Cor. 13. b

bus: Alij datur sermo scientiæ, *et cetera*. Sed si non habuerint charitatem, nihil prodest. Sed si ipsam habueritis modo dicto, discipuli mei eritis: ipsa enim non perdit cum impijs animam tuam, ipsa discernit

Iob. 30. a Greg. Mor. li. 20. cap. 9. post mediū.

causam tuam. Hæc ille: Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo. Ibi Gregorius, exponens istud, ait: Probatio sanctitatis non est signa facere, sed vnumquemque vt se diligere: de Deo autem vera, de proximo vero meliora, quàm de semetipso sentire. Propter quod ait hic: *In hoc cognoscent omnes*, et cetera. Et sequitur: Testimonium ergo fraterni disciplinatus, est bonum fraternæ dilectionis. Hæc Gregorius. Et

Iob. 11. a Greg. Mor. lib. 10. c. 4. ante med.

ibi bene de hoc: Multiplex lex eius. Ibi Gregorius, de ista lege Dei, quæ est charitas vel fraterna dilectio: Charitate fraternitatis inuicem diligentes. Qualis autem debet esse ista dilectio: Non diligamus verbo

Rom. 12. c 1. Ioan. 3. d Ibidem.

neque lingua, sed opere et veritate. Et sequitur: Diligamus alterutrum, sicut mandatum dedit nobis. Et sequitur inquisitio Petri. Et ibi duo. Primo, vna inquisitio cum responsione. Secundo, inquisitio secunda cum sua responsione, ibi: *Dixit Petrus*. Ait ergo: *Domine quo vadis?* Hoc autem Chrysostomus. Magnum quid amor, et igne ipso vehementius, et ad

Chrys. hom. 72. in Ioā. in princ. tom. 3.

ipsum cælum reducit, et nulla est prohibitio, quæ eius promptum impetum detinere possit. Et ideo ardentissimus Petrus præmissa audiens ait: *Domine quo vadis?* Hoc autem dixit, non ita discere volēs, vt sequi

Aug. tract. 66. in Ioā. prope prin. tom. 9. Ibid. post pauca.

concupiscens. Idem Augustinus: Hoc dixit, tamquam sequi paratus: *Et respondit Iesus: quo ego vado non potes*, et cet. Vt ait Chrysostomus. Christus non ad verba sed ad mentem respondit: *Non potes modo: Sequeris autem postea*. Vt enim ait Augustinus: Non ait, non poteris, sed: *Non potes modo*, dilationem intulit, spem tulit. Ideo ait: *Sequeris postea*. Sed hoc audiēs Petrus non destituit desiderium, spem accipiens: ait Petrus: *Quare*

A *nō possum te sequi?* Vt enim ait Augustinus, quid in animo eius esset cupiditatis, videbat: quid autē virium, non videbat. Voluntatem suam iactabat infirmus: sed inspiciebat valetudinē medicus. Ideo dicebat Petrus: *Animam meam ponam pro te*, scilicet in morte. Vt enim

Ibid. paulò post.

ait Chrysostomus: audiuit a Christo, quoniā hoc maiorem amorē nemo habet. Patet ergo amor et deuotionis feruor et voluntatis vigor in beato Petro. Sed

Chrys. hom. 72. in Ioā. ante med. tom. 3.

Christus ostendens, quoniā eius solius est, scilicet ponere animā in morte: *Respondit animā tuā pro me ponesꝰ* quid tantū præsumis? quid de te sentis? quid esse te credis? Ita facis pro me, quod nondū feci pro te? ait

B Augustinus. Et ideo ait: *Amen, amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec me ter neges*, quasi diceret, vt ait Augustinus: Ecce quomodo tibi cito apparebis qui magna loqueris, et te paruulū nescis: *Amen dico tibi: non cantabit gallus, donec ter me neges*, quasi diceret: non erit

Aug. tract. 66. in Ioā. ante mediū tom. 9. Ibidem.

magnū spatiū, antequā me neges, ait Chrysostomus: Per omnia enim humiliatū docens, et humanā naturam scilicet in ipso, nihil ipsam secundū seipsam existentem: non enim semel et bis hoc passus est, sed ita

Chrys. hom. 72. in Ioan. ante med. tom. 3.

destitit, vt in breui tempore, tertio diceret verbū negationis. Ait Petrus: Et si omnes scandalizati fuerint

Mat. 26. b

in te, ego nūquam scandalizabor. Cui Dominus di-

C xit idem quod hic. Et ideo ait Dominus: Ego rogaui

Luc. 22. d

pro te, vt non deficiat fides tua, *et cet.* Sed qualiter ait hic: *Ter me neges?* et cet. cum dicatur. Priusquā bis gal-

Marc. 14. d

lus vocem dederit, ter me es negaturus. Et ad istud respondendum est secundum Augustinum, vbi de hoc

Aug de Cō. Euang. lib. 3. c. 2. to. 4.

prolixe prosequitur Augustinus. Et est summa, quòd affectione animi et timore tota trina negatio cōcepta est, et trinæ negationi sufficiēs timor eū inuasit, et ita trina negatio ante galli cantū incæpta est: sed nō ante primū galli cantū peracta est. Vnde Marcus de ipsarū vocū interuallis locutus est, et sic secundū affectū et

D volūtatem ter negauit ante primū galli cantū. Secundum tamē interualla vocis, nō ante secundū galli cātum. Et ponit exēplum, tanquā si alicui diceretur: hac nocte antequā gallus cātet ad me scribes epistolā, in qua mihi ter conuiciaberis: non vtique si eā ante omnem galli cantū scribere inciperet, et post primū finiret, ideo dicendū erat falsum fuisse prædictū. Hæc ille. Quia secundum voluntatem et affectionē fecerat, licet non secundū facti processum: ita fuit ex parte ista. Quæritur magistraliter, qualiter ait: *Non potestis venire, quo ego vado*, qualiter habet veritatē: ipsi enim erāt in charitate, et ita in rectavolūtate, et ordinata, et

E ita diligente Deū super omnia. Ergo poterāt ponere animam suam pro Deo, et sic vadere post eum. Et ad istud respōdendū est secundū Augustinū: quantū sibi

Aug. tract. 66. in Ioā. ante med. tom. 9.

assumpserat, ideſt, præsumpserat, nōdum prose posita anima Christi, animā suā polliceretur positurum se esse pro Christo. Ex hoc innuit Augustinus: Antequā esset Christus passus, et antequā esset Spiritus Apostolis in abundantia datus, et antequam fides crescēret, et antequam desiderium ferueret, nō poterat ponere animā pro Christo, quam gratiā dedit Deus suis martyribus, homo enim delectatur in vita sua naturali, et

Ephes. 5. d

detestatur oppositum ac horret: Nemo enim carnem

F suam odio habuit. Et ideo vitæ appetitus, et voluntas sustinendi contrariū, non sunt in homine sine superabundantia gratiæ. Et si obijciatur de hæretico, qui sustinet ignem pro suo errore: ad hoc est respondendum, quod nō est simile: quia ille ex errore et tumore superbiæ et obstinatione sentētiæ suæ, mauult pœnā sustinere, quàm ab errore resilire, et ex suo peccato cadit. Sed vt homo sustineat mortē propter Deū, indiget Spiritu eleuante in amorem Dei. Vnde Augu-

Aug. tract. 27. in Ioā. vers. fin. tom. 9.

stinus loquens de beato Laurentio ait, quòd etiā tormenta nō sensit: caro enim ardebat, sed Spiritus viuificabat, siue vegetabat: quod est tamen intelligendum quātum ad reputationē suā, quia non reputabat tormēta. Itē quęritur cū Petrus esset ita seruēs ex amore, vt dictum est, qualiter permisit Deus eum cadere?

Digitized by Google

Greg. in Euāg. ho. 21. circa med. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Gregorium, quòd nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is qui futurus erat paſtor Eccleſię, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet. Prius enim oſtendit ſibi, et tunc præpoſuit ceteris, vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer aliena infirma toleraret. Hæc ille. Sed quæritur, qualiter ait hic: *Ponam animam meam pro te*, ſcilicet volens et deſiderās mori pro Chriſto: cū dicatur, infra:

Ioan. 21. c Alius te cinget, et ducet te, quo tu non vis. Et ad iſtud

Ibid. hom. 3. paul. poſt medium. reſpondet Gregorius, quòd Petrus martyrium, quod per infirmitatem carnis noluit, per virtutem Spiritus amauit. Et ibi bene de hoc. Infra ergo loquitur, quantum ad infirmitatem ſenſualitatis, hic autem quantū ad voluntatem rationis. Et ex dictis patet, qualis fuit Petrus ex ſe ipſo, et quàm infirmus, et quàm fortis et

Ibid. hom. 30. poſt medium. robuſtus ex Spiritu. Et de hoc Gregorius. Ipſe paſtor Eccleſiæ quantæ formidinis fuerit ante aduentum Spiritus, ancilla oſtiaria dicat: qualis autem fortitudinis poſt aduentum, patet: gaudet enim tunc in verberibus, qui ante in verbo timuit. Et ibi multum et bene de hoc. Et nota quòd ait: *Non cantabit gallus antequam me ter neges*, quod myſterium poteſt eſſe. Per gallum enim prædicator ſignificatur: ante cuius cantum multi negant Chriſtum, et non recte credendo, nec perfecte confitendo, nec iuſte viuendo. Et de iſto

Iob. 38. d Greg. Mor. lib. 30. c. 3. gallo: Quis dedit gallo intelligentiam? Ibi Gregorius, bene de proprietatibus galli, propter quas per gallū prædicator ſiue doctor ſignificatur. Gallus enim horās noctium diſcernit, in noctibus voces emittit, et propter valentiores voces in profundo noctis, quàm in matutino, et cum edere cantus parat, alas excutit, ſeipſum feriens vigilantiorem reddit, vt ait Gregorius vbi ſupra. Item gallus vociferatur contra prælium, ait ſapiens, et poſt prælium et victoriam, ait idem. Itē gallus gallinaceus victus ſilet, et canit cum vincit, ait

Cic. de diuinat. li. 2. ante med. Tullius. Talis debet eſſe doctor ſpiritualiter: Gallus ſuccinctus lūbos. Et de hoc bene et multum Ambroſius: Eſt, inquit, galli cantus ſuauis in noctibus, et etiā

Prou. 30. d Amb. in Hexaem. li. 5. c. 24. poſt med. col. 1. vtilis, quia dormientem excitat, et ſolicitum admonet, et viatorem ſolatur, proceſſum noctis canora ſignificatione proteſtans. Hoc canente latro relinquit inſidias, nauta trepidus mœſtitiam deponit. Et ſequitur: Hoc canente ipſa Eccleſiæ Petra culpam diluit, quam priuſquam gallus cantaret, negando contraxerat. Et ibi bene de hoc. Conſimiliter fit de multis, ante vocem cælicæ prædicationis labuntur: Cum enim

Prou. 29. c. prophetia defecerit, diſſipabitur populus. Sonante autem diuina prædicatione infunditur gratia diuina, illuminantur corda, et cognoſcuntur delicta, et

Act. 10. g conteruntur audientes: Loquente Petro cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbū. Miſit

Pſal. 106. b enim verbum ſuum et ſanauit eos, ait Propheta.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Diuiſio.

ET AIT *diſcipulis ſuis*: *Non turbetur cor veſtrum*. Præhabita confortatione diſcipulorum, ſiue inſtructione per exēplum humilitatis, hic inſtructio eorūdem per documenta veritatis. Et iſta pars in tres partes, ſecundum numerū trium capitulorum. Primo, enim loquendo per appropriationem inſtruit eos, vt ſint recte credentes in

Ioan. 15. a fide. Secūdo, vt ſint feruentes in charitate, infra pro-

Ioan. 16. a ximo: Ego ſum vitis. Tertio, vt ſint conſtantes in ſpe, infra, ibi: Hæc locutus ſum vobis. Prima, ſcilicet iſtud capitulum in tres partes. Primo ad conſtantiam fidei

Iacob. 2. d exhortatio. Secundo, quia fides ſine operibus mortua eſt, ad operum perfectionem perſuaſio, ibi: *Si diligitis me, mandata mea ſeruate*. Tertio, ſui receſſus per paſſionem inſinuatio, ibi: *Hæc locutus ſum vobis*. In prima, tria. Primo, cum dehortatione turbationis fidei

A firmæ exhortatio, et credentibus promiſſio. Secundo, de dictis Saluatoris diſcipulorum inquiſitio, et eorum certificatio, ibi: *Dixit ei Thomas*. Tertio, credulitatis ſiue fidei vtilitas, ſiue fructificatio, ibi: *Amen, amen dico vobis*. Et hoc eſt quod ait: *Non turbetur cor veſtrum*, et cetera, vt ait Auguſtinus: ne mortem tamquam homines timerent, et ideo turbarentur, conſolatur eos, etiam conteſtans ſe eſſe Deum. Vt enim ait Chryſoſtomus: Si vertex, ſcilicet Petrus, qui erat caput, timuit, de illis quid fieret? Ideo ait: *Non turbetur cor veſtrum*, ſcilicet diffidendo: *Neque formidet*, ſcilicet de morte timendo: Nolite timere

B eos, qui occidunt corpus. Dehortatur ergo turbari in intellectu, et formidare in affectu, et effectu: Et ideo ſequitur: *Credite in Deum et in me*. Vt ait Auguſtinus: Conſequens eſt, vt ſi in Deum creditis, et in me: quod non eſſet conſequens, ſi Chriſtus non eſſet Deus: Ipſe enim cum in forma Dei eſſet, ſeipſum exinaniuit. Mortem metuitis huic formæ ſerui: non turbetur cor veſtrum, ſuſcitabit illam forma Dei. Hæc Auguſtinus: Et ſi crucifixus eſt ex infirmitate, viuit tamen ex virtute. Et quoniam hortatus eſt eos, ſubdit cauſam, ob quam non deberent turbari: *In domo patris mei*

C *manſiones multæ ſunt*. Vt enim ait Auguſtinus: Cum hoc audiunt a perturbatione recreantur, certi, ac fidentes etiam poſt pericula tentationum, ſe apud Deū cum Chriſto eſſe manſuros. Et de iſta domo: O Iſrael quàm magna eſt domus Domini. Et ad maiorem certificationem ſubdit: *Si quo minus dixiſſem vobis*, et cet. Si illę videlicet manſiones non eſſent, vel ſi in aliquo minus eſſet, dixiſſem vobis. Et hoc ideo: *Quia vado parare vobis locum*, ſcilicet, ſicut caput quod debent ſequi membra. Oportet enim mori, reſurgere, et aſcendere in cælum, vt nobis locus paretur in regno: Aſcendit enim pandens iter ante eos: *Et ſi abiero*, per carnis abſentiam moriendo, ſiue aſcendendo in cælum, ſiue

D reſurgendo: *Veniam iterum*, apparendo poſt reſurrectionem, vel apparendo in iudicio: Videbunt filium hominis venientem, *et cetera*: *Et accipiam vos*, et cet. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati ſunt: *Vt vbi ſum ego, et vos ſitis*. Supra: Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, et vbi ego ſum, ibi et miniſter meus erit. Et ne ipſi quærerent vbi ſit, ſubdit ſicut continuat Gloſſa: *Et quo ego vado ſcitis*, ſcilicet ipſum patrem, ad quem vado: *Et viam ſcitis*, ſcilicet me hominem qui ſum via. Infra eodem: *Ego ſum via*, et cetera. Sed quæritur de prædictis, qualiter ait:

E *Non turbetur cor veſtrum*, cum ſciret ipſos eſſe iuſtos, et dicatur: Iuſtus in æternum non commouebitur. Videtur quòd ſuperflue de hoc hortatur. Et ad iſtud reſpondendum eſt, quòd eſt turbatio infeſtans, et eſt turbatio euertens. Et hæc ſecunda non cadit in iuſto, mente iuſto. Vnde Auguſtinus loquens de opinione Stoicorum, ait quòd differentia eſt inter animum ſtulti, et animum ſapientis, quòd ſtulti animus cedit paſſionibus, atque accommodat mentis aſſenſui: ſapientis, quamuis eas patiatur, retinet tamen de his, quæ debet effugere rationabiliter, vel eligere, ſtabilem inconcuſſa mente ſententiam.

F Hæc ille. Vnde nota, quòd eſt turbatio ex quadam motione contritionis, quia: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, ait Propheta. Et alibi in pſalmo: Turbatus ſum et non ſum locutus. Et eſt turbatio piæ compaſſionis malis alienis: quia miſericordia eſt triſtitia in malis alienis, ait Damaſcenus. Et Auguſtinus: Quis ignorat ex eo appellatam miſericordiam, quòd miſerum faciat cor condolentis alienum malum. Et de hoc bene ſupra Auguſtinus: Turbetur plane animus Chriſtianus, non miſeria, ſed miſericordia. Et enumerat ibi quattuor affectus. Dictum eſt Marthæ: Solicita es et turbaris erga plurima. Et eſt turbatio et deordinationis et confuſionis, de qua in pſalmo:

Turbati

Aug. tract. 67. in Ioā. prope prin. tom. 9.
Chryſ. hom. 62. in Ioā. ante med. tom. 3.
Mat. 10. e
Aug. tract. 67. in Ioan. ante mediū tom. 9.
Phil. 2. e
2. Cor. 13. b
Aug. ibid. poſt pauca.
Barue. 3. e
Mich. 2. d
Mat. 24. e
Apoc. 19. b
Ioan. 12. e
Prou. 10. d
Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 9. c. 4. tom. 5.
Pſal. 50. d
Pſal. 76. a
Damaſc. orth. fid. li. 2. c. 14.
Auguſt. de morib. Eccl. lib. 1. c. 27. tom. 1.
Ibid. tract. 60. in Ioā. ante med. tom. 9.
Luc. 10. g

Digitized by Google

Psal.75. a *Psal.106. c* Turbati sunt omnes insipientes corde. Et alibi: Turbati sunt et moti sicut ebrius, *et cetera*. Et ista non commouetur iustus. Et est turbatio ex eminentia tristabilis vel terribilis: et sic aliquando turbatur iustus, quantum ad sensualitatem et motum sensualitatis, seruata cum tranquillitate rationis. Vnde Virgilius loquens de Aenea:

Virg. Aeneid. lib. 4. post mediū. *Mens immota manet, lacrymæ volumtur inanes.*

Vt enim ait Augustinus: Homo mouetur metu amissionis rerum, et metu mortis, et etiam metu doloris, vt ait idem. In his tamen retinet sapiens iudicium rationis, stultus autem cedit illis, secundum Augustinum. Item quæritur de hoc quod ait: *In domo patris mei mansiones multæ sunt*, cùm dicatur: Nonne ex denario diurno conueniſti mecum? Tolle, quod tuum est. Vnus ergo denarius omnium, et ita vna mansio. Et ad istud respondendum secundū Augustinum hic, vbi ait: Denarius ille æqualis est omnibus, quo significatur vita æterna, vbi amplius alio nemo viuit, quoniam in viuendo non est diuersa in æternitate mensura, sed multæ mansiones, diuersas meritorum in vna vita æterna significant dignitates. Hæc ille. Quantum ergo ad diuturnitatem siue perennitatem denarius est vnus, quantum ad differentiam meritorum, præmiorum, sunt diuersæ mansiones: Paruus et magnus. Ibi Gregorius, bene de his mansionibus et de earum vnitate. Similiter Gregorius, vbi loquitur de denario diurno bene de denarij vnitate, et de mansionum multitudine. Et de hoc in collatione. Item quæritur de hoc quod ait: *Vado vobis parare locum*. Opponit enim Augustinus, cum dixerit prius, quòd in domo patris sunt multæ mansiones, non est opus aliquam præparare, quia sunt paratæ. Item si futuræ erant et parandæ iam non erant. Et ita male ait: *Multæ mansiones sunt*, Vel, si erant paratæ, male ait: *Vado vobis parare locum*. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd in domo patris sunt multæ mansiones quas præparauit prædestinando, præparat operando. Sicut enim dicitur: Quid est, quod futurum est? Ibi alia littera: Fecit, quæ futura sunt: Fecit, inquam, prædestinando, quæ facturus est operando. Sic ex parte ista mansiones sunt, vt ait hic, in prædestinatione, sed nondum in operatione: parat enim mansiones, mansionibus parando mansores. Hæc Augustinus. Et sequitur: Desiderium dilectionis præparatio est mansionis. Eat Dominus, et paret locum, eat ne videatur, lateat vt credatur, creditus desideretur, vt desideratus habeatur. Et patet hic Saluatoris dignatiua bonitas, et dispensatiua humilitas. Secundum Augustinum. Venit in mundum vt saluaret, reliquit mundum vadens in cælum, vt locus electis pararetur, venturus in fine, vt mundus iudicetur: Exiui a patre, et veni in mundum, *et cetera*: Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum, sic veniet, *et cetera*. Ista sunt itinera æternitatis eius, id est, filij Dei, qui est æternus: Dies æternitatis eius. Et sequitur illa pars in qua inquisitio discipulorum. Et illa in duas. Primo, inquisitio illius. Secundo, alterius, ibi: *Dicit ei Philippus*. In prima duo. Primo ipsa inquisitio. Secundo, Christi responsio, ibi: *Dicit ei Iesus*. Ait ergo: *Dicit ei Thomas*: *Nescimus quo vadis*, et cetera. Sed quæritur, ex quo dixit Christus, eos vtrumque scire, scilicet et viam scitis, *et cetera*, neque dixit falsum: qualiter dixit eos neutrum scire? Et ad istud respondet Augustinus, quòd isti sciebant, sed se scire nesciebant, et ideo eos conuincit Christus respondendo: *Dicit ei Iesus*: *Ego sum via*, quasi diceret secundum Augustinum: vt ostenderet eos scire viam, qua via cognita restat cognoscere quo iret, quia ad veritatem et ad vitam. Vnde Chrysostomus. Ego sum via, per me venitis, nec indigebitis manu ductore. Ego sum veritas, et ita nullum mendacium in eis quæ dicun-

Ecclī. 1. a *Ioan. 16. g* *Act. 1. b* *Mich. 5. a* *Aug. tract. 69. in Ioā. ante mediū tom. 9.* *Ibid. paulo post.* *Chryſ. hom. 72. in Ioā. post mediū tom. 3.*

Iob. 3. c *Greg. Mor. lib. 4. c. 31. ante med.* *Idem in Euang. hom. 29.* *Aug. tract. 68. in Ioā. ante med. tom. 9.*

Aug. de ciuit. Dei. li. 9. c. 4. to. 5. *Mat. 20. a* *Aug. tract. 67. in Ioā. ante med. tom. 9.*

tur. Ego sum vita, et ita si moriamini non peribitis. Hæc ille: Vt ait Glossa. Ego sum via, sine errore quærentibus, et veritas sine falsitate inuenientibus, vita sine morte permanentibus. Item Augustinus. Qua vis ire? ego via. quo vis ire? ego veritas. vbi vis permanere? ego vita. Et Hugo: Christus via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio: quia ipse via, in eo mouemur: quia veritas, in eo sumus: quia vita, in eo viuimus: In ipso viuimus, mouemur, et sumus. Quia ex ipso omnia, ipse est via: quia per ipsum omnia, ipse est veritas: quia in ipso sunt omnia, ipse est vita: Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Et sequitur manifestatio eius quod dixit: *Nemo venit ad patrē, nisi per me*, scilicet, qui sum via: *Et si cognouissetis me, et patrem meum*, scilicet propter vnitatem essentię. Supra: Ego et pater vnum sumus. Vel propter similitudinem splendoris et gloriæ, quia ipse splendor et figura gloriæ: *Et amodo cognoscetis, et vidistis eum*. Sed qualiter hoc? Supra: Deum nemo vidit vnquam. Et ad istud respondendum ijs secundum Augustinum, et est in Glossa, quòd viderunt filium similimum patri, et ita viderunt patrem in filio. scilicet in præsenti. Ideo ait: *Vidistis et cognoscetis*, scilicet in futuro. Vel secundum Chrysostomum, vidistis eum, vt visus est angelus, scilicet in specie ostensa, non tamen substantia visa est. Vel loquitur de visione filij, de qua: Beati mūdo corde quoniā ipsi Deum videbunt. Supra: Deum nemo vidit vnquam nisi vnigenitus, qui est in sinu patris. Ipse narrauit, *et cet.* Et sequitur inquisitio alterius discipuli, scilicet Philippi, ibi: *Dicit ei Philippus*. Et ibi tria. Primo, ipsa inquisitio. Secundo, inquirentis increpatio, ibi: *Dicit ei Iesu*. Tertio, veritatis doctrinatio, ibi: *Philippe*. Ait ergo: *Dicit ei Philippus*: *Domine ostende*, et cet. Vt enim ait Augustinus. Non intelligēs Philippus, quærit: quasi diceret: similem noui, sed non sufficit, nisi et illum nouerim. Et ideo ait: *Ostende nobis patrem, et sufficit*. Et ideo sequitur increpatio. Vnde Augustinus: Magister discipulum arguebat, quia cor postulantis videbat: patrem enim nosse cupiebat, tamquam esset melius, quàm filius. Hæc Augustinus. Et quia merito arguendus erat, sequitur instructio: *Philippe, qui videt me, videt et patrem meum*, quia ego et pater vnum sumus. Et ideo sequitur: *Non credis quia ego in patre*, ac si diceret, ait Augustinus: Cur in similibus distantiam cupis cernere? Cur inseparabiles seperatim desideras nosse? Et ideo hoc manifestans amplius, quòd ipse in patre, et pater in eo, ait: *Verba quæ ego loquor, a me ipso non loquor*, quia a me ipso non sum, ait Augustinus. Et ob eandem causam: Pater in me manens facit opera. Supra: Sicut pater suscitat mortuos, sic et filius. Et quia arguerat Philippum, ostendit non eum solum esse arguendum, sicut continuat Augustinus, propter quod sequitur: *Non creditis quia ego in patre*. Et ita idem in essentia, et inseparabilis. Quòd si non creditis ita esse, sicut est in re: *Alioquin propter opera credite*. Vt enim ait Augustinus. Si separati essemus, inseparabiliter operari nulla ratione possemus: quasi eodem modo legit Chrysostomus: Vides, inquit, proximitatis superabūdantiam, et in eis substantiæ submonstrationem. Opponit autem Augustinus, qualiter ait nunc: *Si cognouissetis me*: cum dixerit superius: *Et quo vado scitis, et viam scitis*: Vocans semetipsum viā, et ita eum cognoscebāt. Et ita videtur dicere contraria. Et ad istud respondet Augustinus, quòd quidam inter eos ipsum sciebant, et pro talibus loquebatur superius: quidam autem ipsum nesciebant, inter quos erat Philippus, et pro talibus, et ad tales loquitur hic. In his autē omnibus propositionibus, quas induxit, scilicet, quòd a se ipso non loquitur, et quòd ipse in patre, et pater in ipso, intendebat instruere eos de perfecta fide vnitatis essentiæ diuinæ, et distinctione personarum. Vnde quia dixit: *A me ipso non loquor*, huius occasione recitat hic Augustinus errorem Arrij, dicentis

Aug. de ver bis Domini serm. 54. prope prin. tom. 10. *Act. 17. f* *Rom. 11. d* *Ioan. 10. d* *Heb. 1. a* *Ioan. 1. b* *Aug. tract. 70. in Ioā. tom. 9.* *Chryſ. hom. 72. in Ioan. post mediū. tom. 3.* *Mat. 5. a* *Ioan. 1. b* *Aug. tract. 70. in Ioā. tom. 9.* *Ibid. post medium.* *Ioan. 10. d* *Aug. ibid. prope finē.* *Aug. tract. 71. in Ioan. prope prin. tom. 9.* *Ioan. 5. d* *Aug. ibid. post mediū.* *Chryſ. hom. 74. in Ioan. post mediū. tom. 3.* *Aug. tract. 70. in Ioā. ante med. tom. 9.* *Aug. tract. 71. in Ioā. ante med. tom. 9.*

Digitized by Google

filium non esse æqualem patri. Quia vero dixit: *Pater in me manens facit*, huius occasione recitat errorem Sabellij, qui posuit, quòd qui pater est, ipse est filius. Et vtriusque erroris falsitatem Augustinus manifestat. Supra: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic et filius. Et ibi post: Quæcumque pater facit, hæc et filius similiter facit. Ex quibus patet et essentiæ diuinæ identitas, et personarum distinguibilitas. Et hæc nunc sunt perfecte credenda recta fide. Ideo ait hic: *Qui videt me*, scilicet visione fidei: *Videt et patrem meum*. In patre autem hoc videbitur visione fruitionis. Infra: Veniet hora quando non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de patre annunciabo vobis. Et de hoc ibi. Et nota quod ait: *Ostende nobis patrem et sufficit nobis*. Licet enim hoc fuerit prolatum ex imperfectione, ob quam imperfectionem fuit Philippus arguendus, ait Augustinus, tamen in his verbis exprimitur protestatio siue veneratio maiestatis, quando ait: *Domine*. Dominus enim nomen illi, ait Propheta. Item exprimitur ibi feruida petitio diuinæ visionis, cum dicitur: *Ostende nobis patrem*. Hæc enim ostensio in gloria, est plenitudo beatitudinis: Videbis faciem eius in nubilo. Videbimus eum sicuti est. Item insinuatur siue exprimitur omnimoda plenitudo, siue adimpletio omnis appetitionis, ibi: *Sufficit nobis*. Propter quod ait Propheta: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Vt enim ait Augustinus: Sufficere est nihil vltra quærere. Et ideo dicitur hic: *Ostende nobis patrem et sufficit nobis*, quia implebit te, satiabit te, perficiet te, ait idem Augustinus. Illud enim sufficit animæ, quòd replet eius capacitatem omnimodam. Sed tantæ dignitatis est humana conditio, vt nullum bonum præter summum possit ei sufficere. Vt dicitur: Solus Deus implet animam. Et ideo merito ait hic: *Ostende patrem et sufficit nobis*. Item illud sufficit animæ, quòd illuminat omnimodam suæ intelligentiæ apprehensibilitatem: sed Deus pater habitat lucem inaccessibilem: Mærens incedebam. Ibi Gregorius: Sancto viro in hac peregrinatione, omne quod sine Dei visione abundat, inopia est. Item illud sufficit animæ, quod terminat et quietat omnem eius appetitum. Talis est Deus pater: Nec multitudo locorum inclinet te. Ibi Gregorius. Ad illum suspensa est anima, a quo formata, et quia ad Deum solum appetendum facta est: omne autem, quod infra appetit, minus est. Ideo iure ei non sufficit, quod Deus non est. Et ibi multum, et bene de hoc. Vnde Augustinus: quòd nec anima sibi, nec ei quidquam sufficit, recedente ab eo qui solus sufficit. Et alibi: Temporale non satiat animam, cui sedes est æternitas. Vnde est sufficientia infusæ intelligentiæ ad cognoscendum: Non quòd sumus sufficientes ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Item est sufficientia diuinæ gratiæ ad viuendū et resistendum tētationibus: Sufficit tibi gratia mea. Item est sufficientia modestiæ ad vtendum: Ego didici in quibus sufficiens sum, scio humiliari, scio et abundare, *et cetera*. Melior est vir pauper et sufficiens sibi, quàm vir gloriosus et indigens pane. Et est sufficientia gloriæ satiantis, de qua loquitur hic. Vnde Augustinus: Quid homini sufficit, cui Conditor non sufficit? Quid vltra quæris, cui omne gaudium: Intra in gaudium Domini tui. Et sequitur illa pars in qua specificatio fructus, siue vtilitatis fidei, ibi: *Amen, amen dico vobis*. Et specificatur duplex vtilitas: quarum prima est, potestas operandi. Secunda, est facilitas obtinendi postulata, ibi: *Quodcumque petieritis*. Ait ergo: *Amen, amen, qui credit in me*, scilicet fide perfecta, quæ per dilectionem operatur. *Opera quæ ego facio*, id est, talia in genere, qualia ego facio, vt sit simplex relatio: *Et ipse faciet: Et maiora horum faciet*, ideſt, maiora his: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc, et transibit, *et cet.* Sed quæritur qualiter hoc? Vt enim dicitur: Non est discipulus super magistrum: non ergo est conueniens discipulos facere maiora operibus Christi magistri sui. Item opera quæ ipse fecit, erant potentiæ infinitæ, et ostendebant ipsum esse Deum, vt ipse arguit supra: Operibus credite: Ergo vt prius. Item sublimioris potestatis debent esse opera sublimiora et maiora: sed sua potestas maior et sublimior, quia ipse virtus supportans omnia: Ergo vt prius. Et ad istud respondendum exponendo istud multipliciter, secundum Augustinum, vbi ait: quòd maius fuit sanare vmbra, quod fuit factum, vbi dicitur, quòd vmbra Petri saluabantur infirmi: quàm fimbria, quòd fuit factum. Primo modo sanauit Christus per apostolos. Secundo, per seipsum, maiora ergo opera fiebant virtute Christi in alijs. Infra: Sine me nihil potestis facere: quàm illa quæ per se fecit. Vel aliter est intelligendum secundum Augustinum, quòd hoc dicitur, quia maiora opera fecit Dominus per credentes, quàm præter credentes. Et hoc non fuit defectio sed dignatio. Præter enim credentes fecit Deus cælum et terram. Per credentes siue illis consentientibus iustificauit impios. Sed numquid omnium operum Christi maiora, qui cum timore et tremore suam ipsius salutem operatur, quod vtique in illo, sed non sine illo Christus operatur. Hæc ille. Vel aliter exponitur secundum Augustinū, ibi, quòd opera de quibus loquitur hic, erant verba quæ tunc dicebat. Et minus est verba iustitiæ prædicare, quod fecit præter nos, quàm impios iustificare, quod ita facit in nobis, vt facimus et nos. Hæc ille. Et per hæc ad obiecta: quia etsi credentes faciunt opera magna, hoc est virtute Iesu Christi, et de fide ac eius efficacia in credentibus: Fides est sperandarum rerum, *et cet.* Et ne quis attribuat sibi hanc potestatem, subdit: *Quia ego vado ad patrem*. Et in hoc consolatur eos, ostendēs quòd ad patrem pergit, non vt derelinqueret indigentes, sed exaudiret petentes, ait Augustinus. Propter quod sequitur: *Quodcumque petieritis*, et cet. *hoc faciam*. Et in hoc notatur sua potestas. Vt enim ait Chrysostomus, omnia signa quæ fecerunt Apostoli, ipse agebat: Per manus Apostolorum fiebant signa. Et: In nomine Iesu Nazareni, surge et ambula. *Faciam, inquam, vt glorificetur pater in filio*, omnia enim agebat ad gloriam patris, qui eum miserat. Et ad maiorem confirmationem repetit: *Quidquid petieritis*. Vnde Chrysostomus quærit, cuius gratia secundo id ponit: et respondet quòd ideo secundo ponit, certificans, id est, confirmans, sui ipsius sermonem. Et ostendens auctoritatem vt prius subdit: *Hoc faciam*. Et vt ait Augustinus: Ne solis Apostolis crederemus hoc esse dictum, ideo ait supra: *Qui credit in me*. Sed quæritur sicut objcit Augustinus, qualiter ait hic: *Quodcumque petieritis hoc faciam*, cum dicatur de Paulo: Ter Dominum rogaui, vt discederet a me, nec tamen fuit exauditus. Et ad istud respondet Augustinus, quòd hic ait: *Si quid petieritis in nomine meo*, et cetera. In nomine enim Saluatoris petimus, quando non contra salutem petimus. Et sequitur: Sic intelligendum est, nos non petere in nomine magistri, quod petimus præter regulam magisterij. Hæc ille. Et quia magis fuit ad salutem ipsi Paulo non exaudiri: ideo Deus propitius non iratus ad voluntatem suam eum non exaudiuit. Et ibi bene de hoc. Ibidem Augustinus de male petentibus, vt de filijs Israel petentibus carnes: Non accipitis eo quòd male petatis. Et de petitione virtuosa ad Deum, qualis debet esse. Infra: Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Vnde et hic tanguntur tres conditiones, quæ debent esse in petitione: quarum prima est, rei petitæ substantialitas, ibi: *Si quid*, scilicet quod sit aliquid reale et vtile: Primo, quærite regnum Dei. Secunda conditio est feruida consideratio, ibi: *Petieritis*: Petite et dabitur vobis, quærite, *et cet.* Tertia est in petendo recta ordinatio

Error Sabellij. *Aug. ibid.* *Ioan. 5. e* *Ibidem.* Essentiæ diuinæ identitas. *Ioan. 16. g* *Hier. 33. a* *Iob. 33. d* *1. Ioan. 3. a* *Psal. 16. c* *Aug. Manual. c. 25. tom. 9.* *1. Tim. 6. c* *Iob. 30. d* *Greg. Mor. li. 20. c. 28. ante med.* *Iob. 36. c* *Greg. Mor. li. 26. c. 28. post mediū.* *Aug. de Trinit. lib. 10. c. 5. to. 3* *Augus. de doct. Christ. lib. 1. c. 38. tom. eod.* *2. Cor. 3. b* *2. Cor. 12. b* *Phil. 4. c* *Prou. 12. d* *Mat. 25. b* Duplex vtilitas. *Gal. 4. c* *Mat. 17. c* *Mat. 10. c* *Ioan. 10. d* *Heb. 1. b* *Aug. tract. 72. in Ioan. post medium. tom. 9.* *Act. 5. c* *Mat. 15. c* *Ioan. 15. a* *Aug. tract. 72. in Ioā. tom. 9.* *Ibidem.* *Heb. 11. a* *Aug. tract. 73. in Ioā. prope prin. tom. 9.* *Chrys. hom. 73. in Ioā. post mediū. tom. 3.* *Act. 5. c* *Act. 3. a* *Chrys. ibid. post pauca.* *Aug. tract. 73. in Ioā. ante medium tom. 9.* *Ibidem.* *2. Cor. 12. b* *Aug. ibid. paulo post.* *Ibid. ante medium.* *Num. 11. c* *Iacob. 4. a* *Ioan. 16. g* *Mat. 6. d* *Luc. 11. b*

Digitized by Google

ordinatio, ibi: *In nomine meo*, vt est expositum. Et sequitur illa pars, in qua exhortatio ad obseruationem mandatorum Dei, eo quòd fides sine operibus mortua est. Et illa pars in tres. Primo, hortatur ad obseruanda mandata, promittendo auxilium. Secundo, hortatur, promittēdo solatium, ibi: *Non relinquam vos orphanos*. Tertio, hortatur ad idem promittendo præmium, ibi. *Qui habet mandata mea*. Ait ergo: *Si diligitis me*, scilicet affectu: *Mandata mea seruate*, in effectu: *Et ego rogabo patrem, et alium paracletum dabit.* Et in hoc patet vtilitas in fructu. Vt enim ait Chrysostomus, operibus nobis opus est vbique et actibus, non ea, quæ per verba, ostensione. Ideo ait hic: *Mandata mea seruate*, quasi idem Augustinus, inducens illud Apostoli: Vultu confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Infra eodem: *Qui habet mandata mea et seruat ea*, et cetera. Et nota quòd ait: *Alium paracletum*, quia primum infundit Deus Spiritum gratiæ ad credendum et amandum, et ad perfectè operandum: Charitas enim diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum. Deinde dat rectè operantibus Spiritum in superabuntia, prout ait hic: *Alium paracletum dabit*, et cetera. Paracletus enim latine dicitur aduocatus, ait Augustinus: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Et sequitur: Postulat pro nobis, *et cetera*. Et quia sine pœnitentia sunt dona Dei, ideo ait: *Vt maneat vobiscum*, scilicet Spiritus. Et quia ipse Spiritus veraciter docet, ideo ait: *Spiritum veritatis*, scilicet dabit, infra: Docebit vos omnem veritatem: *Quem*, scilicet Spiritum: *Mundus non potest accipere*, id est, mundi amatores: non enim habet inuisibiles oculos mundana dilectio, et est contraria diuinæ dilectioni, ait Augustinus. Supra: Mundus eum non cognouit. Et ideo ait hic: *Quia non videt eum*, scilicet credendo: *Nec scit eum*, scilicet intelligendo. Et licet ita sit de mundo et mundanis: *Vos*, qui estis spirituales: *Cognoscetis eum*, cognitione fidei, et visione spei: Videmus nunc in speculo et ænigmate, tunc autem facie ad faciem: *Quia apud vos manebit*, scilicet Spiritus: *Et in vobis erit*. Sed quæritur cū sit prius esse alicubi quàm manere, videtur quòd inconuenienter ordinet. Et ad hoc respondet Augustinus, ne putarent, quod dictum est: *Apud vos manebit*, ita dictum esse, quemadmodum hospes visibiliter manere cōsueuit, exposuit quod dixit: *Et in vobis erit*. De isto Spiritu, et de effectibus, infra dicitur: Sed obijcit Augustinus de hoc, quod ait: *Si diligitis me alium paracletum dabit*, et cetera. Ergo secundum hoc potest Deus diligi absque Spiritu. Et ad hoc respondet sicut tactum est, quòd discipuli habebant Spiritum sanctum: sed occulte, quem erant accepturi in signis et manifeste. Vnde et post resurrectionem fuit eis datus Spiritus, infra: Et post ascensionem propter duo præcepta dilectionis Dei, et proximi secundum Augustinum. Item quæritur qualiter ait: *Rogabo patrem*, cum dicat Augustinus de natura et gratia: quòd nullus orat pro eo, quod per se potest facere. Et ad istud respondendum secundum Augustinum: quòd ipse filius in tempore fuit precator opportunus, qui tamē cum patre erat exauditor æternus. Vnde ergo homo et minor patre, rogabat patrem, cui erat æqualis. Et sequitur secunda particula, in qua hortatur ad mandatorum obseruationem, promittendo solatium: *Non relinquam vos orphanos*. Vt enim ait Augustinus: Ὀρφανοὶ græce, pupilli latine. Pupilli enim vt ait Isidorus, dicūtur, quorū patres ante discesserunt, quàm nomen ab eis acceperunt: vnde et filios sponsi eos vocabant: Filij sponsi non possunt lugere quamdiu est sponsus cum eis. Et supra: Filioli modicum vobiscum sum. Ideo sequitur: *Veniam ad vos*, scilicet post resurrectionem, et hoc non post multum tempus. Ideo ait: *Adhuc modicum*, infra: Modicum et non videbitis me, *et cetera*. Et quia mundus non intelligebat suam virtutem, qua erat resurrecturus, ideo subdit: *Et mundus me iam non videt*. Vt enim ait Augustinus: mundus videbat eum carneis oculis in carne conspicuum: sed non videbat quod in carne latebat, scilicet suam diuinitatem, et tamen non credebat: *Vos autem videbitis me*, scilicet post resurrectionem vtraque visione, scilicet oculis carnis, et oculis mentis. Infra: Iterum modicum et videbitis me. Et hoc ideo: *Quia ego viuo, et vos viuetis*. Quærit Augustinus, cur ait de præsenti se viuere, illos autem de futuro? Et respondet: quòd quia vitam carnis resurgentis, qualis in illo præcedebat, secuturam in illis est pollicitus: duas enim resurrectiones promisit: suam mox futuram, nostram in fine sæculi venturam. Et ideo sequitur: *In illo die cognoscetis*, scilicet resurrectionis futuræ, quando videbimus facie ad faciem, et quādo videbimus eum, sicuti est: *Cognoscetis*, inquam, *quia ego in patre maneo*, vt radius in sole, vnum cum illo. *Et vos in me*, sicut palmites in vite. Infra proximo: Ego sum vitis, *et cetera*. Et: *Ego in vobis*, sicut vita viuificans in viuificatis, et sicut virtus supportans in supportatis, et sicut mouens in eis quæ mouentur: ipse enim via veritas et vita. Supra eodem. Infra: Vt sint vnum, sicut et nos vnum sumus: *Ego in vobis*. Vt enim ait Chrysostomus, quod dictum est: *Ego in patre*, identitatem scilicet significat. Quod autem dictum est: *Ego in vobis*, significat, quod est vnanimitatis et auxilij. Nouit enim, inquit, scriptura, multotiens, eisdem verbis in Deo, et in hominibus positis, non similiter tamen vti: Vos autem Christi, Christus autem Dei: Et nota secundum Chrysostomum: quòd post resurrectionem promittit eis certissimam cognitionem, quia magna erat virtus Spiritus sancti, quæ omnia eos erudiebat, multo magis in gloria. Infra: Palam annunciabo vobis de patre. Et in his omnibus patebat paterna pietas Saluatoris ad discipulos, promittendo Spiritum in auxilium, siue patrocinium, quare vocat Spiritum paracletum. Item promittendo suum solatium, et suum reditum, promittendo etiam suam coexistentiam, siue præsentiam, et promittendo cognitionis plenitudinem, siue luculentiam. Et hæc omnia promittit, vt abijciat tristitiam ab eis, quia ænigmatice insinuabat passionem, secundum Chrysostomum. Sicut infra similiter facit: Plorabitis et flebitis vos. Et sequitur: Videbo vos, et gaudebit cor vestrum, *et cet*. Et nota quòd describit Spiritum a parte originis, quia a patre dandus: item a parte suæ virtutis, quia est paracletus ad consolādum affectū. Vnde Glossa: Paracletum, id est, consolatorem, et quia est Spiritus veritatis ad illuminandum intellectum. Item describit eum a parte suæ permanentiæ, siue perpetuitatis, quantum est a patre Spiritus: quia apud vos et in vobis manet. Item a parte suæ dignitatis: quia mundus non potest eum capere, ideſt, mūdi amatores. Ideo ob istius doni, quod est Spiritus, bonitatem et suauitatem clamat sapiens: O quàm bonus et suauis est Spiritus tuus in nobis! Et sequitur illa pars, in qua hortatur ad mandata obseruanda promittendo præmium, ibi: *Qui habet mandata mea*. Et illa in tres. Primo, ipsa promissio. Secundo, discipuli inquisitio, ibi: *Dicit ei Iudas*. Tertio, Saluatoris respōsio, et veritatis, tam de merito, quàm de præmio explanatio, ibi: *Respondit Iesus*. Ait ergo: *Qui habet mandata mea*, in amore et affectu: *Et seruat ea*, in opere et effectu: *Ille est qui diligit me*, in veritate: *Et diligetur a patre meo*, paterna acceptatione: *Et ego diligo eum*, in præsenti: *Et manifestabo ei me ipsum*, in futuro: Obijcit Augustinus, qualiter ait primo: *Diligetur a patre meo*. Et postea: *Diligam eum*, quasi possit aliquis diligi a patre non a filio, cum sint inseparabiles, et inseparabiliter diligant. Et ad hoc respondet, quòd non dilexit ad hoc vt credamus, et mandatum fidei teneamus, nunc ad hoc diliget vt videamus, et ipsa visione mercedem fidei capiamus. Hæc ille. Hoc ergo non ait: quia sic alia, et alia dilectio a parte Dei vel Christi: sed

Chryſ. hom. 74. in Ioā. in princip. tom. 3.
Aug. tract. 74. in Ioā. ante med. tom. 9.
Tit. 2. b
Rom. 5. a
Aug. ibid. poſt mediū.
Rom. 8. b
Rom. 8. c
Ioan. 16. b
Aug. tract. 2. in Ioan. poſt mediū. tom. 9.
Ioan. 1. b
1. Cor. 13. d
Aug. tract. 74. in Ioā. verſ. fin. tom. 9.
Ioan. 16. d
Aug. ibid. ante mediū
Ioan. 20. d
Act. 2. a
Aug. ibid.
Aug. de nat. et grat. c. 18. to. 7.
Ibid. tract. 75. in Ioā. non longe a prin. to. 9.
Iſid. etym. lib. 11. c. 2.
Mat. 9. b
Ioan. 13. d
Ioan. 16. e
Aug. tract. 75. in Ioan. prope finē. tom. 9.
Ioan. 16. f
Spiritus a multis partibus.
Sap. 12. b
Aug. tract. 75. in Ioā. ante med. tom. 9.
1. Ioan. 3. a
Ioan. 15. a
Ioan. 17. c
Chryſ. hom. 74. in Ioā. ante med. tom. 3.
1. Cor. 3. d
Ioan. 16. g
Chryſ. hom. 64. in Ioan. tom. 3.

Digitized by Google

ſti : ſed quia alius effectus dilectionis huius et illius : Deus enim diligit effectu non affectu, ait Bernardus : Magna ergo promiſſio ſeruantibus mandata, vt patet ex dictis. Et ſequitur illa ſecunda particula : *Dicit ei Iudas*, ſcilicet ſanctus non immundus,
Aug. tract. 76. in Ioã. prope prin. tom. 9. nõ inſectator Domini, ſed ſectator, vt ait Auguſtinus: *Domine quid factum eſt*, et cetera. Quæſiuit enim cauſam, quare non ſe mundo, ſed ſuis manifeſtaturus eſt. Et hoc quæſiuit de omnibus. Et ſequitur reſponſio Saluatoris, et eorum inſtructio tam de merito, quàm de præmio, ibi : *Reſpondit Ieſus*. Et hæc in quattuor. Primo, cauſæ præmiſſio, quare ſe erat manifeſtaturus ſuis et non mundo. Secundo, iterata promiſſio ſuis, ibi: *Hæc locutus ſum vobis*. Tertio, turbationis dehortatio, ibi: *Non turbetur cor veſtrum*. Quarto, ſubiunctio rationis, ob quam breuiter eſt eis locutus cũ inſinuatione inſtantis paſſionis, ibi : *Et nunc dixi vobis*. Ait ergo : *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit*. Præmiſſa quæſtione a diſcipulo, quare erat ſe manifeſtaturus ſuis et non mundo, quaſi aſſignans cauſam ait: *Si quis diligit me*, affectu ſicut prius: *Sermonem meum ſeruabit*, ſcilicèt in effectu vel actu: *Et pater meus diliget eum*, retribuens ei in mercedis fructu : *Et ad eum veniemus*, perſeuerando et conſeruando ipſum in ſtatu. Et quia ſic diligunt Dei electi, et qui ſunt ſui, ideo eis erat ſe manifeſtaturus: *Qui verò non diligit me*, dictis modis: *Nec ſeruat ſermones meos*, nomine mundi cenſendi ſunt, ideo eis ſe non erat manifeſtaturus.
Ibid. paulo poſt. *Qui vero non diligit me*, dictis modis, de eo Auguſtinus: Ecce expoſita eſt cauſa, quare ſe ſuis erat manifeſtaturus, et ipſa cauſa eſt: quòd hi diligunt, illi non :
1. Cor. 13. b dilectio enim diſcernit ſanctos a mundo: Charitatem ſi non habuero nihil ſum. Sed quæritur de hoc quod ait: *Si quis diligit me*, et cetera. Et ſequitur : *Et ad eum veniemus*. Videtur ex hoc quòd prius ſit diligere Deum et ſeruare eius mandata, quàm ſuum venire ad hominem : ſed ad hominem venit, quando dat gratiam, et ita ante donum gratiæ eſt poſſibile diligere Deum, quod eſt falſum. Et ad iſtud reſpondendum eſt ſecundum Gloſſam, et etiam Auguſtinum,
Aug. ibid. quòd cauſa eſt, quaſi Chriſtus erat ſe ſuis manifeſtaturus, dilectio : quæ quidem dilectio probatur in cuſtodia ſermonum Domini. Probatio dilectionis eſt
Greg. ſuper Euang. lib. 2. hom. 10. exhibitio operis, ait Gregorius exponens iſtud. Diligi autem a Deo, eſt acceptari a Deo, ſupra eodem: Qui diligit me, diligetur a patre meo. Et ad ſic diligentem dicitur pater et filius et Spiritus ſanctus veni-
Ioan. 14. c re, et manſionem facere ampliorem gratiam dando,
Greg. in Euãg. ho. 30. ante mediũ et finaliter cuſtodiendo. Vnde Gregorius: In quorundam corda venit, ſcilicet per compunctionem, ſed tempore tentationis non manet. Sed aliter de eo, qui Deum vere diligit, quia ſic eum amor diuinitatis penetrat, vt ab hoc amore tentationis tempore non recedat. Hæc ille. Non ergo loquitur hic de aduentu Dei in animam in prima gratia, ſed in datione ampliorisgratiæ. Et de hoc bene Auguſtinus : Pater et
Aug. tract. 76. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. filius et Spiritus ſanctus veniunt ad nos ſubueniendo, et nos venimus obediendo ; veniunt illuminando, venimus intuendo: veniunt implendo, venimus excipiendo. Et ibi bene de hoc. Et quia dixerat: *Sermones meos* in plurali, ait ; *Sermonem meum, quem audiſtis, non eſt meus*. Et hoc ideo, quia ipſe non eſt verbum ſuũ, ſed patris: quomodo nec ſua imago eſt, ſed patris, nec ſuus filius idem ipſe, ſed patris, ſecundum
Ibid. prope finem. Auguſtinum. Supra eodem: A me ipſo non loquor. Et ſequitur illa pars, in qua iterata promiſſio, et eſt de duobus, ſcilicet de miſſione Spiritus ad docendum, et de donatione pacis ad tranquille viuendum, ibi: *Pacem relinquo vobis*. Ait ergo: *Hæc locutus ſum apud*
Ibid. tract. 77. non mult. a princ. *vos manens*, ſcilicet corporali præſentia et forinſecus, qua cum illis viſibilis loquebatur, ait Auguſtinus : Prior vero manſio, de qua locutus eſt, eſt futura: Nouiſſime diebus iſtis, locutus eſt nobis in filio, *et cetera*:
Heb. 1. a *Paracletus autem Spiritus*. Et in hoc boni promiſſi pretioſitas: *Quem mittit pater*. Et in hoc dantis maieſtas : *In nomine meo*. Et in hoc dationis ordinabilitas: *Docebit vos omnia*. Et in hoc dati Spiritus poteſtas et vtilitas: *Docebit*, inquam, vt intelligamus : *Et ſuggeret*, id eſt, commemorabit ſecundum litteram Auguſtini, vt non obliuiſcamur. Vel ſuggeret ab occulto ſecundum Gloſſam. Sed quæritur quare Spiritus ſanctus dicitur Paracletus, id eſt aduocatus, cum ipſi filio hoc approprietur : Aduocatum habemus apud
1. Ioan. 2. a patrem Ieſum Chriſtum: ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Ergo ei appropriari debet aduocari. Item qualiter ait: *Spiritus docebit vos omnia*, cum filio
Ioan. 13. b approprietur nomen magiſterij, ſupra proximo: Ergo et ei debet appropriari, docere : Ipſe eſt vnus magiſter. Item ipſe eſt ipſa veritas. Supra eodem. Ergo
Mat. 23. a vt prius. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum: quòd Trinitas docet et dicit, et tamen hoc attribuitur cuilibet perſonæ in ſcriptura, ſicut ibi ponit exempla. Similiter vt ait Gloſſa. Conſolari eſt
Aug. tract. 77. in Ioã. ante mediũ tom. 9. opus Trinitatis. Et quia nomine bonitatis Spiritus deſignatur, et per bonitatem Deus conſolatur, ideo Spiritui attribuitur. Ad aliud reſpondendum, quòd eſt aduocatio quantum ad perſonam, et quantum ad officium. Primo modo conuenit filio, quia mediator
eſt. Secundo modo Spiritui ſancto, propter conſilia et officia. Eſt enim officium aduocati poſtulare efficaciter, quod facit Spiritus : Spiritus poſtulat
Rom. 8. c pro vobis. Item aduocati eſt reſpondere, vel reſiſtere, quod facit Spiritus: *Nolite cogitare quo modo, quid loquamini*. Et ſequitur: *Non eſtis qui loquimini, ſed*
Mat. 10. b *Spiritus patris veſtri*, et cetera. Item aduocati eſt arguere aduerſam partem. Et hoc facit Spiritus. Infra: Cum venerit Spiritus, arguet mundum, *et cetera*.
Ioan. 16. b Item officium aduocati eſt arram vel pignus pro heredibus ſumere ſiue ſecuritatem. Sed hoc facit Spiritus, ſecuritatem enim dat ſiue facit : Dedit nobis pi-
2. Cor. 1. d gnus Spiritus, *et cetera*. De hoc Gregorius, quòd
Greg. in Euãg. ho. 30. ant. med. Spiritus dicitur poſtulare, quia ad poſtulandum inflammat, et dicitur conſolator, quia dum ſpem veniæ parat, ab afflictione triſtitiæ mentem leuat. Et ibi bene de hoc. Ad aliud reſpondendum, quòd filius Dei eſt magiſter et veritas, qui docet nos et reuelat patrem. Sed quia hoc totum facit per ſuam voluntatem, vt ait Gloſſa, quæ quidem voluntas eſt appropriata Spiritui ſancto, ideo Spiritus dicitur docere omnia. Filius enim qui eſt lux vera, et ipſa veritas docet illuminans ad intelligendum, Spiritus ſanctus docet inflammans ad amandum: vnctio enim docet
1. Ioan. 2. d eum de omnibus. Et ſequitur promiſſio de pace ad tranquille viuendum : *Pacem relinquo vobis*. Vt enim
Aug. tract. 77. in Ioã. ante med. tom. 9. ait Auguſtinus : Pacem reliquit nobis iturus, pacem ſuam dabit in fine venturus. Vel pacem reliquit in hoc ſæculo, vel pacem reliquit in quo manentes hoſtem vincimus: pacem dabit, quando ſine hoſte regnabimus. Ideo ait Propheta : Pacem ſuper pacem.
Iſa. 27. d Sed quærit Auguſtinus, quare vbi ait : *Pacem relinquo vobis*, non addidit meam, vbi vero ait: *Pacem*
Aug. ibid. poſt mediũ. *meam do vobis*, ibi dixit meam ? Et ad iſtud reſpondet, quòd illud, quod ſemel dictum eſt, ad vtrumque debet referri: vel aliter, quòd in hoc ſæculo non eſt plena pax, quia videmus aliam legem in membris. Sed
Rom. 7. d in futuro erit pax plena, ideo ait: *Pacem meam do vobis*. Et ſequitur tertia particula, in qua dehortatio turbationis cum promiſſione conſolationis, ibi: *Non turbetur cor veſtrum*, et cetera. Vt enim ait Chryſoſtomus, quia multa de morte ſua philoſophatus eſt, ideo ait:
Chryſ. hom. 74. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3. *Non turbetur cor veſtrum*, ſcilicet interius: *Neque formidet*, quod plus eſt, ait Gloſſa. Simile ſupra eodem : *Quia ego dixi vobis vado*, ſcilicet per mortem : *Et venio*, ſcilicet per reſurrectionem, vt ſupra eodem habitum eſt. Et ad maiorem conſolationem ſubdit: *Si diligeretis me, gauderetis*. Et quòd ita ſit paſſibilis, hoc
Aug. tract. 78. in Ioã. verſ. fin. tom. 9. glorificatio manifeſtat. Et hoc ideo ait Auguſtinus, quia naturæ humanæ gratulandum eſt, eo quòd ſic aſſumpta

Digitized by Google

assumpta est a verbo vnigenito, vt immortalis constitueretur in cælo, atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dextram patris. Hæc
Ibid. paulo ante. Augustinus; O ergo magnificentiam sublimationis, et glorificationis naturæ humanæ in Christo: *Pater maior me est*, vt enim ait Augustinus: Agnoscamus
Gemina substantia Christi. geminam substantiam Christi: diuinam, qua æqualis est patri: humanam, qua maior est pater: Nō enim rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo, formam
Phil. 2. a serui accipiens, *et cet.* Æqualis enim est patri in forma Dei, sed semetipsum exinaniuit, *et cet.* non formam Dei amittens, sed formam serui accipiens. Maior est enim forma Dei, quæ non est amissa, quàm forma serui, quæ est accepta. Hæc Augustinus. Merito ergo est gaudendum de magnificatione naturæ humanæ in Christo. Et sequitur vltima particula, scilicet subiunctio rationis, ob quam sic locutus est cum insinuatione futuræ passionis, ibi: *Et nunc dixi vobis*, scilicet quòd vado ad patrem per mortem, et passionem, vt dictum est: *Vt cum factum fuerit, credatis.* Sed qualiter
Aug. tract. 79. in Ioā. prope prin. tom. 9. hoc? quia vt ait Augustinus: Laus fidei est, si quod creditur non videtur. Infra: Beati qui non viderunt, et crediderunt. Et: Fides est sperandarum rerum. Melius ergo diceretur, vt crederent illud, quod non erat
Ioan. 20. g factum. Et ad istud respondendum secundum Augu-
Hebr. 11. a stinum, quòd sicut dictum est Thomæ, infra: Quia vi-
Aug. ibid. disti me, credidisti: aliud tamen credidit, aliud vidit.
Ioan. 20. g Vidit enim hominem, Deum credebat. Sic ex parte ista quod dixit eis, cum factum fuerit illud, quod dixit, visuri essent eum uiuentem, et ad patrem ascendentem: quo viso erant credituri, quòd ipse esset Christus filius Dei. Ex rebus enim quæ videntur, agitur in nobis, vt credantur, quæ non videntur. Hæc ille. Et subdit, quòd erat illud, de quo ait: Cum factum fuerit; *Iam non multa loquor: Venit princeps mundi*, non creaturarum, sed peccatorum, ait Augustinus:
Aug. ibid. post medii. Aduersus principes, et potestates tenebrarum: *Et in*
Eph. 6. b *me non habet quidquam*, nullum scilicet omnino peccatum, ait Augustinus: Qui peccatum non fecit. Et: Ipse
Aug. ibid. paulo ante. enim solus inter mortuos liber, ait Propheta, quia
Isai. 53. c conceptus de Spiritu sancto: Quod natum est in ea, de
1. Pet. 2. d Spiritu sancto est. Ipse enim assumpsit naturam hu-
Psal. 87. a manā, non culpam: Si fuerit pro eo angelus loquens
Mat. 1. b vnum de similibus, *et cetera*. Ibi Gregorius: Satis de
Iob 33. c hoc, quòd ipse fuerit magni consilij angelus, qui lo-
Greg. Mor. lib. 24. c. 2. in princ. cutus est vnum de consimilibus, qui assumpsit humanam naturam, non culpam. Et ibi bene de hoc: *Sed vt cognoscat mundus*, scilicet mundi habitatores: Mundū
2. Cor. 5. d reconcilians sibi: *Quia diligo patrem*, quod potest per effectum cognoscere: *Quia sicut mandatum dedit mihi pater*, et cet. scilicet mortem sustinendo. Sed quæritur, cum Christus nō habuerit peccatum, vt præmissum est, videtur quòd ipsum puniri pro peccato fuerit iniustum, et ita iniuste dedit ei pater mandatum. Idem, Iudas fuit culpatus, et damnatus, quia tradidit Christum ad mortem: sed cum esset mandatum a patre, vt mortem sustineret, videtur quòd non debuit tantum culpari, et quòd idem opus fuerit patris, et ipsius Iudæ. Et ad istud respondendum est, quòd si-
Ioan. 3. b cut supra dictum est: Sic Deus dilexit mundum, vt
Rom. 8. f filium suum vnigenitum daret. Et: Qui filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Ex summa ergo charitate pater voluit, quòd filius mundum redimeret, quæ voluntas fuit eius mandatum. Et
Psal. 39. b hoc idem voluit filius, vt ait Propheta: In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus
Ioan. 10. b meus volui. Supra de vtroque: Potestatem habeo po-
Ibidem. nendi animam meam. Et sequitur: Hoc mandatum accepi a patre. Velle ergo puniri innocentem pro peccato alieno, et nolentem puniri iniustitia est. Velle autem genus humanum per mortem filij Dei innocentis, volentis mori pro genere humano, summæ
Isai. 53. c fuit charitatis, et pietatis: Oblatus est enim, quia ipse voluit. Et etiam summæ fuit æquitatis, vt ipse filius Dei, verus homo satisfaceret pro peccato generis humani, et illud redimeret, et saluaret: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, et voluntas Domini in manu eius dirigetur. Et ad aliud respondendum secūdum Augustinum, vbi ait: Discamus in similitudine operum discernere animos operantium. Et ponit exemplum: Pater tradidit filium, et ipse Christus corpus suum, et Iudas Dominū suū: cur in hac traditione Deus est pius, et homo reus, nisi quia in hac re vna quam fecerunt, causa non vna est, quam fecerunt? Hæc ille. Quamuis ergo fuerit idem factum, quantum ad genus facti: alia tamen causa mouens, et alia intentio in facientibus: *Surgite, eamus hinc*. Quærit Augustinus: Quo? Et respondet, quòd ad illum locum, vnde fuerat tradendus ad mortem, de quo scriptum est: Quæ non rapui, tunc exsoluebā: mortem sine dubio soluturus, et nos a mortis debito redempturus. Hæc ille. Et de hoc in Glossa: Et patet ex dictis, quòd diabolus non est princeps amatorum mundi, nisi ratione peccati, et quòd non habet quidquam in Christo, et in electis eius, qui sunt membra eius, qui sunt a peccato. Et ideo euidens insania peccantium, qui voluntarie se subijciūt tali principi, qui est dominando tyrannicus, et crudelitate impius, et in exigendo seruitium laboriosum incessabilis, et iniquus, et in reddendo stipendium durus: Crudelis enim est, et non miseretur: Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem. Cuius stipendia in reddendo non sunt, nisi mors: Stipendia enim peccati mors. Et: Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. Gregorius de hoc bene. Quærit Chrysostomus, quare ait: *Surgite, eamus hinc*, ex quo nouerat horam passionis: antequam compelleret doctrinam suam, non debuisset hoc dixisse, vt videtur. Et ad hoc respondet, quòd discipuli formidolosi erant, antequam dono Spiritus sancti digni efficerentur. Vnde et audientes prædicta turbabantur, vt mox capiendi. Ideo ducit eos in alium locum, vt existimantes se esse in cautela, id est, securitate, finem sermonis Christi audiant cum otio: erant enim audituri magna dogmata. Hęc ille. Vt ergo securius audirent, sic ait. Vel hoc ait animās eos ad passionem. Vnde Anselmus: Me præcedentem ad passionem debetis imitari: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum.

Aug. tract. 79. in Ioan. post medium. tom. 3. *Isai. 53. d* *Hiere. 6. et 16. f* *Rom. 6. d* *Iob 41. d* *Greg. Mor. li. 34. c. 17. ante med.* *Chrys. hom 75. in Ioā. non longe a prin. to. 3.* *1. Pet. 2. d*

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

EGO *sum vitis vera*. Superius exhortatus est discipulos ad fidei constantiam, et firmitatem, loquendo per appropriationem: hic hortatur eosdem ad dilectionis veritatem. Et hoc in tres. Primo, hortatur eos ad suam sine diuinam dilectionem. Secundo, ad fraternam dilectionem, ibi: *Hoc est præceptum meum*. Tertio, hortatur eos ad tolerantiam mundani odij, sicq. ad dilectionem inimicorum, ibi: *Et si mundus vos odit, et cet.* Prima in quattuor, quoniam omnis diligens Deum in Deo manet, ideo vtens parabola præmittit, quòd ipse est locus mansionis. Secundo, exprimitur fructus ipsius manentis, ibi: *Sicut palmes*. Tertio, subiungitur modus mansionis, ibi: *Sicut dilexit me pater*. Quarto, superadditur effectus eiusdem mansionis, siue ratio finalis huius admonitionis: *Hæc locutus sum*. Ait ergo, vtens parabola, siue loquens parabolice, et hortans ad suam dilectionem: *Ego sum vitis vera*, quasi diceret: Vos debetis me sequi, quia ego sum vitis, *et cetera*. Secundum enim Augustinum, quòd dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatē: *Et pater meus agricola est*. Sed quæritur, qualiter hoc attribuit patri, cum ipse sit agricola. Et respondet Augustinus vbi supra, quòd secundum hoc Christus dicitur vitis, secundum quod ait: *Pater maior me est*.

Continuatio. Diuisio.

Aug. tract. 80. in Ioā. ante med. tom. 9.

supra

ſupra proximo, ideſt, ſecundum quod homo eſt. Secundum vero quod ait: Ego et pater vnum ſumus,
Ioan.10. d ſupra: Ipſe agricola eſt, non talis vt ille, qui extrinſecus dat miniſterium, ſed qui intrinſecus dat incremẽ-
1.Cor.3. b tum: Qui incrementum dat Deus. Et ad modũ agricolæ: *Omnem palmitem*, ideſt, omnem hominem ſcilicet apparenter in me exiſtentem ſecundum commu-
Mat. 3. c nionem ſacramenti: *Tollet*, excludendo: Omnis arbor, quæ non facit fructum, excidetur. De hoc in Gloſſa: *Et omnem qui fert fructum*, ſicut membrum viuũ et viride: Arbor enim bona fructus bonos facit:
Mat. 7. c Purgabit eum, per ampliorem gratiam fidei: Per mi-
Prou.15. d ſericordiam, et fidem purgantur peccata. Et adaptãs
parabolam, ait: *Vos mundi eſtis propter ſermonem*. Quę-
Aug. tract. rit Auguſtinus, quare non ait: mundi eſtis propter
80. in Ioã. baptiſmum, quo loti erant. Et ad illud reſpondet,
poſt mediũ. quòd in aqua verbum mundat. Detrahe verbum, et
tom. 9. quid eſt aqua niſi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit ſacramentum. Et ſequitur, vt in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens, quod
Rom.10. a eſt verbum fidei quo creditur ad iuſtitiam: propter quod verbum ſumus mundi. Hæc ille. Et ibi bene de
Aug. cõtra hoc. Vt enim ait idem Auguſtinus: Homines mun-
Creſc.Grã- dantur quadrupliciter: per verbum veritatis, vt hic.
mat. lib. 2. Item ſacrificio contriti cordis, in Pſalmo: Sacrificiũ
cap.12. poſt Deo ſpiritus contribulatus. Item eleemoſynis: Date
med.to.7. eleemoſynam, et omnia munda ſunt vobis. Item cha-
Pſal. 50. d ritate, quæ cooperit multitudinem peccatorum. Et
Luc. 11. f quia ipſe vitis, et ipſi palmites, ideo ſubdit: *Manete in*
1.Pet.4. b *me*, ſicut in vite viuificante: *Et ego in vobis*, ſcilicet
Ioan.14. c vt vita viuificans. Supra proximo: Ego viuo, et vos viuetis. Et de iſta benedicta vite, in collatione. Sed quæritur, qualiter ait: *Ego ſum vitis vera*, cum hæc nomina, ſcilicet vitis, leo, et lapis dicantur de Chriſto per ſimilitudinem non per proprietatem, ergo nec ſecundum veritatem. Et ad iſtud reſpõdet Auguſtinus,
Aug.tract. quòd dicitur vitis vera ad diſcernendum, cui dictum
80.in Ioan. eſt: Quomodo conuerſa es in amaritudinem vitis
ante med. aliena. Vera ergo dicitur vitis, quia non aliena, et
tom.9. quia fructifera vitis. Item quæritur, ſecundum quam
Hiere. 2. d naturam dicitur vitis: videtur quòd ſecundum humanam, quia vites, et palmites ſunt unius naturæ, ſecundum Auguſtinum. Ad contrarium arguitur,
Aug. ibid. quòd uitis dicitur ſecundum quòd influit in palmi-
paulo ante. tes ſpirituales honorem uiuificum gratiæ, ſed ſic influit, ſecundum quòd Deus: Ergo uitis eſt ſecundum diuinam naturam. Et ad iſtud reſpondendum, quòd quædam dicuntur de Chriſto ſecundum naturam diuinam, quædam ſecundum humanam, quædam ſecundum humanam, ut unitam diuinæ naturæ, ſicut quòd eſt caput Eccleſiæ, et quòd eſt mediator Dei, et hominum. Eſt enim caput Eccleſiæ, et mediator, ſecundum vtramque naturam, propter unitatem hypoſtaſis, et ut eſt obiectum fidei. Eſt enim Deus uerus, et homo. Vt enim ait Auguſtinus: Chriſtus dicitur
Ibid. tract. Latine unctus, et ſic influens in palmites, et mundãs,
7. cir.med. prout ait hic, per uerbum ſuum. Item quæritur de hoc, quòd ait: *Non ferentem fructum, tollet eum*. Cum
Hebr.12. g enim gratia Chriſti ſit omnibus prompta: Ne quis deſit gratiæ Dei. Videtur quòd neminem tollat excludendo. Et ad iſtud reſpondendum eſt, quòd ipſe uenit in mundum in iudicium: Vt qui non uident,
Ioan. 9. g uideant: et qui uident, cæci fiant, ſupra. Non quòd Deus auferat eis lumen gratiæ ad uidẽdum, ſed quia ipſi non recipiunt, nec ſe humiliant ad recipiendum:
2.Cor.4. a Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium. Sic dicitur hic tollere: eo quòd non dat gratiam ad manendum intus, peccatiſq. illius qui tollitur exigentibus. Et ſequitur ſecunda particula, in qua manifeſtatur manſionis in uite fructus. Et primo per oppoſitum. Secundo, per exemplum in propoſito, ibi:
Aug. tract. *Qui manet*. Et hoc, quòd ait: *Sicut palmes non poteſt*
81.in Ioan. *facere fructum*, et cet. Vt enim ait Auguſtinus: Magna
ante med. hic commendatio gratiæ. Sicut enim palmes non po-
tom.9. teſt facere fructum, niſi manſerit in uite, cuius humore uegetatur: ſic ſpiritualiter niſi quis manſerit in Chriſto, de cuius plenitudine accepimus omnes, ſupra: Ipſe enim operatur in nobis uelle, et perficere,
Ioan. 2. b non poteſt facere fructum. Et repetit, quod premi-
Philip.2. b ſit: *Ego ſum vitis*, deinde oſtendit idem in propoſito: *Si quis manet in me*, hauriens humorem gratiæ: *Et ego in eo*, dans ei uitam gratiæ: *Hic fert fructum multum*, tamquam lignum, quòd dat fructum in tempore ſuo.
Vt enim ait Auguſtinus: Ita ſunt in uite palmites, ut
Aug. tract. uiti non conferant, ſed inde accipiant, unde uiuunt.
81. in Ioã. Vitis autem eſt in palmitibus, ut uitale alimentum
circa med. ſubminiſtret. Et ideo ſequitur: *Sine me nihil poteſtis*
tom.9. *facere*: Quid habes, quod non accepiſti? Et: Non
1.Cor.4. b quòd ſimus ſufficientes ex nobis quaſi ex nobis, ſed
2.Cor.3. b ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Et ad maiorem terrorẽ ſubdit, quid fiet finaliter de tali non ferente fructum, dicens: *Si quis in me non manſerit*, ſcilicet per dilectionem: *Mittetur foras*, permittendo ſcilicet extra corporis myſtici vnitatem: *Et arefcet*, priuatus honore gratiæ: Omnis arbor, quæ non facit fructum, exci-
Mat. 7. b detur, et in ignem mittetur: *Et colligent eum*, ſcilicet meſſores angeli: *Et in ignem mittent*. Vnde Auguſti-
Mat.13. d nus ſupra. Ligna itaque vitis tanto ſunt contemptibi-
Aug. tract. liora, ſi in vite non manſerint, quanto ſunt glorioſio-
81.in Ioan. ra, ſi manſerint. Et e contrario: *Si manſeritis in me*,
poſt mediũ. ſcilicet per dilectionem: *Et verba mea in vobis manſe-*
tom.9. *rint*, per eorundem adimpletionem: *Quodcumque voluerit is, petetis*, ſcilicet in nomine meo: *Et fiet vobis*, per diuinam collationem, ſupra proximo: *Quodcumque petieritis patrem, hoc faciam*. Et quoniam ſic fructificantes debent fructificare ad gloriam Dei, ideo ait: *In hoc glorificatus eſt pater meus*, ideſt, ad gloriam eius eſt, et claritatem: *Vt plurimum fructum adferatis*, ſcilicet in operibus, et in effectu: *Et officiamini diſcipuli mei*, ſcilicet manendo in dilectione mea. Conſimiliter eſt dictum Apoſtolis: Luceat lux veſtra coram
Mat. 5. b hominibus, vt uideant ueſtra bona opera, et glorificent patrem, *et cet.* Vnde Auguſtinus: Si in hoc eſt
Aug. tract. clarificatus pater, ut fructum plurimum adferamus,
82. in Ioã. non hoc noſtræ gloriæ tribuamus, tanquam ex nobis
prope prin. hoc habeamus, eius enim eſt hæc gratia: Qui gloria-
tom.9. tur, in Domino glorietur. Sed quæritur de hoc, quòd
2.Cor.10.d ait hic: *Sine me nihil poteſtis facere*, cum dicatur: Re-
Oſee 8. a gnauerunt, et non ex me. Item: Cucurrit aduerſus
Iob 15. c. Deum extento collo. Sed conſtat quòd ſunt tales ſine Deo. Si reſpondeatur, quòd loquitur hic de bonis operibus non de malis. Propter hoc obijcitur,
Eccl.15. d quia dicitur: Appoſui tibi aquam, et ignem, ad quod
Ibidem. uolueris porrige manum tuam. Et ſequitur: Ante hominem uita et mors, bonum et malum: Ergo in hominis poteſtate eſt operari unum, uel aliud. Et ad iſtud reſpondendum eſt, quòd quædam ſunt opera ſuper naturam, ſicut opera gratuita et bona, ad quæ non poteſt homo ſine gratia diuina eleuante: quædã uero ſunt opera naturalia, ad quæ non poteſt ſine Deo conſeruante, ſicut nec natura poteſt ſtare, quia cum cuncta ex nihilo facta ſunt, eorum eſſentia ad nihilum tenderet, niſi auctor omnium manu regnũ teneret, ait Gregorius: quædam ſunt infra naturam, ideſt, a natura deficiente, ut opera peccatorum: et illa quantum ad id quod eſt deordinationis, et defectus, ab ipſo homine ſunt: quantum uero ad actionem ſubſtratam deordinationi, et defectui, a Deo ſunt:
Oſee 13. c Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium. Ad aliud reſpondendum, quòd illud eſt intelligendum propter libertatem arbitrij, cuius eſt eligere, et reſpuere: nihil tamen poteſt effectiue agere ſine diuina uirtute: Deus enim operatur in nobis uelle, et perficere.
Philip.2. b Et nota quòd in omnibus, quæ repetit hic, ſumma
Aug. tract. eſt, quòd ad hoc ut palmes, ideſt, fidelis fructificet,
81. in Ioã. neceſſe eſt, ut in Deo maneat, et Deus in eo. Vnde
circa med. Auguſtinus, quòd palmites accipiunt a uite unde uiuant: Si diligamus inuicem: Deus in nobis manet.
tom.9. *1.Ioan.4. b*

Ibi

Aug. tract. 8. in epist. Ioan. post med. to. 9. Ibi Augustinus: Vicissim habitant, qui continet, et qui continetur: habitas in Deo, sed vt continearis: habitat in te Deus, sed vt te contineat, ne cadas. Et ibi bene de hoc. Item Chrysostomus, in radice manere, hoc facit fructificare palmites. In filio ergo Dei manet per amorem fidelis, sicut palmes in vite, sicut planta in radice, sicut radius in sole, sicut fluuius emanans in fonte suo modo: Ibi requieuerunt fessi robore. Ibi Gregorius: Deus, qui sine situ omnia continet, nobis ad se venientibus locus non localis manet. Et ibi de hoc bene. Item necesse est, vt Deus purificet amplius. Vnde ait supra: Purgabit eum propter continentiam peccatorum contractorum. In multis enim offendimus omnes: Septies in die cadit iustus. Et ideo necesse est, quòd homo Deo operante se purget iugiter. De negligētia purga te cum paucis. Qui sanctus est sanctificetur adhuc. Per misericordiam, et fidem purgantur peccata. Et ideo clamat fidelis continue: Dimitte nobis debita nostra. Ne ergo præcipitemus in maiora peccata, necessaria est purgatio continua: Qui enim modica spernit, paulatim decidit. Ideo ait Propheta: Lauabo per singulas noctes lectum meum. Item necessaria est ad fructificandum, diuinorum verborum perfecta obseruatio. Vnde ait: *Et verba mea in vobis manserint*, supra proximo: Si quis sermonem meum seruauerit. Ibi de hoc. Et sequitur tertia particula, in qua subiungitur manendi in Christo modus: *Sicut dilexit me pater, et ego dilexi vos*. Sed qualiter ait hoc, quia pater dilexit eum, vt filium vnigenitum, sed ipsi erant filij adoptiui per gratiam: Ergo non erant ita diligibiles, sicut filius a patre. Ad istud respondet Augustinus, quòd non æqualitatem naturę ostendat nostrę et suæ, sicut est patris et ipsius, sed gratiam mediatoris ostendit: in ipso enim diligit nos pater, et hæc dilectio est origo omnium bonorum in nobis. Vnde Augustinus: Ecce vnde sunt nobis opera bona: vnde enim diligeremus, nisi diligeremur? Ipse prior dilexit nos. Et ideo sequitur: *Manete in dilectione mea*, ideſt, in gratia mea, ait Augustinus. Et est in Glossa, quæ dilectio facit obseruari præcepta, vt ait Augustinus. Et ideo sequitur: *Si præcepta mea seruaueritis*, opere adimplendo: *Manebitis in dilectione mea*. Sed qualiter hoc? quia prius est diligere, quàm præcepta obseruare. Et ad hoc respondet Augustinus, quòd quia præcepta obseruantur: scietis, quia in dilectione manebitis. Idem ergo perseuerantiæ in dilectione loquitur: quia seruantes mandata, in dilectione perseuerant. Et ideo sequitur: *Sicut et ego præcepta patris mei seruo, et maneo in eius dilectione*. Et per hoc ostendo diligi a patre meo, vt ait Glossa. Et loquitur de seipso, in quantum homo, supra: Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. Et patet hic diuinæ dilectionis gratuitas, quia ipse prior dilexit nos: Diligam vos spontanee. Et patet eius obedientialis humilitas, quia seruauit præcepta patris, supra: Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem patris mei. Item patet meriti perfectibilitas, quæ debet esse in fidelibus, vt sit mansiua dilectio in effectu, et perfecta in affectu operatio: ad quæ persuadens ait: *Manete in dilectione mea*, et cetera, supra proximo: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et in prædictis verbis consolatur eos secundum Chrysostomum. Non enim ait: manent in amore patris, sed amore meo: quasi diceret, a patre amatus sum: et tamen patior, et interficior, ideo non oportet vos turbari, nec existimare, quia non amo vos, et quia nunc derelinquo, si in amore meo manseritis, nulla vobis nocere poterunt. Hæc ille. Et sequitur quarta particula, in qua subiungitur effectus huius mansionis in Christo: *Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum sit in vobis*. Vt enim ait Augustinus, quod est gaudium Christi in nobis, nisi quòd dignatur gaudere de nobis? Et quid est gaudium nostrum, quod dicit esse implendum, nisi eius habere consortium? Et hoc inchoatur in fide renascentium, et implebitur in præmio resurgentium. Hæc ille. Infra: Petite, et accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Et ibi de hoc. Vt enim ait Augustinus, vbi supra: Gaudium nostrū hic proficit, et ad perfectionem perseuerando perten dit, ibi autem implebitur. Gaudium autem suum semper plenum. Et ideo ait de illis: *Vt gaudium vestrum impleatur*. Et sequitur illa pars, in qua hortatur ad fraternam dilectionem. Et hæc pars in duas. Primo, præceptionis præmissio. Secundo, exempli de sua dilectione adiunctio, ibi: *Maiorem hac dilectionem*. Ait ergo: *Hoc est præceptum meum*. Et in hoc præcipientis maiestas, et auctoritas: *Vt diligatis*. Et in hoc rei præceptę qualitas: *Sicut dilexi vos*. Et in hoc adimplendi mandatum rectitudo, siue ordinabilitas. Sed quæritur, cum supra dederit istud præceptum, quare hic repetit? Item quare ait ibi: Mandatum nouum do vobis. Hic autem: *Præceptum meum*? Et ad primum respondet Augustinus, quòd mandati repetitio, commendatio est. Ad aliud respondet, quòd ibi ait: Nouum, ne in vetustate nostra perseueremus. Hic vero dictum est: *Meum*, ne cōtemnendum putemus. Item quæritur, quare non dat præceptum hic, vt diligamus se. Item, quare non est præceptum de fide, et spe? Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd plenitudo legis est charitas: vbi ergo est charitas, quid est, quod possit deesse? vbi autem non est, quid est, quod possit prodesse? Et ita vbi est dilectio proximi, et dilectio Dei: Plenitudo legis est dilectio. Item vbi est dilectio, ibi fides, et spes: Si charitatem non habuero, nihil sum. Et nota quòd hic ait: *Vt diligatis inuicem*, scilicet propter Deum inueniendum. Et in hoc discernitur ista dilectio ab ea dilectione, qua diligunt se homines, supra: Vt diligatis inuicem. Vbi de hoc. Item quærit Gregorius: Cum sacra eloquia plena sint dominicis præceptis, quid est, quòd de dilectione dicit: *Hoc est præceptum meum*. Et ad hoc respondet, quia quidquid præcipitur in sola charitate radicatur. Et ibi bene de hoc, et de dilectione fraterna etiam inimicorum sufficienter. Et sequitur sui exempli in diligendo subiunctio: *Maiorem hac dilectionem*. Et ibi tria. Primo, dilectionis, qua ipse dilexit, specificatio. Secundo, diligentibus sic promissio, ibi: *Vos amici mei*. Tertio, præcepti iteratio, ibi: *Hæc mando*. Ait ergo: *Maiorem hac dilectionem*, quasi diceret, sic ego dilexi, vt animam ponerem pro hominibus, qua non est maior charitas, sicut continuat Augustinus hic. Et eodem modo præcipit hic diligere: In hoc cognouimus charitatē Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit: Christus passus est pro nobis, vobis relinquēs exemplum. Et introducit Augustinus istud, secundum aliam litteram. Quando sederis ad mensam potentis, attende quæ apponuntur tibi, sciēns, quia talia oportet præparare, *et cet.* Sed quæritur, qualiter ait: *Maiorem*, et cetera. Videtur enim quòd sit maior pro inimicis ponere animam. Ait enim Bernardus tractans istud. Maiorem, inquit; habuisti Domine, ponens animam pro inimicis. Vnde Apostolus: Si cum inimici essemus reconciliati sumus per mortem, multo magis in vita. Item cum essemus inimici, qualiter ait hic, quòd posuit animam pro amicis? Et ad istud respondendum secundum Gregorium, quòd dum diligēdo lucrum facere de inimicis possumus, etiam ipsi amici sunt, qui persequuntur. Hæc ille. Hic ergo amicorum nomine etiam inimici intelliguntur, quia ad hoc Christus mortuus est, et nos mori debemus pro inimicis, vt fiant amici. Hæc ille. Et de ista charitate Augustinus, et in Glossis suis. Et sequitur secunda particula, scilicet promissio diuinæ amicitię sic diligentibus: *Vos amici mei estis*, et ita exaltati, et honorati estis: *Si feceritis, qua præcipio*, scilicet de prę missa dilectione. Vnde Augustinus: Magna dignatio,

Ioan. 16. g
Aug. ibid.
Ioan. 13. b
Aug. tract. 83. in Ioā. ante med. tom. 9.
Rom. 13. d
1. Cor. 13. a
Ioan. 13. b
Greg. in Euang. hom. 27. in prin.
Aug. tract. 84. in Ioā. ante med. tom. 9.
1. Ioan. 3. b
1. Pet. 2. d
Prou. 23. c
Ber. ser. de pass. Domini. fer. 4. hebd. pœnosa. ante medium.
Rom. 5. b
Greg. in Euāg. ho. 27. ante med.
Aug. tract. 84. in Ioā. tom. 9.
Ibid. tract. 85. prope princ.

Digitized by Google

tio, vt Dominus, quos nouit ſeruos ſuos, dignetur dicere amicos. Sed qualiter hoc? ſcilicet, cum opponit
Ibid. paulo poſt. Auguſtinus: Cum ſeruire non poſſumus, niſi præcepta Domini fecerimus, quomodo præcepta ſeruando ſerui non erimus? quaſi diceret: non eſt hoc poſſibile. Et ad iſtud reſpondet, quòd ſunt duo timores, et duæ ſeruitutes. Eſt enim timor, qui non eſt in cha-
1. Ioan. 4. b ritate. Et timor permanens in ſæculum ſæculi: Non
Rom. 8. c accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore. Hic ergo loquitur de ſeruis timore ſeruili ſeruientibus. Vnde ſequitur: *Se uus neſcit, quid faciat Dominus eius*, quia, vt
Aug. ibid. poſt mediũ. ait Auguſtinus: cum aliquid boni facit, ſic extollitur, quaſi hoc ipſe faciat, non Dominus eius. Et in ſe non in Domino gloriatur, vt patet de Phariſæo, ſu-
Luc. 18. a pra: Seruus non manet in domo in æternum: *Vos*
Ioan. 8. c *autem dixi amicos, quia quæcumque audiui a patre, nota feci vobis.* Sed quæritur, qualiter hoc? ſicut obijcit
Aug. tract. 86. in Ioã. prope prin. tom. 9. Auguſtinus: cum dicat infra proximo: Multa habeo dicere vobis, ſed non poteſtis portare modo. Inconuenienter ergo ait hic, ſe omnia nota feciſſe, quæ audiuit. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus, quòd illud
Ioan. 16. b quod facturus erat dixit ſe feciſſe, et præteritum po-
Pſal. 21. c ſuit pro futuro, ſicut eſt illud: Foderunt manus meas, non ait foſſuri ſunt. Ita et ait hic ſe omnia nota eſſe
1. Cor. 13. d facturum in illa plenitudine, de qua: Tunc cognoſcã, ſicut et cognitus ſum, *et cet.* Tunc enim videbimus
1. Ioan. 3. a eum ſicuti eſt. Ad maiorem confirmationem promiſſionis ait: *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Et
Aug. tract. 86. in Ioan. circa med. tom. 9. hæc eſt ineffabilis gratia, ait Auguſtinus: Mali enim eramus, et electi ſumus, vt boni per gratiam eligentis eſſemus. Non enim eſt gratia ſi merita præceſſerunt.
Eph. 2. a Electio enim gratiæ eſt. Hæc Auguſtinus, et ibi bene
Rom. 8. f de hoc: Elegit nos in ipſo ante mundi cõſtitutionem: Quos prædeſtinauit, hos et vocauit. Elegi ergo, et vos prædeſtinando, et vocando: *Et poſui*, inſtituendo: *Vt eatis*, proficiendo: *Et fructus veſter maneat*, perſeuerando: *Vt quodcumque petieritis, det vobis*, in regno glo
Aug. ibid. prope finẽ. riæ beatificando. Sed in omnibus his gratia eius prę-
Pſal. 125. b uenit nos, vt eamus, et adferamus: ipſe eſt via qua imus, in qua nos poſuit, vt eamus, ait Auguſtinus: Euntes enim ibant, et flebant mittentes ſemina ſua. Magna ergo merces fraternæ dilectionis, et magna clementia Dei, ſic eligentis, et dantis gratiam ad diligendum. Et ideo ſequitur: *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem*, quaſi hoc eſt præceptum præcipuum, et quaſi ſingulare, vt præmiſſum eſt. Et de iſta mutua dilectione in collatione prædicabili. Quæritur autem de hoc, quòd ait: *Maiorem charitatem*. Ex hoc enim videtur ſumere, quòd poſſit eſſe maior, et minor charitas: cuius contrarium videtur, quia charitas eſt ſimplex forma, et qualitas, et ita nõ recipit minus, et maius. Item ſi eſt minor charitas, aut hoc eſt per peccatũ mortale, aut per veniale: non primo modo, quia mortale tollit omnino charitatem: nec ſecundo modo, quia veniale non minuit charitatem. Et ad iſtud reſpondendum ſine præiudicio, quod eſt loqui de charitate, prout eſt in diuerſis ſubiectis, et ſic eſt maior, et minor, ſecundum quòd eſt maior, et minor gratia data a Deo. Vel eſt loqui de charitate in eodem ſubiecto, et in eadem anima. Et ſic eſt loqui de ipſa eſt ſimpliciter, vel quantum ad ſuam eſſentiam: eſt
Rom. 5. a enim habitus gratuitus a Deo infuſus: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Sic charitas non dicitur maior, et minor, niſi Deus dederit ampliorem gratiam. Vel eſt loqui de charitate penes ſuam inhęrentiam, vel quantum ad ſuam efficientiam: et ſic quia liberum arbitrium non æque fortiter, nec æquali niſu ſemper concurrerit cum gratia, vel in operando, vel in ſuſtinendo, poteſt dici minor charitas, non quantum ad habitum, nec quantum ad actum eſſentialem, et intrinſecum, qui eſt animam gratificare, ſed
Greg. in Euãg. ho. 34. circa fin. quantum ad feruorem. Vnde Gregorius, quòd charitas aliquando flagrat in corde, et tamen non monſtratur in oculo: et ponit exemplum de ſole, cum nube tegitur, ardet enim tunc in cælo, et tamen non videtur in terra. Dicitur aliquando charitas refrigeſcere: Refrigeſcet charitas multorum, quod eſt intelligendum non de vera charitate, ſed de ſimulata, quantum ad geſtum exteriorem, et operum ſimilitudinẽ. *Mat. 24. a*
Et nota quòd ait: *Ego elegi vos*. Et poſſet eſſe thema in electione Prælatorum. Vnde figurantur quattuor neceſſaria talibus. Quorum primum eſt a Deo canonica vocatio: *Ego elegi vos*, non humana poteſtas, nõ cognationis carnalitas, non propria cupiditas, et ſic de alijs debent eligere, per quæ intrant mercenarij, et lupi magis, de quibus ſupra: Qui non intrat per oſtiũ. *Ioan. 10. a*

Prælatis quattuor neceſſaria.

Sed Dominus debet eligere: Certe videtis, quem elegit Dominus, quòd non ſit ei ſimilis in omni populo: Prouideat Dominus Deus hominem ſuper hanc multitudinem, *et cet.* Secundo figuratur ſtabilis firmitudo, ibi: *Poſui vos*. Quod enim ponitur ex propoſito firmiter collocatur: Sternam per ordines tuos lapides. Et ſequitur: Ponam iaſpidem propugnacula tua. Tertium eſt de virtute in virtutem iugis profectio, ibi: *Vt eatis*, in Pſalmo: Ibunt de virtute in virtutem: Numquid mittes fulgura, et ibunt? Et de hoc Gregorius bene: Iuſtorum facta quaſi lux ſplendens procedit, et creſcit. Quartum eſt ſpiritualium fructuum multitudo, ſcilicet in docendo, et in diſpenſando ſacramento, et in orando, et in conuertendo animas ad Deum. Et ſic de alijs bonis operibus: Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Et de ſic fructificare: Nec aliquando deſinet facere fructum. Et ideo ait hic: *Et fructus veſter maneat*, ſcilicet perſeuerando: Sic faciebat Iob cunctis diebus. Ibi Gregorius: De perſeuerantia in multiplicando bona opera. E contrario de multis, qui abierunt retrorſum. Supra: Numquid et vos vultis abire retrorſum? quia nullos fructus adſerunt: et propterea in ignem mittentur, vt præmiſſum eſt. Et ſequitur illa pars, in qua hortatur eos ad malorum tolerantiam, et maleſacientium dilectionem. Et illa pars in quattuor. Primo, odij mundanorum erga diſcipulos præmiſſio. Secundo, conſolationis adiunctio, ibi: *Mementote*. Tertio, cauſæ ſubiunctio, ob quam habebant mundani diſcipulos odio, ibi: *Sed hæc omnia*. Quarto, ſic odientium inexcuſabilitas, ſiue peccati eorum aggrauatio, ibi: *Nunc autem excuſationem non habent*. Ait ergo: *Et ſi mundus vos odit*, et cet. ſupra dictum eſt: *Hæc mando, vt diligatis*. Pro qua dilectione ſunt mundi odia ſuſtinenda: qui mundus odit non ſolum diſcipulos Chriſti, ſed etiam ipſum Chriſtum. Et ideo ſubdit: *Scitote, quoniam me priorem odio habuit*. Vnde Auguſtinus, quòd mundus dicitur dupliciter: vel vniuerſæ eccleſiæ, prout dicitur: Deus erat in Chriſto mundum reconcilians. Item mundus dicitur amatores mundi. Ideo ait Auguſtinus: Mundus odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus ſaluatum, inquinatus mundatum. Hæc ille. Et ideo ſequitur: *Si de mundo*, ſcilicet damnato: *Fuiſſetis*, ipſum ſcilicet amando: *Mundus*, ſcilicet inquinatus: *Quod ſuum erat, diligeret*, ſcilicet ea, quæ talis mundus amat: *Quia vero de mundo non eſtis*, affectu, et amore: *Sed ego elegi vos*, gratia non operibus: *Propterea odit vos mundus*, ſcilicet damnatus: Omne animal diligit ſibi ſimile. Et quia boni, et electi Dei ſunt diſſimiles hominibus mundanis, ideo eos odiunt: Grauis eſt nobis ad videndum, diſſimilis eſt nobis vita illius, *et cetera*. Et ſequitur ſecunda pars, in qua conſolationis adiunctio: *Mementote ſermonis mei*, et cet. Supra: Non eſt ſeruus maior Domino ſuo. Ita ſcilicet, quòd ſeruus ſit liber a perſecutione, quam patitur Dominus. Idem: *Sufficit ſeruo ſi ſit ſicut Dominus eius*. Et ideo ſequitur: *Si me perſecuti ſunt, et vos perſequentur*, in quibus ego ſum, ait Gloſſa. Vbi enim eadem cauſa odij, et idem effectus, ſed me ſunt perſecuti propter virtutem in arguendo eorum mala opera. Supra: Me odit mundus, quia teſtimonium perhibeo de illo: *Si ſermonem meum ſeruauerunt.*

Aug. tract. 87. in Ioã. circa med. tom. 9. *2. Cor. 5. d* *Aug. ibid. poſt pauca.* *Eccl. 13. c* *Sap. 2. c* *Ioan. 13. b* *Mat. 10. c* *Ioan. 7. a*

Digitized by Google

nauerunt, quasi dicerent, neutrum facient: Qui vos
Luc. 10. c spernit, me spernit, et qui vos audit, me audit. Immo
Mat. 22. b consilium inierunt, vt caperent eum in sermone: *Et hæc facient propter nomen meum*, non vestrum, ait Au-
Aug. tract. 88. in Ioan. ante med. tom. 9. gustinus. Et ideo tanto miseriores, quanto beatiores, qui propter hoc nomen ista patiuntur, ait idem Augustinus: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et hoc: *Quia nesciunt eum, qui misit me*, scilicet scientia fidei: Nosse te, consummata iustitia est.
Ibidem. Mat. 5. a Et de his Chrysostomus: Non nos turbari oportet,
Sap. 15. d debentes prælium suscipere, non enim me estis po-
Chryſ. hom. 76. ante med. to. 3. tiores, quem tamen persecuti sunt. Sed quæritur de hoc, quòd ait: *Mundus vos odit*, quia contrarium ait, supra: Non potest mundus vos odisse, *et cet.* Et ad
Ioan. 7. c istud respondendum, quod ibi loquitur quoad illos, qui erant imperfectiores, et quantum ad affectiones imperfectiores: hic autem loquitur de illis, in quantum erant perfecti, et maxime pro statu, in quo erant futuri post impletionem Spiritus sancti, ante cuius aduentum erant timidi. Sed post eius aduentū erant adeo parati in omnibus gaudentes, sicut exemplificat
Greg. in Euāg. ho. 30. ante med. Gregorius. Item quæritur de hoc, quòd ait Augustinus, quòd mundus odit mundum, cum dicatur: Diligite inimicos vestros. Sed ipsi sunt mundus, qui vos
Mat. 5. g odit: Ergo præcipimur diligere mundum, cuius con-
1. Ioan. 3. b trarium: Nolite diligere mundum. Et ad istud respondet Augustinus, quòd præcipimur diligere opificium Dei, et diuersas bonitatis suæ constitutiones, vitium autem diligere prohibemur, *et cetera*. Et ibi bene de hoc. Et patet hic mundi, ideſt, amatorum eius peruersitas, scilicet quòd odit filium Dei, qui est veritas, et discipulos eius propter ipsam veritatem. Vnde tales scilicet mundani odiunt discipulos Chri-
2. Cor. 6. d sti ob vitæ dissimilitudinem, vt tactum est in exposi-
Ioan. 2. d tione litteræ: Quæ enim est participatio iustitiæ cum iniquitate, vt tactum est supra. Dissimilis est nobis vita eius. Item odiunt propter vitæ iustorum luminosi-
Ioan. 3. c tatē, et ipsorum vitæ horribilitatem, supra: Qui male agit, odit lucem. Item odiunt iustos propter doctri-
Prou. 9. b næ eorum veritatem: Noli arguere derisorem, ne
Amos 5. c oderit te: Odio habuerunt corripientem in porta. Item odiunt tales iustos ob inuidentiæ prauitatem, et
Gen. 37. a temporalium cupiditatem: Oderant eum fratres sui, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. Et ideo odientes sic sunt diuinę legis transgressores, quia odiū
Leuit. 19. d fraternum prohibetur: Non oderis fratrem in corde tuo. Item sunt legis charitatis præuaricatores, quæ præcipit hic diligere ad inuicem, et ideo sunt sui ip-
1. Ioan. 3. c sorum homicidæ, et occisores: Qui odit fratrem suū homicida est. Vnde mundani tales odiunt veritatē, et æquitatem, vt dictum est. Item odiunt animam
Psal. 10. b suam, prout ait Propheta: Qui diligit iniquitatem,
Aug. tract. 87. in Ioan. post mediū. tom. 9. odit animam suam. Super quōd Augustinus hic: Odisse se dicitur, quoniam hoc, quod sibi nocet, diligit. Odit ergo in se naturam, diligit vitium. Et ibi bene de hoc. Multum ergo sunt peruersi sic odientes filium Dei, et electos eius, et etiam animas suas. Si
Id. ep. 54. ad Maced. paulo ante med. to. 2. enim vt ait Augustinus, recitans dictum Senecæ: Omnes odit, qui malos odit. Et Boetius: Bonos quis, nisi stultissimus, odit? Malos autem odisse, ratione
Boet. de cōsol. Philoſ. li. 4. proſ. 4. caret: quia si ægri corpore sunt miserandi, mundandi: multo magis illi, quorum mentes improbitas vrget: multo magis qui bonos odit stultissimus est, et ratione caret. Hæc ille. Et si culpa malorum sit odienda, natura tamen est amanda: Perfecto enim odio
Psal. 138. d oderam illos, ait Propheta: Super hoc Gregorius,
Greg. Paſt. cu. p. 3. c. 1. admon. 23. poſt mediū. quòd perfectum odium, quo oditur vitium, et diligitur natura. Et ibi bene de hoc. Et sequitur quarta particula, in qua eorū inexcusabilitas, qui sic odiunt, et ratione documentorum primo, et ratione operum secundo ibi: *Si opera non fecissem*. Ait ergo: *Si non venissem*, et cet. quasi diceret: veritatem docui eos de diligendo: et tamen oderunt. Ideo ait: *Si non veni-*
Ioan. 1. b *sem*, scilicet per incarnationem, supra: In proprie-

venit: *Et locutus non fuissem*, scilicet docendo, et prædicando: Nouissime in diebus istis locutus est nobis
Hebr. 1. a in filio. Supra: Domine verba vitæ habes: *Peccatum*
Ioan. 6. d *non haberent*, scilicet incredulitatis: *Nunc autem excusationem non habent*, scilicet de peccato infidelitatis. Vnde opponit Augustinus: Numquid Iudæi sine
Aug. tract. 89. in Ioā. ante med. tom. 9. peccato erant, antequam Christus aduenisset? Et ad hoc respondet, quòd vult magnum peccatum intelligi, quo tenentur cuncta peccata, et quòd vnusquisque si non habuerit, dimittūtur ei peccata. Et hoc est peccatum infidelitatis, et de hoc in Glossa. Item opponit Augustinus, quòd secundum hoc illi, ad quos
Ibid. paulo poſt. non venit Christus habent excusationem de peccato, scilicet infidelitatis. Et ad hoc respondet Augustinus, quòd Christus per seipsum venit ad Iudæos, sed per ecclesiam suam locutus est gentibus, ideſt, per Apostolos, et discipulos suos, quorum sonus exiuit in omnem terram: Qui vos recipit, me recipit: et qui vos
Luc. 9. f spernit, me spernit. Vnde ait Paulus: An experi-
2. Cor. vlt. a mentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Per ergo Apostolos locutus est Christus gentibus, et ideo qui noluerunt credere, non habent excusationē. Vltimo quærit Augustinus: Vtrum hi, qui priusquam
Aug. tract. 89. in Ioā. ante mediū tom. 9. Euangelium audirent, et fine huius vitæ sunt præuenti, possunt habere excusationem. Et respondet, quòd possunt, sed non possunt effugere damnationem: Qui
Rom. 2. b enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Tanta tamen est suppliciorum, quanta peccatorum diuersitas. Et ita forte leuius damnabuntur illi, qui fuerunt morte præuenti, omnes tamen peribunt. Et quia dixit: *Non habent excusationem de peccato*, nec crederetur, quòd odirent patrem, subdit: *Qui me odit, et patrem meum odit*. Sed opponit Augustinus, quòd prius ait: *Nesciunt eum, qui me misit*, sed non possunt omnes odisse eum quem nesciunt. Et ad istud respon
Aug. tract. 90. in Ioā. in princip. tom. 9. det Augustinus: Inquirens de his prolixe. Et est summa, quòd Iudæi nolebant sua facta damnari. Et hoc habet veritas, vt talia facta damnentur tantum, si veritatem oderunt, quantum oderunt suas pœnas, quas talibus irrogat veritas, hāc per hoc veritatē oderunt, qua iudicante damnantur. De Deo natam esse veritatem nescierunt, et ita ipsum nesciunt, et oderunt. Hæc Augustinus: Vnde ex hoc trahitur, quòd est odiū intentum, et voluntarium, et est odium interpretatiuum. Primo odio nullus odit Deum, vnde Deus:
Ioan. 3. b tamen odio interpretatiuo mali odiunt, supra: Qui
Aug. cōfeſſ. li. 10. c. 23. tom. 1. male agit, odit lucem. Vnde Augustinus, quòd aliqui propter eam rem oderunt ueritatem, quam pro veritate amant. Amant enim lucentem, oderunt redarguentem. Hæc ille. Et sequitur ostensio inexcusabilitatis ratione operum: *Si opera non fecissem*, et cetera: *Peccatum non haberent*, scilicet illud magnum, de quo supra eodem: *Nunc autem viderunt*, opera illa, et tamen: *Et oderunt me*, scilicet facientem: *Et patrem meum*, qui misit me. Sed obijcit Augustinus, quòd
Aug. tract. 91. in Ioā. ante med. tom. 9. nulla opera Christi fuerunt maiora, quàm suscitatio mortuorum: sed prophetæ antiqui mortuos suscitauerunt, sicut Elias, et Elizæus. Et ad illud respondendum secundum Augustinum, quòd hic loquitur
4. Reg. 10. c non quantum ad operum arduitatem, et mirabilita-
4. Reg. 13. c tem, sed quantum ad operum numerositatem, et multitudinem, quæ enumerat tam de sanitatibus eorum, quos sanauit Dominus, quàm de alijs. Et tot, et talia nullus alius fecit. Et de hoc in Glossa: *Et tamen oderunt me, et patrem meum*, ut dictum est supra: *Vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est*, vt est in Psalmis. Et sic sumitur lex communiter. Et intelligendū est, hoc dictum esse consecutiue non causaliter, et eorum legem dicit non ab eis inuentam, sed eis datam, ait Augustinus: *Quia odio habuerunt me gratis*. Vt
Aug. tract. 91. in Ioā. poſt mediū. tom. 9. enim ait Glossa: Gratis odit, qui nullum commodū ex odio portat, vel gratis odio habuerunt, absque debito tamen odij, vel meritis. Et ex dictis patet filij Dei dignatiua bonitas, et patiens longanimitas: qui
Psal. 34. b enim

enim humiliter in carnem venit miſſus ad Iudæos: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Et veniens ſalubriter docuit, et miracula operatus eſt: et tamen nihilominus odia Iudæorum ſuſtinuit. Vnde et in hoc diſcipulos ad inimicorum odia perferenda, ſuo exemplo confirmans, præparauit, vt eum imitando fierent fortiores, ait Auguſtinus. Et ideo in perſona ſua ait Propheta: Odio iniquo oderunt me, quaſi eodem modo exponit Chryſoſtomus, quia res ſtupenda erat, inquit, quòd oderunt eum Iudæi, nullam reprehenſionem inuenientes, cauſam dicit, nequitiam, ſcilicet eorum, quando ait: *Oderunt me gratis.*

Mat.15. c *Aug. tract. 92. in Ioã. in prin. to. 9* *Pſal. 24. d* *Chryſ. hom. 76. in Ioã. ante med. tom. 3.*

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

VM autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre. Præmiſſa exhortatione diſcipulorum ad fidei rectitudinem, et veritatem: hic hortatur eos ad ſpei conſtantiam et firmitatem, loquendo appropriatiue, promittens miſſionem Spiritus, et eius virtutem. Et hæc pars in tres partes. Primo, præmiſſio teſtimonij Spiritus de ipſo, et ipſorum etiam per Spiritum. Secundo, adiunctio, et prænunciatio tribulationum, quas erant paſſuri, ibi: *Hæc locutus ſum.* Tertio, ſubiungitur promiſſio multiplicis adiutorij contra perſecutiones, ibi: *Et cum venerit ille*, et cetera. Ait ergo: *Cum venerit paracletus.* Et continuat Chryſoſtomus ſic: Quia dixerat ſuperius ſe feciſſe opera coram Iudæis, quæ nullus alius fecit: et tamen oderunt eum gratis, ne dicerent diſcipuli Chriſto: ſi te perſecuti ſunt, qui tamen ſigna viderunt, et nos perſequentur. Quid ergo miſiſti nos? et quis attendet nobis? Ideo ſubdit hic: *Cum venerit paracletus*, ſcilicet Spiritus, qui eſt conſolator contra perſecutionem, et aduocatus contra peſequentes: *Quem ego mittam a patre.* Et in hoc notatur, quòd pater et filius ſint vnum principiũ Spiritus, qui procedit ab illis. Signatur tamen in patre auctoritas, quia et ipſe filius eſt a patre. Mittam, inquit, vobis, vt ſummum donum: Omne datum optimum, et omne donum perfectum: *Spiritum veritatis*, non ſolum Spiritum ſanctum eum vocauit, ſed et ſpiritum ueritatis, quia omnia certiſſima nouit, ait Chryſoſtomus: *Qui a patre procedit.* Ecce, ait Chryſoſtomus, non pater ſolus, ſed filius eſt, qui Spiritũ mittit. Ille, inquam, Spiritus: *Teſtimonium perhibebit de me*, quòd ſum miſſus a patre: *Et vos teſtimonium perhibebitis*, ſcilicet virtute ipſius Spiritus: *Quia ab initio mecum eſtis*, ſcilicet ex quo cœpi manifeſtare gloriam meam, ſupra. Et de his Auguſtinus, quòd venit Spiritus in die Pẽtecoſtes ſuper diſcipulos, et cum loquerẽtur linguis omnium gentium, multi compuncti corde conuerſi ſunt. Et ſic teſtimoniũ perhibuit Spiritus, et prębuit fiduciã Apoſtolis, vt patet. Et ponit exemplum de Petro, qui prius quem dilexerat, negabat, poſtea quem negauerat, diligebat. Et prius amor fuerat infirmus, et anguſtus, donec eum roboraret, et dilataret Spiritus ſanctus. Et ibi multum de hoc. Et patet hic veritas fidei de proceſſu Spiritus ſancti, et falſitas erroris Græcorum dicentium Spiritum ſanctum non procedere a filio, ait enim hic: *Quem mittam a patre*, in quo notatur, quòd a filio procedit ſpiritus: filius tamen dicit, quòd a patre procedit, quia ſemper ipſius eſt, ad patrem ſolet referre, prout ait Gloſſa. Quàm efficax autem fuit teſtimonium Apoſtolorum poſt aduẽtum Spiritus, patet cum dicitur de Petro, qui ait: Non poſſumus, quæ audiuimus, et quæ vidimus non loqui. Et: *Accipietis virtutem Spiritus ſancti, et eritis mihi teſtes*, et cetera. Et ſequitur ſecunda particula, in qua prænunciatio, ſiue prædictio futurarum perſecutionum, ibi: *Hæc locutus ſum vobis.* Et ſecundum quoſdam libros hic incipit capitulum decimumſextum. Rectius tamen videtur, quòd ſupra debet incipere, vbi incœpit euangeliſta loqui de ſpiritu, et eius virtute ad teſtificandum, et ad arguendum, et ad docendum, de quibus ſupra. Et narrantur hic tria. Primo, ſecurationũ prænunciatio. Secundo, ſubiungitur ratio, ob quam non fuit prius harum prænunciatio, ibi: *Hæc autem vobis.* Tertio, vtilitatis paſſionis ipſius, et Chriſti receſſus adiunctio: *Sed ego veritatem.* Ait ergo: *Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini*, ſcilicet excidendo a fide: Omnes vos ſcandalum patiemini. Sed quæritur ad quid hoc ait hic, quia in Pſalmo ſcriptum eſt: Pax multa diligentibus legem tuã, et non eſt illis ſcandalum. Sed diſcipuli multum diligebant. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus, quòd hoc fuit verum de his quando charitas fuit diffuſa in cordibus eorum per ſpiritum, *et cet.* Vnde Chryſoſtomus: Cum multos, inquit, incredulos, et vos perſequentes videritis, non ſcãdalizemini, *et cetera. Abſque ſynagogis facient vos*, ſupra: Conſpirauerant, quòd ſi quis confiteretur Chriſtum, extra ſynagogam fieret. Et hæc fuit vna ratio ſcandalizandi. Et non ſolum hoc: *Venit hora, vt omnis qui interficit vos*, et cetera. Sicut fuit de Paulo. Et hęc fuit vehementia perſecutionis, quando perſequentes æſtimabant ſe obſequium dare Deo perſequendo: Æmulationem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Sed qualiter ait: *Venit hora*, in præterito? Reſpondendum eſt, quòd hoc ait ob breuitatem temporis vſque ad tempus perſecutionis. Et ſicut Auguſtinus: Gentes quando perſequebantur Apoſtolos, dijs ſuis arbitratæ ſunt obſequium præſtare. Sed Iudæi putabant ſe obſequium præſtare Deo. Et ideo clamat Auguſtinus: Error horrendus, et execrabilis cæcitas, obſequium ſe putatur Deo præſtare, interficiendo famulos Dei. Hæc ille. Et ideo ſubdit mitigationem, ſiue conſolationem: *Et hæc facient vobis, quia non nouerũt patrem*, et cetera. Vt ait Auguſtinus: In hoc ſermone erexit diſcipulos exemplo, quibus dixerat ſupra proximo: Si me perſecuti ſunt, et vos perſequentur. Eſt enim glorioſum, et conſolatorium, et gaudioſum pati propter Chriſtum, et ea quæ Chriſtus paſſus eſt: Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida, *et cet.* Et ſequitur: Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine: *Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora eorum*, tenebroſa nocturna, ait Auguſtinus: *Reminiſcamini, quia ego dixi vobis*: Beati qui perſecutionem patiuntur. Et ita reminiſcatur beatificationis, ait Chryſoſtomus. Vnde et hæc prædixit eis, vt ſcirent, quoniam non blandiens, neque decipiens loquebatur eis, ſed vt pręuidens futura. Sed quæritur, qualiter ait: *Non nouerunt patrem, neque me*, quia dixerunt: Hic eſt heres. Et ſupra proximo: Et viderunt, et oderunt. Ad contrarium objicitur: Scio, quòd per ignorantiam feciſtis. Et: Si cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Et ad iſtud reſpondetur, quòd ipſi viderunt Chriſtum filium Dei, et per ſcripturas potuerant cognouiſſe, quòd erat Meſſias promiſſus. Supra: Scrutamini ſcripturas. Et per opera. Supra: Operibus credite. Et ſupra proximo ſimiliter: Si opera non feciſſem. Et ſimiliter per documenta ſaluifica, ſupra proximo: Si non veniſſem, et locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Et quia in eum non crediderunt, et veritatem agnitam impugnauerunt, ideo excæcati ſua malitia, ipſum eſſe Dominum gloriæ non cognouerunt. Quantum ergo ad aliquid cognouerunt, ſimpliciter autem non cognouerunt, nec cõtulerunt. Ideo excæcati ſua malitia ipſum eſſe Dominũ gloriæ non cognouerunt. Et ſequitur ſecunda particula: *Hæc autem vobis ab initio non dixi*, ſcilicet de aduentu Spiritus ſancti: *Quia vobiſcum eram*, Conſolatus vos præſentia mea corporali, exhibitis noſtris ſenſibus, ait Auguſtinus: *Et nunc vado ad eum*, et cetera, ſcilicet per mortem. Sed quæritur, qualiter ait: *Hæc ab initio vobis*

Diuiſio.

Veritas fidei.

Mat. 15. c *Iacob. 1. c* *Chryſ. ibid.* *Ibid. paulo poſt.* *Ioan. 2. b* *Aug. tract. 92. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9* *Act. 2. a* *Act. 4. d* *Act. 1. b* *Aug. tract. 93. in Ioã. prope finẽ. tom. 9.* *Mat. 5. a* *Chryſ. hom. 76. in Ioã. circa med. tom. 3.* *Mat. 21. d* *Act. 3. c* *1. Cor. 2. c* *Ioan. 5. f* *Ioan. 10. d* *Ioan. 15. d* *Ibidem.* *Mat. 26. c* *Pſal. 118. x* *Aug. tract. 93. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Rom. 5. c* *Chryſ. hom. 76. in Ioã. circa med. tom. 3.* *Ioan. 9. c* *Act. 9. f* *Rom. 10. c* *Aug. tract. 94. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* *Ibid. poſt.* *Ibid. paulo ante.* *Ioan. 15. c* *1. Pet. 4. d* *Ibidem.* *Aug. tract. 94. in Ioan. ante med. tom. 9.*

Digitized by Google

vobis non dixit quia alij euangeliſtæ narrant, ipſum di-
Mat. 16. d xiſſe iſta, antequã eſſet in cena: Cœpit oſtẽdere Ieſus
diſcipulis, quia oportet eũ ire Hieroſolymam, et mul
ta pati. Itẽ videtur quòd debuiſſet eis dixiſſe, quia ia-
cula quæ præuidentur, facilius præcauentur. Vt enim
Greg. in E- ait Gregorius: Minus iacula feriunt, quæ præuiden-
uãg. ho. 35. tur. Et ad illud reſpõdet Auguſtinus, quòd illud, quod
prope frin. ait hic, eſt intelligendũ de Spiritu ſancto, qui erat ven
Aug. tract. turus, quando illa mala erant paſſuri, quia Spiritus
94. in Ioã. conſolator interpretatur, vel aduocatus. Et ideo de il-
ante med. lo Spiritu non dixerat ab initio, quia cõſolabatur eos
tom. 9. præſentia corporali: abſceſſurus autem hæc dixit eis
de Spiritu. Et de hoc in Gloſſa pro parte: *Et nemo ex*
vobis interrogat. Sed quæritur ad quid hoc ait. Et ad
Ibid. poſt iſtud reſpõdet Auguſtinus, quòd ſignificat ſe iturum,
multa. vt nullus interrogaret, quod palam fieri viſu corpora-
li cernerent, ſcilicet in aſcenſione. Ideo ait Gloſſa: *Ne-*
Act. 1. b *mo interrogat*, ideſt, interrogabit: Cumq. intuerentur
Aug. ibid. in cælum euntem illum, *et cet.* Auguſtinus: Euntem
eum in cælum non verbis quæſierunt, ſed oculis dedu
xerunt: *Sed quia hæc locutus ſum vobis*, ſcilicet me iturũ
a vobis: *Triſtitia impleuit cor veſtrum*. Vt ait Auguſti-
nus: Videbat quid ad illa ſua verba in cordibus age-
rent. Id enim quod exterius in Chriſto videbãt, amit-
tere metuebant. Et patet vehementia triſtitiæ, quia:
Impleuit. Item patet intimitas eiuſdem, quia impleuit
corda. Infra eodẽ: *Vos triſtabimini*. Item ex hoc patebat
intentio amoris diſcipulorum ad Chriſtũ: quia ſecun
dum quantitatem amoris boni amati eſt quantitas tri
Auguſt. de ſtitiæ de amiſſione, vel abſentatione. Vnde Auguſti-
Ciuit. Dei. nus: Amor inhiãs habere quod amatur cupiditas eſt:
lib. 14. c. 7. id ſi amiſerit, ſentiens triſtitia eſt. Et nota quòd eſt tri-
poſt mediũ. ſtitia bona, et virtuoſa, prout ait Auguſtinus ibi ſupra,
tom. 5. quòd mala ſunt iſta, ſi malus eſt amor, et bona ſi bo-
Ibidem. nus. Vnde eſt bonorũ triſtitia ex ablatione, vel abſen-
tatione diuinę cõſolationis, quę figuratur hic, et infra
eodem: *Vos cõtriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in*
gaudium. Item eſt triſtitia bonorũ ex memoria, et re-
Baruc. 2. d cogitatione propriorum malorum: Anima quę triſtis
Prou. 12. d eſt ſuper magnitudine mali dabit tibi gloriã: Mæror
2. Cor. 7. b in corde viri humiliabit eum. Item: Contriſtati eſtis
Auguſt. de ad pœnitentiam, quæ ſecundum Deum triſtitia pœ-
Ciuit. Dei. nitentiam operatur. Et de hoc Auguſtinus bene, ſu-
lib. 14. c. 7. pra. Item eſt triſtitia virtuoſa ex conſideratione ma-
tom. 5. lorum quæ ſunt in mundo: Cor ſapientũ vbi triſtitia,
Eccl. 7. a quia nullis gaudijs hi animum ſternunt, ait Gregorius
Greg. Mor. exponens illud. Et: Qui apponit ſcientiam, apponit et
li. 18. c. 24. dolorem. Item eſt virtuoſa triſtitia bonorũ ex cõpaſ-
ante med. ſione damnationis hominum, vel oppreſſionis iuſto-
Eccls. 1. d rum: ſi enim patitur vnum membrum, compatiũtur
1. Cor. 12. b et cetera. Omnes qui pie volũt viuere in Chriſto per-
2. Tim. 3. c ſecutionẽ patiuntur. Super quod Auguſtinus: Pia eſt
iuſtitia, et ſi dici poteſt vera miſeria, vitijs alienis tri-
bulari, non implicari, mærere non adhærere, dolore
contrahi, non amore attrahi, *et cet*. In qua triſtitia eſt
Iac. 5. c oratio continuanda: Triſtatur aliquis veſtrum? oret: æquo animo eſt? pſallat. Quia ergo amor diſcipulo-
rum ad Chriſtum intenſus erat, et ex eius præſentia,
et conſolatione vehemens, nec mirum quia erat dele-
ctabilium affluentia: ideo audientes ſermones de ſuo
Aug. tract. receſſu, triſtitia impleuit cor eorum, quia nondũ ha-
94. in Ioan. bebant conſolationem Spiritus, quam erant habituri,
circa med. ait Auguſtinus. Et ſequitur tertia particula, ſcilicet
tom. 9. ſpecificatio vtilitatis ſui receſſus: *Sed ego veritatem di-*
Mat. 22. b *co vobis*, ſicut verus magiſter, qui in veritate docet. Et
Ioan. 14. c ſicut ipſa veritas, ſupra: *Expedit vobis, vt ego vadam*, vt
Aug. ibid. hæc forma ſerui a vobis auferatur, et ne ſitis infantes,
poſt pauca. ſemper contenti iſto lacte, ideſt, amore meæ humani-
Ibidem. tatis, ait Auguſtinus. Et ideo ſequitur: *Si non abiero*, et
Act. 2. f cetera, ideſt, ſi alimenta tenera, quibus vos alui, non
Aug. tract. ſubſtraxero, ſolidum cibum non eſurietis, ait Augu-
94. in Ioã. ſtinus, vbi ſupra: *Si autem abiero*, ſcilicet diſcedendo
poſt mediũ. corporaliter: *Mittam eum ad vos*. Et nõ ſolum Spiritus
tom. 9. adfuit eis, ſed pater, et filius, ait Auguſtinus: Vobiſcũ

A ſum vſque ad conſummationẽ ſęculi. Ideo ait diſcipu
lis: Sedete in ciuitate, quouſque induamini virtute ex
alto. Quærit Auguſtinus: Numquid poterat emittere
Spiritum, qui uenerat ſuper eum in baptiſmo, ſi non
abiret? Præterea amor Apoſtolorum ad Chriſtum
erat ordinatus, ergo non impediebat aduentum Spiri
tus. Item dilectio proximi non impedit dilectionem
Dei, ſed magis ordinat ad illam: ergo multo minus
dilectio Chriſti impediebat miſſionẽ Spiritus ipſius
Apoſtolis. Item dilectio naturalis non repugnat ſpi-
rituali, dum ſit ordinata. Ergo a ſimili ex parte iſta.
Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum,
B ſicut tactum eſt, quòd lacte, ideſt, uerbo carne facto
erant contenti ob magnitudinem cõſolationis, quam
habebant in ipſo Chriſto homine: Non poſſunt filij
ſponſi lugere, quamdiu ſponſus eſt cum illis. Ob ergo
vehementiam dilectionis, quam habebant in Chriſto
homine, qua erant conſolati corporaliter, et ſenſibili-
ter non erant eleuati ad ipſum, in quantum uerbum
æternum: et ideo non fuit Spiritus datus antequã ipſe
abiret. Vnde Auguſtinus: Si carni carnaliter hęſeritis,
capaces Spiritus non eritis, non quòd carnaliter dicat
deordinationẽ amoris, ſed quia diligebãt eum in ſua
humanitate: Et ſi nouerimus Chriſtum ſecundũ car-
C nem, iam non nouimus. Item alia ratio fuit a parte
dantis, quia filius Dei dedit dona ſua poſt uictoriam,
et in ſtatu glorificationis, ſupra: Spiritus non erat da-
tus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. Itẽ fuit con-
grua ratio a parte ſtatus, quia nondum erat Chriſtus
paſſus, nec genus humanum reconciliatũ Deo patri.
Et de his Chryſoſtomus: Nõ parua hæc mitigatio ſci
re eos, quoniam ipſe ſciuerat triſtitiæ ſuperabundan-
tiam, ſcilicet vt Deus. Et ſequitur: Si nondum Spiritu
digni facti, non reſilierunt triſtitia ſuffocati, excogita
quales debebant eſſe gratia Spiritus potituri, *et cet*. Vt
patet ergo ex prædictis, ob uehementiam dilectionis
D Chriſti hominis, et ob immẽſitatem delectationis in
ipſo, qui erat totus deſiderabilis, et ob modicitatẽ de-
ſiderij ſupernæ conſolationis ſpiritualis, et ob cõgrui-
tatem ordinationis, non erat miſſurus Spiritum, niſi
abiret. Et de hoc Gregorius, ſuper illud: Cõſolabitur
mo lectus meus: *Si, inquit, non abiero*, et cet. Ac ſi dice-
ret: ſi ab intentionis ueſtræ oculis corpus nõ ſubtra-
ho ad intellectum uos inuiſibilem per conſolatorem
Spiritum non perduco, *et cet*. Et ibi bene de hoc. Et
ideo expediebat eis, ut uaderet, ut in ſuperabundãtia
Spiritus ueniret, qui teſtimonium perhiberet, et eos
roboraret, aduerſantes argueret, ipſos inſcios erudi-
E ret, prout ſumitur hic: *Si vero abiero*, et cet. Et ſequitur
tertia particula capituli, in qua enumerantur promiſ
ſa eis adiutoria, ibi: *Et cum venerit ille*, et cet. Et illa in
tres. Primo, promittit adiutorium ipſius Spiritus. Se-
cundo, promittit iteratam uiſionẽ ſui ipſius: *Modicum*,
et cet. Tertio, promittit exauditionem ſuæ petitionis
a patre, ibi: *Amen amen dico vobis*. In prima duo. Pri-
mo, promittit adiutoriũ Spiritus, in arguendo aduer-
ſantes. Secundo, eius adiutorium in illuminando ip-
ſum ſuſcipientes, ibi: *Cum venerit ille*. Ait ergo: *Cum*
venerit Spiritus ille, arguet mundum de peccato, ſcilicet
incredulitatis, quo manente alia peccata detinentur,
F ait Auguſtinus. Ideo ſequitur: *Quia non crediderunt in*
me: Et de iuſtitia, eorum qui credunt: ipſa enim fideliũ
comparatio, eſt infideliũ uituperatio, ait Auguſtinus:
Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cũ generatione iſta,
et condemnabunt eam. Et ideo ſequitur: Fides enim
eſt ſubſtantia rerum ſperandarum. Vt ergo notet per-
fectam fidem futuram fideliũ, qua arguitur incredu-
litas infidelium, ideo ait: *Ad patrem vado*, quoniam
in eum, quem non videbitis, creditis. Infra: Bea-
ti qui non viderunt, et crediderunt. Non vide-
bitis, inquam, humilem, ſed excelſum: non morta-
lem, ſed ſempiternum: non iudicandum, ſed iudi-
catorem. Et de hac fide, ideſt, iuſtitia noſtra arguit
Spiritus incredulum mundum. Hæc Auguſtinus:

Mat. vlt. g *Luc. vlt. g* *Ibid. paulo ante.*

Greg. Mor. lib. 8. c. 13. ante med. *Iob 7. e*

Mat. 9. b

Aug. ibid.

1. Cor. 5. d

Ioan. 7. b

Chryſ. hom. 77. in Ioã. ante med. tom. 3. *Ibidem.*

Aug. tract. 95. in Ioan. ante med. tom. 9. *Ibid. poſt pauca.* *Mat. 12. d* *Hebr. 11. a* *Ioan. 20. g*

Digitized by Google

Item et non solum hoc: *Sed arguet de iudicio, quia princeps mundi*, ideſt, infidelium: *Iudicatus est*, quia igni æterno irreuocabiliter est destinatus: Si Deus angelis peccantibus non pepercit, *et cetera*. Quo modo non a Spiritu sancto de hoc iudicio mundus arguetur? ait Augustinus. Et quasi eodem modo legit Chrysostomus, quòd tunc Spiritus arguet mundum, cum et signa maiora faciet, non solum per me, sed etiam per vos: Nunc enim possum dicere, quoniam filius est fabri, et sic de alijs contumelijs, sed tunc omnem excusationem abscidet. Triplicem ergo mundi ingratitudinem arguet Spiritus, quia fidem sufficienter eis ostenderat documentis, et operibus iustitiam in alijs impleuerat, diabolum subiecerat. Et hæc tria deberent mouere ad credendum: scilicet fidei declaratio, operibus Christi, et documentis: fidei perfectio in alijs: diaboli diiudicatio. Et ideo ait hic, quòd de tribus argueret mundum: de peccato incredulitatis scilicet, quia in Christum non credidit: de iustitia aliorum credentium, quam mundus imitari noluit: de iudicio diaboli, quod non timuit. Quærit Augustinus, qualiter ait: quòd Spiritus arguet mundum de peccato, cum hoc sit filij. Christus enim arguet mundum de peccato. Supra proximo: Nunc non habent excusationem de peccato suo. Item videtur quòd potius attribui debuit Christo arguere mundum, quàm ipsi Spiritui sancto. Supra: Omne iudicium dedit filio. Item ipse magister et Dominus, supra: Ergo vt prius. Item Spiritui sancto appropriatur bonitas, pietas, et benignitas: Ergo non debuit ei attribui iste actus, qui est arguere. Et ad istud respondet Augustinus, quòd quos arguit Spiritus sanctus, arguit vtique et Christus. Sed quia per Spiritum sanctum diffundenda erat charitas in cordibus eorum, quæ foras mittit timorem, quo possent impediri, ne auderent mundum arguere, ideo ait hoc. Sæpe enim dicimus, inseparabilia esse opera Trinitatis: sed tamen sigillatim commemorandas esse personas. Hæc Augustinus. Et per hæc ad obiecta: timore enim depulso, arguendi libertatem erant habituri, et ita per Spiritus virtutem erant mundum arguturi. Et quia dixit hæc de virtute Spiritus, subdit: *Adhuc habeo vobis multa dicere*. Sed quæritur, qualiter hoc, quia supra ait: Omnia quæcumque audiui a patre meo, nota feci vobis. Ergo tunc non posset plura habere dicenda eis, quæ non possent portare. Et ad istud respondet Augustinus, quòd signanter ait: *Non potestis portare modo*, quia nondum erant idonei mori pro Christo. Si enim Petrus ante aduentum Spiritus non fuit potens, et idoneus ad moriendum pro Christo: multo minus alij. Loquitur ergo, quòd non poterant portare pœnam mortis, et martyrij pro Christo. Vel secundum eumdem Augustinum loquitur de illis, quę sunt reuelata eis post ascẽsionẽ. Omnia enim canonica, atque auctoritate conscripta ante aduentũ Spiritus, quis audit, vel legit? quasi diceret nullus. Quod vero ait supra, quòd omnia nota fecit eis, ibi ponitur præteritum pro futuro, vt ibi est expositum. Et patet hic exemplum moderantiæ in docẽdo, vt fiat secundum auditorum capacitatem: Super illos stillabat eloquium meũ. Ibi Gregorius in principio: quòd subtiliter debet prospicere is, qui docet, ne plus studeat, quàm ab audiente capiatur, prædicare. Et ibi multum de hoc: Qui ligat aquas in nubibus. Ibi: Qui ligat, *et cet.* ideſt, doctrinas in prophetis, vt nõ erumpant deorsum, scilicet immensitate sua: Non potui loqui vobis, quasi spiritualibus, *et cet.* Et sequitur promissio adiutorij Spiritus in docendo. Et ibi duo. Primo, ipsa promissio. Secundo erroris, qui posset oriri exclusio, et veritatis instructio, ibi: *Non enim loquetur a semetipso*. Ait ergo: *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*. Intus sine sono, ait Glossa. Sed quæritur, qualiter hoc ait? quia: Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus. Non ergo docet omnem veritatem in hac vita. Item vt ait Augustinus: Species numerorum sunt infinitæ, et ita veritates: Sed non est scire infinita: Ergo vt prius. Item multæ veritates geometricæ fuerunt ignotæ a discipulis, qui fuerunt piscatores, nec fuerunt necessariæ ad salutem: Ergo vt prius. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd illud, quod ait hic, non arbitror in hac vita compleri, quamdiu corpus aggrauat animam. Sed nunc per Spiritum sanctum pignus accepimus, vt tunc cognoscamus, sicut cogniti sumus. Et ita videtur loqui pro statu gloriæ secundum Augustinum. Ad aliud quod loquitur hic, non de veritate speculatiua qualibet, sed loquitur de veritate ordinate affectiua, et inducente ad gloriam: Memento, quo modo ambulauerim coram te in veritate. Et de hac veritate in collatione. Item cum docere sit actus veritatis, et magistri, siue sapiẽtia, qualiter attribuerit Spiritui sancto, cum prædicta approprientur filio? Et ad istud respondẽdum, quòd docere est actus Trinitatis: Omnium artifex docuit me sapientiã. Appropriatur autem filio, quantum ad id, quod est speculationis, et cognitionis: Spiritui vero sancto, quantũ ad id, quod est deuotionis, et affectionis. Et sequitur secunda particula, in qua exclusio erroris, qui posset oriri: *Nõ enim loquetur a semetipso*, quia dixerat prius: *Non potestis portare modo, sed cum venerit Spiritus docebit omnem veritatem*, ne quis diceret, quòd operatio Spiritus esset perfectio sua a seipso, sicut continuat Chrysostomus, ideo ait: *Non loquetur a semetipso*. Et hoc ideo, quia non est a semetipso secundum Augustinũ, supra: Qui a semetipso loquitur propriam gloriam quærit: *Quodcumque audiet loquetur*. Vt enim ait Augustinus: Ab illo audiet, a quo procedit. Audire illi est scire, scire vero est esse. A quo ergo illi essentia, siue esse, et audire, et scire, sicut supra dictũ est de filio: Sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit et filio. Nulla tamen disparilitas in illa summa Trinitate, ait Augustinus ibidem: vbi multum de hoc. Sed quæritur, qualiter ait: *Audiet*, in futuro? Et ad istud respondẽdum secundũ Augustinum. Et est summa, quòd propter mutabilitatẽ temporũ, in quibus versatur nostra mortalitas, et mutabilitas, non mendaciter dicimus de Deo, fuit, et est, et erit, quia et fuit, et est, et erit. Cum ergo secundum volumina tẽporum variatur humana locutio, de illo dicuntur cuiuslibet temporis. Semper, inquam, audit Spiritus, cum semper sit, et per hoc et audiuit, et audiet, et audit. Hæc ille. Nulla ergo in Deo propter hoc variatio. Et de hoc ibi Augustinus multũ: *Et quæ ventura sunt, annunciabit vobis*. Non solum ventura in tempore, sed etiam æterna, quorum amore inflammat, vt ait Glossa, et etiam Augustinus: *Et clarificabit me*, ideſt, auferet timorem, et dabit amorem, quo me ardentius prędicantes, gloriæ meæ per totum mundum dabitis odorem, commendabitisq. honorẽ. Hæc Augustinus. Et subdit regulam bonã, quod enim ipsi facturi erant in Spiritu sancto, hoc eumdem Spiritum dicit esse facturum: Non estis qui loquimini, *et cet.* Gloria enim est, ibi Augustinus, sicut antiqui diffiniunt, frequẽs de aliquo fama cum laude: et hæc cum est facta de Christo, non laudato, sed laudantibus prodest. Hæc Augustinus. Luceat lux vestra coram hominibus, ut glorificent patrem, *et cet.* Et ideo annunciabit, quia de me accipiet, ut supra est expositum, quia a me procedet: in quo non est gradus, uel pars intelligẽda, sicut somniant hæretici, sed plenitudo essentiæ, quæ eadem est in tribus personis. Vnde Augustinus: Non propter hoc, sicut putauerunt hæretici, minor a filio est Spiritus, quasi filius accipiat a patre, et Spiritus a filio quibusdam gradibus naturarum. Et ideo explanans subdit, sicut ait Augustinus: *Omnia quæcumque habet pater, mea sunt*, quasi dicat: de patre accepit Spiritus sanctus, vnde accepit filius, qui de patre natus est, Spiritus sanctus procedit. Ideo sequitur: *Propterea de meo accipiet*. Hoc est nihil loquetur

1. Pet. 1. a *Aug. tract. 95. in Ioã. prope finẽ. tom. 9.* *Chryſ. hom. 77. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 95. in Ioã. prope prin. tom. 9.* *Ioan. 15. d* *Ioan. 5. d* *Ioan. 13. e* *Aug. ibid.* *Ioan. 15. d* *Aug. tract. 96. in Ioã. prope prin. tom. 9.* *Ibid. poſt multa.* *Iob 29. d* *Greg. Mor. lib. 20. c. 2. ante med.* *Iob 26. d* *Greg. Mor. li 17. c. 14.* 1. *Cor. 3. a* 1. *Cor. 13. c* *Aug. ibid.* *Aug. tract. 99. in Ioã. paulo poſt med. to. 9.* *Ioan. 7. b* *Aug. ibid. conſeq.* *Ioan. 5. b* *Aug. ibid. paulo ante.* *Ibid. poſt pauca.* *Aug. ibid.* *Aug. tract. 100. ante med.* *Mat. 10. b* *Aug. ibid. poſt pauca.* *Mat. 5. b* *Aug. ibid. poſt medium.* *Ibid. eodem.*

Digitized by Google

tus proprium præter mea, nihil contrarium mihi, si-
Chryſ. hom. 77. in Ioã. ante med. tom 3. cut ait Chryſoſtomus: Vnde et conſimiliter ait filius
de ſe, ſupra: A me ipſo non ſum. Quoniam nihil
proprium extra ea, quæ patris ſunt, nihil alienum
ab illo loquor, ait idem Chryſoſtomus. Supra: Pater
Ioan. 14. b diligit filium, et omnia dedit in manu eius: Omnia
Chryſ. ibid. tradita ſunt mihi a patre meo. Sed obijcitur, quia
Ioan. 8. b omnia quæ habet Spiritus, habet pater, et e contra-
Mat. 11. d rio: Et tamen Spiritus nõ producit aliam perſonam.
Et ad iſtud reſpondendum ſine præiudicio, quòd pa-
ter habet omnia ſecundum plenitudinem paternæ
ſubſtantiæ: et ita dicit eſſentiam, vt communicabi-
lem per viam generationis, et proceſſionis. Filius
autem habet naturam diuinam, ſiue dicit, vt poten-
tem producere Spiritum ſanctum: et ita poteſt eam
communicare proceſſibiliter. Spiritus ſanctus au-
tem non dicit ſubſtantiam, vt communicabilem ad
producendum aliam perſonam, quia tantum eſt Tri-
nitas perſonarum: nulla tamen diſparilitas in Trini-
Aug. tract. 99. in Ioan. paulo poſt med. to. 9. tate, vt ait Auguſtinus, quia illæ ſunt relationes.
Item obijciunt aliqui, quàliter ait: *De meo accipiet*:
in futuro? quia Spiritus ſanctus eſt tertia perſona in
Trinitate ab æterno, et ita nihil nouum accipiet.
Item quando ait: *Quæcumque habet pater, mea ſunt*.
Aut loquitur de proprietatibus, et ſic falſa eſt, quia
pater eſt innaſcibilis. Et ſic habet innaſcibilitatem:
aut loquitur de eſſentialibus, et ſic eadem ratione
poſſet dicere Spiritus ſanctus: Filius de meo capiet,
quia omnia, quæ habet Pater, habet Spiritus. Ad
primum reſpondendum eſt, vt habitum eſt ſupra,
quòd ideo loquitur ſub futuro, vel propter modum
noſtræ intelligentiæ proferentis Deum ſub omni diſ-
ferentia temporis, quia numquam deerit, vel deſuit:
vel hoc dicitur propter effectum nouum in alijs, quia
manifeſtabit alios accipere de Spiritu, non quòd fiat
innouatio in Spiritu, ſed in accipientibus Spiritum.
Ad aliud reſpondendum eſt, quòd ideo ait: *De meo accipiet*, quia nihil proprium loquetur, vt dictum
eſt, nec alienum a patre, et ita non excludit patrem:
a Patre enim, et a Filio procedit. Pater autem, et fi-
Ioan. 10. d lius vnum ſunt, ſupra. Et ſequitur illa pars, in qua
promiſſio conſolationis diſcipulis, et ex promiſſio-
ne viſionis, et viſitationis filij, ibi: *Modicum*, et ce-
tera. Illa pars in tres partes. Primo ſub ænigmate
viſionis iterata promiſſio. Secundo, de dicto audi-
to diſcipulorum dubitatio, ibi: *Dixerunt ergo*. Ter-
tio, dubitationis eorum a Chriſto deprehenſio, et
explanatio, ibi: *Cognouit autem Ieſus*. Ait ergo:
Modicum, et non videbitis me. Vt continuat Augu-
Aug. tract. 101. in Io. non longe a prin. to. 9. ſtinus in præcedentibus ait: Vado ad patrem, nec
dixerat modicum, ſupra. Ideo ait hic: *Modicum*, ſci-
licet reſtat tempus: *Et non videbitis me*. Vnde Augu-
Ioan. 14. c ſtinus: Poſt paululum enim paſſus eſt, et non vide-
Aug. ibid. paulo poſt. runt eum: *Et iterum modicum*, quia poſt paululum,
res enim extendit, exponit, et viderunt eum. Vn-
Chryſ. hom. 78. in Ioã. non mult. a prin. to. 3. de Chryſoſtomus: Putabatur eis duo contraria po-
nere, non exiſtentia tamen contraria, et non intel-
lexerunt, aut propter triſtitiam, quæ emittebat a
mente eorum, quæ dicebantur: aut propter imma-
niſeſtationem eorum. Et ideo ſequitur dubitatio eo-
rumdem: *Dixerunt ergo, quid eſt, quòd dicit nobis: Modicum*, et cetera. Videbatur enim eis dicere contra-
Iſai. 28. c ria, vt tactum eſt. Vnde ſimili modo loquendi: Ex-
pecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Et
de his in Gloſſa: Et ſequitur tertia particula. Et ibi
tria. Primo, deprehenſio dubitationis eorum a Chri-
ſto. Secundo, ſimilitudinis, ſiue exempli adiunctio,
ibi: *Mulier enim*, et cetera. Tertio, adoptatio, et
ſuæ viſionis plena promiſſio. Ait ergo: *Cognouit autem Ieſus*, et cetera. Et in hoc oſtendit eſſe Deum,
cum ſine verbis eorum intellexit nutationem, ait
Hebr. 4. d Gloſſa: Omnia ſunt nuda, et aperta oculis eius: *Amen*
Chryſ. ibid. poſt paulo. *amen dico vobis*. Vt ait Chryſoſtomus: Ignorabant,
quoniam poſt parum veniet ad eos. Ideo ait: *Amen*

amen dico vobis, quia plorabitis. Gemendo: *Et flebitis*.
Lacrymas effundendo. Plorare enim eſt cum voce
gemere, flere, quaſi lacryma fluere. Et hoc erat
crucis, et mortis tempore, ait Chryſoſtomus: *Mundus autem gaudebit*. Nomine enim mundi malitia
huius mundi intelligi poteſt, ideſt, amicorum mun-
di, prout dicitur: Quicumque voluerit eſſe amicus
huius ſæculi, inimicus Dei conſtituitur: *Vos autem contriſtabimini*, ſcilicet tempore paſſionis: *Sed triſtitia veſtra vertetur in gaudium*, ſcilicet tempore reſurre-
ctionis, prout ait Propheta: Ad veſperum demora-
bitur fletus, ſcilicet tempore paſſionis: Et ad matu-
tinum lætitia, quo ſurrexit Dominus. Et ſubditur
ſimilitudo, ſiue exemplum: *Mulier cum parit*, et cete-
ra. Vt ait Chryſoſtomus vtitur parabola, qua prophe-
Chryſ. hom. 78. in Ioan. ante med. tom. 3. tæ vtuntur ſuper abundantia preſſurarum triſtitias
comparantes. Et eſt ſenſus: preſſura partus fit gaudij
cauſa, ſic de triſtitia veſtra: Quaſi parturiens dole-
Iſai. 13. b bit. Et: Cor mulieris parturientis: Clamat partu-
Hier. 48. g riens, *et cetera*. Et vt ait Auguſtinus: Nec eſt ſimi-
Apoc. 12. a litudo difficilis ad intelligendum, et quia parturitio
Aug. tract. 101. in Io. ante med. tom. 9. triſtitiæ, partus vero gaudio comparatur, quod tunc
magis eſſe conſueuit, quando puer naſcitur, non puel-
la. Hæc ille. Et ſequitur adoptatio: *Et vos igitur nunc triſtitiam habetis*, de imminente paſſione:
Iterum videbo vos, poſt reſurrectionem: *Et gaudebit cor veſtrum*. Et in hoc gaudij veritas, et intimitas:
Et gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Infra eodem:
Vt gaudium veſtrum ſit plenum. Quæritur hic magi-
ſtraliter, an Apoſtoli meruerunt, vel timuerunt ſic
triſtando. Et videtur quòd meruerunt, quia: Si
2. Tim. 2. b compatimur, et conregnabimus, ſed ipſi compatie-
bantur triſtando. Item illam triſtitiam ſecutum eſt
gaudium, vt ait hic: Ergo vt prius. Item erat de ab-
ſentia boni, ſcilicet: Ieſu Chriſti. Ad contrarium
arguitur, ſupra ait Chriſtus: Non turbetur cor ve-
Ioan. 14. d ſtrum. Fuit ergo triſtitia dehortata a Chriſto, et ita
videtur non bona. Item ſupra ait: Si diligeretis me,
Ioan. 14. e gauderetis, quia vado ad patrem, ſcilicet per paſſio-
nem: Ergo triſtitia de hoc non fuit bona. Et ad iſtud
reſpondetur communiter, quòd triſtitia dicitur bo-
na, vel mala a parte originis. Omnes enim affectus
in amore radicantur, vt patet ab Auguſtino, vbi ait,
Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 14. c. 7. tom. 5. quòd amor ſentiens quod aduerſatur, triſtitia eſt.
Et quia eſt amor carnalis, et naturalis, et ſocialis,
vel charitatiuus, ſiue ſpiritualis, ita eſt de triſtitia: et
quia diligebant Chriſtum, et ſpiritualiter, et ſocialiter, et etiam naturaliter: quia homo ſimilis eis, et
quia ſpecioſus præ filijs hominum, et pulchrum eſt,
quod delectat etiam naturaliter, vt ait Auguſtinus.
Ideo triſtitia eorum de ſeparatione a Chriſto erat
laudabilis, et meritoria, et quia modus debitus re-
quiritur in triſtitia, ideo hortabatur eos Dominus,
ut non conturbarentur immoderantia triſtitiæ. Et
per hæc ad obiecta. Et nota quòd ait: *Modicum, et non videbitis me*. Secundum Auguſtinum: Modicum
Aug. tract. 101. in Io. poſt mediũ. tom. 9. eſt totum ſpatium, quo præſens ſæculum peruolat,
in quo non uidetur Dominus: *Et iterum modicum*,
et uidebitur ueniens ad iudicium, ubi nihil inter-
Apoc. 7. c rogabimus, quia nihil deſiderandum remanebit, ni-
Iob 6. b hil quærendum latebit. Hæc ille. Et ita iſtud poteſt
Greg. Mor. lib. 7. c. 10. poſt mediũ. intelligi de modicitate durationis huius temporis to-
talis, donec uideatur Deus Deorum in Sion: Sciens,
Iob 20. a quia modicum tempus habet. Et eſt modicum dura-
Greg. Mor. lib. 15. c. 2. tiue, quia finem habet: Fratres mei præterierunt me
ſicut torrens. Ibi Gregorius: Quod fine clauditur
Iob 21. b longum non eſt. Item eſt modicum exceſſiue, quia
Greg. Mor. lib. 15. c. 24. nihil eſt temporis niſi nunc: Gaudium hypocritæ ad
inſtar puncti. Ibi Gregorius de hoc bene: In puncto
Iob 9. c ad inferna deſcendunt. Gregorius ſimiliter de hoc.
Item modicũ eſt curſus celeritate: Dies mei uelocio-
Greg. Mor. lib. 9 c. 16. res fuerunt curſore. Gregorius, qualiter uita per aug-
Iob 7. b menta tendat quotidie ad finẽ. Et: Dies mei uelocius
tranſierũt, quàm a texẽte tela ſuccidit ur, et cõſumpti

Digitized by Google

Iob 16. d ſunt abſque ulla ſpe: Breues anni tranſeunt. Et ideo in hoc modico tempore ſuſtinendæ tribulationes, et perſecutiones, vt poſt modicum videatur
Iſai. 54. b Deus in gloria: Ad punctum in modico dereliqui
Iob 32. d te, et in miſerationibus magnis congregabo te: Si
Iacob. plt. b poſt modicum tollat me factor meus: Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. In iſto modico iuſti plorant hic peccata ſua, et aliorum, plangentes ob incolatum
Mat. 5. a huius miſeriæ: Beati qui lugent. Sed mundus gaudebit in vanitatibus ſuis, et voluptatibus, et cupiditatibus:
Eccl. 7. b Cor ſapientum vbi triſtitia, cor ſtultorum
Luc. 6. d vbi lætitia: Væ vobis, qui nunc ridetis. Et de hoc in collatione prædicabili. Quòd vero ſequitur: *Mulier cum parit, triſtitiam habet*, et cetera. Secundum
Aug. tract. 102. in Io. poſt mediũ. tom. 9. Auguſtinum: Eccleſia fructum laboris nunc parturit deſiderando, nunc eſt paritura cernendo. Et ideo maſculum, quoniam ad ſtatum contemplationis cuncta referuntur officia actionis. Hæc ille. Per mulierem ergo Eccleſia ratione obedientialis ſubiectionis ſub Chriſto, qui eſt vir eius ratione feruidæ dilectionis, et ratione ſedulæ operationis, ratione piæ compaſſionis, et ſalubris nutritionis infirmorum.
Eccl. 26. a Talis eſt mulier naturaliter: Mulieris bonæ beatus vir, *et cetera*. Et hæc parturit diuinum verbum in matrice, ideſt, in memoria, ſuſcipiendo, et retinendo: et quo bonum organizatur mediando, viuificatur conſentiendo, et parturitur operando: Concepimus, et parturiuimus. Et per maſculum opus perfectum, et validum, et hereditarium regni æterni,
Iſai. 56. c
Apoc. 12. a quale opus ſtudet diabolus deuorare: Draco ſtetit coram muliere, quæ erat paritura, vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret, *et cet.* Eodem modo poſſet exponi de ſancta anima, quæ parturit opus perfectum: Os iuſti parturiet ſapientiam. E contrario
Prou. 10. b
Iſai. 37. c de multis: Venerunt filij vſque ad partum, et non eſt virtus parturiendi. De eo vero, quòd ſequitur:
Ioan. 20. b *Videbo vos, et gaudebit cor veſtrum*, infra: Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino. Et ſequitur illa pars, in qua conſolatur diſcipulos ex promiſſione audientis a patre. Secundo, quia ſæpe eſt eis locutus obſcure, promiſſionis plenæ intelligentiæ adiunctio: *Hæc in prouerbijs*, Tertio, diſcipulorum reſponſio: *Dicunt ei diſcipuli*. Quarto, de his quæ ventura erant, eorum inſtructio, et veræ pacis promiſſio, ibi: *Reſpondit eis*. Ait ergo: *Et in illo die me non rogabitis*, quia præmiſerat: *Videbo vos*. Ideo ait: *In illo die*. Viſioniſ meæ, quia nihil deſiderandum remanebit, nihil quærendum latebit, ait Auguſtinus, infra eodem: *Et non dico vobis, quia rogabo patrem de vobis, ipſe enim pater amat vos*, et cetera. Et licet ita fuerit in futuro, nunc tamen dico vobis: *Si quid petieritis*, ſcilicet quod ſit aliquid, ait Gloſſa: *In nomine meo*, ſcilicet pertinens ad ſalutem. Vnde Auguſtinus: Non petitur in nomine Saluatoris, quidquid petitur contra
Ioan. 14. b rationem ſalutis. Supra ſimile: Si quid petieritis in nomine meo, *et cet.* Et merito ait: *Si quid petieritis*: *Vſque modo non petiſtis*. Conſimili mea præſentia, ait Gloſſa. Et ſequitur dupliciter ſecundum Auguſti-
Aug. tract. 102. in Io. ante mediũ tom. 9. num: Vel quia nomen meum, ſicut cognoſcendum erat, non cognouiſtis: vel quia in comparatione rei quam petere debuiſtis, pro nihilo habendum erat quidquid petiſtis. Hæc ille. Et conſequitur: *Petite in nomine meo*. Quidquid enim petitur, quod pertineat ad hoc gaudium conſequendum, hoc eſt in nomine Chriſti petendum, ait Auguſtinus, et accipietis: Petite, et dabitur vobis. Sed quæritur cum hoc
Luc. 11. b
Ioan. 14. b dicat ſupra: videtur quòd hic ſuperflue repetat.
Ioan. 15. c Item Sancti ſæpe petierunt in nomine Domini, ſicut
2. Cor. 12. b fuit de Paulo. Non ergo videtur eſſe verum, quod ait hic. Item ait: *Vſque modo non petiſtis quidquam*.
Ioan. 14. c Cuius contrarium videtur ſupra, vbi ait Philippus: Domine oſtende nobis patrem. Item conſtat, quòd diſcipuli ſæpe orauerint eum etiam de ſpiritualibus. Et ad primum reſpondendum ſecundum Auguſti-

A num, quòd qui petit in nomine eius, accipit, quando debet accipere: quædam enim non negantur, ſed vt congruo dentur tempore differuntur. Hęc ille. Et ſic eſt intelligendum, quòd ſancti accipiunt pro ſe, vt eſt ad eorum ſalutem. Ad aliud ſecundum eumdem Auguſtinum, quòd quidquid aliud petitur, quàm quod pertineat ad gaudium plenum conſequendum, nihil petitur: non quòd omnino nulla res petitur, ſed quia in tanta rei comparatione, quidquid aliud accipiatur, nihil eſt. Hæc ille. Et quia poſt miſſionem Spiritus ſancti ſic petierunt diſcipuli perſeuerantes in oratione: ideo acceperunt, quod petie-
B runt. Et nota quòd hic inſinuantur conditiones orationis quattuor. Quarum prima eſt, eius boni, quod eſt neceſſarium, feruida petibilitas, ibi: *Petieritis*, et indigentiæ cognoſcibilitas. Vnde Auguſtinus hic: Petitio eſt alicuius indigentiæ, in Pſalmo: Vnam petij a Domino. Secundo, inſinuatur rei petitæ ſubſtantialitas, ibi: *Si quid*, ſcilicet quod ſit aliquid, ſecundum Auguſtinum, vt eſt expoſitum: Quia ſpiritum bonum dabit petentibus pater: Primum quærite regnum Dei. Tertiò, inſinuatur in orando recta credulitas, ibi: *In nomine meo*, vt ſcilicet orans petat a patre in nomine filij, ſentiendo de ipſo nomine,
C et de ipſo filio, vt eſt ſentiendum, ſecundum quod eſt expoſitum: Clauſo oſtio ora patrem tuum. Quartum eſt intentionis ordinabilitas, ibi: *Vt gaudium veſtrum ſit plenum*. Gaudium, inquam, ait Auguſtinus, non carnale, ſed ſpirituale, quod erit plenum, quando erit tantum, vt aliquid iam non ſit addendum. Hæc ille: Intra in gaudium Domini tui. Tunc enim intrat gaudium in gaudentes, prout ait Anſelmus: Quando hæc deficiunt, non accipitur quod petitur: Petitis, et non accipitis eo quòd male petatis. Et ſequitur ſecunda particula, in qua plenæ intelligentiæ promiſſio: *Hoc in prouerbijs locutus*
D *ſum*, ideſt, parabolicis locutionibus, et obſcuris: *Venit autem hora cum non ſit hac parabola, ſed de patre meo annunciabo*. Intus in corde non aure, ait Gloſſa, vt ait Auguſtinus: Iſtud poſſet legi de cognitione ænigmatica in uia, et de uiſione plena in patria, non quia ſequitur: *In illo die in nomine meo rogabitis*. Cum enim peruenerimus ad regnum quid petituri ſumus, quando ſatiabitur in bonis deſiderium mentis? Et ita reſtat ſecundum Auguſtinum, ut intelligatur Ieſus de carnalibus, et animalibus diſcipulis, promiſiſſe ſe facturum ſpirituales. Prouerbia enim ſunt, quæcunque dicta ſapientiæ de incorporea, immutabiliq. ſubſtantia, non quod eſt, tanquam prouerbia
E deputet, ſed quia ſic cogitat, quo modo qui prouerbia ſolent audire, atque intelligere: Sapientiam loquimur inter perfectos. Et ſequitur: Nos Spiritum accepimus, non huius mundi, ſed qui ex Deo eſt, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes, *et cetera*. Et ibi bene de hoc Auguſtinus: *Et non dico, quia rogabo patrem*. Exponendo enim iſtud de ſtatu gloriæ, planum eſt, quòd tunc non rogabit, ſicut mediator ad redimendum, ſicut fuit in uita iſta, quia erat exauditor cum patre. Ideo ſequitur: *Quia ipſe pater amat vos*, dans uobis deſideria ueſtra, et petiF tiones, ut eſt præmiſſum: *Et quia vos me amaſtis*. Affectu: *Et credidiſtis*, Intellectu: *Quia a Deo exiui*, ueniens in mundum, a quo ſum, ait Gloſſa. Et explanat magis: *Exiui a patre, et veni in mundum*. Ita tamen, ut non deſerat patrem: *Iterum relinquo mundum*. Vt non tamen deſeram mundum, ait Auguſtinus: Exijt a patre, quia de illo eſt: in mundum uenit, quia corpus oſtendit, quod de uirgine aſſumpſit: reliquit mundum corporali diſceſſione, perrexit ad patrem hominis diſſentione, nec mundum deſeruit præſentiæ gubernatione. Hæc Auguſtinus: Egreſſus eius a diebus æternitatis. In Pſalmo: A ſummo cælo egreſſio eius, et occurſus, *et cet.* Legit autem iſtud Chryſoſtomus de tempore poſt reſurrectio-

Aug. tract. 102. in Io. prope prin. tom. 9.
Ibid. paulo poſt.
Act. 1. d
Aug. tract. 102. in Io. ante med. tom. 9.
Pſal. 26. b
Luc. 2. d
Mat. 6. d
Mat. 6. a
Aug. tract. 102. in Io. ante med. tom. 9.
Mat. 25. b
Anſel. prelog. in fin. Iacob. 4. a
Aug. tract. 102. in Io. ante med. tom. 9.
1. Cor. 13. c
Aug. ibid. paulo poſt.
2. Cor. 2. b
Ibidem.
Aug. ibid.
Ibid. propo finem.
Mich. 5. a
Pſal. 18. a
Chryſ. hom. 78. in Ioã. ante med. tom. 8.

Digitized by Google

surrectionem, quo quadraginta diebus annunciauit eis de patre palam. Et quod ait: *Non rogabo patrem.* Ideo ait, quia amor, inquit, qui in me est, sufficit uobis, quoniam me amastis. Hæc ille. Et sicut potest littera intelligi de discipulis post resurrectionem. Quæritur de hoc, quòd ait: *Locutus sum vobis in proverbijs*, cum dicatur: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris in parabolis. Ergo non debuit eis loqui in prouerbijs. Item infra: *Dixerunt discipuli: proverbium nullum dicis.* Et ad istud respondendum, quòd prouerbia dicuntur dicta parabolica: sunt enim prouerbia aliud habentia in medulla, aliud in superficie. Et prouerbium dicitur similitudo, vbi aliud intelligitur, aliud dicitur, quasi verbum pro verbo positum. Item dicuntur prouerbia dicta obscure de substantia incorporea secundum Augustinum: Parabola, *et cetera.* Primo modo loquebatur turbis in prouerbijs. Secundo modo Apostolis aliquando: Gloria Dei est celare verbum. Et: Sacramentum Regis abscondere bonum: Secretum meum mihi. Et sic loquimur in prouerbijs diuersimode. Item quæritur de hoc, quòd ait: *In illo die in nomine meo petetis.* Sed tunc exponendo litteram pro statu gloriæ, videtur quòd sancti in gloria petunt: ideo quæritur, an beati in gloria petant, siue orent. Et quòd non, videtur supra eodem: *In illo die non rogabitis quidquam*, quia tunc gaudium plenum, cui nihil addendum secundum Augustinum. Item omnis petitio est ratione indigentium, secundum Augustinum vbi supra: Ergo vt prius. Ad contrarium objicitur de hoc, quòd ait hic: *In illo die in nomine meo petetis.* Item animæ beatæ in patria non resumperunt adhuc corpora sua, quæ tamen desiderant, vt ait Augustinus: Sed petitio est respectu desiderati: Ergo vt prius. Item iugiter rogamus sanctos, vt pro nobis orent. Et ad istud respondendum secundum Augustinum: In futuro, inquit, sæculo quid petituri sumus, quando satiabitur in bonis desiderium nostrum? Et ibi bene de hoc. Item Augustinus: Satiabitur in bonis desiderium nostrum: et nihil erit vltra quod gemendo quærimus, sed quod gaudendo teneamus. Hæc ille. Et ad illud quòd ait hic: *In nomine meo petetis*, secundum Glossam sensus est, quòd tunc vere cognoscetis, quòd si vt homo rogo patrem, vt Deus tamen exaudio cum patre. Et ideo sequitur: *Non dico vobis, quia ego rogabo patrem.* Vel secundum alios, sensus est: Petetis, ideſt, petitum accipietis, vel petetis pro alijs, qui adhuc sunt in miseria: sicut manifestat Bernardus bene, loquens ad fratrem suum mortuum, et dicens: Quanto quis Deo cõiunctior, tanto charitate plenior. Et sequitur: Nec quoniam Deum induisti, cura nostri te exuisti: ibi enim est cura de nobis, *et cet.* Hæc ille. Et sic suo modo orant pro nobis: Vidi animas interfectorum, et clamabant. Ibi de hoc. Quæritur de hoc, quòd ait: *Non dico vobis, quia ego rogabo patrem*, qualiter hoc? quia: Semper viuens ad interpellandum pro nobis. Et ad istud respondendum est, quòd dicitur tunc non rogare, in quantum homo mortalis, et passurus pro genere humano, sicut fuit in hac vita, qui cum clamore valido, et lacrymis offerens exauditus est. Dicitur autem tunc non rogare, quia exaudit cum patre, vt est expositum secundum Glossam. Item quæritur de hoc quòd ait: *Pater amat vos, quia vos me amastis.* Sed contra: Ipse prior dilexit nos. Et ita pater prius dilexit eos, quàm amarent Christum. Et ad illud respondendum quòd hęc coniunctio: *Quia*, non dicit causam, sed rationem ostensiuam, siue significatiuam dilectionis. Vnde Glossa, quòd inde patet scilicet, quòd pater amat nos. Et Augustinus: Donum Dei est diligere Deum, ipse vt diligeretur dedit, qui non dilectus dilexit. Istum autem passum exponit Gregorius bene super illud: Quis enarrabit cælorum rationem? dicens: Tunc cælorum rationem Dominus narrat, cum sper mentis nostrę caligine clara se visione manifestat. Ideo ait hic: *Palam annunciabo*, et cet. scilicet de distinctione personarum, vt ibi manifestat, et tunc lingua narrantis Dei erit visa claritas subleuantis, scilicet qualiter distincte videbitur distinctio personarum, et vnitas diuinæ essentiæ. Hæc ille. Et ibi multum, et bene de hoc. Et sequitur responsio discipulorum: *Dicunt ei discipuli: Ecce nunc palam loqueris.* Sed objicitur: ipsi dicunt contrarium ei, quod dixit Saluator supra, quando ait: *Hæc in proverbijs locutus sum.* Et ad istud respondendum secundum Augustinum, et est in Glossa, quòd illa quæ Dominus scit esse prouerbia, illi non intelligunt, nec se intelligere non intelligunt: infirmi enim erant, et ideo dicebant: *Nunc scimus, quia scis omnia*, scilicet secreta, supra eodem: Cognouit, quia volebant eum interrogare: *Nec est opus, vt quis interroget te*, quia scis antequam interrogentur: *Et in hoc credimus*, ideſt, per hoc quòd scis omnia, ait Glossa: *Quia a Deo existi*, vt filius a patre. Sed quæritur de ratione consequentiæ, ait enim: *Scis omnia, et non est opus, vt quis te interroget.* Videtur quòd cõsequentia nulla: immo quia scit omnia, interrogandum erat, vt doceret illa. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd illi opus non erat, vt aliquis eum interrogaret, quia omnia nouerat, qui priusquam interrogaretur, interrogaturi nouit voluntatem, et in illo sensu loquitur. Et sequitur responsio Saluatoris, et ostendit non esse perfectam eorum cognitionem: *Modo creditis?* sicut dicitis: *Sed ecce venit hora*, scilicet passionis, ideſt, cito veniet: *Vt dispergamini*, ideſt, diuidamini ab inuicem: *Vnusquisque in propria*, ideſt, in vestræ infidelitatis timorem, ait Glossa: *Et me solum relinquatis*, in quem vos credere modo dicitis: Percutiam pastorem, et dispergentur oues gregis: Torcular calcaui solus, *et cetera*: *Non tamen sum solus*, et cetera. Supra: Qui me misit, mecum est. Sed contrarium videtur in Psalmo, vbi dicitur: Deus meus, vt quid dereliquisti me? Et ad istud respondendum, quòd vbi loquitur de Christo, quantum ad suam passionem, in qua videbatur esse derelictus secundum opinionem vulgi: hic loquitur de inseparabilitate essentiæ. Et si objiciatur de hoc, quòd ait supra: *Exiui a patre.* Non ergo erat pater secum. Ad istud respondendum est secundum Augustinum ibi, quòd a patre exijt: ita tamen quòd non desereret patrem: Processio enim personæ a patre, non tollit essentiæ vnitatem, et indiuisionem. Et quia verba præmissa poterant terrere eos, et possent cogitare, quia nullo auxilio ab eo potientur, in consolationem ducit eos, sicut continuat Chrysostomus. Ideo ait: *Hæc locutus sum vobis*, non solum quæ in cena, sed quæ ab initio, ait Augustinus: Per causam sermonis in cena commendauit, vt in illo pacem haberent, propter quòd totum agitur. Et ideo ait: *In me pacem habebitis.* Supra proximo: Pacem relinquo vobis, *et cetera*. *In mundo pressuram*, tribulationum. Vnde Chrysostomus: Donec eritis in mundo pressuram habebitis, sed resurgite mente, nullum patiemini uersutum, ideſt, malum, uel aduersum. Hæc ille: Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo persecutionem patientur: *Sed confidite*, scilicet in me: *Quia vici mundum*, scilicet meum, ait Glossa, ut ait Chrysostomus: Magistro superante non oportet discipulos anxiari, *et cetera*. Et notaquòd ait: *In me pacem habebitis.* Ex hoc patet electorum Dei in Christo secura tranquillitas, et in mundo tribulationum amaribilitas. Vt enim ait Augustinus: Hæc pax omnis piæ intentionis, actionisq. finis erit. Propter hanc enim Christiani sacramentis imbuuntur, operibus Christi, et sermonibus erudiuntur, eius amore accenduntur. Et sic de alijs quæ enumerat Augustinus: Et ideo merito ad eam clausit uerba, quæ dixit ad discipulos, ait idem Augustinus, supra: Pacem meam do vobis. Et in Psalmo:

Matth. 13. b *Prou. 1. b* *Prou. 25. a* *Iob 12. b* *Isai. 24. c* *Aug. tract. 102. in Io. ante med. tom. 9.* *Ibid. post multa.* *Augustin. de Gen. ad lit. lib. 12. c. 32. to. 3.* *Aug. tract. 102. in Io. ante med. tom. 9.* *Aug. epist. 121. ad Probam. c. 14. post medium. tom. 2.* *Bern. super Cãt. ser. 26. ante med.* *Ibid. paulo post.* *Apoc. 6. c* *Hebr. 7. d* *Hebr. 5. c* *1. Ioan. 4. b* *Aug. tract. 102. in Ioã. post medium. tom. 9.* *Iob 38. d* *Greg. Mor. lib. 20. c. 5. ante med.*

Aug. tract. 103. in Io. ante med. tom. 9. *Ibid. post multa.* *Zach. 13. c* *Isai. 63. a* *Ioan. 8. d* *Psal. 21. a* *Aug. tract. 102. in Io. prope finẽ. tom. 9.* *Chryſ. hom. 78. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 104. in Io. prope prin. tom. 9.* *Ioan. 14. d* *Chryſ. hom. 78. in Ioã. ante med. tom. 3.* *2. Tim. 3. c* *Chryſ. ibid.* *Aug. tract. 104. in Io. ante med. tom. 9.* *Ibid. paulo post.* *Ioan. 14. d*

Psal. 147. *a* mo: Posuit fines tuos pacem. Sed in mundo est pressura tribulationum, ob eius malitiam, et fallaciam et ignorantiam, et deficientiam. De quibus supra eodem: Mundus gaudebit. Et supra: Odit vos mundus: Propter multitudinem calumniatorum clamabant. Ibi Gregorius de hoc bene, qualiter reprobi in mundo aliqui volunt rapere bona, quæ sunt extra, aliqui dissipare, quæ sunt intra, et mali bonos a mundi desiderijs expediunt, dum affligunt. Ex dispensatione ergo diuinæ potestatis est, quòd boni in mundo tribulantur, vt ad eum redeant: Sepiam vias tuas spinis. Et sequitur: Vadam, et reuertar ad virũ meum priorem. Super quod Gregorius: Eos, quos voluntas praua peruertit, plerumque aduersitas corrigit. Et ibi bene de hoc. Et ideo: Vę diligentibus mundum: Vę, vę, vę, habitantibus in terra, ideſt, in mundo, per amorem: Vę mundo a scandalis. De verbo, quod sequitur: *Confidite, quia vici mundum*. Patet in collatione prædicabili.

Ioan. 15. *b* *Iob* 35. *c* *Greg. Mor. li.* 26. *c.* 10. *Osea* 2. *b* *Ibidem.* *Greg. Mor. lib.* 34. *c.* 2. *post mediũ.* *Apoc.* 8. *c* *Mat.* 18. *a*

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

HÆC *locutus est Iesus: Et subleuatis oculis in cælum*, et cetera. Præhabita eruditione discipulorũ saluificis documentis, et exemplo operis, et ipsis confortatis per prædicta, in parte ista eorum confortatio, orationum subsidio. Vnde in parte ista describitur oratio Saluatoris. Et hæc pars in quattuor partes. Primo, suæ clarificationis in se petitio. Secundo, petitionis pro discipulorum confortatione adiunctio, ibi: *Pater manifestaui*. Tertio, petitur credituris per illos gratiæ subuentio, ibi: *Non pro eis tantum*. Quarto, glorificationis eorumdem postulatio, ibi: *Pater quos dedisti mihi*. In prima quattuor. Primo, præmittitur orantis dispositio. Secundo, ipsa petitio, ibi: *Clarifica*. Tertio, exaudiendi ratio, ibi: *Ego te clarificaui*. Quarto, petitionis repetitio, ibi: *Et nunc clarifica me*. Ait ergo: *Hæc locutus est*, scilicet supradicta: *Et subleuatis oculis in cælum*, et cetera. Quæritur cum Publicanus commendetur, eo quòd non leuauerit oculos ad cælum in orando: qualiter dicitur hic de Christo, quòd subleuatis oculis orauerit. Item ipse ait: Clauso ostio ora patrem tuum. Et ad istud respondendum secũdum Augustinum, quòd filius ex forma serui poterat orare sub silentio, sed ita se patri voluit exhibere precatorem, vt meminisset se esse doctorem. Et sequitur: Tanti magistri non solum ad ipsos sermocinatio, sed etiam pro ipsis ad patrem oratio discipulorum, et ædificatio. Hæc ille. Docens ergo modum orandi, et discipulos instruens, sicut subleuatis oculis orauit, vt certus de impetratione, supra simile: Iesus eleuatis oculis sursum, *et cet.* Publicanus vero ex consideratione peccatorum deiectis oculis in terram orauit ex humilitate: *Pater*. Et in hoc docet orantes inuocare patrem: Pater noster: *Venit hora*, non vrgente fato, sicut dicunt hæretici, sed ordinante Deo, vt ait Augustinus, vbi multum de hoc. Supra: Nondum venit hora: *Clarifica filium*, scilicet in resurrectione: quia in passione humilitas, in resurrectione claritas, ait Augustinus, vbi multum de hoc, supra: Venit hora, vt clarificetur filius: *Vt filius tuus clarificet te*. Sed qualiter hoc, cum ipse pater nõ possit esse clarior? Et ad istud respondendum secundum Augustinum, sensus est. Resuscita me, vt innotescat toti orbi: Filius enim gloria resurrectionis clarificatus clarificat patrem, quia eum facit credentibus notum: *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis*, ideſt, omnis hominis secundum Augustinum. Aperte enim signatur totus homo, quasi diceret secundum Augustinum: Sicut dedisti ei potestatem omnium, vt te glorificet, ideſt, te notum faciat omni carni, ideſt, omni homini, sic dedisti ei, vt det eis vitam æternam. Et specificat quæ est illa vita æterna: *Hæc est*, inquit: *Vita æterna, vt cognoscant te*. Et est ordo verborum secundum Augustinum: *Vt te, et quem misisti Iesum*, cognoscant solum verum Deum. Et de hoc in Glossa. Vt enim ait Augustinus: Non duo Dij Pater, et Filius: Nec tres Dij, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, sed vnus Deus. Cognitio autẽ Dei plena, vita æterna: Tunc enim videbimus eum sicuti est. Sed quæritur. Ex dictis patet, quòd filius orauit ad patrem pro sua clarificatione. Vnde quæritur, an fuit ipsi orare. Et videtur quòd non, quia oratio est ascensus: Intellectus Christi non potuit ascendere ad Deum, vt ait Damascenus; Sed intellectus Christi non potuit ascendere ad Deum, quia fuit in summo eleuatus. Item omnis petitio est ratione indigentiæ, vt dictum est: Sed nulla talis in Christo: Ergo, vt prius. Item secundum Damascenum: Communicatio Idiomatum est in Christo, vt quæ sunt filij, sicut filij hominis, et iam prædicentur de eo, vt filij Dei, et e contrario. Ergo si omnia sunt filij Dei, et omnia filij hominis: et ita non oportuit orare, etiam in quantum homo. Et ad istud respondendum est, quòd Christus orauit, ostendens se esse verum hominem, et præbens exemplum discipulis, et docens modum orandi. Vnde Augustinus: Christus processurus ad prælium, et victurus mundum, in mundo orauit, non tamquam virtutis impotens, sed vt nobis propter quod venerat humilitatis magisterium exhiberet. Hæc ille: Prolixius orauit, *et cetera*. Vt quid aliud quàm nobis præbebat exemplum in tempore precator oportunus, cum patre exauditor æternus, ait Augustinus illud exponens. Et per hæc ad obiecta: loquuntur enim de oratione pure viatoris proprie. Christus autem orauit ex dispensatione, et humilitate, vt dictum est. Item quæritur, qualiter ait: *Clarifica filium tuum*, quia supra ait: Gloriam meam non quæro. Et ad istud respondendum, quòd ibi loquitur de gloria humana, et ab homine: hic loquitur de gloria, quæ est a Deo. Item quæritur de hoc, quòd ait: *Dedisti ei potestatem omnis carnis*. Et postea: *Vt dedit eis vitam æternam*. Ergo secundum hoc omnes saluabuntur. Et ad istud respondendum est, quòd quando ait: *Dedisti*. Intelligendum est, quòd licet dederit ei potestatem omnis carnis: tamen vt saluentur dedit ei prædestinatos. Supra: Hæc est voluntas patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Item quæritur de hoc, quod ait: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te*. Cum quantitas meriti attendatur ad quantitatem charitatis, uidetur quòd debuisset dixisse: Vita æterna est, vt diligant potius, quàm vt te uideant. Et ad istud respondendum secundum Augustinum: Vita æterna est in illa contemplatione, qua non ad pœnam uidetur Deus, sed ad gaudium sempiternum. Illa ergo uisio non excludit dilectionem, uel fruitionem, sed includit. Vnde ibidem: Sola est summum bonum nostrum adipiscendi, cum præcipimur agere quidquid recte agimus. Et de hoc in collatione. Patet ex dictis humilitas filij Dei, quia orauit, et in orando exemplaris doctrinabilitas, quia orando præbuit exemplum discipulis, secundum Augustinum supra. Et de hoc Chrysostomus bene: Per uerba philosophari facile est, quę uero per opera, demonstratio generosi, et magni est. Propterea post admonitionem in orationem se conuertit hic Christus. Et sequitur: Eleuans oculos, *et cetera*. Et alibi: Curuans genua, *et cetera*. In hoc enim docens nos, vt in oratione sursum aspiciamus, non oculis carnis, sed mentis, et vt curuemus genua conterentes cor nostrum. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Vnde patet hic, quòd Christus orauit confidenter, et ordinabiliter, quod signatur hic: *Subleuatis oculis*. Vnde ait supra: Sciebam, quia semper me audis. Item orauit humiliter: Procidit in faciem suam. Et: Positis genibus orauit. Item orauit feruenter:

Ibid. post pauca. *Ibidem.* *1. Ioh. 3. a* *1. Ioan. 3. a* *Damasc. orthod. fid. li. 3. cap. 24.* *Damasc. lib. 3. cap. 3.* *Luc. 22. a* *Aug. epist. 121. ad Probam. c. 10. tom. 2.* *Ioan. 8. f* *Ioan. 6. c* *Augustin. de Trinit. lib. 1. cap. 13. post mediũ. tom. 3.* *Ibid. paulo post.* *Chrys. hom. 79. in Ioan. prope prin. tom. 3.* *Luc. 16. c* *Luc. 22. c* *Ioan. 12. d* *Mat. 26. c* *Luc. 22. c*

Digitized by Google

Ibidem. ferunter. Item orauit prolixe siue perseueranter: Factus in agonia prolixius orabat, et factus est sudor
Luc. 6. b eius quasi sanguis. Et: Pernoctans in oratione, *et cet.* Efficax ergo exemplum Saluatoris instruens nos ad
orandum. Et sequitur tertia particula: *Ego te clarificaui.* Sed qualiter ait in præterito, ex quo supra ait in
futuro: *Vt filius clarificet te?* Et ad istud respondendum
Aug. tract. 106. in Ioã. post medii. tom. 9. secundum Augustinum, quòd verbum præteriti temporis maluit ponere, vt monstraret in prædestinatione iam factum, et pro iam facto habendum, quod certissime fuerat futurum. Et de hoc in Glossa pro parte: *Opus consummaui*, et cetera, scilicet redemptionis.
Ioan. 4. d Supra: Vt perficiam opus eius. Sed quæritur: ex quo
non fuit passus, in quo fuit consummatio? Infra: Con-
Ioan. 19. f summatum est. Qualiter ait in præterito: *Consummaui?* Et ad istud respondendum secundum Augustinũ:
Consummasse se dicit, quòd se consummaturum certissime nouit, qui iam certis et immutabilibus causis
omnia prædestinauit, quidquid facturus fecit. Hæc
ille. Et sequitur quarta particula: *Et nunc clarifica me claritate illa, quam habui apud te*, in prædestinatione.
Tempus est vt eam habeam, etiam viuens in dextera
tua, id est, sicut tunc prædestinatione, ita et nunc perfectione: fac in mundo, quod apud te iam fuerat ante
Rom. 1. b mundum: fac in suo tempore, quod ante
omnia tempora statuisti. Hæc ille: Qui prædestinatus est filius Dei, *et cetera*. Secundum hanc clarificatus est, vt esset eius claritas ex resurrectione mortuorum apud patrem, ad cuius dexteram sederet.
Quando ergo ait: *Quam habui*, et cet. Sensus est: habiturum me præuidi in resurrectione: Humiliauit
Philip. 2. a semetipsum. Et sequitur: Et dedit illi nomen quod
Ibidem. est super omne nomen. Quod exponit hic Augusti-
Aug. tract. 104. in Ioã. post medii. tom. 9. nus dicens: Humilitas claritatis est meritum: claritas vero humilitatis, præmium. Et nota quòd pater clarificauit filium, malos ab eius consortio segregando.
Ioan. 13. d Supra, post exitum Iudę proditoris ait: Nunc clarificatus est filius hominis. Item clarificauit gloriam immortalitatis tribuendo, prout dicitur hic. Et supra:
Ioan. 12. a Deus clarificauit in semetipso. Item clarificauit eum,
Ioan. 12. c nomen eius dilatãdo et fidẽ. Supra: Postquam gentiles venerunt ait: Venit hora, vt filius hominis clarificetur. Pater autem dicitur clarificari peccatorum conuersione ad fidem: In me clarificabant Deum. Et hic
Gal. 1. d similiter: Ego te clarificaui. Et: Clarificetur nomen
2. Thess. 1. d tuum. Item dicitur clarificari in veritatis prædicatio-
Ioan. 16. a ne, supra: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Item
dicitur clarificari martyrij voluntaria perpessione.
Ioan. 21. d Infra: Quia morte clarificaturus erat Deum. Et sequitur secunda pars capituli, in qua petit Christus pro discipulis. Et primo petit stabilitatem in bono. Secundo, petit liberationem a malo, ibi: *Cum essem cum eis.* Et quoniam petitio debet esse rationalis, ideo in prima tria. Primo, idoneitatis discipulorum præmissio. Secũdo, ipsa petitio ibi: *Ego pro eis rogo.* Tertio, qualitatis vel modi specificatio: *Pater sancte.* Ait ergo: *Manifestaui nomen tuum*, et cetera, obijcit Augustinus:
Psal. 75. a cum dicat Propheta: Notus in Iudęa Deus, et in Israel
Aug. tract. 106. in Ioã. ante med. tom. 9. magnum nomen eius, qualiter ait de se: *Manifestaui nomen tuum?* Et ad istud respondet Augustinus, quòd sensus est: *Manifestaui nomen tuum*, non quo vocaris Deus, sed quo vocaris pater meus, scilicet per naturam, quod nomen non potuit manifestari sine ma-
Ioan. 20. d nifestatione filij Dei. Infra: Ascendo ad patrem meũ
et patrem vestrum: meum per naturam, vestrum per
Aug. ibid. tract. 121. post medii. Ibid. tract. 106. ante medium. gratiam, ait ibi Augustinus. Et volunt quidam istud intelligi de omnibus gentibus in eum credituris: ita quòd præteritum ponatur pro futuro, sicut ait Augustinus, nisi illud vrgeret quod sequitur: *Cum essem cum eis seruabam eos*, et cetera. Et ideo videtur de illis, qui iam in eum crediderant, et de discipulis: Ecce
Isai. 8. d ego vt pueri mei quos dedisti mihi, de mundo scilicet
Ioan. 15. c de quo iam non sunt. Supra: Elegi vos de mundo:
Tui erant, perseuerantia ait Glossa: *Et mihi eos dedisti*, scilicet ad docendum: *Et sermonem tuum seruauerunt*, id est, in fide permanserunt: *Et nunc cognouerunt, quia omnia*, et cetera. Eò quòd cognouerunt omnia mihi tradita a te patre: Omnia mihi tradita sunt
Mat. 11. d a patre meo. Supra: Mea doctrina non est mea. Et:
Ioan. 7. b Omnia tradidit pater in manus filij. Nec mirum si
Ioan. 3. c cognouerunt: *Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis.* Et per hoc cognouerunt, quia acceperunt, vt ait Glossa: *Et ipsi acceperunt*, tenendo: *Et cognouerunt*, intelligendo: *Quia a te exiui*, vt verbum æternum a patre: *Et misisti me*, scilicet vt mundus saluetur: supra. Quærit
Ioan. 3. b Augustinus, de hoc quòd ait: *Tui erant, et tu mihi eos dedisti.* An, inquit, erant patris, quando non erant filij
Aug. tract. 106. in Ioã. post medii. tom. 9. vnigeniti, qui est æqualis patri. Quasi diceret: hoc non posset esse. Et ad istud respondet, quòd filius non separauit patrem, quando ait supra: Ego elegi vos de mundo. Sit et nunc non reparauit se, quando ait: *Tui*
Ioan. 15. c *erant.* Nunc autem homo idem ipse filius accepit, qui non erant ipsius, vnde talis, quia et formam serui accepit, quæ non erat ipsius. Hæc ille. Sed quæritur, cum adhuc discipuli non essent tales, vnde et in passione fuerunt dispersi, et hoc ex infirmitate fidei, qualiter ait: *Et cognouerunt vere, et crediderunt vere?* Et
Aug. ibid. post multa. ad hoc respondet, sicut supplet Augustinus. Adhuc discipuli non erant tales, quales eos dicit. Verbum præteriti temporis, quasi iam essent prænunciatę, quales futuri essent accepto Spiritu sancto, et verba dedit eis, quando illa non foris in auribus, sed intus in cordibus spiritaliter acceperunt et cognouerunt.
Hæc ille, quasi diceret: loquitur de discipulis post acceptionem spiritus in plenitudine. Et nota quòd ait:
Tui erant. Electi enim Dei, discipuli sunt Dei, iure
creationis, quia creatio non est ex substantia creantis, sed voluntate eius de non esse ad esse deductio, ait
Damascen. orth. fid. li. 1. c. 8. post medium. Damascenus. Omnes enim creati habent a Deo quidquid habent: Ipse enim fecit nos, et non ipsi nos, ait Propheta. Item sunt Dei ratione suæ conseruationis in esse, cuncta quippe de nihilo facta sunt: et eorum essentia in nihilum tenderet, nisi eam auctor rerum
Psal. 99. b omnium manu regiminis teneret, ait Gregorius: Ipse
Greg. Mor. li. 16. c. 26. post medii. enim filius est virtus portans. Item sui sunt iure redemptionis, quia empti pretio magno: Nemo vestrum sibi viuit, *et cetera*. Item electi dicuntur esse
Heb. 1. c Dei, prædestinatione siue prælectione. Et sic loqui-
Rom. 14. b tur hic. Vnde: *Tui erant*, præsentia scilicet, ait
Glossa: Nouit enim qui sunt eius. Et sequitur ipsa petitio: *Et pro eis rogo, non pro mundo.* Et mundum vult intelligi, ait Augustinus, illos qui viuunt secundum
1. Tim. 2. a *Aug. tract. 107. in Ioã. prope prin. tom. 9.* concupiscentiam mundi: *Sed pro eis, quos dedisti mihi.* Et per hoc factum est, quòd non pertineant ad mundũ, ait Augustinus. Ideo sequitur: *Quia tui sunt*, modo
Ibidem. dicto. Supra: Nemo venit ad me, nisi pater traxerit
Ioan. 6. c eum: *Et mea omnia tua sunt*, vt ait Chrysostomus, ho-
Chrys. hom. 80. in Ioã. ante medii tom. 3. noris parilitatem ostendit, vt audiens: *Quoniam dedisti mihi*, non existimes eos alienari a patris potestate, et ante hoc ad ea, quæ filij, scilicet potestate. Hæc ille.
Aug. tract. 107. in Ioã. post medii. tom. 9. Et quasi idem Augustinus, per hoc demonstrat, quòd pater et filius per hoc sunt æquales. Vnde et de Spiritu sancto, ait supra proximo: Omnia quæcumque
Ioan. 16. c habet pater, mea sunt: Propterea dixi vobis, quia de
Aug. tract. 107. circa medium. meo accipiet. Et licet ita sit, aliquando omnia tribuit patri, et omne quod potest ei, a quo est ipse, qui potest, a quo enim habet vt sit, ab illo habet vt possit, ait Augustinus: *Et clarificatus sum in eis*, id est, clarificabor, sicut prius, præteritum pro futuro: *Et iam non sum in mundo.* Sed quæritur qualiter hoc? quia ipse et discipuli erant in mundo tunc præsentia corporali. Item discipuli tunc non erant in mundo secundum affectum, vt ait de eis supra proximo. Ergo non debet distinguere, vt ait hic inter ipsum et discipulos.
Ibid. tract. 107. circa medium. Et ad istud respondet Augustinus, quòd hic prædixit absentiam suam a mundo cito futuram, illorum vero tardius: dicimus enim aliquando de aliquo mox abituro, quòd iam non est hic. Et maxime hoc solet,

dici

Digitized by Google

dici de morituris: quia ergo ipſe cito exiturus de mũdo, et ad patrem vadit per mortem, ideo ſic ait. Et ſequitur ſpecificatio petitionis: *Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo.* Vt enim ait Chryſoſtomus, humanæ plura loquitur, eam quæ ad eos oſtendens dilectionem: *In nomine tuo.* id eſt, in virtute qua ego ſum: Ipſe enim Dei virtus, et Dei ſapientia: *Quos dediſti mihi*, modo dicto ſuperius: *Vt ſint vnum, ſicut et nos.* Sed videtur, quòd illud quod petit eſt impoſſibile: quia ipſe et pater erant vnum in eſſentia, ſed ſic eſſe vnum non poterant diſcipuli, nec debebant cum Deo. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum, quòd non ait: vt vobiſcum ſint vnum, aut nos ſumus vnum: ſed vt ſint vnum in natura ſua, ſicut nos ſumus vnum in natura noſtra. Non eſt ergo ibi hæc dictio: Sicut, nota æqualitatis, ſed aliqualis ſimilitudinis. Sed quæritur qualiter hic orat pro Apoſtolis? quia ſupra proximo ait: *Non dico quia rogabo pro vobis patrem.* Item ait hic: *Pro eis rogo, non pro mundo.* Sed videtur, quòd debuiſſet oraſſe pro mundo, quia venit vt mundus ſaluaretur. Item: Non venit vocare iuſtos ſed peccatores. Et ibidem: Bene valentibus non eſt opus medicus. Ergo pro mundo debuit oraſſe, qui plus indigebat. Item ex quo diſcipuli et electi ei dati, et erant prædeſtinati ad vitam, non oportuit pro eis orare. Et ad primum reſpondendum eſt, quòd hic orat pro diſcipulis. Et quod ait ſupra: Non rogabo patrem, *et cet.* hoc ait, quia erant diſcipuli accepti Deo. Vnde ait: Ipſe pater amat vos. Et ita ait, ſe non rogaturum pro illis, ſicut pro diſplicentibus patri. Ad aliud reſpondendum eſt, quòd per mundum hic intelliguntur viuentes ſecundum mundi concupiſcentiam: et pro talibus volentibus ſic manere non orat, quia vt tales nolunt credere nec ſaluari. Mundus autem ſumitur alio modo pro habitatoribus mundi, vt habitum eſt ſupra ab Auguſtino, quos venit ſaluare. Ad aliud reſpondendum eſt, quòd electi ſic ſunt prædeſtinati, vt per Chriſtum redempti, et vt fide ipſius in corpore myſtico viuificati. Sicut enim ait Gregorius: quòd ipſa perennis regni prædeſtinatio, ita eſt ab omnipotente Deo diſpoſita, vt ex labore perueniant electi ad illud, ſicut electi ita et prædeſtinati ſaluabuntur, opere redemptionis Chriſti, quod conſummauit, ſicut redempti ſunt, et ſic oratione ſua acceptati. Et nota quòd ait: *Serua eos in nomine meo, vt ſint vnum.* Tria enim petit a patre ſuis diſcipulis: ſcilicet diuinæ cuſtodiæ protectionẽ, ibi: *Serua eos.* Sine qua nõn eſt poſſibile ſubſiſtere in iuſtitia: Niſi enim Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam, ait Propheta. Item petit eiuſdem protectionis, ſiue cuſtodiæ ordinabilitatem, ibi: *In nomine meo*, in quo ſolo eſt ſalus et virtus. Supra proximo: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et ibi de hoc. Item petit perſeuerantiæ conſeruationem, ibi: *Vt ſint vnum*, de qua infra: *Vt ſint conſummati vnum*, et cetera. Primum, reſpicit gratiam iuſtificantem. Secundum, reſpicit gratiam promouentem ſiue perficientem. Tertium, gratiam conſummantem. Et ſequitur pars in qua petit diſcipulis liberationem, ſiue ereptionem a malo tentationum mundanarum, ſiue tribulationum, ibi: *Cum eſſem cum eis.* Et ibi tria. Primo, neceſſitas petitionis. Secundo forma petitionis, ibi: *Non rogo vt tollas eos.* Tertio, ſubiungitur debita congruitas orationis, ibi: *Sicut tu me miſiſti.* Ait ergo: *Cum eſſem cum eis.* Et tangitur duplex neceſſitas petitionis, ſcilicet ex abſentia conſeruantis, et ex malignitate mundi odientis, vt patet in littera: *Cum eſſem*, inquit, *cum eis*, ſcilicet corporaliter, ait Gloſſa: *Ego ſeruabam eos*, ſicut verus paſtor, ſupra: Ego ſum paſtor bonus. Et ſicut dominator et protector. Supra eodem ſimiliter: Nemo poteſt rapere de manu mea. Et hoc: *In nomine tuo.* id eſt, ad honorem tuum: *Et nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis*, ſcilicet Iudas, qui factus eſt diabolus, ſupra: *Vt impleatur ſcriptura.* Et hæc dictio: *vt*, non eſt nota cauſæ, ſed conſequentiæ. Vnde Chryſoſtomus ſupra: Scripturæ modus eſt, vt cauſam ponentis ea quæ ex euento contingunt. Scriptura, inquam: Fiant contra Dominum ſemper. Et ibidem: Epiſcopatum eius accipiat alter: *Nunc autem ad te venio*, ſcilicet per mortem, et ſic abſentans me corporaliter: *Et hæc loquor in mundo*, ſcilicet præmiſſa omnia: *Vt ipſi habeant gaudium meum impletum*: de quo ſupra proximo: Vt gaudium veſtrum ſit plenum: *Ego enim dedi eis ſermonem tuum*, ſcilicet doctrinam tuam, de quo ſermone ſupra: Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit: *Et mundus eos odio habuit*, ſecundum Auguſtinum ſcilicet cauſa ſermonis, id eſt, doctrinæ prædictæ, ſupra: Mundus me odit, quia teſtimonium perhibeo, *et cetera*. Et ideo odit: *Quia non ſunt de mundo*, ſcilicet affectu. Supra: De mundo non eſtis: *Sicut et ego non ſum de mundo*, qui ſcilicet ſum caput eorum, qui de cælo deſcendi, ſupra. De his Chryſoſtomus. Hic, inquit, dicit cauſam propter quam digni ſunt, multo diligentius potiri a patre, propter ipſum enim et ſermonem ſuum, habiti ſunt odio. Hæc ille. Quæritur ad euidentiam dictorum, qualiter ait: *Ego ſeruabam eos*, ſicut objcit Auguſtinus: Videtur, inquit, quòd viciſſim ſeruantes ſunt pater et filius, et vnus ſuccedens quando alter diſceſſit, et ita videntur diuiſi, et opera Trinitatis ſeparabilia. Item ait: *Quia ad te venio.* Ex hoc videtur implicare impotentiam in filio, quòd non potuit abſens ſeruare, ex quo ponit hoc pro cauſa. Item ſupra. Regulus fuit a Chriſto increpatus, quia non credebat ipſum ſanare poſſe filium, niſi deſcenderet, et eſſet præſens corporaliter: Ergo non oportuit hic orare pro eis, licet recederet corporaliter, ex quo erat virtus ſupportans omnia. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Auguſtinum, quòd ſimul nos cuſtodiunt, Pater, et filius, et Spiritus ſanctus, qui eſt vnus verus bonus Deus. Sed ſcriptura nos non leuat, niſi vt deſcendat ad nos, ſicut verbum caro factum eſt: deſcendit vt leuaret, non cecidit, vt iaceret: ſi deſcendentem cognouimus, cum leuante ſurgamus, et intelligamus, cum ita loquitur, perſonas eum diſtinguere, non ſeparare naturas. Hæc ille. Quando ergo filius erat cum eis, ſeruabat præſentia corporali, et eos ambo, ſcilicet pater et filius, et etiam Spiritus ſanctus ſeruabant potentia ſpirituali. Quando vero filius abſtulit præſentiam corporalem, tenuit cum patre cuſtodiam ſpiritualem, vt ait idem Auguſtinus. Et ibi bene de hoc. Et per hoc ad obiecta. Item quæritur de hoc quod ait: *Nemo perijt, niſi filius perditionis*, cum ille fuerit ei datus a patre, qualiter fuit, quòd ille perijt, cum dicatur ſupra: Qui venit ad me non eijciam foras. Et ſupra: Nemo poteſt rapere de manu mea. Et ad illud reſpondendum ſecundum Chryſoſtomum, quòd ille filius perditionis perijt, non mea cauſa, nec me impellente neque derelinquente. Et loquitur in perſona filij. Si autem ille et alij perditi, ex ſeipſis exilient, hoc eſt, quia non ex neceſſitate traho ad me. Et loquitur in perſona filij vt prius. Sua ergo malitia perijt, non ex deficientia cuſtodientis, et datus fuit filio a patre, non ſecundum prædeſtinationem æternam, ſed ſecundum præſentem iuſtitiam, vt habitum eſt ſupra ab Auguſtino. Vel aliter poſſet dici, quòd eſt cuſtodia paſtoris exterior, ſcilicet eruditione, exhortatione, et exempli exhibitione, et ducatus regimine. Ita loquitur hic: Sic enim eos cuſtodiebat exiſtens cum eis. Et eſt alia cuſtodia interior per gratiam, qua ipſe cuſtodiebat eos vt Deus, ſiue præſens corpore, ſiue abſens, de qua ait Propheta: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Et de illa ſunt obiectiones. Et nota quòd ait: *Vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis.* Eſt enim gaudium vacuum, et etiam euacuans a vero gaudio: Et eſt gaudium ſemiplenum, quo gaudent iuſti in via: et eſt gaudium plenum, quo gaudent beati in patria. Vt enim ait Clemens, ſuper Euangelium

Chryſ. hom. 80. in Ioã. ante med. tom. 3.
1. Cor. 1. b
Aug. tract. 107. in Ioã. poſt medium. tom. 9.
Luc. 5. f
Mat. 9. b
Ioan. 16. g
Ibidem.
Aug. tract. 107. in Ioã. prope prin. et tract. 2. poſt medium. tom. 9.
Greg. Dialog. lib. 2. c. 28. circa medium.
Pſal. 126. a
Ioan. 10. b
Ibidem. d
Ioan. 6. b
Chryſ. hom. 80. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.
Pſal. 108. b
Ibidem. a
Ioan. 16. g
Ioan. 14. f
Aug. tract. 102. in Ioã. prope prin. tom. 9.
Ioan. 7. c
Ioan. 15. c
Ioan. 3. b
Chryſ. hom. 81. in Ioã. non longe a princ. to. 3.
Aug. tract. 107. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.
Ioan. 4. a
Aug. ibid.
Ioan. 1. d
Ibidem.
Ioan. 6. d
Ioan. 10. b
Chryſ. hom. 80. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.
Pſal. 126. a

Digitized by Google

Euangelium parte nona. Quadruplex est gaudium:
Prou. 2. c vnum est iniquitatis, quo peccatum diligitur: Lætantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis.
Prou. 14. b Et: Extrema gaudij luctus occupat. Et est gaudium,
Ioan. 16. f quo terrena amantur. Supra proximo: Mundus gau-
Iob. 21. c debit. Et: Gaudent ad sonitum organi. Et est gau-
Prou. 14. b dium, quo iustitia diligitur: Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Amaritudo animæ iustæ est contritio de
Prou. 22. b peccatis: Gaudium enim est iusto facere iudicium, Et est gaudium felicitatis, quod erit plenum. Supra
Ioan. 16. g proximo: Vt gaudium vestrum plenum sit. Et merito plenum a parte obiecti, quia Deus, qui est omne bonum, videbitur. Item a parte modi videndi: quia videbitur facie ad faciem, et tenebitur, et eo anima plenarie fruetur. Item a parte subiecti videntis, quia erit liberum ab omni impediente. Et de his omni-
1. Ioan. 3. a bus: Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam
1. Cor. 13. d videbimus eum sicuti est. Et: Videbitur facie ad fa-
Mat. 25. b ciem. Ideo: Intra in gaudium Domini tui. Et de hoc
Bern. super cant. serm. 11. circa medium. sufficienter Bernardus: Plenitudo, inquit, quam expectamus a Deo, non erit nisi de Deo. Et sequitur: Qui replet in bonis desiderium animæ, ipse rationi futurus est plenitudo lucis, ipse voluntati multitudo pacis, ipse memoriæ continuatio æternitatis. Hæc ille. Et ibi multum de hoc. Tunc enim implebitur
Psal. 64. a illud Prophetæ: Replebimur in bonis domus tuæ. Et sequitur particula, in qua forma petitionis, ibi: *Non rogo vt tollas eos de mundo*, licet mundus odiat eos, nam et sunt necessarij, vt ait Glossa: *Sed vt serues eos a*
1. Ioan. 3. a *malo*, scilicet mundi, quod est concupiscentia: Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, *et*
Mat. 6. b *cetera*. Sic enim docuit electos orare: Libera nos a malo. Et repetit quod prius: *De mundo non sum*, scilicet amore habitando. In mundo enim amando habi-
Ioan. 10. d tamus, secundum Augustinum. Supra: Ego non sum
Aug. tract. 2. in Ioan. post medium. tom. 9. de mundo, vt est supra expositum: *Et ideo sanctifica eos in veritate*. Sicut cõtinuat Glossa. Super quod opponit Augustinus: Quæri, inquit, potest, quo modo iam de mundo non erant, si sanctificati in veritate
Ibid. tract. 109. in Ioã. ante medium tom. 9. nondum erant? aut si iam erant: cur poscat, vt sint sanctificati? Et ad istud respondet, quòd sanctificati in eadem proficiunt sanctitate, fiuntq. sanctiores. Hæc ille. Est ergo sanctificari dupliciter, vel a malo incipiente gratia purificari, vel in ipsa gratia perfi-
Apoc. vlt. b ciente perfici. Et sic loquitur hic: Qui sanctus est sanctificetur adhuc. Et de hoc in collatione: *Sermo autem tuus veritas est*, id est, verbum tuum: Pater enim sanctificat in verbo suo vnigenito heredes suos, quasi
Aug. ibid. circ. med. coheredes, ait Augustinus: Supra: Mũdi estis propter sermonem meum. Et sequitur debita congruitas exau
Ioan. 15. e diendi orationem: *Sicut tu me misisti: Sicut*, id est, quia, ait Glossa: *Me*, inquam, *misisti*, vt essem mediator et Ecclesiæ caput, illi autem membra. Vnde et nomen Apostolorum Græcum est, et nihil nisi missos significat Latine, vt ait Augustinus: Sicut misit me pater, et
Aug. ibid. paulo post. Ioan. 20. e ego mitto vos: *Et pro his sanctifico meipsum*. Sed quæritur, cum vel a malo purificari, vel in gratia proficere neutiquam conueniat Christo, videtur quòd non bene dicat, quando ait: *Pro eis sanctifico me*. Et ad istud
Aug. ibid. post pauca. respondendum secundum Augustinum, quòd Christus sanctificauit se in se, hoc est, dictum hominem sanctificauit in verbo, quando verbum caro factum est: quod vero nunc ait, propter sua membra dicit, quia ipsi sunt ille. Et ita ego sanctifico meipsum, id est, ipsos in me, vt sint ipsi sanctificati in veritate. Hæc ille. Hæc ergo sanctificatio non intelligitur in Christo capite: sed in deriuatione sanctificationis ab ipso capite, in illos qui erant membra, quos sub nomine
Ioan. 3. b suo comprehendit, sicut supra: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit. Secundum autem
Chrys. hom. 81. in Ioã. ante medium tom. 3. Chrysostomum, sensus est: Sanctifico me, id est, me hostiam offero: Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, *et cet*. Et patet hic dignitas fidelium, inexaltatiua sublimitas, et perfecta sanctificabilitas, quòd
Eph. 15. a nomine Iesu Christi nuncupantur, et in ipso sanctificantur. Vnde infra: *Vt sint vnum, sicut nos vnum sumus. Ego in eis*. Et de ista sanctificatione in collatione. Et sequitur illa pars, in qua petitio Saluatoris pro crediturispersAposto-los, sicut continuat Augustinus:
Aug. tract. 109. in Ioã. prope prin. tom. 9. *Non pro eis rogo tantum*. Et illa in duas. Primo, ipsa petitio. Secundo, exaudiendi ratio, ibi: *Et ego claritatem*. Ait ergo: *Non pro eis rogo tantum*, vt ait Augustinus: *Vt*
Ibid. tract. 110. ante medium. *omnes sint vnum*, scilicet in fide et charitate. Vnde Augustinus: Vnum efficimur fidelissima charitate: *Et cognoscat mundus, quia tu me misisti*. Sicut mediatorem
Ibid. paulo ante med. inter Deum et homines, vt ait Augustinus. Vnde ait Apostolus: Nos Christi, Christus autem Dei. Et sumitur mundus hic non pro amatoribus mundi, sed
1. Cor. 3. d habitatoribus in mundo. Sicut supra: Vt saluetur mũ-
Ioan. 3. b dus per eum: *Et dilexisti eos, sicut et me dilexisti*. Sed quæritur, qualiter posset hoc fieri: quia pater diligit filium per naturam, quia ipse est filius per naturam, sed ipsi erant filij per adoptionis gratiam. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd hoc
Aug. tract. 110. in Ioã. post medium. tom. 9. nihil est aliud, quàm dilexisti eos, quoniam dilexisti me, quia illi sunt membra. Sic et nos diligit: quoniã sumus membra eius quem diligit. Hæc ille. Supra proximo: *Ipse pater amat vos*. Quæritur de hoc, quod ait hic: *Rogo pro eis qui sunt crediturі per verbum eorum*. Si illi sunt saluandi, pro quibus orauit Christus, cum ipse orauerit pro Apostolis, et credituris per verbum eorum: videtur quòd alij, qui non crediderunt per eos non sint saluandi. Item multi crediderunt non
Gal. 1. b per eos, sicut ipse Paulus, prout ait de se: Euangelium quod euangelizatum est a me, non est ab homine, *et*
Act. 9. b *cetera*. Sed credidit Deo vocante: Similiter latro credidit, non per verbum eorum: Similiter antiqui cre-
Luc. 23. a diderunt, vt Abraam, et fidei eius imitatores. Non ergo solum debuit orare pro credituris per verbum eorum: sed pro omnibus simpliciter. Et ad istud respondendum est, secundum Augustinum: quòd verbum eorum fuit verbum fidei. Et ideo dictum: *Ver-*
Aug. tract. 109. in Ioã. post medium. tom. 9. *bum eorum*, quia primitus per eos prædicatum: fuit tamen verbum Dei originaliter et virtualiter: Cum accepistis a nobis regnum auditus Dei. Et:
1. Thess. 2. c Contuli cum eis Euangelium. Et per istud verbum
Gal. 2. a omnes crediderunt, vel Deo reuelante seipso verbo æterno, vel homine prædicante, vel verbum ipsum Deo docente: Fides enim ex auditu, auditus per ver-
Rom. 10. d bum Dei. Ad istud vero, quòd objicitur de antiquis fidelibus respondendum, quòd eadem est fides anti-
Aug. epist. 49. ad Deo grat. quæst. 2. circ. med. quorum et nostra, vt ait Augustinus. Et ita eodem verbo fidei crediderunt vt nos. Et si objciatur, quòd multi crediderunt per Apostolos, et tamen abierunt retrorsum: respondendum est, quòd hic loquitur de
Et ibidem epist. 157. ad Optat. ante med. tom. 2. credituris per Apostolos prædestinatis ad vitam, et ita perseueraturis in iustitia. Si alij etiam crediderunt et non perseuerauerunt, ex sua malitia exierunt: Ex nobis prodierunt, quia non erant ex nobis. De ista vero vnitate de qua loquitur: *Vt sint cõsummati in vnũ*.
1. Ioan. 2. b in collatione. Mira enim et magna dignitas electorũ, quòd sint in vnum consummati, et quòd filius Dei sit in eis. Item magna securitas eorum, quòd sic sunt consummati in vnum. Item multifica commoditas, quia
1. Cor. 12. b bona omnia redundant ad singulos: In vno spiritu
Gal. 3. b omnes in vnum corpus baptizati sumus: Omnes vos
Greg. in Ezech. lib. 2. hom. 16. ante med. vnum estis in Christo Iesu. Vt enim ait Gregorius: Charitas accendit, concremat, conflat, et quasi in vnam auri speciem reformat, *et cetera*. Et ibi bene de hoc: Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo
Eph. 4. a pacis. Et sequitur illa pars, in qua petitio glorificationis ipsis discipulis, ibi: *Pater quos dedisti mihi*. Et illa in duas. Primo, ipsa petitio. Secundo, exaudiendi congrua ratio, ibi: *Pater iuste*. Petitio autem est de duobus: de ea habitatione discipulorum cum filio Dei, et de visionis plenitudine, vt scilicet plane videant gloriam Dei. Ait ergo: *Pater quos dedisti mihi*.

scilicet

Digitized by Google

scilicet æterna prædestinatione, et etiã interna inspiratione veniendi ad me et credendi in me. Supra:
Ioan. 6. e Nemo venit ad me, nisi pater traxerit eum: *Et vbi ego sum et illi sint.* Sed quæritur cum adhuc esset in terra, qualiter ait: *Vbi ego sum?* Et ad istud respondendum
Aug. tract. 111. in Ioã. ante med. tom. 9. secundum Augustinum, quòd hoc ait, propter vnitatem personæ, in qua et Deus homo est, et homo Deus. Sicut supra: Nemo ascendit in cælum, nisi filius hominis qui est in cælo. Et patet hic dignatiua
Ioan. 3. b bonitas Dei, et excessiua charitas filij Dei, et viuifica largitas Dei, et vrbana curialitas filij Dei, quòd vult vt crediturі in eum sint cum ipso in gloria. Supra:
Ioan. 12. c Vbi ego sum, ibi et minister meus erit. Et ibi de hoc.
Aug. tract. 111. in Ioã. ante med. tom. 9. Vnde Augustinus, Cum illo esse magnum bonum est, vt et signanter ait: *Vt sint mecum*, cum enim ipsa sit vbique: Sapientia enim Dei attingit a fine vsque in finem. Miseri ergo possunt esse vbi ille est, quoniam
Sap. 7. d vbicumque fuerint et ille est: Cælum et terram ego
Ierem. 23. e impleo. Sed beati soli sunt cum illo, quia beati esse
Aug. ibid. non potuerunt, nisi de illo, prout ait Augustinus. Ideò
Luc. 23. c ait latroni: Hodie mecum eris in paradiso: *Sint, inquam mecum, vt videant claritatem meam.* Videant, inquam, non credant, Fidei enim merces est ista visio,
Aug. ibid. paulo post medium. non fides, ait Augustinus. Et hæc est vita æterna, vt videant te, *et cetera*. Supra proximo. Et ibi de hoc: Cum apparuerit, similes ei erimus: et videbimus eũ
1. Ioan. 3. a sicuti est: *Quam dedisti mihi ante mundi constitutionem*, id est, prædestinasti dari mihi hominipost passionem.
Aug. ibid. post mediũ. Vnde Augustinus. Tunc prædestinauit, quod in fine
Philip. 2. a mundi facturus erat. Et Glossa: *Dedisti mihi*, homini post crucem: Humiliauit semetipsum. Et sequitur: Dedit ei nomen, quod est super omne nomen. Vide
1. Tim. 6. c quòd conuenienter petat: ipse enim inhabitat lucem inaccessibilem. Et ad istud respondendum est, quòd sit lux inaccessibilis, tamen in gloria erit communicabilis omnibus beatis pro suis meritis, et eleuans eos ad suam visionem et fruitionem. Vnde Gregorius: Immutabimur in ipso quem videbimus, quia morte carebimus, videndo vitam, mutabilitatem nostram transcendemus, videndo immutabilem, corruptione nulla tenebimur, videndo corruptum. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Item videtur quòd debuisset dixisse, vt ament vel fruãtur: Quia charitas numquam excidit.
1. Cor. 13. c Et ad istud respondendum, vt tactum est supra proxi
Aug. de ciuit. Dei. li. 22. c. 30. ante mediũ tom. 5. mo, quòd illa visio beata importat plenam visionem et fruitionem in fine. Ipse erit finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fine laudabitur: Videbit faciem eius in iubilo. Vbi de hoc Gregorius. Et sequitur ratio congrua
Iob. 33. d exaudiendi: *Pater iuste*, et cetera. Et est ratio, quare est exaudienda petitio prædicta pro eis, quia
Greg. Mor. lib. 24. c. 5. *Mundus te non cognouit*, scilicet iustum patrem. Supra:
Ioan. 1. d Mundus eum non cognouit: *Ego autem te cognoui.* Vt
Aug. tract. 111. in Ioã. post mediũ. tom. 9. ait Augustinus: Ipse fons gratiæ est, Deus natura, homo autem de Spiritu sancto, et virgine, ineffabili gratia ipse cognouit. Supra: Deum nemo vidit vmquam nisi vnigenitus, *et cet. Et hi cognouerunt*, per me,
Ioan. 1. c ait Glossa, in persona filij: Nemo nouit patrem nisi fi-
Mat. 11. d lius, et cui voluerit filius reuelare: *Et notum feci eis nomen tuum*, scilicet per fidem: *Et notum faciam*, scilicet per speciem, vt ait Augustinus. Supra eodem: *Manifestaui nomen tuum mundo. Et vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit*, et cet. Quærit Augustinus, quomodo
Aug. ibid. prope finẽ. dilectio, qua dilexit pater filium, esset in nobis? Et respondet, quòd hoc dicitur, quia membra eius sumus, et in illo diligimur, cum ipse diligitur totus, id
Ibidem. est, caput et corpus. Et ideo sequitur: *Et ego in ipsis.* Vt enim ait Augustinus, aliter est de nobis tamquam in templo suo, aliter quia et nos sumus ipse, quia ipse caput et nos corpus sumus. Hæc ille. Et quia pater iustus, sic discipulis et crediturіs per eos, et perseuerantibus in gratia, iustum est dare claritatem æternam.
2. Tim. 4. b Vnde Paulus: Fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi iustus iudex.

A De claritate autem filij multiplici Bernardus multũ, qui ait: Quando ait: *Clarifica filiũ*, vel *nomen tuum*, non est aliud petere, quàm se clarificari, in quo et per quẽ nomen patris procul clarificetur. Et ibi de clarificatione filij testimonio patris in baptismo, et in monte. Superat autem iuxta promissum patris, supra, vbi dicitur: Et clarificaui et clarificabo. Quæ quidem clarificatio est plenitudo gloriæ, cui non queat amplius addi. Hæc ibi. Et ibi de hoc multum. Vnde de duplici claritate filij, scilicet vna, quæ est amborũ, scilicet patris et filij: Nec claritas filij est posterior, quia vbi æqualitas, ibi est æternitas, et de claritate filij post
B passionẽ, et merito passionis, cui datum est sedere ad dexteram patris, Bernardus bene. Cui enim angelorum dictum est, sedere a dextris Dei? quasi dicat, nulli. Videre autem vtramque claritatem erit perfecta gloria beatorum, vt habitum est supra proximo, ibi: Hæc est vita æterna, vt videant te.

Bern. super Cant. ser. 76. ante medium. *Mat. 3. d* *Mat. 17. a* *Ioan. 12. d* *Apoc. 21. a* *Bern. super Cant. ser. 76. ante medium.* *Heb. 1. a*

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

C HAEC cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis. Præmissis Saluatoris documentis et operibus, in parte ista de ipsa passione Saluatoris, et de concomitantibus eum, et de resurrectione. Ideo hæc in duas. Primo, de ipsa passione. Secundo de resurrectione: Vna Sabbati. Et quia ipse fuit a Iudæis comprehensus, iudicatus, crucifixus, et sepultus. Ideo primo narratur de ipsius comprehensione. Secundo, de comprehensi iudicatoria condemnatione, ibi: *Et adduxerunt eum.* Tertio, de adiudicati crucifixione, ibi: *Susceperunt eum milites.* Quarto, de ipsius crucifixi sepultura vel sepelitione, ibi: Post hæc rogauit. In prima narrantur quat-
D tuor. Primo, Saluatoris ad locum vbi comprehensus fuit accessio. Secundo, proditoris cum comprehensoribus ad eumdem locum aduentio, ibi: *Sciebat autem Iudas.* Tertio, ipsius Saluatoris vel voluntaria oblatio, ibi: *Iesus autem.* Quarto, ipsa comprehensio, ibi: *Cohors ergo.* Ait ego: *Hæc cum dixisset.* Vt ait Augustinus, non quòd continuo ingressus est, post sua verba quæ dixit: sed vt non ante eum ingressum esse opinemur, quàm illa verba finierat: *Egressus est cum discipulis.* Sed quæritur, quare non expectauit in eodem loco, vbi docuit? Et ad hoc respondet Chrysostomus, vbi diligenter persequitur istum passum, quòd ideo
B est egressus, docens per opera, quòd non vi et necessitate, sed volens ad passionem iuit. Item, ideo iuit obuiam eis, abscindens his, qui insidiabantur laborem, et eruens a fatigatione et afflictione, et etiam docens nos nontimere mortem: *Torrentem Cedron*, id est, Cedrorum, ait Glossa, ibi enim illæ arbores abundabant: Ædificare Cedronem, *et cetera. Vbi erat hortus*, et cet. Vt enim ait Chrysostomus: Constituit seipsum velut in carcere, scilicet in horto. Ex prædictis patet, quòd voluntarie venit ad passionem. Et hoc erat sufficiens consolari discipulos, vt ait Chrysostomus. Et sequitur secunda particula: *Et Iudas scie-*
F *bat*, vt enim ait Chrysostomus, vt non audiens hortum, existimes eum occultari, scilicet quasi timens, induxit: quoniam sciebat Iudas locum: et non dixit simpliciter, sed quoniam frequenter illuc congregatus est cum discipulis. Sed quæritur, quare in hortum frequenter conueniebat cum eis. Et ad istud respondet Chrysostomus, quoniam frequenter pernoctabat extra, et quoniam de necessarijs loquens, et quæ non erat fas alios audire, loquebatur et in montibus et in hortis, maxime a tumultibus inquirens semper locum, vt non mens Apostolorum impediretur ab auditione. Hæc ille. Et patet hic exemplum orantibus et docentibus inquirendi locum quietum ad orandum et docendum: *Iudas autem cum accepisset cohortem*,

Aug. tract. 111. in Ioã. prope prin. tom. 9. *Chrys. hom. 83. in Ioã. prope prin. tom. 3.* *1. Mal. 15. a* *Chrys. ibid. paulo post.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibidem.*

Digitized by Google

cohortem, quæ cohors non fuit Iudæorum, sed militum. De hoc in Glossa, pro parte: *Cum laternis*, et cet. Quoniam tenebræ erant, ait Chrysostomus. Sed qualiter illi eis adhærebant, cum essent gentiles? Respondendum secundum Chrysostomum, quòd erant milites, pecuniarum gratia omnia facientes. Secundum Augustinum vero erat cohors missa a præside. Et hoc in Glossa. Mysterium vero patet in Glossa pro parte: Per torrentem significatur impetuosa pœnalitas passionis, quam transiuit Iesus. Cedron interpretatur obumbratio, quam obumbrationem abstulit Christus per passionem, in cuius figura velum templi scissum est. Per hortum quem intrauit cum discipulis, significatur fructuositas operum et documentorum, quæ fecit Deus per eos post passionem. Supra: Posui vos, vt eatis et fructum adferatis. Et de his in collatione. Quòd autem venerunt cum laternis et armis ad capiendum Iesum, et in nocte, figura erat, quòd erant in tenebris et cum ardore furoris, et prudentia astutæ sagacitatis, venerunt ad capiendum Iesum. Vnde signantur tria, quibus Ecclesia impugnatur a malis. Per laternas, quæ dicuntur a latendo, signatur astutia hypocritalis: per faces, ardor furoris: per arma, potentia sæcularis. Vnde Propheta: Dentes eorum gladius acutus. Et habebant loricas ferreas, *et cetera*. Et: De ore eorum procedit ignis et fumus. Et sequitur tertia particula: *Iesus autem sciens omnia*. Et ibi tria. Primo, Christi processio obuiam illis. Secundo ab eis inquisitio, ibi: *Quem quæritis?* Tertio, Petri defensio, ibi: *Simon ergo*. Ait ergo: *Sciens omnia*. Non enim expectauit a propalatione ipsorum ea discere, vt ait Chrysostomus. Sed: *Processit*, paratus mori, ait Glossa: *Et dixit*, imperturbate, ait Chrysostomus: *Quem quæritis?* Et in hoc notatur secundum, scilicet sua inquisitio. Sed quare ab eis hoc quærit? Respondet Glossa, quòd non ignorans: sed vt scirent eum esse quem quærebant, hoc dixit: *Responderunt ei: Iesum Nazarænum*, sic nominatum a loco educationis. Supra: Numquid a Nazareth potest aliquid boni esse? *Dixit eis: Ego sum*. Et in hoc notatur sua vera æternitas, in quantum Deus. Supra: Antequam Abraam fieret, ego sum. Item notatur sua spontaneitas ad patiendum: Vnde Glossa. Non abscondit se, *et cet*. Quando enim eum voluerunt facere Regem, supra, fugit. Quando vero venerunt ad eum capiendum et occidendum, obuiam processit, vt hic: dans exemplum electis, contemnere mundi excellentias et prosperitates, et sustinendi tribulationes et aduersitates. Vnde et sancti plus formidant in mundo prospera, quàm aduersa. Vt ait Gregorius: *Iudas autem stabat*, vt signo osculi eum proderet, ait Glossa: *Vt ergo dixit. Ego sum: abierunt retrorsum et ceciderunt*. Et in hoc virtuositas verbi. Vnde Augustinus: *Ego sum*, dicit, et impios deiecit: Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? Et ibi bene de hoc. Et Chrysostomus: O dementiam! verbum eius misit eos resupinos, nec ita conuersi sunt, tantam discentes virtutem. Vnde quærit Chrysostomus, quare venerunt cum armis? Et respondet, quòd quia formidabant, intempesta enim nocte insiliterunt. Item quærit, cum lampades habebant, qualiter eum non viderunt? Et respondet, quòd virtus inexpugnabilis in medio existens excæcauit eos. Item quærit, qualiter Iudas non cognouit vel ignorauit vocem Christi? Et ad hoc respondet, quòd nihil plus sciebat Iudas illis: sed resupinus cecidit cum eis. Et hoc fecit Iesus ostendens, quòd non comprehendere, neque videre in medio existentem possent, nisi ipse concederet. Hæc ille. Et quia omnia compleuerat, iterum interrogauit: *Quem quæritis?* Sicut prius. Et illi obstinati, nec conuersi, sed in malitia persistentes: *Dixerunt: Iesum Nazarænum*. Et quia permanebant in malitia, et nullam habebant excusationem, ait Chrysostomus, seipsum tradidit in manus eorum: *Dixi vobis, quia ego sum*, scilicet voluntate paratus ad patiendum: *Sed si me quæritis*, scilicet occidendum: *Sinite hos abire*, nihil vobis sit ad eos commune: Ecce enim me ipsum trado, ait Chrysostomus. Et in hoc patet dilectio circa discipulos. Supra: Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos: *Vt impleretur sermo quem dixit*, et teneretur, hic causaliter hæc dictio: *Vt*. Notat enim effectum verbi præcedentis, vt impleretur, inquam, sermo quem dixit. Supra: *Non perdidi*, et cetera. Quærit Augustinus: Si tunc essent morituri, numquid perderet eos? Et respondet, quòd nondum in eum sic credebant, quomodo credunt quicumque non pereunt. Vel secundum Chrysostomum, perditionem hic ait, non hanc quæ mortis est, sed illam æternam. Item quærit Chrysostomus, qualiter non comprehenderunt eos, et maxime Petro irritante eos, per ea quæ fecit in seruo. Et ad istud respondet, quòd ea virtus, quæ proiecit eos resupinos, detinuit illos ne comprehenderent discipulos, vel eis nocerent. Et patet ex dictis filij diuinitas in hoc, quod ait: *Ego sum*. Vnde Augustinus. Intellige quòd ait: *Sum*, ad diuinã pertinere naturam. Et: Summe esse est, quòd nulla mutabilitate deficit vel proficit. Et idem: Hoc maxime esse dicendum est, quod semper eodem modo se habet: Apud ipsum non est transmutatio, *et cet*. Tu autem idem ipse es, ait Propheta. Item patet sui verbi virtuositas, ad prolationem enim sui verbi ceciderunt: Sermo enim eius potestate plenus est. Item figuratur ibidem malorum peruersitas, in hoc quod ait: *Ceciderunt*. Et eorumdem cupiditas, et eorum quæ sunt retro appetibilitas: Proprium enim peruersorum est retrorsum abire. Supra: Numquid et vos vultis abire retrorsum? Ibi de hoc. Nihilominus, vt ait Gregorius, iniqui dicuntur cadere retro, quia ibi cadunt, vbi non vident, nesciunt enim quid eos sequatur. Boni dicuntur cadere ante, quia sponte se deijciunt inuisibilibus, Vnde de Heli: Cecidit de cella, et fractis ceruicibus mortuus est: Conuersi sunt retrorsum. Et: Conuertens sapientes retrorsum. Per gyrum dentium eius formido. Ibi Gregorius: Retro est omne, quod transit: ante est omne, quod veniens permanet. Et quia mali afficiuntur ad ea quæ transeunt, ideo dicuntur abire retrorsum et cadere: Et cadit ascensor eius retrorsum. Super quod Gregorius: Retro, quo non videtur, cadere, est ex hac vita repente discedere, et ad quæ supplicia ducitur ignorare. Vt enim ait ibi Gregorius: Quod cadit repente ad ima venit, Vnde Augustinus: Cecidisti, fractus es, quo modo vas, quando demanu hominis cadit in terram, fractus est. Quia ergo mali afficiuntur ad ea quæ sunt retro, exemplo vxoris Loth. Ideo dicuntur abire retrorsum, et cadere: Alienati sunt retrorsum. Et: Tu dereliquisti me, abijsti retrorsum. Et sequitur Petri audax defensio: *Simon ergo Petrus habens gladium*, et cetera. Quærit Chrysostomus, ex quo erat iussus non portare peram: Vnde habuit gladium? Et ad istud respondet: Mihi, inquit, videtur, hunc scilicet gladium Petrus præparasse dudum formidans illos. Sed tũc vlterius quærit. Ex quo iussus erat non alapã dare: qualiter percussit gladio? Et ad illud respondet, quòd maxime iussus est non vlcisci, scilicet seipsum: hic autem non seipsum vlcisebatur, sed magistrum. Item neque perfecti quodammodo et consummati erant scilicet Apostoli. Postea autem videbis Petrum philosophantem, et humiliter ferentẽ et patientem, vt patet: *Percussit seruum*, et cetera. Confidens in hac voce Saluatoris, qua dixit: *Non perdidi ex eis quemquam*, vt ait Chrysostomus; *Et abscidit auriculam dexteram: nomen autem serui erat Malchus*. Sed quare expressit nomen huius? Et respondet Chrysostomus: quòd quia magnum factum est futurum, eo quòd curauit Dominus aurem eius: et vt liceret his qui legerent scilicet Euangelium, inquirere et inuestigare, si vera sunt quæ dicta sunt: *Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium*

Ibidem. *Aug. tract. 112. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Ioan. 16. c* *Psal. 56. b* *Apoc. 9. b* *Apoc. 10. d* *Chryſ. hom. 82. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Ibidem.* *Ioan. 1. g* *Ioan. 8. g* *Ioan. 6. b* *Greg. Mor. lib. 3. c. 1. poſt mediũ.* *Aug. tract. 112. in Ioã. circa med. tom. 9.* *Chryſ. hom. 82. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Ibid. paulo ante.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibid. paulo poſt.* *Ioan. 13. a* *Aug. tract. 112. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* *Chryſ. hom. 82. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Auguſt. de mor. Man. lib. 2. c. 2. tom. 1.* *Iac. 1. c* *Pſal. 101. d* *Eccl. 8. d* *Ioan. 6. g* *Greg. in Ezech. lib. 1. hom. 8. circa finem.* *1. Reg. 4. d* *Iſa. 42. c. et 44. g* *Iob. 41. a* *Greg. Mor. li. 33. c. 23. poſt mediũ.* *Gen. 49. c* *Greg. Mor. li. 31. c. 10. poſt mediũ.* *Gen. 19. a* *Ierem. 15. d* *Luc. 10. a* *Chryſ. hom. 82. in Ioan. ante mediũ tom. 3.* *Ibidem.* *Act. 4. d* *Chryſ. ibid.* *Ibid. poſt paulo.* *Luc. 23. b*

Digitized by Google

Chryſ.ibid. te gladium in vaginam. Vt ait Chryſoſtomus: Chriſtus tunc miracula facit, et erudiens, quoniam eis qui male fecerint, benefacere oportet: et virtutem ſuam reuelans ſibi auriculam huic reddidit, qui ſuper eum venerat, et curauit debentē dare alapā ei.

Mat. 26. e Hæc ille. Vnde et alij Euangeliſtæ ſuperaddunt: Qui acceperit gladium, gladio peribit: Per minas tumorem, ideſt, feruorem humilians, ait Chryſoſtomus: *Calicem quem dedit mihi pater*, et cetera. Quod eſt intelligendum ſecundum Auguſtinum, ſicut illud: Qui

Aug. tract. 112. in Ioā. poſt mediū. tom. 9. proprio filio non pepercit, tamen auctor calicis eſt qui bibit: Tradidit ſemetipſum pro nobis. Et in hoc oſtendit, quòd non illorum virtutis erant, quæ fie-

Rom. 8. f bant, ſed ſuæ conceſſionis. Myſterium autem huius

Eph. 5. a facti in abſciſſione auriculæ, inſinuat Auguſtinus. In

Aug. ibid. ſuo facto ille diſcipulus magiſtrum defendere voluit, non quod ſignatum eſt cogitauit, et ille ſibi ad patientiam commonendus fuit. Et hoc ad intelligentiam ſcribendum: Malchus enim interpretatur regnaturus: Auris ergo amputata, et a Domino ſanata, ſignat auditum amputata vetuſtate renouatum in eo, qui regnaturus eſt cum Chriſto. Hæc Auguſtinus. Petrus ergo figura Prælatorum, quorum eſt ducere gladiū, diuinū ſermonem de vagina, id eſt, ſcriptura:

Heb. 4. c Viuus eſt ſermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti: Ponat vir gladiū ſuper femur ſuum,

Exod. 31. a *et cet.* Et debent abſcindere aurem dexteram, auferendo omne impedimentum, quod impedit audire

Exod. 21. a cæleſtia: Perfora aurem eius: Miſit digitos in auricu-

Marc. 7. g las. Erigit mihi aurem vt audiam. Et talem auditum

Iſai. 50. b ſanat Dominus, vt audiens ſit cum eo regnaturus. Supra: Qui credit in me, ſi mortuus fuerit, viuet, qui

Ioan. 11. c *Rom. 10. c* credit, inquam, audiendo verbum Dei: Fides enim ex auditu. Et nota quod ait: *Mitte gladium in vaginam.*

Gladius multis modis. Dicitur enim gladius multis modis, vt ait Gregorius, exponens illud: Cum apprehenderit eum gladius:

Greg. Mor. lib. 34. c. 8. in princ. dicitur enim, inquit, gladius ſancta prædicatio: Et

Iob. 41. e gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Item dici-

Eph. vlt. c tur tribulatio temporalis: Et tuam ipſius animam

Luc. 2. e pertranſibit gladius. Item dicitur perſuaſio maligni

Pſal. 143. b hoſtis, prout ait Propheta: Liberaſti Dauid ſeruum tuum de gladio maligno. Item dicitur gladius ipſe antichriſtus aſſumptus in diaboli miniſterium; de quo gladio intelligitur verbum Iob ſupra dictum. Et merito dicitur diuina prædicatio, vel verbum diuinum gladius: dictus enim eſt gladius, quod gulam

Iſid. etym. lib. 18. c. 6. diuidat, id eſt, ceruicem, ait Papias et Iſidorus. Qui

Senec. epiſt. 76. ante medium. gladius tunc eſt bonus, non cui aureus eſt balteus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur, ſed cui ad ſecandum eſt ſubtilis acies et mucro, id eſt, acumen muni-

Exod. 32. f tum, omne rupturum ſcilicet, quod obuiat, ait Sene-

Greg. Paſt. cur. p. 3. c. admonit. 23. poſt medium. ca. Talis debet eſſe prædicatio diuini verbi, vera et acuta ad abſcindenda peccata: Ponat vir gladium ſuper femur ſuum, et occidat vnuſquiſque fratrem et proximum. Quod exponit Gregorius, de gladio increpationis ſiue verbi diuini: Omnes tenentes gla-

Cant. 3. e dios. Quod exponit Gregorius de gladio verbi diui-

Greg. Mor. li. 28. c. 6. poſt mediū. ni. Quod vero ſequitur: *Calicem quem dedit mihi pater*, poſſet eſſe thema in paſſione. Vnde ibi tria inſinuantur: quorum primum eſt, ipſius paſſionis acerbitas,

Greg. in Euāg. ho. 35. poſt mediū. ibi: *Calicem*, per quem ſignatur amaritudo paſſionis: prout ait Gregorius. Quid, inquit, per calicem, niſi

Mat. 20. c dolorem paſſionis accipimus? Calicem quidem

Mat. 26. d meū bibetis. Et: Tranſeat a me calix iſte. Et de iſto ca-

Greg. Dialog. lib. 3. c. 26. poſt medium. lice in Dialogis: Calix dicitur poculum paſſionis. Secundo, inſinuatur paterna voluntas de paſſione filij: *Quem dedit mihi pater*, vt eſt expoſitum ſupra ab

Rom. 8. e Auguſtino: Qui proprio filio non pepercit. Tertio, inſinuatur filij ſpontaneitas ad ſuſtinendum et paſſionis intimitas, ibi: *Vt biberem illum*, quod enim bibitur

Aug. de verbis Domini ſerm. 28. ante med. to. 10. ad intima ingreditur. Vt enim ait Auguſtinus: Prior bibit medicus ſanus, vt bibere non dubitaret ægrotus. Ex quo ergo filius Dei propinauit de tali calice, incuriale eſt ſuis diſcipulis, vel volentibus ſequi eum,

A de eodem calice non bibere: et iniuſtum eſt aliquibus regnum petere, et cum eo regnare, niſi prius biberint. Reſpondit ipſe Saluator matri filiorum Zebedæi petenti filijs ſuis ſedere in regno cum eo: Pote-

Mat. 20. c ſtis, inquit, bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? quaſi diceret: Regnare volentibus calix prius eſt bibendus. Vnde Gregorius: Per calicem peruenitur

Greg. in Euang. hom. 27. ante medium. ad maieſtatem. Et ibi bene de hoc. Et Auguſtinus: Ordo eſt, vt per tribulationes ad gloriam perueniatur: Si fuerimus ſocij paſſionum et conſolationis: Si

2. Cor. 1. b compatimur et conregnabimus. Et ſequitur quarta

2. Tim. 2. a particula, in qua narratur Saluatoris comprehenſio,

B ibi: *Cohors*, ſcilicet multitudo militum: vocata ab eo quòd coarctet ait Iſidorus: *Et tribunus*, ſcilicet prin-

Iſid. etym. lib. 15. c. 9. ceps cohortis: *Et miniſtri comprehenderunt Ieſum.* Et in hoc violentiæ illatio. *Et ligauerunt*, et in hoc comprehenſi captiuatio. Vt enim dicitur in Gloſſa: Mos erat Iudæis, vt quem morte dignum iudicarent, vinctum iudici traderent. Et hæc ligatio fuit figurata in liga-

Gen. 22. e tione Iſaac. Et in ligatione Ioſeph. Et in ligatione

Gen. 37. c Samſonis. Et de hac ligatione Auguſtinus: *Com-*

Iudic. 14. a *prehenderunt*, ad quem non acceſſerunt, ſcilicet mente. Ille enim erat dies, ipſi vero tenebræ: *Et ligauerunt*,

Aug. tract. 112. in Ioā. prope finē. tom. 9. et tamen fortaſſis in eis erant, qui poſtea dixerunt:

C *Dirupiſti vincula mea, et cetera.* Vnde ligari dignatus, qui ſolus erat inter mortuos liber et vere liberans. Supra: Si filius vos liberauit, vere liberi eſtis. Et ſequi-

Pſal. 113. b tur ſecunda pars principalis in qua narratur de Chri-

Ioan. 8. a ſti condemnatione et examinatione. Et illa in tres. Primo, de adductione eius ad Annam, et examinatione ſub eo. Secundo, de transmiſſione eius ad Caipham, ibi: *Et miſit eum Annas.* Tertio, de examinatione facta ſub Pilato, ibi: *Exiuit Pilatus.* In prima tria. Primo, eius adductio et repræſentatio ipſi Annæ. Secundo diſcipulorum ſecutio, et Petri negatio, ibi: *Sequebatur autem Ieſum.* Tertio, narratur ipſa exami-

D natio, ibi: *Pontifex ergo interrogabat.* Ait ergo: *Adduxerunt eum ad Annam.* Anna enim et Caiphas erant principes ſacerdotum: *Sub principibus Anna et Caipha.* Et de hoc in Gloſſa: *Primum*, vt ait Auguſtinus. Nec

Aug. tract. 112. in Io. prope prin. tom. 9. vero cauſam tacet, cur ita factum eſt. Ideo ſequitur: *Erat enim ſocer Caipha, qui erat Pontifex anni illius.* Et per hoc patet, quòd Iudæa peruenerat ad finem regni, et gentilitas colligenda erat, quia nulli tunc honor pontificatus iure vitæ, vel generis merito reddebatur: ſed Romana poteſtate ſumma ſacerdotij præ-

Niceph. Eccleſ. hiſt. lib. 1. c. 6. ſtabatur, ita vt annuis ſucceſſionibus mutarentur: prout dicitur in Eccleſiaſticis hiſtorijs. Et de hoc

E Gregorius, exponens illud: Sub Anna et Caipha. *Erat*

Greg. in Euang. hom. 20. *autem Caiphas Pontifex illius anni, qui conſilium dederat.* Quæritur qualiter ait hic: *Adduxerunt eum ad*

Luc. 3. a *Annam*, cum dicatur, quòd ad Caipham eum adduxerunt. Item cum Anna non eſſet Pontifex illius an-

Ioan. 11. b ni, fruſtra fuit ad eum ductus. Et ad primum reſpondet Auguſtinus, quòd Matthæus breuius enarrare voluit, ideo ductum ad Caipham commemorat, et ad

Mat. 26. a *Aug. tract. 113. in Ioā. prope prin. tom. 9.* Annam fuit prius adductus, qui fuit ſocer Caiphæ. Vbi intelligendum eſt Caipham hoc fieri voluiſſe: ob ergo illius reuerentiam, et ex voluntate Caiphæ fuit adductus ad Annam, et ob comprehendentium ia-

F ctātiam et gloriam. Vnde Chryſoſtomus; Præ delectatione gloriabantur in his quæ fiebant, quaſi tro-

Chryſ. hom. 82. in Ioā. ante med. tom. 8. phæum ſtatuentes. Item quærit Chryſoſtomus: Quare iterum reminiſcitur hic prophetiæ, quando ait: *Erat Caipha qui conſilium dederat.* Et ad hoc reſpon-

Ibidem. det, vt ne vincula Chriſti audiens auditor tumultuaretur, quoniam ſalus orbis terrarum, mors eius fuit.

Num. 22. e Et tanta fuit ſuperabundantia veritatis, vt inimici de

Greg. Mor. lib. 27. c. 1. ante med. ea perſonent. Hæc ille. Et ex hoc patet, qualiter Deus per malos ſecreta ſua reuelauit: nec mirū, cū per animal irrationale, ſicut per aſinam verba rationabilia

Aug. de mirabilib. ſacræ ſcripr. lib. 1. c. 34. tom. 8. inquerimus eſſe prolata, vt ait Gregorius. Et ibi bene de hoc. Et ſimiliter de hoc Auguſtinus. Et ſequitur illa pars, in qua narratur de ſequela diſcipulorum, ſiue ſecu-

Digitized by Google

ne secutione et negatione Petri. Et ibi tria. Primo, ipsa secutio discipulorum. Secundo, Petri negatio, ibi: *Dixit ergo Petro.* Tertio, consequens ad negationem scilicet Petri alijs associatio, ibi: *Stabant autem.* Ait ergo: *Sequebatur Iesum Simon Petrus, et alius discipulus.* Quæritur, quis fuit ille discipulus, et quare non exprimitur nomen sicut nomen Petri? Et ad istud respondet Chrysostomus: quoniam omnibus discipulis exilientibus ipse sequitur, propterea occultat seipsum, et præponit sibi Petrum scilicet causa humilitatis: *Discipulus autē ille erat notus Pontifici.* Vt ait Chrysostomus, coactus est sui ipsius meminisse, vt discas, quoniā certius alijs narrauit, scilicet Euangelistis ea, quæ secundum atriū, ideſt, facta in atrio, quasi intus existens. Hæc ille. Et vt non admiraretur quis, quoniam secutus est, ideo sequitur: *Introiuit cum Iesu.* Et in hoc humilitas Euangelistæ, ait enim se intrasse, quia notus Pontifici, ne eū in virilitate præconaretur, et non existimes excelsæ mentis rem. Patet ergo vbique et Euāgelistæ veritas et humilitas. Et sequitur secūdum: *Petrus autem stabat ad ostium.* Vt ait Chrysostomus, illuc venisse amoris fuit, non vero intrasse, timoris: *Exiuit ergo ille discipulus*, et cet. *qui erat notus*, etc. Et in hoc adhuc humilitas Euangelistæ: non enim magnū quid de seipso ponit, quoniam erat notus Pontifici, ideo intrauit. Itē ponit excusationē negationis Petri, quoniā et ipse intrasset, si fuisset ei concessum, ait Chrysostomus. Et in omnibus loquitur Euāgelista de se, sicut de illo, secundū regulam beati Gregorij: Mos, inquit, est sacræ scripturæ, vt hi ipsi qui scribunt, de se sicut de alijs loquātur. Et exemplificat de Ioāne, qui ait de se: discipulus quē diligebat Iesus, supra, et infra. *Dixit ergo ancilla Petro: nūquid tu*, et cet. Et sicut traditur a Chrysostomo aggrauatur negatio Petri ex multis: ratione imbecillitatis personæ interrogātis, et vilitatis: nō miles interrogabat, nec aliquis eorū, qui detinebāt scilicet Iesū, sed ancilla ostiaria vilis et abiecta. Itē ratione modi interrogandi: non enim dixit: nūquid es discipulus seductoris vel nociui hominis, sed ait: *Hominis illius*, quod fuit verbū inferentis: quia enim Ioānes intus erat mansuete loquebatur mulier, et tamē nihil horū sustinuit Petrus, sed dicit: *Non sum.* Et in hoc patet defectus hominis ex se ipso. Bene Augustinus: Petre vbi sunt verba illa, quando ait Petrus: Animā meā ponā pro te, supra. Sed quid mirū si Deus vera prædixit, homo vero falsa præsumpsit? Sed quæritur, qualiter ita faciliter negauit Petrus, ex quo erat in charitate, quæ potest resistere tētationi, et de qua: Quis nos separabit a charitate Christi? Item qualiter permisit Deus Petrū, cui cōmiserat Ecclesiæ principatum, ita cito cadere? Et ad istud respondendū est, quòd licet charitas possit resistere tentationi, quādiu liberum arbitriū cum ea concurrit, et ei innititur, quia ipsa est radix: Radicata in charitate. Super quod Augustinus: Firmamentum salutis est habere firmamentum charitatis, tamen charitas non aufert libertatem arbitrij, quin posset cadere sua defectibilitate et labilitate. Vt enim ait Augustinus: Deus vbique est, et si non ab eo facias casum, numquam a te faciet occasum. Ad ostensionē fragilitatis humanæ ex seipsa, et ad exclusionem humanæ prēsumptionis, et ad persuasionem confidētiæ in Deo, permisit eum Deus cadere et negare. Vnde Augustinus: Hæc illa promittentis audacia, et de se plurimum præsumētis. Supra: Animam meam ponam pro te, *et cet.* Item permisit eum Deus cadere, vt in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri deberet, ait Gregorius. Item quæritur de loco negationis Petri: ait enim hic, quòd in atrio Annę, alibi vero dicitur, quòd in domo Caiphę negauit. Et ad istud respondēdum, quòd sicut videtur dicere Augustinus, Ioannes hic incœpit tentationem Petri dicere et negationem. Et interponit quædam de contumelijs Domini, et adiungit quòd inde missus est ad Caipham, et inde recapitulat, vt explicet quoniam cœperat tentationem Petri. Et ex hoc videtur secundū Augustinū, quòd in atrio Annæ fuit negatio. Videntur tamē Hieronymus et Beda dicere, quòd inchoata fuit negatio in domo Annæ, sed consummata in domo Caiphæ. Et inchoationē narrat hic Ioānes, consummationē narrāt alij Euāgelistæ. Vt enim ait idē Augustinus ibidē: Ante primum galli cantū affectione omniū, et timore cōcepta est illa negatio: nec interest quantis morarum interuallis trina voce enunciata sit, cum cor eius ante primū galli cantū tota possederit, vt dictū est supra. Et de hoc Magister in historijs. Et sequitur consequens ad negationem, scilicet associatio Petri alijs et calefactio: *Stabant autem serui.* Vt enim ait Chrysostomus, neque primo, neque secūdo, neque tertio, scilicet galli cantu in mēte suscepit se errasse, neque intelligentia hoc ipsum induxit, donec aspexit Iesus, tunc enim egressus est foras, et fleuit amare: *Stabant ergo serui ad prunas.* Vt enim ait Augustinus, non erat hyems, sed frigus tantum, quia solet in æquinoctio verno aliquādo accidere: *Et erat Petrus cum eis*, ad litteram et naturaliter ex timore erat infrigidatus, et tepefactus ab amore diuino, ad exteriorem calorem se conuertit. Vnde Glossa, quia frigus erat, scilicet infidelitatis. Et nota hic secundum Augustinum, quòd negauit Christum, cum negauit se esse eius discipulū. Et sic negat Christū, qui negat se esse Christianum: nam in Antiochia primum reperitur discipulos cœpisse appellari Christianos, vt ait ibidē Augustinus: Qui ergo negat se esse discipulū Christi, vel etiam Christianū, vita vel factis negat Christum: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Vlterius notandū est, quòd in infidelibus et negantibus Deum frigus est. Vnde Bernardus: Quando Petrus negauit, frigus erat, quia ab igne recesserat. Et ibi bene de hoc: Quibus non erat vestimentum in frigore. Ibi Gregorius, quod frigus ad culpam pertinet. Et: Numquid ingressus es thesauros niuis? Ibi Gregorius: Frigore malitia solet designari: Frigidam fecit malitiam suam. Et: Refrigescit charitas. Et patientes tunc frigus calefaciunt se ad prunas, incendentes ignem concupiscentiæ: ipsa enim est ignis, quæ dicit, numquam sufficit. In psalmo: Incensa igni, et suffossa: quod exponitur ibi in Glossa, de amore male accēdente et timore humiliante: Halitus eius prunas ardere facit. Ibi Gregorius: Quid enim prunas, nisi succensas in terrenis concupiscentijs reproborum hominum mentes appellat? Et sequitur illa pars, in qua Saluatoris examinatio, ibi: *Pontifex*, et cetera. Et ibi quattuor. Primo, Saluatoris interrogatio a pontifice. Secundo, eiusdem responsio, ibi: *Respondit Iesus.* Tertio, iniuriæ illatio, ibi: *Hæc cum dixisset.* Quarto, Christi similis et patiens responsio, ibi: *Respondit Iesus.* Ait ergo: *Pontifex interrogabat de discipulis.* Quæritur ad quid interrogabat de eis? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd quia nullum crimen habebant inferre, ideo de illis interrogat, cuius gratia colligebat eo, et in hoc quasi seditiosum, et uanarum rerum factorem redarguere uolebat. Et sequitur secundum: *Ego palam locutus sum.* Et de hoc opponit Augustinus, supra ait: Veniet hora, quādo non in prouerbijs loquar uobis, sed palam: Ergo prius non est locutus palam: sed hoc promittebat scilicet post. Item in parabolis locutus est: Ceteris autem in parabolis. Et ita non palam. Et ad hoc respondet Augustinus: quòd palam locutus est, quia multi audierunt: non palam uero, quia non intellexerunt. Ob ergo audientium multitudinem et modi docendi communicabilitatem, ideo ait, quòd palam locutus est. Ob tamen doctrinæ arduitatem, et mysteriorum profunditatem dicitur fuisse locutus in prouerbijs: *Ego semper docui in synagoga*, id est, congregatione ciuitatum: *Et in templo*, in quo erat docendum. Supra: Hæc dixit in synagoga, docens. Et alibi: Erat docens, in synagoga eorum. Et ita non sum locutus discipulis singulariter: sed in templo communi: *Et in occulto locutus sum nihil.* Sed opponit Chrysostomus, qualiter ait hoc? quia sæpe est loquutus in occulto, et

Chrys. hom. 82. in Ioan. ante med. tom. 3. — *Ibidem.* — *Ioan. 13. c* — *Ioan. 21. d* — *Chrys. hom. 82. in Ioā. ante mediū tom. 3.* — *Ioan. 13. c* — *Aug. tract. 113. in Ioā. ante med. tom. 9.* — *Rom. 8. f* — *Mat. 16. a* — *Eph. 3. d* — *Aug. tract. 2. in epist. 1. Ioan. post med. to. 9.* — *Aug. tract. 34. in Ioan. ante med. tom. 9.* — *Ibid. tract. 113. ante medium.* — *Ioan. 13. c* — *Greg. in Euang. hom. 21. circa medium.* — *Mat. 26. g* — *Aug. de cōcord. Euāg. lib. 3. c. 6. ante med.* — *Ibid. paulo post.* — *Ibidem.*

Ioan. 16. a — *Chrys. hom. 82. in Ioā. ante mediū tom. 3.* — *Mat. 26. d* — *Aug. tract. 113. in Ioā. ante mediū tom. 9.* — *Ibid. paulo ante.* — *Ibidem.* — *Tit. 1. d* — *Bern. serm. 58. in Cant. ante med.* — *Iob. 24. b* — *Greg. Mor. li. 16. c. 22. post mediū.* — *Iob. 38. c* — *Greg. Mor. li. 29. c. 12. ante med.* — *Ierem. 6. b* — *Mat. 24. f* — *Prou. 30. a* — *Psal. 79. d* — *Iob. 41. b* — *Greg. Mor. li. 33. c. 28. in princ.* — *Chrys. hom. 82. in Ioā. paulo ante med. to. 3.* — *Aug. tract. 113. in Ioā. ante med. tom. 9.* — *Ioan. 16. f* — *Mat. 13. b* — *Aug. ibid.* — *Ioan. 6. g* — *Mat. 4. d*

Digitized by Google

to, et in mõte, et in horto, ſupra eodẽ. Et ad hoc reſpõ det, quòd locutus eſt in occulto, ſed non vt illi æſtima bant, ſcilicet trepidans, èt ſeditiones faciens. Et ideo ſequitur: *Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt*, et cet. Vt ait Chryſoſtomus: Confidẽtis ſunt verba in eis, quæ dicta ſunt: hæc eſt enim veritas inalterabilis, cum inimicos quis eorum quæ dicit vocat teſtes. Et de hoc in Gloſſa: *Quid me interrogas?* a quo veritatem audire non deſideras? confidenter ergo, et rationabiliter ad conuincendum locutus eſt Ieſus. Et de hoc Auguſtinus. Etſi locutus eſt paucis, et ſic quaſi in occulto, tamen quæ locutus eſt, voluit innoteſcere multis: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Et ſequitur tertium: *Hæc autem cum dixiſſet, vnus dedit ei alapam.* Vt ait Chryſoſtomus: Horreas cælum, exceſſum mentis patiaris terra de dominatoris longanimitate, et ſeruorum indeuotione, *et cet.* Creator mundi filius Dei æternus accepit alapã, et ſeruus eam dedit, qui omni pœna dignus, ſcilicet, aut cœleſti igne incendi, aut terra dehiſcente ſorberi, aut correptus dæmonio volutari, vt ait Auguſtinus. Et tamen qui potentiam iubere poſſet, per quem factus eſt mũdus, patientiam docere maluit. Ad idem Auguſtinus reſpondẽdo: *Si male locutus ſum*, ſcilicet contra veritatẽ: *Teſtimonium perhibe*, quo illud probes: *Si autem bene*, id eſt, ipſam veritatẽ: *Quid me cadis?* id eſt, quàm iniuſta cauſa? Obijcit Auguſtinus: Cur non fecit quod præcepit, ſcilicet percutienti maxillam præbere aliã? Et ad hoc reſpondet, quòd hinc potius demonſtrauit quod demonſtrandum fuit, ſua ſcilicet magna præcepta patientiæ, non oſtẽtatione corporis, ſed cordis præparationẽ facienda. Et de hoc in Gloſſa. Et idem Auguſtinus bene de hoc ait: quòd illa præcepta de præbendo maxillam, et conſimilia magis ad præparationẽ cordis, quæ intus eſt, pertinẽt, quàm ad opus, quod in aperto fit, vt teneatur in ſecreto animi patiẽtia cum beneuolentia: in manifeſto autem fiat, quod eis videatur prodeſſe poſſe, quibus bene velle debemus. Vnde et Dominus Ieſus exemplũ ſingulare patientiæ, non præbuit percutienti alteram partem: ſed potius prohibuit, ne qui fecerat, augeret iniuriam, et tamen paratus erat, non ſolum in faciem percuti, verum etiã pro illis crucifixus occidi. Hæc ibi Auguſtinus. Similiter exẽplificat ibi de Paulo, qui ſimiliter non prębuit maxillã percutienti. Patet ergo exẽplum patientiæ in Domino Ieſu erga iniuriantem factum. Supra patet exemplum patientiæ in ipſo erga exprobrantes verbo, quando dixerunt: Dęmonium habes, de cuius patientia dictũ eſt ibi. De qua etiam Gregorius bene, et multum. Et ſequitur ſecunda pars, in qua de examinatione filij Dei in domo Caiphæ, ibi: *Et miſit eum Annas.* Et ibi tria. Primo, præmiſſio ſuæ miſſionis ad illum. Secundo, negationis recapitulatio, ibi: *Erat autem Simon Petrus.* Tertio, ipſius ad Caipham inductio, ibi: *Adducunt.* Et hoc eſt, quod ait: *Et miſit eum Annas ligatum.* Vt ait Chryſoſtomus: non inueniente, quid plus aduerſus Chriſtum, mittunt eum ligatum ad Caipham, qui erat Pontifex. Et ſubditur ſecundum: *Erat autem Simon Petrus*, Vt ait Auguſtinus. Redijt Euangeliſta ad locum negationis ſuę, ibi, vbi eam reliquerat, vt explicaret negationem Petri. Et quod ait hic de ipſa negatione, recapitulatio eſt. Vnde Magiſter in hiſtorijs. Auguſtinus aſſerit totam factam negationem in atrio Annæ, et quæ dicta ſunt, inde poſt miſſum Ieſum ad Caipham recapitulando dicta. Hieronymus tamẽ, et Beda ſuper Lucam videntur velle, quòd Petrus in atrio Caiphæ negauerit: *Erat ergo Simon Petrus ſtans*, vt ſupra dictum eſt; *Dixerunt ergo ei: Numquid et tu diſcipulus*, et cet. Sed qualiter hoc? quia ſupra dictum eſt, quòd ancilla dixit ei. Et ſimiliter quòd mulier interrogauit. Et ad iſtud reſpondendum eſt, quòd forte mulier primo interrogauit, et ipſa interrogante, alij ſimiliter interrogauerunt: *Negauitq. ille.* Iam ſecundo, ait Gloſſa: *Dicit ei vnus ex ſeruis.* Et in hoc tertia negatio, ait Gloſſa. Vt ait Chryſoſtomus: Quanto ſtupore detinebatur, qui feruidus erat, vt diſcas quanta ſit humana imbecillitas, cum Deus dereliquerit. Et patet aggrauatio negationis, ſicut primo, ex modo interrogandi dixerunt abſolute: *Tu diſcipulus eius es?* non dixerunt diſcipulus es malefactoris, vel ſeductoris. Item patet eius aggrauatio ex vocabulis: *Dixerunt enim: Numquid diſcipulus eſt* quo vocabulo potuit rememorare de magiſtro. Item dixit alius: *Numquid te vidi in horto?* qui hortus non duxit eum in memoriam eorum, quæ facta ſunt ibi, ait Chryſoſtomus. Et ideo loquitur: *Iterum negauit.* Tertia vice, vt dictum eſt: *Et ſtatim gallus cantauit.* Sed quæritur hic: videtur dicere, quòd ter negauit ante galli cantum, dicitur autem: Antequam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. Et ad iſtud reſpondendũ eſt ſecundum Auguſtinũ, ſupra, quòd ante primum galli cantum cœpta fuit trina negatio, quod attendunt alij Euangeliſtæ: ſolus Marcus narrat, quoties gallus cantauerit actualiter, antequam negauit. Affectione ergo et voluntate tota negatio facta eſt ante primum galli cantum: ante ſecundũ vero peracta eſt actualiter, ſiue vocaliter. Qualiter autem pergallũ prędicator ſignatur, ſupra. Sed quæritur adhuc qualiter permiſit Deus Petrum cadere, qui erat Eccleſiæ caput? Et ad iſtud reſpondendum eſt, quòd Deus permittit electos cadere, aliquando ad tenoris ſuperbiæ excluſionem: An armilla perforabis eum? Ibi Gregorius: Per dona virtutum in ſuperbiam cadunt aliqui: et tamen neſciunt, et ideo permittuntur cadere exterius in carnis luxuriam, vt proſternantur. Et ibi bene de hoc. Item permittuntur cadere ad vtilem confuſionem. Auguſtinus: Audeo dicere ſuperbis eſſe vtile in aliquod apertum manifeſtumq. peccatum cadere, vnde ſibi diſpliceant, qui ſibi placendo ceciderunt. Salubrius Petrus ſibi diſplicuit, quãdo fleuit, quàm ſibi placuit, quando præſumpſit. Hæc ille. Item permittit Deus electos cadere ad præſumptionis humanæ conuictionem. Vnde Chryſoſtomus hic: quantũ malum eſt, non Deo omne concedere, ſed in ſeipſo confidere, ſicut fecit Petrus: Maledictus enim homo, qui confidit in homine. Item hoc permittit Deus ad ſpei inductionem in alijs. Vnde Gregorius: Ideo electos ſuos et cadere permittit, vt alijs in culpa iacentibus, ſi toto ad eum corde conſurgunt, ſpem veniæ reddat. Quamuis ergo Petrus fuerit Dei electus, permiſit eum Deus cadere, propter prædictas rationes. Et ſequitur adductio filij Dei ad Caipham: *Adducunt ergo Ieſum ad Caipham in prætorium.* Quærit Auguſtinus, quare illuc fuit adductus? Et reſpondet, quòd per prætorium nil aliud vult intelligi, quàm vbi Pilatus præſes habitabat. Et de hoc in Gloſſa: *Erat autem mane.* Vt ait Chryſoſtomus: Antequam gallus cãtaret ad Caipham ducitur, mane autem ad Pilatum. Per quæ demonſtrat Euangeliſta, quoniam medium noctis totum a Caipha interrogatus in nullo redarguitur: *Et ipſi non introierunt in prætorium*, id eſt, in eam partem domus, quam Pilatus tenebat, ſi erat domus Caiphæ, ait Auguſtinus: Et ſubditur cauſa: *Vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha.* Vt enim ait Auguſtinus: Dies azymorum cœperant, quibus diebus contaminatio erat vel alienigenæ habitaculum intrare. Et ideo exclamat Auguſtinus: O impia cæcitas! habitaculo ſcilicet contaminabantur alieno, et non ſcelere proprio; de ipſis enim prædixerat Saluator: Væ vobis qui decimatis mentam, Vt ait Chryſoſtomus hic, *et cetera.* Et reliquiſtis quæ ſunt grauiora legis. Item ſi Iudæi præcauebant contaminationem, vt comederent Paſcha legale, multo magis fideles debent præcauere contaminationem peccati, vt celebrent verum Paſcha: Expurgate vetus fermentum, *et cetera.* Et ſequitur illa pars, in qua examinatio Chriſti ſub Pilato, ibi: *Exiuit ergo Pilatus.* Et illa in duas. Primo, narratur de Chriſti examinatione ſub Pilato. Secundo, de cau-

Mat. 5. a — *Chryſ. ibid.* — *Aug. tract. 113. in Ioã. circa med. tom. 9.* — *Mat. 10. e* — *Chryſ. hom. 82. in Ioan. circa med. tom. 3.* — *Aug. tract. 113. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.* — *Ibid. paulo poſt.* — *Mat. 5. c* — *Aug. Epiſt. 5. ad Marcellin. paul. poſt mediũ. tom. 2.* — *Act 23. a* — *Ioan. 8. c* — *Greg. in Euang. hom. 18. ante medium.* — *Chryſ. hom. 82. in Ioan. circa med. tom. 3.* — *Aug. tract. 114. in Ioã. prope prin. tom. 9.* — *Auguſt. de conc. Euãg. lib. 3. c. 6. tom. 4.* — *Hieron. cõmẽt. in Mat. li. 4. c. 26. in fin. to. 4.* — *Beda ſuper Lucam.* — *Marc. 14. e* — *Chryſ. hom. 82. in Ioan. paulo poſt med. to. 3.* — *Marc. 14. g* — *Aug. de cõcord. Euãg. lib. 3. c. 6. tom. 4.* — *Ioan. 13. a* — *Iob. 40. d* — *Greg. Mor. li. 33. c. 11. ante med.* — *Aug. de ciuit. Dei. li. 14. cap. 13. prope finẽ. tom. 5.* — *Chryſ. hom. 82. in Ioan. tom. 3.* — *Ierem. 18. b* — *Aug. tract. 114. in Ioã. ante med. tom. 9.* — *Chryſ. hom. 82. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* — *Aug. tract. 114. in Ioã. ante med. tom. 9.* — *Ibidem.* — *Ibidem.* — *Mat. 23. b*

Digitized by Google

de cautela Pilati, et nisi ad ipsum liberandum, proximo capitulo. *Tunc ergo apprehendit Pilatus*. Et illa in tres. Primo, inquisitio Pilati a Iudæis de accusatione Christi, et eorum responsio. Secundo, Christi ab eo examinatio, et eiusdem responsio, ibi: *Introiuit ergo iterum in prætorium*, In primo quattuor. Primo, Pilati interrogatio. Secundo, Iudæorum dolosa responsio, ibi: *Responderunt*. Tertio, eiusdem Pilati indiscreta oblatio, ibi: *Dicit ergo eis*, Quarto, eorumdem responsio: *Dixerunt*. Ait ergo: *Exiuit ergo Pilatus ad eos et dixit: quam accusationem affertis*. et cetera. Vt prius videns Pilatus eum ligatum, et inconueniens esse dicens, eos supplicium sibi concedere sine iudicio, ait: *Act. 25. e* *Quam accusationem*, et cetera: Non est consuetudo Romanis damnare aliquem prius, quàm is qui accusatur habeat accusatores, locumq. defendendi. Et ideo sequitur eorum dolosa et mẽdax responsio: *Chryſ. hom. 82. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3. Aug. tract. 114. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Dixerunt: si non esset hic malefactor*, et cetera. Vt ait Chrysostomus, nihil potentes dicere aduersus eum obumbrant responsionem. Et Augustinus: Respondeant ab immundis spiritibus liberati, et languidi sanati, et leprosi mundati, et sic de alijs, vtrum sit malefactor. Sed ipsi erãt de quibus ait Propheta: Reddebãt mala pro bonis. Sed quæritur. Ex quo tradebant eum intuitu maleficij, videtur quòd fuerunt inexcusabiles. Item *Pſal. 34. b* conscientia est lex intellectus, ait Damascenus, et ligat ad faciendum ea quæ dictat: Omne quod non *Damaſcen. orth. fid. li. 4. c. 23.* est ex fide, peccatum est. Scilicet contra conscientiam, ait Glossa, ibi: Ergo vt prius. Itẽm si cognouissent, nõ *Rom. 14. d* crucifixissent. Et: Per ignorantiam fecistis. Et ita fue- *1. Cor. 2. c* runt excusabiles vt videtur. Et ad istud respondendum, quòd ex diuina promissione, ex prophetarum *Act. 3. c* prænunciatione, et ex scripturarum veritate poterãt *Ioan. 5. f* cognoscere ipsum esse filium Dei. Supra: Scrutamini *Act. 10. a* scripturas: Huic omnes Prophetæ testimonium per- *Ioan. 10. g* hibent. Item ex operum magnitudine. Supra: Operibus credite. Et ideo iudicantes eum esse malefactorem, ex malitia et inuidia hoc fecerunt, et sic fuerunt inexcusabiles. Et per hoc ad aliud, quod eorum conscientia fuit erronea, quod potuerũt scire ex prædictis. *Gloſſa. 1. Cor. 2.* Ad aliud respondendum secundum Glossam, vbi supra, quòd minores non cognouerunt eum esse, qui promissus erat in lege: maiores vero cognouerunt, sed non manifeste esse Deum, malitia eos excæcante et inuidia. Et ideo fuerũt rei mortis eius, licet quo ad aliquid, et aliquo modo fuerit ignorãtia, quæ tamen ex toto nõ excusauit. Et sequitur indiscreta oblatio Pilati: *Dicit ergo eis Pilatus*. Et hoc dixit, eripi volens, ab eorũ odio scilicet, vt ait Chrysostomus: *Et secundum* *Exod. 22. f* *legem vestram iudicate eum*, de qua: Maleficos non pa- *Exo. 23. d* tieris viuere. Sed ipse erat benefactor, ideo non licebat illis eum interficere: Innocentem et iustum non *Iob. 36. c* interficies. Ideo ibi verificatur illud Iob: Causa tua quasi impij iudicata est. Et sequitur eorum responsio: *Aug. tract. 117. in Ioã. ante mediũ tom. 9.* *Dixerunt nobis non licet interficere*. Opponit Augustinus, quid dicit insana crudelitas? Si malefactor est, licet occidere eum, secundum legem prædictam. Item Stephanum interfecerunt. Et ad istud respon- *Act. 7. g* dendum secundum Augustinum: quòd non licebat eis interficere propter diei festi sanctitatem, *Aug. ibid. paulo poſt.* quem celebrare incœperant. Vel secundum Chry- *Chryſ. hom. 82. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* sostomum, crucifigere eis non licebat, et hoc ipsi volebant, vt morte diffament dolosa: dixerunt, quasi non secundum legem nostram peccauit, sed commune est crimen, quia volebant dicere, quòd peccauerat contra maiestatem Imperialem, faciens se *Ibid. poſt multa.* Regem. Vnde quærit Chrysostomus, quare duxerunt eum ad Pilatum? Et respondet, quòd multum eorum principatus et potestatis abscissum erat, quia erant sub Romanis et formidabant, ne postea vindictam darent accusati apud Romanos: Hæc ille. Hoc tamen factum est: *Vt sermo Iesu impleretur quem* *Mat. 20. e* *dixit*. Tradent eum gentibus ad illudendum, *et cet.* Et sic non solum a Iudæis, sed et a gentibus debebat

A interfici ait Chrysostomus. Et patet hic accusantium *Chryſ. ibid.* dolositas, et falsitas, et duplicitas, et iudicis flexibilitas, et timiditas, in cauendo odium accusantium, et tepiditas in diligendo veritatem, et inquirendo quæ faciunt peruerti iudicium sæpe: Qui iustificat im- *Prou. 17. c.* pium, et qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deũ. Et sequitur illa pars, in qua examinatio Christi a Pilato, ibi: *Introiuit*, et cet. Et ibi quattuor. Primo inquisitio, de captionis ratione, et Christi responsio, ibi: *Respondit Pilatus*. Tertio, Pilati conclusio, ibi: *Dixit itaque ei Pilatus*. Quarto, egressio Pilati ad Iudæos, et innocentiæ Christi testificatio, ibi:
B *Et cum hoc dixisset*. Ait ergo: *Introiuit ergo in prætorium Pilatus, et dixit; Tu es Rex Iudæorũ?* Et ideo sic interrogat, vt si Christus confiteretur hoc, accusaretur crimine lęsæ maiestatis. Et sequitur respõsio Christi: *Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis*, et cetera. Sed cum sciret omnia, ad quid hoc quæsiuit? Et ad hoc respondet Chrysostomus: quòd non ignorans quæsiuit, sed *Chryſ. hom. 82. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* ab ipso accusari volens Iudæos, quasi diceret: Hoc audisti a Iudæis, cuius gratia non rectam facis inuestigationem. Et in hoc manifestat Iudæorũ malitiam et iudicis negligentiam. Secundum vero Augustinũ: *Aug. tract. 115. in Io. prope prin. tom. 9.*
C Hoc dici voluit, non vt ipse sciret, sed vt scriberetur, quod nos scire voluit. Et sequitur secunda inquisitio *Ibid. poſt pauca.* Pilati: *Numquid ego Iudæus sum*, et cet. Vt ait Augustinus: Abstulit a se suspicionem, qua posset putari a semetipso dixisse, illud se a Iudæis audire demonstrãs, quasi diceret: non a me dixi, sed a Iudęis accepi. Ideo sequitur: *Quid fecisti?* Idẽ Chrysostomus dicens, quòd *Chryſ. hom. 82. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* plebem sequitur. Et sequitur responsio Christi: *Regnum meum non est de hoc mundo*, quasi diceret, secundũ Augustinum: noli timere metu vanissimo, quia regnum meum non est de hoc mũdo, nec impedio dominationem vestram. Venite credendo, nolite sæuire *Aug. tract. 115. in Ioã. ante med. tom. 9.*
D metuẽdo. Hæc ille. Vt enim ait Chrysostomus, quod formidauerat Pilatus, dissoluit, scilicet ex tyrannide suspicionem. Et ideo quasi hoc probans subdit: *Si de* *Chryſ. hom. 82. in Ioan. poſt mediũ. tom. 3.* *hoc mundo esset*, et cet. Vt enim ait Chrysostomus, ostendit regni huius, quod apud nos est, imbecillitatẽ, quoniam in ministris habet fortitudinem: quod vero regnum est superius, sufficiens est sibiipsi. Hæc ille. Sed *Ibidem.* quæritur, qualiter ait: *Regnum meum non est de hoc mundo?* Vt ait Chrysostomus, hinc hæretici accipiẽtes occasionem, idest, alienũ eum esse a conditione mundi. *Ibidem.* Vnde et ex hoc dicunt, duo esse principia, scilicet bonorum et malorũ, et quòd ea quæ in mũdo sunt non pertinent ad bonum Deum. Et ad istud respondet
E Chrysostomus, quòd sicut ipse ait: non sum de hoc *Ibidem.* mundo, ita regnum ait non hinc esse: non priuans *Ioan. 17. c* mundum a sua prouidentia et præsistentia, sed ostendens, quod dixi, non existens humanum neque corruptibile. Hęc ille. Consimiliter exponit Augustinus: *Aug. tract. 115. in Ioã. ante med. tom. 9.* Dixit quidam in prophetia de Deo patre: Ego constitutus sum Rex ab eo super Sion, sed Sion non est de hoc mundo. Regnum eius est hic, sed non de hoc mundo: hic enim est habens bonos et malos, sed non *Pſal. 2. b* hinc, quia peregrinatur a Domino. Vnde regnum suum dicit, credentes, qui non sunt de hoc mundo. Et in hoc patet Regis maiestas, et regni perennitas, et
F eiusdem regni ordinabilitas: Regnum enim tuum, *Pſal. 144. c* regnum omnium sæculorum, ait Propheta. Et sequitur Pilati conclusio cum Christi responsione, ibi: *Ergo rex es tu?* Et potest legi illatiue, vel interrogatiue: *Rex es tu?* Et sequitur responsio Saluatoris: *Tu dicis, quia Rex sum ego*, vt ait Augustinus: non quia Regẽ se *Aug. ibid. poſt mediũ.* timuit confiteri: sed, *tu dicis*, ita libratum est, vt neque se Regem neget. Rex est enim, cuius regnum non est de hoc mundo: neque Regem talem se esse fateatur, cuius regnum putetur esse de hoc mundo. Et de hoc in Glossa: *Ego* *Ioan. 5. e* *in hoc natus sum*, sicut enim supra: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit et filio: nihil aliud ostendere voluit, quàm generationem

a patre, ita et in alijs nihil aliud ostendit, vt hic: quasi diceret: Non sum talis qualem suspicaris, sed multo clarior, ait Chrysostomus. Et ideo sequitur: *Ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati*, quasi diceret, ait Augustinus: Ad hanc rem natus sum, vel ad hoc vt testimonium perhibeam veritati, qui sum ipsa veritas: Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Et: Non secundum visionem oculorum iudicabit, *et cetera*. Et quoniam non omnium est fides, sicut continuat Augustinus, sequitur: *Omnis qui est ex veritate audit*, scilicet interioribus vocibus, id est, obaudit, ait Augustinus: Eius enim vox est: Ego sum veritas. Supra: Sed non omnes obaudiunt veritati, et credunt in veritate. Supra: Nemo venit ad me nisi datum fuerit ei a patre. Et patet ex dictis veritas Saluatoris in respondendo, et discretionis prouidentia, siue cautela, ora aduersantium obstruendo, et artificiositas in docendo, vt electi intelligerent eius responsa atque dicta. Quæritur de hoc quod ait: *Veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati*, qualiter hoc? cum ipse sit veritas, supra: Videtur quòd testimonium suum non sit credibile, quia supra: Si testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum: Ergo, *et cet.* Item veritas est lux. Supra: Qui male agit, non venit ad lucem: Ergo non indiget aliqua testificatione. Et ad istud respondendum est, quòd testimonij perhibitio fit, vel propter obscuritatem rei testificabilis, vel ob dubitationem dicentis vel proferentis, vel ob defectum eorum quibus fit testificatio. Primis duobus modis non fuit necessaria testificatio de veritate, quam loquebatur Christus. Tertio modo fuit necessaria, scilicet ob defectum, et cæcitatem eorum, quibus denunciabat veritatem, quia erant tenebræ de se. Et sequitur: *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*. Et per hoc suadet eum fieri auditorem eorum, quæ dicuntur, et attrahit eum, vt ait Chrysostomus. Et in hoc etiam eum, id est, Pilatum cepit, id est, attraxit his breuibus verbis, vt diceret ille: *Quid est veritas?* Quæritur, cum filius Dei sit veritas, supra. Ex quo et per quem omnia. Supra: Omnia per ipsum facta sunt, videtur quòd omnes audiunt vocem Dei. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd est esse ex veritate dupliciter: vel per creationem, et sic sunt omnes ex veritate, quia a Deo creati: vel ex veritate esse per gratiam, vel donum collatum. Et sic loquitur hic. Et de hoc in Glossa. Sed obijcitur hic tunc, quòd prius est audire vocem Dei, quàm sic esse ex veritate: Ergo male ordinauit. Et ad istud respondendum, quòd est audire vocem Dei dupliciter: vel ad illuminationem credendo intellectu, et amando affectu: vel est audire vocem Dei, adimplendo effectu. Supra: Qui habet mandata mea et seruat ea. Et sic loquitur hic. Nam Augustinus ideo audit, quia ex veritate est, id est, quia hoc illi donum ex veritate collatum. Item quæritur, quare Pilatus ex quo quæsiuit, quid erat veritas, non expectauit responsionem de illa, ex quo quasi attractus verbis Saluatoris quæsiuit, quid erat illa: Itē quare Saluator non expressit ei, quid erat veritas, cum ipse: Omni potenti te tribue. Et: Parati ad satisfactionem omni poscenti rationem. Item ex quo sermo eius erat potestate plenus, et loquebatur sicut potestatem habens, ex quo Pilatus fuit attractus eius verbis, si explicasset ei, quid esset veritas, credidisset vt videtur. Et ita vt prius. Et ad primum respondendum est, secundum Chrysostomum, quòd Pilatus ad id quod præparabat insistit, scilicet ad eripiendum Christum de manu Iudæorum, siue ab impetu. Item quoniam hæc interrogatio indigebat tempore, et ideo Pilatus non expectabat responsionem. Hæc ille. Secundum Augustinum vero, subito venit ei in mentem ea consuetudo Iudæorum, quia solebat eis vnus dimitti in Paschate, et ideo non expectauit vt responderet ei Iesus, quid esset veritas. Secundum Anselmum non respondit ei Saluator, quid esset veritas, quia audire veritatem non fuit dignus. Responsio autem ad quæstionem, scilicet quid sit ipsa veritas, habita est supra: quando ait Saluator: Ego sum veritas. Et sequitur vltimum: *Et cum hoc dixisset, exiuit ad Iudæos*. Et ibi duo. Primo, innocentiæ Christi testificatio. Secundo, ipsa oblatio Iudæis de dimissione Christi, et eorum responsio, ibi: *Est autem consuetudo*. Ait ergo: *Exiuit et dixit eis*: *Ego nullam inuenio*, et cetera, vt ait Chrysostomus: Intuere quàm prudenter ait. Non dixit, quia peccauit et dignus est donari festo, sed primum eum eruens a causa omnis, scilicet pœnę, et tunc rogat ex superabūdanti, et si nollent eum, vt innocentem dimittere, saltem vt obnoxium donari tempori, id est, festo paschali. Et ideo induxit: *Est autem consuetudo*. Sicut continuat Chrysostomus, et hortando dixit: *Vultis vt dimittam vobis Regem Iudæorum?* Sed quæritur ratio huius consuetudinis. Item nulla consuetudo contraria legi diuinæ est seruanda, secundum Augustinum: Sed lex diuina erat: Maleficos non patieris viuere. Et ad istud respondet Glossa, quòd quia in Paschate fuerunt liberati a seruitute, ideo in Paschate fuit eis consuetudo dimittendi aliquem captiuū. Et misericordia superexaltat iudicium. Et sequitur eorum peruersa responsio, ibi: *Clamauerunt*. Et in hoc impetuosa affectuositas ad Christum occidendum, quia clamauerunt omnes. Et in hoc eorum ad malignandum vrsanimitas: *Non hunc*, scilicet innocentem et benefactorem: *Sed Barrabam*, scilicet nocentem et malefactorem. Vnde Chrysostomus: O mentem sceleſtam! similes sui petunt scelestum dimitti, insontem crucia ri iubent. Et quasi idem Augustinus. Ideo sequitur: *Erat autem Barrabas latro*: Vt ait Augustinus: Vmbra veritatis tenebatur a Iudæis, et mirabili dispensatione diuinæ prouidentiæ per homines fallaces, veritas vmbræ implebatur. Hæc ille. Et patet hic filij Dei incogitabilis bonitas, et dignatiua pietas, et patientiæ longanimitas: quòd sustinuit scilicet postponi latroni, cum esset creator et auctor omnis creaturæ, dator et conseruator vitæ, et collator omnis beneficentiæ: sustinuit tamen quòd ab illis, quibus dabat vitam, ablator vitæ ab alijs præeligeretur: Cum iniquis reputatus est. Immo in hoc postpositus: mysterium tamē est iuxta Glossam: Barrabas interpretatur filius magistri, vel filius patris, id est, diaboli, et ita illi qui erant ex patre diabolo. Supra: Vos ex patre diabolo estis: filium eiusdem diaboli præelegerunt, et auctorem vitæ interfici voluerunt: Morte turpissima condemnemus illum, *et cetera*. Mysterium vero prædictorum, scilicet eius quod ait: *Regnum meum non est de hoc mundo*: Patet in collatione prædicabili. De hoc vero, quod sequitur: *In hoc natus sum*, scilicet quòd sum Rex, patet supra, vbi dicitur Ecclesiæ: Venit tibi Rex tuus. Ad quid autem venit in mundum, et qualiter perhibuit testimonium veritati, patet in collatione prædicabili.

Chryſ. hom. 82. in Ioā. poſt mediū. tom. 3. *Aug. tract. 115. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.* *Iſa. 55. b* *Iſa. 11. a* *Aug. ibid.* *Ioan. 14. a* *Ioan. 10. b* *Ioan. 14. a* *Ioan. 5. a* *Ioan. 3. c* *Chryſ. hom. 83. in Ioā. ante mediū tom. 3.* *Ioan. 14. a* *Ioan. 1. a* *Aug. tract. 115. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.* *Ioan. 14. c* *Aug. ibid.* *Luc. 6. d* *1. Pet. 3. c* *Eccl. 8. c* *Mat. 7. g* *Chryſ. hom. 83. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 115. in Ioā. verſ. fin.* *Ioan. 14. a* *Chryſ. hom. 83. in Ioā. ante med. tom. 3.* *Ibidem.* *Exod. 22. c* *Exod. 12. g* *Chryſ. hom. 83. in Ioā. ante mediū tom. 3.* *Aug. tract. 115. in Ioā. prope finem tom. 9.* *Ibidem.* *Iſa. 53. d* *Ioan. 8. f* *Sap. 2. d* *Ioan. 12. c*

CAPVT DECIMVM NONVM.

TVNC ergo apprehendit Pilatus Iesum. Narrata superius examinatione Christi a Pilato, et narratis Christi responsis: hic narratur de nisu et studio Pilati ad eius liberationem. Et hoc in tres. Primo, de nisu suo ad eius liberationem iudicio seueritatis. Secundo, de eius nisu ad suam liberationem ostensione innocentiæ Christi, et puritatis, ibi: *Dixit eis*. Tertio, de nisu suo ad ipsum liberandum iudicio æquitatis, ibi: *Dixit eis*. In prima tria. Primo, Christi flagellatio

Cōtinuatio

Diuisio.

Digitized by Google

flagellatio ad mitigationem malitiæ Iudæorum. Secundo, flagellati ostensio ipsis Iudæis cum testificatione innocentiæ: *Exiuit iterum Pilatus.* Tertio, Iudæorum induratio et malignatio, ibi: *Cum ergo vidissent.* Ait ergo: *Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, et flagellauit.* Sed quæritur, ex quo Pilatus nitebatur eum liberare, ad quid eum flagellauit, et ad quid permisit milites ei illudere? Et ad istud respondet Augustinus: Non ob aliud hoc fecisse credendum est, nisi vt illius iniurijs Iudæi satiati, sufficere sibi existimarent, et vsque ad eius mortem sæuire desisterent. Et per hoc ad aliud. Vnde Augustinus. Idem præses cohortem suam permisit facere quæ fecerunt. Idem Chrysostomus: Flagellauit, inquit, eum Pilatus fortassis absoluere volens, et mitigare Iudaicum zelum, et fieri quæ facta sunt, concessit, vt eorum molliret iram. Et ideo sequitur: *Et milites plectentes coronam de spinis*, id est, iuncis marinis acutis, et pungitiuis ad modum spinarum: *Et vestem purpuream circumdederunt ei.* Et hoc irrisorie: purpura enim Regum est. Et hanc vocat Matthæus chlamydem coccineam: *Et dicebant: Aue Rex Iudæorum*, quod dicebant exprobrando, siue irridendo: *Et dabant ei alapas*, affligendo. Sed quæritur qualiter milites hoc faciebant, cum essent gentiles? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd si non iniunctio principis erat, sed permissio, ad gratiam Iudaicam hoc faciebant, et pecuniarum gratia gratificantes omnia audebant. Hæc ille, de his. Dixerunt genu flexo, *et cet.* Et in huius memoriam, quando oratur in parasceue pro Iudæis, non flectimus genua. Quæritur, qualiter narrat hic de ista illusione, secundum seriem historiæ: Matthæus vero et Marcus per recapitulationem. Vnde Augustinus: Oportet, inquit, Matthæum, et Marcum dicere, recapitulando illud commemorasse: non quòd tunc factum sit, cum eum Pilatus iam crucifigendum tradidisset. Et sequitur secundum, scilicet flagellati ostensio: *Exijt Pilatus et dixit: Ecce adduco eum*, scilicet flagellatum non propter culpam. Ideo sequitur: *Nullam in eo causam inuenio*, scilicet mortis: *Exiuit ergo Iesus portans coronam*, vt ait Augustinus, non clarus imperio, sed plenus opprobrio. *Et dixit: Ecce homo*, quasi diceret, ait Augustinus: Si Regi inuidetis, iam parcite, quia deiectum videtis, flagellatus est, feruet ignominia, frigescat inuidia. Hæc ille. Et sequitur tertium: *Cum ergo vidissent eum Pontifices*, qui amplius persequebantur: *Clamabant.* Et in hoc malignandi affectuositas, et impetuositas: *Crucifige, crucifige eum.* Et in hoc ignominiosi tormenti eius appetibilitas. Et duplicant, in quo affectionis intentio signatur: Morte turpissima condemnemus eum. Et in his omnibus patet admiranda dignatio filij Dei in sustinendo prædictas illusiones, et opprobria. Patet etiam stupenda eius patientia. Vnde Chrysostomus: Tot et talibus fientibus, ipse stabat silens: tu vero non solum audi hoc, sed continuo in mente habe, et Regem orbis terrarum, et angelorum contumeliam patientem a militibus per verba, per res, et omnia ferentem silentio imitare per opera ipsa. Hæc ille. Et nota hic, sicut Augustinus: Christus fuit flagellatus, spinis coronatus, ludibriosa veste amictus, amaris conuitijs illusus, alapis cæsus. Hæc ille. Et hæc sustinuit filius Dei ad deletionem peccati culpæ generis humani, et ad satisfactionem pro illa. Flagellatus enim fuit ad satisfactionem pro delicijs et lasciuia, de qua lasciuia: Vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ. Sed ipse a doloribus a iuuentute, vt ait Propheta: Vidimus eum virum dolorum. Item ipse coronatus spinea corona ad satisfactionem pro elatione humanæ superbiæ, de qua: Væ coronę superbiæ. Sed de ipso in figura: Videte Regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua: scilicet synagoga. Item culpa generis humani fuit in pomposa iactantia in vestibus. Vnde diues epulo indu-

Aug. tract. 116. in Io. prope prin. tom. 9. Ibidem.

Chryſ. hom. 83. in Ioã. ante mediũ tom. 3.

Mat. 27. c

Chryſ. ibid.

Mat. 27. e

Ritus eccle ſiæ.

Auguſt. de concord. Euang. lib. 3. c. 9. poſt medium. to. 4.

Aug. tract. 116. in Ioã. ante med. tom. 9. Ibidem.

Sap. 2. d

Chryſ. hom. 83. in Ioã. ante med. tom. 3.

Aug. tract. 116. in Ioã. ante med. tom. 9.

Sap. 2. b

Iſai. 53. a

Iſa. 28. a

Cant. 3. d

A duebatur purpura et byſſo: qui fuit figura ſynagogæ. Non ſuſtinuit hic Saluator illuſionem in veſte purpurea, ad ſatisfactionem pro vitioſa pompa prædicta, propter quod poteſt dici de eo illud: Quare rubrum eſt veſtimentum tuum? Et hoc ſignatum in tunica Ioſeph tincta in ſanguine hædi. Item generis humani peccatum fuit peruerſitate et falſitate verbi. Vnde et mulier ſuaſit viro edere de ligno vetito, et vterque ſe excuſauit. Et ideo filius Dei ſuſtinuit hic, et opprobria in verbis et contumelias: Dedit contra me vocem. Et in pſalmo: Aperuit ſuper me os ſuum. Item peccatum generis humani fuit in delectationibus carnis: guſtauit enim de ligno vetito. Vnde et filius Dei ſuſtinuit hic alapas in corpore: Corpus meum dedi percutientibus. Et: Quaſi agnus coram tondente: Saturabitur opprobrijs. Et ſic, vt Auguſtinus ait: Martyres confortabantur ad omnia, quæ perſecutores libuiſſet facere, perferenda. Et ſequitur ſecunda pars principalis, vbi de niſu Pilati ad liberandum eum ſtudio benignitatis. *Dixit eis Pilatus: Accipite eum.* Et in illa parte ſic procedit. Primo, innocentiæ Chriſti teſtificatio, et Iudæorum reſponſio. Secundo, a Pilato Chriſti inquiſitio, et cum Chriſto mutua collatio, ibi: *Cum ergo audiſſet Pilatus.* Tertio, ſtudij Pilati ad ipſum liberandum ſpecificatio, et Iudæorum comminatio, ibi: *Et exinde quærebat.* Et hoc eſt, quod ait: *Dixit eis Pilatus: Accipite eum vos et crucifigite.* Et in hoc Pilati delictum et defectio, vt ait Chryſoſtomus. Videns Pilatus inaniter omnia fieri, ſic ait: priora enim flagella, ſcilicet propter eorum inſaniam conceſſit: Vnde et excuſans ait: *Non inuenio cauſam*: Qui peccatum non fecit, *et cetera.* Sed canes ſcilicet Iudæos nihil horum in verecundiam conuertit, ait Chryſoſtomus: *Ideo reſponderunt Iudæi: Nos habemus legem, et ſecundum legem debet mori*: Qui blaſphemauerit morte morietur. Et ſupra: De bono opere non lapidamus te: ſed cum ſis homo, facis te ipſum Deum. Sed, vt ait Chryſoſtomus, ea quæ filij Dei, agentem, dicere ſeipſum eſſe filium Dei, non eſt crimen, ſicut Chriſtus faciebat, ſupra: Operibus credite: Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, *et cetera.* Et ſequitur tertia particula, *Cum ergo audiſſet Pilatus*, et cetera, *ingreſſus eſt prætorium.* Vt enim ait Chryſoſtomus, formidauit ne verum eſſet, quod dicebatur: ideo non vltra interrogat eum quid feciſti? *Sed dixit ad Ieſum: Vnde es tu?* Timore concuſſus ſcilicet, ne eſſet filius Dei, ſcrutationem facit ſcilicet de origine, ait Chryſoſtomus: *Ieſus autem reſponſum non dedit ei.* Sed quæritur, quare hoc? cum dicatur: Reſponde ſtulto. Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd ſupra audiuit Pilatus: Ego in hoc natus ſum: et regnũ meum non eſt de hoc mũdo: ideo iterato non reſpondit ei. Et in hoc impletum eſt illud: Quaſi agnus coram tundente obmutescet. Et de hoc Auguſtinus. Ad hoc data eſt ſimilitudo, vt in ſuo ſilentio, non reus, ſed innocens haberetur. Vnde et Chriſtus tacuit coram Herode, et coram Pilato hic, vt impleretur illud: Ex ore altiſſimi non egredientur bona vel mala. Vnde hic ſiluit Chriſtus, oſtendens iudicis iniuſtam trepidationem et tepiditatem. In Luca coram Herode ſiluit, declinans proprias laudes. Et ſubditur: *Dicit ei Pilatus: Mihi non loqueris?* vt ait Chryſoſtomus. Quia ſiluit, ait Pilatus: *Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te?* Et in hoc ſeipſum condemnauit, ait Chryſoſtomus. Si enim talem habuit poteſtatem, cuius gratia nullam cauſam inueniens non abſoluit, aduerſum ſeipſum enunciationem protulit. Hæc ille. Et ſequitur reſponſio Chriſti: *Non haberes poteſtatem, niſi tibi datum eſſet deſuper.* Vt ait Chryſoſtomus: ſubmittens eius ſenſum et tumorem, hoc ait: Quia non eſt poteſtas niſi a Deo. Sed quæritur, qualiter fuit data poteſtas deſuper

Luc. 16. c

Iſa. 63. a

Gen. 37. a

Gen. 3. b

Ierem. 12. b

Pſal. 21. b

Gen. 3. a

Iſa. 50. c

Iſai. 53. c

Thren. 3. d

Aug. tract. 116. in Io. prope prin. tom. 8.

Luc. 22. c

Chryſ. hom. 83. in Ioã. ante med. tom. 3.

Ibidem.

Ioan. 10. f

Chryſ. ibid.

Ioan. 10. g

Phil. 2. a

Chryſ. ibid. poſt pauca.

Ibidem.

Prou. 26. a

Chryſ. ibid.

Ioan. 18. g

Iſai. 53. c

Aug. tract. 116. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.

Luc. 23. b

Thren. 3. c

Chryſ. hom. 83. in Ioã. ante med. tom. 3.

Ibidem.

Rom. 13. a

deſuper talis? quia qui dat furioſo gladium, quo occidat innocentem, imputandum eſt danti: Ergo danti poteſtatem malis ad malignandum, eſt imputandum malum ei, qui dat illam. Item ex hoc videtur, quòd non ſit diuina prouidentia in mundo, ex quo malis contingunt proſpera, et bonis aduerſa. Sicut tangit Boethius. Item vt ait Dionyſius: Ordo diuinæ bonitatis eſt, quòd a ſummis in media, et a mediis in infima deſcendat: Ergo non debet eſſe poteſtas data per malos ſupra bonos. Item: Regnauerunt et non ex me: Ergo talibus non eſt poteſtas data deſuper. Et ad iſtud reſpondendum eſt, ſecundum Auguſtinum dicentem: Iniuſtum non eſt, vt improbis accipientibus nocendi poteſtatem, et bonorum patientia probetur, et malorum iniquitas puniatur: Iob enim probatus, vt iuſtus appareret: Petrus tentatus, ne de ſe præſumeret: Paulus colaphizatus, ne ſe extolleret. Et ibi bene de hoc. Et idem Auguſtinus: Bonis nihil nocent mali, quia hoc eis auferunt, quod non diligunt: nam quod diligunt, et vnde beati ſunt, nemo poteſt eis auferre. Hæc ille: Qui regnare facit hypocritam, propter peccata populi. Ibi Gregorius de hoc. Vnde in poteſtate ſunt duo a Deo data ſcilicet poteſtatis collatio, et officij executio. Primum eſt a Deo, a quo collata poteſtas. Secundum, eſt ab ipſo homine, et ſic deuiat et errat. Et hoc eſt ab homine difformante ſe a diuina poteſtate. Et per hoc ad aliud, quando dicitur: Regnauerunt et non ex me. Hoc dicitur ratione abuſionis ipſius poteſtatis, ſecundum Gregorium, vbi illud exponit. Et in hoc abſtulit tumorem, et ſuperbiam Pilato, quando ait: *Non haberes poteſtatem, niſi data tibi eſſet deſuper.* Sed quia tradiderunt Chriſtum Iudæi inuidendo, Pilatus vero tradidit eum metuendo, vt ait Auguſtinus, ideo ſequitur: *Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.* Et ſequitur tertia particula, in qua niſus, vel ſtudium Pilati ad eum liberandum: *Exinde quærebat Pilatus dimittere eum*, id eſt, ex hac cauſa, ne hoc peccatum faceret, vt ait Auguſtinus. Et eſt in Gloſſa. Et ſubditur Iudæorum malitia, et ſagacitas: *Iudæi autem clamabant: ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris.* Vt enim ait Auguſtinus, maiorem tumorem putauerunt ſe ingerere Pilato, terrendo de Cæſare, vt occideret Chriſtum: quoniam quando dixerunt: *Secundum legem debet mori.* Et ſubdunt rationem: *Omnis qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari*, quia Cæſar volebat eſſe Rex omnium. Vt enim ait Auguſtinus: Terrena ciuitas habet bonum ſuum. Et quoniam non eſt tale bonum, vt nullas anguſtias faceret amatoribus ſuis, ideo ciuitas ipſa aduerſus ſeipſam diuiditur litigando, bellando, atque pugnando: et propter hoc vnus, qui vult dominari in ea, libidinoſe non ſuſtinet ſocium. Et ibi Auguſtinus bene de hoc. Et ſequitur illa pars, in qua de ſtudio Pilati ad liberandum Chriſtum, indicio ſeueritatis et diſcuſſionis: *Pilatus ergo cum audiſſet.* Et ibi tria. Primo, Chriſti iudicandi in medio oblatio ſiue allatio, cum deſcriptione loci et temporis q. Secundo, Iudæorum impia petitio, ibi: *Clamabant.* Tertio, Chriſti eiſdem a Pilato impia traditio, ibi: *Tunc ergo.* Ait ergo: *Pilatus cum audiſſet*, vt ait Chryſoſtomus. Exijt Pilatus ſcruturus rem, et hoc oſtendit quod ſequitur: *Sedit pro tribunali*, id eſt, pro iudice, in ſede iudiciali. Tribunal enim ſedes eſt iudicis, thronus vel ſolium eſt Regum, cathedra doctorum proprie. Vnde Iſidorus: Tribunal autem dictum, eo quòd inde tribuantur præcepta viuendi: *In loco qui dicitur Licoſtrathes*, quòd interpretatur iudiciū vel iudiciale. *Hebraice autem golgotha.* Quod interpretatur varietas pauimenti vel collis, ſiue ſublimitas, ſecundum Gloſſam. Forte enim erat locus eminens, ornatus pauimento. Et in hoc deſcriptio loci. *Erat autem paraſceue Paſcha.* Dicitur enim paraſceue, paratio cenæ, vel paratio Paſchæ, id eſt dies præparationis neceſſariorum pro ſabbato, in quo non licebat parare. Vnde Auguſtinus. Paraſceue latine præparatio eſt: quòd illo die colligebant pro duobus diebus. Paraſceue, inquam, Paſchæ, id eſt, ſabbati azymorum: quod hic ſumitur pro Paſchate: *Erat hora quaſi ſexta.* Et in hoc deſcriptio temporis. Sed quæritur, qualiter ait: *Hora ſexta*, quia dicitur, quòd tenebræ factæ ſunt ab hora ſexta, vſque ad horam nonam: Ergo hora ſexta fuit paſſus, non iudicatus. Item dicitur, quòd erat quaſi hora tertia. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus diffuſe, quòd hora tertia erat, quando crucifixus linguis Iudæorum: hora vero ſexta, quando crucifixus manibus militum. Illa enim hora, qua a militibus crucifixus eſt, quaſi ſexta iam cœperat. Et de hoc Auguſtinus multum. Et eſt in Gloſſa pro parte. Et ex hoc eſt, quòd in huius memoriam dicitur miſſa inter tertiam et ſextam. Et ſi dicatur miſſa mane, ſecundum quoſdam, feria debet dici ante. Et patet hoc, quòd Deus iudex iuſtus iudicatus eſt in loco iudicij nō iuſti, ſed iniqui: Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudiciumq. recipies. Et ſequitur: *Dicit Iudæis. Ecce Rex veſter.* Exiſtimans eos Pilatus mouendos ſcilicet in miſericordiam, nullam faciens ſcrutationem tradidit eum, ſcilicet offerendo ait Chryſoſtomus. Sed illi indurati in malitia. *Clamabant: Tolle, tolle, crucifige.* Geminatio enim notat intentionem malitiæ eorum in affectu, morte contumelioſa volentes eum occidere, vt dictum eſt: erat enim mors exprobrabiliſſima, ait Chryſoſtomus. Supra: *Dixitq. Pilatus: Regem veſtrum crucifigam?* Volens enim eorum ignominia eos frangere, id eſt, flecti a malitia hoc ait, ait Auguſtinus: *Reſponderunt autem Pontifices*, qui inſtigabant plebem ad prædicta, vt ait Chryſoſtomus. Plebs inordinata et corrupta a principibus, ſic clamabat: *Non habemus Regem, niſi Cæſarem.* Vt enim ait Chryſoſtomus, volentes ſemetipſos ſubmiſerunt ſupplicio, ſcilicet ſeruituti Cæſaris et Romanorum: et propterea Dominus eos tradidit et dimiſit eorum, id eſt, Romanorum ſeruituti eos incidere. Et ſequitur filij Dei a Pilato traditio: *Tunc ergo tradidit eis illum*, ſcilicet ductus timore, vt dictum eſt: *Vt crucifigeretur.* Sed quæritur, quare non ait, vt crucifigerent? Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus, quòd ideo ſic loquitur, vt ſcilicet crucifigeretur iudicio a poteſtate præſidis, vt eos crimine implicaret, a quo alieni eſſe conabantur. Non enim hoc faceret Pilatus, niſi, vt id quod eos cupere cernebat impleret. Hæc ille. Et patet hic Iudæorum malitia in accuſando ex inuidia. Patet etiam iudicis iniuſtitia, qui timore inductus tradidit Chriſtum innocentem Iudæis ad occidendum. Patet militum auaritia, qui pecuniarum gratia omnia audebant, vt ait Chryſoſtomus, ſupra de hoc: Tradidit eis Ieſum flagellatum. Et: Adiudicauit Pilatus fieri eorū petitionem. Et patet, quòd Pilatus hic gerit typum iudicum impiorum, qui timore peruertunt iudicium iuſtorū. Vt enim dicitur, quattuor modis iudiciū peruertitur: timore, odio, amore, cupiditate. Et ſequitur illa pars principalis, in qua filij Dei condemnati ad mortē addictio. Et illa pars in duas partes. Primo, de ſua adductione ad locum paſſionis, et de ipſa crucifixione. Secundo, de ipſa morte, ſiue de Spiritus emiſſione, ibi: *Sciens Ieſus.* In prima quattuor. Primo, præmittitur ipſa adductio ad locum paſſionis, et ipſa crucifixio. Secundo, tituli triūphalis deſcriptio, ibi: *Scripſit autem titulum.* Tertio, crucifigentium auaritia, ſiue cupido, ibi: *Milites ergo.* Quarto, aſſiſtentium cruci ſpecificatio, et eorumdem a Chriſto eruditio, ibi: *Stabant.* Ait ergo: *Suſceperunt Ieſum et eduxerunt eum, et baiulans ſibi crucem exiuit.* Vt enim ait Chryſoſtomus, impoſuerunt ei crucem, vt condemnato. Et enim lignum ſanctæ crucis, vt prophanum vitabant, et huius typus præceſſit in Iſaac. Et enim trophæum exiuit portans crucem eius aduerſus mortis tyrannidem. Et ſicut victores, ita et ipſe in humerum portauit victoriæ notam, id eſt, ſignum, et ſua mente hoc

Boeth. de conſol. Philoſ. lib. 4. proſ. 1.
Dion. cap. 4. de diuin. nomin.
Oſea. 8. a
Auguſt. de nat. boni. c. 32. to. 6.
Idem de agone Chriſtiano. c. 7. prope finem tom. 3.
Iob. 34. d
Greg. Mor. li. 25. c. 14.
Oſea. 8. a
Greg. ibid. c. 16. poſt medium.
Aug. tract. 116. in Ioā. ante med. tom. 9.
Ibid. paulo poſt.
Ibid. poſt pauca.
Aug. de ciuit. Dei. li. 15. cap. 4. in prin. to. 5.
Chryſ. hom. 83. in Ioā. poſt mediū. tom. 3.
Tribunal quid.
Iſid. etym. lib. 15. c. 4. poſt mediū.
Aug. tract. 117. in Ioā. ante med. tom. 9.
Exod. 16. e
Mat. 27. e
Marc. 15. c
Aug. tract. 117. in Ioā. prope prin. tom. 9.
Iob. 36. c
Chryſ. hom. 83. in Ioan. poſt mediū. tom. 3.
Ibid. paulo poſt.
Aug. tract. 116. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.
Chryſ. hom. 83. in Ioā. poſt mediū. tom. 3.
Aug. tract. 116. in Ioā. verſ. fin. tom. 9.
Chryſ. hom. 83. in Ioā. ante mediū tom. 3.
Mat. 27. a
Luc. 23. b
11. quæſt. 3. quattuor modis.
Chryſ. hom. 84. in Ioā. prope prin. tom. 3.
Gen. 22. b

Digitized by Google

Isai. 9. a *Isai. 22. d* hoc agebant Iudæi. Hæc ille: Cuius principatus super humerum eius. Et: Dabo clauem domus Dauid super humerum eius: *Exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum.* Secundum Papiam sic dictus est, quia in eo damnati capite cruciabantur. Caluaria enim dicitur ab ossibus caluis, dicta secundum defectionem *Isid. etym. lib. 11. c. 1.* secundum Isidorum. Dicitur enim os capitis a carne *Aug. tract. 117. in Io. ante med. tom. 9.* nudatum. Et vt ait Augustinus: Ibat in locum, vbi erat crucifigendus, portans crucem suam. Grande spectaculum: sed si spectat impietas, grande ludibriū: si pietas, grande mysterium: si spectet impietas, gran de ignominiæ documentum. Et ibi de hoc. Et in *Chryſ. hom. 84. in Ioã. ante med. tom. 3.* Glossa pro parte. Vt enim ait Chrysostomus: Quidam aiunt illic esse Adam et mortuum, et sepultum: *Vbi crucifixerunt eum.* Et in hoc generis mortis ignominiosi tas, et grauitas, vt dictum est supra: *Et alios duos,* *Luc. 23. a* scilicet latrones, vt impleretur illud: Cum iniquis re- *Isai. 53. c* putatus est. Et ex his duobus saluatus est vnus, quod non parum contulit ad gloriam Christi: Nam latronem in cruce transmutare, et in paradisum inducere, *Chryſ. ibid. post pauca.* non fuit minus quàm petras concutere, ait Chrysosto mus. Sed quæritur de hoc, quòd ait: quòd Christus *Luc. 23. b* exiuit baiulans crucē, nā dicitur: Cum ducerent eum, apprehēderunt Simonem, et imposuerūt illi crucē. Et ad hoc respondet, quòd primo portauit Christus cru- cem, secundo Simon portauit eam, et Simone portante crucem, sequebatur eum turba multa mulie- *Luc. 23. a* rum, quæ plangebant, prout dicitur. Et patet hic mysterium, quòd Christus fuit crucifixus in medio duorum latronum, per quos figurantur duo popu- *Rom. 3. c* li: Omnes enim peccauerunt, et egent gratia Dei. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et pro his saluandis Christus est passus ad cuius dexteram erant prædestinati, et saluandi: ad sinistram vero damnandi. Et nota quòd Christus legitur semper esse in medio, quia ipse est veritas, et semper in rectitudine: ipse enim fuit in medio animalium: *Luc. 2. a* Posuit eum in præsepio. Vnde: In medio duorum *Abac. 3. d* animalium, secundum aliam litteram. Et hoc vt do- *Ex interpretatione 72.* ceret nos imitari suam paupertatem. Item legitur, *Luc. 2. a* quòd fuit in medio doctorum, audiens, et interro- *Ioan. 1. d* gans, vt doceret nos appetere suam sapientiam, et veritatem. Item legitur, quòd fuit medius discipulorū illorum, quibus loquebatur, supra: Medius vestrum stetit, quem vos nescitis, vt doceret nos imitari suam humilitatem. Item legitur, quòd est in medio sem- *Mat. 8. c* per congregatorum in nomine suo: Vbi duo vel tres erunt congregati, ibi ero in medio eorum, vt doceret nos imitari suam charitatem. Item legitur, quòd ste- tit in medio discipulorum annuncians eis pacem, et *Ioan. 20. c* se ostendens eis ad eorum consolationem, vt doceat nos imitari suam beneficam largitatem, et pacificam conuersationem. Item legitur, quòd fuit passus in medio latronum, docens nos imitari suæ patientiæ longanimitatem. Item legitur, quòd erit in medio *Mat. 25. a* iudicandorum positurus agnos a dextris, et hædos a sinistris: docens nos imitari suam iustitiam, et veri- *Eccl. 10. c* tatem. De ipso enim dicitur: In medio fratrum rector illorum in honore. Ad imitationem ergo illius in medio semper simus, ideſt, in virtute. Vt enim ait Ber- *Bern. de cõsider. lib. 2. post mediũ.* nardus: Tene medium, si non vis perdere modum, locus medius tutus est: Medium enim sedes modi *Exech. 8. d* est. Et ibi bene de hoc: Iechonias in medio. Ibi Andreas: Principantium solet esse locus medius, se- cundum illud Poetæ:

Et celsus medio est aspectus in agmine Cæsar.

Et sequitur illa pars, in qua dignitatis filij Dei descriptio, et tituli triumphalis eiusdem. Et ibi tria. Primo, ipsa descriptio. Secundo, Iudæorum dissuasio, ibi: *Dicebat.* Tertio, Pilati responsio, ibi: *Respondit* *Aug. tract. 117. in Io. post mediũ. tom. 9.* *Pilatus.* Ait ergo: *Scripsit autem titulum Pilatus.* Vt enim ait Augustinus: Hoc fuit per vim diuinæ ope- rationis, nam occulta vox quædam Pilato, et si dici potest, clamoso silentio personabat. Et ideo exclamat Augustinus: O ineffabilem vim diuinæ operationis! etiam in cordibus ignorantium, *et cetera: Et posuit su per crucem.* De scriptura istius tituli, et de ligno crucis, magister in historijs multum. Et decens fuit, quòd ita scriberetur, prout ait Chrysostomus: Tres enim erant cruces: vt ergo non ignoraretur Domini crux, a titulo manifesta omnibus facta est, quia cruces latronum non habebant titulos. Et hoc fuit ad ostendendam Iudæorum turpem occasionē, et quòd inuidebant Christo crucifixo, vt ait idem Chrysostomus. Et hoc lædebat eos. Ideo sequitur: *Hunc ergo titulum legerunt,* quia erat scriptus tribus linguis, quę eminebant, prout dicitur in Glossa. Et ideo ab Augustino: Iudæi eminebant in lege Dei, et sic in sanctimonia, Græci in sapientia, Latini siue Romani in potentia. Et ideo: *Dicebant Pontifices: Noli scribere Rex Iudæorum.* Ne notaretur excellentia, sed a parte Christi petulantia siue crimen petulantiæ, ait Chrysostomus. Et de hoc Augustinus: Si corrumpi non potest, quod dicit Pilatus: minus potest corrumpi, quod dicit veritas, scilicet quòd ipse erat Rex, non solum Iudæorum, sed omnium, supra proximo: In hoc natus sum, scilicet quòd sum Rex. Sed quæritur, ex quo scripsit Pilatus, per vim diuinæ operationis, vt dictum est ab Augustino, cum ipse esset Rex omniū tam Iudæorum quàm gentium, videtur quòd sic debuisset scribi. Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd ipse erat Rex omnium gentium, *Ibidem.* in Psalmo: Postula a me, et dabo tibi gentes heredi- *Psal. 2. b* tatem tuam. Et hic dicuntur Iudæi, quorum circumcisio cordis in spiritu non in littera. Et subditur *Rom. 2. c* constantia Pilati: *Dixit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.* Quasi diceret, quod scripsi velociter, scripsi indelebiliter: Non enim Pilatus est conuersus, sed in priori mēte stetit, ait Chrysostomus: Vbi enim fuit scriptus *Chryſ. hom. 83. in Ioã. ante med. tom. 3.* titulus, magister in historijs, quòd crux non habebat super lignum transuersum aliquod habens formam Thau. Sed Pilatus superposuit cauillam, et tabulam affixam ei, et in tabula erat titulus. Et ibi de diuersis linguis, quæ dicuntur esse in cruce, et de alijs, quæ possunt adduci hic, et de isto titulo in collatione prædicabili. Et sequitur illa pars, in qua narratur militum cupido, siue cupiditas: *Milites autem acceperunt vestimenta,* et cetera: *Et fecerunt quattuor partes.* Et secundum hoc patet, quòd fuerunt quattuor milites secundum Augustinum: *Et similiter acceperunt tu-* *Aug. tract. 118. in Io. ante med. tom. 9.* *nicam,* sicut continuat Augustinus, vt de ceteris vesti- mentis nullam miserunt sortem, sed de tunica, quam simul acceperunt, sed non simul diuiserunt, ait Augu- stinus. Et in hoc completa est prophetia, ait Chryso- *Ibidem.* stomus, in Psalmo: Super vestem meam miserunt *Ibidem.* sortem. De nullo autem aliorum, vel vestimentis *Chryſ. hom. 84. in Ioã. ante med. tom. 3.* eorum fuit hoc scriptum, vt videas prophetias com- pletas, ait ibidem Chrysostomus. Et quasi reddens rationem, quare non diuiserunt tunicam, subdit: *Erat autem tunica inconsutilis.* Et de hoc in historijs *Psal. 21. a* magister, quòd erat reticulato opere facta, *et cetera.* *Chryſ. ibid.* Inconsutilis ergo non acu consuta, sed sic contexta. Et de hac Chrysostomus vbi supra. Quod quidam *Ibidem.* allegoriam per id ostendi aiunt, quoniam non simpliciter homo erat qui crucifixus est, sed et de hoc diuinitatem habebat. Quidam vero ipsam speciem tunicæ aiunt euangelistam historice designare, quia in Palęstina duos pannos committentes, ideſt, vnientes, ita subtraxerunt indumenta. Ostendens autem Ioannes, quoniam talis erat tunica ex his, quæ desuper subtexta, sic ait. Hoc autem mihi uidetur dicere ænigmatice, insinuans vtilitatem uestimentorum: et quoniam quemadmodum in alijs uniuersis, ita et in stola paruum dedit nobis schema, ideſt, figuram. Hæc Chrysostomus. Secundum ipsum ergo tunica erat de uili genere uestimenti Palęstinæ. Et per hoc patet falsitas opinionis eorum, qui dicunt, quòd fuit de serico: cuius falsitas patet, quia si fuisset de serico, non

non impoſuiſſent ei chlamydem de ſerico pro illuſione. Item ſi fuiſſet magni pretij, non fuiſſent ſortiti de ea, ſed venditioni expoſuiſſent, et ideo pretium diuiſiſſent. Ideo ſequitur: *Dixerunt, non ſcindamus eam, vt ſcriptura impleretur.* In Pſalmo: Partiti ſunt veſtimenta mea, alia ſcilicet a tunica: *Et ſuper veſtem meam*, ideſt, tunicam: *Miſerunt ſortem.* Et ad exaggerandum ſubdit: *Et milites quidem hoc fecerunt.* Sicut enim creditur ſtipendiarij erant. Vnde Chryſoſtomus, ſupra: Gratia pecuniarum omnia audebant, et ideo ſuper vile veſtimentum ſortiti ſunt. Myſterium autem huius patet ab Auguſtino, et eſt pro parte in Gloſſa: Quadripartita veſtis Chriſti fuit figura Eccleſiæ, quæ conſiſtit in quattuor partibus mundi. Vnde et credentes ſunt veſtimentum Chriſti, vt ait Gregorius exponens illud: Specioſis induere veſtibus. Et exponens illud eiuſdem: Scidit veſtimenta ſua. Hæc veſtimenta mali ſcindunt, ſed tamen tunicam, ideſt, ipſam charitatem, quæ ſupereminet, quia eſt altior via: Nemo malus poteſt ſcindere: ipſa enim eſt incõſutilis, ne aliquando diſſuatur. Et ad vnum peruenit, quia omnes in vnum colligit, ait Auguſtinus: Super omnia habete charitatem, quod eſt vinculum perfectionis. Vt enim ait Gregorius. Charitas eſt veſtis nuptialis, et hæc manet indiuiſa in Eccleſia, ſupra: Vt ſint conſummati in vnum. Et ibi de hoc: Soliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Et hæc eſt inconſutilis, quia non opere humano, ſed diuino cõtexta. Ipſa enim texitur ex duobus præceptis, ſcilicet dilectione Dei, et proximi, vt ait Gregorius, vt dilectio Dei ſit ad modum ſtaminis, et dilectio proximi ad modum ſubtegminis: Fecerunt tunicas byſſinas opere textili. In figura: Anna vxor eius ibat quotidie ad opus textrinum: Stragulatam veſtẽ fecit ſibi. Sed quæritur de hoc, quòd ait: *Milites hoc fecerunt*, ſcilicet crucifixerunt, et veſtimenta diuiſerunt. Ergo plus fuit eis imputandum de morte Chriſti, quàm Iudæis. Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus, quòd milites crucifixerunt, ſed ſi voluntates, ſi inſidias, ſi opera, ſi traditionem, ſi extorquentes clamores Iudæorum cogitemus, ipſi magis crucifixerunt Ieſum. Hęc Auguſtinus. Milites ergo peccauerunt opere, illi Iudæi modis dictis. De veſtimentis autem Chriſti alij euangeliſtæ breuius loquuntur, quàm Ioannes, ait Auguſtinus: De myſterio autem partium crucis in nobis Auguſtinus bene, quòd crux fuit lata in ligno tranſuerſo, et ſignat bona opera: in latitudine charitas. Longitudo ſignat perſeuerantiam vſque in finem. Altitudo in cacumine rectam intẽtionem, quòd omnia debent fieri propter altitudinem præmiorum. Profundum vero ſignat gratiam Dei, ex qua vniuerſa procedunt. Signat autem crux, quòd ait: Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt. Eius autem ſignum debet imprimi frontibus credentium contra malos Spiritus. Vnde et in celebratione Sacramentorum hoc ſignum imprimitur, quia ab ipſo in nobis omne bonum. Hæc Auguſtinus: Nolite nocere terræ, *et cet.* Et ſequitur: Quoad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri. Et ſequitur illa pars, in qua aſtantium cruci deſcriptio, et eorum eruditio, ac conſolatio. Et ibi tria. Primo aſtantium deſcriptio. Secundo, beatæ matris, ac dilecti diſcipuli admonitio, ſiue conſolatio, ibi: *Cum vidiſſet ergo.* Tertio, admonitionis executio, ibi: *Et ex illa hora.* Ait ergo: *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius*, vt adimpleretur illud: Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius: *Et ſoror matris eius Maria Cleopha*, ſcilicet filia Cleophæ, quæ fuit mater Iacobi: Fuit autem alia ſoror eius Maria Salome, quæ fuit mater Simonis et Iudæ. Maria ergo Cleophæ, quæ fuit filia illius, vt ait Gloſſa: *Et Maria Magdalena*, de qua ſupra. Et hæ ſanctæ mulieres Chriſto adhæſerunt in cruce, nec terroribus, nec minis, nec timoribus receſſerunt. Et de hoc in figura. Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum.

Pſal. 21. a *Chryſ. hom. 82. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 118. in Io. poſt mediũ. tom. 9.* *Greg. Mor. lib. 32. c. 7. ante med.* *Iob 40. a* *Greg. Mor. lib. 2. c. 22. & 27.* *Iob 1. d* *1. Cor. 13. c* *Coloſſ. 3. c* *Greg. in Euãg. ho. 38. ante med.* *Ioan. 17. b* *Eph. 4. a* *Greg. ibid. poſt pauca.* *Exo. 39. b* *Tob. 2. d* *Prou. vlt. a* *Aug. tract. 118. in Io. ante med. tom. 9.* *Ibid. ante med.* *Ibid. poſt med.* *Gal. 3. c* *Apoc. 7. d* *Ibidem.* *Luc. 2. d* *Ioan. 11. c* *Ioan. 12. a* *Iob 19. c*

A Per carnem quæ eſt exterior, ſignantur diſcipuli, et alij credentes: per os, quod interius eſt, ſignantur beata mater Dei, et iſtæ ſanctæ mulieres intimius Chriſto adhærentes, et immediatius. Et beata mater immediatius omnibus, et firmius: ipſa enim erat innixa ſuper dilectum ſuum. Et ideo maiori dolore perfuſa. Secundum Auguſtinum enim omnes affectiones radicantur in amore. Et quia ſuus amor ad filium fuit incomparabilis amori aliorum, ideo dolor quaſi incomparabilis. Vnde Damaſcenus: Dolores quos effugit patiens, hos ſuſtinuit tempore paſſionis. Si enim beata Felicitas fuit pluſquam martyr propter mortes filiorum, vt ait Gregorius: Multo magis beata mater Dei. Ideo dicitur: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ideſt, tribulatio, qua anima materna vulnerata eſt doloris affectu, ait Auguſtinus. Dolores ergo, quos filius in corpore ſuſtinebat, quaſi viui infundebantur in pium cor maternum. Et ideo merito prius filius dilectum diſcipulum commiſit ei pro filio, licet non eſſet talis, et tantus. Ideo ſubdit ſecundum: *Cum vidiſſet matrem*, ſic ſtantem: *Et diſcipulum quem diligebat*, ſcilicet ceteris familiarius, ſupra: *Dicit matri ſuæ*, prout dicitur a ſexu. Vt enim ait Auguſtinus: More ſcripturarum a ſexu ponit. Et Gregorius: Mulier dicitur pro ſexu, vel infirmitate: *Ecce filius tuus*, ſcilicet pro filio tibi ſucceſſurus eſt, et etiam filius imitatiue, quia purus in ſacra virginitate, et etiã filius adoptione, et filius obſequiali honorificatione: *Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua*, ideſt, vt mater tibi honoranda, et æſtimanda. Et de hoc Chryſoſtomus vbi ſupra: hic multam dilectionem monſtrat diſcipulo. Vnde quærit Chryſoſtomus: Cuius gratia nihil aliud ei loquitur, neque conſolatur eum triſtantem, cum tamen eſſet tempus horum? Et ad hoc reſpondet, quòd non parum erat eum honorari tali honore, et cum matre confeſſionis accipere mercedem. Hæc ille. Magna ergo erat illi conſolatio, tali honore dignificari. Sed quæritur, qualiter hoc ait, hic commendans matrem diſcipulo, ſupra: quaſi repellens ſuam petitionem, ait: Quid mihi, et tibi mulier? Et ad iſtud reſpondet Auguſtinus, quòd tunc diuina facturus, non diuinitatis, ſed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat: nunc humana patiens eã, ex qua factus fuerat homo, affectu commendabat humano. Et ibi bene de hoc. Supra idem. Item videtur, quòd fecerit contra ſuam doctrinam. Ait enim: Qui non odit patrem et matrẽ, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Ergo prohibuit habere curam de matre, et ita nec ipſe debuit habere. Et ad iſtud reſpondendum ſecundum Gregorium ſuper illud, quòd illud eſt intelligendum de odio quo impediuntur in parentibus affectus inordinati, et de illis qui impediunt affectionem ad Deum, ſiue progreſſum ſpiritualem, ut patet ibi a Gregorio, et ab Auguſtino, qui bene de hoc: *Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua.* Ita quòd ſit accuſatiuus pluralis numeri, ſecundum Auguſtinum. Vnde ait: Suſcepit eam in ſua, non prædia, quæ nulla proprie poſſidebat, ſed officia quæ propria diſpenſatione exequenda curabat. Hæc ille. Et per hoc patet ſolutio obiectionis, ſecundum Auguſtinum, qua poſſet obijci: ex quo erat Ioannes de illa ſocietate, in qua nullus dicebat aliquid ſuum, qualiter dicitur hic, quòd accepit eam in ſua? Et patet ex dictis ratio. Secundum uero Chryſoſtomum accepit eam in ſuam, ſiue in propriam, ſcilicet matrem, vel in propriam procurationem, vel curam. Et patet hic ſecundum Chryſoſtomum, ſuperabundantia uirtutis Ieſu Chriſti. Quamuis enim antequam crucifigeretur, uideretur ſudans agoniam patiens: hic autem nihil anxium oſtendit, nam illic naturæ imbecillitas, hic uero uirtutis abundantia demonſtrata eſt, ait Chryſoſtomus, ubi ſupra. Item patet hic Saluatoris honorificentia, et beneuolentia, et diligens cura circa matrem. Vnde Auguſtinus: Moralis hic

Cant. 7. d *Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 14. c. 9. tom. 5.* *Damaſc. ortho. fid. li. 4. c. 15. prope finem.* *Greg. in Euang. ho. 2. ante med.* *Luc. 2. e* *Aug. ep. 59. ad Paulin. poſt mediũ tom. 2.* *Ioan. 13. e* *Aug. cõtra Fauſt. lib. 11. c. 3. et de fide contra Manic. c. 22. to. 6.* *Greg. Mor. li. 11. c. 26. ante med.* *Chryſ. hom. 84. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Ibidem.* *Ioan. 2. d* *Aug. tract. 119. in Io. ante med. tom. 9.* *Ibid. tract. 8. ant. med.* *Luc. 14. b* *Greg. in Euãg. ho. 37. ante med.* *Aug. epiſt. 38. ad Latũ ante med. tom. 2.* *Id. tract. 119. in Io. circa med. tom. 9.* *Ibid. paulo ante.* *Chryſ. hom. 84. in Ioã. ante mediũ tom. 3.* *Ibidem.* *Luc. 23. b* *Chryſ. ibid.* *Aug. tract. 119. in Io. ante med. tom. 9.*

Digitized by Google

hic insinuatur locus, facit quod faciendum admonet, et exemplo suo suos instituit præceptor bonus, vt a filijs pijs impendatur cura parentibus. Hæc ille.

Chrys. hom. 84. in Ioã. ante med. tom. 3. Et quasi idem Chrysostomus. Item patet hic priuilegialis dignitas, et honorificentia beati Ioannis, vt dictum est a Chrysostomo. Sed quæritur, cum essent aliæ Mariæ astantes, et desolatæ, quare non eas commendauit discipulo: videtur quòd cum esset pater misericordiarum, debuisset commendasse. Ad istud respondet Chrysostomus, quòd decens erat plus præbere matribus. Item ad conuincendos hæreticos, dicentes, quòd non oportet nosse genitores. Item ad obstruendam inuerecundiam Marcionis, scilicet hæretici, dicentis non eum esse genitum ex Maria: quia si non esset genitus secundum carnem, neque eam habuit matrem, cuius gratia tantam facit circa eam solam prouidentiam, et non circa alias mulieres, vt ait Chrysostomus, vbi supra. Et de hoc quidam expositor bene. Discipulus, qui in cena Dominica ceruical sibi in pectore magistri optauerat, ecce iterum alio priuilegio honoratur. Et post illud reclinatorium, in quo viderat: In principio erat verbum, officina illa, in qua verbum caro factum est, diligenter ei a filio commendata est. Petro commendatur Ecclesia, illi Maria: illi tumultuosa negotia, huic quieta: illi atria, vestibulum, et altare sanguinum, huic altare incensi, et sancta sanctorum. Et sequitur: Quadrigam, qua currendum ad patriam intueor, vt per matrem ad filium, et per filium attingamus ad patrem. Et in hoc seculo, quod nos ab hoc seculo euehit, tu beate Ioãnes sis columna argentea, mater ascensus purpureus, filius media charitas, et reclinatorium aureum, visio patris in decore suo: Ferculũ fecit sibi Rex Salomon, *et cetera*. Et sequitur illa pars, in qua de consummatione passionis filij Dei, ibi: *Postea sciens Iesus*. Et illa in tres. Primo, de consummatione quoad testimonium scripturarum. Secundo, quantum ad factum esse ipsius passionis, ibi: *Et inclinato capite*. Tertio, quantum ad effectum, ibi: *Iudæi quoque*. Ait ergo: *Sciens Iesus, quoniam omnia consummata sunt*, scilicet quantum ad ea, quæ sunt scripta de filio hominis: *Vt consummaretur scriptura*, illius Psalmi: Potauerunt me aceto: *Dicit: Sitio*. Vt ait Chrysostomus, quoniã nihil deficit dispensationi, volebat ostendere, quoniã in potestate eius erat mori, sic ait prophetiã implens. Vnde quærit Augustinus: Quis potest disponere illa quæ fecit? Et quasi respondens ait: Homo namque apparebat, qui Deus latebat, patiebatur hæc omnia, quia apparebat, et idem ipse disponebat hæc omnia, qui latebat. Hæc ille: *Vas ergo erat positum aceto plenum: illi autem spongiam plenam obtulerunt*. Vt enim dicitur in Glossa: Spongia est canna infirma, ignibus apta, et dicitur a spuma. Matthæus vero ait, quòd obtulerunt ei de arundine. Et hic patet Iudæorum crudelitas, quòd neque in his, quæ videbantur, facti sunt mansueti, sed sæuiebant magis, et spongiam aceti, et hysopum offerentes, sicut condemnatis, ait Chrysostomus: Insinuans per hoc, quòd talis potus dabatur condemnatis, vt forte citius morerentur: Vel hoc fuit consuetudinis, et de hoc nihil in historijs: *Cum ergo accepisset acetum*, ad prophetiæ consummationem: *Dixit: Consummatum est*. Vt enim ait Augustinus, quia nihil remanserat, quod antequam moreretur, adhuc scire oporteret: vna enim oblatione consummauit: Consummator sermonum ipse est. Secundum Augustinum: Iudæi erant acetum degenerantes a vino Patriarcharum, et Prophetarum: Vinea Domini Sabaoth, domus Israel est: Expectauit, vt faceret vuas, et fecit labruscas. Iudæi, inquam, habentes cor velut spongiam cauernosis quodammodo, atque tortuosis latibulis fraudulentum. Per hyssopum quæ est herba humilis, et pectus purgat, humilitas Christi signatur. Per arundinem vero signatur scriptura, quæ arundine scribitur. Christus ergo accepit acetum, signans se mori pro credentibus ex Iudæis, traijciendis in corpus suum, et humilitatem suam imitantibus, et scripturæ credentibus. Ideo ait Petro: cum descenderet linteum, in quo erant quadrupedia, *et cet.* Occide, manduca, idest, a vita iniquitatis interfice, et in corpus Ecclesiæ traijce, sicut exponit Gregorius: Vel per acetũ amaritudo passionis signatur: dicitur enim acetum, quasi acutum, ait Papias: et est fortis exsiccationis, et prohibet effusiones materierum ad interiora, et confert morsui venenatorum, secundũ Auicennam: talis est passio Christi. Significans ergo se gustare amaritudinem passionis, accipit acetum: Intingit buccellam in aceto, idest, meditationem in memoriam passionis Christi. Vnde est acetum peruersitatis, et malitiosæ amaritudinis: Acetum in nitro, qui cantat carmina corde pessimo. Super quod Gregorius: Acetum si in nitro mittitur, feruescit nitrum protinus et ebullit, sic peruersa mens cum accusatur: Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, *et cet.* Et est acetum amaritudinis passionis, vt dictum est. Per hyssopum, quæ est herba humilis, et habet vim ad saxa penetranda, vt patet ab Augustino, humilitas Christi signatur. Et sequitur illa pars, in qua consummatio passionis in facto esse, ibi: *Et inclinato capite, tradidit spiritum*. Quæritur cum in morientibus prius fiat emissio spiritus, siue expiratio, et deinde inclinatio capitis, siue demissio, qualiter ordinat hic e contrario? Et ad istud respondet Chrysostomus, quòd ita est in nobis, quòd post expirare inclinamus caput, e contrario in Christo: per quæ omnia indicauit euangelista, quòd ipse Dominus omnium habens potestatem ponendi animam, et non ponendi, supra. Et per hoc patet, quòd non erat caput affixum cruci, vt ait Chrysostomus: Clamans voce magna emisit spiritum. Clamans: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et per hoc patent verba Christi in cruce: Cum clamore valido, *et cetera*. Primum fuit oratio pro crucifixoribus, dicens: *Pater ignosce illis*. Secundum, in promissione facta latroni. Tertio, locutus est in recommendatione matris, et ibi locutus est duo verba. Quarto, locutus est dicendo hic: *Vt quid me dereliquisti?* Et hoc cũ clamore valido: ostendens vehementiam passionis. Quinto, locutus est dicendo: *Sitio*. Sexto, quando ait: *Consummatum est*. Septimo, quãdo ait: *In manus tuas commendo spiritum meum*. Hic autẽ omittũtur signa diuinæ passionis, quæ alij euangelistæ narrant: sicut quòd velũ tẽpli fuit scissum, et quòd tenebræ factæ sunt super terrã. De dicto vero Dionysij, quòd Deus naturæ patiebatur, cũ philosophi Athenis inquisissent, Magister in historijs. In Euãgelio Nazarẽorum legitur superliminare templi fuisse factũ, et auditas fuisse voces in aere: Trãseamus ex his sedibus. Et patet hic diuturna, et perseuerans obediẽtia Christi, quòd inclinato capite tradidit Spiritum; Factus obediens vsque ad mortem. Et in hoc similiter humilitas eiusdem denotatur. Et sequitur illa pars, in qua cõsummatio passionis in effectu, qui fuit in apertione lateris, ex quo fluxit aqua, et sanguis. Et ibi tria. Primo, a Iudæis petitio depositionis eorum, qui erant crucifixi, et latronum crurifragium. Secundo, lateris Christi apertio, ibi: *Ad Iesum cum veniissent*. Tertio, eorum quæ facta sunt testificatio, ibi: *Et qui vidit*. Ait ergo: *Iudæi ergo, quoniam parasceue erat*, vt ait Chrysostomus: Iudæi camelum transglutiebant, de die scilicet festo diligenter ratiocinantur, et non de morte Christi, quem crucifixerant: *Quia parasceue erat*, scilicet dies præparationis, respectu sabbati sequentis: in quo sabbato erat duplex festiuitas, scilicet azymorum, et sabbati. Propter quod erat hic: *Erat magnus dies Sabbati*, et cetera. ne ergo esset prophanatio dꝛei festi apud eos, in quo die multi conueniebant: *Vt non remanerent in cruce corpora*, quia: Maledictus qui pendet in ligno, et non contaminabis terram tuam: *Rogauerunt Pilatum, vt frange-*

Ioan. 1. a
Cant. 3. c
Psal. 68. c
Chrys. hom. 84. in Ioã. ante med. tom. 3.
Aug. tract. 119. in Io. post mediũ. tom. 9.
Mar. 15. c
Mat. 27. b
Chrys. hom. 84. in Ioan. ante med. tom. 3.
Aug. tract. 119. in Io. prope finẽ. tom. 9.
Hebr. 10. a
Eccl. 43. f
Isai. 5. b
Aug. tract. 119. in Io. post mediũ. tom. 9.
Act. 10. b
Greg. Mor. li. 11. c. 15. ante med.
Auicenna lib. 2. de medicina.
Ruth. 2. e
Prou. 25. c
Greg. in Ezech. lib. 1. hom. 9. post med.
Prou. 10. c
August. de doctr. Chri. lib. 2. c. 16. tom. 3.
Chrys. hom. 84. in Ioã. ante med. tom. 3.
Mat. 23. d
Deut. 21. d
Ioan. 10. c
Mat. 27. f
Luc. 23. f
Hebr. 5. b
Luc. 23. f
Philip. 2. b
Chrys. hom. 84. in Ioã. ante med. tom. 3.

Priuilegialis dignitas beati Ioannis.
Ibidem.
Ibidem.
Marcionis hæretici inuerecundia obstructa.
Ibidem.
Acetũ multiplex.
Dictũ Dionysij.

Digitized by Google

frangerentur eorum crura. Et sic cito morirentur, ne horrore diei festus fædaretur, vt ait Augustinus. Et Magister in historijs: *Venerunt ergo milites.* Et sic fecerunt illis, qui fuerunt cum Christo crucifixi, vt mortui de ligno deponerentur. Et sequitur secunda particula: *Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum.* Ipse enim habuit potestatem ponendi animam, et fuit mortuus, quando voluit. Vnde Augustinus: Quis ita vestem ponit quando voluerit, sicut se carne exuit quando voluit? *Non fregerunt eius crura.* Vnde Chrysostomus: Vides qualiter validū quid est veritas: per quæ illi student facere ignominiā Christo, per hæc prophetia completur: quæ pernicioſa mente agebant, hæc veritati deseruiebant, vel decertabant. Hæc ille: *Vnus tamen militum latus eius aperuit.* Vt ait Chrysostomus: Milites largientes Iudæis honores, et ea quæ placebant eis, mortuo corpori conuiciantes hoc fecerunt. Sed quæritur de modo loquendi, quem ait: *Aperuit*, et non vulnerauit? Et ad istud respondet Augustinus: Vigilanti verbo vsus est, vt non diceret: Latus eius percussit, aut vulnerauit, sed aperuit, vt illic quodam modo ostium vitæ panderetur, vnde sacramenta Ecclesiæ manauerunt. Et de hoc in Glossa. Et hoc prænunciabat ostium arcæ, et quòd mulier facta est de latere viri dormientis, vt ait Augustinus, qui exclamans ait: O mors! vnde mortui reuiuiscunt: quid isto sanguine mundius? quid isto vulnere salubrius? Et de hoc similiter Chrysostomus: Ex vtrisque his Ecclesia constituta est: per aquam quidem regenerati: per sanguinem vero, et carnem nutriti, scilicet Christiani. Et sequitur: Principium illic suscipiunt mysteria, vt cum accesseris horribili calici, scilicet propter honorem, vt ab ipsa bibens costa, ideſt, calice, ita accedas. Hæc ille. Patet ergo ex dictis, quòd illud sacrum vulnus fuit principium fontale, vita, et ostium: Lauit enim nos in sanguine suo. Et aqua exiuit in mysteriū regenerationis. Supra: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et spiritu, *et cetera.* Ideo in figura: Erit fons patens domui Dauid, *et cetera.* Item patet, quòd multos riuos sanguinis effudit Christus: scilicet in circumcisione, in flagellatione, in sanguineo sudore, in coronatione spinea corona, etiam in lacrymatione, quæ fuit originaliter sanguis, prout ait Augustinus, quòd lacrymæ quasi vulnerati cordis sanguis est sacrificium, scilicet quòd sacrificamus: In foraminibus. Ibi Bernardus de hoc: Quid tam efficax ad curanda conscientiæ vulnera, necnon ad purgandam mentis aciem, quàm Christi vulnerum meditatio? Et ibi multum de hoc. Et idem: Vult benignus dux deuoti militis vultum, et oculos in sua sustolli vulnera, vt illius ex hoc animum erigat, et exemplo sui reddat ad tolerandum fortiorem. Et ibi bene de hoc. Vnde et mysterium patet hic: Anima enim fidelis debet lancea, ideſt, acumine subtilis meditationis, et contemplationis suum latus, ideſt, cordis latitudinem aperire. Vnde et amor dicitur acutus, siue acutum quid, quia penetrat, Hugo ibi ait. Vnde in Canticis: Vulnerasti cor meum vno oculorum tuorum, scilicet inspirata a te meditatione. Et tunc debet exire sanguis compassionis, et aqua lacrymationis tam pro peccatis proprijs, quàm alienis. Vnde Iob: Compatiebatur anima mea pauperi. Et idem: Flebam super eum, qui afflictus erat. Et ibi Gregorius, quòd mediator Dei, et hominum formam dedit, qui cum posset nobis etiam non moriendo succurrere, subuenire tamen moriendo hominibus voluit: quia nos videlicet minus amasset, nisi vulnera nostra suscepisset. Et ibi bene de compassione cordis, qua debet quis compati proximo. Per lacrymas autem sacrificatur sanguis cordis, ait Augustinus: Dedit quasi torrentē lacrymas. Et sequitur dictorum testificatio, ibi: *Et qui vidit*, scilicet Ioannes: *Testimonium perhibet: et verum est testimonium eius.* Vt enim ait Chrysostomus:

Aug. tract. 120. in Io. prope prin. tom. 9.
Ibid. hom. 119. prope finem.
Chrys. hom. 84. in Ioā. paulo ante med. to. 3.
Ibidem.
Aug. tract. 120. in Io. non longe a prin. to. 9.
Gen. 7. c
Genes. 2. d
Aug. ibid. post aliqua.
Chrys. hom. 84. in Ioā. paulo ante med. to. 3.
Ibidem.
Apoc. 1. b
Ioan. 3. a
Zach. 13. a
Cant. 2. d
Bernar. in Cāt. ser. 62. post mediū.
Ib. ser. 61. post mediū.
Hug. in Angelic. Hier. cap. 7. lib. 6.
Cant. 4. c
Iob 30. d
Ibidem.
Greg. Mor. li. 20. c. 26. ante med.
Aug. cōfess. lib. 5. cap. 7. post mediū.
Thren. 2. f

Non ait: ab alijs audiui, sed ipse præsens vidi: *Et ille scit, quia vera dicit.* Vt enim ait Chrysostomus: Conuitium fiens, scilicet Christo, enarrat, non mirabile signum, ne esset sermo suspectus: *Vt et vos credatis.* Non ait sciatis, quia vt ait Augustinus: Ille scit, qui vidit, cuius credat testimonio, qui non vidit: nam quid est aliud credere, quàm fidem accommodare? Hæc ille. Sed quæritur, cum dicat Saluator, supra: Si testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum. Item: Laudet te alienus, et non os tuum. Ergo non debuisset commendasse testimonium suum. Et ad istud respondendum est, vt dictum est supra, quia scribunt in sacra scriptura, quia impulsu Spiritus sancti agitantur, vt de se, sicut de alijs proferant testimonium, ait Gregorius. Est ergo proferre testimonium, et commendare ostētatione vanitatis, et tali testimonio non est credendum: *Facta autem sunt hæc, vt scripturæ impleretur*, quia vt ait Chrysostomus supra, quæ illi pernicioſe agebant, hæc decertabant, ideſt, auxiliabantur ueritati: *Os non comminuetis ex eo.* Quantum ad primum factum: *Iterum alia scriptura: Videbunt in quem transfixerunt.* Secundum aliam translationem, ut ait Chrysostomus: Multa cognatio typi, ideſt, figuræ ad ueritatem. Vides quantum studium facit, ut credatur, quòd exprobrabiliſſimum, et uerecundiam ferens, neque aliquid uerecundans inspiciat: quæ enim maxime exprobrabiliſſima uidentur esse, hæc fundamenta sunt bonorum nostrorum. Hæc Chrysostomus. Ideo ait hic: *Vt credatis.* Sed quæritur, qualiter ait: *Videbunt in quem transfixerunt.* Filium Dei scilicet in carne, in qua uenturus est, ait Glossa: Videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Cum ipse sit uenturus in summa claritate, quia lucerna ciuitatis superne agnus erit. Et oculi damnatorum sint obtenebrati: Antequam uadam ad terram miseriæ, et tenebrarum. Super quod Gregorius: Miseria ad dolorem pertinet, tenebræ ad cæcitatem. Et: Omnes tenebræ in oculis eius. Videtur quòd damnati non possent uidere eū, cum requiratur proportio uisibilis ad uidentem. Et ad istud respōdendum est, ut habitum est supra, quòd omne iudicium dedit filio, quia uenturus est ad iudicandum in carne, in qua omnes uidebunt eum: Omnes homines uident eum. Ibi Gregorius: Reprobi uidebunt eum in iudicio non in forma diuinitatis, sed in humanitate. Idem Augustinus. Etsi adhuc obijciatur, quòd nulla est proportio: respondendum secundum Gregorium, ubi ait: Ignis infernalis, et ad cōsolationem non lucet: et tamen ut magis torqueat, ad aliquid lucet. Ita diuina iustitia dispensante, licet damnati fuerint tenebris obuoluti, uidebunt filium Dei in sua humanitate ad pulsionem, et damnationē non ad gaudium, uel exultationem, ut ait Augustinus. Quòd uero ait: *Os non comminuetis.* Mysterium est, quòd membra Christi solida, quales fuerunt Apostoli non franguntur tribulationibus, nec cōminuuntur: Nocte os meum perforatur. Ibi: Per ossa fortes in Ecclesiæ sanctæ corpore designantur, qui suo robore membra continent, dum mores infirmantium stabiliter portant. Hæc ille. Et ista ossa licet concutiantur tribulationibus, non tamen cōminuuntur, ita quòd deficiant, quia roborati uirtute Spiritus sancti: De excelso misit ignē in ossibus meis: Custodit Dominus omnia ossa eorū. Et sequitur ultima pars, in qua de Saluatoris sepultura, siue sepelitione, ibi: *Posthæc.* Et ibi tria. Primo, corporis de cruce depositio. Secundo, depositi corporis cum aromatibus præparatio, ibi: *Venit ergo.* Tertio, corporis conditi in sepulchro collocatio, ibi: *Erat autem in loco*, et cetera. Ait ergo: *Posthæc rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia*, quæ est idē quòd Rammatha, ciuitas Elianæ, et Annæ: *Eo quòd esset occultus discipulus*, quia Iudæi conspiraueranr, ut si quis eum confiteretur, extra synagogam fieret, supra: Et iste erat discipulus non ex duodecim, sed ex septua-

Chrys. hom. 84. in Ioan. paulo ante med. to. 3.
Ibidem.
Ioan. 5. e
Prou. 27. a
Chrys. hom. 84. in Ioan. circa med. tom. 3.
Exo. 12. d
Zach. 12. f
Chrys. ibid.
Apoc. 1. b
Apoc. 21. g
Iob 10. d
Greg. Mor. lib. 9. c. 38. ante med.
Iob 20. d
Ioan. 5. c
Iob 36. d
Greg. Mor. lib. 27. c. 8. Aug. de Trinit. lib. 1. cap. 13. post mediū. tom. 3.
Greg. Mor. lib. 9. c. 39. ante med. Aug. de Trinit. lib. 1. cap. 13. post mediū. tom. 3.
Iob 30. c.
Greg. Mor. li. 20. c. 21.
Thren. 1. d
1. Reg. 2. b
Ioan. 9. a

Digitized by Google

septuaginta: *Et rogauit Pilatum, vt tolleret corpus Iesu.* A
Et permisit Pilatus. Vt ait Chrysostomus: Existimans
extinctum esse furorem Iudæorum accessit, et petijt
gratiam. Et de isto: Venit quidam homo dives no-
mine Ioseph. Sed tunc quæritur, qualiter ait Chry-
sostomus, quòd vnus ex septuaginta, cum constet il-
los esse pauperes? Et ad istud respondendum est, si-
cut dicitur, quòd ipse erat nobilis decurio, ideſt, de
ordine curiæ, postea vero adiunctus discipulis, fuit
expropriatus. Vnde ait hic, quòd fuit occultus disci-
pulus. Et de isto legitur in antiqua historia, quòd fuit
missus in Britanniam maiorem cum alijs, et dicitur
esse sepultus in antiquo monasterio, nomine Glastim- B
briæ, in quo et Arthurus est sepultus. Sequitur nunc
secunda particula: *Venit ergo, et tulit corpus Domini.*
Multam pretiosam facit conseruationem, ait Chry-
sostomus: *Venit autem, et Nicodemus*, de quo supra,
quòd venerat in nocte: *Primum*. Ait Augustinus,
quòd nocte primum ad eum venit, postea autem in-
telligendum venisse sæpe, vt fieret discipulus: *Ferens
mixturam myrrhæ, et aloes.* Vt ait Chrysostomus, adhuc
vt de homine nudo disponebant, et deinde ferunt
pigmenta, quæ maxime sunt apta corpus conseruare,
et non concedere subijci corruptioni. Quod nihil ma
gnum de Iesu ipsos existimare arguebat: multam ta- C
men demonstrabant dilectionem. Hæc ille: *Acceperunt ergo corpus, et ligauerunt linteis*, ideſt, pannis de
lino mundis: Corpus inuolutum syndone mundo:
Cum aromatibus, dictis. Aromata enim Græce, quasi
odoramenta dicta ab aere, vel quòd in aris ponantur,
ait Papias: *Sicut mos est Iudæis sepelire*, scilicet honori-
fice, non vt condemnatum, sed vt magnum quẽdam
ac mirabilem, ait Chrysostomus. Item quærit idem
Chrysostomus, qualiter nullus ex duodecim accessit,
scilicet ad petendum corpus, nec Ioãnes, nec Petrus?
Et si respondeatur, quòd propter Iudæorum timorẽ
dimiserũt, ita posset dici de isto, quòd timore eodem D
detinebatur, et tamen venit. Et ad hoc respondet:
Mihi videtur nobilissimum fuisse Ioseph, quod ex
sepulchro constat, et Pilato erat notus, quare impe-
trauit. Sed ait Augustinus: Non fruſtra ait: *Sicut mos
est Iudæis sepelire*. Sed admonet in huiusmodi officijs,
quæ mortuis exhibentur, morem cuiusque gentis
obseruandum. Secundum hoc ergo, videtur quòd
corpora mortuorum sunt cum pretiosis aromatibus
condienda, et quòd pompa exequiarum facienda,
vbi est talis consuetudo. Cuius contrarium videtur,
quia cura fidelium debet esse de anima, et non de
mortuo corpore: Nolite timere eos, qui occidũt cor- E
pus: multo minus est timendũ de corpore post mor-
tem, *et cet.* Dimittite mortuos sepelire mortuos suos.
Et ad istud respondendum secundum Augustinum,
vbi ait: Curatio funeris, et sic de alijs, quæ ibi enu-
merat, magis sunt solatia viuorum, quàm subsidia
mortuorum. Idem Augustinus, de cura pro mortuis
agenda. Et quoniam dicitur: Si Christus non resur-
rexit, vana est fides nostra. Vt certa ergo esset sua
resurrectio, decens fuit eum in loco patenti, et hono-
rifico sepeliri, et ab hostibus custodiri, ne esset su-
spicio de resurrectione, et sic debuit dare exemplum
humilitatis, vt tamen veritas fidei confirmaretur in F
credentibus. Et patet hic mysterium: per ista aroma-
ta possunt signari virtutes, cum quibus electi debent
transire de hoc mundo, et condiri in homine interio-
re. Per myrrham enim, qua corpora mortua con-
diuntur, ne a vermibus corrumpantur, secundum
Gregorium, carnis mortificatio signatur. Per Aloem,
qua stomachus dicitur purgari, interioris hominis
purificatio designatur: Myrrha, et aloes, *et cet.* Per
centum libras iustitiæ rectitudo. Supra: Accepit li-
bram vnguenti, per quam signatur iustitiæ rectitudo,
ait Augustinus: Emerunt aromata, vt venientes vn-
gerent Iesum. Et sequitur vltimum: *Erat autem hor-
tus, et in horto monumentum*, vt ait Beda: Domus fuit
vna rotunda, excisa in rupe, tantæ altitudinis, vt vix
homo manu extenta culmen posset attingere, vt dici-
tur in historijs. Vbi de hoc bene: *In quo nondum quis-
quam positus erat*, Deo disponente. Vt enim ait Au-
gustinus: Sicut in Mariæ virginis vtero ante illum
nemo, post illum nemo conceptus est: ita in hoc mo-
numento nemo ante illum, vel post est sepultus: *Ibi
ergo propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat, posue-
runt Iesum.* Sed quæritur, ad quid ponit hoc? Et ad
istud respondet Augustinus, quòd acceleratam vult
intelligi sepulturam, ne adueſperasceret, quando iam
propter parasceuen non licebat tale aliquid facere.
Et de hoc Chrysostomus bene. Nona hora facta mor
te, deinde in medio ad Pilatum accedentibus, et cor-
pus deponentibus, decens erat vesperam assumere,
scilicet eos, in qua non erat fas operari, scilicet ob fu-
turum sabbatum. Ideo in proximum monumentum
posuerunt eum. Dispensatur autem scilicet a Deo in
nouum, eum poni, vbi nullus positus erat antea, vt
non alterius alicuius existimaretur resurrectio. Hęc
ille. Et ibi bene de hoc. Hic autem omittuntur,
qualiter Iudæi præceperint custodiri sepulchrum, et
de alijs, de quibus narratur. Et posset exponi myste-
rialiter de anima sancta suscipiente corpus Domini
sacramentaliter, et spiritualiter: debet enim esse ad
modum horti, vt sit bonis operibus fecunda, planta-
tionibus virtutum, in certa regulari disciplina clausa,
de quo horto supra proximo: *Erat hortus in quem in-
trauit.* Et ibi de hoc. Item talis anima debet esse sui
finis memoratiua. Vnde dicitur hic: *Erat ibi monu-
mentum*, quod dicitur eo quòd moueat mentem, sci-
licet ad memoriam sui finis, siue mortis: Memorare
nouissima, et in æternum non peccabis. Quæ me-
moria debet stimulare animam ad seipsam innouan-
dam. Ideo dicitur hic, quòd erat monumentum no-
uum: Renouamini in nouitate sensus uestri. Talis
anima est idonea, vt suscipiat corpus Domini, et vt
in ea ponatur: Probet se homo, et sic de pane illo
edat, *et cetera*.

Chryſ. hom. 84. in Ioã. circa med. tom. 3.
Mat. 27. g
Chryſ. ibid.
Mar. 15. d
Ioan. 3. a
Aug. tract. 120. in Io. circa med. tom. 9.
Chryſ. hom. 84. in Ioã. circa med. tom. 3.
Luc. 23. g
Chryſ. ibid. poſt mediũ.
Ibid. paulo ante.
Mat. 10. c
Mat. 8. c
Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 1. c. 12. tom. 5.
Idem de cura pro mort. geren. c. 2. poſt mediũ. tom. 4.
1. Cor. 15. c
Greg. in Ezech. lib. 2. ho. 22. poſt med.
Cant. 4. d
Ioan. 12. a
Aug. tract. 50. in Ioan. ante med. tom. 9.
Mar. vlt. a
Aug. tract. 120. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.
Ibid. paulo poſt.
Chryſ. hom. 84. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.
Mat. 27. b
Eccl. 8. d
Rom. 12. c
1. Cor. 11. f

CAPVT VIGESIMVM.

Diuiſio.

VNA autem ſabbati Maria Magdalene venit mane, et cet. Pernarrata serie pas-
sionis filij Dei, hic narratur de sua re-
surrectione, et manifestatione, et de
his quæ spectant ad illa. Et hoc in
tres. Primo, narratur sanctarum mu-
lierum, et discipulorum solicitudo. Secundo, nar-
ratur, siue describitur ipsa manifestatio, ibi: *Maria
autem stabat.* Tertio, manifestationis factæ, et fidei
de resurrectione per testimonium confirmatio in fi-
ne libri: *Hic est discipulus.* Prima in duas. Primo,
narratur aduentus mulierum ad monumentum, et
ab eis annunciatio resurrectionis ipsis discipulis. Se-
cundo, discipulorum concursus ad uidendum, an fi-
lius Dei resurrexisset, ibi: *Exijt ergo Petrus.* Ait ergo:
Vna autem sabbati, quam iam diem dominicam mos
Christianus appellat, propter Domini resurrectionẽ,
quam solus Matthæus primam sabbati nominauit,
ait Augustinus: *Vna ergo die sabbati*, ideſt, prima post
sabbatum Iudaicum. Vnde Chrysostomus: *Vna sab-
batorum*, hoc est, Dominico die. Et sic: *Vna*, ideſt,
prima dies septimanæ: Ieiuno bis in sabbato: *Maria
Magdalene venit mane*, et cetera. Cum adhuc essent
tenebræ, ait Chrysostomus. Et in hoc notatur ipsius
sedula solicitudo, feruida dilectio, et auida appetitio
uidendi locum resurrectionis: *Vidit lapidem reuolu-
tum*, ideſt, eleuatum, ait Chrysostomus. Sed quæri-
tur ad quid fuit lapis reuolutus? quia Dominus po-
tuit exire de sepulchro illo manente integro, et exire
de monumẽto ipso clauso, qui intrauit ad discipulos
ianuis clausis, infra eodem. Et ad istud respondet
Chryso-

Digitized by Google

Ibidem. Chrysostomus: Christus surrexit, et lapide, et signaculis iniacentibus: quia vero oportebat et alios certificari, aperitur monumentum post resurrectionem, et ita res credita est. Hæc ille. Ad inductionem ergo fidei resurrectionis sic fuit factum: *Cucurrit ergo,*

Ibidem. *et venit ad Simonem Petrum,* vt ait Chrysostomus: Omnino circa magistrum amicabiliter se habens, qui sabbatum transijt non sustinuit quiescere, sed venit diluculo profundo, a loco mitigationem quamdam inuenire volens, et cucurrit a multo amore. Hæc ille: *Cucurrit, inquam, ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum,* scilicet Ioannem: *Et dicit illis: Tulerunt Dominum,*

Aug. tract. 120. in Io. post mediū. tom. 3. vt ait Augustinus: Et est in Glossa: In Græcis codicibus additur: *Meum.* Et videtur dictum propensione charitatis, vel famulatus affectu: *Et nescimus, vbi posuerunt eum,* vt ait Chrysostomus: Nondum de resurrectione nouerat quid manifestū, sed putabat trāspositionem factam esse corporis. Sed quæritur, cum dicatur, quòd aliæ Mariæ venerunt cum Magdalena

Chrys. hom. 84. in Ioā. post mediū. tom. 3. ad monumentum, qualiter ait hic, quòd Maria Magdalene venit sine alijs. Et ad istud respondendū secun

Mat. vlt. a Mar. vlt. b dum August. quia fuit alijs mulieribus dilectione fer

Aug. de cō. cor. Euāg. lib. 3. c. 24. post mediū. tom. 4. uētior, ideo non immerito solam venisse Ioannes cōmemorat. Itē quæritur de hoc quòd ait: *Venit mane.* Qualiter hoc? quia dicitur, quòd vespere sabbati venit Maria Magdalenæ, *et cet.* Non ergo mane. Et ad istud respondendum, quòd vespere venit, ideſt, nocte

Mat. vlt. f sabbati, nō vt sumitur pro principio noctis, sed vt sumitur pro fine. Vnde sequitur in Matthæo: Quæ lucescit in prima sabbati, quod non posset esse, si sumeretur nox, quantum ad suum initium. Vnde creditur quòd a vespere præparauerunt aromata, et diluculo profundo venerunt, quia sabbatum transijt, ait Chrysostomus. Item quæritur, ait: *Cum adhuc essent*

Mar. 16. a *tenebræ.* Qualiter hoc? cum dicatur, quòd venerunt ad monumentum orto iam sole. Et ad istud respōden dum secundū Augustinum, quòd Maria bis venit, sci

Aug. de cō. cor. Euang. lib. 3. c. 24. post mediū. tom. 4. licet primo cum essent tenebræ, et deinde orto sole. Et tunc renunciauit discipulis. Item quæritur, consequenter de hora resurrectionis: videtur quòd media nocte surrexit, per figurā illam de Sampsone, qui cō-

Iudic. 16. a surgens media nocte, *et cet.* Quam figurā exponit Gre-

Greg. in Euāg. ho. 21. post mediū. gorius de Christo resurgente. Ad contrariū videtur, quòd tertia die resurrexit, quod non posset fieri, nisi surrexisset in diluculo diei tertiæ, secundū quod com-

August. de Trinit. lib. 4. c. 6. to. 3. putat Augustinus horas diurnas, et nocturnas, in quibus fuit Christus in sepulchro. Primus enim dies ab extrema parte numeratus. Medius autem totus. Tertius vero a prima parte. Et ita per synecdochen primus et tertius numerantur: Diluculo ergo surrexit. Et de hoc Magister in historijs. Vnde Chrysostomus sic ait, quòd diluculo profundo surrexit, et ideo loquuntur auctores quasi diuersimode. Quia enim fuit diluculum profundum, respiciendo noctem præteritā, dicitur nocte surrexisse. Et considerando diē appropinquātem, diluculo surrexisse. Et de hoc Magister in hi-

Greg. in Euāg. ho. 21. post mediū. storijs multum. Mysterium autem patet a Gregorio: Maria enim auctorem omnium, quem carne viderat mortuum, quęrebat: et quia minime inuenit, furatū credidit. Et ideo tenebræ erant. Et sequitur illa pars, in qua narratur de concursu discipulorū, ad videndū quæ erant eis nunciata. Et primo narratur de progressione eorū ad monumentum. Secundo, de consideratione eorū, quę erant in monumento, ibi: *Et vidit lin-*

Chrys. hom. 84. in Ioā. post mediū. tom. 3. *teamina.* Tertio, discipulorum ignorātia, ibi: *Nondum enim sciebant.* Ait ergo: *Exiuit ergo Petrus, et alius discipulus.* Vt ait Chrysostomus: Audientes illi, cum multo

Aug. tract. 120. in Io. post mediū. tom. 9. studio insistūt monumēto: *Currebant autem duo simul.* Vt ait Augustinus: Cum dixisset, quòd venerunt ad monumentū, regressus est euangelista, vt narret, quomodo venerunt: *Et ille alius discipulus.* De se enim tā-

Greg. in Euāg. ho. 22. ante med. quam de alio cuncta narrat. Vt ait Gregorius: Illi præ ceteris cucurrerunt, qui præ ceteris amauerunt: *Et venit prior ad monumentum: Et vidit linteamina,* et cet.

A quod erat signū resurrectionis, vt ait Chrysostomus? Cum enim myrrha sepultus est Christus, quæ nō minus plūbo conglutinat corpori linteamina, et ita fuit signum, quòd non fuit corpus sublatū furto, sed quòd resurrexerat: *Venit ergo Simon Petrus,* et cet. *Et vidit linteamina, et sudarium,* et cet. Sed quæritur, quare erant separatim posita. Item quæritur, quare ait, quòd erat sudarium inuolutum. Et ad hoc respondet idē Chry-

Ibidem. sostomus, quòd ideo hoc ait, vt discas, quoniam non erat festinantium, neque turbatorū hæc res, sed seorsum quidem illa, seorsum vero hoc esse: inuoluere enim est cum diligentia facientis. Et hoc vult Chry-

B sostomus cōcludere, quòd hæc erāt signa, quòd Christus resurrexit, et quòd corpus non fuit furto sublatū ab hominibus festinantibus, et turbatis. Et ideo ait, quòd ob hoc resurrectioni crediderunt: *Tunc ergo introiuit et ille discipulus, et vidit,* scilicet vacuum sepulchrum, et credidit Christum nō surrexisse, sed sublatum esse, vt mulier dixit. Et hoc ideo: *Quia nondum sciebant scripturam, quia oportuerat eum resurgere.* Sed qualiter hoc? cum sæpe audirent a Christo de morte et resurrectione, qualiter non sciebant scripturam de hoc? Et ad hoc respondet Augustinus, quòd quando

Aug. tract. 120. in Io. prope finē. tom. 9. a Domino audiebant de hoc, consuetudine audiendi

C ab illo parabolas, non intellexerunt, et aliud aliquid signare crediderunt: *Abierunt ergo discipuli ad semetipsos.* ideſt, vbi habitabant, et vnde ad monumentū cucurrerant, ait Augustinus: Vel secundum Chrysosto-

Ibid. tract. 121. prope princ. mum, quòd discipuli abierunt ad semetipsos, scilicet stupefacti considerantes linteamina, et credentes. Et patet hic veritas euangelistæ, vt enim ait Chrysosto-

Chrys. hom. 85. in Ioā. circa prinū tom. 3. mus: Euangelista non priuauit mulierem laudatione, neque uerecūdiam existimauit eos discere ab ea pernoctante. Patet etiam humilitas eiusdem euangelistę,

Ibid. ho. 84. post mediū. licet uenisset prius ad monumentum, non tamen introuit, donec Petrus introiuit. Et tunc post illū intrās

D uidit linteamina, et alia. Veridicum ergo modū clari-

Ibid. post pauca. ficat, et intumidum se ostendit, ait Chrysostomus. De

Greg. in Euāg. ho. 22. ante med. mysterijs uero istorum sufficienter Gregorius: Per Ioannem synagoga signatur, per Petrum Ecclesia, et ipsa synagoga prius audiuit mandata, et uidit linteamina scripturæ sacramenta, et sudarium inuolutum: per quod signatur celsitudo diuinitatis, quæ nec per initium nascitur, nec termino coangustatur. Ideo dicitur sudarium inuolutū: *Et in vnum locum,* quia Deus in unitate est, non in scissura mentiū. Vel per linteamina labores Christi, per sudarium sua passio. Licet ergo synagoga prius prophetas audierit, et uiderit,

E ecclesia tamen prius intrauit per fidem: Donec pleni

Rom. 11. c tudo gentiū intrauit, et sic omnis Israel saluus erit. Et

Greg. ibid. de his Gregorius sufficienter. Vel aliter per istos duos discipulos duæ uitæ figurantur. Per Ioannē uita contemplatiua: per Petrum uita actiua. Et quia quilibet uiuens in actiua uita habet aliquid de contemplatione, saltem quoad cognitionē eorū, quæ credēda sunt, ideo in huius figurā dicitur, quòd Ioannes cucurrerit citius Petro, simpliciter tamen est uita actiua prior, deinde cōtemplatiua. Et de his duabus uitis figuratis

Aug. tract. 124. in Io. post mediū. tom. 9. per istos duos discipulos, infra ab Augustino. Et sequitur illa pars, in qua manifestationis Christi post resur-

F rectionem descriptio, ibi: *Maria autem stabat.* Et illa in duas partes. Primo, narratur sua manifestatio mulieri, scilicet Mariæ Magdalenæ. Secundo, ipsis discipulis. Infra eodem: *Cum ergo sero esset.* In prima quattuor. Primo, narratur Mariæ flebilis desolatio. Secundo, ipsi desolatę reuelatio, ibi: *Dum ergo fleret.* Tertio, eidem Christi manifestatio, et eiusdē admonitio, ibi: *Hæc cum dixisset.* Quarto, admonitionis Christi adimpletio, et resurrectionis publicatio: *Venit Maria.* Ait ergo: *Maria autem stabat ad monumentum plorans.* Quę-

Chrys. hom. 85. in Ioā. in princip. tom. 3. ritur, quare de ipsa legitur, quòd erat plorans, et non de aliquo discipulorum. Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd cōpassibile quodam modo est, mulie-bre genus: est enim mulier natura flebilis. Nec nouerat

Digitized by Google

rat sermonem de resurrectione, sicut discipuli, consi-
derantes linteamina, et credentes. Et ideo nihil tale
Aug. tract. 121. in Io. ante medii tom. 9. est Petrus passus. Secundum Augustinum vero viris
redeuntibus infirmiorem sexum in eodem loco for-
tior figebat affectus. Et ideo: *Stabat plorans.* Et illi qui
Dominum quærebant lacrymis vacabant, dolentes
amplius quòd fuerat ablatus de monumento, quàm
quòd fuit occisus in ligno. Hæc Augustinus. Et de
Greg. in Euāg. ho. 21. ante med. hoc similiter Gregorius. Contigit, vt eum sola vi-
deret, quæ remansit vt quæreret. Et ibi Gregorius
Ibidem. bene de feruore animæ deuotæ quærentis Deum, et
de bono perseuerantiæ. Et sequitur secundum: *Dum*
ergo fleret, vidit duos angelos. Et ibi tria, scilicet ange-
Chrys. hom. 85. in Ioā. non longe a prin. to. 9. lorum visio, eorum inquisitio, Mariæ responsio, vt
in littera patet. Vt ait Chrysostomus: Quod non vide-
runt discipuli, hoc vidit mulier prima, angelos, hūc
ad pedes, alium ad caput. Sed quæritur, quare disci-
Ibidem. puli viderunt linteamina, et sudarium: mulier autem
vidit angelos? Et ad istud respondet Chrysostomus:
Non erat excelsa mens mulieris, vt a sudarijs susci-
peret resurrectionem, ideſt, crederet: ideo fit ei quid
plus: angelos enim considerat, vt ipsa resuscitetur a
Aug. tract. 121. in Ioā. ante med. tom. 9. passione, et mitigetur. Hæc ille. Vt enim ait Augusti-
nus. Inclinauit se, quòd diuino instinctu in animo
eius effectum est, scilicet vt videret angelos: *Dicunt*
ei: Mulier quid ploras? Vt ait Chrysostomus, velut
Chrys. hom. 85. in Ioan. ante med. tom. 3. ostio aperto intrauerat in sermone de resurrectione,
et modo sessionis, et interrogatione ducunt eam in
allocutionem, ideo et distantes ab inuicem sedent, vt
scilicet audacter interrogaret eos. Hæc ille: *Dixit ei:*
Tulerunt Dominum meum, et nescio vbi posuerunt eum.
Ibidem. Feruenter enim valde, et vt dilectionem erat conser-
uans, ait Chrysostomus. Sed adhuc tamen non suscepe-
Aug. tract. 121. in Io. ante med. tom. 9. rat dogma de resurrectione, ex quo imaginabatur
ipsum poni sic, vt ait idem. Quærit Augustinus: Quid
est, quòd neque vterque ad caput, neque vterque ad
pedes, sed vnus ad caput, alter ad pedes esse dicitur?
Et respondet, quòd angeli Græce, Latine nuncij dicun-
tur: et isto modo Euangelium velut a capite vsque ad
pedes, ab initio vsque ad finem significabant esse nū-
Ibidem. ciandum. Quòd vero dicūt angeli: *Quid ploras?* quasi
prohibentes flere, quodammodo gaudium nuncia-
bant, ait idē Augustinus: Quòd vero ait: *Tulerunt Do-*
minum meum. Intelligendū, quòd ibi sumitur totū pro
Greg. in Euāg. ho. 22. ante med. parte: Sola enim caro sepulta est. Vnde Gregorius:
Vsus sacri eloquij est, vt aliquando ex parte totū, ali-
quando e contrario, vt hic, ex toto designans partem.
Ibid. paulo ante. Secundum vero beatū Gregorium per istos duos an-
gelos signantur prædicatores: ad caput sedēt, qui præ-
dicant: Verbum in principio. Ad pedes vero, qui prę-
dicant: Verbum caro factum est. Vel per istos duos
angelos duo Testamēta signantur, quæ figurantur per
Exo. 25. c 1. Ioan. 2. a duo Cherubin, quæ tegunt propitiatorium: Christus
Isai. 6. a enim est propitiatio pro peccatis nostris. Nouum Te-
Greg. in Euāg. ho. 21. ante med. stamentum spectat ad caput, vetus ad pedes: Duabus
alis velabant caput, duabus pedes. Quòd autem ange
li apparebant in albis, figura fuit, quia festiuitatis no-
Mat. 28. a stræ gaudia annunciabant. Et vestimenta angeli, sicut
Greg. ibid. paulo post. nix, qui apparuit mulieribus. Vt ait Gregorius ibi:
Et aspectus sicut fulgur, quia Deus et blandus iustis,
et terribilis iniustis apparebit, ait ibidem Gregorius:
Et patet hic mysterium: per angelos enim custodien-
tes locum, vbi fuerat corpus Domini positum, signā-
tur prælati Ecclesiæ, vel prędicatores ecclesiastici, Ec-
clesiam custodientes: in quibus debet esse vitæ emi-
Psal. 103. a nentia, siue sublimitas. In hoc quòd ait: *Angelos.* De
ipsis enim in Psalmo: Qui facis angelos tuos Spiritus.
Luc. 16. a Secundo, signatur perfecta charitas, ibi: *Duos.* Ideo
Greg. in Euāg. ho. 21. circa prin. in figura misit binos, et binos ante se ad prædican-
dum. Et in hoc signatur charitas, vt ait ibi Grego-
Apoc. 19. b rius. Item signatur in hoc sanctimoniæ puritas, et
conuersationis charitas, ibi: *In albis:* Sequebantur
eum in equis albis, scilicet exercitus, qui sunt in cæ-
lo, ideſt, prælati Ecclesiæ, qui sunt pugnatores in cor-

poribus immaculatis. Quarto, signatur modesta tranquillitas in iudicando, ibi: *Sedentes.* Sedere enim iudicantis est, ait Gregorius: Cum sederem quasi Rex circumstante exercitu. Ibi Gregorius de hoc bene. Quinto, figuratur prædicationis perfectibilitas, ibi: *Vnum ad caput, alterum ad pedes.* Per quod signantur prædicatores prędicantes Christi humanitatem, et diuinitatem, vt est expositum. Supra: Videbitis angelos ascendentes, et descendentes super filium hominis. Sexto, figuratur compassionis pietas consolando desolatos, et inquirendo causas desolationis. Vnde dicunt: *Mulier quid ploras?* Talis erat Iob. Dicebat enim: Pater eram pauperum: Flebam super eo, qui afflictus erat. Et: Si negaui, quod volebant, pauperibus. Talis similiter erat Paulus, de quo: Quis infirmatur, et ego non infirmor? Vnde ait Saluator: Quid uis ut faciam tibi? Et sequitur tertia particula, in qua manifestatio filij Dei ipsi Mariæ, et mutua collatio in interrogando, et respondendo, et eiusdem admonitio, vt in littera patet. Ait ergo: *Hæc cum dixisset: Conuersa est retrorsum*, ad litteram corporaliter. Sed quærit Chrysostomus, quæ fuit causa huius conuersionis? Et respondet ipsos angelos obstupefeciſſe, considerantes dominatorem, et schemate, ideſt, figura, uel forma, et inspectione, et motu ostendere ipsum aduenisse, et hoc mulierem conuerti fecit, quæ conuersio fuit reuerentia, uel admirationis, uel diligentioris accensionis: Et conuersus sum, ut uiderem nocem. Vel secundum Glossam, tergum quasi ad Christum habebat, quem resurrexisse non credebat: *Et vidit Iesum stantem*, scilicet immortalem, mori non potentem, in corpore immortali erectum, paratum ad eleuandum credentes in cælum, et promptum ad auxiliandum pugnantes spiritualiter: Vidit Stephanus Iesum stantem a dextris Dei. Stare enim est pugnantis, uel adiuuantis, ut ait Gregorius exponens illud: *Et non sciebat, quia Iesus est*, ut ait Glossa: Videbat, et non cognoscebat: *Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras?* Redarguens eam, ait Glossa. Et interrogatur causa doloris, ut augeatur desiderium. Vnde duo quærit. Primo: *Quid ploras?* Vt auferat planctum: *Quid quæris?* Vt conferat desideratum. Ait enim Propheta: Ante te Domine desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus: *Illa vero existimans, quia hortulanus esset.* Forte ad litteram, quia diluculo uenit ad hortum: nec tamen hoc falsum, quia in eius mente seminauit, ait Glossa: *Dicit ei: Domine si tu sustulisti eum.* Non enim ait, quem, quia hoc in animo gerere solet uis amoris, ut quem semper cogitat nullum alium ignorare putet, ait Glossa. Et in hoc, quòd ait: *Vbi posuisti eum.* Patet quòd adhuc ignorabat eum resurrexisse ueraciter. Vnde Chrysostomus: Rursus positionem, et leuationem, et portare dicens, ut de mortuo loquens, aît: quasi diceret: Si propter timorem Iudæorum leuasti eum hinc, dicito mihi: *Et ego eum tollam.* Et in hoc multa eius deuotio, et dilectionis conseruantia, ut ait Augustinus: Nemo calumnietur mulieri, quòd hortulanum dixerit Dominum Magistrum, ibi enim rogabat, hic agnoscebat: ibi honorabat hominem, a quo beneficia poscebat, hic recolebat doctorem, a quo discernere humana, et diuina discebat. Hæc ille. Et ideo Dominus uolens eam reducere ad excelsa, dicit ei: *Maria*, ut ait Glossa. Vocat ex nomine, quasi diceret: Recognosce eum a quo recognosceris. Secundum uero Chrysostomum, exprobrans dicit hoc, et tangens eam, ideſt, arguens, quoniam hæc de eo, qui uiuebat imaginabatur. Hæc ille: *Conuersa illa dicit ei: Rabboni.* Sed qualiter hoc, quia prius ait: *Conuersa retrorsum?* Et ad istud respondendum secundum Augustinum, quòd prius conuersa, scilicet corpore: quòd enim non erat, putauit: nunc conuersa corde, quia quòd

Greg. in Euāg. ho. 29. post medii. *Iob 29. c* *Greg. Mor. lib. 20. c. 7.* *Ioan. 1. g* *Iob 29. c* *Iob 30. d* *Iob 31. b* *2. Cor. 11. a* *Mat. 8. d* *Chrys. hom. 85. in Ioā. ante med. tom. 3.* *Apoc. 1. c* *Act. 7. g* *Greg. in Euāg. ho. 29. post medii.* *Psal. 37. b* *Aug. tract. 121. in Io. ante med. tom. 9.* *Chrys. hom. 85. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Aug. tract. 121. in Io. ante med. tom. 9.*

Digitized by Google

erat, cognouit: Vnde ait: *Rabboni, quod dicitur Magister.* Supra: Vocatis me Magister, et Domine: *Dicit ei Iesus: Noli me tangere.* Sed quæritur ad euidentiam litteræ, quare prohibuit ei se tangere, ex quo præcepit Thomæ non perfecte credenti ipsum tangere? ad fidei inductionem, et confirmationem, infra eodem. Item ait discipulis: Palpate, et videte. Videtur quòd eadem ratione debuisset permisisse mulieri tangere eum. Item narratur de ista, et de alijs mulieribus, quòd tenuerunt pedes eius, et adorauerunt eum. Quæritur ergo, quare hic prohibuit se tãgere? Ex quo item prius apparuit mulieri, quàm discipulis, videtur quòd debuisset prius permisisse mulieri tangere eum, quàm discipulis. Item quæritur de causa, quam assignat: *Nondum ascendi ad patrem meum,* videtur plus valere ad contrarium, quia plus potest tangi in terra existens, quàm ad dexteram patris in cælo sedens. Et ad istud respondendum secundum Augustinum. Et est in Glossa: *Noli me tangere*, idest, credere me esse imparem patri: *Nondum enim*, in corde tuo: *Ascendi ad patrem.* Ibi me tanges, quando credideris me non esse imparem patri. Hæc ille. Hic ergo loquitur de tactu spirituali non corporali. Et de hoc. Hoc est non tangere nisi cum ad patrem ascenderit, non de Christi carnalitate sapere. Et ibi de hoc. Et idem Augustinus: Tactus tamquam finem facit notionis. Nolebat enim in eo finem esse intenti cordis, sed vt crederetur æqualis patri. Idem Augustinus, quòd indigna erat, vt manu tangeret, quem nondum fide apprehenderat: non enim tangitur, idest, æqualis patri creditur, nisi fidei profectu, et mentis assensu. Item: Voluit se signare tactum spiritualem, idest, accessum fidei requirere. Et de hoc similiter Augustinus. De hoc similiter Gregorius: Tangit Christum, qui eum patri æqualem credit. Et ibi bene de hoc. Et per hoc ad obiecta. Item quæritur, qualiter et quare apparuit in specie hortulani: Videtur quòd debuisset apparere in specie glorioſi corporis ad fidei confirmationem, et resurrectionis probationem. Item dicitur; In multis argumentis apparens illis, scilicet ad probandam resurrectionem. Sed si appareret in specie gloriosa, esset probatio maior. Et ita vt prius. Et ad primum respondet Chrysostomus, quòd mulieri apparuit humilis, et in viliori schemate, idest, forma: non enim oportebat ad excelsa eam reducere, sed quiescibiliter, idest, paulatim. Vt enim ait Gregorius exponens illud, qualiter apparuit in specie peregrini discipulis euntibus in Emaus: Hoc, inquit, foris egit in oculis corporis, quod apud eos intus agebatur in oculis cordis: nihil veritas per duplicitatem fecit, talem se exhibet in corpore, qualis apud eos erat in mente. Hæc ille. A simili posset responderi ex parte ista, quòd, quia mulier non habuerit plenam fidem suæ resurrectionis, ideo in tali specie ei apparuit. Et vt ait Augustinus: Fidem docebat Iesus, cum hoc illa responderet, et hortulanus ille in corde eius, tamquam in horto suo granum synapis seminabat. Hæc ille, Idem Gregorius, quòd in eius pectore semina virtutũ plantauit. Vnde et supra ait: Pater meus agricola est. Et nota quòd Dominus apparuit post resurrectionem in specie triplici: in specie hortulani hic, in figura, quòd resurrexit ad illuminationem insipientium. Itẽ apparuit in specie peregrini, in figura, quòd apparuit ad instructionem proficientium. Item apparuit in specie crucifixi, infra eodem: *Ostendit eis manus, et pedes.* In figura, quòd resurrexit ad informationem perfectorum, et mundo mortuorum. Et nota quòd mulier secundum Augustinum, fuit figura Ecclesiæ gentium, quæ non credidit Christum, nisi postquam ascendit ad patrem. Et sequitur Saluatoris admonitio cum eius executione, ibi: *Vade ad fratres meos.* Et in hoc patet condescensiua sua bonitas, et humilitas, quòd vocat discipulos fratres. Vnde in Psalmo: Narrabo nomen tuum fratribus meis: *Et dic eis: Ascendo ad patrem meum.* Non confestim, sed post quadraginta dies, ait Chrysostomus. Et hoc ait exigere volens eius mentem, scilicet ad credendum, et suadere quoniam ad cælos abit. Sed quæritur de modo loquendi: ex quo præmisit: *Dic fratribus meis*, quare non ait: dic eis, ascendo ad patrem nostrum? Et ad hoc respondet Augustinus, quòd ideo ait: *Ascendo ad patrem meum.* Quia aliter meum, aliter uestrum: natura meum, gratia vestrum. Similiter: *Deum meum*, sub quo ego sum: *Deum vestrum*, inter quos et ipsum mediator sum: *Venit Maria annuncians*, et cet. Sed quæritur, qualiter per mulierem annunciauit discipulis resurrectionem, cum dicat Apostolus: Mulieri docere non permitto. Et: Mulieres in Ecclesijs taceant. Et ad istud respondendum est secundum Glossam, quæ ait: quòd mulier viro mortem propinauit. Modo vitam nunciauit viro: dispensatione ergo diuina sic factum est. Et de hoc Gregorius bene. De qua manu allatus est potus mortis, similiter et vitæ. Et ibi bene de hoc. Et de præmissis uerbis idem Gregorius bene, et multum. Et ibi enumerat Gregorius priuilegia istius sanctæ mulieris: Sedebat ad pedes Iesu, et eius verba audiebat, viuenti adhærerat: mortuum quærebat, viuentẽ reperit, tantumq. locum gratiæ inuenit, vt hanc ipsis Apostolis nuncijs eius, ipsa nunciaret. Et ibi monet Gregorius: Non esse desperandum perfecte pœnitenti post peccatum. Et sequitur illa pars, in qua manifestatio resurrectionis ipsis discipulis: *Cum sero esset.* Et illa in tres, secundum tres manifestationes. Quarum prima fuit, quantum ad aspectũ. Secunda, quantum ad factum. Tertia, quantum ad gustum. In prima, exhibuit se uisibilem ad remouendam incredulitatem discipulorum omnium. In secũda, se exhibuit palpabilem, ad remouendam incredulitatem Thomæ, infra eodem: *Et post dies octo.* In tertia, apparuit inuitans ad prandium, siue ad gustũ: instruens beatum Petrum, et in ipso instruens Ecclesiam, infra proximo: *Postea manifestauit se iterum.* In prima quattuor. In primo, ipsa apparitio, et apparentis allocutio. Secundo, discipulorum congratulatio, ibi: *Gauisi sunt discipuli.* Tertio, eorumdem confortatio, ibi: *Dixit ergo illis.* Quarto, sequentis apparitionis incidens occasio, ibi: *Thomas non erat cum eis.* Ait ergo: *Vna sabbatorum*, idest, diebus, quibus sabbatizabant Iudæi, idest, prima die septimanæ, cuius quælibet dies erat sabbatum propter festum azymorum: *Vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum*, vt hoc referatur ad vtrumque, quia et fores erãt clausæ, et ipsi congregati: *Propter metum Iudæorum venit Iesus*, scilicet ianuis clausis, vt infra eodem, vt ait Gregorius. Illud corpus Domini intrauit ad discipulos ianuis clausis, quòd ad humanos oculos per natiuitatem suam clauso exijt virginis vtero. Vt enim ait Chrysostomus, quia decens erat discipulos, aut discredere mulieri, aut dolere, quoniam non dignos eos fecit suo visu, idest, manifestatione. Ideo neque vnum diem dimisit pertransire, propter quòd sero assistit eis, quando maxime erat decens. Hæc ille: *Et stetit in medio discipulorum.* Sic promiserat: Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Sed quæritur, quare non credebant eum esse phantasma, sicut crediderunt, quando apparuit eis ambulans super mare? Maxime ex quo intrauit hic ianuis clausis, vt proponit Chrysostomus. Et ad hoc, respondet Chrysostomus, quòd mulier præassumẽs, idest, prædicens multam fidem operata est in eis. Et cum hoc manifestum, et mitem visum eis ostendit, simul autem et voce firmauit fluctuantẽ mentẽ, dicens: *Pax vobis.* Rememorans eis, quod dixerat ante passionem. Supra: Pacem meam do vobis. Et supra: In me pacem habebitis. De qua pace ibi dictum est. Et non solum firmauit eos voce. Sed: *Ostendit eis manus, et latus.* Vt ait Augustinus: Claui manus fixerant,

Ioan. 13. b
Luc. vlt. f
Mat. vlt. g
Aug. tract. 121. in Io. post mediũ. tom. 9.
Augus. de Trinit. lib. 4. c. 3. post med to. 3.
Ibid. lib. 1. cap. 9. ante med.
Paulin. ep. 58. ad Aug. post med. et Aug. ep. 59. ad Paulin. post mediũ. tom. 2.
Ibidem.
Idem de cõcord. Euãg. lib. 3. c. 24. tom. 4.
Greg. in Euãg. ho. 25. ante med.
Act. 1. a
Chrys. hom. 85. in Ioã. ante med. tom. 3.
Greg. in Euãg. ho. 23. ante med.
Luc. vlt. b
Aug. tract. 121. in Io. ante med. tom. 9.
Greg. in Euãg. ho. 25. ante med.
Ioan. 15. b
Luc. vlt. f
Aug. tract. 121. in Io. paulo post med. to. 9.
Psal. 21. e
Chrys. hom. 85. in Ioã. ante med. tom. 3.
Aug. tract. 121. in Io. post mediũ. tom. 9.
Gen. 3. a
Greg. in Euãg. ho. 25. post mediũ.
Ibidem.
Mat. 18. b
Mat. 14. e
Chrys. ibid.
Ioan. 14. d
Ioan. 16. g
Aug. tract. 121. in Io. post mediũ. tom. 9.

exetant, lancea latus eius apetuerat, ibi ad dubitantium corda sananda, vulnerum sunt seruata vestigia.

Luc. vlt. f Hæc ille: Palpate, et videte, *et cetera*. Et patet mysterium hic: Filius enim Dei apparet discipulis, in quo apparet obedientialis humilitas: *Et congregatis*. In

Mat. 18. c quo figuratur charitatis vnanimitas, vt dictum est: Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ero in medio eorum. Vnde et super congregatos

Act. 2. a discipulos descendit Spiritus. Et tunc apparet, quando fores sunt clausæ, ideſt, sensuales apprehensiones;

Isai. 26. b affectiones sub regulari disciplina cohibitæ: Vade populus meus in cubilia tua, claude super te ostia. Et

Mat. 6. a Clauso ostio ora patrem tuum: Pepigi fœdus cum

Iob 31. a oculis meis. Ibi Gregorius bene de cohibitione sen-

Greg. Mor. lib. 22. c. 2. suum, qui sunt quasi fores animæ. Et in die sabbato-

Isai. 58. d rum apparet, scilicet quando est vacatio ab operibus seruilibus peccatorum: Vocaueris sabbatum delicatum. Et hoc in sero, quando est refrigeratio æstuũ

Isai. 26. b concupiscibilium: Anima mea desiderauit te de nocte. Sic apparens, et veniens stat, in quo notatur sua

Iob 4. c immortalitas, et etiam diuinitas: Stetit quidam. Ibi

Greg. Mor. lib. 5. c. 26. ante med. Gregorius: Omnis creatura quia de nihilo est, defluere dicitur, stare autem solius creatoris est, vt per quem transeuntia non transeunt, *et cet.* Et sic apparens stat in medio, in quo apparet iustitiæ, æquitatis, et omnibus liberalis cõmunicabilitas: Rex Israel

Soph. 3. c *Zach. 2.* b in medio tui non timebis. Et: Ego habitabam in medio tui. Ab eo enim qui est in medio ad omnes circumferentias est æqualis appropinquatio absque declinatione, recta situatio, et omnibus liberalis cõmunicatio, quæ consimiliter sunt a filio Dei omnibus, quantum est a parte sui: Non enim est personarum acceptor Deus. Ideo recte dicitur stare in medio: In medio fratrum rector eorum in honore. Et de hoc scilicet, qualiter filius Dei in medio, supra proximo: sic stans in medio dixit: *Pax vobis*. Ostendens per ipsum factam esse pacem cælestium, et terrestrium: Ipse est pax nostra: Non est Deus dissensionis, sed pacis. Et Apostolus: Disciplina enim pacis nostræ super eum. Et de multiplici pace, supra.

Act. 10. a *Eccli. 10.* c *Eph. 2.* a *1. Cor. 14.* c *Isai. 53.* f

Ioan. 14. g Et non solum prænunciauit verbo: *Pax vobis*. Ostendens se resurrexisse, sed: *Ostendit eis manus, et latus*. Signans in illis, qui resurgunt spirituali resurrectione, quòd hæc sunt vera signa, scilicet nouitas vitæ, et conuersationis, quæ figuratur in latere, et perfectibilitas

Rom. 6. b operationis, quæ in manibus figuratur: Christus re-

Ibidem. surrexit a mortuis. Et sequitur: Et nos in nouitate vitæ ambulemus. Et sequitur discipulorum congratulatio, ibi: *Gauisi sunt discipuli viso Domino*. Istud gau-

Ioan. 16. a dium promiserat eis. Supra: Videbo vos, et gaudebit cor vestrum. Opere enim impleuit, quod promisit. Et vniuersa hæc inducebãt eos ad fidẽ, ait Chry-

Chrys. hom. 85. in Ioã. post mediũ. tom. 3. sostomus. Et merito sunt gauisi, quia plenum gaudium, vbi non spes lactat, sed vbi res nutrit, ait Augustinus, quia discipuli summe desiderabãt filiũ Dei videre, tũ ratione intensi amoris, tũ ratione timoris, in quo erãt. Ideo: *Viso Domino*, merito: *Sunt gauisi*. Ideo promisit

Ioan. 16. e eis, supra: Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et ibi de gaudio multiplici. Et sequitur discipulorũ confortatio, sicut continuat Glossa: *Dixit ergo eis iterum: Pax vobis*. Sed quæritur, quare iterat, quod prius di-

Chrys. hom. 85. in Ioã. circa med. tom. 3. xerat? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quia enim prælium inexpugnabile habebant ad Iudæos, continue inducit hoc, scilicet: *Pax vobis*. Aduersantẽ dans prælio consolationem. Ob hoc denique primum verbum dixit post resurrectionem. Hæc ille. Vnde, et

Ibidem. viris propter prælium pacem, mulieribus propter iustitiam gaudium euangelizabat, ait idem. Ideo sequitur: *Sicut misit me pater, et ego mitto vos*, quasi diceret, ait Chrysostomus: Nullam habetis difficultatem, et ab his, quæ facta sunt, scilicet a me, et a dignitate mea, qui mitto: Victoriam enim statuit clarã,

Ibidem. ideo eleuat eorum animam, vt ait Chrysostomus. Et in hoc mediatorem se ostendit, ait Augustinus. Pater enim misit me, et ego vos ad consimilia, scilicet ad

Aug. tract. 121. in Io. post mediũ. prælia, et ad tormenta sustinenda, non ad gaudia. Vnde Gregorius: Pater misit filium quem amauit ad

tom. 9. passionem, ita Dominus electos Apostolos, non ad

Greg. in Euãg. ho. 26. ante med. mundi gaudia, sed ad passionem misit: Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Vnde et Apostoli dicuntur missi, ait Augustinus. Misit ergo eos, sicut

Luc. 10. a Imperator milites, sicut Summus Pontifex legatos,

Aug. tract. 54. in Ioã. ante med. tom. 9. item sicut sol radios ignitos: Tripliciter sol exurens montes radios igneos et exsufflans, *et cet.* Vt enim ait Augustinus: Apostoli fuerunt vt faces ardentes, et vt carbones igniti: Similitudo animalium, et aspectus

Eccl. 43. a *Ezech. 1.* c *Iob 38.* c quasi aspectus lampadarum. Item misit eos sicut fulgura ad terrendum: Nũquid mittes fulgura et ibunt? Quod exponit ibi Gregorius de Ecclesię prædicatoribus. Item mittit eos sicut flumina ad irrigandũ, quia

Greg. Mor. lib. 30. c. 2. ipse fons vitæ: Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Quod exponit Gregorius vbi supra de Ecclesiæ prædicatoribus: Ego sapientiæ effudi flumina. Et

Eccls. 1. f *Greg. ibid. post mediũ.* de missione ipsorũ: Misit eos binos, et binos ante se. Ibi Gregorius bene de hoc, Et non solum confirmauit eos dicto, sed etiam dono. Ideo sequitur: *Hoc cum dixisset, insufflauit, et dicit eis: Accipite Spiritum sanctum*.

Eccl. 24. e *Luc. 20.* a *Greg. in Euãg. ho. 17. ante med.* Sed quæritur ad quid insufflauit? Et ad istud respondet Augustinus, quòd hæc insufflatio significauit Spiritum sanctum non solum esse patris, sed et suũ. Item

Aug. tract. 121. in Io. post mediũ. tom. 9. quæritur, ad quid dedit hic Spiritũ in flatu, in linguis igneis, super Christum in columba, supra. Et cũ Spiritus sanctus non sit res corporalis, videtur tradidisse

Act. 2. a occasionem erroris, dando Spiritum cum talibus signis. Item prius habebant Spiritum. Supra: De plenitudine eius omnes accepimus. Ergo nunc non dedit. Item supra ait: Si non abiero, paracletus non veniet ad vos. Ergo ante ascensionem non debuit dari Spiritus. Ad primum respondendum est secundum

Ioan. 1. f *Ibidem.* c *Ioan. 16.* b Augustinum, quòd neque flatus ille corporeus cum

Augustin. de Trinit. lib. 4. c. 20. post med. to. 3. sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore, substantia Spiritus sancti fuit. Sed demonstratio per congruam significationem non tantum a patre, sed et a filio procedere Spiritum sanctum. Hæc ille. Ob hanc ergo congruam figurationem cum flatu datus est Spiritus. Ad aliud respondendum est, vt habitum est supra. In colũba simplicitas signatur, et ideo

Ioan. 1. e in columba super Christum descendit: In igne vero signatur ardor, siue zelus contra culpas delinquentiũ. Et ideo in igne super discipulos descendit, quia eos, et purgauit, et inflammauit. Et de hoc Gregorius. Ad

Greg. in Euãg. ho. 30. Ibid. ho. 26. ante med. aliud respondendum est secundum Gregorium, vbi ait, quòd Spiritum sanctum dedit Dominus semel in terra, vt hic, et semel cęlo præsidens. Et hoc ideo, quia

Act. 2. b *Greg. ibid.* duo sunt præcepta charitatis: dilectio Dei, scilicet et proximi. Nihilominus, vt ait ibidẽ Gregorius, inerat discipulorum mentibus Spiritus sanctus ad fidem, sed tamen manifesta datione, non nisi post resurrectionẽ

Ioan. 7. e datus est. Propter quod dictum est supra: Nondũ erat Spiritus datus. Hæc ille. Ex quo patet, quòd fuit datio Spiritus triplex. Vna ad iustificationem, et ad credulitatem, alia ad confirmationem, cum collatione potestatis dispensandi sacramenta, vt hic, alia in collatione doni linguarum, et ad signorum effectionem. Et

Act. 2. c *Greg. Nyss. orat. 6. de Spiritu sancto post medium.* de hoc bene Gregorius Nazianzenus, vbi ait, quòd ante passionem, et post resurrectionem, et post ascensionem adfuit eis Spiritus sanctus. Et ibi bene de hoc. Ait autem Chrysostomus, vbi supra: quòd quidam aiunt eos, tunc non suscepisse Spiritum, sed aptos esse fecit ad susceptionem. Et ideo inquiunt: Non dixit accepistis: sed accipite Spiritum sanctum. Aliter autem videtur ei, vt ait ibidem: Quòd discipuli

Chrys. hom. 85. in Ioã. post mediũ. tom. 3. acceperunt potestatem quandam spiritualem, et

Ibidem. gratiam, et vt dimittant peccata. Post quadraginta uero dies acceperunt signorum dationem. Hęc ille. Et ideo specificans hic ait: *Quorum remiseritis peccata*, scilicet in forma Ecclesię, et claue non errante: *Remittuntur eis: et quorum retinueritis*, modo dicto: *Retenta*

sunt, ideſt, non remiſſa. Et hoc tam per uos, quàm
Mat.16. c per ſucceſſores, ait Gloſſa: Quæcumque ligaueris
ſuper terram, erunt ligata et in cęlis. Sed qualiter hoc
Iſai. 43. d dedit diſcipulis, quia: Ego ſum, qui deleo iniquitates
veſtras ſolus. Ergo Deus remittit. Item hoc eſt virtu-
tis infinitæ, quia maius eſt iuſtificare impios, quàm
Aug. tract. creare cęlũ, et terram, ait Auguſtinus ſupra. Nõ ergo
92. in Ioan. conceſſa hominibus. Itẽ ait filius Dei: Vt ſciatis, quia
poſt mediũ. filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata,
tom. 3. *et cet.* Sua ergo eſt hæc poteſtas. Itẽ ex ordine verbo-
Mat. 9. a rum hic videtur, quòd nullus habet poteſtatẽ dimit-
tendi peccata, vel ab ijs abſoluendi, niſi habeat Spiri-
tũ ſanctũ. Primo enim ait: *Accipite Spiritum ſanctum.*
Et deinde: *Quorum remiſeritis.* Et ad iſtud reſponden-
dum eſt, quòd in culpa eſt tria conſiderare, ſcilicet di-
uinam offenſam, deformantem maculam, reatũ ſiue
obligationem ad pœnam æternam. Deus autem miſe
rans cum dat gratiã remittit offenſam, et infundit gra
tiam purgantem, et delentem maculam, et remittit
obligationem ad pœnam æternã. Poteſtatem autem
exigendi pœnam temporalẽ committit ſuo Vicario,
habenti auctoritatem clauium. Dei ergo eſt poteſtas
remittẽdi peccata effectiue: Chriſti, hominis authen-
tice, et mediatiue, quia eſt mediator, et caput Eccle-
ſiæ, et ſatisfaciens pro peccatis: homini autem haben-
ti auctoritatem clauium eſt cõmiſſa poteſtas exigen-
di pœnam temporalem, et denunciandi illos, qui ſunt
Greg. in E- contriti, et confeſſi abſolutos. Vnde Gregorius: Cau-
uãg. ho. 26. ſæ penſandæ ſunt, et tunc ligãdi atque ſoluendi pote-
ante med. ſtas exercenda, videndo quæ culpa, quæ pœnitentia,
vt quos Deus per contritionis gratiam viſitat, illos pa
ſtoris ſententia abſoluat. Ideo ait Saluator diſcipulis,
Ioan. 11. f ſupra: Soluite eum, et ſinite abire. Et ibi bene de hoc
Aug. tract. ab Auguſtino. Ad aliud reſpondendum eſt ſecundum
49. in Ioã. Auguſtinum: Eccleſiæ, inquit, charitas, quę Spiritum
poſt mediũ. ſanctum infundit in cordibus noſtris, participũ ſuo-
tom. 9. rum peccata dimittit, eorum autem qui non ſunt eius
Ibid. tract. participes tenet. Et ideo ait: *Accipite Spiritum ſanctum.*
122. poſt Et poſtea: *Quorum remiſeritis peccata*, et cet. Hæc ille.
med. Ex quibus patet, quòd in Eccleſię vnitate eſt Spiritus
ſanctus, et gratia, cuius gratiæ ſacramenta ſunt vaſa,
Hugo de ſa- prout ait Hugo. Et Eccleſiæ clauibus fit remiſſio prę-
cram. fid. li. dicta. Non ergo eſt neceſſe, vt qui miniſtrat ſacramẽ-
2. p. 9. c. 3. ta in ſua perſona habeat Spiritum ſanctum, quę per-
paulo ante malos diſpenſantur, in ipſa tamẽ Eccleſia eſt Spiritus
med. ſanctus, cuius ſacramenta diſpenſat miniſter, et cuius
Aug. ep. 99. clauibus vtitur. Et de hoc bene Auguſtinus: Dei eſt
illa gratia, Dei eſt ſacramentum, hominis vero ſolum
miniſterium: qui ſi bonus eſt, adhæret Deo, et operatur
cum illo: ſi vero malus, operatur per illum Deus viſi-
bilem ſacramenti formam, ipſe vero donat inuiſibilẽ
Aug. epiſt. ſacramenti gratiam. Hæc ille. Idem Auguſtinus: Sa-
136. cramenta non deprauantur peccatis hominũ. Idem
Aug. epiſt. Auguſtinus: Sacramenta eamdem efficaciam habent
139. adminiſtrata per bonos, et per malos. Et ibi bene de
hoc. Et ſequitur vltima particula, in qua incidens oc-
caſio ſequentis apparitionis: *Thomas*, et cet. *Qui dicitur*
Iſid. etym. *Didymus.* Vt ait Iſidorus: Didymus Dei, vel geminus
lib. 7. c. 9. propter dubium cor, vel dubius. Thomas eſt nomen
Hebræum, Didymus Græcũ, geminus, ideſt, dubius
Chryſ. hom. Latinum: *Non erat cum eis*, quia vt ait Chryſoſtomus,
80. in Ioan. a diſſeminatione, ſiue diſperſione, quæ fuerat facta,
prope prin. ſcilicet, cum Ieſus captus fuit, nondũ redierat: *Dicunt*
tom. 3. *autem diſcipuli: Vidimus Dominum.* In quo narratur di
ſcipulorum charitas: retulerunt enim abſenti viſionẽ:
Apoc. vlt. d Qui enim audit, dicat: Veni. Supra: Inuenit Philip-
Ioan. 1. g pus Nathanael, *et cet. Ille autem ait: Niſi videro in ma-*
nibus fixuram clauorum. Et in hoc exigebat experientiã
Chryſ. ibid. ſenſus viſus: *Et mittam digitum meum*, et cet. Et in hoc
poſt pauca. experientiã ſenſus tactus, vt ait Chryſoſtomus: Nimi
Greg. in E- rum alijs groſſior, idcirco eã quærebat fidẽ, quæ per
uãg. ho. 26. ſenſũ eſt, qui groſſiſſimus ſcilicet, tactũ. Neque enim
paulo poſt oculis credebat, niſi rimatus eſſet, et ut ait Gregorius:
med. Neque hoc caſu, ſed diuina diſpenſatione factum, vt
A diſcipulus dubitans, dum vulnera palparet carnis, in
nobis ſanaret vulnera infidelitatis. Et ibi bene de hoc.
Mira ergo diſpenſatio diuinæ clemẽtiæ in hoc facto.
Et ſequitur illa pars, in qua iterata apparitio, vel ma-
niſeſtatio filij Dei ad remouendam infidelitatem di-
ſcipuli. Et ibi tria. Primo, ipſa manifeſtatio, et gene-
ralis allocutio. Secundo, ſpecialis admonitio diſci-
puli, et illius reſponſio, ibi: *Deinde dicit Thomæ.* Ter-
tio, ſubiunctio rationis, ob quã ſcripta ſunt ſigna, quę
Saluator fecit, ibi: *Multa quidem.* Ait ergo: *Et poſt dies*
octo iterum, et cet. Vt ait Chryſoſtomus: Excogita Do- *Chryſ. hom.*
minatoris clementiam, qualiter pro vna anima oſten- *80. in Ioã.*
dit ſeipſum vulnera habentem, et acceſſit vt ſaluet- *non multo a*
B vnum: *Venit Ieſus ianuis clauſis.* Vt ait Auguſtinus: Mo *prin. tom. 3.*
li corporis, vbi diuinitas erat, oſtia clauſa non obſtite- *Aug. tract.*
runt: *Et ſtetit in medio, et dixit: Pax vobis*, vt prius eſt *122. in Io.*
expoſitum. Sed quæritur de hoc, quod ait: *Venit ianuis* *poſt mediũ,*
clauſis, quod attribuit Auguſtinus ipſi diuinitati. Et *tom. 9.*
idem Auguſtinus: Contra naturam, inquit, corporis *Ibidem.*
videmus eſſe, clauſis oſtijs intrare. Omnia autem poſ- *Auguſt. de*
ſibilia ſunt Deo, ſicut ambulare ſuper aquas. Ad con- *agone Chri-*
trarium objicitur: Omnis dos habet actum ſpecialem *ſtiano c. 24.*
in corpore glorificato, ſicut impoſſibilitas, non alicui *tom. 3.*
cedi, claritas a nullo ſuſcitari, agilitas a nullo retarda- *Mat. 14. b*
C ri. Ergo et ſubtilitas a nullo poſſe reſiſti. Ergo venit
ianuis clauſis ratione dotis corporis glorificati. Itẽ vi-
detur, vt ait Gregorius, quòd illud corpus Domini *Greg. in E-*
intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, quod per natiui- *uãg. ho. 26.*
tatem ſuam clauſo exiuit uirginis utero, nec tamen *prope prin.*
tunc erat corpus glorificatum: ratione dotis, potuit
tunc intrare ianuis clauſis. Et ad iſtud reſpondendum
ſine præiudicio, quòd licet poſſit intrare ianuis clau-
ſis ratione dotis corporis glorificati, tamen hoc attri-
buunt ſancti diuinitati ad confirmandam fidẽ, quòd
corpus ſuum reſumptum, et glorificatum fuit diuini-
tati unitum. Vnde quando aliquid debetur alicui ra-
D tione diuerſarum uirtutũ, in ipſo attribuitur uirtuo-
ſiori. Licet ergo poſſet uenire clauſis ianuis ratione
uirtutis corporis glorificati, tamen hoc attribuitur di
uinitati, cui erat unitum. Et nota quòd ait: *Stat in me-*
dio, ad ſignificandum eſſe mediatorem Dei, et homi-
num. Ipſe enim in medio, ſicut cor uiuificans in me- *1. Tim. 2. a*
dio corporis ad illius uiuificationem. Ipſe enim ſigna-
tus per lignum uitæ in medio paradiſi. Et: Lignum *Gen. 3. a*
uitæ eſt his, qui apprehenderint eam: Qui poſuit in *Prou. 3. c*
medio eius Spiritum ſancti ſui. Item ipſe in medio, *Iſai. 63. c*
ſicut Imperator in medio militum, uel Summus Pon-
tifex in medio Cardinalium ad omnium gubernatio-
E nem: Vidi in medio ſeptem candelabrorum ſimilem *Apoc. 1. c*
filio hominis. Item ipſe in medio ſicut luminare in
medio cæli ad mundi illuminationem: Quaſi ſtella *Eccl. 50. a*
matutina in medio nebulæ. Item ipſe in medio di-
ſcipulorum, uelut ſcholarium ad omnium eruditio-
nem: In medio Eccleſiæ aperuit os eius. Et ſequitur *Eccl. 15. a*
pars, in qua allocutio diſcipuli ſpecialis. Et ibi tria.
Primo, ipſius admonitio. Secundo, illius reſpon-
ſio, ibi: *Reſpondit Thomas.* Tertio, Chriſti creden-
tibus promiſſio: *Dicit ei Ieſus.* Ait ergo: *Dicit Tho-*
mæ: Infer digitum tuum. Vt ait Chryſoſtomus: Non
expectat ab illo rogari, neque audire quid tale, ſed
F nihil dicente illo complet, quæ deſiderabat, et eiſdẽ
uerbis, quibus prius ad diſcipulos: *Vide manus meas, et* *Auguſt. de*
infer manum, et mitte in latus meum, et cet. Vt enim ait *ver. Domi-*
Auguſtinus, quia in corde diſcipulorũ uulnera erant, *ni. ſer. 18.*
propter quæ ſananda, cicatrices in corpore ſuo ſerua- *ante medi.*
uit. Vnde quæritur de hoc, quòd ait: *Infer digitum tuũ* *tom. 10.*
huc. Ex hoc videtur, quòd corpus ſuum fuit palpabi- *Greg. in E-*
le, cum dicat Gregorius: Corrumpi neceſſe eſt, quod *uãg. ho. 26.*
palpatur. Et ad iſtud reſpondendum ſecundũ Grego- *ante med.*
rium, quòd miro modo, et incorruptibile, et palpabi- *Ibidem.*
le corpus exhibuit poſt reſurrectionem, vt monſtran- *Auguſt. de*
do incorruptibile inuitaret ad præmium, et præbẽdo *Ciuit. Dei.*
palpabile informaret ad fidem. Et ibi de hoc. Item ait *li. 22. c. 19.*
Auguſtinus, quòd nulla erit deformitas in corporibus *tom. 5.*
glorificatis,

glorificatis, et ſupplebitur in talibus partium inęqua- A
litas: Ergo nulla vulnera, nullæ cicatrices erunt in eis.
Item Auguſtinus: Quid ſibi vult hoc? ſcilicet Chriſtũ
monſtraſſe vulnera? Si propter incredulum fecit, ſi
vero oſtendit vulnera erunt poſt reſurrectionẽ, quod
Aug. vbi ſupra Fauſt. lib. 26. cap. 33. tom. 6. habet pro inconuenienti. Item idem: Si falſas ſcilicet
cicatrices oſtẽdit, fallax fuit in docendo: Si veras, ergo
ibi vera vulnera. Ergo ad iſtud reſpondendũ, ſicut tan
Auguſt. de Ciuit. Dei. li. 22. c. 20. tom. 5. git Auguſt. quòd in corporibus martyrum fortaſſis vi
debimus cicatrices, quæ pro Chriſti nomine pertule-
runt: nõ tamen deformitas in eis, ſed dignitas erit. Et
quædã quamuis in corpore, non corporis, ſed virtutis
pulchritudo fulgebit. Hæc ille. Multo magis in corpo B
re Chriſti glorificati modo inæſtimabili apparebunt
ſine deformitate, ſed cũ gloriæ fulgore ad fidẽ reſurre
ctionis cõſtruendam: quas etiam oſtendet in iudicio,
vt oſtendat quale genus mortis pertulit, prout ait Be-
Beda ſuper Lucam, in fine. da. Et eſt ibi in Gloſſa: *Et noli eſſe incredulus*, ſcilicet de
reſurrectione: *Sed fidelis*. Fidẽ illius habens, vt ait Chry
ſoſtomus: Videns, quoniã infidelitatis ſcilicet Thomę
erat ambiguitas, et hoc tamquã accepit Spiritum ſan-
ctũ, ait Chryſoſtomus: *Reſpondit Thomas: Dominus meus.*
Et in hoc confeſſio humanitatis Chriſti: *Et Deus meus.*
Aug. tract. 121. in Io. poſt mediũ. tom. 9. Et in hoc confeſſio diuinitatis. Vnde Auguſtinus: Vi-
debat, tangebatq. hominẽ, et confitebatur Deũ: *Dicit* C
ei Ieſus: Quia vidiſti, credidiſti. Opponit Gregorius, cũ
dicat Apoſtolus: Fides eſt ſperãdarum rerũ; qualiter
Greg. in Euãg. ho. 26. poſt mediũ. ait hic: *Quia vidiſti, credidiſtis*? Et ad iſtud reſpondet,
quòd aliud vidit, aliud credidit: hominẽ vidit, et Deũ
Hebr. 11. a confeſſus eſt. Item quæritur, ex quo Thomas eũ teti-
Aug. tract. 121. in Io. poſt mediũ. tom. 9. git, videtur quòd debuiſſet dixiſſe: Quia me tetigiſti,
credidiſti. Et ad iſtud reſpondendũ ſecundũ Auguſti-
nũ, et Gloſſam: Quòd ſenſus viſus generalior eſt. Ideo
Ibidem. ait: *Quia vidiſti*, non quia tetigiſti. Vel forſitan nõ fuit
auſus eũ tangere, ſed aſpiciendo credidit: non enim
ſcriptũ eſt, et tetigit Thomas, vt ait Auguſtinus. Ideo
Ibidem. ſequitur: *Beati qui non viderunt, et crediderũt.* Eo quòd D
non habuerunt ſenſibilia experimenta: quia fides non
habet meritũ, cum humana ratio præbet experimen-
Greg. in Euãg. ho. 26. prope prin. tum, vt eſt apud Gregorium. Quod eſt intelligẽdum,
vt ait idẽ Gregorius, de perfectè credẽtibus: Ille enim
Ibidem. vere credit, qui exercet operando quod credit, ait idẽ
Gregorius: Fides enim ſine operibus mortua eſt. Ali-
Luc. 2. c ter de falſo credentibus: Confitentur ſe noſſe Deum,
Tit. 1. d factis autem negant. Vnde de credentibus, et non ope
Greg. ibid. rãtibus, exponit Gregorius illud: Abſorbebit fluuiũ,
Iob 40. d et non mirabitur, ideſt, infideles diabolus abſorbet: Et
habet fiduciã, quòd Iordanis influat in os eius, ideſt,
baptizati. Et ibi bene de hoc. Et ſequitur vltimum: E
Aug. tract. 122. in Ioã. circa princ. tom. 9. *Multa quidem, et alia ſigna.* Vt ait Auguſtinus, hoc capi
tulum velut libri finẽ indicat. Vt enim ait Chryſoſto-
mus: Signa quæ ſcripta ſunt nõ ambitionis gratia, ſed
vtilitatis tantũ. Vnde quærit Chryſoſtomus, quare nõ
Chryſ. hom. 86. in Ioã. ante med. tom. 3. omnia sũt ſcripta? Et ad hoc reſpõdet, quòd quæ erãt
ſufficientia ſcripta ſunt: ſufficientia, inquã, eos attra-
Ibidem. here ad fidem. Non omnia autẽ ſunt ſcripta propter
Ioan. 21. d multitudinẽ, quia nec mundus caperet. Infra: Et qui
non credit his, quæ dicta ſunt, neque pluribus crede-
ret, ſi eſſent ſcripta. Hæc ille. Et quia nõ fuerunt facta
ſigna propter diſcipulos ſolum, ſed ad omnium vtilita
tem, ideo ſequitur: *Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ie-* F
ſus eſt filius Dei. Et perfecta fide, vt dictũ eſt: *Et vt cre-*
dentes, et in fide perſeuerantes: *Vitam habeatis in nomine*
Ioan. 11. c *eius.* Supra: Qui credit in me, ſi mortuus fuerit, viuet.
Et patet hic ſaluificus finis ſacræ doctrinæ euãgelicę,
quæ eſt aſſecutio vitæ æternæ. Quamuis enim iſte ſit
Rom. 15. a finis totius ſcripturæ: Quæcunque ſcripta ſunt, ad no-
ſtram doctrinã ſcripta ſunt, *et cet.* Tamen doctrina
euangelica, quaſi immediatius ducit ad vitam æter-
nam adimplentes et perficientes documenta, et præ-
Mat. 5. c cepta euangelica: Qui enim fecerit, et docuerit, hic
Prou. 8. d magnus vocabitur in regno cælorum: Beatus homo,
Ibidem. qui audit me. Et ſequitur: Qui me inuenerit, inue-
niet vitam.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

POSTEA *manifeſtauit ſe iterum Ieſus.* et cet. Narratis duabus manifeſtatio-
nibus filij Dei ipſis diſcipulis poſt re-
ſurrectionem, hic narratur tertia ad
confirmationem, et inſtructionem
beati Petri, et conſequenter omnium
in ipſo. Et hoc in tres. Primo, narratur ipſa mani- Diuiſio.
feſtatio. Secundo, Petri in dilectione confirmatio,
ibi: *Cum ergo prandiſſent*. Tertio, dictorum per teſti-
monium affirmatio, ibi: *Hic eſt diſcipulus ille.* Prima
adhuc in tres. Primo, antecedentium manifeſtationẽ
deſcriptio. Secundo, ipſa manifeſtatio, ibi: *Mane au-*
tem facto. Tertio, recapitulatio, ibi: *Hoc iam tertio.* Ait
ergo: *Poſtea manifeſtauit.* Vnde enumerantur tria ante-
cedentia, ſcilicet loci determinatio, perſonarũ deſcri-
ptio, et operationis ſpecificatio, vt patet in littera: *Po-*
ſtea, quę pręmiſſa ſunt: *Manifeſtauit ſe ad mare Tyberia-*
dis, quòd dicitur ſtagnum Genezareth, dictum quaſi
generans aurũ. Sed quæritur, quare interponit quaſi
recapitulationẽ, quando præmiſit: Multa ſigna fecit *Ioan. 20. g*
Ieſus; inter iſtam narrationẽ, et alias, et nõ enumera-
uit continne? Et ad hoc reſpondet Auguſtinus, quòd *Aug. tract.*
iſta narratio commendat Eccleſiæ ſacramenta, qualis *122. in Io.*
futura eſt in vltima reſurrectione mortuorum. Et de *non longe a*
hoc in Gloſſa: *Manifeſtauit autem ſic: Erant ſimul Simon* *prin. to. 9.*
Petrus, et cet. Et in hoc enumeratio perſonarum, qui-
bus apparuit. De Petro, et Nathanaele, ſupra. De Tho *Ioan. 1. g*
ma, ſupra proximo: *Et filij Zebedæi*, ſcilicet Ioannes, et
Iacobus maior, de quibus Matthæus: *Et alij duo*, quo- *Mat. 4. e*
rũ nomina reticentur, ait Gloſſa: *Dicit eis Simon Petrus:*
Vado piſcari. Et in hoc negotij, vel operationis ſpecifi-
catio: *Dicunt ei: Venimus et nos tecum.* Et in hoc eorum
vnanimitas, ſiue occupationis idẽtitas, ſiue unio: *Et*
nihil prehenderunt. Et in hoc forte diuina diſpenſatio.
Vt enim ait Auguſtinus: Diuinitus factum eſt, vt *Aug. tract.*
miraculum plus appareret. Vt enim ait Chryſoſto- *122. in Io.*
mus: Neque quid agere habentes, artem ſcilicet piſca *ante med.*
tionis tractarunt, nihil enim habentes agere ad piſca- *tom. 3.*
tionem iuerunt: et hoc, nocte, quia formidoloſi erãt. *Chryſ. hom.*
Vnde quærit Gregorius: Cur Petrus poſt conuerſio- *26. in Ioã.*
nem redijt ad piſcationem, cum dicatur: Nemo mit- *ante med.*
tens manum ad aratrum, et aſpiciens retro aptus eſt *tom. 3.*
regno Dei. Item Matthæus non redijt ad telonij ne- *Greg. in Eu-*
gotium poſt conuerſionem. Et ad hoc reſpondet, *ãg. ho. 24.*
quòd ſunt quædam negotia, quę ſine peccatis exhibe- *circa prin.*
ri aut vix, aut nullatenus poſſunt, ad quæ non eſt re- *Luc. 9. c*
deundum poſt conuerſionem: quale fuit negotium *Mat. 9. a*
telonij. Aliud vero eſt negotium, quod ſine pecca-
to extitit, et hoc repetere poſt conuerſionem, pecca-
tum non fuit, quale eſt piſcatio. Quaſi eadem quærit
Auguſtinus. Ad quod reſpondet, non fuiſſe eos pro- *Aug. tract.*
hibitos ſua arte licita victum neceſſarium quærere, *122. in Io.*
ſui Apoſtolatus integritate ſeruata, ſi quando vnde *ante med.*
viuerent, aliud non haberent. Hæc ille. Sed nihilo- *tom. 9.*
minus obijcitur, ait Saluator Petro: Ex hoc eris ho- *Luc. 5. a*
mines capiens; ergo ex tunc non debuit ire ad capien
dos piſces, ſed ad prædicandum, et capiendum ho-
mines. Item ait filius Dei volenti ire ad ſepelien- *Mat. 9. d*
dum patrem: Dimitte mortuos ſepelire mortuos
ſuos. Ergo nec ad modicum tempus permiſit eum
intendere operi pietatis. Multo magis non debuit
Apoſtolus intendere his operibus piſcationis: cum
opera manualia aliquando impediant vacationem,
quæ ad Deum eſt, et opera ſpiritualia. Item ait
Saluator: Primum quærite regnum Dei, et om- *Mat. 6. a*
nia hæc adijcientur uobis. Ergo debuiſſent intendiſ-
ſe ſpiritualibus occupationibus, et Deus prouideret
eis de temporalibus. Item: Ordinauit Deus his qui *1. Cor. 9. g*
euangelizant de Euangelio uiuere. Debuiſſent ergo
intẽdere animabus lucrandis, et nõ operibus manua-
libus. Et ad iſtud reſpondendũ eſt, ſicut habitũ eſt ab

Digitized by Google

Aug. tract. 122. in Io. ante med. tom. 9. Auguſtino: Sui Apoſtolatus integritate ſeruata non fuerunt prohibiti ſua arte quærere victum neceſſariũ. Vnde ibidẽ Auguſtinus: Si beatus Paulus artẽ, quam non nouerat, didicit, vt dum ſuis manibus tranſigitur doctor, nullus grauetur auditor: quanto magis beatus Petrus, qui iã piſcator fuerat, quod nouerat, fecit, ſi ad præſens illud tẽpus aliunde viuere non inuenit? Hæc ille. Ex his colligitur, quòd ratione neceſſitatis cogentis, ratione licitæ artis, et ratione conditionis tẽporis, quia non erat adhuc tempus aptum ad prædicãdum ob furorem, et malignitatem Iudæorum, qui erant magis prompti ad interficiendũ, quàm ad audiendũ, et ratione vitandæ otioſitatis, licite potuerunt ire ad

Chryſ. hom. 86. in Ioã. ante med. tom. 3. piſcationẽ. Vnde Chryſoſtomus: Nihil habẽtes agere ad piſcationẽ iuerunt. Et per hoc ad obiecta. De myſterio vero diſcipulorum, quòd erant ſeptẽ cum quibus vltimum cõuiuium celebrauit Dominus, Gregorius bene. Vnde ait: Septenario numero perfectio deſignatur, ideo ſeptẽ diebus hoc tempus euoluitur. Illi ergo in vltimo conuiuio de præſentia veritatis epulantur, qui nunc ſtudio perfectionis terrena tranſcendunt, et qui ſunt pleni ſeptiformi Spiritu. Et ibi bene de hoc. Quòd autẽ nihil prendiderũt in nocte, figura eſt, quòd qui laborãt in nocte, ideſt, in tenebris pecca

Luc. 5. b *Pſal. 126. a* ti, fructum non aſſequuntur: Per totã noctem laborãtes nihil cepimus. Vt enim ait Propheta: Vanum eſt vobis ſurgere ante lucem. Omnis enim labor, qui eſt in nocte, ideſt, ſine lumine diuinæ gratiæ, infructuoſus: Noctes laborioſas enumeraui mihi. Gregorius:

Iob 7. a *Greg. Mor. lib. 8. c. 5.* Quædam ſunt laborioſa, ſed non vacua: quædã vacua et laborioſa, ſicut qualia ſunt opera peccatorum: Cõfuſio comedit labores eorum. Et ſequitur illa pars, in

Hier. 3. f qua ipſa manifeſtatio: *Mane autẽ facto.* Et illa in duas. Primo, ſe manifeſtat per miraculoſam operationem in captione piſcium. Secundo, per diſpenſatiuam comeſtionem: *Vt ergo deſcenderunt.* In prima parte quatuor. Primo, ipſa manifeſtatio. Secundo, eius allocutio, et eorum reſpõſio, ibi: *Dicit ergo eis.* Tertio, ipſius præceptio cum executione, ibi: *Dixit ergo eis.* Quarto, eiuſdem a diſcipulis agnitio, et eorum ad terrã applicatio, ibi: *Dicit ergo diſcipulus.* Ait ergo: *Mane autem*

Greg. in Euãg. ho. 24. ante med. *iam facto, ſtetit Ieſus in littore.* Quærit Gregorius: Cur diſcipulis in mari laborantibus poſt reſurrectionem in littore apparuit, ante vero reſurrectionem coram

Mat. 4. c eis in fluctibus ambulauit? Et ad hoc reſpõdet, quòd mare præſens ſæculum deſignat: per ſoliditatem littoris, perpetuitas quietis æternæ deſignatur. Quia ergo diſcipuli in fluctibus mortalis vitæ laborabant, ideo in mari apparuit eis: quia uero nunc corruptionẽ carnis exceſſerat, ideo in littore apparuit: *Non tamen cognouerunt eum diſcipuli.* Vt ait Chryſoſtomus, non vi-

Chryſ. hom 86. in Ioã. ante med. tom. 3. debatur niſi condeſcenderet, ſcilicet in formã, in qua voluit apparere, et videri. Et de hoc Auguſtinus bene,

Aug. ep. 59. ad Paulin. poſt medium tom. 2. vbi quaſi quærit: Cum in eodem corpore, et in eadem forma reſurrexerit, quomodo aliquãdo agnitus fuit, aliquando non? Et innuit reſpondendo, quòd hoc potuit dupliciter fieri. Vel quòd aliquid factũ eſt in oculis eorũ, vel quòd in alia effigie apparuit, prout voluit. Vnde ait: Cum duo ſint in corpore, lineamenta et color, quibus cuiuſlibet ſpecies agnoſcatur, cur in trãſ-

Mat. 17. c figuratione, ſcilicet ante reſurrectionem, neminem mouet eum potuiſſe vſque ad tantam excellentiã fulgoris, et lucis colorem mutaſſe: et poſt reſurrectionẽ

Aug. tract. 122. in Io. ante med. tom. 9. mouet lineamenta mutata eſſe, vt non poſſit agnoſci? Hæc ille, quaſi diceret: non debet aliquis inde moueri. Secundum Auguſtinum vero littus finis eſt maris, et ſignat finem ſæculi, in quo fine erit reſurrectio mortuorum: *Dicit ergo eis: Pueri, numquid.* Ex vſu enim

Iſid. etym. lib. 20. c. 2. ante med. cõmuni ſic vocat, ait Gloſſa: *Numquid pulmentarium habẽtis?* qui ſcilicet ita piſcamini. Pulmentum enim di

Aug. tract. 122. in Io. ante med. tom. 9. citur omne illud, quo panis comeditur, vocatum a pulte, ait Iſidorus: *Reſponderunt ei: Non.* Et ideo licet nobis prouidere, ait Gloſſa. Vt enim ait Auguſtinus inquitens, cur non impleuit Dominus quod promiſit, ſcilicet: Primum quærite regnum Dei, et omnia adijcientur vobis. Prorſus, inquam, quod Dominus promiſit, impleuit: Nam quis alius piſces qui caperentur, appoſuit: qui nõ ob aliud credendus eſt eis ingeſſiſſe penuriã, qua cõpellerentur ire piſcatum, niſi diſpoſitum volens exhibere miraculum? Et vt ait Chry

Mat. 6. d ſoſtomus: Humanius loquitur eis, vt debens aliquid emere ab eis, ideſt, ad modum hominis. Ideo dixit eis: *Mittite in dexteram nauigij rete, et inuenietis.* Vt enim ait Gregorius: Bis ad piſcãdum iuſſit Dominus, vt retia mitterentur, et hic. Et in illa piſcatione non dixit, in quam partem retia mitterentur: hic autem di

Chryſ. hom. 86. in Ioã. ante med. tom. 3. *Greg. in Euãg. ho. 24. ante med.* xit, quòd in dexteram partem. Quæritur, vnde hoc? Et ad iſtud reſpondet Gregorius ibi, quòd illa piſcatio

Luc. 5. a ſignat præſentem Eccleſiã, quæ bonos et malos ſimul colligit vſque ad finem ſæculi. Iſta autem piſcatio ſignat Eccleſiam electorum in gloria. Et ideo in huius

Mat. 13. e figura ait: *Mittite in dexteram: miſerunt ergo, et iam non valebant illud trahere*, quia vt ait Auguſtinus ſupra. Deus appoſuit piſces. Vnde ait Petrus: In verbo tuo laxabo rete, *et cet. Dicit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro*, ſcilicet Ioannes. Vt enim ait Chryſoſtomus: Hic, ideſt, Petrus erat feruentior: ille, ideſt, Ioannes excelſior: hic quidem, ideſt, Petrus, aſtutior: ille uero, ideſt, Ioannes perſpicacior. Propterea Ioãnes quidem primo cognouit Ieſum, Petrus vero prius iuit ad eum. Hæc ille: *Simon autem Petrus, cum audiſſet, tunicã ſuccinxit ſe.* Vt ait Chryſoſtomus: Vides et reuerentiã Petri, et affectionem, quia nudus miſit ſe in mare, ſed neque ſuſtinuit nauem ad eum venire, ſed natãs acceſſit. Hæc ille: *Alij autem nauigio venerunt.* Et ſpecificat ſpatium maris: *Non enim longe erant a terra, ſed quaſi cubitis ducentis.* Et patet huius myſteriũ a beato Gregorio. Petrus enim et alij diſcipuli trahunt rete piſcium ad terram, quia ſanctæ prædicationis uoce ad ſtabilitatẽ æternæ vitæ fideles adducunt. Vnde ait diſcipulis:

Aug. tract. 122. in Io. ante med. tom. 3. *Ibidem.* *Greg. in Euãg. ho. 24.*

Mat. 4. c Faciã vos piſcatores hominum. Vnde nota quòd ait: *Mittite rete in dexteram nauigij.* Per rete doctrina euãgelicæ prædicationis ſignatur, quæ eſt varia textura contexta, et hoc indiſſolubiliter, multipliciter, et firmiter. Fila enim, ex quibus tale rete contexitur, ſunt auctoritates, et aptæ rationes: quia auctoritas fidem flagitat, et rationi hominẽ præparat. Ratio ad intellectũ, cognitionemq. perducit, ait Auguſtinus. Et iſtud rete fuit figuratum in retibus Apoſtolorum: Laxabo rete in verbo tuo. Et de reti Apoſtolico, Auguſtinus bene. Et iſtud rete debet mitti in dexteram nauigij, vt homines capiãtur, et ducantur ad ſolicitudinem æternæ gloriæ, et vt ſedeant a dexteris Dei cum electis: Tunc dicet his, qui a dexteris ſunt: Dextera eius amplexabitur me. Et quia pauci capiuntur prædicatione euangelica, ideo: Lugebunt expandentes rete. Et nota quòd eſt multiplex rete: eſt enim rete diabolicæ tentationis: Immiſit in rete pedes ſuos. Ibi Gregorius: Sicut qui pedes in rete mittit, nõ cum voluerit, exit: ſic qui in peccato ſe deijcit, non mox vt voluerit, ſurgit, *et cet.* Item eſt rete carnalis voluptatis: Traxit in ſagena ſua, et congregabit in rete. Vnde in hamo, de quo ibi præmiſit, ſuggeſtio, in ſagena cõſenſio, in reti præuaricatoria operatio. Et de muliere mala ſub figura voluptatis: Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus uenatorum eſt, et ſagena cor illius. Item eſt rete humanæ deceptionis: Homo, qui blandis, fictiſq. ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit pedibus eius. Item eſt rete prauæ, et peruerſæ doctrinationis: Laqueus facti eſtis ſpeculationi, et rete expanſum ſuper Thabor. Quod uero dicitur, quòd Petrus tunica ſe præcinxit, et miſit ſe in mare, figura eſt, quòd ſuccinctus ab omni concupiſcentia miſit ſe ad ſuſtinendas tribulationes. Infra eodem: *Alius cinget te.* Et ibi de hoc. Quòd uero diſcipuli nauigio uenerunt, figura eſt quòd ſæculum iſtud calcando ad gloriæ ſoliditatẽ peruenerũt. Vnde et Petrus, qui fuit caput Eccleſiæ, ambulauit ſuper mare. Per ducentos cubitos

Mat. 6. d *Chryſ. hom. 86. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Greg. in Euãg. ho. 24. ante med.* *Luc. 5. a* *Mat. 13. e* *Aug. tract. 122. in Io. ante medium tom. 9.* *Luc. 5. g* *Chryſ. hom. 86. in Ioan. paulo ante med. to. 3.* *Ibidem.* *Greg. in Euãg. ho. 24.* *Mat. 4. c* *Auguſt. de vera relig. c. 24. to. 1.* *Luc. 5. a* *Aug. de 83. q. quæſt. 31. poſt medium tom. 4.* *Mat. 25. f* *Cant. 1. e* *Iſai. 19. b* Rete eſt multiplex. *Iob 18. b* *Greg. Mor. lib. 14. c. 6. in princ.* *Abac. 1. c* *Eccl. 7. e* *Prou. 29. b* *Oſea 5. a* *Mat. 14. e*

Digitized by Google

cubitos signatur adimpletio mandatorum Dei imperfecta charitate, id est, dilectione Dei et proximi. Centenarius enim et denarius, idem in mysterio sunt, quia numerus replicans, et numerus replicatus idem sunt in mysterio, ait Augustinus. Vnde et
Luc. 14. a in figura dicitur: Venire Regem cum viginti milibus, contra habentem decem milia: in figura de transgressione mandatorum Dei, et dilectionis Dei et proximi, veniet Dominus contra gloriantem de mandatorum adimpletione. Et sequitur illa pars, in qua ipsa manifestatio ostensa per ipsam comestionem, ibi: *Vt ergo descenderunt*. Et ibi quattuor. Primo, ciborum præparatorum inuentio. Secundo, de offerendis piscibus filij Dei præceptio, ibi: *Dicit ei Iesus*: et eiusdem adimpletio. Tertio, ad prandendum inuitatio, ibi: *Dicit eis Iesus: Venite prandete*. Quarto, discipulorum stupefactio, et ciborum eis a Christo distributio, ibi: *Et nemo audebat*. Ait ergo: *Descenderunt in terram*. Et loquitur secundum naturam, quia mare est altius terra: *Viderunt prunas et piscem et panem*. Quæritur vnde erant ista? Et ad hoc respondet
Chryſ. hom. 86. in Ioan. circa med. tom. 3. Chrysostomus, quòd non operatur hic ex materia, supposita, sed quod admirabilius signa ducit, scilicet ex non entibus rebus: ostendens, quòd cum ex materia subiecta faciebat, propter quandam dispensationem faciebat, scilicet vt crederent eum esse auctorem creaturarum, sicut quando multiplicauit panes ex
Ioan. 6. b quinque panibus, supra. Ista ergo fuerunt a filio Dei
Chryſ. ibid. creata, vel facta, secundum Chrysostomum: Qui col-
Aug. tract. 122. in Ioã. ante mediũ tom. 9. legit pisces in rete, vt ait Augustinus. Supra. Item quæritur, quare non leuauit hic oculos in cælum, et egit gratias, sicut fecit supra, quando distribuit panes?
Ioan. 6. b Et ad istud respondet Chrysostomus, quòd cum am-
Chryſ. hom. 86. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3. pliori potestate ista facit: quæ autem ibi fecit, condescensionis gratia fiebant. Et ideo respiciebat in cælum instruens nos: vt habitum est ibi, et gratias egit. Et sequitur illa particula: *Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus*. Et hoc dixit eis ad ostensionem miraculi. Quod audiens Petrus, qui erat in omnibus ardentior, ad obediendum humilior, ad exequendum mandatum paratior: *Ascendit et traxit rete in terram plenum*, et cet.
Ibid. paulo ante. Hic enim vt ait Chrysostomus, signa facta sunt: primum quidem multos esse comprehẽsos pisces, deinde non scissum esse rete. De mysterio vero istorum
Greg. in Euang. hom. 24. piscium scilicet, centum quinquaginta trium. Gregorius multum. Et est in Glossa. In numero enim denario operatio mandatorum signatur, in numero septenario, Spiritus septiformis designatur. In ternario fides Trinitatis signatur. Ducendo ergo per trigonum decem et septem, veniunt quinquaginta vnum: quod vnum non potest diuidi: quia requies in vnitate est. Item ducendo per trigonum quinquaginta et vnum, fiunt centum et quinquaginta tria. Vnde numerus prædictus, et eius partes sunt numeri gratiarum, quæ gratia ducit ad requiem. Ille enim numerus habet quinquagenarium numerum ter, et insuper tria ipsa propter mysterium Trinitatis. Vnde et die quinquagesimo a Paschate datus est Spiritus. Et de hoc Aug-
Aug. tract. 122. in Io. poſt mediũ. tom. 9. stinus. Quòd autem non est scissum rete, mysterium vt supra habitum est: quia ista piscatio signabat collectionem electorum ad vitam æternam, in qua nulla erit diuisio vel scissura. Et de hoc Gregorius. Item se-
Greg. in Euang. hom. 24. cundum eumdem Gregoriũ, in pisce asso signabatur Christus passus, qui capi voluit laqueo mortis nostræ, et quasi tribulatione assatus est tempore passionis. Per panem autem signatur diuinitas Christi, quæ
Aug. tract. 123. in Ioã. ante med. tom. 9. nos reficit. Et ibi bene de hoc. Idem Augustinus. Piscis assus Christus est passus, et ipse est panis qui de cælo descendit. Et de hoc in Glossa. Et quod ait: *Traxit Petrus rete*, et cet. Mysterium est, quòd per Petrũ et eius successores colliguntur electi, et ad fidem in Ecclesia militante, et ad beatitudinem in Ecclesia triumphante. Vnde et Augustinus: Per illum septenarium numerũ discipulorum, per quem etiam po-

A test vniuersitas intelligi figurata, tanto sacramento noscamus communicare, et eidem beatitudini sociari: Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in ma- *Mat. 13. 6*
re, et ex omni genere piscium congreganti. Et sequitur quarta particula, scilicet discipulorũ stupefactio et ciborum eis collatio: *Et nemo audebat discumbẽtium interrogare eum*. Et est sensus, secundum Augustinum, *Aug. tract. 123. in Io. prope prin. tom. 9.*
Tanta erat euidentia veritatis, qua Iesus illis appare-
bat, vt nullus eorum non solum negare, sed neque
dubitare auderet. Quasi ergo diceret. Nullus audebat dubitare, quoniam ipse esset. Hæc ille. Ex hoc patet, quòd quando volebat, sic apparebat, vt indubitanter
B eum agnoscerent: et quando volebat, se occultabat. Et de hoc Augustinus bene, vbi ait: Quòd sicut ante *Aug. epiſt. 59. ad Pan lin. poſt medium. to. 2.*
resurrectionem vsque ad excellentiam lucis, et fulgoris potuit mutare colorem, vt non agnosceretur, et post pristinum colorem reuocare: Sic eadem facilitate potentiæ, potuit renouare lineamenta et reuocare. Et ibi bene de hoc. Similiter Chrysostomus hio *Chryſ. hom. 86. in Ioan. circ. mediũ tom. 3.*
de hoc: Cum silentio, inquit, et formidine multa, et
reuerentia sedebant attendentes in eum, formam al-
tiorem videntes, et multa stupefactione pleni. Valde enim erant stupefacti, *et cetera*. Et hoc figura erat,
quòd in conuiuio gloriæ certi erimus, videtes Deum
C facie ad faciem, et non indigebimus interrogatione. Supra: Palam de patre annunciabo vobis, *et cetera. Et venit Iesus, et accepit panem*, et cet. Et istud debet con- *Ioan. 16. d*
tinuari cum eo quod dictum est supra: *Venite prandete*. Et in hoc patet mysterium, quia istud conuiuium, quod celebrauit Dominus cum septem discipulis, figura est æterni conuiuij, secundum Gregorium, ad *Greg. in Euang. hom. 24. poſt medium.*
quod conuiuium veniunt electi per filium Dei me-
diatorem, et per communicationem sui sacri corpo-
ris et sanguinis, et veram credulitatem. Supra: Si
quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Sed *Ioan. 6. b*
quæritur, cum credatur ipsum manducasse cum di-
D scipulis, vt dicitur hic, et apud Lucam: Cum mandu- *Luc. vlt. c*
casset coram eis: quid fuit factum de illo cibo, et ad quid manducauit? Videtur enim, quòd hoc potius fuit ad impedimentum fidei resurrectionis, quàm ad promotionem: cum cibus sumatur ad restaurationẽ deperditi. Et ad hoc respondet Augustinus bene: Fi- *Aug. de ciuit. Dei. li. 13. c. 22. tom. 5.*
des Christiana de Christo Saluatore non dubitat,
quòd post resurrectionem in spirituali carne, sed ta-
men vera, cibum ac potum sumpsit. Non enim pote-
stas: sed egestas edendi, et bibendi, talibus corpori-
bus aufertur. Idem Augustinus: Cibum et potum *Ibid. li. 22. c. 19. poſt medium.*
sumpsit non alimentorum indigentia, sed ea qua po-
E terat potestate. Similiter de hoc Augustinus bene, vbi loquitur de comestione Christi post resurrectio- *Idem epiſt. 49. ad Deo grat. queſt. 1. poſt me diũm. to. 2.*
nem, et angelorum, dicens quòd illa commestio
fuit non necessitate, sed potestate. Et ponit exẽplum: Exemplum
Aliter absorbet aquam terra sitiens, aliter solis radius de come-
cadens: illa indigentia, iste potentia. Hæc ille. Pote- stione.
stas ergo apparuit in Christo comedente, non egestas:
et ita manducans potestatiue, non conuertit cibum
in naturam corporis sui, sed resiluit in materiam, vt
dicitur. Et ibi bene de hoc Chrysostomus: Qualiter *Idẽ de mirabil. sacræ ſcript. li. 3. c. 15. to. 3*
autem comedit, non est nostrum dicere: Modo enim
quodam inopinabiliori hæc fiebant, non vt natura
F indigente cibis, sed condescensione ad demonstratio- *Chryſ. hom. 86. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.*
nem resurrectionis. Hæc ille. Et sequitur illa pars, in
qua recapitulatio manifestationum prædictarum,
ibi: *Hoc iam tertio manifestatus est*. Sed quæritur qua- *Aug. de con cord. Euãg. lib. 3. c. 25. poſt mediũ. tom. 4.*
liter hoc? quia etiam in die resurrectionis siue Pas-
chæ multotiens apparuit, vt patet ab Augustino, et a
Magistro in historijs. Ergo non iam tantum tertio
manifestauit. Et ad istud respondendum est secun-
dum Augustinum, quòd hoc non ad ipsas demon-
strationes: sed ad dies referre debemus, id est, primo
die cum resurrexit, et post dies octo, quando Tho- *Idem tract. 123. in Ioã. ante med. tom. 9.*
mas vidit et credidit, et hoc dit, quando de piscibus
hic loquitur. Post quot autem dies hoc fuerit factũ,
non est dictum. Hæc ille. Et sequitur illa pars, in qua

de conse-

Digitized by Google

de consequentibus ad manifestationes prædictas, scilicet de confirmatione Petri in dilectione, et de informatione, ibi: *Cum ergo prandissent*. Et illa in duas. Primo, de dilectione inquisitio ad ipsius confirmationem, et Petri responsionem. Secundo, ad consummationem dilectionis suæ passionis ipsi Petro reuelatio, ibi: *Amen dico tibi*. Prima in tres, secundum tres interrogationes et responsiones Petri. Secunda, ibi: *Dicit ei iterum*. Tertia, ibi: *Dicit ei tertio*. In qualibet parte tria: scilicet inquisitio Petri, responsio, et Christi admonitio. Ait ergo: *Cum prandissent dicit Simoni Petro*, qui erat princeps, et caput præsentibus discipulis: *Simon Ioannis diligis me?* Ex hoc videtur filium Dei in prandio siluisse, necnon et discipulos. Vnde Chrysostomus, vbi supra: Cum silentio sedebant, et solum comedebant, quæ eis condidit: *Diligis*, inquit, *me plus his?* Vnde quærit Chrysostomus, qualiter alios præteriens Petro locutus est de talibus. Et ad hoc respõdet, quòd eximius Apostolorum erat Petrus, et os Apostolorum et vertex. Et propter hoc Paulus ascendit videre eum. Item ostendens ei, quoniam oportet eum audere, id est, fiduciam habere in Christo, et negatione deleta committit ei curam fratrum, et negationem quidem non profert, neque exprobrat quod factum est. Hæc ille. Ob hãc ergo Petri confirmationem, et ob remissionis negationum ostensionẽ, ob confidentiæ stimulationem, sic locutus est Petro. Vnde ait ei: *Diligis me plus his?* quia vt dictum est sæpe Petrus erat feruentior in omnibus, et primus ad respondendum, et promptus ad obediendum. Vnde Glossa: Quod scit interrogat. Et subditur responsio Petri: *Domine tu scis, quoniam amo te*. Vt ait Chrysostomus, ipsum qui scit ineffabilia cordis testem vocauit. Et patet hic humilitas Petri: non respondit se plus diligere, sed ait: *Tu scis*. Vnde Glossa, vtrum plus diligat tacuit: *Dicit ei: Pasce agnos meos*. Vt dicit Augustinus: hoc idem est, ac si diceretur: Si me diligis, non te pascere cogita, sed oues meas: et sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in eis quære non tuam: dominium meum quære non tuum: lucra mea non tua. Ne sis in eorum societate, de quibus: Erunt omnes amantes seipsos. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et sequitur secunda interrogatio Christi, consimilis priori, et eadem responsio Petri, et eadem ipsius admonitio, ibi: *Dicit ei iterum*. Vnde Chrysostomus: Si diligis me, curam fratrum suscipias, et feruentem amorem, quem per omnia demonstrasti, nunc ostende, et nunc animam, quam dixisti te positurum pro me, pro ouibus meis pone. Hæc ille. Et sequitur tertia Christi interrogatio, et consimilis responsio et admonitio, ibi: *Dicit ei tertio*. Quæritur, quare totiens interrogauit, cum sufficeret semel interrogasse? Et ad istud respondet Augustinus: Redditur ternæ negationi terna confessio, ne minus amori lingua seruiat, quàm timori, *et cet. Contristatus autem Petrus*. Sed quæritur ad quid fuit contristatus, ex quo fuit conscius se amare Dominum? Et ad hoc respondet Chrysostomus, quòd formidãs priora, scilicet negationes, melior factus est, et magis sobrius, et non audax existens de reliquo, sicut prius scilicet promittebat præsumptuose, supra. Ne ergo existimans diligere cum non diligeret, sed eodẽ modo quo deberet, ideo contristatus est. Et patet secundum Augustinum, eadem esse amorem et dilectionem. Vnde ait hic primo: *Simon diligis me?* Et postea ait: *Amas me?* Et patet hic quę sunt successoribus Petri necessaria, scilicet Dei seruida et vera dilectio, vt scilicet Deum diligant non se, et diuinum honorem non suum, et diuina lucra non sua, secundum Augustinum. Et vt pascant agnos et oues Dei, ideſt fideles: de qua dilectione et pastura in collatione prædicabili. Qualiter autem sint oues pascendæ, in Glossa. Pascere oues est, credentes ne deficiant confortare. Et sic de alijs, quæ in Glossa enumerat. Et forte prius ait: *Pasce agnos meos*, bis, et deinde semel: *Pasce oues meas*. Per agnos enim simplices et infirmi et pauperes signantur, qui debent pasci duplici pastura, scilicet corporali et spirituali. Per oues signantur firmiores, et ditiores, qui pasci debent pastura spirituali. Vnde Glossa: Pascere oues est terrena subsidia, si necesse est, subditis prouidere, exẽpla virtutum præbere, *et cet.* Sicut pastor gregẽ suum pascit in brachio congregabit agnos, et in sinu suo leuabit fetas. Qui ergo Petro succedit in officio pastorali, et non diligit Deum, nec pascit oues, idolum est non pastor: O pastor et idolum derelinquens gregem: Pastor nomine, idolum re. Et sequitur illa pars, in qua de prænunciatione suæ passionis ipsi Petro, ibi: *Amen dico tibi*. In qua morte ostendebatur consummatio dilectionis beati Petri. Et ibi quattuor. Primo, ipsius mortis prænunciatio. Secundo, ipsius Petri de altero discipulo inquisitio, ibi: *Conuersus Petrus*. Tertio, Christi responsio, ibi: *Dixit ei*. Quarto, sermonis Domini interpretatio a discipulis: *Exiuit ergo sermo inter fratres*. Ait ergo: *Amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te*. Ita respondit Petrus, supra: *Scis quia amo te*. Et supra dixerat: Animam meam ponam pro te. Filius ergo Dei amoris ostensionem monstrare volens, et erudire nos, quo modo eum amare oportet, sicut continuat Chrysostomus, ait Petro: *Cum esses iunior, cingebas te*, id est, sequebaris tuam voluntatem: *Quando autem senueris, extendes manus*, id est, crucifigeris, ait Augustinus. Vnde Augustinus ibidem: Hunc inuenit exitum ille negator et amator præsumendo elatus, negando prostratus, flendo purgatus, confitendo probatus, patiendo coronatus. Hæc ille. *Et alius te cinget*, scilicet vinculis, quod fuit impletum: *Et ducet quo tu non vis*, id est, ad mortem, ait Glossa: *Hoc autem dixit, significans qua morte esset clarificaturus Deum*. Sed quæritur de hoc quòd ait: *Ducet te, quo tu non vis?* Nihil inuoluntarium est meritorium: ergo si nolens passus est, absque merito est passus. Et ad istud respondet Chrysostomus: Dedit ei filius Dei quod desiderabat, scilicet vt moreretur pro Christo. Et hoc quod ait: *Non vis*, naturæ dicit compassionem, et carnis necessitatem: quoniam inuita, id est, non volens abscinditur a corpore anima. Et sequitur: Nullus enim impassibiliter corpus deponet. Hæc ille: Nemo carnem suam odio habuit. Loquitur ergo quantum ad ipsam sensualitatem, siue vitam animalem. Est enim duplex voluntas, scilicet rationis et vitæ animalis, siue sensualitatis. Prima volebat mori pro Christo, licet secunda repugnaret. Vnde Chrysostomus, vbi supra. Et si quæ optiones validæ erant, scilicet mori pro Christo, et ipsæ passiones: natura tamen redarguebatur, id est, ostendebatur timere. Et de hoc similiter Augustinus: Solutus a corpore volebat esse cũ Christo, sed si fieri posset prẽter carnis molestiã, ad quã nolẽs ductus est. Et exẽplificat de Christo, quòd propter nos consolandos in se transfigurauit, quando ait: *Si potest fieri transeat a me calix iste*. Hoc ait, qui non habebat mortis necessitatem, sed voluntatem. Et ibi bene de hoc. Et est in Glossa pro parte. Vnde et hunc infirmitatis affectum naturalem, nec senectus auferre potuit. Propter quod ait hic: *Cum autem senueris*, et cetera. Vt ait idem Augustinus: De hoc Chrysostomus bene: Quoniam semper Petrus volebat esse in periculis pro eo, ideo ait: Confide, et ita complebo desiderium tuum, vt quæ non es passus iuuenis existens, hoc te oporteat pati senem factum. Et ideo erigens eum ait: *Hoc dixit, significans qua morte*, et cetera. Vt discas, quoniam pati pro Christo gloria es patientis et honor. Et sequitur: *Sequere me*. Et in hoc insinuat prælationem beati Petri. Hæc Chrysostomus. Vnde ibidem quærit: qualiter Iacobus assumpsit thronum Hierosolymorum, qui fuit primus Episcopus eorum, et non Petrus? Et huic respondet, quoniam hunc, id est Petrum, orbis terrarũ in thronizauit magistrum: Iacobũ vero plebis Hierosolymorum, *et cet.*

Et nota

Chrys. hom. 86. in Ioan. circa med. tom. 3.
Ibid. hom. 87. prope princ.
Gal. 1. d
Chrys. ibid. post pauca.
Humilitas Petri.
Aug. tract. 123. in Ioã. post medii. tom. 9.
2. Tim. 3. a
Chrys. hom. 87. in Ioã. ante med. tom. 3.
Aug. tract. 123. in Ioã. paulo post. med. to. 9.
Chrys. hom. 87. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ioan. 13. b
Aug. tract. 123. in Ioã. post medii. tom. 9.
Ibidem.
Pascere oues quid sit.
Isa. 40. a
Zach. 11. c
Ioan. 13. d
Chrys. hom. 87. in Ioan. ante med. tom. 3.
Aug. tract. 123. in Ioã. post medii. tom. 9.
Ibid. ante medium.
Act. 15. d
Chrys. hom. 87. in Ioã. ante med. tom. 3.
Ibidem.
Eph. 5. d
Chrys. ibid.
Aug. tract. 123. in Io. post medii. tom. 9.
Ibidem.
Chrys. hom. 87. in Ioan. ante med. tom. 3.
Ibidem.

Digitized by Google

Et nota hic mysterium quando ait: *Cum esses iunior, cinge-bas te*, et cetera. Vt ait Chrysostomus: In sæcularibus *Ibid. paulo ante.* scilicet rebus iuuenis vtilis est, qui senuit inutilis. Sed in cælestibus scilicet negotijs non ita est, sed cum superuenerit senectus, tunc virtus clarior, tunc virilitas illustrior. Hæc ille. Iunior ergo dicitur vita imperfectior: *Iob. 29. a* Videbant me iuuenes. Gregorius: Iuuenes dici *Greg. Mor. li. 19. c. 12. ante med.* solent, qui nulla consilij grauitate deprimuntur: in iuuene enim est feruor libidinis: Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ. Ibi Gregorius: In adolescentia *Iob. 20. c* libido feruescere inchoat. Item in iuuene est paucitas *Greg. Mor. lib. 25. c. 5. ante med.* experientiæ et ardui operis, vt ait Sapiens: Iuuenis non est expertus: multitudo enim temporis experientiam facit. Et qui ita est, cingit se non cingulo disciplinæ vel iustitiæ ad cohibendum et restringendum, sed ad leuiandum se, vt sit velocior ad implen- *Aristot. ethic. lib. 1. c. 3.* dum suam voluntatem, vel concupiscentiam. Et de *Isai. 3. d* zona sic accingente: Pro zona funiculus: Quasi agnus *Prou. 7. a* lasciuiens: Nullum sit pratum, quod non pertransit *Sap. 2. c* luxuria nostra. Vt enim ait Augustinus: Ille viuit se- *Aug. de salutarib. documen. ad quend. Comit. c. 27. tom. 4.* cundum carnem, qui pergit quo vult, dormit quando vult, loquitur quando vult, et vbi vult. Et sic de operibus aliorum sensuum, vt ibi enumerat. Et talis non secundum Deum, sed carnaliter viuit. Ideo: Desideria iuuenilia fuge: Curua ceruicem eius in iuuentute. *2. Tim. 2. a* Et: Post concupiscentias non eas. E contrario, cum se- *Eccl. 30. d* nuerit homo virtuali senectute, de qua ait Chrysostomus supra, et de qua dicitur: Senectus venerabilis *Eccl. 18. c* non diuturna. Et sequitur: Aetas senectutis vita im- *Sap. 4. b* maculata. Alius cinget eum cingulo disciplinæ, scili- *Ibidem.* cet Deus ipse siue spiritus Dei: Accinge sicut vir lum- *Iob. 38. a* bos tuos. Vnde est cingulum cohibentis disciplinæ, *Luc. 12. c* de quo dictū est: Sint lūbi vestri præcincti. Et est cin- *Isa. 22. a* gulum pœnitentialis vitæ: Vocabit Dominus ad fletum, et ad cingulum saxi. Vnde et sancti antiqui erant *4. Reg. 1. b* accincti. De Helia, quòd erat zona pellicea cinctus. Et *Mat. 3. b* de Ioanne, quòd habebat zonam pelliceam circa lumbos. Item est cingulū fidei et iustitiæ: vt de Chri- *Isai. 11. a* sto: Et erit iustitia cingulum lumborum eius. Et est cingulum auctoritatis et potentiæ, prout ait Prophe- *Psal. 44. a* ta de Christo: Accingere gladio tuo super femur tuum. Et est cingulum veritatis et doctrinæ, quo cingitur, et restringitur anima, ne effluat in vanas cu- *Prou. vlt. f* riositates. In figura Ecclesiæ: Syndonem fecit et vendidit, et tradidit cingulum Chananæo. Quod expo- *Greg. Mor. li. 33. c. 16.* nit Gregorius de doctrina fidei. Super illud Iob: Di- *Iob. 40. d* uident eum negotiatores: Succincti lumbos in veri- *Eph. 6. b* tate. Et: Astringens cingulo aptauit rationale. Et est *Leuit. 6. b* cingulum castitatis et sanctimoniæ: Præcinctus ad *Apoc. 1. e* mammillas zona aurea. Et in figura Prælatorum de- *Apoc. 15. a* angelis, quòd præcincti circa pectora zonis aureis. Et *Iob. 19. f* est cingulum fortitudinis et patientiæ: Accinxit fortitudine lūbos suos. Et: Flagellis me cinxerit. Sic senescens virtualiter, et se cingens disciplinabiliter extendit manus ad operandum perfectibiliter: Leuemus *Thren. 2. a* corda cum manibus ad Dominum. Et alius, id est, spiritus Dei ducit eum quo non vult, scilicet caro contra spiritum cōcupiscens. Propter quod ait Saluator: *Mat. 5. f* Esto consentiens aduersario tuo dum es in via, id est, verbo quod carni aduersatur, ait Augustinus, illud exponens. Et talis moritur morte spirituali, qua Deū clarificat per bona exempla, de qua morte ait Paulus: *Gal. vlt. d* Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Et sequi- *Ioan. 3. a* tur Deum imitando. Supra: Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Et ibi de hoc. Sequitur nunc secunda particula: *Conuersus Petrus, vidit illum discipu-* *Chryf. hom. 87. in Ioā. ante mediū tom. 3.* *lum quem diligebat Iesus*, et cetera. Vt enim ait Chrysostomus: Hic, ideſt, Petrus amorem, quem habebat erga Ioannem, erat enim eorum colligatio, scilicet in amore, vt patet in Euangelio, et dicitur: Ascendebant *Act. 3. d* ad horam orationis nonam Petrus et Ioannes. Quia ergo Christus magna ei prædixit, et orbem terrarum commisit et martyrium personauit, id est, prædixit, volens Petrus hunc, scilicet Ioannem accipere communicatorem, scilicet prælationis et dignitatum, ait: *Hic autem quid?* Vnde et Ioannes hic silet, Petrus loquitur. Et sicut e contrario supra in cena Petrus *Ioan. 13. e* præmittit Ioannem ad interrogandum, nunc autem reddens ei retributionem, et existimans velle eum interrogare ea, quæ secundum ipsum erant, ideo sic quæsiuit. Hæc Chrysostomus. Vnde et hic recitat; quæ Ioannes inquisiuit a Saluatore in cena. Supra: *Ioan. 13. f* Domine quis est qui tradet te? Vnde quærit Chrysostomus, cuius rei gratia recoluit hic illius accubationis, siue accubitus in cena? Et respondet, quòd recoluit, ostendens quantum Petrus prælationem habebat post negationem, quoniam quia tunc non audebat interrogare, sed alij, id est, Ioanni concedebat: nunc ex quo præsidentia, id est, prælatio fratrum est credita, non solum pro se interrogationem facit, sed etiam pro alijs. Et patent hic prærogatiuæ beati Ioā- Prærogatiuæ B. Ioannis. nis: quarum prima est discipulatus Christi dignitas, quæ notatur, ibi: *Vidit illum discipulum*. Sic enim seruire Deo regnare est, et si veri serui Dei sunt eius amici. Supra: Iam non dicam vos seruos, sed amicos: mul- *Ioan. 15. b* to magis esse discipulum filij Dei est magna dignitas. Ad quem discipulatum perfectum sunt necessaria multa. Est enim necessaria humilis obedientiæ perfectibilitas. Supra: Si manseritis in sermone meo, *Ioan. 8. a* vere discipuli mei eritis. Item est necessaria affectuosa charitas. Supra: In hoc cognoscent omnes quòd *Ioan. 13. c* discipuli mei estis, si dilectionem habueritis inter vos. Item est necessaria mundi et mundialium contemptibilitas: Qui non renunciat omnibus, non po- *Luc. 14. d* test meus esse discipulus. Item est necessaria carnalium affectuum abdicatio, siue mortificabilitas: Qui *Luc. 14. f* non baiulat crucem suam, *et cetera*. Non potest meus esse discipulus. Item est necessaria conuersationis mānsuetudo, siue benignitas: Quis sapiēs et disciplina- *Iac. 3. g* tus inter vos, ostēdat ex bona cōuersatione opera sua? Item est necessaria vitæ Iesu Christi imitabilitas, et eius conformitas: Sufficit discipulo, si sit sicut magi- *Mat. 10. a* ster eius. Hæc omnia fuerunt in beato Ioanne. Ideo signanter potest dici. Ille discipulus discretiue vel eminenter. Secunda prærogatiua eius est peculiaris acceptibilitas filio Dei, ibi: *Quem diligebat Iesus*, quia quod diligit, erat ob suas virtutes, vt dictum est supra: Amantissimus Domini habitabit confidenter. Ter- *Deut. 33. b* tia prærogatiua eius est perfecta Christi imitabilitas, ibi: *Sequērem eum*. Sequi enim est imitari, ait Augusti- *Augus. de* nus proprie de ipso: Erat enim virgo. Et de illis, de- *virg. sanct.* quibus dicitur: Sequuntur agnum quocumque ierit. *c. 27. tom. 6.* Quarta prærogatiua eius honoris peculiaritas apud *Apoc. 14. a* filium Dei, et secretorum plena reuelatio, siue ostendibilitas, ibi: *Recubuit supra pectus*. Et hoc, vt ait Augu- *Aug. tract.* stinus, hic de fonte Dominici pectoris, non solus bi- *124. in Ioā.* bit, sed ipse Dominus Euangelium ipsum pro sua cu- *vers. fin.* iusque capacitate omnibus suis bibendum toto orbe *tom. 9.* terrarum diffudit. Hæc ille. Et de his omnibus supra *Ioan. 13. a* diffusius. Et sequitur Christi respōsio: *Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere*, sicut legit Glossa. Nolo eum per martyrium consummare, sed expectare donec eum recipiam: Domino enim visitante placidam mortem accepit. Et de hoc similiter in sua legenda: *Quid ad te?* Per hoc ait Chrysostomus erudiens nos non multum *Chryf. hom.* inuestigare, neque vltra ea, quæ placent ei, id est, fi- *87. in Ioā.* lio Dei, quærere. Quia enim Petrus ad tales inter- *circa med.* rogationes feruidus erat, abscindens eius feruorem, *tom. 3.* et erudiens nos non vltra, quàm oportet scrutari, hoc ait. Hæc ille. In pluribus operibus ne sis curiosus: *Tu* *Eccl. 3. f* *me sequere*, per imitationem, perferendo mala temporalia, vt ait Augustinus: Et hoc ipso martyrium *Aug. tract.* beati Petri personauit, id est prædixit, ait Chrysosto- *123. in Ioā.* mus, supra. Sed quæritur, ex quo sequi est imitari, *post mediū.* qualiter ait discretiue Petro: *Tu me sequere*, quàm Ioā- *tom. 9.* ni? Item quare ait de beato Ioanne: *Volo eum manere,* *donec veniam*, sicut quærit Augustinus? Si respondea- *Ibidem.* tur, quòd hoc ait, quia non erat moriturus: hoc remo

uet littera

uet littera ſequens: *Non dixit Ieſus, quia non moritur*, et cet. Item præmiſſum eſt de beato Ioanne: *Vidit Petrus illum diſcipulum ſequentem.* Quare ergo magis dicit Petro: *Tu me ſequare*, quàm Ioanni? Et ad primum reſpondendum eſt, quòd Petro ait: *Tu me ſequere*, ſcilicet in crucis paſſione, ait Gloſſa. Chriſtus ergo inſinuãs Petro ſuã paſſionem futurã, et etiam aliquo modo genus paſſionis, quia erat moriturus in cruce, ait: *Tu me ſequere.* Ioannes autẽ et alij diſcipuli ſecuti ſunt perfecta vitæ imitatione. Secundum aliquos vero hoc ait Petro, vt erat caput Eccleſiæ, et omniũ martyrum, et vt erat gerens perſonam Eccleſiæ. Ad aliud reſpondendum eſt, quòd de Ioanne ait: *Sic volo eum manere donec veniam*, ſcilicet ad accipiẽdum eum in morte, vt fuit factũ prout dicitur in legenda ſua, et vt ait Gloſſa hic. Et hoc fuit congruum ſecũdum aliquos. Vt enim ait quidam expoſitor longum martyriũ ſuſtinuit Ioãnes, ſiue duxit in contemptu vitæ præſentis et tolerãtia multiplicis afflictionis. Item in dolium feruentis olei fuit miſſus. Item intenſum martyrium ſuſtinuit cordis in paſſione Domini, aſſiſtens magiſtro eum diligenti peculiariter. Item deputatus fuit ad curã et obſequiũ beatæ Matris Domini, et virgo fuit, et ideo decuit placidam mortem expectare. Vnde Gloſſa: Vltimũ in pace ſenium finiuit. Item vita contemplatiua in beatitudine per ipſum ſignatur, quæ ſemper manet. Vt ait Auguſtinus. Et ideo ratione vitæ per eum figuratæ conuenienter ait: *Sic volo eum manere.* Et de hoc Auguſtinus. Et in Gloſſa. Cur Ioannem plus dilexerit Dominus, cum tamen Petrus plus eum dilexerit? Vnde ſupra eodem ait Dominus: *Simon Ioannis diligis me plus his?* Super quod Auguſtinus: Quod ſciebat Dominus interrogabat, vt nos amare Petrum, ſcilicet noſceremus. Et videtur quòd magis deberet diligere Petrũ, quia ille plus dilexit. Item vt ait Auguſtinus, vbi ſupra. Melior eſt qui plus diligit Chriſtum: Ergo magis diligẽdus ab ordinate diligente, qualis erat filius Dei. Item dicitur: Ego diligentes me diligo, ait ſapientia diuina: Ergo amplius diligentẽ debet magis diligere. Et ad iſtud reſpondendũ eſt, ſine præiudicio: quod ſicut ait Bernardus: Non diligit affectu ſed effectu. Eſt ergo loqui de amore filij Dei, quantũ ad connotatũ in patria, et connotatũ in via reſpectu præmij ſubſtantialis. Et ſic dicitur Deus magis diligere meliorẽ, et maiorẽ habentem charitatem. Et ſic magis dilexit Petrũ, ſi fuit melior. Et eſt magis diligere ad connotata in via, qualia erant reuelatio ſecretorũ, familiaritas allocutionũ, et peculiaritas factorũ ſiue honorũ. Vnde Gloſſa hic. Diligebat alios, ſed familiarius iſtum, quia virgo electus ab ipſo. Vel dicitur magis diligere Ioannẽ ratione modi mortis. Vnde Gloſſa, ſupra: Diligit Ioannem, ſed non plus omnibus ſed familiarius, vt per pacem exiret de vita, non per paſſionem. Et per hoc ad obiecta. Auguſtinus vero exponit illud de duabus vitis, ſcilicet actiua, quæ per Petrum figuratur, et contẽplatiua per Ioannem ſignata. Et Chriſtus minus nos diligit, quales ſumus hic. Ideo liberat nos ne ſemper ſimus tales, ideo ibi amplius diligit. Et de hoc in homilia, et in Gloſſa prolixe. Et ſequitur vltima particula in qua ſermonis Domini interpretatio apud diſcipulos: *Exiuit ergo ſermo inter fratres, quòd diſcipulus ille non moritur.* Qui tamẽ ſermo nõ erat ita intelligẽdus Et ideo ſequitur: *Non dixit ei Ieſus*, et cet. *non moritur*. Vt enim ait Chryſoſtomus, opinionẽ diſcipulorũ corrigit non conſpicientibus, id eſt, intelligentibus eis quæ dixit Ieſus. Et patet hic exemplũ, qualiter multi non intelligentes variant ſermonis interpretationẽ. Et ideo timendũ eſt, ne ex ſermonibus potẽtibus habere varias interpretationes, falſæ eliceãtur. Non ergo fuit talis intellectus ſermonis, vt ipſi conceperũt, ſed ſicut expoſitũ eſt: *Sic eum volo manere*, etc. Et ſequitur vltima particula libri, ſcilicet de teſtificatione veritatis huius Euãgelij, et eorũ quę in eo ſcripta ſunt: et poſſet diuidi cõtra totũ librũ, ibi: *Hic eſt diſcipulus ille*, de quo ſupra ſcilicet, quẽ diligebat Ieſus, et qui recubuit ſupra pectus Domini, ſupra eodẽ: *Qui teſtimonium perhibet de his*, dicto: *Et ſcripſit hæc*, ſcilicet certus de facto, qui in omnibus adfuit, et moriẽti filio Dei aſtitit. Supra: *Et ſcimus*, ſcilicet credentes: Quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, *et cet.* teſtamur et annunciamus. Quærit Chryſoſtomus: vt quid hic ſolus Euangeliſta hoc facit teſtans ſibi ipſi, nullo aliorum ſic faciente? Et videtur ſe laudare, cum dicatur: Laudet te alienus, et non os tuum. Et ad iſtud reſpondet, quòd Ioannes poſterior ad ſcripturam Euangelij venit, Chriſto eum mouente. Propterea oſtendit amorem Chriſti, Deum continue ænigmatice inſinuans cauſam, a qua ad ſcribendum acceſſit. Quia ergo a multa certitudine ſcripſit, non refutat ſui ipſius teſtimonium in medium ferre. Hæc ille. Et hoc confirmat: Conſuetudo nobis eſt cum valde verã dicimus, noſtrum teſtimonium non denegare. Et ſi hoc nos facimus, multo magis qui ſpiritu ſcribebat, qualis fuit Ioannes. Item vt ait idem Chryſoſtomus, ipſe in omnibus adfuerat, et cum Chriſtus crucifigebatur non defuerat, et mater ei commiſſa fuit. Quæ vniuerſa ſunt ſigna amoris Chriſti ad eum, et quòd cum certitudine ſciebat omnia, vt ait idem Chryſoſtomus: Preterea hoc fecerunt alij Apoſtoli ſcribentes, ſicut Paulus ſæpe, vt habitum eſt ſupra a Gregorio, qui ſcriptores ſacri eloquij impulſu Spiritus ſancti ſcribunt deſe, vt de alijs loquuntur, Et exemplificat de Ioannehic. Et ne crederetur omnia ſcripſiſſe quæ fecit Ieſus, ſubdit. *Sunt autem et alia multa*, ſcilicet miracula, et facta notabilia: *Quæ ſi ſcriberentur per ſingula*, ſcilicet exquiſite et plenarie: *Nec arbitror mundum capere poſſe libros qui ſcribendi ſunt.* Vt ait Chryſoſtomus, tot exiſtentibus: neque tot ſcripſi quot ceteri, ſed horum plura dereliqui. Inſidias autem Iudaicas, et lapidationes, etquoniam dæmonium habentem vocabãt, neque ſum magiſtro gratificatus, id eſt, quærens gratiam a magiſtro, narrãdo ſcilicet glorioſa de eo, ſicut faciunt illi, qui exprobrabiliſſima occultant, et clara proponunt. Hæc ille. Sed quæritur, qualiter ait, quòd mũdus non poſſet capere libros, ſi eſſent ſcripti de factis Chriſti, cum etiã mũdus poſſit capere libros ſcriptos de omnibus geſtis a principio mundi, vſque in finẽ, ſi eſſent ſcripti. Et eſt reſpondendũ ad iſtud ſecundũ Auguſtinũ. Et eſt in Gloſſa pro parte: quòd non ſpatio locorũ credẽdum eſt mundũ non capere poſſe libros, qui eſſent de factis Chriſti ſcripti, ſed capacitate legentium cõprehẽdi fortaſſe non poſſent. Vel aliter, quòd loquitur hic per figurã hyperbolen: quæ eſt quando verba fidẽ excedũt, vt voluntas loquẽtis appareat, nec tamen a tramite veritatis ſignificãdæ erratur: qui modus loquendi, ſicut in hoc loco, ita in nonnullis alijs locis inuenitur, ſicut: Impoſuerunt in cælũ os ſuũ. Hæc ille. Ob ergo multitudinẽ eorũ, quæ fecit Chriſtus, de quibus aliqua ſunt hic ſcripta, ſic ait Euãgeliſta, vt patet ſecundũ Auguſtinũ et Chryſoſtomũ: *Non arbitror mũdum poſſe capere libros*, et cet. Sed quæritur cũ tot ſint facta a filio Dei, videtur quòd minus pauca ſunt ſcripta: ex modo enim loquendi patet, plura eſſe omiſſa quàm ſcripta. Et ad iſtud reſpondendũ ſecundũ Chryſoſtomũ, ſuper illud ſupra: *Multa et alia ſigna fecit Ieſus*, quę pertrãſierunt Euãgeliſtę propter multitudinẽ. Itẽ qui non credũt his quæ dicta ſunt, neque pluribus attenderẽt ſi eſſent ſcripta. Item qui hæc ſuſcipit quæ ſcripta ſunt, nullo indigebit in fidei ratione. Hæc ille. Ob ergo ſufficientiã eorũ, quæ ſunt ſcripta, ad rationẽ fidei plura non ſunt ſcripta, et ob ſolidã veritatẽ eorũdem et ob efficacẽ doctrinæ virtutẽ. Euangeliũ enim eſt virtus Dei omni credẽti. Iuſtitia enim Dei in ea reuelatur ex fide in fidem. Et ad præſens hæc collecta ex dictis Sancti Auguſtini, et ex dictis Sancti Chryſoſtomi ſuper ſacrum Euangelium beati Ioannis ſufficiant.

Finis Poſtillarum.

LAVS DEO ET VIRGINI MATRI.

Ibidem. *Ibidem.* *Aug. tract. 124. in Ioã. ante mediũ tom. 9.* *Ibid. poſt pauca.* *Prou. 8.* *a* *Aug. tract. 124. in Io. poſt mediũ. tom. 9.* *Chryſ. hom. 87. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* *Ioan. 19. f* *1. Ioan. 1. a* *Chryſ. hom. 87. in Ioã. poſt mediũ tom. 3.* *Prou. 27. a* *Ibid. poſt pauca.* *Ibidem.* *Chryſ. hom. 87. in Ioã. ante mediũ tom. 3.* *Ioan. 20. g* *Rom. 1. b* *Aug. tract. 124. in Ioã. verſ. fin. tom. 2.* *Pſal. 72. b* *Chryſ. hom. 86. in Ioã. ante mediũ tom. 3.*

Digitized by Google

COLLATIONES PRAEDICABILES,

IN GRATIAM IVNIORVM.

EX TOTO SANCTI IOANNIS EVANGELIO,

a ſancto BONAVENTVRA Collectæ.

IN CAPVT PRIMVM

Collatio prima.

IN principio erat verbum. Suppoſita luminali expoſitione ex dictis circa litteram, in his verbis exponendis, per modum collationis, tria inſinuantur: quorum primum eſt ipſius patris initialis æternitas, ibi: *In principio.* Secundum eſt ipſius filij generationis expreſſa veritas, ibi: *Verbum.* Tertium ipſius generationis inuariabilis immutabilitas, ibi: *Erat.* Quia enim pater principium, ideo interminabilis æternitas. Et quia filius verbum, æterna patiuitas: et quia erat inuariata immutabilitas. Ait ergo: *In principio*, ideſt, in patre, ſecundum Gloſſam: qui eſt principium, ſine principio. Et hoc dicitur eleganter et proprie. Vt enim Tullius: Principij nulla eſt origo, et ex eo alia oriuntur: Talis eſt pater: vt enim ſumitur perſonaliter, dicitur principium reſpectu filij, vt hic. Itē vt ſumitur quaſi notio naturaliter, pater et filius ſunt vnum principium Spiritus ſancti procedentis: de quo poteſt dici illud Prophetæ loquentis ad filium: Tecum principium in die virtutis tuæ. Vt enim ſumitur eſſentialiter, eſt principium omnium creaturarum: Ego principium et finis, α et ω. Et vere eſt ipſe principium effectiuum omnium rerum, et principium conſeruatiuum, ſiue gubernatiuum, et principium conſummatiuum et perfectiuum. Vt enim ait Auguſtinus: A Deo eſt nobis initium exiſtendi, ratio cognoſcendi, et lex amandi. Eſt ergo principium cōſtitutionis ſiue exiſtentiæ rerum: Numquid non tu a principio Deus meus es? Item eſt principium conſummatiuæ felicitatis: Saluabit Dominus tabernacula Iuda, ſicut a principio. Vnde et Platonici, vt ait Auguſtinus: Poſuerunt vbi eſſet cauſa conſtitutæ vniuerſitatis, lux propinandæ veritatis, et fons bibendæ felicitatis. Et ideo merito, ait ſupra, et α et ω. quæ eſt illud idem et eadem littera quòd A. quæ eſt triangularis, et ſignat Deum tribus dictis modis eſſe principium: Ipſe enim eſt primus et nouiſſimus. In hoc principio, id eſt, in patre, erat verbum æternaliter ab ipſo genitum, verbum inquam æternæ maieſtatis expreſſiuum. Vnde Auguſtinus: Pater tamquam ſeipſum dicens genuit verbum ſibi æquale per omnia: non enim ſeipſum integre perfecteq. dixiſſet, ſi aliquid minus aut amplius eſſet in eius verbo: Et vocabitur nomen eius verbum Dei. Item verbum omnium cauſaliter et exemplariter contētiuum. Et ideo dicitur veritas, quoniā quidquid eſt in ea ſcientia, de qua eſt genitum et in ipſo eſt: et ideo merito dicitur verbū vitæ: De verbo vitæ. Vnde infra eodē. *Quod factum eſt, in ipſo vita erat.* Quia ſapientia Dei ſecundum arcem omnia continet, ait Auguſtinus; Item verbum omnium effectiuum: Qui feciſti omnia verbo tuo. Et hoc verbum: *Erat*, ſcilicet æternaliter a patre genitum: Hoc enim verbum dictum de Deo ſignat æternitatem, ait Chryſoſtomus: Ego ſum qui ſum. Erat ergo verbum genitum, ſine initiali inceptione, ſine variabili viciſſitudine, ſine defectuali terminatione: Apud Deum enim non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: Semel loquitur Deus, et idipſum non repetit. Ibi Gregorius. Loqui Dei, eſt verbum genuiſſe. Semel loqui eſt aliud verbum præter vnigenitum non habere. Et ibi bene de hoc. Ex quo ergo Deus eſt principium tale, ei adhæreamus, vt in eſſe conſeruemur, et veritate illuminemur, et felicitate beatificemur: In ipſo viuimus, mouemur, et ſumus. Et ex quo filius eſt verbum, tale ſit in corde noſtro et in ore, ſecundum illud: Prope eſt verbum in corde tuo, et in ore. Et: Ante omnia verbum verax præcedat te.

Patris initialis æternitas.
Filij generationis veritas.
Generationis immutabilitas.
Cicero Tuſc. queſt. lib. 1. ante medium.
Pſal. 109. a
Apoc. 1. b
Apoc. 21. b
Apoc. 22. c
Aug. cōtra Fauſtū lib. 20. c. 7. t. 6.
Abac. 1. c
Zach. 12. a
Aug. de ciuit. Dei. li. 8. c. 10. tom. 5.
Iſa. 41. b
Auguſt. de Trinit. lib. 15. c. 14. tom. 3.
Apoc. 19. c
1. Ioan. 1. b
Sap. 9. f
Chryſ. hom. 3. in Ioan. ante med. tom. 3.
Exod. 3. d
Iacob. 1. a
Iob. 33. b
Greg. Mor. li. 23. c. 11.
Act. 17. e
Rom. 10. d
Eccl. 37. a

Collatio ſecunda.

LVx in tenebris lucet: et tenebræ eam non comprehenderunt. In his verbis tria inſinuantur. Primo diuinæ lucis exceſſiua claritas, ibi: *Lux.* Secundo, eiuſdem illuſtratiua communicabilitas, ibi: *Lucet.* Tertio, infidelium, ſiue peccatorum caliginoſa cæcitas, ibi: *Tenebræ eam non comprehenderunt.* Ait ergo: *Lux*, quæ eſt diuina ſapientia, ſiue filius Dei maieſtate inacceſſibilis: Habitat lucem inacceſſibilem. Item lux ſyncera et immixta tenebris, ſiue iniraſcibilis: Deus luxeſt, in quo tenebræ non ſunt vllæ. Item lux omnibus illius capabilibus communicabilis. Infra eodem: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem*, et cet. Et hæc lux lucet quaſi triplici radio, quantum eſt a parte ſua: ſcilicet radio illuminatiuæ illuſtrationis in intellectu, et radio clarificatiuę dilectionis in affectu, et radio diſcretiuæ æquitatis in effectu. De quo radio triplici: Fructus autem lucis in omni bonitate et iuſtitia et veritate. Bonitas quæ eſt ipſa claritas ſignat affectum: Qui diligit manet in luce. Veritas illuſtrat intellectum, quia lux eſt, ſupra eodem: *Vita erat lux hominum.* Iuſtitia ſplendificat conuerſationis ſtatum et actum. Vnde Propheta: Educit quaſi lumen iuſtitiam tuam. Et iſta lux eſt ſolum tripliciter exurens montes. Sed licet ſic luceat de ſe, tamen: *Tenebræ*, id eſt peccatores: *Non comprehendunt*, credendo ſcilicet, adhærendo et diligendo. Tenebræ enim ſunt priuatio lucis, ſecundum Damaſcenum, et ſunt de ſe horridæ et contriſtatiuæ. Vnde in tenebris anima moleſtatur, ait Auicenna. Et timoris ſunt inductiuæ; qui enim ſunt in tenebris timent, ait Chryſoſtomus. Talia ſunt peccata ſpiritualiter, et peccatores ob ipſa peccata. Vnde Auguſtinus: Dilectores mundi ſunt tenebræ, de quibus dicitur: Fuiſtis aliquando tenebræ. Et: Non ſimus filij noctis neque tenebrarum, ſcilicet filij. Etſi manentes tales non poſſunt comprehendere lucē credendo, amando, et adhærēdo, immo odiunt lucem. Infra: Dilexerunt homines tenebras magis quàm lucem.

1. Tim. 6. c
1. Ioan. 1. c
Eph. 6. b
1. Ioan. 2. c
Pſal. 36. b
Eccli. 43. a
Damaſcen. orthod. fid. li. 2. c. 7. ante medium.
Auicen. de ani. par. 4.
Chryſ. hom. 11. in Ioan. poſt medium. tom. 2.
Aug. tract. 3. in Ioan. ante med. tom. 9.
Eph. 5. b
2. Theſſ. 2. a
Ioan. 3. b

Collatio

Collatio tertia de beato Ioanne.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Ad præconium et laudem præcursoris Domini, quattuor hic insinuantur. Quorum primum est eleuata subtilitas et sublimitas, ibi: *Homo.* Secundum est authentica potestas, ibi: *Missus a Deo.* Tertium est cælestis influentiæ affluens copiositas, ibi: *Ioannes.* Quartum est officij eminens dignitas, ibi: *Hic venit in testimonium.* Primum fuit in statu. Secundum fuit in dignitatis gradu. Tertium in affectu. Quartum in effectu. Ait ergo: *Fuit homo*, scilicet viuens vita intellectuali et spirituali. Vt enim ait Augustinus: Homines non distãt a pecore nisi intellectu. Quasi diceret: Pecora sunt vel bestiæ, qui viuunt secundum concupiscentias: viuens autem secundum rationem et vitam spiritualem homo est: qualis fuit beatus Ioannes, vt patet consideranti seriem vitæ suæ, ob cuius eminentiã videbatur esse quasi quidam angelus. Vnde Chrysostomus: Ioannes velut cælum eremum habitauit, altissimam philosophiam demonstrans. Et quasi angelus aliquis ex cælo ita ad ciuitates a solitudinis vastitate descendebat. Et sequitur: Angelicus in vita monstrabatur. Propterea cilicinum vestimentum ipsi erat, vt per figuram erudiat ab humanis desistere nihil habere commune ad terram. Quia ergo fuit eleuatus super omnes concupiscentias, dominans eis plenarie, et viuebat ad imaginem, et similitudinem Dei, similis factus Deo: ideo merito dicitur homo. Vt enim ait Commentator, scilicet Episcopus super Angelicam Hierarchiam: Homo conuenit cum angelis et superat bestias. Est enim intelligibilis, habens virtutes visiuas ad superius, et formam erectam, et principatum super irascibile et concupiscibile, et minimum habet de sensu respectu brutorum, et superatũ in virtute intellectiua. Et sic de alijs quæ ibi enumerat. Talis fuit beatus Ioannes spiritualiter. Ideo merito homo, de quo verificatur illud: Beatus homo qui inuenit sapientiam. Et iste homo fuit missus a Deo: in quo notatur secundum, scilicet legitima auctoritas, et ad diuina nuncianda. Vnde Chrysostomus hic: Quia missus, non quæ eius sunt, sed quæ omnia mittentis loquitur, et ideo angelus nuncupatus: angeli enim virtus est nihil proprium dicere: Ecce ego mitto angelum meum. Missus, inquam, sicut legatus ante summum Pontificem: Legatum ad gentes misit. Item: Missus, vt vox ante verbum. Infra eodem: Ego vox clamantis. Item missus, vt lucerna ante solem. Infra: Ille erat lucerna. Item missus sicut angelus ante Deum, vt dictum est. Missus, inquam, ad prædicandum, baptizandum, testificandum, demonstrandum filium Dei, vt patet in serie Euangelica. Et quoniam non est possibile ista adimplere, sine diuina gratia, ideo sequitur tertium: *Cui nomen erat Ioannes*: Quòd interpretatur in quo gratia: quod nomen merito fuit ei impositum, et a Deo præligente: De ventre enim matris meæ recordatus est nominis mei. Et ab angelo nunciante: Vocabis nomen eius Ioannem. Et a parẽtibus publicantibus: In ipso enim fuit gratia sanctificans in vtero: Spiritu sancto repletur, *et cet.* Itẽ fuit gratia conseruãs et operãs in vita: Præcedet in spiritu et virtute Heliæ. Item fuit gratia prophetiæ in ipso, etiam in vtero, quando exultauit ex præsentia beatæ matris Dei. Item fuit gratia prædicationis: Diffusa enim fuit gratia in labijs suis. Qui enim bonus est qualis fuit Ioannes, hauriat a Domino gratiam. Sibi enim competit illud: Gratia Dei sum id quod sum. Ideo aptus fuit vt perhiberet testimonium. Et in hoc notatur quartum: ipse enim annuendo veritatem veraciter, intrepide, siue constanter arguendo, euidenter et publice prædicando, signanter filium Dei demonstrando, vt patet in serie Euangelica. Testimonium perhibuit veritati. Vnde de ipso verificatur illud: Ecce testem populis dedi eum. Huius imitatores in prædictis debent esse prædicatores Dei, qui sunt missi ad perhibendum testimonium veritati.

Aug. tract. 3. in Ioan. ante med. tom. 9.
Chrys. hom. 10. in Mat. post medi. tom. 2.
Ibid. paulo ante.
Prou. 3. b
Chrys. hom. 5. in Ioan. circa prin. tom. 3.
Malac. 3. c
Abd. 1. a
Ioan. 5. b
Esa. 49. b
Luc. 1. b
Ibidem. f
Ibidem. b
Ibidem. b
Ibidem. d
Psal. 44. a
Prou. 12. c
1. Cor. 15. b
Ioan. 5. f
Esa. 55. b

Collatio quarta.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In his verbis tria insinuantur. Primum est lucis æternæ essentialis immutabilitas, ibi: *Lux vera.* Secundum est, ipsius diffusiua communicabilitas, ibi: *Omnem hominem.* Ait ergo: *Lux vera*, quia essentialiter est lux non aliunde. Vnde Augustinus hic: Ioannes lux, sed non vera, scilicet essentialiter, quia nisi illuminatus, esset tenebræ. Lux ergo vera et primaria essentialitate, vt dictum est, et lux vera imminorabilitate, et lux vera indefectibilitate. Vnde Chrysostomus: Lux quamtamuis hominum multitudinem illuminaret, nihil sui splendoris remitteret. Ideo signanter dicit infra: Ego lux veni in mundum. Et hoc illuminat multipliciter, siue multiplici radio, vt dictum est in priori collatione: Illuminat enim veraciter, quia lux vera, vt dictum est: In sapientia illius luxit anima mea. Item illuminat delectabiliter: Dulce lumen et delectabile videre solem. Lux enim iustorum lætificat. Item illuminat ordinabiliter, quia est lux hominum non pecorum, ait Augustinus, vbi supra. Et ideo illuminat viuentes, vt homines non vt pecora. Ideo sequitur: *Illuminat omnem hominem*, in quo notatur tertium: secundum Glossam enim omnis homo dicitur illa natura in homine, quæ est ad imaginem Dei: viuentes ergo secundum illam illuminat: Docet nos super iumenta terræ, et super volucres cæli. Ibi Gregorius: Quòd per iumenta et volucres signantur carnales et curiosi, quos non docet Deus vt homines, id est, viuentes spiritualiter. Et ibi bene de hoc. Vel omnis homo veniens in hunc mundum potest dici, qui non habitat in mundo per amorẽ, sed ab eo eleuatur vtens mundo, quasi non vtens. Vnde Augustinus: Si illinc non recederet, non esset illuminandus. Et ideo hic illuminandus, quia illinc recessit: Accedite ad eum, inquit, et illuminamini. Et: ait Sapientia: Vox mea ad filios hominum. Vox sapientiæ est sua illuminatio: quæ quidem sapientia est filius Dei, qui est lux.

Aug. tract. 2. in Ioan. ante med. tom. 9.
Chrys. hom. 4. in Ioan. paulo post med. to. 2.
Ioan. 8. a
Eccli. 50. c
Eccli. 11. c
Prou. 13. a
Iob. 35. d
Greg. Mor. li. 26. c. 13.
Aug. tract. 2. in Ioan. ante med. tom. 9.
Psal. 33. a
Prou. 8. a

Collatio quinta.

Verbum caro factum est, et habitauit in nobis. In his verbis, in quibus insinuantur mirificentia diuinę bonitatis et magnificentia assumptæ humanitatis, quattuor denotantur. Primo, filij Dei sub nomine verbi maiestatiua sublimitas, ibi: *Verbum.* Secundo, humanæ naturæ assumptæ fragilis mortalitas, et passibilitas, ibi: *Caro.* Tertio, vtriusque indiuisa vnibilitas, ibi: *Factum est.* Quarto, conuersationis filij Dei humilitas, ibi: *Habitauit in nobis.* Ait ergo: Verbum, scilicet maiestatiua sublimitate excelsum: Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Et supra eodem: *Verbum erat apud Deum.* Item verbum immortalitate æternũ, quia verbum in principio et verbum vitæ: De verbo vitæ, *et cet.* Item verbum omnipotentiæ virtuosum: Portans omnia verbo virtutis suæ. Et in psalmo: Verbo Domini cæli firmati sunt. Verbum, inquam, tale factum est caro, quæ est pars in homine intima. Item caro quæ passibilitati et mortalitati subiecta: item caro in infirmitate inualida: Caro enim infirma. Nomine tamen carnis intelligitur humanitas assumpta: Scriptura enim hominem exprimit nomine vtriusque partis, ait Augustinus. Ait tamen hic: *Verbum caro factum*: ad exclusionem hæresis, ponentis ipsum non assumpsisse veram carnem, vt ait hic Chrysostomus. Et ad manifestationem humilitatis filij Dei, et ad ostensionem congruæ medicinæ, contra vitia carnis, vt dictum est in expositione litteræ. Et ideo dicitur: Verbum

Eccl. 1. a
1. Ioan. 1. f
Heb. 1. d
Psal. 32. a
Mat. 26. d
Aug. de ciuit. Dei. li. 14. c. 2. t. 5.
Chrys. hom. 10. in Ioã. circa med. tom. 3.
Rom. 10. a

Digitized by Google

Verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram.
Bern. hom. 2. super Missus est paulo ante medium. Ad quod Bernardus bene. Ibi agnoscitur longitudo breuis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana. Ibi agnoscitur lux non lucens, verbum infans, aqua sitiens, panis esuriens, *et cet.* Et ibi bene de hoc. Et hoc verbum factum est caro, non confusione facta, neque destructione substantiarum; sed vnitione
Chryſ. hom. 10. in Ioan. tom. 3. ineffabili et inenarrabili, ait Chrysostomus: In similitudinem hominum factus, *et cet.* Et Gregorius: Caro factus est, scilicet filius Dei, vt nos spirituales faceret,
Philip. 2. b benigne inclinatus est, nos vt leuaret, exijt vt nos introduceret, visibilis apparuit, vt inuisibilia demon straret. Hæc ille. Vnde persona generis humani: Ad me dictum est verbum absconditum, id est, in carne manifestatum, verbum Dei æternum. Et non solum
Iob 4. e hoc: *Sed habitauit in nobis.* Verus homo hominibus conformis: Cum enim hominibus conuersatus est. Habitauit, inquam, humilis ad obediendum: Erat subditus illis. Item habitauit curalis et obsequiosus ad
Barue. 3. a *Luc. 2. e* ministrandum: Ecce ego in medio vestrum, sicut qui ministrat. Item habitauit munificus ad tribuendum.
Luc. 22. c Venerunt mihi pariter omnia bona cum illo. Item
Sap. 8. f habitauit lætus, et delectabilis ad consolandum de
Isai. 42. a ipso: Non erit tristis neque turbulentus. Et: Non
Sap. 8. c habet amaritudinem conuersatio eius. De qua habi-
Leuit. 26. f tatione fuit promissum: Ponam tabernaculum
Exod. 29. a meum in medio vestri. Et: Habitabo in medio filiorum Israel. Ex quo ergo filius Dei, sic nasci homo dignatus est, et sic conuersari inter homines, nos nati ex Deo imitemur eum in prædictis.

Collatio Sexta. In Pentecoste.

De plenitudine eius accepimus omnes, gratiam pro gratia. In his verbis quattuor insinuantur: quorum primum est omnium bonorum in filio Dei inexhaustibilis copiositas, siue affluentia, ibi: *De plenitudine.* Secundum est defectibilis humana indigentia, ibi: *Accepimus*, acceptio enim rei non prius habitæ. Tertium est donorum multis communicantia: acceptio enim dicit rei prius non habitæ captionem; ibi: *Omnes accepimus.* Quarto est donorum communicatorum supereminentia, ibi: *Gratiam pro gratia.* Ait ergo: *De plenitudine.* Qualiter autem Iesus Christus non solum fuit plenus gratia et veritate, sed fuit
Chryſ. hom. 13. in Ioan. ante med. tom. 3. ipsa plenitudo, vt præmissum est, Chrysostomus hic, vt dictum est in expositione literæ. Ipse enim omne bonum. Bonum, inquam, non per participationem, sicut fons, et sicut pelagus infinitum supereffundens
Exod. 33. b diuitias suas, ait Chrysostomus, vbi supra: In ipso com
Chryſ. ibid. placuit inhabitare omnem plenitudinem. Fuit enim
Coloſſ. 2. a in eo plenitudo omnipotentiæ, quia ipse virtus sup-
Heb. 1. c portans omnia. De qua plenitudine: Plenitudo eius,
Eph. 1. a quia omnia in omnibus adimplet. Item fuit in eo
Coloſſ. 2. d plenitudo omnis veritatis et sapientiæ: In ipso omnes
Ibidem. thesauri sapientiæ et scientiæ. Et sequitur: In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Item in eo fuit
Isai. 11. a plenitudo omnium charismatum et gratiæ: Requiescet super eum spiritus Domini. Et sequitur: Et implebit eum spiritus timoris Domini: Numquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas? Quod ex-
Iob. 38. c *Greg. Mor. li. 29. c. 16. ante med.* ponit Gregorius, de septem spiritibus in Christo, bene. Sed in nobis omnium dictorum deficientia: Nihil enim habet homo proprium nisi peccatum, et mendacium, ait Augustinus: Quid habes quod non
Aug. tract. 5. in Ioan. circa prin. tom. 9. accepisti? Et ideo ab eo accepimus omnia. Sine ipso nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus vsus expedit. Accepimus ergo omnes ab eo
1. Cor. 4. g virtutem ad subsistendum et operandum: Omnia
Philip. 4. c enim possum in eo qui me confortat. Item accepimus ab eo doctrinam sapientiæ ad cognoscen-
Dent. 33. a dum: Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius. Item accepimus ab eo dona gratiarum, et virtutum ad recte et bene viuendum.
Ioan. 20. f Ipse enim Ioannes ait: Accipite Spiritum sanctũ. Sed

quàm pretiosa dona accepimus, subditur: *Gratiam pro gratia.* Non solum aurum et argentum, nec bona transitoria, quæ non faciunt hominem bonum, sed gratiam gratis datam, scilicet et gratum facientem accepimus ad recte viuendum præsenti, et gratiam finalem et consummatiuam ad bene viuendum in gloria: Exæquabit enim gratiam gratiæ. Et: Gratiam
Zach. 4. c enim, et gloriam dabit Dominus. Et: Omne enim
Pſal. 83. d datum optimum, et omne donum perfectum de sur-
Iacob. 1. c sum est. Et: Ipse namque dabit Spiritum bonum
Luc. 11. b petentibus se. Arguendi sunt ergo, qui non exhauriunt dona de ipsa plenitudine.

Collatio Septima.

Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini. In his verbis quattuor figurantur. Primum est beati Ioannis præcursoris Domini ad Dei verbum, qui est filius Dei, prædicandum, apta idoneitas, ibi: *Vox.* Secundum est eius verbi quem prædicat potestatiua virtuositas, ibi: *Clamantis.* Tertium prædicationis oportuna necessitas, ibi: *In deserto* Quartum est ipsius prædicationis veritas, ibi: *Dirigite viam Domini.* Ait ergo: *Vox.* Vt enim ait Augustinus: Vox sonat, vt possit verbum audiri. Et idem Gregorius hic. Et ideo
Greg. in Euang. ho. 7. ante med. Ioannes vox, quia per eius ministerium, patris verbum ab hominibus auditur. Vox enim est verbi inte-
Aug. tract. 37. in Ioã. ante med. tom. 9. rioris explicatiua siue nunciatiua, et eiusdem ad aures aliorum delatiua, et eorumdem ad audiendum excitatiua, et ipsius verbi in mentes audientium transfusiua. Vt enim ait Augustinus super Ioannem: Verbum, quod est apud te, vt transeat ad me, sonum quasi vehiculum quærit. Assumit ergo sonum, venit ad me, nec recedit a te. Hæc ille. Sed beatus Ioannes prædicando sonuit Christum præcedendo, et ad ipsum audiendum alios excitauit, et ad corda eorum intromisit ministerialiter. Ideo Maximus in sermone de Natiuitate Ioannis: Sicut sermo vocis quodam modo ministerio et vehiculo ad audientem transmittitur, ita Ioannes Christum sonans, vt verbi minister et portitor fuit: Vox clamantis in deserto. Sicut
Isai. 40. a hic. In psalmo: Dabit voci suæ vocem virtutis. Et
Pſal. 67. d hæc: *Vox*, est *Clamantis*, id est, filij Dei: qui fuit clamans dictis, clamans factis, clamans morte, clamans vita, ac descensu scilicet, vt ad eum rediremus, ait
Aug. Confeſſ. lib. 4. c. 11. tom. 1. Augustinus: Fuit enim clamans in prædicatione ad hominum eruditionem: Sapientia foris prædicat. Sequitur: In capite turbarum clamitat. Infra: Clama-
Prou. 1. e bat Iesus, *et cetera.* Item fuit clamans in passione ad
Ibidem. reconciliationem: Cum clamore valido, et lacry-
Ioan. 7. d mis offerens. Item erit clamans in iudicio ad terro-
Heb. 5. b rem: Vociferabitur et clamabit super inimicos, *et cet.*
Iſai. 43. f Et fuit clamans in deserto, per quod corda peccantium signantur. Desertum enim dicitur quasi derelictum, et est vepribus et spinis occupatum, incultum, bestijs inhabitatum, et fructu priuatum, et signat prædicta corda, quæ sunt talia spiritualiter: Terra
Ierem. 9. g exusta quasi desertum. In tali deserto dicitur Deus clamare, ob distantiam eorum a Deo: Cor meum ad
Iſai. 15. e Moab clamabit. Quid autem clamandum est in prædicatione diuina subditur: *Dirigite viã Domini.* Quod exponit Gregorius bene, dicens. Via Domini ad cor
Greg. in Euang. ho. 7. ante med. dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur, vel cum ad præceptum illius vita præparatur. Et signanter ait: *Dirigite viam Domini.* Viæ enim Christi sunt
Greg. Mor. li. 15 c. 25. pax, humilitas, et patientia, ait Gregorius exponens illud: Scientiam viarum tuarum nolumus. Vel viæ
Iob. 21. b Domini sunt innocentia vel pœnitentia, ait Gre-
Greg. Mor. li. 16. c. 24. gorius exponens illud: Nescierunt vias eius. Et hæ sunt dirigendæ, id est, a distorto in rectum rectificandæ,
Iob. 24. c ne fiat declinatio ad dexteram vel ad sinistram: Di-
Prou. 4. d rige semitam pedibus tuis, vt non declines ad dexteram vel ad sinistram.

Collatio Octaua.

ECce *Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* In his verbis duo figurantur. Primum est filij Dei nume rosa virtuositas, ibi: *Ecce Agnus Dei*. Secundum est eius saluifica potestas, ibi: *Tollit peccata mundi*. Quoad primum, est studio imitandus: quoad secundum, est affectu exorandus, et magnificandus. Ait ergo: *Ecce Agnus Dei*. per similitudinem non per proprietatem, Vnde Augustinus: Non solum quæ sunt eiusdem naturæ, dicuntur similia, sed quæ sunt disparis naturæ, sicut filius Dei dici potest agnus, quod non diceretur, nisi eius similitudinem fecisset. In agno est ad matrem intima affectio, et vocis maternæ naturalis agnitio, et ad eius balatum festinatio. Et Isidorus: Agnum quamquam et Græci vocent, ἀπὸ τῆς ἀγνότος, quasi pium: Latini tamen putant habere hoc nomen ab agnoscendo, quia præ ceteris matrem agnoscit, et si errauerit etiam in magno grege agnoscit. Item in agno est materni coloris receptibilitas, vt ait Sapiens: Si fuerint venæ sub lingua eius albæ, facit album: si nigræ, nigrum: si rubeæ rubeum. Item in agno est innocua simplicitas et obediens subijcibilitas, non solum pastori, sed etiam excorianti. Item in agno est cornu ersationis pacifica tranquillitas, et ad sustinendum patiens longanimitas: excorianti vel vellenti resistentiæ vel defensionis immunitas, quia nec capite, nec cornibus impetit, nec dentibus mordet, nec pedibus recalcitrat: nec corpore impellit. Item ad immolandum pro peccatis secundum legem, congrua idoneitas. Item in agno est commoditas et multiplex vtilitas, quia ministrat lac, lanam, et esum, secundum Glossam. Sed in filio Dei prædicta omnia fuerunt virtualiter et spiritualiter: Suam matrem, scilicet synagogam dilexit et agnouit, ad vocem eius de cælo descendit. De qua matre: Filiæ matris meæ pugnauerunt contra me, *et cetera*. Et in similitudinem carnis peccati venit. Item in eo innocua simplicitas. Et sic de alijs. Ille enim signatus est in agno paschali. Et: Emitte agnum. Et: Quasi agnus coram tondente. Et: Quasi agnus mansuetus ductus est. Et: Sanguine agni immaculati. Et istas virtutes eximias in filio Dei demonstrat hoc aduerbium: *Ecce*. Et de hoc Chrysostomus bene. Hoc dixit Ioannes ostendens, quoniam non voce solum, sed oculis testabatur, et non admirabatur Christum, lætans et exultans. Et sic de alijs. Et ideo apud Græcos cum adiectione articuli scribitur, scilicet, ὁ ἀγνός, ad notandam excellentiam eius. Hæc ille. Et hic agnus tollit peccata mundi, scilicet auferendo et delendo et remittendo: ipse enim est verus Deus, de quo: Ego sum qui deleo iniquitates vestras. Et in psalmo: Qui sanat omnes iniquitates. Ipse enim venit, non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per eum. Infra: Item tollit peccata mundi redimendo, et se immolando. Redempti estis pretioso sanguine agni, *et cetera*. Vnde ipse figuratur per duos hircos, quorum vnus debuit immolari pro peccato populi, et alius emitti in solitudinem. Primus fuit figura naturæ humanæ in Christo, secundum quã fuit immolatus et mortuus pro peccatis generis humani. Secundus fuit figura naturæ diuinæ, immortalis et impassibilis: Quasi agnus coram tondente se. Et sequitur: Ipse peccata multorum tulit. Item ipse tulit peccata, pœnas debitas pro peccatis soluendo, et pro eis satisfaciendo: Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Multimoda ergo virtuositas filij Dei, qui fuit agnus, id est, signo figuratus, et mirifica sua pietas, qua dignatus est peccata tollere dictis modis. Et in his est imitandus tam in agendis, quàm in sustinendis a suis membris.

Aug. contra Faustũ. li. 16. c. 15. tom. 6.
Isid. etym. lib. 12. c. 1.
Cant. 1. b
Rom. 8. a
Exod. 12. f
Isa. 16. a
Isai. 53. c
Ierem. 11. d
1. Pet. 1. d
Chryſ. hom. 17. in Ioã. ante med. tom. 3.
Isai. 43. d
Psal. 102. a
Ioan. 3. b
1. Pet. 1. d
Leuit. 16. a
Isa. 53. a
Ibidem.
1. Pet. 2. d

Collatio Nona. De Prædicatore.

ECce vere *Israelita, in quo dolus non est*, et cetera. Vt enim ait Augustinus: Hic Nathanael, de quo loquitur hic, erat peritus et eruditus in lege: et significat spiritualiter doctorem vel prædicatorem. Et secundum hoc, duo figurantur hic requirenda in doctore et quorum primum est diuinæ cognitionis limpiditas, ibi: *Israelita*, id est, videns Deum: Secundum est vitæ innocua simplicitas, ibi: *In quo dolus non est*. Ait ergo: *Vere Israelita*, id est, videns Deum, scilicet fidei inerrabilis claritate: Nunc videmus in speculo et in ænigmate. Item videntes Deum immaculabili cordis puritate: Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Item videns Deum contemplationis limpiditate. de qua: Non videbit me homo et viuet. Quod exponit Gregorius de acumine contemplationis, vbi ait: Nullus Deum spiritualiter videt, qui carnaliter viuit. Primo modo videtur intellectu illuminato. Secundo modo affectu mundato et inflammato. Tertio modo vtroque excessu eleuato, de quo visu: Auditu auris audiui te, nunc oculus meus videt te. Et sic viuens debet esse sine dolo. Vt enim ait Augustinus: Dolus est cum aliud agitur, aliud fingitur: fraus, est simulatio quando aliud in corde tegitur, aliud loquitur, et tamquam duo corda habet. Hæc ille. Est ergo dolus cordis in psalmo: Dolos tota die meditabantur. Et: Interiora eius plena sunt dolo. Et est dolus oris, de quo similiter in psalmo: Labia dolosa in corde, et corde locuti sunt. Item est dolus operis: Ab vno doloso augetur sanguis. Et in psalmo: Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Item est dolus status, siue professionis, quod scilicet professio est alta siue status, et tamen vita imperfecta, tũc est dolus vere: Abominatio est Domino pondus, et põdus statera dolosa non est bona. Et absque omni tali dolo debet esse doctor et prædicator Dei: Rationales sine dolo. Et post: Auferentes omnem malitiam et omnem dolum. Et tales sunt imitatores Christi, de quibus dicitur. Non est inuentus dolus in ore eius.

1. Cor. 13. d
Mat. 5. c
Exod. 33. a
Greg. Mor. li. 18. c. 27. circa med. Iob. vlt. c
Aug. tract. 7. in Ioan. post mediũ. tom. 9.
Psal. 37. c
Eccls. 19. f
Eccls. 21. b
Prou. 20. d
1. Pet. 1. a
Ibidem.
1. Pet. 1. d

Collatio Decima. Thema coram religiosis.

VIdebitis cælum apertum, et Angelos ascendentes et descendentes super filium hominis. In his verbis spiritualiter tria figurantur, quorum primum est sacræ religionis eleuata sublimitas, ibi: *Cælum*. Secundum est religiosorum virtuosa perfectibilitas, ibi: *Angeles*. Tertium est eorumdem debita studiositas, ibi: *Ascendentes et descendentes*: Ait ergo: *Cælum*, per quod religio sacra figuratur cælo assimilata: Cælum enim est corpus nobile, sublime et altissimum, ait Sapiens: Nec respicit impressiones peregrinas, vt ait idem. De his proprietatibus nobilibus Sapiens vbi supra. Et Ambrosius. Et Damascenus. Talis est religio sacra spiritualiter, nobilitate ingenua, eleuata, læta, ornata, et sic de alijs: Gelu de cælo qui genuit? Ibi Gregorius: Cælum est sublimis vita sanctorum. Et: Numquid nosti ordinem cæli, *et cet*. Et: Spiritus Domini ornauit cælos: Cælum mihi sedes est: Et Apostolus: Nostra conuersatio est in cælis. Huius cæli Angeli sunt religiosi veri, vita angelica prædicti. Angelus enim nuncius dicitur, vt ait Augustinus: Qui ergo regnum cælorum et diuina documenta ac eius voluntatem vita et doctrina nunciant, Angeli sunt: de quibus in psalmo: Qui facit Angelos suos spiritus. Vnde et de sacerdote Deo sacrificante: Angelus Domini exercituum est. Istorum Angelorum est ascendere, in contemplationem diuinitatis Iesu Christi, et arcanorum eius, et descendere ad imitationem humilitatis ipsius. Vel ascendentes: arcana diuinitatis considerando et prædicando: descendentes, humana de ipso annunciando, prout Glossa exponit. Vel vt ait Augustinus: Ascendunt ad intelligendum diuinitatem, descendunt, vt inueniant eum factum ex muliere: Vidit scalam, *et cetera*. Et sequitur: Angelos ascendentes et descendentes. Vel ascendentes in suspensiua

Amb. Hexaem. li. 2. c. 4. tom. 1.
Damascen. orth. fid. li. 2. c. 6.
Iob 38. e
Greg. Mor. li. 29. c. 15. ante medium
Ibidem. d
Iob. 26. d
Isai. vlt. a
Philip. 3. b
Aug. de ciuit. Dei. li. 18. c. 35. to. 5. et contra Faust. lib. 16. c. 20. tom. 6.
Psal. 103. d
Malac. 1. d
Aug. cõtra Faustũ lib. 12. c. 26. tom. 6.

Digitized by Google

Gen. 28. e

suspensiua contemplatione, descendentes in negotiosa actione: quia vt ait Augustinus: Triplex est genus vitæ, scilicet, otiosum, actuosum, et ex vtroque compositum. Et sequitur: Nec sic esse quisquam debet otiosus, vt vtilitatem non cogitet proximi: Nec sic actuosus, vt contemplationem non requirat Dei. Hæc ille. Ascendere ergo debent religiosi in contemplatione ad vacandum Deo, et descendere in negotiosa actione ad consulendum proximo, exemplo Moysis, qui aliquando ascendebat ad Deum, aliquando descendebat ad populum. Et exemplo Christi, qui aliquando ascendebat in montem solus orare, aliquando descendebat ad ciuitates prout ait Gregorius, docens qualiter vacandum est contemplationi diuinæ, et qualiter indulgendum est actioni virtuosæ ad aliorum vtilitatem.

Aug. de ciuit. Dei. li. 19. c. 19. tom. 5. Ibidem.

Exod. 19. b

Mat. 14. c

A in hoc secundum. Cana enim zelus interpretatur. Galilæa transmigratio. Et in hoc figuratur, quòd anima, quæ est sponsa Christi, debet transmigrare a vitijs et concupiscentijs, et cupiditatibus, et debet esse zelo diuini amoris feruida: quod figuratum est: Quòd sacerdos debet ducere virginem vxorem, in figura Christi. Ideo de sponsa dicitur: Quæ est illa quæ ascendit, *et cetera*. Vnde Bernardus: Sponsa Dei debet esse pulchra, scilicet de forma iustitiæ, erudita de iudiciorum Dei notitia, tenta desiderio præsentiæ Dei. Et idem: Sponsa Dei debet esse amore calens, deuotione vrgens, opinione redo-

Lev. 21. f

Cant. 3. a

B lens. Et talis sponsa est a Deo dilecta, honorificata, et in gloria magnificanda: Veni de libano sponsa. Sequitur autem: *Soror mea sponsa*. Huius sponsæ nuptialis vestis est charitas: Quo modo huc intrasti non habens vestem nuptialem: Venerunt nuptiæ agni. Et sequitur: Vxor eius præparauit se, *et cetera*. Et de ista sponsa, infra: Qui habet sponsam, sponsus est.

Cant. 4. b

Mat. 22. b

Apoc. 19. a

Ioan. 3. d

CAPVT SECVNDVM.

Collatio Vndecima. In clausiro Monialium.

NVPTIAE *facta sunt in Cana Galilæa*. In his verbis moraliter expositis duo figurantur. Primum est indiuisæ coniunctionis Christi, et animæ fidelis perfectio, ibi: *Nuptiæ factæ sunt*. Secundum est virtutum animæ nubendæ filio Dei figuratio, ibi: *In Cana Galilæa*. Ait ergo: *Nuptiæ factæ sunt*, scilicet redemptoris et animæ fidelis in diuino vnio. Nota tamen quòd sunt quadruplices. Primæ sunt diuinæ naturæ et humanæ in Christo: quæ fuerunt figuratæ in nuptijs Assueri et Hester. Assuerus enim beatus interpretatur, Hester eleuatio vocationis. de quibus Hester: Videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis. Et: Fecit nuptias filio suo. Ibi Gregorius. Deus pater nuptias fecit filio suo, quando hunc in vtero virginis naturæ humanæ copulauit. Item sunt nuptiæ filij Dei incarnati et Ecclesiæ. Infra: Qui habet sponsam, sponsus est. Harum nuptiarum figuræ sunt istæ nuptiæ, de quibus hic, prout exponit Augustinus hic sufficienter in homilia, et in Glossa: Sacramentum hoc magnum est, et Christi et Ecclesiæ, *et cetera*. Item sunt nuptiæ filij Dei, et Ecclesiæ triumphantis: Quando reuertatur a nuptijs. Ibi Gregorius: Ad nuptias abijt, quando multitudinem angelorum nouus homo sibi copulauit: Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Item sunt nuptiæ filij Dei, et animæ fidelis celebratæ in thalamo conscientiæ, quæ merito nuptiæ dicuntur ob iudiuisam vnionem, ob affectuosam dilectionem, ob fecundam generationem, ob communem omnium possessionem, hæc enim inter sponsum et sponsam. Vnde Bernardus: Non est alia connexio inter sponsum et sponsam præter amare et amari: hic nexus uincit, quod natura arctius iunxit, scilicet vinculum parentum ad filios: Propter hoc relinquet homo patrem et matrem. Et ibidem Bernardus: Hæc nomina sponsus et sponsa nomina dulcia sunt, quibus vna hereditas, vna domus, vna mensa, vna caro, omnia communia, et nihil proprium: Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, De his nuptijs: Sponsabo te mihi in fide. Mirifica ergo dignatio filij Dei, quòd dignatus est assumere animam peccatricem, vilem, ignominiosam, fædam, deformem, sanctificando eam, vt sit ei sponsa. In figura: Sume tibi vxorem fornicationum, *et cetera*. Et magnifica exaltatio animæ fidelis, quòd filio Dei desponsatur: quam exaltationem insinuat Apostolus: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Qualis autem debet esse sponsa Christo nupta, figuratur cum dicitur: *In Cana Galilæa*. Et

Hester. 1. b

Cant. 4. c

Mat. 22. a

Greg. in Evang. hom. 38. ante medium.

Ioan. 3. d

Aug. tract. 2. in Ioan. ante med. tom. 9.

Eph. 5. g

Luc. 12. c

Greg. in Evang. hom. 13. ante medium.

Apoc. 19. b

Bern. super cant. serm. 83. ante medium.

Gen. 2. d

Bern. serm. 7. in Cant. ante med.

Cant. 6. b

Osea. 3. a

Osea. 1. f

2. Cor. 11. d

Collatio Duodecima.

C OMnis homo *primo bonum vinum ponit*, et cetera. Quoniam Glossa exponit istud de homine carnali, nec non et Hugo illud exponens, vbi ait: Amor mundi in principio dulcis esse videtur, sed finem habet amarum. Ideo ait: *Cum inebriati fuerint*, et cetera. Amor vero Dei e contrario, vt ait ibi. Ideo exponendo istud moraliter et dicto modo, quattuor figurantur, quorum primum est, hominis terreni fluxa carnalitas, ibi: *Omnis homo*. Secundum est ipsius voluptatis apparens, et phantastica suauitas, ibi: *Bonum vinum*. Tertium est voluptuosorum et bibitorum tali voluptate subuertens fatuitas, ibi: *Cum inebriati*.

Hugo de arca Noe. lib. 1. c. 2. in princ.

D Quartum subsequens amaricabilitas, ibi: *Tunc id quòd deterius*. Sic enim est processus voluptuosorum, et voluptatis, vt patet consideranti. Ait ergo: *Omnis homo*. id est carnalis, ait Glossa. Vnde signanter ait: *Omnis homo*, id est, homo de humo totus, et sic viuens, et in peccato conceptus spiritualiter, de quo: Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: Conceptus est homo. Ibi Gregorius: Homo dicitur tripliciter, scilicet per naturam: Faciamus hominem. Et per infirmitatem: Maledictus homo qui confidit in homine. Et per culpam homo dicitur in psalmo: Sicut homines moriemini. Et: Cum

Iacob. 1. b

Iob. 3. a

Greg. Mor. lib. 4. c. 15.

Gen. 1. d

Ierem. 17. a

Psal. 81. b

E sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis: Et sic sumitur hic. Et in psalmo: Filij hominum vsquequo graui corde? Et talis ponit bonum vinum, non secundum rem, sed secundum apparentiam, nec secundum rectum iudicium et rationem, sed secundum peruersum sensualitatis appetitum dicitur bonum. Talis enim est de numero ipsorum, qui dicunt malum bonum. Et nota quod est vinum tale multiplex. Est enim vinum carnalis delectationis: Meliora sunt vbera tua vino. Ibi Bernardus. Per vinum carnalia desideria signantur, siue sit delectatio carnalis in-

1. Cor. 3. c

Psal. 4. a

Cant. 1. a

Bern. serm. 25. in cant. ante med.

F guſtu, de quo dicitur: Cui væ, *et cetera*. Et sequitur: Nonne his, qui morantur in vino? siue sit carnalis delectatio in tactu: Ne alterceris cum illa in vino, id est, cum mala muliere: Luxuriosa res est vinum. Et est vinum infatuantis prosperitatis. Seneca: Felicitas est res inquieta, vt vinum ipsa exagitat, mouet cerebrum, non vno genere hos inflat, hos mollit, at aliquis illam fert quomodo vinum. Hæc ille: Quasi homo madidus a vino. Item est vinum seducentis erroris, prout ait Augustinus, quod vinū erroris propinatur in verbis poetarū, de quo: Quo modo vinum potantem decipit, sic vir superbus, *et cet*. Et omne tale vinum inebriat potantem. Et sicut vinum non modice sumptum rationē perturbat, memoriā eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, ad ignoran-

Prou. 23. f

Eccli. 9. b

Prou. 20. a

Senec. epist. 36. prope princ.

Ierem. 23. c

Augustin. 1. Confess. lib. 1. c. 16. t. 2.

Abac. 2. b

Digitized by Google

tiã perducit, vt Boetius ait de disciplina scholarium, sic quodlibet vinum prædictum inebriat potantem: *Isai. 5. d* Viri fortes ad miscendã ebrietatem. Ibi Hieronymus: *Hieron. cõmẽt. in Isa. lib. 2. c. 5. tom. 4.* Omnis perturbatio potest ebrietas appellari, quæ accipitur de vino furoris draconum. Et sicut ebrietas a vino naturali est volũtaria insania, vt ait Seneca, *Senec. epist. 83. post medium.* sic a prędictis vinis ebrietas potest dici insania: Fornicatio enim et ebrietas auferunt cor. In psalmo: Turbati sunt et moti sicut ebrius: Væ coronæ superbiæ ebrijs Effraim. Et eodem: Sacerdos et Propheta nescierunt præ ebrietate, *et cet.* Et ex hoc patet tertium. Et sic in- *Oseæ. 4. c* ebriatis apponetur quod deterius est, id est amarius: *Psal. 106. c* quia amaritudo sequitur amorem carnalem, secundũ *Isai. 28. a* Hugonem: Risus dolore miscebitur, et extrema gaudij luctus occupat. Et: Ne intuearis vinum, quando *Hugo de arca Noë. lib. 1. c. 1.* flauescit, *et cet.* Et sequitur: Ingreditur blãde, et in fine *Prou. 14. b* mordebit vt coluber. Et ideo tales dicuntur inebriari *Prou. 23. d* absynthio: Inebriat me absynthio, id est, amore sæ- *Ibidem.* culi vel mũdi, quo quisquis est ebrius, amaritudinem *Thren. 3. a* laboris, quem tolerat, ignorat, ait Gregorius exponens *Greg. Mor. lib. 7. c. 8. post mediũ.* illud: Nocet enim empta dolore voluptas, ait Horatius, *et cetera.*

Collatio Decimatertia.

TV autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Quoniam dictum est de vino sumpto in mala significatione, ideo hic de vino sumpto in bona. Et secundum hoc tria hic figurantur: quorum primũ est celebrantis nuptias spirituales, siue conuiuium dignitas, ibi: *Tu.* Secundum est vini appositi pretiositas, ibi: *Bonum vinum.* Tertium est in prouidendo recta ordinabilitas, ibi: *Seruasti vsque adhuc.* Ait ergo: *Tu*, in quo filius Dei figuratur: ipse enim per sponsum hic signa- *Aug. tract. 9. in Ioan. ante mediũ tom. 9.* tur, secundum Augustinum. Ipse enim est sponsus qui celebrauit nuptias, de quibus in priori collatione: et de quo infra: Qui habet sponsam sponsus est. Ipse *Ioan. 3. d* enim est qui fecit cenam magnam et vocauit multos. *Luc. 14. c* Et: Beati qui ad cenam nuptiarum agni sunt vocati. *Apoc. 19. a* Et iste sponsus posuit bonum vinum, in quo notatur *Aug. tract. 9. in Ioan. ante med. tom. 9.* secundum. Vt enim ait Augustinus: Omnis prophetia Christo intellecto vinum est, et sapit, quod non sapiebat, et inebriat, quod non inebriabat. Item ait *Ibid. ante multa.* ibidem: quod bonum vinum est, Euangelium Christi. Et recte dicitur vinum, quod est liquor purus, sa- *Ioan. 15. a* pidus, clarus, salubris, virtuosus, manans de vite, vt *Gen. 40. b* patet ad sensum. Sed Christus est vitis: Ego sum vitis, *Ibidem.* a qua emanauit Euangelium. Et de hoc in figura bene. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines. Et sequitur: Tuli ergo vuas, et expressi in calicem, *et cet.* Per vitem Iesus Christus, per tres propagines, tres naturæ in ipso, scilicet natura Diuinitatis, et anima rationalis, et natura corporalis: quæ sunt *Luc. 14. c* tria fata, quæ miscuit mulier, id est, sapientia diuina, vt exponit Bernardus ibi. Per vuas suauia dicta et facta Saluatoris, ex quibus est collectum sacrum Euangelium. Et vere istud est bonum vinum. Vt enim ait Seneca: Bonum vini est sapor: sed nihil est sapidius Euangelio, homini spirituali habẽti sanum palatum, *Psal. 118. a* vt ait Propheta: Quàm dulcia faucibus meis eloquia *Prou. 16. c* tua: Fauus enim mellis verba composita: Vere enim *Eccl. 31. f* vinum istud in iucunditate creatum. Item bonum dicitur vinum ob vitis generositatem, et ob soli in quo est cælicam irrorationem, ob temperatam maturitatem, ob temporaneam collectionem, ob omnis impuritatis segregationem, ob vasis in quo reponitur sinceritatem et odoriferam virtutem et integritatem, et ob sufficientem defæcationem, vt patet sensibiliter. Et quia tale est Euangelium a vite, quæ est Christus emanans, et ab ipso qui est sol iustitiæ maturatum, et sic de alijs, vt patet consideranti. Ideo merito dicitur bonum vinum, quod posuit Christus in *Prou. 9. a* sua mensa: Bibite vinum quod miscui vobis, scilicet *Cant. 8. c* cum omnibus odoriferis speciebus sapientiæ: Dabo A tibi potum ex vino condito. Et istud vinum est germinans virgines, et inebriat auertens ab omni amo- *Zach. 9. b* re carnali: Bibite et inebriamini, *et cetera.* Et licet *Cant. 5. a* istud fuerit bonum vinum, nihilominus filius Dei proponit, siue mittit alia vina, quasi excellentia. Vinum enim lachrymæ sunt pœnitentium, ait Ber- *Bern. serm. 3. in Epiph. in fine.* nardus, de quo in psalmo: Potasti nos vino compunctionis. Item vinum et charitas, vt ait Bernardus: *Psal. 59. a* Bibi vinum meum cum lacte meo. Item vinum dul- *Bern. super cant. serm. 54. prope finem.* cedo deuotionis, quod bibitur in oratione, vt ait Bernardus: Guttur tuum sicut vinum optimum. Item est vinum corruptionis, vt ait Hieronymus, de quo: B Infudit vinum et oleum. Per vinum enim mundan- *Luc. 10. g* tur putrida, per oleum fouentur sananda, vt ait Gre- *Cant. 5. a* gorius, illud exponens: vbi ait, quòd per vinum si- *Bern. serm. 18. in cant. post mediũ.* gnatur seueritas correptionis. Istud bonum vinum quod est Euangelium seruauit Iesus vsque nunc, id est, vsque ad finem mundi. Primo enim dedit legem *Cant. 7. g* et prophetias. Supra: Lex per Moysen data est, quam *Greg. Mor. lib. 20. c. 1. ante med.* non potuerunt implere, et sic confitentes, scilicet impotentiam et humiles facti, acceperunt gratiam et veritatem per Iesum Christum. Supra. Vt ait ibi Au- *Ioan. 1. b* gustinus. Vbi etiam ait: Confitentur ægroti, venit *Ioan. 1. a* medicus et sanauit deferens gratiam et Euangelij ve- *Aug. tract. 3. in Ioan. ante med. tom. 9.* C ritatem: quod Euangelium est vinum, de quo: Comede in lætitia panem tuum, et bibe in gaudio vinum tuum.

Collatio Decimaquarta.

NOlite facere domum patris mei, domum negotiationis. In his verbis duo insinuantur, quorum primum est Ecclesiæ Dei, vel sanctæ animæ diuinis vsibus mancipatio, et eiusdem Deo dedicatio, ibi: *Domum patris mei.* Secundum est assignationis illius ad alios vsus districta prohibitio, ibi: *Nolite facere domum ne-* D *gotiationis.* Ait ergo: *Domum patris mei*, qualis est sancta Ecclesia, scilicet ab omnibus vsibus humanis euacuata, ab inferiori potestate exempta, soli Deo dedicata, diuino cultui et sacris ministerijs deputata: *Gen. 28. d* Non est hic aliud nisi domus Dei, et porta cæli. Ideo *Mat. 21. f* dicitur domus orationis. Et hæc est domus glorio- *Isai. 60. b* sa maiestate: Domum maiestatis meæ glorificabo. Item *Ezec. 43. a* hæc domus sancta et munda puritate. Ista est lex do- mus in summitate montis, omnis finis eius, in cir- *Psal. 92. b* cuitu sanctum sanctorum erit. Et in psalmo: Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum. Item hæc domus magna amplitudine: Quàm *Baruch. 3. g* magna domus est, domus Dei. Item hæc domus E decora speciositate. In psalmo: Domine dilexi de- corem domus tuæ. Hanc prohibet filius Dei facere *Psal. 25. b* domum negotiationis, vt dicitur hic, et apud Lu- *Luc. 19. a* cam. Super quod Gregorius: Dum sacrorum ordi- *Greg. in Euang. hom. 39. circa medium.* num locum accipiunt, sanctæ religionis officium in commercium terrenæ negotiationis vertunt. Vendentes in templo sunt, qui hoc quod quibusdam competit ad præmium largiuntur. Iustitiam vende- re est, hanc pro præmij acceptione seruare. Hæc ille. *1. Tim. 2. d* Vbi bene de hoc. Ideo dicitur: Nemo militans Deo implicat se sæcularibus negotijs. Et Hieronymus: *Hieron. ep. 2. ad Nepot. ante med. tom. 1.* Negotiatorem clericum quasi quamdam pestem fu- F ge. Et ibi de hoc. Huius autem negotiationis par- tes hic signantur. Per enim vendentes oues, quæ *Mat. 7. b* sunt animalia simplicia, signantur simulantes sanctitatem: Qui veniunt in vestimentis ouium, et intus sunt lupi rapaces. Per vendentes boues, qui sunt animalia laboriosa, figurantur prædicantes pro quæstu, vel pro temporalibus. Per vendentes columbas, figurantur vendentes dona Spiritus sancti. Per *Aug. tract. 10. in Ioan. ante med. tom. 9.* mensas nummulariorum figurantur vendentes iustitiam pro pecunia. Et de his Augustinus hic. Et *Greg. super Euang. hom. 4. post medium.* Gregorius exponens istud, quòd columbas vendere est impositionem manus, qua Spiritus sanctus accipitur, non ad vitæ meritum, sed ad præmium dare.

Digitized by Google

dare. Et ibidem distinguit, quòd est triplex munus, scilicet a manu, vt pecunia, a lingua, vt fauor et munus, ab obsequio, sicut subiectio indebite impensa, pro quibus fit prædicta venditio in multis. Et ibi bene de hoc. *Isa. 33. c* Propter quod dicitur: Excutit manus ab omni munere. Et ideo vendentes dictis modis merito eiecit Dominus de templo. *Mat. 10. a* Ait enim Christus: Gratis accepistis, gratis date. *Greg. super Euāg. hom. 39. circa medium.* Exponit autem Gregorius istud, de templo conscientiæ, vbi ait: Templum Dei est mens atque conscientia fidelium, quæ si cogitationes in læsionem proximi profert, quasi in spelunca latronum residet, nec est domus orationis sed spelunca, quādo relicta innocentia et simplicitate sanctitatis illud conatur agere, vnde valeat proximis nocere. Hæc ille. Sancta ergo Ecclesia et sancta conscientia prædicti vendentes et ementes sunt eijciendi.

CAPVT TERTIVM.

Collatio Decimaquinta.

NIsi quis fuerit natus denuo, non potest videre regnum Dei. In his verbis tria insinuantur: quorum primum est spiritualis regenerationis specifica qualitas, ibi: *Natus denuo.* Secundum est huius indicta necessitas, ibi: *Nisi.* Tertium eiusdem finalis fructuositas, ibi: *Videre regnum Dei.* Ait ergo: *Nisi quis natus fuerit denuo*, id est, iterato secundum Glossam, scilicet: *Ex aqua et Spiritu sancto*, infra eodem. Vel: *Chrys. hom. 23. in Ioā. post mediū. tom. 3.* *denuo*, id est desuper, ait Chrysostomus. Vnde nota quòd est natiuitas multiplex: est enim vna carnalis et calamitosa, quia cum pœna et cum originali culpa: Pereat dies in qua natus sum. Et: Maledicta dies, *Iob. 3. a* in qua natus sum. Item est alia vilis et vitiosa, quia *Ierem. 20. b* cum culpa actuali, qua nascuntur peccatores ex dia- *Ioan. 8. c* bolo. Vnde infra de talibus: Vos ex patre diabolo estis, scilicet imitatione, ait Ambrosius: Qui peccat, *1. Ioan. 3. b* ex Diabolo: Si nati fueritis in maledictione nasce- *Eccli. 41. f* mini. Item est natiuitas spiritualis et gratiosa, sicut sacramento baptismali ab originalibus peccatis, de quo hic: siue gratia pœnitentiali ab actualibus et *1. Cor. 4. c* verbo fidei: Ego per Euangelium vos genui. Et: *1. Ioan. 4. d* Omnis qui facit iustitiam ex Deo natus est, Et: *1. Pet. 1. e* Renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili. Item est natiuitas cælestis et glorioſa, non solum a culpa et concupiscentia, sed ab omni corruptela: *Mat. 10. b* In regeneratione cum sederit filius hominis. De tertia loquitur hic, qua natiuitate nasci est sublimitate *Ioan. 1. b* dignissimum. Supra: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Super quod Gregorius: Quid hac potestate altius, quid hac altitudine sublimius dici potest? in *1. Ioan. 4. d* qua creatus quisque efficitur filius creatoris: Omnis enim qui diligit, ex Deo natus est: Item ista natiuitate nasci, est sinceritate purissimum, quia non est ex *Ioan. 1. b* sanguinibus, sed ex Deo, vt dicitur supra. Vnde Au- *Aug. tract. 11. in Ioan. ante mediū tom. 9.* gustinus hic: Duæ sunt natiuitates, vna ex carne, altera ex spiritu: vna de morte, alia de Trinitate: vna de masculo et femina, alia ex Deo et Ecclesia. Infra eodem: Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Item *1. Ioan. 5. c* ista natiuitate nasci est virtute potentissimum: Om- *Rom. 8. f* ne quod natum est ex Deo vincit mundum. Item sic nasci est vtilitate fructuosissimum. Hoc enim est regnum cælorum hereditare. Si enim filij et heredes. Et ex his patet secundum, scilicet huius natiuitatis necessitas, quia sine hac homo manet caro. In- *2. Cor. 15. a* fra eodem: Quod natum est ex carne, caro est. Sed caro et sanguis regnum Dei non possidebunt. Similiter ex his patet tertium, scilicet huius natiuitatis fructuositas, quæ est videre regnum Dei, id est, Ie- *Luc. 17. d* sum Christum cognoscere, secundum Glossam: Regnum Dei intra vos est. Vel videre regnum Dei, fa- *Mat. 13. c* cræ scripturæ mysteria cognoscere: Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua et vetera. Vel regnum Dei est æterna beatitudo: Simile est regnum cælo- *Mat. 25. a* rum decem virginibus, *et cetera.* Et sequitur: Venite benedicti patris mei. Magna ergo nobilitas sic *Ibidem. f* nasci, et magna sapientia in ipsa natiuitate perseuerare, et magna felicitas eius fructum, scilicet regnum cælorum videre et obtinere.

Collatio Decimasexta.

NEmo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit. Hic tria signantur: quorum primum est mirifica filij Dei humilitas in sua incarnatione, ibi: *De cælo descendit.* Secundum est magnifica sua sublimitas in sua ascensione, ibi: *Ascendit in cælum.* Tertium est sua mansiua maiestas in æternitate, ibi: *Qui est de cælo.* Ait ergo: *De cælo descendit.* Vt enim ait Augustinus: Secundum quòd Deus non descendit, cum vbique sit præsens, sed secundum quòd homo, vt dicitur hic: Ipse enim descendit obedienter. Infra: Descendi de cælo, non vt facerem voluntatem meam, sed voluntatem patris mei. Item descendit beneficienter, quia cum omnibus bonis: Venerunt mihi pariter omnia bona cum illa. De quo *Aug. tract. 12. in Ioan. circa med. tom. 9.* *Sap. 7. b* descensu in psalmo: Descendit sicut pluuia in vellus. *Psal. 71. d* Item descendit potenter siue virtualiter: Descendi- *Isa. 64. a* sti, a facie tua defluxerunt. Et iste descensus fuit merito desiderabilis: Vtinam disrumperes cælos *Isai. 64. a* et descenderes. Et quoniam sic descendit, ideo me- *Eph. 4. b* rito ascendit: Qui descendit, ipse est qui ascendit. Ascendit inquam in altum siue sublimiter. In psalmo: Qui ascendit super cælum cæli ad Orientem. *Psal. 67. g* Item ipse ascendit victorioſe, siue triumphaliter, scilicet hostibus deuictis, et populis liberatis. In psalmo: Ascendens in altum captiuam, *et cetera.* *Eph. 4. b* Item ipse ascendit glorioſe et imperialiter, ascendit vsque ad thronum paternum. In psalmo: Ascendit *Psal. 46. a* Deus in iubilo. Et: Ascensor cæli auxiliator eius. *Deut. 33. d* Infra: Ascendo ad patrem meum, *et cetera.* Et licet *Ioan. 20. d* sic descenderit et ascenderit, ipse tamen est in cælo æternaliter, inuariabiliter, indefectibiliter. Ipse enim est vnigenitus in sinu patris. Infra: Antequam *Ioan. 8. g* fieret Abraam, ego sum: Ipse enim est qui est. *Exod. 3. d*

Collatio Decimaseptima.

SIc Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis, et cetera. Quoniam quattuor gratificant donum, id est, gratum reddunt, scilicet dantis maiestas, donationis gratuitas, doni pretiosiſtas, finalis vtilitatis commoditas. Ideo hæc quattuor signantur hic, quorum primum, ibi: *Deus.* Secundum, ibi: *Dilexit vt daret.* Tertium, ibi: *Filium suum.* Quartum, ibi: *Vt omnis qui credit.* Ait ergo: *Deus.* Et in hoc dantis maiestas: Deus, inquam, qui est maiestate summus, nullius rei indigus, nullius retributionis receptiuus: ipse enim qui dedit, non enim indiget bo- *Psal. 15. a* norum nostrorum, ait Propheta, nec recipit retributionem: Quid enim confers ei, si immaculata erit via *Iob 22. c* tua? quasi diceret: nihil. Et quia talis dat, ideo munifica largitas: Ipse est diues in omnes. Et talis dilexit vt *Rom. 10. b* daret. Et in hoc donationis gratuitas, ipse enim diligit gratanter absque meritis: Diligam eos spontanee. *Osea. vlt. b* Item diligit beneficienter, veris bonis ditando, et a veris malis eripiendo. Deus enim diligit effectu, non affectu, ait Bernardus: In dilectione et indulgentia *Isa. 63. c* sua redemit eos. Item diligit longanimiter et patienter mala nostra sustinendo: In charitate perpetua di- *Ierem. 31. a* lexi te. Sed quid dedit? subditur: *Filium suum.* Et in hoc dati, siue doni pretiosiſtas: quia enim erat filius, ideo amoris intimitas: quia erat suus, scilicet naturalis non adoptiuus, ideo proprietas: quia erat vnigenitus, ideo singularitas, hæc enim inducũt admirationẽ istius doni: Nõ enim dedit seruũ vel angelũ, sed filiũ.

Chryſ. hom. 26. in Ioã. ante mediũ tom. 3. ait Chryſoſtomus: Qui proprio filio non pepercit. Et talem filium dedit pro inimicis et ad mortem. Commendat Deus charitatem in nobis, quoniam cũ peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Et talem filium dedit non propter commodum *Rom. 8. b* ſuum vel filij, ſed: *Rom. 5. e* *Vt omnis qui credit non pereat.* Et in *Ioan. 15. f* hoc quartum, ſcilicet dati finalis vtilitas: Maiorem enim dilectionem nemo habuit, quàm vt animam *Eccl. 39. b* ſuam ponat quis pro amicis ſuis: Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris. dedit enim animam ſuam pro te. Magna ergo vtilitas fidei, quæ meretur ſic ſaluari a Chriſto. Supra eodem: *Oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat.*

Collatio decima octaua earum ſcholaribus.

Amicus ſponſi qui ſtat et audit illum, et cet. In his verbis quattuor inſinuantur, quæ debent eſſe in homine ſtudioſo: quorum primum eſt diuini amoris inuiolabilis veritas, ſiue fidelitas, ibi: *Amicus.* Secundum eſt, in iuſtitia immutabilis ſoliditas, ibi: *Stat.* Tertium eſt diuinæ doctrinæ intima ſuſceptibilitas, ibi: *Audit.* Quartum eſt ex ipſa doctrina diuina affectuoſa iucunditas, ibi: *Gaudio gaudet ſuper vocem.* Ait ergo: *Amicus ſponſi.* Vt enim ait Tullius de amicitia *Cicero de Amicitia. ante. med.* et Auguſtinus, ſumens ab eo: Amicitia eſt rerum humanarum, et diuinarum cum beneuolentia et charitate conſenſio. Ille ergo eſt amicus ſponſi, qui in omnibus ei conſentit. Vnde Hieronymus: Eadem velle, *Aug. Epiſt. 155. ad Marcian. ante med. tom. 2.* et eadem nolle, firmiſſima amicitia eſt. Et talis debet eſſe omnis, qui vult auditor eſſe ſponſi, vel diuinæ ſa- *Hieronym. Apolog. aduerſ. Ruffin. lib. 3. ante med. tom. 2.* pientiæ: tali enim illam reuelat: Annunciat de ea amico ſuo. Et non ſolum hoc, ſed debet ſtare. Vt enim *Iob. 37. a* ait Auguſt. Stare, eſt in gratia permanere eius quam *Aug. tract. 14. in Ioan. paul. a prin cip. tom. 9.* accepit: quia inquit humilis, vide ſtantem ſolido. Hæc ille. Talis debet eſſe auditor ſponſi: Sta et conſidera mirabilia Dei, ſcilicet in myſterijs diuinæ incarnationis, in ſcripturæ arcanis, et in cęleſtibus ſecretis. *Iob. 37. c* Et non ſolum: ſed debet audire, non auditu exteriori *Ioan. 8. d* ſed interiori. Infra: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. *Aug. tract. 19. in Ioan. ante med. tom. 9.* Audire enim vere eſt perfecte obedire. Vnde Auguſtinus: Quid enim eſt, qui audiũt? Nihil aliud eſt quàm *Luc. 11. d* qui obaudiunt: Beati qui audiunt verbum Dei, et *Pſal. 67. d* cuſtodiũt illud. Et non ſolũ debet talis audire intelle- *Cant. 2. d* ctu, ſed gaudere ex auditis in affectu. Ideo ait: *Gaudet* *Apoc. 4. a* *ad vocem ſponſi.* Vox enim ſponſi eſt eloquia ſacrę ſcri- *Ierem. 15. c* pturæ, de qua in pſalmo: Dabit voci ſuæ vocem vir- *Ibidem.* tutis. Et: Sonet vox tua in auribus meis. Et: Et vox prima quam audiui, *et cetera.* Ad quam vocem debet gaudere ſedulus auditor: Inuenti ſunt ſermones tui, et comedi illos. Et ſequitur: Factum eſt mihi verbum in gaudium et in lætitiam. Sermones Dei comedere, eſt auditu interiori illos audire et incorporare.

Collatio Decimanona de beato Franciſco.

In hoc gaudium meum impletum eſt illum oportet creſcere me autem minui. In his verbis moraliter expoſitis de beato Franciſco, quattuor figurantur: quorum primum eſt, vitæ humanæ veteris in ipſo omnimoda abnegatio, ibi: *Me minui.* Secundum eſt diuinæ vitæ in ipſo et per ipſum dilatatio, ſiue extenſio, ibi: *Illum creſcere.* Tertium vtriuſque congrua ratio, ibi: *Oportet.* Quartum eſt ex prædictis, id eſt, ex veteris vitæ extinctione, et ex vitæ diuinæ incremento et dilatatione interna exultatio, ibi: *In hoc gaudium meum impletum eſt.* Iſta fuerunt euidenter in præfato ſancto, ſcilicet vetus vita quaſi extincta, et vita diuina in eo ſuperinducta et dilatata. Et ex his ſua exultatio continua. Ait ergo: *Me minui oportet.* Oportunitate debitæ congruitatis et rectæ ordinationis, vt vita Dei in ipſo *Aug. tract. 14. in Ioã. ante med. tom. 9.* creſceret. Vt enim ait Auguſtinus: Creſcat in nobis gloria Dei et minoretur noſtra. Sic fuit in præfato ſancto: ipſe enim fuit minoratus abdicatione omnis

A mundanæ cupiditatis, exterius proijcientis, teſtrictione, et caſtigatione omnis voluptatis carnalis, inferius effundentis, ſubiectione voluntatis excellentius ambientis, humiliatione cordis interius ſe paruificantis et modificãtis. Prędictis enim modis eſt mor bidum crementũ, et quaſi hydropicũ, et abdicatione taliũ eſt virtuoſa minoratio, quæ conſulitur: Precare *Eccli. 17. g* Deum et minue offendicula. Vere enim offendicula ſunt cupiditas mundialis, quæ proijcit exterius. De *Eccl. 10. b* auaro: Proiecit intima ſua. Et voluptas quæ effundit inferius: Effuſus es ſicut aqua, non creſcas. Et ambitio *Gen. 49. a* excellentiæ ſæcularis, quæ protendit ſuperius per ſu-
B perbiam: Qui currit aduerſus Deum extẽto collo. Et *Iob. 23. e* arrogantia cordis, quæ tumeſcere facit interius: Vterus tuus diſrumpatur. Et hæc omnia offendicula *Num. 5. a* ſunt minorãda, quæ præfatus ſanctus ſumme minorauit, immo abdicauit, ſe macerando in carne, et humiliando et paruificando in corde. Et ſic de alijs, vt de illo verificetur illud: Minimus erit in mille, et *Iſai. 60. d* paruulus in gentem fortiſſimam. Et ſimiliter de ſeipſo verificatur illud: Quicumque humiliauerit ſe *Mat. 18. b* ſicut paruulus iſte, *et cetera.* Ipſe enim poteſt ſignificari per quodlibet de minimis terræ, vt patet conſideranti, de quibus: Quattuor ſunt minima terræ, et
C illa ſunt ſapientiora ſapientibus. Per formicam ratione prouidentiæ in futurum. Per lepuſculum, ratione *Prou. 30. d* vehementiæ diuini timoris. Per ſtellionem qui manibus nititur, prout dicitur ibi. Et vt ait Gregorius, *Greg. Mor. lib. 6. c. 5. poſt mediũ.* exponens illud: Ratione virtuoſæ operationis. Et per locuſtam quæ ſaltat, ratione ſuſpenſiuæ contemplationis. Et ſic fuit minoratus iſte ſanctus, vt vita Dei in ipſo creſceret, et gloria, et per ipſum in alijs. Vita enim humana fuit in eo minuta et quaſi extincta. Et vita diuina fuit viuificatus: vt de ipſo verificetur illud: Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Chri- *Gal. 2. b* ſtus: Qualiter autem vixit vita Ieſu Chriſti, patet in
D ſerie vitæ ſuæ: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce *Gal. vlt. d* Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et ſequitur: *Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* et cetera. Et in hoc patet ſecundum. Et hoc fuit congruum. Ideo ait: *Oportet.* Non enim poteſt vita Dei creſcere in homine, niſi vita humana vetus decreſcat. Vnde Auguſti- *Aug. tract. 14. in Ioan. paulo a prin. to. 9.* nus: Deus qui perfectus eſt in te creſcat. Quanto enim magis Deum intelligis, et quanto magis capis, tanto uidetur in te creſcere Deus. Et ponit exemplum de luce. Quando enim oculi curantur, et incipit uidere, paululum lucis uidet, et alia die amplius, et tunc uidetur lux creſcere. Sic interior homo
E proficit in Deo, et Deus in illo uidetur creſcere. Ipſe minuitur, ut a gloria ſua decidat, et in gloriam Dei ſurgat. Hæc ille. Ideo dicitur: Deponentes uos *Eph. 5. a* ſecundum priſtinam conuerſationem, *et cetera.* Induite nouum hominẽ. Et: Expoliantes ueterẽ homi- *Coloſſ. 3. f* nem et induentes nouum. Vere ergo ait, *Oportet minui*, uita humana, ut creſcat diuina: ſicut fuit in iſto ſancto. De qua minoratione ſuæ humanç uitæ et gloriæ, et de quo cremento uitæ diuinæ in eo, fuit eius gaudium impletum. De nullo aliquid gaudebat niſi in illis, propter quod ut dictum eſt de illo uerificatur illud: Mihi abſit gloriari niſi in cruce *Gal. vlt. b*
F Domini, *et cetera.* Inde eſt gaudium cuiuslibet, unde eſt gloria. Et de eo uerificatur illud: Ego in *Abac. vlt. a* Domino gaudebo et exultabo in Deo Ieſu meo. Ad imitationem huius ſancti eius ſequaces debent minuere in ſe uitam ueterem, et illam expoliare, et induere nouum hominem et uitam nouam, ut non appareat in eis niſi uita diuina. Et in eis uerificetur illud:

Dij ſimiles hominibus deſcenderunt ad nos, *Act. 14. b*
et cetera.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

Collatio Vigesima.

IESVS *fatigatus ex itinere sedebat super fontem*, et cetera. Quamuis admiranda filij Dei dignatio sit magis stupenda, quàm verbis exprimenda: tamen in his verbis duo insinuantur. Quorum primum est dignatiui laboris assumpti magnitudo, siue immensitas, ibi: *Fatigatus ex itinere*. Secundum est loci quietis specifica qualitas: *Super fontem*. Ait ergo: *Iesus fatigatus*. Quid admirabilius, quàm quòd ille, qui in principio erat verbum, et per quem omnia facta sunt, et qui virtus supportans omnia: dignatus est tamen sic laborare, et sic fatigari? Vnde Augustinus: Non fruſtra fatigatur virtus, non fruſtra fatigatur Iesus. Et sequitur. Iesus fortis, quia in principio verbum: infirmitas Christi te recreauit, fortitudo Christi te creauit. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et nota quòd in hoc, quod ait: *Fatigatus*, implicantur multa, quæ denotant vehementiam laboris, nam et in hoc notatur laboris grauitas, item et laboris diuturnitas, quia nec leuis labor, nec breuis fatigat. Item implicatur adiutorij, vel necturæ voluntas: non enim subiugalibus, ideſt, equis vtebatur, ait Chrysostomus. Item implicatur ieiunij prolixitas, et æstus feruor, siue ariditas. Erat enim hora sexta, vt dicitur hic. Ex quibus patet laboris vehementia. Vnde Chrysostomus, vbi supra. Humidam, ideſt, mollem semper abijciens vitam, et laboriosam inducens erat. Non enim subiugalibus vtitur, sed ita valide incedit, vt fatigetur ex itinere. Et hoc vbique erudiens hominem operatorem esse, et non superflua petere, et non multis indigere. Ita a superfluis vult nos alienos esse, vt et ipsorum necessariorum multa abscindamus. Hæc ille. Mira ergo dignatio filij Dei, dignantis sic laborare: *Ex itinere*, ideſt, carne assumpta, quæ fuit iter eius secundum Augustinum, vbi supra: Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Et in Psalmo: In laboribus a iuuentute mea. Et subditur secundum, scilicet loci ad quiescendum impręparabilitas, ibi: *Sedebat super fontem*, et sic super terram nudam: sibi enim sedenti post laborem erat ornatorum deficientia, deliciarum carentia, consolantium, vel ministrantium nulla comitiua, solus enim sedebat. Vnde Chrysostomus: Sedebat non in throno, non in puluinari, sed simpliciter contingebat, scilicet terram, requiescens fouebat corpus, et apud fontem refrigerabat, non solum laboriosum, sed intumidum se ostendit, non in laborando, neque in sedendo in via solus, sed in eo, quòd solus derelinquebatur. Hæc ille. Ideo ait: Filius hominis non habet, vbi reclinet caput, *et cetera*: Et in montibus pernoctabat. Et de ipso ait Propheta: De torrente in via bibet. Et alibi: Quæsiui qui consolaretur, et non inueni. Et hoc fecit, et sustinuit ad informationem discipulorum. Vnde Chrysostomus, vbi supra: Hoc ideo fecit, quia discipulos assuefecerat omnem tumorem conculcare. Hæc ille. Exemplo ergo filij Dei in virtuoso itinere laboremus, ambulando de virtute in virtutem. De quo itinere: Itinera tua producentur. Et sic laboremus, vt simus fatigati, ut in nobismetipsis deficiamus, et in Christo, qui est fons sapientiæ quiescamus, et sedeamus: Ibi requieuerunt, fessi robore, ideſt, in Deo electi, in se deficientes, ait ibi Gregorius: Defecit enim anima mea in salutare tuo, ait Propheta: Qui dat lasso uirtutem. Et post labores delicias carnales, nec superflua inquiramus, exemplo filij Dei, sed cum Apostolo: Habentes alimenta, quibus tegamur, his contenti simus.

Ioan. 1. a *Hebr. 1. c* *Aug. tract. 15. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Ibid. post pauca.* *Chryſ. hom. 30. in Ioã. ante med. tom. 3.* *Ibidem.* *Aug. tract. 15. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Iſai. 43. d* *Pſal. 87. c* *Chryſ. hom. 30. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* *Mat. 8. c* *Luc. 6. b* *Pſal. 109. b* *Pſal. 68. e* *Chryſ. hom. 30. in Ioã. poſt mediũ. tom. 3.* *Prou. 4. f* *Iob 3. c* *Greg. Mor. lib. 4. c. 30. ante med.* *Pſal. 118. l* *Iſai. 40. g* *2. Tim. 6. a*

Collatio Vigesimaprima.

QVi bibit ex hac aqua, sitiet iterum: Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in æternum. In his verbis duo figurantur. Quorum primum est carnalis delectationis defectibilitas, ibi: *Qui biberit ex hac aqua*. Secundum est influentiæ cælestis potestatiua virtuositas, ibi: *Ex aqua quam ego dabo*. Ait ergo: *Qui biberit ex hac aqua*, et cet. Vt enim ait Hugo: Concupiscentia dicitur aqua, quia fluxa, quia lubrica, et ad similitudinem aquæ currentis deorsum ima petit, suos sequaces instabiles, et dissolutos reddit. Est ergo aqua carnalis concupiscentiæ fluxibilitas: Quid tibi in vijs Ægypti, vt bibas aquam turbidam? *et cet.* Et est aqua doctrinæ erroneæ apparens suauitas: Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Quod exponit Gregorius de scientia hæreticorum. Et aqua scilicet delectationis mũdanæ, siue temporaneæ, de quacumque re transitoria libidinosa voluptas: Ne desit aquæ tuæ exitum, nec modicum. Vnde Augustinus: Hic aqua in puteo voluptas sęculi est in profunditate tenebrosa, quam hauriunt homines hydria cupiditatum. Et bibens de his aquis sitiet iterum ob intemperantiam bibentis, et insufficientiam aquæ bibilis: Sicut somniat sitiens et bibit, et postquam fuerit expergefactus adhuc sitit, *et cetera*. E contrario est de aqua, quam dat Dominus, quæ quidem est quadruplex. Est enim aqua diuinæ gratiæ purificantis, et refrigerantis: de qua hic, vt ait Chrysostomus, quòd quia Spiritus est quasi purgamentum, et in refrigerium, ideo nomine aquæ significatur. Et ponit exemplum, ut aqua pomerium irrigat, et arbores uegetat, et uirides conseruat, et ignea extinguit, sic effusio Spiritus sancti in anima: Effundam super uos aquam mundam. Item est aqua sapientiæ clarificantis: Aqua sapientiæ potabit illum. Et est aqua supernæ consolationis reficientis. In Psalmo: Super aquam refectionis educauit me. Item est aqua æternæ gloriæ satiantis, et mundantis: Agnus reget eos, et deducet ad fontes aquarum. Prima aqua fluit de fonte bonitatis diuinæ ad abluendum: Erit fons domus Dauid in ablutionem peccatoris, *et cet.* Secunda de fonte sapientiæ ad clarificandum: Fons sapientiæ uerbum Dei in excelsis. Tertia fluit de fonte misericordiæ consolantis ad delectandum, in Psalmo: Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum. Quarta fluit de fonte uitæ æternæ ad satiandum, in Psalmo: Apud te est fons uitæ. Et qui de his aquis biberit nõ sitiet ob earum superabundantiam, et ob earum efficaciam, et ob illarum indeficientiam: Non esurient, neque sitient. Et sequitur. Ad fontes aquarum potabit eos. Primæ ergo aquæ dimittendæ, et istæ omni affectu hauriẽdæ.

Hugo de arca Noe. li. 4. cap. 7. ante med. *Hiere. 2. c* *Prou. 9. d* *Greg. Mor. li. 19. c. 13.* *Eccl. 25. d* *Aug. tract. 15. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Iſai. 29. c* *Chryſ. hom. 31. in Ioã. pau. a prin. tom. 3.* *Ezec. 36. c* *Eccl. 15. a* *Pſal. 22. a* *Apoc. 7. d* *Zach. 13. b* *Eccl. 1. a* *Pſal. 41. a* *Pſal. 35. c* *Iſai. 49. c*

Collatio Vigesimasecunda.

VEri adoratores adorabunt in Spiritu, et veritate. In his uerbis tria insinuantur. Quorum primum est adorantium uirtuositas, ibi: *Veri adoratores*. Secundum est adorationis perfectibilitas, ibi: *In spiritu, et veritate*. Tertium est in adorando intentionis recta ordinabilitas, ibi: *Adorabunt patrem*. Hic enim est ordo, et sufficientia. Ait ergo: *Veri adoratores*. Adorator enim est, ad alium precator: adorare enim est idem, quòd precari, ait Papias. Veritas est, quæ ostendit idẽ, quod est, ait Augustinus: Ergo uerus est adorator, qui est suæ impotentiæ, et defectuum cognitor, et sciens, quòd ante Deum reus, et peccator, et quòd filius Dei est solus Saluator, et omnium bonorum dator. Vnde Gregorius: Ille orationem exhibet, qui semetipsum, quia puluis sit, humiliter uidet, qui sibi nihil uirtutis tribuit, qui bona quæ agit esse de misericordia conditoris agnoscit. Hæc ille. Talis enim erat Abraam, qui ait: Cum sim puluis, et cinis.

Auguſt. de vera relig. c. 36. circa prin. to. 1. *Greg. Mor. lib. 3. c. 27. poſt mediũ.* *Gen. 18. d*

Digitized by Google

Luc. 18. a nis. Et talis erat Publicanus a longe ſtans. Talis enim A
eſt mendicus, et pauper, ideo adorator, ideſt, alterius orator. Dictus eſt etiam orans mendicus, ait Auguſtinus. Et qui talis eſt, eſt verus adorator, vt hic dicitur, qui et pro peccatis ſuis veraciter compungitur, et in ſe humiliatur, et ad Deum amandum afficitur.
Greg. Mor. li. 33. c. 21. circa fin. Vt enim ait Gregorius: Veraciter orare, eſt amaros gemitus in compunctione, non verba compoſita reſonare: In cubilibus veſtris compungimini. Et tales
Pſal. 4. b adoratores in ſpiritu, et veritate adorant, ideſt, in
Aug. tract. 15. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9. templo cordis, prout exponit Auguſtinus: In templo, inquit, vis orare? in te ora: Orabo ſpiritu, orabo
2 Cor. 14. b et mente. Item adorans ſpiritu, ſcilicet mentali af- B
Mat. 6. a fectu non tantum vocali affatu: Tu cum oraueris
Auguſt. ep. 121. ad Probam. c. 10. tom. 2. clauſo cubiculo ora patrem tuum. Vnde Auguſtinus: Hoc negotiũ plus gemitibus, quàm ſermonibus agitur, plus fletu quàm affatu. Et ſequitur. Abſit ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa deprecatio: Quis mihi tribuat adiutorem, vt deſiderium
Iob 31. f meum omnipotens audiat? Ibi Gregorius: Poſtulatio eſt in deſiderijs cordis, non oris vocibus. Et ibi
Greg. Mor. li. 22. c. 13. ante med. multum de hoc. Et: Ipſe conſideravit vias meas. Ibi exponit Gregorius iſtud verbũ bene de profectibus
Iob 31. a cordis, quibus ad Deum venimus in ſpiritu. Item tales adorant in ſpiritu, et veritate, ideſt, cordis ſim- C
Greg. Mor. lib. 21. c. 4. plicitate, et operis veritate. Vnde Gloſſa: Adorant
Iſai. 26. c in ſpiritu, qui pura mente, et ſimplici adorant: Ani-
Iſai. 61. b ma mea deſiderauit te in nocte, ſed et ſpiritu meo, *et*
Ioan. 3. d *est*. Et: Dabo opera eorum in veritate: Diligamus,
et veritate. Qui ergo in cordis ſimplicitate, et cum
Thren. 3. e operis perfectione orant, in ſpiritu, et ueritate orant:
Greg. Mor. lib. 18. c. 5. ante med. Leuemus corda cum manibus ad Deũ. Super quod Gregorius: In principio corda cum manibus leuat, qui orationem ſuam operibus roborat. Et tales de-
Hugo de ſacram. fid. li. 2. p. 12. c. 6. ante med. bent orare patrem, ſcilicet Deum, ſe paruificando, et illum magnificando, gratias referendo, miſericordiam poſtulando. Vnde Hugo: Deum adorare eſt D
Deut. 6. a ei totam mentem per humilitatem ad deuotionem
Mat. 4. c ſubſternere, et ipſum principium ac finem omnis bo-
Luc. 18. f ni credere: Dominum Deum tuum timebis. Alia lit-
Greg. Mor. li. 19. c. 12. poſt medii. tera ſecundum Hugonem: Adorabis: Dominum Deũ tuum adorabis. E contrario de Phariſæo, qui veniens ad templum ſe magnificabat, non Deum adorabat, prout ait Gregorius iſtud exponens.

Collatio Vigeſimatertia.

Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem patris mei. Cum in perfecta obedientia tria exigantur, ſcilicet E
ſubiecta humilitas in conformitate voluntatis, ſedula ſtudioſitas in executione operis, iucunda hilaritas in affectione cordis: in his verbis tria expreſſe inſinuantur in filio Dei. Primum eſt, ibi: *Faciam voluntatem.* Secundum eſt: *Perficiam opus.* Tertium eſt: *Meus cibus.* Ait ergo: *Vt faciam voluntatem*, et cetera. Et in hoc mira humilitas filij Dei, qui cum eſſet vnius voluntatis cum patre, vnde Deus æternus, profitetur tamen ſe veniſſe facere voluntatem patris, et abnegare ſuam. Vnde homo in obediendo patri. Obedientia
Damaſc. orthod. fid. li. 3. cap. 14. poſt med. enim eſt ſubiectio voluntatis, Damaſcenus. Vel vt ait F
Ioan. 5. b Aludus: Obedientia eſt propriæ voluntatis abnegatio, quod et fecit filius humiliter. Infra: Non quæro voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Et hoc in-
Mat. 26. f docendis, et prædicandis, ut dicitur hic. Vnde Gloſ-
Philip. 2. d ſa: Voluntas patris, vt credatur in eo. Item venit facere voluntatem patris in ſuſtinendis: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Et: Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem. Et non ſolum ſic fuit obediens voluntati patris, ſed perfecit opus, ſcilicet triplex, ſcilicet opus Euangelicæ prædicationis,
Iſai. 61. a de quo ait hic: *Vt perficiam opus*: Spiritus Domini ſuper me: eo quòd unxerit me, ad euangelizandum pauperibus miſit me. Item perfecit opus multimo-
Ioan. 10. c dę miraculoſæ virtutis. Infra: Opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. Item perfecit opus conſummatiuæ redemptionis. Infra: Conſummatum *Ioan. 10. c*
eſt. Et in Pſalmo: Operatus eſt ſalutem in medio ter- *Pſal. 73. b*
ræ. Et ſic obedire, et ſic facere opus, fuit eius cibus, ideſt, cibi deſiderabile, et delectabile. Vnde Chryſoſtomus: Hominum ſalutem cibum uocat, oſtendẽs *Chryſ. hom. 33. in Ioã. ante med. tom. 3.* quantum deſiderium habebat noſtræ ſalutis: ſicut enim nobis concupiſcibile eſt comedere, ſic illi ſaluare, ſcilicet mundum. Vnde fatigatus non manducabat cibum materialem, licet inuitatus a diſcipulis, demonſtrans quantum deſiderium habebat ſalutis humanæ. Hæc ille. Et ex hoc patet uehemens deſiderium filij Dei de noſtra ſalute, propter quod iſtud uocat cibum ſuum hic. Eſt enim triplex cibus filij Dei. Vnus generis humani conuerſio ad fidem, ſiue conuertibilitas, ut hic, quam uocat cibum ſuum. Et ſupra eodem ait mulieri: *Da mihi bibere*. Fidem enim ſuam deſiderabat, ait Auguſtinus ibi. Vnde Petro dictum eſt: Macta et manduca. Super quod Gregorius: Quod mactatur a uita, occiditur: quod comeditur, in comedentis corpus commutatur: quaſi ergo diceret Petro: animalia immunda, de quibus ibi loquitur, a peccato in quo uiuunt, interfice, et in tua membra conuerte. Multo magis filius Dei ſic facit, commutans credentes in factum corpus. Vnde Auguſtinus loquens ad filium Dei, ait: Audiui uocem tuã de excelſo: Cibus ſum grandium, creſce, et manduca bis me. Nec tu me in te mutabis, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. Item eſt cibus filij Dei, ſcilicet operis boni perfectibilitas in nobis. Item eſt cibus eius diuinæ contemplationis dulcedo, uel delectabilitas. De utroque: Butyrum, et mel comedet. Super quod Hugo exponens illud ait. Per butyrum reſtitutio boni operis: per mel, dulcedo contemplationis, Volens ergo inuitare filium Dei ad hoſpitium cordis præparet ei iſtum triplicem cibum, ſicut tria fercula ei grata, ſcilicet cordis ad ipſum conuerſionem, operis perfectionem, contemplationis dulcorem, ut ipſe ueniens cenet cum eo: Ego ſto ad oſtiũ *Apoc. 3. d* et pulſo: ſi quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, et cenabo cum eo.

Collatio Vigeſimaquarta.

Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. In his uerbis moraliter intellectis tria figurantur. Quorum primum eſt animæ languentis in ſuo regimine defectibilitas, ibi: *Quidam Regulus.* Secundum eſt eiuſdem morbida corruptilitas, ibi: *Filius infirmabatur.* Tertium huius occaſio natiua cauſalitas, ibi: *Capharnaum.* Ait ergo: *Quidam Regulus.* Et per hoc figuratur rationis defectibilitas in regimine ſui regni, tum quia ait: *Quidam*, tum quia ait: *Regulus*, quod eſt diminutiuum a Rege. Vt enim ait Gregorius exponens illud: Reges in ſolio collocat *Greg. Mor. li. 26. c. 21. ante med. Iob 36. b* in perpetuum. Reges, inquam, ſunt, qui prælati cunctis moribus carnis modo luxuriæ appetitum frenant, modo æſtum auaritiæ temperant, modo gloriã elationis inclinant, modo ſuggeſtionẽ liuoris obruũt, modo ignem furoris extinguunt. Hæc ille. Cum *Iob 3. b* conſulibus, et Regibus. Ibi Gregorius: Reges ſunt, *Greg. Mor. lib. 4. c. 27. poſt medii.* qui ſua corpora regere ſciunt, ſed quando ratio deficit a prædictis, non eſt Rex, ſed regulus, nomen retinens, et officium non exercens: Væ terræ, cuius Rex *Eccl. 10. a* puer eſt, et cuius principes, ideſt, affectiones: mane, ideſt, intemporanee comedunt. Et ideo merito huius *Iſid. de ſum mo bon. lib. 1. cap. 20. ſent. 7. Eccli. 7. g Boet. de con ſol. Philoſ. li. 4. met. 6. poſt medii.* filius infirmabatur, ideſt, inferior uita, quam debet ratio regere, et ad bonum nutrire. Filius enim dicitur dupliciter, vel imitando, uel naſcendo, ait Iſidorus. Et quia inferior pars, et uita debet imitari ipſam rationem, ideo poteſt dici filius: Filij tibi ſunt, eruditi illos, et curua illos a pueritia ſua. Sed iſte filius infirmatur ægritudine peccati: vitia enim ſunt animarum ægritudines, ait Boetius. Et hoc merito. Sicut enim

Digitized by Google

enim infirmitates corporales fiunt in corpore superabundantia, vt ait Chrysostomus: Omnis, inquit, ægritudinis causa est superfluitas: ex hoc enim est corruptio humoris naturalis, et superfluitas innaturalis distemperantia complexionis, et defectus regiminis, propter quæ oritur infirmitas: In multis escis erit infirmitas. Sic est in homine interiori, quòd ex superfluitate, et distemperantia affectuum, et defectu regiminis oritur infirmitas spiritualis, quæ est peccatū: Hæc enim est iniquitas Sodomæ, saturitas panis, et abundantia aquæ. Ideo de tali dicitur: Omne caput languidum, et omne cor mœrens. In Psalmo: Infirmata est in paupertate virtus mea, ideſt, in defectibilitate rationis regentis. Et hæc infirmitas oritur in Capharnaum, quæ interpretatur villa pulchritudinis, per quam signatur desiderabile cuiuslibet concupiscentiæ, in quo desiderat habitare: animæ enim carnali concupiscenti libidinose, videtur pulchrum omne concupiscibile: Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt vxores, *et cet.* Cuilibet enim tali potest dici illud Danielis: Species decepit te. Et talis pulchritudo non est appetenda, sed abominanda: Maledixi pulchritudini eius statim. Sed vt sanetur infirmitas prædicta, ratio debet adire filium Dei gressibus cordis, et affectu, exemplo istius Reguli, clamans: Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Et exemplo mulieris Chananææ, vociferantis: Miserere mei, quoniam filia mea male torquetur.

Eccli. 37. d *Exec. 16. f* *Isai. 1. b* *Psal. 30. b* *Gen. 6. a* *Dan. 13. f* *Iob 5. a* *Psal. 6. a* *Mat. 15. c*

CAPVT QVINTVM.

Collatio Vigesimaquinta.

TOLLE *grabatum tuum et ambula*. In his verbis tria insinuantur. Quorum primum est, vitæ concupiscentialis deprimētis onerosa grauitas, ibi: *Grabatum tuum*. Secundum est castigationis eiusdem, et redactionis sub regimine rationis hortabilitas, ibi: *Tolle*. Tertium ad proficiendum in vijs iustitiæ suadibilitas, ibi: *Et ambula*. Ait ergo: *Tolle grabatum*, ideſt, vitam concupiscentialem castiga, et redige in seruitutem spiritus. Grabatum enim lectus est pauperum, vbi aliquid capiti substratum, dictum a κάρα, quod est caput, ait Isidorus. Et per ipsum signatur requies carnis, ait Gregorius, vbi ait: Cum mente mortui in vitijs iacemus, in carnis delectatione requiescimus, et quasi infirmi portamur in lecto: Increpat quoque per dolorem in lectulo. Ibi Gregorius exponens illud: Per grabatum voluptas carnis signatur. Vt enim grabatum est grauitate ponderosum, ad inferius inclinatū, progredientis impeditiuum, et ne ascēdatur superius depressiuū, sic et voluntas carnis facit: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, et terrena cogitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et inde est anima grauis, ait Augustinus. Et de hoc grabato in figura: Plaga lecturi in Damasci grabato. Damascus enim interpretatur bibens sanguinem, et signat animam voluptuosam. Et de hoc sub nomine strati, in Psalmo: Stratum eius versasti in infirmitate eius. Et istud grabatum dicitur anima pœnitens soluere carnem frenando a vitijs segregando, eamdem per disciplinam castigando, et in seruitutem spiritus redigendo: Tolle grabatum tuum. Ibi Beda: Grabatum tollere est carnem per frena continentiæ correptam a terrenis desiderijs segregare. Et Gregorius, vbi supra. Sanatus ergo portat, vbi iacuerat, quia diuino adiutorio ereptus a vitijs eiusdem carnem contumelia in postmodū tulerat, in quibus desiderijs prius requiescebat. Hæc ille. Tolle grabatum tuum. Et: Tolle lectum tuum. Et non solum hoc, sed ait ei: *Ambula*, ideſt, in bono profice. Hoc enim est ambulare, ait Bernardus. Vnde Augustinus: Noli a via declinare, noli ibi remanere, noli retro respicere, perseuera in ambulando, infra: Ambulate dum lucem habetis. Et ibi de spirituali ambulatione dicetur.

Isid. etym. li. 20. c. 11. *Greg. super Ezech. li. 1. ho. 12. ante med.* *Iob 33. f* *Greg. Mor. li. 23. c. 15. ante med.* *Sap. 9. a* *Aug. tract. 23. in Ioā. ante mediū tom. 9.* *Amos 3. d* *Psal. 40. a* *Mar. 2. b* *Beda in originali.* *Greg. Mor. li. 25. c. 15. ante med.* *Luc. 5. c* *Mat. 9. a* *Aug. ser. 2. in Psal. 26. post mediū tom. 8.* *Ioan. 12.*

Collatio Vigesimasexta.

ECce *salum factus es, noli amplius peccare*. Cum sapientis, et virtuosi medici sit morbidum curare, et neiteret eumdem morbum præmunire, secundū istam consuetudinem filius Dei facit hic. Vnde in his verbis tria insinuantur. Quorum primum est gratuiti beneficij collati rememoratio, ibi: *Ecce sanus factus es*. Secundum est iterandi morbum dehortatio, ibi: *Noli peccare*. Tertium est iteranti comminatio, vel mali denunciatio, ibi: *Ne tibi deterius*. Ait ergo: *Ecce sanus factus es*, scilicet gratanter sine merito, et pretio. Item benefice, quia de magno, et prolixo morbo: itē suauiter, quia sine afflictionis medicamento: item perfectibiliter, quia non solum est ægritudo ablata, sed virtus restituta, vt patet ex serie litteræ: illi enim poterat dici illud Psalmi: Qui sanat omnes infirmitates tuas: Omnipotens sermo tuus, qui sanat vniuersa. Et in Psalmo: Misit verbum suum, et sanauit eos, Ideo sequitur: *Amplius noli peccare*, scilicet existendo sanatori ingratus suo adiutorio militaturus, morbum iteraturus, et supplicia ampliora meriturus: Fili peccasti, non adijcias iterum, sed de pristinis deprecare, *et cetera*. Et sequitur: Quasi a facie colubri fuge peccatum. Et in Psalmo: Declina a malo, et fac bonum. Hoc enim est thesaurizare iram Dei, hoc est peccata iterare: Ignoras, quia misericordia te ad pœnitētiam adducit. Sequitur vero: Thesaurizas tibi iram, *et cet.* Hoc enim est crucifigere filium Dei: Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei. Et ideo sequitur: Ne deterius tibi contingat. Merito enim contingat deterius iteranti peccata, ob naturalium vulnerationem intimiorem. In Psalmo: Putruerunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Quanto enim frequentius iterantur peccata, tanto intentius vulnerantur naturalia. Diabolus enim impositis plagis relinquit peccatorem semiuiuo relicto. Item deterius contingit tali ob maiorem iustificationem coram Deo, et hominibus: Quàm vilis facta es iterans vias tuas. Irē merito deterius contingit tali, ob maiorem ingratificationem, et inexcusabilitatem: Sicut canis, qui reuertitur ad uomitum, sic imprudens qui iterat stultitiā. Idem Petrus. Item deterius contingit tali ob securiorem habitudinem dæmonum, in tali dicitur: Cū exierit spiritus immundus ab homine. Et sequitur: Reuertar in domum meā, et post fiūt nouissima illius peiora prioribus. Vnde et Semei de primo peccato inuenit veniam, de secundo non. Qui ergo est sanus a peccato caueat ne peccet, vt non deterius ei contingat dictis modis.

Aug. ser. 2. in Psal. 26. post mediū tom. 8. *Ioan. 12.* *Psal. 102. a* *Sap. 16. a* *Psal. 106. b* *Eccl. 21. e* *Psal. 36. e* *Rom. 2. a* *Hebr. 6. c* *Psal. 37. a* *Luc. 9. g* *Ierem. 2. a* *Prou. 26. b* *2. Pet. 2. d* *Mat. 12. a* *Ibidem.* *2. Reg. 6. g*

Collatio Vigesimaseptima.

SIcut *pater suscitat mortuos, et viuificat, sic et filius*. Vt enim ait Augustinus, hic loquitur de resurrectione animarum, quæ fit per substantiam patris, et filij æternam, et incommutabilem. Et secundum hoc tria hic insinuantur. Primo, peccatorum præuaricatiua defectibilitas, ibi: *Mortuos*. Secundum, eorumdem a Deo saluifica viuificabilitas, ibi: *Pater suscitat*. Tertio, in viuificando operationis filij cum patre inseparabilitas, ibi: *Sic et filius*. Ait ergo: *Mortuos*, ideſt, peccatores. Augustinus: Immortalis, inquit, dicitur anima: est quidem, quia viuit semper anima, et est in illa quędam vita permanens, sed mutabilis uita. Secundum mutabilitatem uitæ huius, et mortalis dici poteſt, quia si uiuebat sapienter, et deripit, mortua est in deterius: si uiuebat insipienter, et sapit, mortua est in

Aug. tract. 23. in Ioā. post mediū tom. 9. *Ibid. ante multa.*

Digitized by Google

est in melius. Nam esse mortem in deterius, esse mor
tem in melius scriptura nos docet. Vtique in deterius
Mat. 8. c mortui erant, de quibus dicitur: Sine mortuos, sepe-
liant mortuos suos. Et de hac lectione: *Quando mor-
tui audient, et qui audierint, viuent,* in deterius mortui
erant, ideo reuiuiscunt. Reuiuiscendo moriuntur in
melius, quia et reuiuiscendo non erunt, quod erant:
non esse autem, quod erant, mors est. Sed forte si in
melius est, non appellatur mors: appellauit autem il-
Coloss. 2. d lam mortem Apostolus: Si autem mortui estis cum
Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc velut
viuentes de hoc mundo decernitis? Mori nos vult, vt
viuamus, quia viximus vt moreremur. Quidquid er-
go et a meliore in deterius, et a deteriore in melius
moritur, non est hoc Deus, quia neque in melius ire
potest summa bonitas, neque in deterius vera æter-
nitas. Hæc Augustinus. Et ibi bene de hoc. Peccato-
res desipiunt, et ideo mortui in deterius. Vt enim ait
Augus. de Ciuit. Dei. lib. 13. c. 2. tom. 5. Augustinus. Mors animæ est, cum illam deserit Deus,
sicut mors corporis cum illud deserit anima. Infra:
In peccato vestro moriemini. Et: Dimitte mortuos
sepelire mortuos suos. Et hi mortui separatione Dei
Ioan. 8. d ab anima similes sunt mortuis corporaliter, separa-
Mat. 8. c tione Dei ab anima, et animæ a corpore. Vt enim isti
carent sensu, et motu, et sunt algore frigidi, grauitate
ponderosi, canore debito priuati, et cito putrefiendi,
sic est de illis spiritualiter. Et ideo anima peccatrix
Iob 39. d per cadauer signatur: Vbicumque cadauer fuerit,
Greg. Mor. li. 31. c. 22. in prin. adest. Ibi Gregorius: Cadauer dicitur a casu, et ideo
qui in mortem peccati ceciderit, non inconuenien-
ter poterit cadauer vocari: quasi enim exanimis ia-
cet, qui viuificantem spiritum non habet. Hæc ille.
Et ideo taliter mortuus est magis plangendus. Vnde
Augustinus: Plangis mortuum, sed plange impium,
an in te sunt viscera Christianæ miserationis? Plan-
gis corpus a quo discesserit anima, et non plangis ani-
mam, a qua discessit Deus? Quasi diceret, non recte
Eccl. 22. g facis: Luctus mortui septem dies, fatui, et impij om-
nes dies vitæ eorũ. Hos mortuos viuificat solus Deus.
Aug. tract. 19. in Ioã. circa med. tom. 9. Vnde Augustinus: Melius est anima quàm corpus,
sed melius quàm ipsa est Deus. Et sequitur: Anima
cum est in corpore, illi vigorem, decorem, mobilita-
tem, officia membrorum præstat: sic cum eius vi-
Ibidem. ta, Deus scilicet est in anima, præstat illi sapientiam,
Iob 33. a pietatem et iustitiam, claritatem, et sic viuificat: Spi-
Rom. 4. g raculum omnipotentis viuificauit me: Viuificat mor
Psal. 84. b tuos. Et in Psalmo: Deus tu conuersus viuificabis
nos: *Et sicut pater viuificat, sic et filius: eo quòd sicut pa-
ter habet vitam in semetipso.* Infra eodem. Ipse enim fi-
lius est vita uiuificans, infra eodem: *Qui audit me,
transit a morte ad vitam.* Super quod Augustinus: A
Aug. tract. 19. in Ioã. ante med. tom. 9. morte scilicet infidelitatis ad uitam fidei, a morte fal-
sitatis, ad uitam ueritatis, a morte iniquitatis ad uitam
Ioan. 14. a iustitiæ, infra: Ego sum uita. Et ideo ei debent adhę-
Act. 17. c rere uolentes uiuificari: In ipso enim uiuimus moue-
mur et sumus.

Collatio Vigesimaoctaua.

Et procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala in resurrectionem iudicij. In his uerbis
quattuor insinuantur. Quorum primum est iustorum
in hac uita debita perfectibilitas, ibi: *Bona egerunt.*
Secundum est eorumdem in futura uita glorioſa bo-
nitas, ibi: *Procedent in resurrectionem vitæ.* Tertium est
reproborum inordinata peruersitas, ibi: *Qui vero ma-
la.* Quartum est eorumdem æterna damnabilitas,
ibi: *In resurrectionem iudicij.* Ait ergo: *Qui bona ege-
runt,* quales sunt electi. Sed ut bona agant, sunt quat-
tuor necessaria. Quorum primum est agentium bo-
Mat. 7. c nitas: Non enim potest arbor mala bonos fructus fa-
Gen. 4. a cere: Respexit enim Deus ad Abel, et ad munera
Greg. Mor. lib. 22. c. 8. eius. Super quod Gregorius: Ex dantis corde, id
quod datur accipimus: non enim Abel ex muneri-
bus, sed ex Abel munera placuerunt: Arbor bonæ
bonos fructus facit. Secundum est necessarium, rei
operata æquitas. In Psalmo: Declina a malo, et fac
bonum. Tertium est necessarium, perseuerantiæ in-
defectibilitas: Sic faciebat Iob cunctis diebus. Ibi
Gregorius: Incassum bonum agitur, si ante termi-
num uitæ deseratur. Quartum est necessarium scili-
cet intentionis ordinabilitas. Affectus enim scilicet
intentionis omni operi nomen imponit, ut dicitur
de spiritu, et anima: Omnia in gloriam Dei facite.
Et: Nesciat sinistra tua, quid facit dextera. Et de pru
dentibus uirginibus, et de fatuis: Sic agentes debent
facere bonum, quoad proximos: Operemur bonum
ad omnes. Item debent operari bonum quoad se-
metipsos. In Psalmo: Spera in Domino, et fac boni-
tatem. Item debent operari bonum, quoad Deum:
Gloria et honor et pax in resurrectionem uitæ omni
operanti bonum. Et: Adhærentes Deo, odientes
malum. Item quoad resurrectionem corporis: Ful-
gebunt enim iusti sicut sol. Et: Seminatur in corru-
ptione surget, in incorruptione. Et: Saluatorem
expectamus, qui reformabit corpus humilitatis no-
stræ. Breuis ergo et modicus labor prædictorum,
magna et æterna præmiatio. Sed sunt male agentes
ex defectu prædictorum quattuor, quia nolunt esse
boni, nec bona agere. Et de alijs, quorum est mani-
festa fatuitas, ut ait Augustinus: Bona uis habere om-
nia, inquit, et non uis esse bonus: Domus tua plena
bonis, et te habet malum Dominum, nihil uis habe-
re malum, nec etiam tunicam malam, uel caligam,
et tamen malam uis habere uitam. Hæc ille. Patet
ergo talium infamia, uel fatuitas. Supra: Qui male
agit, odit lucem: Pedes eorum ad malum currunt.
Et lætantur cum male fecerint. Et hi odiunt animas
suas: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam, ait
Propheta: quia enim faciunt iniquitatem, et pecca-
tum, hostes sunt animæ suæ. Et tales: *Ibunt in resur-
rectionem iudicij,* scilicet damnationis, ut ait Augusti-
nus. Tales enim resurgent in damnationem: Omnes
resurgemus, sed non omnes immutabimur. Et de hoc
iudicio damnationis, Augustinus istud exponens ait.
Male egerunt, quia male uixerunt: male autem uixe-
runt, quia in prima animarum resurrectione non re-
surrexerunt, aut non in finem usque manserunt. Et
tales: *Ibunt in resurrectionem iudicij,* ideſt, damnatio-
nis. Et ibi multum de hoc.

Mat. 7. c *Psal. 36. e* *Iob 1. a* *Greg. Mor. lib. 1. c. 21. in princ.* *Aug. de Spiritu, et anima. cap. 4. apud Aug. tom. 3.* *1. Cor. 10. c* *Mat. 6. d* *Mat. 25. b* *Gal. vlt. g* *Psal. 36. a* *Rom. 2. a* *Rom. 12. d* *Mat. 13. g* *1. Cor. 15. e* *Philip. 3. a* *Augus. de ver. Domini. ser. 12. post medium. tom. 10.* *Ioan. 3. d* *Prou. 1. a* *Prou. 2. g* *Psal. 10. b* *Tob. 12. f* *Aug. tract. 19. in Ioã. post medium. tom. 9.* *1. Cor. 15. g* *Augus. de Ciuit. Dei. lib. 20. c. 6. post medium. tom. 5.*

Collatio Vigesimanona.

Ille erat lucerna ardens, et lucens. In his uerbis præ-
conium beati Ioannis a Saluatore, in quibus duo
insinuantur. Quorum primum est, diuini Spiritus,
uel charitatis in Ioanne plenitudo, ibi: *Lucerna ar-
dens.* Secundum est, cælestis sapientiæ claritudo,
ibi: *Lucens.* Vnde Glossa: *Lucerna ardens,* scilicet
spiritu charitatis, et: *Lucens,* lumine ueritatis. Ait:
Lucerna ardens. Vt enim ait Gregorius. Lucerna est
lux in testa: talis fuit beatus Ioannes cæsti numine
plenus, et splendore, et spiritus feruore in carne mor
tali. De qua lucerna hic Augustinus multum. Ioan-
nes perhibuit testimonium tamquam lucerna: mi-
ratus est lucernam, sed illa dicit esse solem, scilicet es-
se uenturũ. Et ibi multum de hoc. Et supra: In nocte
uenit, Christus lucernam accendit. Et Hugo: Ioan-
nes præcessit Christum, lux lucem, lucerna solem. In
Psalmo: Paraui lucernam Christo meo. Et ista lucer
na fuit ardens plenitudine Spiritus feruentis. Ioannes
interpretatur, in quo gratia. Sed gratia uel spiritus di
citur ignis: Ignem ueni mittere in terram, ideſt, spi-
ritum inflammantem. Vnde et in Spiritu descendit
super discipulos, quia feruentes eos fecit, ait Grego-
rius istud exponens. Ignis enim est uelocis motus, et
eius motus est sursum, et finit omne, quod non est
sui generis, ut ait Sapiens. Et ideo conuenienter si-

Greg. in Euãg. ho. 34. ante med. *Aug. tract. 23. in Ioã. non longe a principio. tom. 9.* *Ibid. tract. 4. ant. med.* *Psal. 131. e* *Luc. 12. f* *Act. 2. a* *Greg. in Euãg. ho. 30. ante med.* *Sap. lib. 3. de calo, et mundo.*

gnat

gnat ſpiritum, quia habet conſimiles effectus ſpiritua- A
Chryſ. hom. 31. in Ioã. circa princ. tom. 3. les. Vt enim ait Chryſoſtomus: Scriptura vocat gratiã ſpiritus ſub appellatione ignis, vt erectum, et calidũ, vt peccatorum conſumptiuum. Iſto igne Ioannes fuit
Bern. ſer. 6. in Natiu. S. Ioan. Bapt. ante med. lucerna ardens, et deinde lucens. Vnde Bernardus, quòd ex feruore fuit ſplendor Ioannes, non feruor prodijt ex ſplendore: quia, inquit, lucere vanum, ardere parum, lucere, et ardere perfectum. Et ibi bene de hoc. Vnde ait, quòd fuit ardens in ſeipſo uehementi auſteritate conuerſationis, erga Chriſtum intimo feruore deuotionis, erga peccantes conſtantia liberæ increpationis, vt ibi exemplificat. Et iſto ardore fuit lucens. Fuit enim plus quàm Propheta. B
Mat. 11. c Et de iſta lucerna: Nemo ponit lucernam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt, ideſt, qui in Eccleſia. Vnde de ipſo Eccleſia
Iſai. 49. b cantat illud: Dedi te in lucem gentium. Hic enim
Ioh 12. a eſt lampas contenta apud cogitationes diuitum. Ad huius imitationem doctores, et prædicatores debent eſſe lucerna ardentes, et lucentes. Vt enim ait Auguſtinus: Et Prophetæ, et Apoſtoli lucernæ fuerunt.
Aug. hom. 23. Vnde et de ſanctis animalibus dicitur: Aſpectus eo-
Exec. 1. f rum quaſi aſpectus carbonum ignis ardentium, et quaſi aſpectus lampadarum. Quod exponit ibi Gre-
Greg. in Ezech. lib. 1. hom. 5. ante med. gorius de doctoribus. Et quoniam iſtud verbum fuit C verificatum in Sancto Antonio de ordine fratrum Minorum, vt ait commentator, ſcilicet Abbas. Ideo ſibi poſſit adaptari conuenienter. Et enim feruore amoris, et ardore deuotionis, et ſublimitate contemplationis ipſe fuit illuſtratus, et illuminatus in diuinis theorijs, et arcanis ſcripturarum myſterijs: prout ait commentator ibidem. Et ſic fuit lucens alijs. De ipſo
Eccl. 47. a uerificatur illud; Surrexit Helias quaſi ignis, et verbum illius, quaſi facula ardebat.

CAPVT SEXTVM. D

Collatio Trigeſima.

ECCE *hic puer vnus, qui habet quinque panes hordeaceos, et duos piſces.* Suppoſita expoſitione beati Auguſtini, quæ patet in Gloſſis, exponendo hęc verba de doctore, tria inſinuantur. Quorum primum eſt, doctoris numeroſa virtuoſitas, ibi: *Puer vnus.* Secundum eſt, documentorum ſcripturæ ſolida veritas, ibi: *Quinque panes.* Tertium eſt adimpletionis doctrinæ perfectibilitas, E ibi: *Habet.* Ait ergo: *Puer vnus*, qualis debet eſſe doctor ſpiritualis: puer enim eſt mundus ſanctitate.
Iſid. etym. lib. 11. c. 2. Vnde dicitur a puritate, ait Iſidorus. Et vt ait Chry-
Chryſ. hom. 59. in Mat. ante mediũ tom. 2. ſoſtomus: Puer eſt mundus ab inuidia, et a concupiſcentia, et ab alijs paſſionibus. Item eſt ſubiectus humilis obedientia parentibus ſpecialiter, ſiue ſint inopes, ſiue non, ait Chryſoſtomus. Item puer eſt ſimplex uera innocentia. Ludo enim ſimplici, et innocenti ſe exercet, nec eſt ſolicitus, nec inordinate con-
Ibid. ho. 63. poſt mediũ. cupiſcit loquendo de concupiſcentia peccati, ait Hu-
Hugo de vanit. mundi. li. 2. poſt medium. go. Talis debet eſſe prædicator, vel doctor ſpirituaF liter. Vnde infra ait Saluator diſcipulis: Pueri numquid pulmentarium habetis? Et: Ecce puer meus, quem elegi. Et: Ecce ego et pueri mei. Et: Quicumque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, *et cetera.* Talis
Ioan. vlt. d *Mat. 12. c* debet habere panes, ſcilicet ſolida documenta ſcriptu-
Iſai. 8. c *Mat. 18. g* ræ, quæ dicuntur panes ratione fundamẽtalis princi-
Iſid. etym. lib. 20. c. 2. palitatis inter alimenta, ratione ſuæ appetibilitatis, et ratione efficacis virtutis ad alendum, et ratione ſuæ
Auguſt. ep. 121. ad Pro bam. cap. 8. tom. 2. vtilitatis: πᾶν enim Græce, dicitur omne Latine. Et hoc ideo, quia cum omni cibo ponitur, vel quia omne animal eum appetit, ait Iſidorus, loquens de pane. Et in ceteris cibis vincit panis vtilitas, ait Auguſtinus, ideo merito in panibus ſignantur ſolida docu-
Prou. 8. a menta ſcripturæ: Comedite panem meum. Et: Mit-

te panem ſuper tranſeuntes aquas. Et hæc documenta *Eccl. 11. d*
ſignantur quinque panibus, quia originaliter deriuantur a veteri Teſtamento: Rota enim in medio ro-
tæ. Et de his in figura: Si habes ad manum vel quin- *Ezech. 1. g*
que panes. Et tales dicuntur hordeacei, quia littera *1. Reg. 21. d*
legis veſtita eſt tegminibus carnalium ſacramentorum, ad medullam hordei vix peruenitur, ait Auguſtinus. Dicitur enim hordeum, quòd eius ſpica ha- *Aug. tract.*
beat ordines, ait Iſidorus. Et talis panis eſt ſanus, et *24. in Ioã.*
virtuoſus ad nutriendum. Vnde in figura: Videba- *circa med.*
tur mihi, qui ſubcinericeus panis. Et ſequitur: Per- *tom. 9.*
cuſſit illud atque ſubuertit: *Duo piſces*, dicta Prophe- *Iſid. etym.*
tarum, et Pſalmorum, qui ſunt in condimentum, ait *lib. 17. c. 3.*
infra: Non valebant trahere rete præ multitudine *Iudic. 7. f*
piſcium, ideſt, multimodorum intellectuum ſcriptu- *Ibidem.*
ræ. Multis modis alijs poteſt exponi moraliter, vt *Ioan. vlt. e*
primus panis ſit refectio pœnitentiæ, in Pſalmo: Fue- *Pſal. 41. a*
runt mihi lacrymæ panes. Secundus panis eſt ſalutaris doctrina: Non in ſolo pane viuit homo, *et cetera*: *Deut. 4. d*
Cibauit eum pane vitæ. Tertius panis eſt iuſtitia de- *Eccli. 15. b*
lectans: Beati qui eſuriunt iuſtitiam: Qui operatur *Mat. 5. a*
terram ſuam, ſatiabitur panibus. Quartus panis eſt *Prou. 12. c*
charitas confortans: Quis patrem petit panem, et la- *Luc. 11. b*
pidem dabit ei: quod exponit Auguſtinus de charita- *Aug. epiſt.*
te. Quintus panis eſt cælica conſolatio ſocians: Panẽ C *121. ad Pro*
de cælo præſtitiſti, omne delectamentum habentem *bam. cap. 8.*
De his panibus debet doctor prædicare: Occurrite *tom. 2.*
cum panibus fugienti. Secundum Bernardum uero *Sap. 16. d*
quinque panes ſunt: uilitas ueſtium, maturitas ſen- *Iſai. 21. a*
ſuum, temperantia gulæ, cuſtodia linguæ, labor manuum. Piſces uero ſunt pœnitentia et fides, ſecundũ
eumdem. Et hos panes debet doctor habere. Tunc
enim habet documenta quæ prædicat, quando ea
opere adimplet. Vnde Seneca: Omnia quæ dicunt, *Senec. epiſt.*
quæ iactant turba audiente, aliena ſunt: dixit hoc *108. prope*
Plato, dixit hoc Zeno, et ſic de alijs. Quo modo autẽ *finem.*
D hoc poſſunt eſſe ſua, monſtrabo. Faciant quæ dixerunt. Hæc ille. Ille ergo doctor habet panes, qui illa,
quæ prædicat, facit, adimplet, quæ docet: qui autem *Iob 5. d*
non adimplet quæ docet, non ſunt quæ prædicat: Cu- *Ibidem.*
ius meſſem famelicus comedit. Et poſt: Bibent ſi- *Greg. Mor.*
tientes diuitias eius. Quod exponit Gregorius ibi de *li. 6. cap. 1.*
ſtulto doctore. *poſt mediũ.*

Collatio Trigeſimaprima.

OPERAMINI *non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.* Dehortatur enim operari cibum
qui perit, et hortatur operari cibum, qui non perit. E
In his uerbis tria inſinuantur. Quorum primum eſt
cibi materialis defectibilitas, ibi: *Cibum, qui perit.* Secundum, ſpiritualis cibi indeficiens perpetuitas, ibi: *Cibum, qui permanet.* Tertium, bene agendi hortabilitas, ibi: *Cooperamini*, ideſt, operibus mereamini, ait
Gloſſa. Ait ergo: *Cibum qui perit.* Et talis eſt duplex:
Vel cibus corporalis mortalem uitam ſuſtinens, qui *1. Cor. 6. b*
perit ratione ſuæ defectibilitatis, et etiam ratione cor- *Senec. epiſt.*
ruptibilitatis cupientis ipſum: Eſca uentri, et uenter *110. poſt me-*
eſcis. Deus autem has, et hunc deſtruet. Et Seneca lo- *dium.*
quens de uentre, inquit: In uentrem congerimus tã- *Mat. 6. b*
F quam recepta ſeruantem: ſine faſtidio implendus eſt. *Auguſt. de*
Quid ad rem pertinet quid accipiat, perditurus quid- *ſer. Dom. in*
quid acceperit? Hæc ille. Et licet iſte ſit neceſſa- *mont. lib. 2.*
rius, non propter ipſum finaliter eſt operandum: *c. 24. to. 4.*
Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis. Ibi Auguſti- *Iob 20. c*
nus: Non debemus euangelizare, ut manducemus, *Greg. Mor.*
ſed manducare ut euangelizemus. Item eſt cibus, *li. 15. c. 12.*
ſcilicet delectatio uoluptatis carnalis: Non remanſit de cibis eius. Ibi Gregorius: Cibus eius, ideſt, *poſt mediũ.*
animæ eſt omne quod peruerſo deſiderio concupi- *Orig. ſuper*
uit: ſed iſte cibus non eſt hominum, ſed brutorum, *num. ho. 27.*
ait Origenes: Cui concordat illud, quod ait Plato: *Cic. de ſe-*
quòd uoluptas eſt eſca malorum, quia in eſca capiun- *nect. circa*
tur ut piſces, ut ait Tullius: Sicut piſces capiuntur *med.*
hamo, *Eccl. 9. a*

Digitized by Google

hamo, et aues laqueo ſic capiuntur homines tempore malo. Idem Ambroſius, qui ait, quòd eſcæ malorum ſunt voluptates. Item eſt cibus ſcilicet animæ erroneæ doctrinæ, ſiue hæretica peruerſitas: Panis in vtero vertetur in fel aſpidum. Et: Panis mendacij ſuauior. Et loquitur de peruerſa doctrina: Ne deſideres in cibis eius, in quo eſt panis mendacij. Item eſt cibus, qui perit, ſcilicet peccati apparens delectabilitas. Vt enim ait Caſſianus: Habet anima ſuos cibos noxios, vt eſt luxuria, detractio, inuidia, quos apponit diabolus in menſa ſua: Confundet te in cibis ſuis. Et quilibet cibus prædictus perit. Sed eſt e contrario cibus ſpiritualis qui permanet, multiplex, vel verbum Dei, vt dicitur hic, ſecundum ſanctos: Cibauit illum pane vitæ, et intellectus. Vt enim ait Origenes: Cibus verus animæ rationalis eſt ſermo Dei. Item eſt ſpiritualis cibus animæ ſanctæ interioris pœnitentiæ ſuſtentantis veritas: Antequam comedam ſuſpiro. Ibi Gregorius. Luctu ſuo anima paſcitur, cum ad ſuperna gaudia flendo ſubleuatur: Cibauit me cinere, ideſt, peccatorum recogitatione: Cinerem, inquit, Propheta: Tamquam panem manducabam. Item eſt cibus animæ, ſcilicet iuſtitiæ, equitas: Beati qui eſuriunt iuſtitiam. Præcepta enim diſciplinæ ſunt cibus, ait Anſelmus: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem patris. Item cibus ſpiritualis eſt, diuinæ contemplationis refectio: Inde contemplabitur eſcam. Ibi Gregorius. Sola eius viſio eſt noſtræ mentis refectio. Ob multitudinem iſtorum ciborum ſpiritualium dicitur conuenienter: multi cibi in noualibus patrum, ideſt, in conſcientiarum ſecretis. Propter primos cibos non eſt operandum, quoniam omnes tales pereunt, et labor eſt magnus, et infructuoſus. Vnde de laborantibus pro talibus dicitur improperando: Dederunt quæcumque pretioſa pro cibo. Pro vero cibo ſpirituali, qui non perit eſt laborandum: quia labor eſt modicus, et breuis, et delectabilis, et panis pretioſus, delicioſus, et permanens: Exiguum laborabis, et cito edes de generationibus eius: Operamini opus veſtrum, et dabit vobis mercedem veſtram. Et ibidem: Modicum laboraui, et inueni mihi multam requiem. Et: Formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi.

Amb. lib. de Iſaac. et anima. cap. 7. poſt medium tom. 1.
Iob 21. d
Prou. 9. b
Prou. 23. a
Caſſianus de inſtit. renunt. lib. 5. cap. 21.
Eccl. 13. a
Eccl. 15. f
Origen. ſuper Iaſum, hom. 27.
Iob. 3. d
Greg. Mor. li. 5. cap. 7.
Thren. 3. a
Pſal. 101. b
Mat. 5. b
Anſel. de ſimilib. c. 46.
Ioan. 4. e
Iob 39. d
Greg. Mor. li. 31. c. 19. in fin.
Threu. 1. d
Eccli. 6. e
Eccli. vlt. g
Ibidem.
Prou. 30. a

Collatio Trigeſimaſecunda.

PAnis enim verus eſt, qui de cælo deſcendit, et dat vitam mundo. In his verbis tria ſignantur. Primo, filij Dei ad cibum ad ſuſtentandum apta idoneitas, ibi: *Verus panis.* Secundo, humanitatis ſuæ veritas, ibi: *De cælo deſcendit.* Tertio, poteſtatiua virtuoſitas, ibi: *Dat vitam mundo.* Ait ergo: *Verus panis.* Vt ait Auguſtinus exponens illud: Panem angelorum manducauit homo. Quis eſt panis angelorum? In principio erat verbum. Sed quo modo manducat homo: Verbum caro factum eſt? Dicitur ergo Deus panis per ſimilitudinem, non per proprietatem. Et ſequitur. Deus eſt tibi totum. Si eſuris, panis eſt tibi: ſi ſitis, aqua eſt tibi: ſi in tenebris es, lux eſt tibi: ſi nudus es, veſtis eſt tibi. Omnia poſſunt dici de Deo, et nihil digne dicitur de Deo. Hæc ille. Merito ergo dicitur filius Dei panis ratione fundamentalis principalitatis, et ratione deſiderabilis appetibilitatis, et ratione poteſtatiuæ virtuoſitatis ad ſuſtentandum, et ratione præcipuæ vtilitatis, vt habitum eſt in præcedenti collatione, vbi de quinque panibus. Panis cum omni cibo apponitur, et omne animal panem deſiderat, et in ceteris cibis vincit vtilitas panes. Et quia prædicta ſunt ſumme in filio Dei, ideo merito dicitur panis: Comedite panem meum. Et in Pſalmo: Pane cæli ſaturauit eos: Panem deſiderabilem non comedi: Panis cor hominis confirmet, ait Propheta. Et iſte panis deſcendit de cælo, non a loco egrediendo, nec per ſpatium progrediendo, nec ad locum vbi non erat accedendo, nec quod erat amittendo, ſed quod non erat, ſcilicet humanitatem aſſumendo, et verus homo exiſtendo. Supra: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit: Et ibi de hoc: Vtinam dirumperes cælos, et deſcenderes. Et de hoc Auguſtinus bene. Factus eſt filius Dei, quod non erat, non amittens quod erat. Et hic panis dat vitam mundo. Supra: Sicut pater viuificat mortuos, ita et filius, ibi de hoc. Prædictus enim panis dat uitam gratiæ uiuificantis. Supra: Qui audit, et credit in me habet vitam æternam: Mortui eſtis, et vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. Item dat vitam lætitiæ interius iucundantis. Iucunditas cordis hæc eſt, vita hominis. Sed in ipſo ſolo, et ab ipſo eſt uera lætitia: eo quòd lætitia eſt diffuſio animi, quia diffunderis cum delectaris, ait Auguſtinus. Diffuſio proprie eſt ſuper illud, quod maius eſt, ſed anima rationali ſolus Deus eſt maior: Anima eius in ſemetipſo lugebit. Ibi Gregorius: Quiſquis in ſe gaudere appetit, eo ipſo in luctu eſt, quia a vera lætitia receſſit. Vnde enim lætitia mentis eſt ipſe creator. Hæc ille. Ideo: In Domino gaudebo, et exultabo in Deo Ieſu meo. Item dat vitam æternam. Infra eodem: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Qui ergo uolunt habere uitam, debent ſumere de præfato pane.

Prou. 9. b
Pſal. 104. d
Dan. 10. a
Pſal. 103. b
Ioan. 3. g
Iſai. 64. c
Aug. tract. 21. in Ioã. ante medium tom. 9.
Ioan. 5. d
Ibidem.
Coloſſ. 1. e
Eccl. 13. g
Aug. tract. 15. in Ioã. prope finẽ. tom. 9.
Iob 16. d
Greg. Mor. 12.
Abac. 3. d
Ioan. 6. f

Collatio Trigeſimatertia.

EGo ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Sicut patet hic ab Auguſtino, et etiam a Chryſoſtomo. Filius Dei vocat ſe panem, ſecundum diuinam, et etiam ſecundum humanam naturam. Vnde intelligendo iſtud uerbum de filio Dei ſecundum naturam diuinam, quattuor inſinuantur. Quorum primum eſt filij Dei, in quantum uerbum æternum ad cibandum, et ſuſtentandum humilis uirtuoſitas, ibi: *Ego ſum panis viuus.* Secundum eſt, ſuæ humilitatis ueritas, ibi: *De cælo deſcendi.* Tertium eſt, modi ſumendi iſtum panem debita qualitas, ibi: *Si quis manducauerit.* Quartum eſt, conſequens utilitas, ibi: *Viuet in æternum.* De primis duobus, ut in priori collatione. De tertio uero notandum, quòd ſpiritualiter dicitur manducari uerbum diuinum, ad ſimilitudinem manducationis corporalis. Habet enim anima ſuum os. Eſt enim duplex os, ſcilicet cordis, et corporis, ait Auguſtinus: Aperiebant os ſuum quaſi ad imbrẽ. Quod exponit ibi Gregorius de ore cordis. Item habet anima dentes ſuos: Quare lacero carnes dentibus meis? Ibi Gregorius. Dentes dicuntur interni ſenſus. Item habet anima uentrem ſuum: Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inueſtigat omnia ſecreta uentris, ideſt, mentis, ait Gregorius illud exponens. Ille ergo manducat panem, qui eſt filius Dei, qui ſumit ipſum in ore cordis, ſecundum illud: Prope eſt uerbum in ore tuo, et in corde tuo. Et dentibus diſcretionis, ſiue interni intellectus conſiderationibus ipſum conſiderat, quaſi maſticando, et ad intimum cordis intromittit, et retinet: Omnem eſcam manducabit uenter, et eſt cibus cibo melior, ſcilicet iſte panis, qui eſt melior omni cibo. Vel dicitur iſte panis manducari, quando ipſa ſacra ſcriptura, quæ eſt de ipſo manducatur: Fili hominis: uenter tuus comedet, et uiſcera tua complebuntur uolumine iſto. Ibi Gregorius. Per uentrem, mens ſignatur: uiſcera mentis ſunt eius interna, ac recta intẽtio, ſanctum deſiderium, humilis uoluntas ad Deum, pia ad proximum: quæ interna debent comedere uerbum Domini, uel uolumen ſcripturæ, ideſt, pertractare, et intelligere, prout ibi exponit: Inuenti ſunt ſermones tui, et comedi illos. Qui ſic manducat, uiuet in æternum tam uita gratiæ, quàm uita gloriæ, ut dictum eſt in priori colla-

Aug. tract. 26. in Ioã. tom. 9.
Chryſ. hom. 45. in Ioan. tom. 3.
Auguſt. de Trinit. lib. 15. cap. 10. tom. 3.
Iob 29. d
Greg. Mor. lib. 20. c. 2. poſt mediũ.
Iob 13. b
Greg. Mor. li. 11. c. 15. in princ.
Prou. 20. d
Greg. Mor. lib. 8. c. 18. ante med.
Rom. 10. b
Eccl. 36. c
Ezech. 3. a
Greg. in Ezech. lib. 1. ho. 10. ante med.
Ierem. 15. c

Digitized by Google

ri collatione: Lignum enim uitæ est his, qui apprehenderunt eam, scilicet sapientia diuina, quæ est filius, et quæ est panis prædictus: qui panis tamen non sapit habentibus languidas fauces, et morbidum palatum: Abominabilis fit ei in vita sua panis. Quod exponit ibi Gregorius de isto pane dicens: Quòd in pane Dominus signatur, qui tamen hæreticis est insipidus, et abominabilis ob morbidum defectum eorum.

Prou. 3. c
Iob 33. e
Greg. Mor. li.23.c.17.

Collatio Trigesimaquarta.

Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem habet vitam æternam. Habito in priori collatione de cibo saluifico, quo cibat filius Dei electos suos, scilicet seipso, qui est panis vitæ secundum naturam diuinam: in his verbis figuratur cibus viuificus qui est caro et sanguis Iesu Christi, et panis vitæ secundum naturam humanam. Et secundum hoc, tria in his verbis figurantur. Quorum primum est, cibi saluifici eminens dignitas, ibi: *Carnem et sanguinem*. Secundum est modi sumendi perfectibilitas, ibi: *Manducat*. Tertium eius cibi efficax virtuositas in sumente debito modo, ibi: *Habet vitam*. Ait ergo: *Qui carnem meam, et sanguinem*. Et in hoc patet diuinæ bonitatis mirificentia, quòd dignatus est seipsum dare in cibum homini. Et patet etiam cibi supereminentia, et dignitatis humanæ apud eum excellentia, quòd in tantum reputauit hominem, vt seipsum daret ei in cibum. Propter quod clamat Augustinus: O sacramentum pietatis! o signum vnitatis: o vinculum charitatis: hoc tamen fecit filius Dei ostendens communicatiuam bonitatem, nutriens et efficiens in homine, et geminam nobilitatem inducens firmam spem. Vnde Chrysostomus. Ideo Christus hoc ipsum fecit, scilicet carnem suam, et sanguinem dare, in amorem nos inducens maiorem, et suam dilectionem ostendens. Et sequitur: Alij, qui genuerunt, multotiens nutrire dant alijs liberos suos. Ego autem filius Dei, scilicet, non ita meipsum vobis appono, omnes vos nobiles esse volens, et benignam vobis de futuris prætendens spem. Qui enim hic vobis dedi me ipsum, multo magis in futuro volui vester fieri. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Et concordat dictum Chrysostomi cum dicto Phauorini Philosophi, dicentis, quòd pueri qui nutriuntur, et educantur lacte matris vegetiores sunt, et vigorosiores, et etiam pulchriores, quàm si nutrirentur lacte alieno, vt ait Gellius. Et ideo homo accedens ad sacram mensam, scilicet ad altare, debet prædicta cogitare: Quando sederis cum Principe vt comedas, diligenter attende quæ apponuntur tibi. Et 1 Probet se homo, et sic edat de pane illo. Quare autem filius dedit carnem et sanguinem in cibum, et quare sub specie carnis et vini, Hugo: Voluit, inquit, sapientia Dei ostendere, quoniam ipsa est cibus animarum, et refectio. Et propterea carnem assumptã in edulium proposuit, vt per cibum carnis ad gustum inuitaret diuinitatis. Sed ne rursus humana infirmitas a tactu carnis horreret, consueti, et principalis edulij specie illam velauit, et sic sumendam illam proposuit. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Hunc saluificum cibum debet homo manducare, vt sicut est in manducatione auida assumptio, et iucunda masticatio, et ad intimum cibi intus missio, et eiusdem retentio, et incorporatio, sic in sumptione huius cibi debet esse feruida appetitio, discreta dijudicatio, per amorem intima susceptio, et cibantis in ipsum cibum transmutatio. Vt enim ait Augustinus loquens in persona filij Dei: Cibus sum grandium, nec tu me in te mutabis, vt cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Ad istã manducationem inuitando dicitur: Vade et comede in lætitia panem tuum, et bibe cum gaudio vinum tuum. Et qui manducat istum panem siue carnem,

Aug. tract. 26. in Ioã. post mediũ tom. 9.
Chrys. hom. 45. in Ioã. post mediũ. tom. 3.
Ibid. paulo post.
Gell. noct. Attic. lib. 12. cap. 1.
Prou. 23. c
1. Cor. 11. f
Hugo de sa cram. fid. li. 2. p. 8. c. 8. in prin.
Aug. cõfess. lib. 7. c. 10. tom. 1.
Eccli. 9. d

A et sanguinem, sub specie panis, recta fide, ordinata charitate, affectuosa deuotione, habet vitam, quia semetipsum ei, qui est vita, incorporat: hoc enim est manducare, in Christo manere, ait Augustinus, et Christum in seipso manere. Et econtrario defectu istius manducationis deficit vita. In Psalmo: Percussus sum vt fenum, et aruit cor meum. Et alibi: Omnem escam, idest, perfectam, quæ est in corpore, et sanguine Domini, abominata est anima eorum, et appropinquauerunt vsque ad portas mortis: Aut mugiet bos cum ante præsepe plenum steterit. Ibi Gregorius exponit istud. Præsepe natus Saluator impleuit, qui semetipsum cibum mẽtibus mortalium præbuit. Secundum illud: Qui carnem meam manducat, in me manet.

Aug. hom. 26.
Psal. 101. a
Psal. 106. b
Iob 6. b
Greg. Mor. li. 7. cap. 4. post mediũ.
Luc. 2. d

B

Collatio Trigesimaquinta.

Domine ad quem ibimus? Verba vitæ habes. Vt ait Chrysostomus: Verbum hoc est amicitiæ ostensiuum, quoniam omnibus erat eis Christus honorabilior, et patribus, et matribus, et omnibus. Ideo ad alios non erat refugere. Hæc ille. Et secundũ hoc tria insinuantur, scilicet maiestatis filij Dei professio, ibi: *Domine*. Secundum est eundi post alium abnegatio, ibi: *Ad quem ibimus?* quasi dicerent: ad nullum alium. Tertium, causæ ob quam non est abeundum post alium, sed standum cum Christo, subiunctio, ibi: *Verba vitæ habes*. Ait ergo: *Domine*. Ipse enim est uerus Dominus, infra: Vocatis me Magister, et Domine, et bene facitis, sum etenim. Vt enim ait Augustinus: Verus Dominus est, qui non eget seruo. Vt enim ait Dionysius: Vera dominatio est nõ peiorum excessus, sed omnis, et pulchrorum, et bonorum possessio, et cadere non valens fortitudo. Et commentator, idest, Episcopus: Vera est dominatio seruitute priuata, habitu libera, nullo modo in subiectos tyrannica, dilectione flebili, seuera, *et cet.* Et quia talis est dominatio Dei, ideo verus est Dominus, superexcellenti sublimitate, eo quòd super omnes, et sub nullo: Ipse enim est Rex regum, et dominus dominantium, et solus potẽs. Item ipse est Dominus incoarctabili potestatis extensione, quia Dominus omnium. Item ipse est Dominus interminabili potestate. Potestas enim eius potestas æterna. Et: Ipse enim regnabit in ęternũ, et vltra. Et: Dominus nomen illi, ait Propheta. Et quia talis Dominus, post nullũ alium eundum est, quia hoc est ab eo apostatare, et hoc est retrocedere, hoc ad vomitũ redire, hoc est regnum amittere. Ideo ait Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te. Isti enim qui quærunt honorũ excellentiam, uel diuitiarũ affluentiam, uel uoluptatum lasciuiã, vel rerũ scientiam, quæ omnia plenius, et uerius inueniuntur in Deo, quàm in alijs, prout ostendit Augustinus bene. Ideo in figura: In te vno omnia simul habentes, non debuimus te dimittere. Et: Ostendam tibi omne bonũ. Et: Venerunt mihi pariter omnia bona cum illa. Et ideo in Psalmo: Mihi adhærere Deo bonũ est. Et: Quis nos separabit a charitate Christi? Et: Tenui eũ et non dimittam. Ad nullum ergo eundum, nisi ad Christum. Et hoc merito, quia verba uitæ habet, uerba, inquã, vitæ originaliter emanantia, scilicet a fonte vitæ: Fons vitæ verbũ Dei in excelsis. Itẽ uerba uitæ realiter, supra eodem: Verba quæ ego loquor, spiritus et vita sunt. Item uerba vitæ effectualiter: Præcepta mea custodiat cor tuum. Et sequitur: Annos vitæ apponent tibi. Et post: Custodi legem atque consilium, et erit uita animæ tuæ. Et: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Quia ergo Dominus est, obediendum est ei humiliter. Et quia talis Dominus qui est omne bonum, et in quo omnia, adhærendum est ei inseparabiliter. Et quia uerba uitæ habet, audiendus est deuote, et diligenter.

C
D
E
F

Chrys. hom 46. in Ioan post mediũ tom. 3.
Ioan. 13. b
Dionys. de diuin. nom. c. 12. ante med.
Apoc. 19. c
Gal. 4. b
Dan. 7. f
Exo. 15. a
Mat. 19. a
Aug. cõfess. li. 2. cap. 6. tom. 1.
Exo. 33. g
Sap. 8. b
Psal. 72. d
Rom. 8. b
Cant. 3. d
Eccl. 1. a
Prou. 2. a
Ibidem.
Ioan. 8. b

Digitized by Google

CAPVT SEPTIMVM.

Collatio Trigesimasexta.

Aug. tract. 24. in Ioã. ante med. tom. 9.

DIE *festo mediante ascendit Iesus in templum, et docebat.* Cum facta filij Dei sint nobis exempla faciendi similia. Vt enim ait Augustinus: Factum Christi est nobis verbum, ideſt, documentum. Ideo in his verbis tria signantur nobis facienda exempla Christi. Quorum primum est virtuosa vacatio ad colendum Deum, ibi: *Die festo mediante.* Secundum est in tali vacatione ad sacrum locum diuino cultui dedicatum accessio, ibi: *Ascendit in templum.* Tertium est diuinę doctrinæ ibidem dispensatio, ibi: *Docebat.* Vt ex primo excludantur indebiti labores. Ex secundo inutiles vagationes. Ex tertio infructuósæ locutiones. Ait ergo: *Die festo mediante*, ad litteram. In medio festi, ideſt, in media die septem dierum festiualium, ideſt, quarta die, ait Glosſa: Ascendit Christus in templum. Et hoc in figura, quòd dies festus fidelium debet esse virtuosus. Virtus enim est in medio, ait Sapiens. Vnde Bernardus. Tene medium, si non vis perdere medium. Medium enim sedes modi est. Et ideo dicitur de Sapientia: Stans in medijs semitis. Dies ergo festus medius est ille, qui est virtuosus. Vnde nota quòd est festiuitas satanica, in qua vacatur operibus peccatorum. Vnde Chrysostomus: Dæmonum nundinæ, et non hominum sunt theatra, quæ foris perficiuntur. Idcirco deprecor satanicis abstinere nundinis: non enim fas est introire festiuitatem satanicam. Hæc ille. Et Augustinus: Iudæi seruiliter obseruant sabbatum, scilicet qui ad luxuriam, et ebrietatem seruant, quanto melius, inquit, feminæ eorum lanam facerent, quàm in Neomenijs saltarent: Festiuitates uestras odiuit anima mea. Item est festiuitas humana, qua indulgetur comessationibus superfluis, et uanis ludis, et otijs, quæ licet secundum se non sunt peccata mortalia, tamen periculosa fiunt, et ad talia disponunt: Viderunt hostes, et deriserunt sabbata eius. Super quod Gregorius: Sabbata hostes dericent, cum maligni spiritus ipsa vacationis ostia ad illicitas pertrahunt cogitationes. Exemplum de natali festiuo Herodis, de quo postea fuit Ioannes decollatus. Et est festiuitas angelica, siue diuina, in qua indulgetur diuino cultui, et laudibus, quiescendo ab operibus seruilibus, et peccatis, de qua in Psalmo: Diem festum agent tibi. Vnde Chrysostomus: Nihil perniciosum facere, est diem festum agere. Item est festiuitas cælica, in qua vacatur diuinæ uisioni, et fruitioni. Vnde Augustinus hic: Dies festus meus est, non istis diebus percurrens, sed permanens in æternum. Ipsa erat festiuitas, gaudium sine fine, æternitas sine labe, serenitas sine nube: Celebra Iuda festiuitates tuas. In die vero festo virtuoso debet fidelis ascendere ad templum materiale, vt oret Deum, si possibile est: vel ad spirituale, ideſt, templum cordis. In Psalmo: Adorabo ad templum sanctum tuum. Et Prælatus, vel doctor debet docere in templo Dei. Et de utroque Augustinus: Ad Ecclesias confluant populi casta celebritate, honesta vtriusque sexus distinctione: vbi veri Dei aut præcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur. Vnde et in templo docebat Dominus. Infra eodem: *Clamabat docens in templo.* Et supra proxèmo: *Hac dixit in synagoga*, et cetera. Qualiter autem est orandum in templo, supra, vbi dicitur: Veri adoratores, *et cetera*. Qualiter autem est docendum, alias dicendum.

Ethic. 2. Bern. de cõsider. lib. 2. post mediũ. Prou. 8. a & Chryſ. hom. 31. in Mat. prope finẽ. tom. 3. Aug. tract. 3. in Ioan. post mediũ. tom. 9. Isai. 1. d Thren. 1. c Greg. Mor. li. 5. cap. 2. post mediũ. Mar. 6. b Psal. 75. b Aug. tract. 28. in Ioã. post mediũ. tom. 9. Naum. 1. d Psal. 5. b Augusſt. de Ciuit. Dei. lib. 2. c. 28. tom. 5. Ioan. 4. c

Collatio Trigesimaseptima.

CIrcumcisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi. Spiritualiter in his verbis tria intelliguntur, siue figurantur. Quorum primum a peccatis satisfactio, et concupiscentiarum abdicatio, ibi: *Accipit homo circumcisionem.* Secundum est Deo, et diuinis quieta vacatio, ibi: *In sabbato.* Tertium est in prædictis a transgressione legali liberatio, ibi: *Vt non soluatur lex Moysi.* Ait ergo: *Accipit homo circumcisionem*, ideſt, spiritualem: Non quæ in manifesto, et in carne circumcisio. Et ideo notandum, quòd est circumcisio cordis triplex: vna est, scilicet ablatio contumaciæ, et ceruicositatis: Circumcidite præputium cordis uestri, et ceruicem uestram durissimã. Item debet esse circumcisio malignæ cogitationis: Circumcidimini, et auferte præputia cordium, *et cetera*. Item debet esse circumcisio inordinatæ appetentiæ, siue cupiditatis: Circumcidat Dominus cor tuum, et cor seminis tui. Vt prima sit in ui irascibili, Secunda in vi rationabili. Tertia in ui concupiscibili. Item debet esse circumcisio conuersationis sæcularis, et coloniæ, siue operationis in figura: Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima eius, *et cetera*. Ibi in Glosſa bene. Qualiter omnia membra debent esse circumcisa. Et Bernardus bene et multum de hoc in figura: Si quis uoluerit adducere mulierem de captiuis in uxorem, radet cęsariem, et circumcidet vngues, deponat uestem. Cæsaries, quæ est collectio capillorum, et generatur in suprema parte ex superfluitate humoris, et caloris, secundum Sapientem signat superfluas cogitationes mentis. Vngues qui generantur ex superfluitate terrestri declinante ad partem inferiorem, secundum Sapientem signant carnales operationes. Vestis uero signat mundanam conuersationem: quæ omnia sunt auferenda a uita Christiana. Et de hac circumcisione hic Augustinus, qui ait: Quod circumcisio, quæ est carnis expoliatio, est in signum spoliationis cupiditatum carnalium a corde. Et de hoc similiter Damascenus, et Hugo. Et hæc circumcisio spiritualis debet esse in sabbato uirtuoso. Sabbatum enim requies dicitur, ait Augustinus. Vnde nota quòd est quadruplex sabbatum. Vnum legalis cærimoniæ: Sabbatum, et festiuitates uestras non feram. Item est sabbatum torporis, et desidiæ: Viderunt hostes, et deriserunt sabbata eius, quod est expositum in priori collatione. Item est sabbatum, scilicet tranquilla quies conscientiæ a tumultu, et strepitu inordinatorum affectuum: Et uocaberis sabbatum delicatum. Et in isto non licet portare pondera, peccatorum scilicet. Et Augustinus: Spiritualiter obseruat sabbatum abstinens ab omni opere seruili, ideſt, peccato. Et supra ad litteram. Spiritualiter obseruat sabbatum, qui spe futuræ quietis operatur si quid operatur. Item sabbatum plena tranquillitas glorię. et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato. Super quod Gregorius: Mensis ex mense est, quia qui hic perfecte uiuunt, illuc ad perfectionem gloriæ perducuntur. Sabbatum uero ex sabbato est, quia qui sic se circumcidunt a uitijs, et uoluptatibus, et affectibus inordinatis, et Deo uacant, et in Deo quiescunt, non soluunt legem transgrediendo, sed adimplent perficiendo. Hoc enim est festum agere, nihil pernicioſum agere, ut dictum est in priori collatione.

Rom. 2. b Deut. 10. d Ierem. 4. a Deut. 30. b Gen. 17. a Bern. ſer. 3. de circumcis. Dom. ante med. Deut. 21. b Lib. 12. de nat. anim. Lib. 14. de nat. anim. Aug. tract. 30. in Ioã. ante med. tom. 9. Damaſ. ortho. fid. li. 4. cap. 24. poſt med. Hugo de ſacram. fid. li. 2. p. 2. c. 2. Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 22. c. 8. tom. 5. Iſai. 1. d Thren. 1. b Iſai. 58. f Ierem. 17. c Aug. tract. 3. in Ioan. poſt mediũ. tom. 9. Idẽ de Gen. ad lit. li. 4. c. 13. to. 3. Iſai. vlt. g Greg. in Ezech. lib. 1. hom. 6. poſt mẽd.

Collatio Trigesimaoctaua.

SI quis sitit, veniat ad me, et bibat. In his verbis tria figurantur, quæ debent esse in fidelibus. Quorũ primum est feruida appetitio, ibi: *Sitit.* Secundum est

mentis

mentis eleuatæ ad Deũ progressio, ibi: *Veniat.* Tertiũ diuinarum influentiarum auida susceptio, et ad intima infromissio, ibi: *Bibat.* Ait ergo: *Si quis sitit*, ideſt, feruenter desiderat. Sitis enim est desiderium frigidi, et humidi, vt dicitur. Et sic sitire implicat rei potabilis appetibilitatem, et appetitus feruorem. Vnde Chrysostomus: Qui sitiunt cum calicem susceperint, cum multo desiderio eum attrahunt, et tunc requiescunt. Sic debet esse spiritualiter in sitiente diuinas influentias. Est enim quadruplex sitis bona: vna est audiendi documentum rectum fidei purificantis, et refrigerantis: Mittam in terram non famem panis, neque sitim aquæ, sed sitim audiendi verbum Dei. Item est sitis diuinæ sapientiæ clarificantis, et illuminantis: Qui bibunt me, adhuc sitient. Item est sitis iustitiæ: Beati qui esuriunt, et sitiunt iustitiam. Ipsa enim cibus, et potus est delectans ipsum iustum. Vt ait Augustinus: Cibum manducas, vt reficiaris, et ille deficit: manduca iustitiam, et illa integra perseuerat. Item est sitis diuinæ gloriæ satiantis, de qua in Psalmo: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Et alibi: Sicut desiderat cernus ad fontes aquarum. Et ibi Augustinus bene de ista siti. Si sitiens debet venire ad filium Dei. Vnde Augustinus: Si sitimus, adeamus, et non pedibus, sed affectibus, non migrando, sed amando veniamus. Et sequitur: Migrat corpore, qui mutat locum, migrat corde, qui mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas, non ibi es, vbi eras. Hæc ille. Sitiens ergo ueniat indistanter non differendo, veniat festinanter non tardando, vel torpendo, veniat perseueranter non deficiendo. In Psalmo: Cucurri in siti. Et: Omnes sitientes venite ad aquas. Et: Transite ad me, et a generationibus meis adimplemini: Venite ad me omnes qui laboratis, et reficiam vos. Sic veniens, et sitiens primo modo, debet bibere potum fidei refrigerantis æstum cupiditatis, prout hic hortatur. Et supra: Qui biberit ex aqua quam dedero ei non sitiet iterum. Sitiens uero secundo modo debet bibere potum iustitiæ delectantis: Bibe aquam ex cisterna tua, ideſt, iucunditatem de conscientia tua. Et in Psalmo: De torrente in via bibet, ideſt, in fortitudinem iustitiæ. Quid enim fortius desiderat anima, quam veritatem, et oportet vt sit sanum palatum, ut manducet et bibat veritatem, sapientiam, iustitiam, ait Augustinus. Item sitiens tertio modo debet bibere potum sapientiæ: Aqua sapientiæ potabit illum. Item sitiens quarto modo debet bibere desiderabilem potum gloriæ satiantis: Bibite et inebriamini. Et in Psalmo: Apud te est fons uitæ: Deducet eos ad uitæ fontes aquarum: Torrente enim uoluptatis tuæ potabis eos, ait Propheta. Magna ergo munificentia filij Dei inuitantis ad bibẽdum, et mira uehementia dulcedinis prædictorum potuum ad satiandum.

Aristo. de anima. *Chrysost. hom. 50. in Ioã. circa prin. tom. 3.* *Amos 8. b* *Eccli. 24. c* *Mat. 5. b* *Aug. tract. 13. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Psal. 41. a* *August. enarrat. in Psal. 41. ante med. to. 8* *Idem tract. 32. in Ioan. circa prin. tom. 9.* *Psal. 61. b* *Isai. 55. b* *Eccli. 41. a* *Mat. 11. c* *Ioan. 4. b* *Prou. 5. c* *Psal. 109. b*

Collatio Trigesimanona.

QVi credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. In his uerbis tria figurantur. Quorum primum est fidei perfectibilitas, ibi: *Qui credit in me.* Secundum est eiusdem interior fecunditas, ibi: *De ventre eius.* Tertium est uirtuosarum emanationum affluens copiositas, ibi: *Fluent flumina aquæ viuæ.* Ait ergo: *Qui credit in me.* Vt enim ait Augustinus. Aliud est credere ei, aliud est credere eum: Et dæmones credunt. In eum est credere, credendo amare. Hæc ille. Supra: Qui credit in me. Ibi de hoc. Et sic credentis est uenter spiritualis. Vnde Augustinus hic. Est uentet interior, quia est homo interior: Venter tuus comedet, et uiscera tua complebuntur uolumine isto. Ibi Gregorius exponens illud. Ventris uiscera quid sunt, nisi mentis interna? ideſt, recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum uoluntas. Hæc ille. Venter ergo signat sanctæ animæ latam affectionem continentem prædicta: Venter meus sicut aceruus tritici. Et in Psalmo: In medio uentris mei, *et cetera*. Et talis uenter est fecundus: Anima eorum quasi hortus irriguus. Et idem. Et de tali uentre fluent flumina aquæ uiuæ, ideſt, uirtuosarum emanationum fluenta filio Dei infundente, de cuius plenitudine accepimus omnes. Supra: Et in hoc notatur gratiarum affluens copiositas, quia flumina, et uirtuositas, et indefectibilitas, quia flumina aquæ uiuæ, ut extrahitur a Chrysostomo, ubi ait: Flumina copiositatem insinuant, et uirtutem agentem, et indeficientiam, *et cetera*. Et ista flumina figurantur bene: Non uideat riuulos fluminis torrentis mellis, et butyri. Ibi Gregorius exponens istud ait, quòd riuulus fluminis unus est charitas, alius fides, alius spes, et sic de alijs. Vnde nota, quòd est flumen quadruplex: unum scilicet gratiarum affluentiam, ut hic, prout expositum est, *et cetera*. Et supra: Fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Item est flumen, scilicet lacrymarum, et deuotionis profluuium, uel profluentia. In Psalmo: Flumen Dei repletum est aquis, ideſt, cor fluens in lacrymas. Magna enim uelut mare contritio tua. Item est flumen doctrinæ effusio, uel deriuatio: Ego sapientia effudi flumina. Et de isto flumine exponit hoc Augustinus: Quid est fluuius qui manat, nisi beneuolentia, qua uult consulere proximo? Deriuentur fontes tui foras. Item est flumen mundantis gloriæ: Declinabo super eam quasi fluuium pacis. Et quasi torrentem inundantem gloriam: Fluminis enim impetus lætificat ciuitatem Dei. Dabit, enim pro terra, cilicem, et pro cilice torrentes aureos. Per terram suauitas uitæ, per cilicem asperitas pœnitentiæ, per torrentes aureos, copiositas gloriæ, et quodlibet istorum flumen est aquæ uiuę, ad differentiam aquarum peccati, quæ sunt mortuæ, quæ submergunt ad interitum, non uiuificant ad regnum: Submersi enim sunt in aquis uehementibus. De quolibet istorum fluminum potest exponi illud: Ostendit mihi fluuium aquæ uiuæ splendidum, *et cet.*

Aug. tract. 29. in Ioã. post mediũ tom. 9. *Iac. 2. d* *Ioan. 3. b* *Aug. tract. 32. in Ioã. non mult. a prin. to. 9.* *Ezech. 2. a* *Greg. in Ezech. lib. 1. ho. 10. ante med.* *Ioan. 3. b* *Exo. 15. b* *Apoc. 22. d*

CAPVT OCTAVVM.

Collatio Quadragesima.

IESVS perrexit in montem Oliueti, et diluculo venit in templum, et sedens docebat eos. Cum sit triplex genus uiuendi, scilicet otiosum, actuosum, et ex utroque compositum, ut ait Augustinus. In his uerbis ex Saluatoris exemplo tria nobis imitanda insinuantur. Quorum primum est per uitam contemplatiuam mentis eleuabilitas, ibi: *Perrexit in montem.* Secundum est ad dispensationem diuinæ prædicationis actuosa sedulitas, ibi: *Diluculo venit in templum.* Tertium est in docendo authentica moderabilitas, ibi: *Sedens docebat.* Ait ergo: *Perrexit in montem.* Per quem signatur sublimitas contemplationis: et hoc conuenienter. Vt enim mons generatur ex uehementi terræ motu, uel ex ductu aquæ eleuantis terram in parte una, et in parte alia cauantis, uel ex aggregatione luti unctuosi diuturna desiccatione, ut patet a Sapiente. Sic spiritualiter, uel ex uehementi timore, uel ex ductu cælestis aquæ eleuantis, uel ex desiccatione, ideſt, austeritate uitæ concupiscentialis eleuatur anima in contemplationem Dei: Se conspicit montes pascuæ eius. Gregorius ait, quòd montes sunt altæ contemplationes. Vnde supra in figura: Iesus abijt in montem, et ibi sedebat cum discipulis. Et

Auguſt. de Ciuit. Dei. li. 19. c. 19. *tom. 5.* *Sap. 4. Mete orerum.* *Iob 39. a* *Greg. Mor. li. 30. c. 12.* *Ioan. 6. a*

Digitized by Google

iſte mons eſt mons Oliueti, ſcilicet mons fructuoſus, mons unguenti, mons chriſmatis, ideſt, unctionis, ait Auguſtinus: Mons enim Dei mons pinguis, ait Propheta. Per oleum enim ſignatur affluentia gratiæ: Deſiderabilis theſaurus oleum in habitaculo iuſti. Vel per oleum iucunditas conſcientiæ, de qua in Pſalmo: Vnxit te Deus oleo lætitiæ. Vel per oleum ſuauitas conſolationis diuinæ: Oleum effuſum nomen tuum. Et hoc quia lucet, paſcit, et vngit, ait ibi Bernardus. Et quodlibet oleum tale inuenitur in monte contemplationis: Introducet te in terram bonam. Et ſequitur: Terram olei et mellis. Et quoniam vt ait Auguſtinus: Nec ſic debet eſſe quiſque otioſus, vt in eodem otio vtilitatem non cogitet proximi, nec ſic actuoſus, vt contemplationem non requirat Dei. Ideo in figura Chriſtus de monte deſcendit, et diluculo venit in templum ad inſtructionem doctorum, vt de monte contemplationis deſcendant ad diſpenſationem prædicationis. Vnde et Chriſtus diebus erat docens in templo, et in noctibus morabatur in monte. Et de hoc bene Gregorius: Qualiter Chriſtus in monte orabat, et in ciuitatibus miracula faciebat. Et in hoc exemplum doctorum, et prædicatorum. Per ſomnium in uiſione nocturna. Ibi Gregorius ſimiliter de hoc. Et quoniam Chriſtus docebat ordinabiliter, ideo ſequitur: *Sedens docebat eos*, ſcilicet magiſtrali auctoritate, iudiciali poteſtate: Sedere enim eſt iudicantis, ait Gregorius. Item docebat in tranquilla quiete. Sedere enim eſt quieſcentis, ait Gregorius: Cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius: *Et ſedens docebat eos*. In prædictis vero tribus diſcipuli Chriſti debent eum imitari.

Aug. tract. 33. in Ioã. ante med. tom. 9. *Pſal. 67. c* *Prou. 21. d* *Pſal. 44. b* *Cant. 1. a* *Ber. ſer. 15. in Cãt. poſt med.* *Deut. 8. c* *Ibidem.* *Auguſt. de Ciuit. Dei. li. 19. c. 19. tom. 5.* *Luc. 21. c* *Iob 33. b* *Greg. Mor. li. 23. c. 12.* *Greg. in Euãg. ho. 29. poſt mediũ.* *Mat. 5. a*

Collatio Quadrageſimaprima.

EGo ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ, et cetera. Quoniam filius Dei venit in mundum, vt via ad deducendum exules, et deuios, et vt veritas ad illuminandum cæcos, et vt vita ad viuificandum mortuos, ideo in his verbis quattuor inſinuantur. Quorum primum eſt filij Dei ad prædicta complenda poteſtatiua virtuoſitas, ibi: *Ego ſum lux mundi*. Secundum eſt imitandi eum debita forma, vel qualitas, ibi: *Qui ſequitur me*. Tertium eſt imitantis fructuoſa commoditas ex ablatione mali, ibi: *Non ambulat in tenebris*. Quartum eſt ineffabilis commoditas ex adeptione boni, ibi: *Sed habebit lumen vitæ*. Ait ergo: *Ego ſum lux mundi*, ſcilicet illuminans in intellectu, et lux reficiens indefectibiliter in affectu, et lux confortans, et firmans virtualiter in ſtatu, et actu: Apud te enim eſt fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen. Super quod Auguſtinus, quòd lumen eſt, hoc eſt fons, qui tibi lucet vt videas, ipſe tibi manat vt bibas: Dulce enim lumen, et delectabile oculis videre ſolem. Quia ergo lumen illuſtrat in intellectu, et quia fons ſatiat in affectu, et quia fons vitæ roborat et firmat in ſtatu. Et de hac luce, ſupra: Erat lux vera. Et ſupra: Lux venit in mundum. Iſtam lucem debet quilibet fidelis ſequi imitando: ſequi enim eſt imitari, ait Auguſtinus. Et hæc eſt ſumma honorificentia: Magna gloria ſequi Dominum. Ille enim ſequitur Chriſtum lucem, qui ab eiſdem recedit, a quibus Chriſtus: et eiſdem vijs incedit cum Chriſto, et ad idem accedit ad quod Chriſtus: Quis eſt homo vt ſequatur factorem ſuum? Ibi Hugo. Ille ſequitur factorem, qui tendit ad quod dirigitur, qui feſtinat venire, quo inuitatur, qui legibus bene præſidentis obtemperat, qui iubentis imperio ad omnia ſpontanea voluntate ſe inclinat. Hæc ille. Infra: Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Ibi de hoc. Et ſic ſequens non ambulat in tenebris. Et hoc merito, quia: Ipſe eſt lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Supra: Nec in tenebris, inquam, erroris, excæcantis intellectum: pro quibus expellendis orat Propheta in Pſalmo: Deus meus illuminat tenebras meas. Nec in tenebris malæ affectionis deordinantis affectum: Tenebræ tranſierunt, *et cetera*. Nec in tenebris prauæ operationis peruertentis in ſtatu: Abijciamus opera tenebrarum, *et cet.* ſed habebit lumen vitæ. Cuius viſione plene illuminatur vis aſpectiua, cuius fruitione ſatiatur vis affectiua, cuius apprehenſione, ſiue tenſione ſublimabitur vis poteſtatiua: Ciuitas non eget ſole neque luna, claritas Dei illuminabit eam, et lucerna eius agnus erit: Ibi enim complebitur illud: Apud te eſt fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen. Magna ergo honorificentia eſt ſequentis Dominum in præſenti, et magna mirificentia eſt præmij in futuro.

Ioan. 1. a *Pſal. 17. d* *1. Ioan. 2. f* *Rom. 13. b* *Apoc. 21. a*

Collatio Quadrageſimaſecunda.

QVi facit peccatum, ſeruus eſt peccati, ſeruus enim non manet in domo in æternum. In his verbis ad oſtenſionem miſeriarum, quæ ſunt in peccato, tria inſinuantur. Quorum primum eſt peccantis præuaricatiua peruerſio, ibi: *Qui facit peccatum*. Secundum eſt ſic præuaricantis ignominioſa captiuatio, ibi: *Seruus eſt peccati*. Tertium eſt ſic captiuati a regno Dei damnoſa excluſio, ibi: *Seruus non manet in domo in æternum*. Ait ergo: *Qui facit peccatum*. Et in hoc præuaricatio, et peruerſio: quia facere peccatum eſt diuinæ maieſtati repugnare. Vt enim ait Auguſtinus: Peccatum eſt dictum, uel factum, uel concupitum contra Dei uoluntatem. Propter quod ait Propheta: Tibi ſoli peccaui, et malum coram te feci. Item facere peccatum eſt diuinam legem tranſgredi. Peccatum enim eſt præuaricatio legis diuinæ, et cæleſtium inobedientia mandatorum, ait Ambroſius, et Damaſcenus. Peccatum eſt mandati tranſgreſſio, propter quod ait Propheta: Diſſipauerunt legem tuam. Item peccatum facere eſt Deum derelinquere, et contemnere, et commutabile, ac apparens bonum, incommutabili bono, quod eſt Deus, præponere. In peccato enim eſt auerſio a bono incommutabili, et conuerſio ad commutabile, ſecundum Auguſtinum. Eſt enim peccatum deſertio meliorum, non appetitio malorum, ait Auguſtinus. Ideo prohibuit Dominus peccare, ſupra: Noli amplius peccare. Et ibi de hoc. Vere enim miſeros facit populos peccatum. Et merito, quia: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: Serui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati in mortem, *et cetera*: quæ ſeruitus eſt ignominioſitate viliſſima: quia nihil eſt uilius, quàm ſeruire uilitati peccati, et ſub iugo dæmoniali. Vt enim ait Boetius: Extrema ſeruitus eſt ſeruire uitijs. Et Seneca: Nulla eſt turpior ſeruitus, quàm quæ eſt uoluntaria. Et ibidem Bernardus, quòd nulla eſt turpior ſeruitus, quàm illa quæ eſt uitijs: Cum ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius et ſeruus eſt. Item eſt ſeruitus multitudine numeroſa, et ſeruitute oneroſa. Auguſtinus: Malus ſi regnat, ſeruus tot dominorum quot uitiorum: Seruietis dijs alienis, qui non dabunt uobis requiem die ac nocte: Migrauit Iudas propter afflictionem, et multitudinem ſeruitutis. Vnde Seneca: Multis ſeruit, qui corpori ſeruit. Item eſt ſeruitus perennitate continua, quantum eſt parte diaboli captiuantis, niſi ſubueniat clementia Dei miſerantis. Vt enim ait Auguſtinus: Seruitus dæmonum eſt magis timenda, quæ non finitur, quia ſeruitus hominum aliquando finitur. Et de hoc hic bene Auguſtinus. O inquit, miſerabilis ſeruitus, quia ſeruus peccati! cum fugit ſecum trahit, ideſt, peccatum quocumque fugerit.

Aug. cõtra Fauſt. lib. 22. cap. 27. tom. 6. *Pſal. 50. a* *Ambr. lib. de parad. c. 8. tom. 1.* *Damaſc. orthod. fid. li. 4. cap. 21.* *Pſal. 118. q* *Auguſt. de lib. arb. li. 3. c. 16. to. 1.* *Idẽ de mor. bon. c. 34. tom. 6.* *Ioan. 5. b* *Prou. 14. b* *Rom. 6. c* *Boet. conſol. Philoſ. li. 5. proſ. 2.* *Sen. ep. 47. poſt mediũ.* *Bern. de cõſider. lib. 1. ante med.* *2. Pet. 2. d* *Aug. de Ciuit. Dei. li. 4. c. 3. prope fin. to. 5.* *Ierem. 15. a* *Thren. 1. b* *Sen. ep. 14. circa prin.* *Aug. tract. 41. in Ioã. ante med. tom. 9.*

Digitized by Google

fugerit. Seruus autem hominis aliquando poteſt fu-
Ieremi.28.c gere Dominum ſuum: Iugum ferreum poſui ſuper
collum gentium, vt ſeruiant Nabuchodonoſor, quæ
Abac.1. a ſeruitus fuit figura ſeruitutis peccati: Seruiamus ei
multis diebus. Item eſt ſeruitus ſtipendio damnoſa:
Rom. 6. d Cum ſerui eſſetis peccati, *et cetera*. Et ſequitur: *Sti-
pendia peccati mors*. Nil ergo miſerabilius quàm pec-
cato ſeruire. Et ideo ſequitur: *Seruus non manet in
Aug. tract. domo in æternum*, ideſt, in Eccleſia, ait Auguſtinus.
41. in Ioã. Non enim manet talis, nec in Eccleſia militante, nec
circa med. in triumphante, ſed eijcietur a conſortio ſanctorum:
tom.9. Eris quaſi cadauer putridum, non habebis conſor-
Iſai. 14. c tium. Et non ſolum hoc, ſed proijcietur in ignem B
Mat.25. b æternum. Duæ ſunt pœnæ, ſcilicet a regno excidere
et in igne comburi. Et ego, inquit, caſum illius glo-
riæ multum amariorem pœnam gehennæ aio. Et
ideo multum de hoc. Propter hoc, et alia multa nul-
lus maneat ſub peccati ſeruitute.

Collatio Quadrageſimatertia.

SI filius vos liberauerit, liberi eritis, et cetera. In his
verbis tria inſinuantur. Quorum primum eſt libe-
ratoris maieſtatiua dignitas, ibi: *Filius*. Secundum
eiuſdem ad liberandum condeſcenſiua pietas, ibi: *Si
liberauerit*. Tertium eſt liberationis perfectibilitas, C
ibi: *Liberi eritis*. Ait ergo: *Filius*, in quo notatur li-
beratoris maieſtas, et poteſtas, et ad liberandum con
gruitas. Nullus enim poteſt liberare ſeruum, niſi qui
liber eſt: et ille iuſte liberat, qui eſt conſimilis in na-
tura, et confrater eorum quos liberat, et talis eſt filius
Aug. tract. Dei incarnatus. Et de hoc Auguſtinus: Merito libe-
41. in Ioã. rat ab hac ſeruitute ille qui ait: Factus ſum inter mor
poſt medium tuos liber. Infra: *Princeps mundi hum habet in me quid-
tom.9. quam*. Liberat ab hac ſeruitute ſolus Dominus, qui
Pſal. 87. a illam non habuit. Hæc Auguſtinus. Et ibi multum,
Ioan.14. c et bene de hoc. Vnde et ipſe eſt liberator: Ipſe eſt li- D
Dan. 6. c beratoratque ſaluator. Et in Pſalmo: Suſceptor meus
Pſal.143.a et liberator meus. Nec mirum, quia ipſe eſt dator
Ioan. 1. b ſpiritus. Supra: De plenitudine eius accepimus. Sed
2.Cor.3. a vbi ſpiritus, ibi libertas. Et quia talis eſt liberator,
quando uult liberat a multiplici captiuitate. Liberat
enim a culpæ captiuantis calamitoſa ſeruilitate, vt
Rom. 6. a hic. Et: Liberati a peccato ſerui facti Deo. Vnde
Aug. tract. Auguſtinus. Prima libertas eſt carere criminibus:
41. in Ioã. Item liberat a veteris legis aggrauantis onerofitate:
poſt medium Non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate nos
tom.9. Chriſtus liberauit. Item liberat a timoris ſeruili af-
Gal. 5. d fectione: Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timo- E
Rom. 5. a re, ſed ſpiritum adoptionis filiorum Dei. Vt enim
Rom. 7. g ait Seneca: Libertas eſt non homines timere, non
Ibidem. Deos, nec turpia velle, nec nimia, in ſeipſum habere
1.Cor.15.f poteſtatem. Item liberat a concupiſcentia peruerten-
Aug. tract. tis, et ſuffocantis corruptione: Quis me liberabit de
41. in Ioã. corpore mortis huius? Et ſequitur: Gratia Dei per
prope finem Ieſum Chriſtum. Et hæc libertas non eſt plena in
tom.9. vita iſta, quamdiu eſt lex in membris, repugnans le-
Rom. 8. c gi mentis. Non ire poſt concupiſcentias naturæ, in
Aug. de lib. ſeruitute Dei mente ſeruire legi Dei, eſt libertas in
arbit. lib.2. hac vita. Plena tamen et perfecta libertas erit, quan-
c.13. verſ. do corruptibile hoc induet corruptionem: prout ait F
fin. tom.1. Auguſtinus hic, vbi multum, et bene de hoc: Ipſa
Ibid. lib.1. creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis. Et qui
c.13. circa ſunt ſic liberati, ſunt uere liberi: quia libertas eſt
med. ſubdi ueritati, ait Auguſtinus. Non eſt vera libertas
Boet. de con niſi adhærentium Deo. Et Boetius: Summa liber-
ſol. Philoſ. tas eſt agi freuis Dei, et obtemperare iuſtitiæ. Et Se-
lib.2. proſ.5. neca: Vera libertas eſt nulli rei ſeruire, nullis ne-
Sen. ep.51. ceſſitatibus, nullis cauſis fortunam in æqualitate du-
poſt medium cere. Et ideo ſicut vera libertas, quia ſic liberi re-
Iac. 1. d guntur lege charitatis: Qui perſpexerit in lege perfe-
Ioã. 8. b ctæ libertatis, *et cetera*. Et: Sicut per legem liber-
Senec. epiſt. tatis. Et hæc libertas eſt bonum hominis, prout ait
124. circa Seneca: Bonum hominis liberi animus erectus, alia

ſibi ſubijciens, ſe autem nulli. Magna ergo liberato-
ris poteſtas, et benefica liberationis pietas, et ingenua
liberatorum nobilitas.

Collatio Quadrageſimaquarta.

QVi ex Deo eſt, verba Dei audit. In his verbis tria
inſinuantur. Quorum primum eſt cuiuſlibet
fidelis ingenua nobilitas, ibi: *Qui eſt ex Deo*. Secun-
dum eſt eiuſdem ad apprehendendum diſciplinalis
docibilitas ibi: *Audit*. Tertium eſt documentorum
audiendorum veritas, ibi: *Verba Dei*. Ait ergo: *Qui
ex Deo eſt*. Et in hoc ſumma ingenuitas, ſupra: De- B
dit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et ſupra: Quod
natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt. Quia enim ſic eſt
natus, eſt nobilitate ingenuus, quia Dei filius, et ſic
diuinus. In Pſalmo: Ego dixi: Dij eſtis, et filij ex-
celſi omnes. Item ſic natus eſt vero honore ſublima-
tus. Vnde Gregorius ſuper illud: Dedit eis poteſta-
tem filios Dei fieri. Quid, inquit, hac poteſtate al-
tius? quid hac altitudine ſublimius dici poteſt: in
qua creatus quiſque efficitur filius creatoris? Si enim
Iudæi gloriabantur ſupra eodem, quia filij Abraæ
erant: multo magis fideles, quia ſunt filij Dei: Quo-
niam eſtis filij Dei, miſit Deus Spiritum ſuũ. Ideo ex-
citas fideles ad conſiderationem tantæ dignitatis, ait:
Videte qualem charitatem dedit pater, ut filij Dei et
nominemur, et ſimus. Item ſic natus eſt æterni Re-
gis hereditarius, et filij Dei æterni cohereditarius:
Si filij et heredes: heredes quidem Dei, coheredes
autem Chriſti. Et: Si filius et heres per Deum. Et
qui ſic eſt natus audit maxime verba Dei patris: na-
turale enim eſt, quaſi cuilibet animali delectabiliter,
obedienter, et iugiter audire vocem paternam, uel
maternam, ſicut agno et alijs. Multo magis et homo
rationalis debet audire verba Dei patris, et intime ſu-
ſcipere. Vnde talis audit verba Dei, et intente, ſiue D
ſingulariter autem cordis auertendo ab alijs, et Deo
loquenti intendendo: Audi et ego loquar. Ibi Gre-
gorius: Audire noſtrum eſt ſono aliunde uenienti au
rem commodare, ſic debet eſſe ſpiritualiter in auditu
interiori, ſcilicet, quòd auris cordis ab alijs amoueа-
tur, et uerbis diuinis accommodetur: Ad eloquia
mea inclina aurem tuam. Qualiter autem eſt audien
dum verbum diuinum. Gregorius ſuper iſtud: Vnuſ-
quiſque ſi verba Dei in aurem cordis ſuſcipit, intelli-
geret, vnde ſit. Cæleſtem patrem deſiderare veritas
iubet, carnis deſideria contemnere, mundi gloriam
dechinare, aliena non appetere, propria largiri. Pen-
ſet ergo apud ſe vnuſquiſque ueſtrum, ſi hæc vox Dei
in cordis eius aure conualuit. Et quia ſi iam ſit ex
Deo agnoſcit. Hæc ille. Et bene de his, qui audiunt
et qui non audiunt uerbum Dei. Sed quæ ſunt au-
dienda ſubdit: *Verba Dei*. Talia enim merito ſunt
audienda, quia ſunt vt uita ad viuificandum. Supra:
Domine uerba uitæ habes. Et ſunt vt purgamenta ad
mundandum, et medicamenta ad ſanandum. Infra:
Mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum
vobis. Et in Pſalmo: Miſit verbum ſuum, et ſanauit
eos. Et ſunt ut firmamenta ad roborandum. In Pſal-
mo: Verbo Domini cæli firmati ſunt. Et: Vacil-
lantes confirmauerunt ſermones tui. Et ſunt ut dele-
ctamenta ad ſatiandum, et delectandum: Fauus di-
ſtillans uerba compoſita. In Pſalmo: Quàm
dulcia faucibus meis eloquia tua. Naſci
ergo ex Deo magna ingenuitas. Ad au-
diẽda diuina uerba debet eſſe ſe-
dula ſtudioſitas, et audien-
di diuina uerba ma-
gna utili-
tas.

Ioan. 1. b
Ioan. 3. a
Pſal. 81. b
Greg. lib. 1. ſuper Ezec. hom. 6.
Gal. 4. b
1. Ioan. 3. e
Rom. 8. f
Gal. 4. a
Iob 42. c
Greg. Mor. lib. 35. c. 3. in prin.
Prou. 4. a
Greg. in Euãg. ho. 18. prope prin.
Ioan. 6. c
Ioan. 15. d
Pſal. 106. b
Pſal. 32. b
Iob 4. c
Prou. 16. f
Pſ. 118. m

CAPVT NONVM.

Collatio Quadrageſimaquinta.

VADE *et laua in natatoria Siloe*. In his verbis quattuor figurantur. Quorum primum eſt, peccatoris priuatiua excæcatio, quòd ſubintelligitur in ſuppoſito huius verbi: *Vade*. Loquitur enim ad cæcum. Secundum eſt, receſſus a peccato exhortatio: *Vade*. Tertium eſt, pœnitentialis ablutionis perſuaſio, ibi: *Laua*. Quartum eſt ipſius pœnitentiæ competens figuratio, ibi: *In natatoria Siloe*. Ait ergo: *Vade*. Vade o tu qui es cæcus:
Greg. Mor. li. 19. c. 14. ante med. cæcus enim eſt, qui quo pergit non videt, ait Gregorius ſuper illud: Oculus fui cæco. Peccator enim eſt cæcus. Vt enim cæcitas corporalis oritur ex quattuor,
Iob 29. c ſcilicet ex diſiunctione oculorum a ſua origine. Oculus enim continuatur ad interius per venas tres, vt dicitur in libro de differentia ſpiritus, et animæ. Item oritur ex componentium oculos deordinatione, quæ ſunt tunicæ oculares, et humores, de quibus libro primo perſpectiuæ. Item oritur ex virtutis defectione: ſi enim ſenex haberet oculum iuuenis, videret ut iuuenis. Item oritur ex læſione oculi, vel velatione. Tunc
2. De anima. eſt oculus clarus, quando non eſt in eo læſio, vt dicitur apud Ariſtotelem. Et quidem tarde vident propter velamen, vt dicitur apud eumdem. Sic cæcitas
Ariſt. lib. 1. de animal. ſpiritualis oritur conſimiliter ex diſtinctione animæ,
Ariſt. 2. de anima. et ſuarum conſiderationum a Deo, et peruerſa deordinatione, et corruptiua læſione, et infectiua velatione, et virtutis defectione. Ideo in Pſalmo: Cor meum
Pſal. 37. b conturbatum eſt, et dereliquit me virtus mea, et lu-
Dan. 13. b men oculorum meorum non eſt mecum. Et: Decli-
2. Pet. 2. c nauerunt oculos ſuos, ne viderent cælum. Et: Haben-
Baruch. 6. tes oculos plenos adulterij. Et: Oculi eorum pleni puluere. Nihil enim conturbat oculos animæ, ut fu-
Chryſ. hom. 71. in Mat. poſt mediũ. tem. mus concupiſcentiarum, ait Chryſoſtomus. Et ideo tales dicuntur cæci: Excæcauit eos malitia eorum. Et: Quis cæcus, niſi ſeruus meus? Et: Ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Talem pec-
Sap. 2. a catorem hortatur Dominus, ut uadat a peccato egre-
Iſai. 42. c diendo: Egredimini de Babylone. Et: Vade ingre-
Soph. 1. a dere tranſmigrationem. Et: Vade oſtende te ſacerdo-
Iſai. 48. d tibus. Item talis debet uadere per uias iuſtitiæ incedendo: Vadam ad montem myrrhæ, et thuris. Item
Ezec. 3. c talis debet uadere ad conſcientiam redeundo: Vade
Mat. 5. b in domum tuam, ideſt, ad conſcientiam reuertere, ait
Cant. 4. a Gregorius exponens illud. Et quoniam anima pecca-
Mat. 9. d trix fuit infecta ſordibus peccati, ideo lauatio fuit
Greg. Mor. lib. 4. c. 28. poſt mediũ. neceſſaria. Propter quod dicitur hic: *Laua*, et hoc intime, et ueraciter: Laua a malitia cor tuum. Item
Ierem. 4. d laua plenarie, et totaliter in homine exteriori, et inte-
Mat. 23. d riori in affectu, et in ſenſu: Non ſicut hypocritæ lauant, mundantes quod de foris eſt, ſed intus ſunt pleni immunditia. Et: Lauamini, mundi eſtote. Infra:
Iſai. 1. c Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et ibi
Ioan. 13. c de hoc amplius. Et ſequitur: Non tantum pedes,
Ibidem. ſed et manus, et caput. Et ibi amplius de hoc. Item
Pſal. 6. b laua continue, ſiue iugiter, prout dicitur in Pſalmo: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Et hæc lotio debet eſſe: *In natatoria Siloe*, quod interpretatur, miſſus, prout dicitur in littera, per quam poteſt figurari, uel baptiſmus, uel doctrina fidei,
Aug. tract. 44. in Ioã. ante med. tom. 9. ſecundum Auguſtinum. Et de hoc in Gloſſa. Vel purgans pœnitentia, quam Deus mittit animæ pœ-
Thren. 2. b nitenti: Magnum uelut mare contritio tua. Vnde
4. Reg. 5. b figuratur per Iordanem, in quo infectus lepra pec-
Iſai. 8. f cati debet ſe lauare ſepties. Et hoc debet anima pœnitens cum tranquillitate, et diligentia: aquæ enim Siloe currunt cum ſilentio. Hic eſt notandum, quòd cæco ait, ut ſe lauaret, et ſic illuminaretur:
A anima enim debet mundari in affectu, ut uideat in aſpectu: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. *Mat. 5. a*

Collatio Quadrageſimaſexta.

LVTVM *mihi poſuit ſuper oculos, et laui, et uidi*. In his uerbis figuratur modus purgationis animæ peccatricis, et excæcatæ, ut ſit munda in affectu, et uideat in intellectu, et figurantur tria. Quorum primum eſt, fidei ueſtræ perfectibilitas de filij Dei hu-
B manitate, ibi: *Lutum poſuit*. Secundum eſt a peccatis plena purgabilitas, ibi: *Et laui*. Tertium eſt, intelligentiæ claritas, ibi: *Et uidi*. Ait ergo: *Poſuit lutum ſuper oculos*. Vt enim ait Hugo: Triplex eſt *Hugo de ſa cram. fid. li. 1. p. 10. c. 2. circa med.* oculus, ſcilicet carnis, rationis, et contemplationis. Sed poſtquam tenebræ peccati intrauerunt in animam, oculus contemplationis extinctus eſt, ut nihil uideret: oculus rationis lippus effectus, ut dubie uideret: oculus carnis extrinſecus permanſit in ſua claritate. Hæc ille. Et idem: Super iſtos oculos debet poni lutum, ſcilicet fides Chriſti incarnati. Vt enim ait Auguſtinus: Verbum caro factum *Aug. tract.*
C eſt. Et inde collyrium quo genus humanum illumi- *2. in Ioan. verſ. fin.* natum eſt, ut dictum eſt in expoſitione litteræ. Et *tom. 9.* idem Auguſtinus. Hic illuminamur modo habentes collyrium fidei: Verbum caro factum eſt. Mi- *Ibid. tract.* ſcuit ſaliuam cum terra: ueritas enim de terra orta *34. poſt me-* eſt, qua ueritate illuminamur: Collyrio inunge *dium.* oculos tuos, ut uideas, ideſt, ueritate fidei incarna- *Pſal. 84. c* tionis Ieſu Chriſti: Sumens de felle piſcis, liniuit *Apoc. 3. c* oculos patris. Et ſequitur: Viſum recepit. Ali- *Tob. 11. b* quando uero ſanantur pœnitentiæ collyrio purgantis, ſiue iuſtificantis, ut dictum eſt: Collyrio inun- *Apoc. 3. b* ge oculos tuos, ut uideas. Collyrium enim eſt do-
D lorum ſalubrium, ait Auguſtinus. Et ſupra Ioan- *Aug. confeſſ. li. 7. cap. 8. tom. 1.* nem: Si fulgore ipſo oculi reuerberantur, rogate medicum, ut adhibeat collyria mordacia, ſcilicet *Idem tract.* præcepta iuſtitiæ, *et cetera*. Et non ſolum ſic oculi *18. in Ioan.* ſunt inungendi luto prædicto, ſed anima lauanda *verſ. fin.* in fonte Siloe, quæ interpretatur: miſſus, ideſt, *tom. 9.* in Chriſto, qui eſt fons miſericordiæ. De quo fonte: In die illa erit fons patens domui Dauid, in *Zach. 13. b* ablutionem peccatoris, et menſtruatæ. Super quod Gregorius: Fons miſericordiæ redemptor noſter, *Greg. in Ezech. lib. 2. hom. 20. poſt med.* qui incarnari dignatus eſt, ut peccatorem lauet a
E peruerſo opere, et menſtruatam mentem diluat ab immunda cogitatione, patet ſibi fons. Curramus cum lacrymis, lauemur in hoc fonte pietatis. In hoc fonte Dauid, Magdalena, Petrus, latro, loti ſunt, ut ibi exemplificat: et in hoc fonte anima lauata uidet oculis cordis mundatis ea, quæ ſibi uidenda ſunt: debet enim uidere culpam perpetratam: Leua oculos tuos in directum, et uide, *Ierem. 3. b* ubi nunc proſtrata ſis. Item debet uidere iuſtitiam pœnitentiæ debitam: Leuaui oculos meos, et ec- *Zach. 2. a* ce uir, et in manu eius funiculus menſarum. Per quem figuratur æquitas iuſtitiæ. Item debet uide-
F re, et conſiderare occaſum huius uitæ: Leuaui *Zach. 5. a* oculos meos. Et ſequitur de differentibus amphoram in terram Semaar, quod interpretatur fætor. Item debet uidere æternitatem gloriæ. In Pſalmo: *Pſal. 120. a* Leuaui oculos in montes. Et de his: Leua oculos *Gen. 13. f* tuos, et uide ad Aquilonem, in quo ſignatur tranſgreſſio culpæ: Et ad meridiem, in quo feruor iuſtitiæ: Et ad orientem, in quo claritas gloriæ: Et ad occaſum, in quo mortalitas huius uitæ. Ideo *Ezech. 1. a* dicitur, quòd totum corpus animalium erat plenum *Greg. in Ezech. lib. 1. hom. 7.* oculis: de quibus ibi Gregorius bene, quòd anima lia plena oculis. Et hoc eſt quod ait hic: *Lutum fe-* *Apoc. 4. d* *cit*, et cætera.

Collatio

Digitized by Google

Collatio Quadrageſimaſeptima.

SI quis Dei cultor eſt, et voluntatem eius facit, hunc exaudit. In his verbis informatur quilibet fidelis volens Deum adorare, vt ſedulo ſe præparet ad Deum adorandum. Et inſinuantur tria, quorum primum eſt, humilis et ſubiecta ordinabilitas ſub Deo in ſtatu, ibi: *Si quis cultor*. Secundum eſt virtuoſi operis perfectibilitas in actu, ibi: *Facit voluntatem*. Tertium eſt, talis apud Deum acceptibilitas et exaudibilitas, et hoc in effectu vel fructu, ibi: *Hunc exaudit*. Ait ergo: *Si quis cultor*. Vt enim ait Auguſtinus: Colimus eum adorando, et ipſe colit nos tamquam agricola agrum, ſcilicet purgando et exercendo. Infra: Pater meus agricola eſt. Nos autem colimus Deum perfecte viuendo: fidelis enim efficitur cultor Dei recte credendo. Vnde Seneca ait: Deum colit, qui nouit. Et Tullius: Sanctitas eſt ſcientia colendorum. Et ſic colentes Deus protegit, et dat eis victoriam: Deus eorum pro eis pugnauit et vicit. Et ſequitur: Non fuit qui reſiſteret populo iſti, niſi quando receſſit a cultura Domini Dei ſui. Itē fidelis eſt cultor Dei, firmiter ſperando, et ſic colentes liberat a tentationibus, et tribulationibus: Hoc pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius ſi in probatione fuerit, coronabitur. Item fidelis eſt cultor Dei feruide amando. Vnde Hieronymus ſuper illud pſalmi: Non erit illis Deus recens: illud colit quiſque quod plus diligit. Et Auguſtinus: Quis cultus eſt eius, niſi amor eius, quo nunc deſideramus eū videre, et ſperamus nos eſſe viſuros. Talis cultor erat Daniel. De quo: Dixit Rex Danieli: Deus tuus quem colis ſemper liberabit te. Item fidelis eſt cultor Dei, recte Deo ſacrificando. Colitur enim Deus ſacrificio laudis, actionibus gratiarum, vt non in ſeipſo, ſed in Deo glorietur, ait Auguſtinus: Et de iſto cultu Auguſtinus. Quòd ſeruitus qua colitur Deus, dicitur latria. Et: Quòd diligere Deum, et proximum, eſt Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas, hæc tantum Deo debita ſeruitus. Et conſequenter: De vero ſacrificio quo colitur Deus. Cor contritum et humiliatū eſt ſacrificium Deo, vt ait ibidem: Et talis eſt cultor Dei, vt hic. Si enim philoſophia eſt cultura animi, vt ait Tullius: Multo magis religio Chriſtiana, de qua dictum eſt. Et talis cultor debet facere voluntatem Dei in opere et actu quadrupliciter. Primo modo ſe iugiter ſanctificando: Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Item debet facere voluntatem Dei concupiſcentias mortificando, et ſeipſum Deo offerendo: Exſiccatis corpora veſtra hoſtiam viuentem. Et ſequitur: Vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona. Item debet facere voluntatem Dei, propriam voluntatem diuinæ in omnibus conformando. Supra: Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem patris, quod ait pro ſe, et in perſona membrorum ſuorum. Item debet facere voluntatem Dei, opera iuſtitię exercendo, et ſic fructificando: Non omnis qui dicit Domine, intrat in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem patris mei. Et talem merito exaudit Dominus, vt dicitur hic. Et hoc merito, quia eſt immaculatus et purus ſanctitate: Si iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtuleris a te, *et cetera*. Sequitur: Tunc leuare poteris faciem tuam. Ibi Gregorius, quòd orationes talium, qui ſunt puri ſanctitate exaudit Deus. Item talem exaudit Deus, quia eſt irreprehenſibilis conſcientiæ puritate: Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, et quòd quidquid petierimus, accipiemus. Item talem exaudit Deus, quia eſt rectus iuſtitiæ æquitate: Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. Ibi Gregorius: Si id quod præcipit Deus, facimus, id quod petimus accipiemus. Et ibi bene de hoc: Leuemus corda noſtra cum manibus. Ibi Gregorius: Corda cum manibus leuat, qui orationem ſuam operibus roborat. Merito ergo ait: *Si quis eſt cultor Dei*, et cetera.

Auguſt. de verb. Domini ſerm. 35. prope fin. et ſerm. 49. circa prin. to. 10. *Ioan. 15. a* *Cic. de Nat. Deor. lib. 1. verſ. fin.* *Iudith. 5. b* *Ibidem.* *Tob. 3. c* *Pſal. 80. b* *Aug. de Trinit. lib. 12. c. 14. to. 3.* *Dan. 6. a* *Aug. de ciuit. Dei. li. 19. cap. 1. poſt mediū. tom. 5.* *Ibid. c. 4.* *Ibid. c. 6.* *Cic. Tuſc. quæſt. lib. 2. ante med.* *1. Theſſ. 4. a* *Rom. 12. a* *Ioan. 6. b* *Mat. 7. c* *Iob. 11. c* *Ibidem.* *Greg. Mor. li. 20. c. 11.* *1. Ioan. 3. c* *Iob. 27. a* *Greg. Mor. lib. 22. c. 5.* *Thren. 3. a* *Greg. ibid.*

CAPVT DECIMVM.

Collatio Quadrageſimaoctaua.

EGO ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, et ingredietur, et egredietur, et paſcua inueniet. In his verbis quattuor inſinuantur: quorum primum eſt filij Dei ad introducendum fideles in vnitatem corporis ſui dignatiua bomitas, ibi: *Ego ſum oſtium*. Secundum eſt intrantium per ipſum ſaluabilitas, ibi: *Si quis per me introierit, ſaluabitur*. Tertium eſt modi perueniendi ad ſalutem qualitas, ibi: *Ingredietur et egredietur*. Quartum eſt boni promiſſi ſaluantis affluens deliciositas, ibi: *Paſcua inuenier.* Ait ergo: *Ego ſum oſtium*. Vt enim ait Auguſtinus: Chriſtus dicitur oſtium et paſtor, ſicut et lapis et petra per ſimilitudinem: Nihil enim horum dicitur. Chriſtus ergo oſtium ad ſimilitudinem oſtij: quia ſicut per oſtium fit ingreſſio in domum, et ſic eorum, quæ ſunt in domo, patefactio: ſic per Chriſtum fit ſpiritualiter. Vnde Chriſtus eſt oſtium, per quod fit ingreſſio in vnitatem corporis ſui ſiue Eccleſiæ: Dabo clauem domus Dauid ſuper humeros eius et aperiet, *et cet.* Ecce dedi coram te oſtium apertum, quod nemo poteſt claudere. Item eſt oſtium per quod fit ingreſſus in abdita et arcana ſcripturarum: Beatus homo qui audit me. Et ſequitur: Et obſeruat ad poſtes oſtij mei. Ipſe enim eſt: Leo qui vicit de tribu Iuda, et aperuit librum: Vidi et ecce oſtium apertum. Ingrediens per primum oſtium fidei gratia iuſtificatur: ingrediens per oſtium ſecundo modo dictum, veritatis ſapientia illuſtratur. Ingrediens per oſtium, tertio modo dictum, gloriæ affluentia beatificatur. Sed intrans his modis debet ſe oſtio conformare et cito ſubijci. Vnde Auguſtinus: Humilis eſt enim ianua Chriſtus Dominus, qui intrat per hanc ianuam, oportet quòd humiliet ſe, vt ſano capite poſſit intrare: Ego ſum mitis et humilis corde. Et ſequitur: Venite ad me, ſcilicet humiliando, et ſic per me intrando. Et omnis ſic intrans ſaluabitur, quia talis eſt in manu filij, de qua nullus rapiet, infra eodem. Salus enim animæ, eſt in ſanctitate iuſtitiæ. Saluabitur, inquam, ſalute, velocitate feſtina: Iuxta eſt ſalus mea, vt nunciet. Et: Salus mea non morabitur. Item ſaluabitur ſalute multa numeroſitate, quia et in anima et in corpore, et in vtriuſque ſenſibus: Occupabit ſalus muros tuos. Quod enim occupatur, ab alio circumdatur. Item ſaluabitur ſalute iocunda deliciositate: Adducet nobis ſempiternam iocunditatem cum ſalute veſtra. Item ſaluabitur ſalute perpetua æternitate: Saluatus eſt Iſrael in Domino ſalute æterna: tunc erit vox ſalutis et exultatio in tabernaculis iuſtorum. Sed intrans modo dicto, vt ſaluetur, tunc debet ingredi ad meditanda quæ Dei ſunt, quæ ſunt credenda, quæ amanda, quæ appetenda, et quæ ſunt his contraria. Et debet egredi ad mandata Dei adimplenda. Vnde Auguſtinus: Ingredi interius dicimus, quando aliquid cogitamus. Et: Vade populus meus, intra in tabernacula tua. Et: Præcurre prior in domum tuam. Et ſequitur: Conceptiones tuas age. Item dicimur egredi, quando aliquid exterius operamur ſecundum illud Prophetę: Exibit homo ad opus ſuum. Vt ait idem Auguſtinus: Siue mente excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus nobis. Et ad ſic ingrediendum et egrediendum debet paſtor præcedere: Prouideat Deus hominem, *et cetera*. Et ſequitur: Qui poſſet exire et intrare ante eos. Et talis paſcua inueniet, ſcilicet triplicia: quorum prima ſunt, internæ conſcientiæ gaudia: Secura enim mens quaſi iuge con-

Aug. tract. 46. in Ioan. ante med. *et tract. 47. ante med. tom. 9.* *Iſa. 22. a* *Apoc. 3. b* *Prou. 8. d* *Ibidem.* *Apoc. 5. b* *Apoc. 4. a* *Aug. tract. 45. in Ioan. ante med. tom. 9.* *Mat. 11. b* *Ibidem.* *Eccl. 30. d* *Iſai. 56. c* *Iſai. 46. c* *Baruch. 4. f* *Iſa. 45. d* *Aug. tract. 45. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.* *Iſa. 26. g* *Eccli. 32. d* *Ibidem.* *2. Cor. 5. c* *Num. 27. e* *Prou. 15. g*

Digitized by Google

Pſal.22. a ge conuiuium. De quibus in pſalmo: In loco paſcuæ ibi me collocauit. Item inueniet paſcua, ſcilicet ſcripturarum delectabilia documenta et myſteria, et ſanctorum exempla: Circumſpiciet montes paſcuæ ſuæ. *Iob. 39. g* Per quos montes poſſunt intelligi alta myſteria ſcripturarum: vt enim ait Auguſtinus: Sicut carnalibus eſcis alitur caro, ita ex diuinis eloquijs et orationibus interior homo nutritur et paſcitur. Itē ſunt paſcua æternorū gaudiorū. Vnde Auguſtinus hic: Bona paſcua vita æterna, ibi nulla herba areſcit, totū viret, totū viget. Et ibi bene de hoc: Paſcuis vberrimis paſcā eos. Super quod Gregor. Quæ ſunt paſcua ouium niſi æterna gaudia virentis paradiſi? Et ibi bene de hoc: Pergunt ad paſtum. Ibi Gregorius exponens iſta verba. Quòd paſtum ſcriptura vocat, viriditatis æternæ pabulum, prout hic dicitur. Et ibi bene de hoc. Prima paſcua inueniret intrans per oſtium, modo primo dictum. Secunda intrans per oſtium ſecundo modo dictum. Tertia intrans per oſtium, tertio modo dictum. Et ideo merito dicuntur fideles oues paſcuæ Dei. Et quia talia paſcua non quærunt paſtores ouibus, ideo dicitur: Principes eius velut arietes non inuenientes paſcua. Propter quod clamant et conqueruntur oues: Miſerunt greges armenti, quia non eſt eis paſcua.

Iob. 39. g
Aug. de ſalutarib. documen. ad quemd. Comit. c. 28. tom. 4.
Idem tract. 48. in Ioā. ante med. tom. 9.
Ezec. 24. a
Greg. in Euang. hom. 14. poſt medium.
Iob 39. a
Greg. Mor. li. 30. c. 11. in princ.
Thren. 1. a
Ioel. 2. c

Collatio Quadrageſimanona.

Bonus paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis. Quoniam planum eſt ex textu et ex ſanctis, quoniam filius Dei fuit bonus paſtor, qui dedit animam ſuam pro ouibus: de quo paſtore: Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum: Sicut paſtor gregem ſuum paſcit. Ideo iſta verba exponuntur myſterialiter de vicario Ieſu Chriſti qui ei ſuccedit in officio paſtorali. Et ſecundum hoc quattuor figurantur: quorum primum eſt officij prælationis ſpecifica conditio, ibi: *Paſtor*. Secundum eſt adimpletionis officij debita perfectio, ibi: *Bonus*. Tertium eſt eiuſdem iuſta obligatio, ibi: *Dat animam*. Quartum eſt ſubditorum humilis ſubiectio, ibi: *Ouibus ſuis*. Ait ergo: *Paſtor*. Vt enim ait Hugo et Papias: Paſtor dicitur a paſcendo, quia paſtum dat ouibus, ſiue quia depaſcit oues. Sicut Auguſtinus ait: Textu ſcripturarum et maxime Euangelij paſcimur, vt ait idem Auguſtinus: Ea quibus paſcimur ſunt mandata Dei, ſiue præcepta vtriuſque Teſtamenti. Ille eſt ergo paſtor, qui paſcit prædictis paſcuis: Docet et erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Vnde Bernardus: Paſtus ouium in paſcuis ſcripturarum debet eſſe. Et hoc tripliciter, vt mandata duris et carnalibus imponantur diſpenſationum omnibus puſillis, ſecundum illud Apoſtoli: Qui infirmus eſt ſolus manducet. Conſilia ſolida et hortamenta fortia ſanis. Vnde infra, dictum eſt Petro ter: Paſce oues meas. Et ibi de hoc: Paſcite qui in vobis eſt gregem. Vel paſtor eſt, qui paſcit prædictis paſcuis, de quibus in priori collatione, ſcilicet paſtu ſacræ eruditionis, et paſtu piæ conſolationis, et paſtu promiſſionis de cæleſtibus: Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, qui paſcant vos ſcientia et doctrina. Sed tamen de multis verificatur iſtud, de quo plangit Dominus: Væ paſtoribus qui paſcebant ſemetipſos. Et talis eſt bonus paſtor, ſecundum regulam Senecæ. Illud eſt bonum in omnibus et in ſingulis, quando vnumquodque facit illud ad quod naſcitur, et quod eſt ei proprium: ſicut homo eſt bonus quando viuit ſecundum rectam rationem. Sic omnis res quando finem ſuum impleuerit, laudabilis eſt. Et ſic paſtor eſt bonus, qui perfecte facit opera paſtoris: ſed vt patet in littera, opera paſtoris ſunt, legitime ingredi per oſtiū, quod Chriſtus eſt, et vocare oues nominatim, id eſt ſigillatim cognoſcere eas, ad paſcua emittere, et ante eas egredi et ingredi per bona exempla: et ſic de alijs operibus paſtoris, et in paſcendo oues dicto modo, et in fouendo, et nutriendo, et protegendo, ſiue defendendo: Sicut paſtor gregem ſuum paſcit, in brachio ſuo congregauit agnos. Et ſic de alijs. Et in perſona talis paſtoris: Ego paſco oues meas. Et ſequitur: Quod perierat requiram, et quod abiectum erat reducam. Sed de multis verificatur nunc iſtud Zachariæ: O paſtor et idolum derelinquens gregem: Paſtor, inquam, nomine, idolum re, quia non adimplet opera boni paſtoris: Grex perditus eſt. Et ſequitur: Paſtores ſeduxerunt eos. Et talis paſtor dat animam, ſcilicet affligendo per pœnitentiam. Item dat animam exponendo ſe morti propter ſalubrem cuſtodiam ouium. Vt enim ait Bernardus: Dupliciter eſt portare crucem Domini, vel ponendo animam vt martyr, vel affligendo vt pœnitens: Ille pro nobis animam ſuam poſuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere. Item debet ponere animam periculis obuiando, in defendendo oues et labores ſuſtinendo: exemplo Iacob, qui ait: Die noctuq. æſtu vrebar et gelu, fugiebarq. ſomnus ab oculis meis. Et exemplo Dauid, de quo: Paſcebat ſeruus tuus gregem, et veniebat leo, et vrſus, et conſurgebant aduerſum me. Et ſequitur: Interficiebam eos. Talis erat Apoſtolus, qui ait: Quotidie morior propter veſtram gloriam, fratres. Sed qui non dant animas immo fugiūt, quia mercenarij ſunt, prout proſequitur Gregorius bene, ſuper iſtud, vbi multum et bene de hoc. Et ſic debet animam dare pro ouibus, id eſt, pro ſalute ouium: Per oues enim fideles ſignantur, quia ouis eſt molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum, ab oblatione dictum, vt ait Iſidorus: Vnde ouis eſt innocuum et ſimplex animal. Et tamē ſolers eſt et cauta, in tuendo ſalutem, in declinando nociua, et eligendo herbas medicinales, in declinando tela, in adimplendo ſe herbis imminente hieme: tunc enim inexplebiliter eſcam capit, vt ait Ambroſius: Vt ergo tales ſint ſpiritualiter fideles, et non ſint lupi, per capacitatem, vel vrſi per voracitatem, vel leones per crudelitatem. Et ſic de alijs debet paſtor dare animam. In pſalmo: Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi, *et cetera*. Vt de talibus verificetur illud: Eratis ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis ad paſtorem et epiſcopum animarum veſtrarum. Prælatus eſt paſtor in paſcendo dictis modis, et epiſcopus ſuper intendendo, et cuſtodiendo.

Ezec. 29. d
Iſa. 48. b
Eccli. 18. c
Bern. ſuper Cāt. ſerm. 26. poſt medium.
1. Cor. 3. c
Ioan. vlt. g
1. Pet. 5. d
Ierem. 4. b
Ezec. 34. b
Iſid. etym. lib. 12. c. 1.
Amb. Hexaem. li. 6. c. 4. ante med. to. 1.
Pſal. 76. d
1. Pet. 2. b
Iſai. 40. b
Ezec. 34. a
Ibidem.
Zach. 11. b
Ierem. 50. f
Ibidem.
Bern. ſuper Cant. ſerm. 30. poſt medium.
1. Ioan. 3. d
Gen. 31. a
1. Reg. 17. b
Ibidem.
1. Cor. 15. b
Greg. in Euang. hom. 14.

Collatio Quinquageſima.

Poteſtatem habeo ponendi animam meam, et iterum ſumendi eam. In his verbis tria inſinuantur: quorum primum eſt filij Dei magnifica virtuoſitas, ibi: *Poteſtatem habeo*. Secundum eſt munifica et dignatiua bonitas, ibi: *Ponendi animam meam*. Tertium eſt eiuſdem inuicta virtuoſitas, ſcilicet in reſurgendo, ibi: *Poteſtatem habeo iterum ſumendi eam*. Ait ergo: *Poteſtatem habeo*. id eſt, magna intentione ſiue virtute, quia omnia poteſt, et nihil ei reſiſtit. Et: Videbitis filium hominis, venientem cum poteſtate magna et maieſtate. Item habet poteſtatem, ſcilicet latam immenſitate: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, et in terra. Et non ſolum habet poteſtatem ſuper ea, quæ ſunt entia, immo ſuper nihil, quia poteſt creare de nihilo, et ſuper mortem, quia poteſt de morte reſuſcitare: Qui vitæ et mortis habet poteſtatem. Item habet poteſtatem filius Dei æternitate interminabilem: Poteſtas enim eius, poteſtas ſempiterna. Magnifica ergo ſua poteſtas, et munifica in hoc quòd poſuit animam ſuam, ſcilicet ſpontanee et voluntarie in morte. Vt enim ait Auguſtinus: Chriſtus poſuit animam, quando verbum voluit, principatus vero in verbo erat, et ibi poteſtas. Ponere animam eſt mori, caro ponit animam et ſumit, ſcilicet poteſtate verbi. Hæc ille: Animam, inquam, excellentia ſupereminentem, atque peccato puram et innocentem, vaitate diuinitatis

Luc. 21. b
Mat. vlt. a
Sap. 16. d
Dan. 3. c
Aug. tract. 47. in Ioā. poſt mediū. tom. 9.

diuinitatis deificatam, et ideo amabilitate directam. Quoniam tamen posuit moriendo, non necessitate, non obliuione, non commodi proprij acquisitione, sed pro generis humani redemptione. Et sic posuit animam in morte, non in manibus amicorum, et in morte diuturnitate prolixa, amaritudine dira, ignominiositate opprobriosa: Propter quod in figura eius: *Iere. 12. b* Dilectam dedi animam meam in manus inimicorum vestrorum: *Rom. 5. b* Pro impijs mortuus est. Et sequitur: Commendat Deus charitatem suam, quoniam cum adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est. Et *Eccl. 39. d* ideo dicitur: Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris, dedit animam suam pro te. Et non solum fuit sua bonitas sic ponendo animam in morte, sed fuit sua inuicta virtuositas sumendo in resurrectione: Fuit enim tunc sua potestas manifestata virtualiter siue potenter, quia sua virtute surrexit. Infra ait: Ego sum *Ioan. 11. c* resurrectio, scilicet effectiue et causaliter, respectu etiam omnium resurgentium. Et si enim crucifixus *2. Cor. 13. g* est ex infirmitate, resurrexit ex virtute. Item fuit potestas sua manifestata triũphaliter, quia morte destructa, et auctore mortis deuicto resurrexit, ait enim: *Osee. 13. a* Ero mors tua, o mors, *et cetera*. Ideo dicitur: Quem *Act. 2. c* Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat illum detineri ab eo. Item ipse sumpsit animam in resurrectione glorianter, quia cum *Luc. vlt. c* omni gloria, et ad gloriam surrexit: Oportuit Christum pati, et resurgere a mortuis, et ita intrare in gloriam suam. Et ob huius potestatis magnitudinem, infra: *Ioan. 17. c* Confidite, quia ego vici mundum. Ecce vicit leo *Apoc. 5. a* de tribu Iuda. Imitatores ergo filij Dei et electi sic *Ioan. 12. b* ponant animas suas pro Christo. Infra: Qui amat animam suam perdet eam, vt resurgat cum ipso in gloria, quia si mortui simus et conuiuemus. *2. Tim. 2. b*

CAPVT VNDECIMVM.

Collatio Quinquagesimaprima.

Aug. tract. 49. in Ioã. ante med. tom. 9. Ibid. post multa. Arist. de somno, et vigilia. c. 1. Ibid. c. 3. post medium. August. de quant. ani. c. 22. ante med. vo. 1.

VADO, *vt a somno excitem eum*, scilicet Lazarũ. In tota ista serie Euãgelica, vt patet ab August. mors Lazari est figura mortis generis humani, et suscitatio eius figura fuit resuscitationis a morte peccati. Et secundum hoc in verbis præmissis tria figurantur: Quorum primum est peccati aggrauantis et ligantis congrua figuratio, ibi: *A somno*. Secundum est animæ sic peccato obligatæ resuscitatio, ibi: *Excitem eum*. Tertium est resuscitantis Christi benefica dignatio, ibi: *Vado ad eum*. Ait ergo: *A somno*. Per somnum siue dormitionem figuratur mors, quia tanta facilitate excitat Dominus de sepulcro, quanta tu excitas dormientem de lecto, ait Augustinus: Vnde conuenienter per somnum signatur peccatum: quia in somno est sensuum ligatio, et operum vigiliæ priuatio, et hominis immobilitatio, vt patet a Sapiente: Quia somnus est priuatio et immobilitatio, vt dicitur ibidem. Item in somno est corporis infrigidatio, et sic dissolutio et debilitatio, maxime si fuerit immoderatus. Vnde Augustinus: Somnus est frigidus et humidus, et sic resoluit, vt patet in liturgicis, qui dormiendo moriuntur. Item in somno est vanorum somniorum multiplicatio, et inanis lætificatio, et sine causa contristatio. Tunc enim in somno contingunt somnia, secundum Sapientem, vt supra. Item in somno est malorum circumstantium ignorantia, siue inconsideratio periculorum imminentium improuisio, præteritorum immemoratio, vt patet ad sensum. Consimilia autem sunt in somno spiritualiter: quia est ibi ligatio sensuum, ne dirigantur in proprias operationes: quia peccata sunt funes, siue vincula, prout ait Propheta: Circumplexi sunt me. Et est immobilitatio peccatis et aggrauatio: Iniquitates meæ aggrauatæ sunt super me, ait Psalmista. Item est intima infrigidatio et dissolutio: Frigidam fecit malitiam suam. Et est meditationum et affectionum vanarum et phantasticarum simulatio. Et ex his aliquando lætitia vana et inanis, et tristitia irrationabilis: Sicut somniat esuriens, *et cet.* Et est malorum et periculorum imminentium ignorantia et inconsideratio: Vsquequo piger dormis? Et sequitur: Veniet tibi quasi viator egestas. Merito ergo per somnum mors peccati signatur: Quando solet sopor occupare homines. Ibi Gregorius: quòd per somnum torpor negligentiæ signatur: Si dormiero, dico quando consurgam. Ibi: Dormire est in peccatis iacere: Eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator, *et cetera*. Et sequitur: Verberauerunt me, et non dolui. Sic dormientem letaliter, vel somniantem excitat Dominus infusione gratiæ suæ, clamore suæ doctrinæ, illustratione sapientiæ suæ, et impulsu castigationis suæ. Dormiens solet excitari infusa vigoratione, et sonoro clamore, et luminis subitatione, et eiusdem impulsione. Sicut patet ad sensum: sic spiritualiter excitat Dominus infusa gratia pœnitentiæ. Vnde supra eodem: *Qui credit in me, si mortuus fuerit*, morientem, si tamen postea credat fide operante per dilectionem. Viuent vitæ gratiæ. Item excitat clamore suæ doctrinæ. Vnde supra: Stabat Iesus et clamabat. Et: Sapientia foris prædicat. Et sequitur: In capite turbarum clamitat. Et sic Christus excitat tam per se, quàm per Prophetas: Expergiscimini ebrij et flete. Et per Apostolum: Hora est iam nos de somno surgere. Et: Euigilate iusti: *et cet.* Item excitat luminis illustratione: Omnia quæ arguuntur a lumine manifestantur. Et sequitur: Surge qui dormis et exsurge a mortuis. Item excitat impulsione castigationis paternæ. Ipse stat ad ostium et pulsat. Super quod Gregorius: Pulsat Dominus cum ægritudinis molestijs mortem vicinam designat. Vnde in figura bene et Percussoq. latere Petri excitat eum, et ait: Surge velociter. Qui non excitantur prædictis modis, sunt similes liturgicis, qui dormiendo moriuntur, vt ait Augustinus. De quorum quolibet: Eris sicut dormiens. Et sequitur: Traxerunt me et non sensi. Et ad tales excitandos, venit Dominus ex sua misericordia in istum mundum, sicut in vallem miseriarum: sicut pius Rex descendit ad vinctos liberandos: Spiritus Domini super me. Et sequitur: Misit me, vt mederer contritis corde, et prædicarem captiuis indulgentiam. Supra: Misit Deus filium suum in mundum, non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per eum. Et ibi de hoc, scilicet de suo aduentu.

Ps. 118. b *Psal. 37. a* *Ierem. 6. c* *Isa. 29. c* *Prou. 6. a* *Ibidem.* *Iob. 4. c* *Greg. Mor. lib. 3. c. 22. ante med.* *Iob. 7. a* *Greg. Mor. lib. 8. c. 6. ante med.* *Prou. 23. a* *Ibidem.* *Ioan. 7. a* *Prou. 1. g* *Ioel. 2. c* *Rom. 13. b* *1. Cor. 15. c* *Eph. 5. a* *Ibidem.* *Apoc. 3. d* *Greg. in Euãg. ho. 13. ante med.* *Act. 12. a* *Prou. 23. b* *Ibidem.* *Isai. 61. a* *Ibidem.* *Ioan. 3. c*

Collatio Quinquagesimasecunda.

DOmine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. In his verbis exprimitur affectuosa confessio beatæ Marthæ. Vnde tria hic denotantur: quorum primum est professio diuinæ potestatis, ibi: *Domine*. Secundo, professio suæ dignatiuæ bonitatis, ibi: *si fuisses hic*. Tertio professio suæ potestatiuæ virtutis, ibi: *Non fuisset mortuus*. Ait ergo: *Domine*. Et in hoc profitebatur dominatiuam potestatiuam, et maiestatem, ipse solus est Dominus. De hoc habitum est supra; Domine ad quem ibimus. Et licet sit verus Dominus et solus Dominus, tamen dignatur hic esse nobiscum, summa sua et dignatiua bonitate. Est enim hic nobiscum, consequenter cum omnibus et in omnibus, scilicet per essentiam et præsentiam et potentiam, sicut ait Augustinus. Et idem: Deus diuinitate, bonitate, et virtute vsque ad finem sæculi: Cælum et terram ego impleo: Excelsior cælo est, *et cet.* Ibi multum de hoc. Item est hic per iustificantem gratiam, et sic cum iustis specialiter, in quibus præstat sicut in templis suis. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Et: Vos estis templum Dei. Et sequitur: Quoniam inhabitabo in

Ioan. 6. c *Aug. epist. 57. ad Dardan. to. 2.* *Iere. 23. a* *Iob. 11. a* *1. Cor. 3. d* *2. Cor. 6. c* *Ibidem.*

Digitized by Google

bo in illis, *et cetera*. Item filius Dei est nobiscum, scilicet per actualis, adiutorij manifestam euidentiam:
Iob. 29. b Quando fuit omnipotens mecum. Item filius est nobiscum hic per assumptæ humanitatis veritatem;
Isai. 7. b Vocabitur nomen eius Emanuel, id est, nobiscum Deus: et hoc iam visibiliter quamdiu vixit in carne.
Ioan. 1. b Supra: Verbum caro factum est, et habitauit in nobis. Vel sacramentaliter, sicut sub Sacramento: Vo-
Mat. vlt. f biscum sum vsque ad consummationem sæculi. Primo modo est nobiscum, ne omnino deficiamus ab
Heb. 1. e omnimoda existentia: Ipse est virtus portans omnia.
Iob. 23. c Et: Ipse solus est. Ibi Gregorius: Cuncta quippe ex
Greg. Mor. li. 16. c. 20. post medii. nihilo facta sunt, eorumq. essentia rursum ad nihilum tenderet, nisi eam auctor omnium regiminis manu teneret. Item secundo modo est nobiscum ne deficiamus a gratia et iustitia: Gratia enim Dei sum
1. Cor. 15. c id, quod sum. Sine qua homo nihil est: Si charitatem
2. Cor. 13. c non habuero, nihil sum. Tertio modo est nobiscum, ne deficiamus ab operis efficacia, et aduersantium
Ioan. 15. d malorum victoria. Infra: Sine me nihil potestis face-
Isa. 50. b re. Et: Stemus simul. Et sequitur: Ecce Dominus au-
Ibidem. xiliator meus, quis est qui condemnat me? Quarto modo est nobiscum, ne deficiamus a gloria: Ipse
1. Tim. 2. e enim filius Dei factus fuit homo mediator Dei et hominum, immolatus pro genere humano, soluens debitum per passionem suam, et aperiens regni ia-
Coloss. 1. e nuam: Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum dilectionis filij sui, *et cetera*. Vbi autem est Christus primo modo, non est defectibilitas existentiæ. Vbi autem secundo modo, non est mors culpæ. Vbi est tertio modo, quamdiu adiuuat et conseruat, non est mors naturæ, sicut patet de Eze-
4. Reg. 20. c chia, cui superaddidit annos vitæ. Vbi est quarto modo, et cum quibus est, non erit mors pœnæ. Recte ergo ait Martha: *Si fuisses hic*, scilicet volens seruare vitam fratris mei: *Non fuisset mortuus*: Quia potens es,
Ioan. 5. e supra: Sicut pater suscitat mortuos, sic et filius. Et per hoc signatur quod illi, in quibus est Christus per gratiam, non moriuntur morte culpæ: de qua morte di-
Ibidem. ctum est supra, ibi: Sicut pater suscitat mortuos. Culpa enim est mors damnabilis, priuat enim animam Deo viuificante: est tristabilis, quia spoliat animam sua vera iucunditate: est mors horribilis, quia implet animam, quasi dæmonum multitudine. Et est mors opprobriosa siue ignobilis, quia subijcit animam sub dæmonum seruitute. Et ideo de hac morte verifica-
Eccl. 41. a tur proprie illud: O mors quàm amara est memoria
Iob. 18. c tua omni iniusto: Consumit brachia eius primogenita mors. Et dicitur primogenita respectu mortis pœnæ. Et de hac morte hic Augustinus: Multum peccatum mors animæ est. Si mors corporis est cauenda
Aug. tract. 49. in Ioã. ante med. tom. 9. et timenda; et pro illa differenda tantum multi laborant homines: multo magis pro morte culpæ cauenda, et pro morte pœnæ vitanda, prout ibi ait Augu-
Ibidem. stinus: Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed
Mat. 11. c potius eum timete, qui potest animam et corpus perdere in gehennam.

Collatio Quinquagesimatertia.

Aug. tract. 49. in Ioan. ante med. tom. 9. *Domine iam fœtet, quatriduanus est*. Secundum Augustinum: Mors Lazari gerebat typum mortis generis humani, vel cuiuslibet peccatoris manentis in peccato. Vnde his verbis tria insinuantur, quorum primum est filij Dei eminens sublimitas, ibi: *Domine*. Secundum est, quod figuratur peccatoris morantis in peccato prolixa diuturnitas, ibi: *Quatriduanus est*. Tertium est eiusdem putrida corruptibilitas, ibi: *Fœtet*. Ait ergo: *Domine*. In quo notatur, quòd solius filij est Dei suscitare mortuos morte culpæ. Quia vt ait
Ibidem. Augustinus: Melius suscitata est, scilicet Maria, quàm
Rom. 4. b Lazarus: quia illa de morte culpæ. Ipse enim vocat ea,
Ioan. 6. a quæ non sunt. Et de dominatione sua habitum est supra: Domine ad quem ibimus? Lazarus vero quatriduanus figura peccatoris oppressi consuetudine peccati, secundum Augustinum, vbi supra. Et secun-
Aug. tract. 49. in Ioan. ante med. tom. 9. dum beatũ Gregorium, super istud: Cur lactatus vbertibus? Ait enim quòd Iesus redemptor puellam in domo suscitauit; Iuuenem extra portam; Lazarum
Greg. Mor. lib. 4. c. 25. post medii. sepulcro, vt hic; quius mors signat illum, qui in perpetratione nequitiæ vsu consuetudinis grauatur. Et ibi bene de hoc. Et idem Augustinus hic. Vnde Gre-
Iob 3. c. gorius: Quattuor modis perpetratur peccatũ in cor-
Mat. 9. d de scilicet, suggestione, delectatione, consensu, defen-
Luc. 7. a sionis audacia. Item quattuor modis consummatur
Aug. tract. 49. in Ioan. ante med. tom. 9. in opere. Primo modo, cum latens culpa agitur, post modum cum fine confusione reatus aperitur, dehinc cum in consuetudinem dominatur, ad extremum cum falsæ spei seductionibus et obstinatione desperationis enutritur. Hæc Gregorius. Quatriduanus
Greg. Mor. lib. 2. c. 25. in princ. est peccator, manens in peccato. Primo modo in homine interiori. Secundo modo in homine exteriori. Vel quattuor dies in peccato, sunt quattuor gradus,
Augus. de verbis Domini serm. 44. post medium. t. 10. de quibus Augustinus: qui gradus sunt titillatio delectationis, consensio, factum, consuetudo: quæ quidẽ consuetudo ligat. Et ideo dicitur hic de Lazaro, quod prodijt ligatus manus et pedes. Vnde Augustinus, loquens de se. Ligatus eram non ferro alieno, sed mea
Aug. Confess. lib. 8. c. 10. ante med. tom. 1. voluntate: quippe ex voluntate peruersa facta est libido, et dum seruitur illi, facta est consuetudo, et dum illi non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi quibusdam anulis me tenebat: Stringit quasi Cedrũ
Iob. 40. b in caudam suam. Ibi Gregorius: bene de hoc gradi-
Greg. Mor. li. 32. c. 12. bus in peccato, quibus stringit diabolus animam peccatricem. Et de his diebus: Dies venerunt plagæ eius. His diebus fœtet peccator: nec mirum, quia putrefactus putrefactione spirituali: propter quod ait
Psal. 37. d Propheta in persona talium: Putruerunt et corruptæ
Ioel. 1. d sunt cicatrices meæ. Et: Computruerunt iumenta in stercoribus suis, quod est homines carnales in fœtore luxuriæ vitam finire. Fœtet, inquam, talis horribiliter et multipliciter: Ascendet fœtor eius et putredo
Ioel. 2. e eius. Et recte ait, ascendet, quia vsque in cælum, et ita coram Deo, et etiam coram seipsis: Ascendere
Amos. 5. e feci putredinem castrorum suorum in aras vestras: Vnde Anselmus: Tolerabilius canis putris fœtet ho-
Anselmus in meditationibus. minibus, quàm anima peccatrix Deo: quàm infelicius ista Deo, quàm hominibus ille. Heu non homi-
Eccli. 11. d nem sed opprobrium hominum, vilius peccatore, peius cadauere: Sicut eructant præcordia fœtentium, sic cor superborum. Et tales suos fœtore alios grauant
Malac. 2. f et inficiunt. Ergo dicitur: Vt fœtore illius exercitijs grauaretur. Et ideo pro talibus resuscitandis rogandus est Dominus.

Collatio Quinquagesimaquarta.

Aug. tract. 49. in Ioan. vers. fin. tom. 10. *Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat*. Sicut patet ex textu et ex Augustino hic: hæc verba prolata sunt ex prophetia. Vnde et illi attribuit Euangelista sacramento, quando ait: *Hoc a semetipso non dixit, cum esset Pontifex anni illius*. Vt Augustinus: Et insinuantur quattuor in his verbis. Primũ est humanitatis filij Dei indubitabilis veritas, ibi: *Homo*. Secundo eiusdem singularis sublimitas, ibi: *Vnus*. Tertium passionis grauis acerbitas, ibi: *Moriatur*. Quartum est huius passionis innumerabilis vtilitas, ibi: *Expedit*. Ait ergo: *Homo*, scilicet filius Dei factus homo supra: Verbum caro factum est. Et ibi de
Ioan. 1. b hoc. Homo, inquam, socialitate polyticus, benignitate beneuolus, largitate munificus, omni virtute magnificus. Talis enim est homo naturaliter, et ipse multo magis. Vt enim ait Commentator. Homo est animal polyticum non solitarium, et communicatiuum. Item magnificum: est enim homo nobilissimus et
Iob. 7. b altissimus animalium. Vt Sapiens: Quid est homo,
Greg. Mor. lib. 8. c. 16 quia magnificas eum. Ibi Gregorius. Hominem Deus magnificat, quia largitator rationis ditat, infusione gratiæ,

Digitized by Google

gratiæ visitat, honore collatæ virtutis exaltat. Sed peramplius et perfectius Christus fuit prædictis magnificatus. Ideo homo prout ait Propheta: Homo natus est in ea, id est, in beata virgine, et ideo in Euangelijs vocat se sæpe filium hominis: Filius hominis non habet, vbi caput reclinet. Et: Videbunt filium hominis cum virtute magna et maiestate. Infra: Ecce homo, scilicet anthonomastice. Et ideo merito hic dicitur vnus super alios singularis dignitate et omni virtute. Vnus enim dicit discretionem, siue singularitatem secundum regulam grammaticorum: qualis fuit Christus super alios: Vnum vocaui eum et benedixi eum, scilicet Iesum Christum: Singulariter sum ego donec transeam, ait Propheta in persona sua. Et: Virum de mille vnum reperi. Et ideo in figura bene, vbi dicitur: Quales fuerunt viri quos occidistis? qui responderunt, similes tui, et vnus ex eis quasi filius Regis. Per viros prædictos occisos martyres possunt signari: sed vnus scilicet Iesus Christus quasi filius Regis: vt hęc dictio, quasi, nō sit similitudinis, sed affirmationis, siue veritatis, sicut supra: Vidimus gloriā quasi gloriā vnigeniti a patre. Vbi ponitur pro veritate nō pro similitudine, vt ait Gregorius. Et licet esset tantus et talis, tamen mortuus est voluntarie pro genere humano. Supra: Potestatem habeo ponendi animam meam. Et ibi de hoc. Vnde in hoc patet, sua summa bonitas, sua admiranda charitas, sua stupenda æquitas et suæ condescensionis mirifica humilitas: quam admirans et stupens Apostolus ait: Qui cum in forma Dei esset, *et cetera*: tamen humiliauit semetipsum factus obediēs vsque ad mortem, *et cet.* Et infra: Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis, pro amicis, *et cet.* Non enim solum dignatus est incarnari et generalitates humanas suscipere, sicut esurire et sitire, *et cet.* sed etiam mori, cum tamen mors sit amarissimum quid, quia terminus passionum. Ideo: Commendat autem charitatem suam. Et sequitur: Pro nobis mortuus est. Et mortuus morte crucis, quæ erat mors ignominiositate turpissima, iudicio crucifigentiū, diuturnitate prolixa, acerbitate amara. Augustinus: Illa morte nihil peius fuit inter genera mortium. Mors protendebatur, ne dolor citius finiretur, *et cet.* Et ibi bene de hoc. Morte turpissima condemnemus eum. Et sic mori pro populo fuit expediens, ne pereat, et vere expediens ad ipsius mortis occisionem: Ero mors tua mors. Vnde Augustinus: Vita mortua occidit mortem. Plenitudo vitæ deglutiuit mortem, absorpta est mors in victoria patris. Item sic mori fuit expediens ad generis humani de captiuitate satanica redemptionem: Occisus es et redemisti nos Deo in sanguine tuo: Empti estis pretio magno. Vnde Augustinus. Pretium nostræ redemptionis est sanguis Christi. Item sic mori fuit expediens ad omnem sanctificationem et lauationem a peccato per illam sacram oblationem qua se obtulit Christus in cruce: Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: Tradidit semetipsum oblationem et hostiam pro nobis. Item sic mori fuit expediens ad generis humani reconciliationem Deo patri, et ad introductionem in regnum gloriæ: Reconciliati enim sumus per mortem filij eius. Et: Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Et ideo dicitur: Per sanguinem suum semel introiuit in sancta. Subdit continue.

Ergo sunt meditanda: filij Dei sublimitas,
sue passionis dira acerbitas, et eiusdem
passionis multimoda commoditas,
vt sit in nobis ipsius passionis perfecta imitabilitas.

Psal. 86. b *Mat. 8. c* *Mat. 24. c* *Ioan. 19. f* *Isai. 47. a* *Eccles. 7. b* *Iudit. 8. a* *Ioan. 1. b* *Greg. Mor. lib. 18. c. 6. in princ.* *Ioan. 10. b* *Philip. 2. a* *Ioan. 15. c* *Rom. 5. d* *Ibidem.* *Aug. tract. 26. in Ioā. ante med. tom. 9.* *Sap. 2. d* *Osee. 13. c* *Aug. tract. 2. in Ioan. post mediū. tom. 9.* *Apoc. 5. f* *1. Cor. 6. b* *Aug. enarrat. in Psal. 95. ante med. to. 8.* *Apoc. 1. a* *Eph. 5. c* *Rom. 5. b* *Eph. 2. d* *Hab. 9. a*

CAPVT DVODECIMVM.

Collatio Quinquagesimaquinta.

MARIA *accepit libram vnguenti pistici pretiosi et vnxit pedes Iesu*, et cetera. In his verbis figuratur spiritualis oblatio, qua debet anima fidelis filium Dei honorare, et quam ei offerre debet: in quibus quattuor figurantur, quorum primum est personæ offerentis acceptata Dei virtuositas, ibi: *Maria.* Secundum est oblationis perfectibilitas, ibi: *Accepit libram vnguenti.* Tertium est in offerendo sedula obsequiositas, ibi: *Vnxit pedes.* Quartum ex his redolens famositas, ibi: *Domus impleta est ex odore vnguenti.* Ait ergo: *Maria*, quæ erat persona acceptabilis Deo, et a Deo dilecta. Supra: Diligebat Iesus Martham et sororem eius Mariam. Prius enim debet esse persona offerens acceptata, vt grate offerat: Prius respexit Deus ad Abel, et postea ad munera eius. Vnde Maria gerebat personam perfectæ pœnitentis: interpretatur enim amarum mare: in quo signatur contritionis veritas. Item interpretatur stella, in quo signatur immaculata puritas. Item interpretatur lux, in quo signatur inoffuscata luminositas. Item interpretatur domina, in quo signatur concupiscentiarum disciplinata castigabilitas: quæ debent esse in anima pœnitente, et fuerunt in Maria, sicut planum est ex serie vitæ suæ, de qua dicitur quod dilexit multum, et ideo a Deo dilecta et acceptata: Diligentes enim me diligo: Per libram vnguenti deuotionis perfectibilitas. Vt ait Bernardus: Triplex est vnguentum, scilicet contritionis, deuotionis, et pietatis. Primum est pungitiuum et dolorem faciens. Secundum est temporatiuum dolorem leniens. Tertium est sanatiuum morbum expellens. Et ibi multum de hoc et bene. Primum signatur spiritualiter per vnguentū, quo vnxit Maria pedes Iesu. Secūdum per illud quo vnxit, hic. Tertium per istud quo vnxit corpus Iesu cum alijs Marijs, id est, cum alijs mulieribus. Perfectio vero vnguenti deuotionis signatur ex quarta, scilicet ex pura sinceritate et immixtione alijs, ibi: *Pretiosi.* Istud est pretiosum in genere suo, quod est immixtum rebus ignobilioribus: siue illud est pretiosum quod est rarum: Pretiosior erit vir auro. Ibi Hieronymus: Omne rarum est pretiosum: Meliora sunt vbera tua vino, fragantia vnguentis optimis. Item figuratur perfectio deuotionis ex humilitate vera, ibi: *Nardi.* Nardus enim est herba spicata, id est, habens spicas, secundum Isidorum: Nardus mea dedit odorem suauitatis. Ibi Glossa. Nardus est herba humilis et naturæ calidæ, in quo signatur amor vel dictio cum humilitate. Item figuratur perfectio deuotionis a fidei rectitudine, ibi: *Pistici.* Pistis enim Græce, fides latine. Et dicitur sic a loco, secundum Augustinum. Hæc est fides quæ debet dirigere deuotionē et viuificare. Hęc ille: Ipsa enim est substantia rerum sperādarum. Item figuratur perfectio deuotionis ex iustitiæ æquitate, in hoc quod ait: *Accepit libram vnguenti.* Vt enim ait Augustinus: Vnguentum illud iustitia fuit, ideo libra fuit. Libra enim est perfecta mensura sua, et tunc est deuotio librata, quando est mutua. Et talis quanta et qualis debet esse: Librauit in pondere montes. Per montes figurantur animæ contemplatiuæ, quas librat Deus cælica deuotione: Librabat fontes aquarum. Per quos fontes signantur animæ deuotæ fundentes aquas lacrymarum. Infra: Venit Nicodemus faciens mixturam myrrhę et aloes, quasi libras centum, *et cetera*. In numero vero centenario perfectio significatur, secundum Gregorium: Tale vnguentum debet anima fidelis sibi componere: Facies thimiama compositum opere vnguentarij. Et: Vnguenta

Ioan. 11. a *Gen. 4. c* *Luc. 7. a* *Prou. 8. c* *Bern. super Cāt. serm. 10. ante medium.* *Ibid. ser. 12. post mediū.* *Luc. 7. c* *Marc. vlt. f* *Isai. 13. d* *Hieron. Cōment. in Isa. lib. 6. c. 13. tom. 4.* *Cant. 1. c* *Isid. etym. lib. 17. c. 9.* *Cant. 1. b* *Aug. tract. 50. in Ioan. ante med. tom. 9.* *Heb. 11. a* *Aug. ibid.* *Isai. 40. f* *Prou. 8. c* *Ioan. 19. a* *Greg. in Ezech. lib. 2. hom. 18. post medium.* *Exod. 30. c* *Eccli. 48. a*

Digitized by Google

Vnguentarius faciet pigmentum ſuauitatis. Iſto vnguento pretioſo debet anima deuota vngere pedes Ieſu, quod eſt ſecundum Auguſtinum, bene viuendi Dominica veſtigia ſectari. Et illos tergere, eſt ſuperflua dare pauperibus. Vt ait idem Auguſtinus: Per pedes enim figurantur pauperes et humiles. Per capillos vero figurantur ſuperflua ſiue temporalia. Secundum illud: Quod vni ex minimis feciſtis, mihi feciſtis. Et ex odore prædicti vnguenti deuotionis repletur domus: quia tergendo pedes Chriſti dicto modo, commouemur, ſed vnguenta commota redolent, ait Gregorius: Item ſic tergendo pedes Domini amore feruеſcit, ſed vnguenta cum bulliunt odorem reddunt talis animæ deuotæ: In odorem vnguentorum tuorum curremus. Et ibidem: Nardus mea dedit odorem ſuum, id eſt, anima humilis, et amore deuota: Alijs ſumus odor vitæ in vitam, *et cetera*. Ad imitationem ergo Mariæ quilibet fidelis accipiat libram vnguenti prædicti, et vngat pedes Ieſu modo dicto.

Aug. tract. 50. in Ioan. ante med. tom. 9. *Ibidem.* *Mat. 25. d* *Cant. 1. e* *2. Cor. 2. a*

Collatio Quinquageſimaſexta.

Ecce Rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ. In his verbis exprimitur admiranda humilitas filij Dei, et figuratur eius exceſſiua dignitas. Vnde his verbis figurantur quattuor, quorum primum eſt filij Dei ſupereminens dignitas, ibi: *Rex*. Secundo, eiuſdem communicatiua bonitas, ibi: *Tuus*. Tertio, dignatiua humilitas, ibi: *Venit ſedens*. Quarto, animæ in qua requieſcit Deus congrua figurabilitas, ibi: *Pullum aſinæ*. Ait ergo: *Ecce Rex*. Vt per aduerbium demonſtretur ſua exceſſiua maieſtas et ſingularis dignitas, et incomparabilis poteſtas, et ſui regiminis et regni æternitas, vt ait Auguſtinus: Non enim rex Iſrael Chriſtus ad exigendum tributum, ſed Rex Iſrael, quòd mentes regat, quòd in æternum conſulat, quòd in regnum cælorum credentes, ſperantes, amanteſq. perducat. Infra: In hoc natus ſum, quòd ſum Rex, ſcilicet. Et ibidem: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Rex enim dicitur a regendo, Iſidorus. Item Sapiens: Rex eſt qui intẽdit, quod eſt vtile ſubditorum: non eſt Rex, qui non eſt de ſe ſufficiens, et omnibus bonis præcellens, et talis nullo indiget. Hæc ille. Sed hæc per ſe, et ſumme in ipſo Saluatore. Ideo Rex verus: Beatus et ſolus potens Rex regum et Dominus dominantium. Item: Regi ſæculorum, *et cet.* Et iſte Rex eſt tuus, id eſt, tibi datus, quaſi ſeruus ad miniſtrandum: Seruire me feciſti iniquitatibus tuis, *et cet.* Item eſt tuus ſicut pretium ad redimendum: Empti enim eſtis pretio magno. In pſalmo: Concidiſti ſacrum meum, vt ait ibi Auguſtinus: Pretium noſtrum ferebat in ſacco, percuſſus eſt lancea. Fiſſus eſt ſaccus, manauit pretium orbis terrarum. Item tuus eſt homo, ſicut theſaurus ad ditandum: Quo modo non cum illo omnia nobis donauit. Et: In omnibus diuites facti eſtis cum illo, *et cet.* Vel aliter tuus eſt, ſicut Iudex propitius ad iudicandum, ſicut legifer ad docendum, ſicut Rex ad gubernandum et protegendum: Iudex noſter, legifer noſter, *et cet.* Et licet eſſet Rex tantus et talis, tamen venit ſedens ſuper pullum, in extrema paupertate, in abiectiſſima contemptibilitate, in euidentiſſima humilitate. Supra: Sedens ſuper fontem. Ibi Chryſoſtomus: quòd non ſubiugalibus, id eſt equis, vel equitaturis vtitur. Ideo: Ipſe pauper et aſcendes ſuper aſinum. Non ergo cum pompis, vel cum equitaturis illis, cum quadrigis et diuitijs venit, ſed modo dicto: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. Et hoc: Super pullum aſinæ, in myſterium et figuram. Aſinus enim eſt animal ſimplex. Vnde in aſino ſimplicitas gentilium, ait Gregorius: Item aſinus eſt algore frigidus, vt ait Sapiens. Et eſt animal portandis oneribus deditum. Item videns imaginem ſuam, a qua abhorret et refugit, ait Iſaac: et ſignat animam pœnitentem ſimplicem, laborioſam, peccata ſua deprehendentem et abhorrentem: Iſachar aſinus fortis accubans inter terminos, *et cet.* Cognouit aſinus præſepe Domini ſui: Erant ei quingentæ aſinæ. Per quas ſignantur animæ fideles, laborantes pro æterna requie: in numero enim quinquageſimo figuratur quies, vt ait Gregorius. Ibi ſuper illud. Supernaturalem animam, ſiue in tali anima quieſcit Dominus: prout hic ſignat.

Iſid. Etym. lib. 9. c. 3. in princ. *Ariſt. ethic. lib. 8. c. 10. ante med.* *1. Tim. 6. c* *Apoc. 19. c* *1. Tim. 6. c* *Iſai. 48. a* *1. Cor. 6. c* *Pſal. 29. d* *Rom. 8. d* *1. Cor. 1. e* *Iſa. 33. a* *Ioan. 4. c* *Chryſ. ho. 30. in Ioan. ante med. tom. 3.* *Zach. 9. a* *Mat. 21. e* *Greg. Mor. lib. 1. c. 7. poſt mediũ.* *Ariſt. de generat. animal. lib. 2. c. 6. poſt medium.* *Greg. Mor. lib. 1. c. 14. poſt mediũ.* *Gen. 44. b* *Iob. 1. a* *Greg. Mor. lib. 1. c. 7. circa med.*

Collatio Quinquageſimaſeptima.

Si mortuum fuerit, ſcilicet granum frumenti, *multum fructum adferet*. Qualiter iſtud verbum exponit Auguſtinus de Saluatore, patet hic et Gloſſis. Myſterialiter autem competit cuilibet martyri, in quibus tria figurantur: quorum primum eſt vitæ immaculata puritas, ibi: *Granum frumenti*. Secundum eſt paſſionis dira acerbitas, ibi: *Mortuum fuerit*. Tertium præmij multimoda fructuoſitas, ibi: *Multum fructum adferet*. Ait ergo: *Granum frumenti*, per quod figuratur ſancta anima: granum enim frumenti in genere ſuo eſt nobilitate eximium, ſinceritate purum, guſtu ſapidum, et ad nutriendum virtuoſum. Et ideo per granum frumenti figuratur anima ſancta conuenienter. Quid enim pulchrum niſi frumentum electorum? Frumentum enim deſiderat nubes, id eſt, cæleſtes irrorationes: Implebuntur areæ frumento, *et cetera*. Vnde iuſtus comparatur grano frumenti ratione puritatis et nobilitatis, vt hic. Item comparatur grano ſynapis ratione viuacitatis fidei et amaritudinis pœnitentialis: Simile eſt regnum cælorum grano ſynapis. Vnde frumenta ſunt electi Dei, ait Gregorius, ſuper illud: Frumentum deſiderat nubes. Vnde et cauendum eſt, ne iſtud frumentum degeneret, vel ne pro iſto frumento ſurgat tribulus, anima ſcilicet infructuoſa et aſpera: Si abſcondi quaſi homo peccatum meum. Sequitur: Pro frumento oriatur mihi tribulus, ſcilicet pro anima pura et fructuoſa, anima cupida et ſpinoſa ac infructuoſa. Vnde Ambroſius, ad ſic degenerantem: Tritici granum ſparſum terræ, generis ſui gratiam reddit, et tu degeneras: fruges non adulterant ſinceritatem ſui ſeminis, et tu adulteras puritatem animæ tuæ. Et ibi bene de hoc. Et iſtud granum benedictum pro Chriſto mortuum eſt. Et in hoc paſſionis dira acerbitas, prout dictum eſt ſupra: Mors enim, terribiliſſimum eſt, quia terminus paſſionis. Vt ait Sapiens: Et tamen ſic mori voluerunt martyres, et deſiderauerunt, ne a vita, quæ Chriſtus eſt, ſepararentur: prout dicitur: In occiſione gladij mortui ſunt. Et ad martyris imitationem debet fidelis quilibet mori morte quadruplici. Prima eſt vitæ peccatorum, ſiue iniquitatum omnimoda extinctio: Si mortui ſumus peccato, quo modo viuemus in illo? Mors enim non eſt ſubſtantiæ conſumptio, ſed vnitorum diſcretio. Dionyſius: Qui ergo vere ſe ſeparat ab iniquitatibus, eis moritur. Itẽ ſecunda mors eſt carnalis concupiſcẽtiæ mortificatio, et crucifixio in cruce pœnitentiæ: Qui ſunt Chriſti carnẽ ſuam crucifixerũt cũ vitijs et concupiſcẽtijs. Et: Mortificate mẽbra veſtra: Tertia mors mundialis cupiditatis abdicatio: Mihi mundus crucifixus eſt, et ego mundo. De qua morte et crucifixione Gregorius. Multum ſuper illud Iob: Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium. Item quarta mors eſt in contemplatione diuina, et dilectione delectari exemplo Apoſtoli: Viuo ego iam non ego: Suſpendium elegit anima mea et mortem oſſa mea: Mortui eſtis, et vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. Iuſtus ſic mortuus multum adfert fructum, ad litteram: niſi granum reſoluatur, humectetur, algore conſtringatur, et calore viuificetur, non adfert fructum: Inſipiens tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Item ſpiritualiter ex parte iſta: Sicut

Aug. tract. 51. in Ioan. circa med. tom. 9. *Zach. 9. b* *Iob. 37. f* *Ioel. 2. a* *Mat. 13. b* *Greg. Mor. li. 27. c. 19. in princ.* *Iob. 37. b* *Iob. 21. f* *Ibidem.* *Amb. Hexam. li. 5. c. 7. poſt medium.* *Rom. 6. a* *Dionyſ. de eccleſ. Hierarch. c. 6. poſt mediũ.* *Gal. 5. c* *Coloſſ. 3. a* *Gal. 6. a* *Greg. Mor. li. 18. c. 27.* *Iob. 23. g* *Gal. 2. a* *Iob. 7. c* *Coloſſ. 3. a* *1. Cor. 15. b*

Digitized by Google

Sicut granum sic mortuum profert fructum, sic iustus spiritualiter mortuus, fructum virtutum hic et præmiorum post, qui fructus est sublimis honorabilitate : Flores mei fructus honoris, et honestatis. *Eccli. 24. b* Item fructus multus numerositate, vt dicitur hic: *Prou. 12. b* De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis. Item erit fructus delicioſus dulcedine et delectabilitate : Fructus enim iusti lignum vitæ. Et : Ini- *Prou. 11. c* tium dulcoris habet fructus illius. Item erit fru- *Eccli. 11. d* ctus perennis perpetuitate. Infra : Posui vos vt *Ioan. 16. d* eatis, et fructum adferatis, et fructus vester maneat : *Ierem. 17. b* Nec aliquando desinet facere fructum. Fructus enim est iusto, scilicet Deus iudicans in terra, scilicet viuentium, ait Propheta. Quilibet ergo ascendat in crucem pœnitentiæ dicens : Ascendam in pal- *Cant. 7. a* mam, et apprehendam fructus eius.

Collatio Quinquagesimaoctaua.

QVi mihi ministrat, me sequatur, et vbi ego sum, illic et minister meus erit. In his verbis tria insinuantur, quorum primum est animæ fidelis recta et debita ordinabilitas, ibi : *Qui mihi ministrat*, et hoc in statu. Secundum est imitationis filij Dei, et hoc in actu vel effectu perfectibilitas, ibi : *Me sequatur*. Tertium est magnitudo remunerationis in fructu, ibi : *Et vbi ego sum*. Ait ergo : *Qui mihi ministrat*. Et in hoc, sicut tactum est, recta ordinabilitas animæ fidelis sub Deo: quia qui ministrat, est alteri subiectus: proprie ministerium est quod dant serui Domino, *Senec. de benef. lib. 3. c. 21.* vt ait Seneca : Debet autem fidelis ministrare Deo honorabiliter siue idonee, exhibendo se talem et faciendo se talem, qualis debet esse minister Dei. Pro- *Corint. 6. f* pter quod ait Apostolus : Exhibeamus nos sicut Dei *2. Cor. 3. g* ministros. Et : Qui fecit nos idoneos ministros noui Testamenti. Item debet ministrare Deo similiter et obedienter, scilicet voluntatem Dei adimplendo, et se sub Deo humiliando, prout ait Propheta: Ministri *2. Cor. 11. c* eius qui facitis voluntatem eius. Et : Ministri Chri- *1. Cor. 4. a* sti sunt et ego. Et : Sic nos existimet homo vt Dei ministros. Item debet ministrare intelligenter, siue prudenter discernendo quæ sunt placita Deo, et *Prou. 4. b* quæ non ; quæ agenda et quæ declinanda : Acceptus est Regi minister intelligens. Item debet mi- *Psal. 103. a* nistrare Deo alacriter et feruenter. In psalmo : Qui facis angelos spiritus, et ministros tuos ignem vrentem. Et merito debemus ei sic ministrare : Ipse enim perfectius sine comparatione ministrauit nobis. Vt enim ait Bernardus : Christus fuit minister *Luc. 22. b* alacer charitate feruens, pietate deuotus : Ecce ego in medio vestrum sicut qui ministrat. Vt infra pro- *Ioan. 13. a* ximo : Surrexit a cena, præcinxit se linteo. Et sic de alijs quæ ibi enumerantur. Et sic ministrans debet sequi filium Dei imitando : sequi enim est imi- *August. de uisg. sanct. c. 27. to. 6.* tari, ait Augustinus : Qualiter autem sequendus sit filius Dei, dictum est supra, ibi : Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Nihilominus vt ait Hugo, *Ioan. 8. a* ibi : Quid est homo vt sequatur factorem suum? Ille, *Hugo in eccles. hom. 20. post medium.* inquit, sequitur factorem suum, qui viuit, vt factus est, qui incedit, vt institutus est, qui seruat bonum quod accepit, qui quod natura contulit impollutum custodit. Hæc ille. Ad sic sequendum ministrans *Eccls. 2. b* Deo debet studere, quia ad hoc est vocatus : Vo- *Isai. 41. c* cauit eum vt sequeretur se. Et debet sic sequi voluntarie et libenter, quia vt ait Seneca : Malus mi- *Mat. 16. a* les est qui Imperatorem generis sequitur : Qui vult venire post me, tollat crucem suam et sequatur me. Item debet sequi vniuersaliter, totaliter, scilicet *3. Reg. 18. d* ex toto corde : Vsquequo claudicatis in duas partes : Si Dominus est Deus, sequimini eum, *et cetera*: quasi diceret : totaliter illum sequimini. Item debet sequi vniuersaliter, id est, ad omnia, ad prospera *Mat. 8. d* et aduersa sustinenda : Sequar te quocumque ieris.

Et : Hi sequuntur agnum quocumque ierit. Item *Apoc. 9. c* debet sequi Dominum perenniter, siue indesinenter. Infra : Tu me sequere, scilicet in crucis passionem, *Ioan. vlt. b* ait Glossa. His modis sequi Dominum est magna gloria : Magna gloria sequi Dominum. Sic sequenti Do- *Eccli. 23. b* minum est magna merces, quæ est esse cum Christo. Vnde Augustinus, super istud : Gratis ame- *Aug. tract. 51. in Ioã. post medium. tom. 9.* tur, et operis quo ministratur illi, pretium sit esse cum illo : vbi enim bene erit sine illo, aut quando male esse poterit cum illo? Hæc ille. Præmium ergo erit sic sequenti filium Dei dignitate honorabilissimum, multitudine numerosissimum, delectabilitate deliciosissimum, perennitate æternum : Nihil enim honorabilius quàm esse et regnare cum filio Dei. Vnde sequitur hic : *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus*. Super quod Augustinus, vbi supra : Quem maiorem honorem potuit accipere adoptiuus, quàm vt ibi sit, vbi est vnicus? Item ex hoc: Eum erit cum filio Dei, erit omnis sufficientia et omnis lætitia : Satiabor, inquit Propheta, cum appa- *Psal. 16. b* ruerit gloria tua. Infra : Ostende nobis patrem, et *Ioan. 14. b* sufficit nobis. Et erit indeficientia desiderabilium, quia filius Dei æternus : Lætitia sempiterna super *Isai. 35. c* capita eorum. Et : Sic semper cum Domino eri- *1. Thess. 4. d* mus, *et cet.* Ex quo ergo filij Dei est ministerium, et eum sequi est glorioſum, et præmium est magnificum, merito debet quilibet ei ministrare obedienter, et eum sequi perfectibiliter, vt cum eo regnet feliciter et perenniter.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Collatio Quinquagesimanona.

SI non lauero te, non habebis partem mecum. In his verbis duo insinuantur, quorum primum est necessitas spiritualis lotionis, ibi : *Si non lauero te*. Secundum est eiusdem consequens fructuositas, quod insinuatur per contrariũ, ibi : *Non habebis partem mecum*, quasi diceret : Si lauero habebis partem mecum. Ait ergo : *Si non lauero te*. Vt enim ait Augustinus : Homines mundantur *Aug. cont. Crescon. Grammat. lib. 2. c. 12. post medium. tom. 7.* quadrupliciter, scilicet per verbum veritatis. Infra : Mundi estis propter sermonem meum. Item sacrificio contriti cordis, prout ait Propheta : Lauabo per singulas noctes lectum meum. Item mundantur eleemosynis : Date eleemosynam, et omnia munda sunt vobis. Item mundantur virtute charitatis operientis multitudinem peccatorum, scilicet *Ioan. 15. a* *Psal. 50. a* auferendo et sic mundando. Quando ergo Domi- *Luc. 11. b* nus dat gratiam ad ista ipse lauat. Et licet istud sit di- *1. Pet. 4. b* ctum authentice et bene, nihilominus aliter posset dici, quòd Deus lauat animas gratia baptismali, abluendo a peccato originali : Vt illam, scilicet *Eph. 5. c* Ecclesiam, sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Et : Laui te aqua. Sequitur : Vnxi te *Ezec. 16. d* oleo, *et cet.* Item ipse lauat gratia pœnitentiali, a commissa culpa actuali : quando dat gratiam conterendi et pœnitendi : Effundam super vos aquam *Ezec. 36. a* mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Item ipse lauat igne mundanæ tribulationis, a voluptate carnali : Si abluerit Dominus *Isai. 4. a* filiam Sion et sanguinem Hierusalem, et lauerit de medio eius in spiritu iudicij, *et cet.* Spiritus enim iudicij est tentatio tribulationis. Item Dominus lauat superfusione cælestis spiritus lauantis et mundantis a cupiditate mundiali : Vos baptizabimini Spiritu san- *Act. 1. f* cto, non post multos hos dies. Baptizari enim est la- *Luc. 7. d* uari spiritu infuso, et eleueuãte a mundiali cupidita- *Greg. in Euãg. ho. 33. ante med.* te : Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Ibi Greg. Tãto namque amplius peccati rubigo

consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Ista lotione debent lauari pedes, id est, interni affectus: Quando lauabam pedes meos butyro, id est, pinguedine deuotionis, ait ibi Gregorius exponens illud, vbi bene de hoc. Item ista lotione debet lauari caput, id est, a peccatis mentis: caput enim signat mentem: quia sicut reguntur membra capite, sic cogitationes mente, ait Gregorius: Tu cum ieiunas, vnge caput tuum, et faciem tuam laua. Item ista lotione debent lauari manus, prout ait Propheta: Lauabo inter innocentes manus meas. Vnde non lauantibus manus improperat: Manus vestræ plenæ sunt sanguine. Qui est lotus his modis, non indiget nisi vt pedes lauet, scilicet affectiones interiores, quæ sunt labiles et sæpe infectæ, vt patet ab Augustino hic: Quoniam si dixerimus, quòd peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus: Quando lauabam pedes meos butyro, id est, pinguedine deuotionis, vt ait ibi Gregorius exponens illud. Et propter hoc ait sponsa: Laui pedes meos, quo modo inquinabo illos, quasi diceret: ne inquinentur pedes mei conari debeo. Ideo ait Saluator Apostolis: Excutite puluerem de pedibus vestris. Econtrario de non lauantibus pedes suos sic: Sordes eius in pedibus. Ad istam lotionem faciendam et continuandam et conseruandam iugiter est laborandum, vt etiam qui sanctus est, sanctificetur adhuc,

Iob. 29. a *Greg. Mor. li. 19. c. 10.* *Greg. in Euang. ho. 1. ante med.* *Mat. 6. a* *Psal. 25. b* *Isai. 1. g* *1. Ioan. 2. a* *Iob. 29. a* *Greg. Mor. li. 19. c. 10.* *Cant. 5. d* *Mat. 10. c* *Thren. 1. b* *Apoc. vlt. d*

Collatio Sexagesima.

Si ego laui pedes vestros Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lauare pedes. Filius Dei æternus volens discipulos suos informare, non solum per veritatis documenta, neque per operum miracula, sed per humilitatis dignatiua exempla. In his verbis hortatur illos ad imitandum ipsum in opere extremæ humilitatis, ait: *Si ego laui pedes*, et cet. In quibus tria insinuantur, quorum primum est suæ dignitatis excessiua sublimitas, ibi; *Ego Dominus et magister*. Secundum est operis extrema humilitas, ibi: *Laui pedes vestros*. Tertium est obligationis discipulorum ad consimile opus manifestabilitas, ibi: *Vos debetis alter alterius lauare pedes*. Ait ergo: *Dominus et Magister*. Et in his verbis exprimitur sua dignitas, in duobus scilicet, in sublimitate eminentiæ, ibi: *Dominus*. Et de hoc supra, ibi: Domine ad quem ibimus? Sed mundo exprimitur dignitas sua in plenitudine sapientiæ, ibi: *Magister*. Et vere ipse solus est magister: *Vnus est magister*. Ipse enim est magister, et solus ratione singularis superexcellentiæ: quia magister dicitur, quòd maior institatione, ait Papias, Sed ipse supra omnes. Supra: Qui de cælo venit super omnes est. Item magister dicitur communiter, in quo est veritas et plenitudo sapientiæ. Sed in ipso omnes thesauri sapientiæ et scientiæ Dei. Immo ipse est ipsa sapientia: Christum Dei sapientiam et Dei virtutem. Item magister dicitur ratione regiminis vitæ. Et ideo vt ait Papias, comparatur cum multis; sicut dicitur magister militum. Sed ipse solus rector vitæ. Ipse enim Rex verus, vt habitum est supra: Venit Rex tuus. Item magister dicitur ratione efficacis doctrinæ; sed ipse Iesus Christus solus veraciter et efficaciter docet, vt ait Augustinus; Christus magister intimus, qui docet in schola pectoris. Merito ergo ait de se, quòd erat magister: Vt audiam eum quasi magistrum: dixerunt aduersarij: Magister, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces. Ipse enim venit in magisterium veritatis, ait Augustinus; Et licet esset verus Dominus omnibus præsidens, et solus magister omnes erudiens, dignatus est lauare pedes discipulorum. Ob quam humilitatem stupuit Petrus considerans maiestatem lauantis, operis abiectam et contemptibilem humilitatem, et ob gestus, et studij ipsius lauantis diligentiam et sedulitatem: quia præcinxit se linteo hic, misit aquam in peluim, *et cetera*. Item obstupuit ob illorum quorum pedes lauit seruilem inferioritatem, quia ipsi erant serui et discipuli. Nec solum lauit pedes discipulorum, sed etiam proditoris, et ante ipsum se inclinauit. Et ideo hæc considerans merito ait Petrus: *Non lauabis mihi pedes in æternum*, scilicet manibus, quibus oculos cæci aperuisti, quibus leprosos mundasti, quibus mortuos suscitasti, vt ait Chrysostomus hic, vbi bene de his. Stupendum ergo opus descriptæ humilitatis, quia humilitate dignatus est sic lauare pedes discipulorum. Considerando tamen immensam humilitatem, qua semetipsum exinaniuit, et mortem crucis sustinuit, istud opus fuit minoris humilitatis. Humiliauit enim semetipsum, formam serui accipiens. Vnde notatur quòd lauauit pedes discipulorum hic visibiliter lotione corporali. Item lauit et lauat pedes omnium fidelium inuisibiliter, et lotione interiori per gratiam, vt dictum est in priori collatione. Item ipse lauat animas omnium fidelium lotione admirabili, scilicet sanguine passionis, a qua omnia sacramenta habent efficaciam lauandi: Dilexit nos et lauit in sanguine suo. Et nisi quis fuerit lotus dicto modo, non habebit partem cum filio Dei: Neque enim fornicarij, et sic de alijs peccatoribus, regnum Dei possidebunt. Soli enim sancti et mundi, habebunt partem cum filio Dei in regno gloriæ: Non enim intrabit in eam, scilicet ciuitatem, aliquid coinquinatum, neque faciens abominationem: Suscipient enim sancti regnum Dei. Nec est timendum habenti partem ibi cum filio Dei, quia habendo partem habebit totum, quia habebit Deum ipsum, et ita omne bonum: Ostendam tibi omne bonum. Et Dominus pars hereditatis meæ, ait Propheta: Pars mea Dominus dicit anima mea: Beatus sanctus qui habet partem in resurrectione prima. Et ideo merito concludit hic discipulis: *Vos debetis alter alterius lauare pedes*, scilicet vos conserui ait Chrysostomus, vbi supra. A maioribus enim rebus accepit exempla, vt saltem quod minus est operemur. Et de hoc Augustinus bene. Discamus humilitatem ab excelso, faciamus inuicem humiles, quod humiliter fecit excelsus. Magna hic commendatio humilitatis: et faciunt sibi inuicem fratres, cum se hospitio inuicem suspiciunt. Et post: cum ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso vel excitatur, vel si iam etiam iuerat, confirmatur humilitas affectionis. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Ad hoc exempli filij Dei imitationem, et ad humilitatis excitationem vel confirmationem, ad mutui obsequij exhibitionem, et ad fraternam venerationem, fratrum pedes lauemus: hoc enim fuit magnæ reputationis apud sanctos et apud antiquos. Vnde ait Apostolus de vidua: Si pedes sanctorum lauit. Et in vitis patrum dicitur, quòd tres res erant honorabiles apud patres, ad quas cum honore et timore accedebant, scilicet sacrum altare: scilicet in quo communicabant, mensa fratrum: in qua comedebant, peluis: in quo lauabant pedes fratrum. Ex quo ergo Dominus et Magister lauit pedes discipulorum, electi, qui sunt membra eius, affectualiter, humiliter, libenter idem facere studeant ex affectu.

Ioan. 6. e *Mat. 23. a* *Ioan. 3. c* *Coloss. 2. b* *1. Cor. 1. a* *Ioan. 12. f* *Isai. 50. e* *Mat. 22. c* *Chrys. ho. 69. in Ioan. ante med.* *Philip. 2. a* *1. Tim. 5. d* *Apoc. 1. d* *1. Cor. 6. a* *Apoc. 1.* *Dan. 7. b* *Exod. 23. a* *Thren. 3. a* *Apoc. 20. d* *Chrys. hom. 69. in Ioan. post medii. tom. 3.* *Aug. tract. 58. in Ioan. paulo post med. to. 9.*

Collatio Sexagesimaprima.

Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum feci vobis, ita et vos facitis. Cum enim religionis summa sit imitari eum quem colimus, vt ait Augustinus; In his verbis filius Dei volens nos summa religionis

Aug. de ciuit. Dei. li. 8. cap. 17. tom. 5.

Digitized by Google

religionis adimplere, hortatur nos ad ipsum imitandum. In quibus quattuor insinuantur: quorum primum est dantis exemplum maiestatiua dignitas, quod notatur in pronomine subintellecto in hoc verbo: *Dedi*. Secundum est formæ imitandæ, siue operis virtuosi exemplaris perfectibilitas, ibi: *Exemplum dedi*. Tertium est imitationis hortabilitas, ibi: *Faciatis*. Quartum est modi faciendi rectitudo siue æqualitas, ibi: *Quemadmodum ego feci*. Ait ergo. *Ego dedi qui sum*. scilicet Dominus et magister. Et de hoc in priori collatione. Et exemplum dedi multiplex prout ait Augustinus: *Exemplum*, inquit, *dedi* sursum uidentibus Deum, exemplum deorsum mirantibus hominem, exemplum sanis ad permanendum, exemplum infirmis ad conualescendum, exemplum morituris ad non timendum, exemplum mortuis ad resurgendum. Hæc ille. Et licet tot modis exemplum dederit, nihilominus exemplum dedit fraternæ dilectionis, obsequiosæ administrationis, et miræ humiliationis, vt de omnibus patet, quãdo ait: *Exemplum dedi vobis*. Item exemplũ dedit laboriosæ operationis, quia in laboribus a iuuentute sua fuit. Adam exemplũ meũ ab adoloscentia mea. Adam scilicet secundus, de cælo cælestis. Item dedit exemplum patientiæ, et longanimitatis in sufferendis contumelijs: Afficiam te contumelijs, et ponam te in exemplum. Et: Exemplum accipite fratres laboris et patientiæ. Et sequitur: Finem Domini vidistis, *et cetera*. Item exemplum dedit sustinendæ mortis et etiam mortis crucis: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum. Et: Exemplum sum coram eis. Ex quo ergo Iesus Christus fuit exemplum maiestate authenticum inenarrabili veritate rectum, integritate perfectum, faciendum est ad imitationem istius exemplaris. Ideo ait hic: *Exemplum dedi vobis vt faciatis*. Vt non solum audiatis vel dicatis vel inspiciatis, sed vnitatem faciatis: Fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est, id est in Christo: et hoc vitam nostram vitæ suæ conformando, vias eius tenendo, et vestigia ipsius sequendo: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus et imaginem cælestis. Imago cælestis hominis, est vita Iesu Christi: Estote imitatores Dei sicut filij charissimi. Aspicientes ergo ad tale exemplar debemus vitam nostram formare, corrigere, et rectificare, viuendo vt ille vixit, prout possibile est, agendo quæ ipse fecit, sustinendo quæ sustinuit, detestando quæ prohibuit: Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Iesum, *et cetera*. Talis erat Apostolus, qui ait: Viuo ego iam non ego. Et ad hoc hortatur idem ipse: Mortui estis, et vita vestra abscondita est cum Christo. Et sequitur: Exspoliantes uos ueterem hominem, et indnentes nouum, *et cetera*.

Zach. 13. *e* — *1. Cor.* 15. *a* — *Naum.* 3. *a* — *Iacob.* 5. *b* — *Ibidem.* — *1. Pet.* 2. *a* — *Ioh* 17. *a* — *Exod.* 25. *e* — *1. Cor.* 15. *d* — *Eph.* 5. *f* — *Heb.* 12. *b* — *Gal.* 2. *c* — *Coloss.* 3. *c* — *Ibidem.*

Collatio Sexagesimasecunda.

ERat recumbens vnus ex discipulis in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. In his verbis insinuantur singulares et priuilegiales prærogatiuæ beati Ioannis tres: quarum prima est excessiua honorabilitas et singularis inter discipulos Christi, ibi: *Vnus ex discipulis*. Secunda est peculiaris familiaritas, ibi: *Recumbens in sinu eius*. Tertia est grata acceptibilitas ex priuilegialibus virtutibus ipsius filij Dei, ibi: *Quem diligebat*. Ait ergo: *Vnus ex discipulis*. Et etiam in hoc eximius honor: Si enim seruus filij Dei sunt eius amici, prout ait infra: Iam non dicam vos seruos: multo magis discipuli eius sunt amici sui. Discipulus autem filij Dei est, qui est docibilis eius auditor. Vt enim ait Bernardus: Discipulus est qui aurem parat. Et ideo: Accesserunt ad eum discipuli eius, et aperiens os suum docebat eos. Item discipulus filij Dei est eius feruidus amator: *In hoc cognoscent omnes quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis inter vos*. Sed non est dilectio fraterna vera sine dilectione Dei, vt ait Chrysostomus hic. Item discipulus Christi, qui est perfectus eius imitator: Sufficit discipulo si sit sicut magister eius. Vt enim ait Chrysostomus: Hoc est discipulum Christi esse, scilicet mitem et mansuetum esse; Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Item discipulus est Christi, qui est fructuosus operator. Vnde infra: Posui vos vt eatis et fructum afferatis. Ibi Chrysostomus: Qui fructum fert ille est discipulus. Et quoniam beatus Ioannes fuit talis excessiue, ideo merito dicitur de ipso hic, quòd erat vnus ex discipulis: ita quòd vnus dicat discretionem siue eminentiam. Vt de ipso verificetur illud: Vnus ex eis quasi filius Regis. Et iste beatus Ioannes recubuit in sinu Domini: Vt enim ait Augustinus hic: Per sinum quid aliud signatur quàm secretum? et sinus pectoris sapientiæ secretum est. Idem Augustinus. In hoc ergo quod ait, quòd erat recumbens in sinu ipsius Iesu, signatur quòd Deus cibauit illum secretis sapientiæ suæ affluenter et supersingulariter, et salubriter et vtiliter ad aliorum omnium illuminationem. Vnde Augustinus: Quòd sicut Petrus primus Apostolorum claues regni cælorum accepit, nec tamen ipse solus ligat, soluitq. peccata, sed vniuersa Ecclesia: sic beatus Ioannes super quietissimum sinum Christi discubuit, et de fonte Dominici pectoris non solus bibit: sed in ipso Dominus Euangelium suum pro sua cuiusque capacitate omnibus suis bibendum terrarum toto orbe diffudit. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Ideo de ipso verificatur illud: Cibabit illum pane vitæ et intellectus. Et sequitur: *In medio Ecclesiæ aperuit os eius*, et cetera. Et ideo merito diligebat eum Iesus, eo quòd impleuerat eum donis gratiæ suæ, et secretis sapientiæ suæ, et feruore dilectionis suæ: Diligentes enim me diligam, ait diuina sapientia: Ipse enim dilectus Deo et hominibus. Et merito dilectus a Deo ob integritatem sacræ virginitatis, et dilectior a Deo ob plenitudinem sapientiæ cælestis, et dilectissimus ob affluentiam diuini spiritus gratificantis: Amantissimus Domini habitabit confidenter. Ait autem Glossa hic, quòd eum diligebat Iesus non plus omnibus sed familiarius, infra vltimo. Sunt qui censuerunt a Christo Ioannem Apostolum propterea plus amatum, quòd neque vxorem duxerit, et ab ineunte ætate castissimus fuerit. Hoc tamen in scripturis canonicis non euidenter apparet. Hæc ille. Et de his amplius. Magnæ ergo et miræ istæ prærogatiuæ beati Ioannis in alias priuilegiatas prærogatiuas.

Cart. hom. 76. in Ioan. ante med. — *tom. 3.* — *Mat. 10. b* — *Chrys. hom. 59. in Ioã. circa med.* — *tom. 3.* — *Mat. 11. f* — *Ioan. 15. b* — *Chrys. ho. 75. in Ioan. ante med.* — *tom. 3.* — *Iudic. 8. c* — *Aug. tract. 61. in Ioan. post mediũ.* — *tom. 9.* — *Ibid. tract. 124. post medium.* — *Eccli. 15. a* — *Prou. 8. a* — *Eccl. 45. c* — *Deut. vlt. b*

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Collatio Sexagesimatertia.

IN domo patris mei mansiones multæ sunt. In his verbis tria figurantur, quorum primum est æternæ beatitudinis honorifica sublimitas, ibi: *In domo patris mei*. Secundum est, gloriæ beatorum numerositas, ibi: *Multæ mansiones*. Tertium est inuariabilis æternitas, ibi: *Mansiones*. Ait ergo: *In domo patris*. Per quam domum regnum æternum signatur. Et in hoc figuratur plena securitas, quia domus est cooperimentum prohibens a corruptione, a ventis, imbribus, et tempestatibus. Vt patet a sapiente. Item in hoc apparet regni immen-

Baruch.3.c immenſitas: Magna eſt domus Domini. Item in hoc apparet bonorum omnium copioſitas, et honeſta ordinabilitas. Vnde in figura: Videns Regina Saba ſapientiam Salomonis, et domum quam ædificauit, et cibos menſæ, *et cetera*: Non erat in ea ſpiritus. In Pſalmo: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Et ideo hanc inhabitare deſiderat Propheta, quando ait: Vt inhabitem in domo Domini. Domũ maieſtatis meæ glorificabo. Et: Dabo eis in domo mea, et in muris meis nomen melius, *et cet.* Et in hac domo ſunt multæ manſiones, ſicut et patet ab Auguſtino hic. Licet denarius retributionis ſit vnus omnium beatorum, quia nullus illorum alienabitur ab illa domo, nec eſt diuerſa in æternitate menſura: tamen diuerſæ manſiones ſignant diuerſas meritorum dignitates. Alia enim gloria ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum. Paruus et magnus ibi ſunt. De hoc ibi Gregorius bene: Et in hoc gloriarum numeroſitas: Vt enim ait Auguſtinus. Quoniam Deus charitas eſt, per charitatem fit, vt quod habent ſinguli, commune ſit omnibus. Sic enim quiſque etiam ipſe habet, quia amat in altero, quod ipſe non habet. Hæc ille. Et de hoc Anſelmus bene, vbi ait: quòd quilibet gaudebit de alterius beatitudine, ſicut de ſua. Iſta ſunt tabernacula, de quibus ait Propheta: Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Et cellaria, de quibus: Introduxit me in cellaria ſua. Et hæ ſunt manſiones. Et in hoc notatur æternitas: manſio enim dicit ſtabilitatem, et perennitatem: propter quod ait Apoſtolus: Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed in cælis eſt manſiua habitatio abſque variabilitate et defectibilitate. Ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, æternam in cælis. In Pſalmo: Plantati in domo Domini: niſi enim eſſet æternitas manſionis, non eſſet felicitas completa beatitudinis. Ideo dicitur: Habitabit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, et in requie opulenta. Beati ergo qui habitant in domo tua, in ſæculum ſæculi laudabunt te.

1.Cor.15.c *Iob 3. c* *Greg. Mor. lib. 4. c.31. ante med.* *Anſel. prolog. in ſi.* *Pſal. 83. a* *Cant. 1. a* *Hebr.12.b* *2.Cor.5. a* *Pſal. 91. d* *Iſai. 32. c* *Pſal. 83. b*

Collatio Sexageſimaquarta.

SI quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et cetera. In his verbis ſignantur quattuor, quæ debent eſſe in fidelibus. Quorum primum eſt, diuinæ dilectionis perfectibilitas in affectu, ibi: *Si quis diligit me*. Secundum eſt diuinorum mandatorum adimpletio, ſiue obſeruabilitas in effectu, ibi: *Sermonem meum ſeruabit*. Tertium eſt ſic diligentis, et obſeruantis mandata, Deo grata acceptabilitas, ibi: *Et pater meus diliget eum*. Quartum eſt, retributionis magnitudo, ſiue immenſitas, ibi: *Ad eum veniemus*. Ait ergo: *Si quis diligit me*, ſcilicet vt ſum diligendus ex toto corde. Vbi Gloſſa de hoc bene. Et Auguſtinus: Dilige Deum ex toto corde, vt omnes cogitationes tuas, et omnem vitam, et omnem intellectum in illum conferas, a quo hæc habes. Et ibi bene de hoc. Eſt enim diligendus dulciter, ne illecti fortiter, ne oppreſſi prudenter, ne decepti ab amore Domini auertamur, ait Bernardus, vbi multum et bene de hoc. De omni corde laudauit Dominum, et dilexit Deum, qui fecit illum. Et ſic diligens debet ſeruare ſermonem Domini, in memoriam illum retinendo, et in ore loquendo, et in effectu operando, et in conuerſatione oſtendendo, ſupra eodem: *Qui habet mandata mea, et ſeruat ea, ille eſt qui diligit me*. Ibi Auguſtinus: Qui habet mandata in memoria, et ſeruat in vita, qui habet in ſermonibus, et ſeruat in moribus, qui habet audiendo, et ſeruat in faciendo, qui habet faciendo, et ſeruat perſeuerando, ille eſt qui diligit me. Hæc ille. Eſt ergo ſermo diuinus ſeruandus in memoria, ſiue mandata eius:

Dent. 6. c *Mat.22. a* *Auguſt. de doct. Chriſt. lib. 1. c.21. tom. 3.* *Bern. ſuper Cãt. ſer. 20. ante med.* *Eccli.47. c* *Aug. tract. 75. in Ioã. poſt mediũ. tom. 9.*

A Ne obliuiſcaris legis meæ, et præcepta mea cuſtodiat cor tuum. Item eſt ſermo diuinus ore ſæpe proferendus, et ruminandus: Si quis loquitur quaſi ſermones Dei. Item eſt ſermo diuinus opere, et effectu implendus: Eſtote factores verbi. Item eſt ſermo diuinus conuerſatione, et vita oſtendendus, et eſt perſeueranter cuſtodiendus dictis modis: In opere mandatorum tuorum veteraſce. Et de obſeruatione iſta Gregorius hic: De dilectione conditoris lingua, mens, et vita requiratur. Numquã enim eſt Dei amor otioſus. Operatur magna, ſi eſt, ſi autem renuit operari, amor non eſt. Et ibi multum de hoc. Et

B talem diligit pater: nec mirum, quia eſt membrum filij, et ſic filius patris, et confrater filij, et coheres. Supra eodem: *Qui diligit me, diligetur a patre meo*. Et in hoc eſt magnifica honorabilitas, munitiua ſecuritas, et mirifica fructuoſitas, tam in præſenti, quàm in futuro. Deus enim diligit effectu, ſiue dona ſua conferendo, ait Bernardus. Charitate perpetua dilexi te. Et ideo ſequitur: *Ad eum veniemus*, ſcilicet Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus, ait Gloſſa. Non ſolum in præſenti gratificando, et iuſtificando, ſed etiam in futuro beatificando. Vnde Gloſſa: Manſio non tranſitura, ſed æterna. Et

C Auguſtinus, quòd iſta manſio eſt ſpiritualis atque intrinſeca, qua in æternum beatificat liberatos, ſecundum quam a ſuis dilectoribus non recedit. Hæc ille. Venit enim Deus ad animam in ipſius iuſtificatione, et gratificatione. Supra: Spiritus vbi vult ſpirat, et vocem eius audis, et neſcis vnde veniat, aut quo vadat. Et: Si venerit ad me non videbo eum: Ipſe nouit locum eius. Ibi Gregorius exponens iſtud: Quo modo, inquit, uenit, qui vbique eſt? Et reſpondet: Venire eius ſapientiæ eſt per illuminationem mentis noſtræ iudicare præſentiam maieſtatis ſuæ. Et ibi bene de hoc. Et Bernardus

D exponens iſtud ait: Venire ad animam uerbum eſt erudire in ſapientia: patrem autem venire, afficere ad amorem ſapientiæ. Pater ergo enutriens, et verbum erudiens manſionem faciunt apud animam bene compoſitam. Et ibi multum, et bene de hoc. Item dicitur Deus venire, et manere per internæ conſolationis affluentiam, vel præſentem ſubuentionem, ſicut dicitur derelinquere, quando ſubtrahit conſolationem ad animæ humiliationem: prout ait Bernardus, quòd Spiritus ſanctus aliquando recedit, vt auidius requiratur, et rurſum redit, vt conſoletur. Quando omnipotens erat mecum, *et cetera*. Item venit ad plenam glorificationem, et impletionem animę ſua maieſtatiua gloria, prout exponit Auguſtinus, ut dictum eſt ſupra. Ego ſto ad oſtium, et pulſo: ſi quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, et cenabo cum illo, et ille mecum. Super quod Gregorius: Venit Dominus cum ad iudicium properat. Et ſequitur cui aperimus, ſed hunc cum amore ſuſcipimus. Mira ergo et magna dignatio Dei, quòd dignatur ſic venire ad animam fidelem, et ſolicita ac ſtudioſa debet eſſe anima ad præparandum locum ipſi venienti.

Prou. 3. d *1.Pet. 4. c* *Iac. 1. a* *Eccli.11. e* *Greg. in Euãg. ho. 30. ante med.* *Ierem.31.a* *Aug. tract. 77. in Ioã. non longe a prin. to. 9.* *Ioan. 3. b* *Iob 9. b.* *Iob 28. d* *Greg. Mor. lib.19. c.3. poſt mediũ.* *Bern. ſuper Cãt. ſer. 69. ante med.* *Bern. ſuper Cãt. ſer. 17. non mult. a prin.* *Iob 29. f* *Apoc.3. a* *Luc.11. b*

E F

Collatio Sexageſimaquinta.

PAraclitus Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. In his uerbis tria inſinuantur. Quorum primum eſt doni diuini excellens pretioſitas, ibi: *Spiritus ſanctus paraclitus*. Secundum eſt modi donationis ordinabilitas, ibi: *Quem mittet pater in nomine meo*. Tertium eſt eiuſdem doni fructuoſa vtilitas, ibi: *Docebit vos omnia*. Ait ergo: *Paraclitus Spiritus ſanctus*, quia Spiritus, ideo doni impretiabilis bonitas: Ipſe enim pater dat Spiritum bonum petentibus ſe. Quia ſanctus, ideo ex ipſo dono omnis mali exterminabilitas. Quod enim ſanctus

Digitized by Google

Sap. 9. a sanctus est, a malo inquinante et deordinante sanctificat: in illa enim Spiritus intelligentia sanctus: Vt
Act. 9. b impleatis Spiritu sancto. Quia paraclitus, id est consolator, omnis boni plenitudo siue copiositas: non enim est consolatio vera nisi in Deo, nec plena, quia
Exod. 33. c in ipso omne bonum. Et ideo Sapientia: O quàm
Sap. 12. a bonus et suauis est Spiritus tuus in nobis Domine! Bo
Iacob. 1. c nus inquam, quia facit de malo bonum: Omne datum optimum et omne donum perfectum, *et cetera*. Suauis, quia facit de afflicto consolatum: et ideo Spi-
Psal. 44. b ritus comparatur oleo lætitiæ. In psalmo: Vnxit
Cant. 1. a te Deus oleo lætitiæ. Et: Oleum effusum nomen
Bern. serm. 15. in Cãt. post medii. tuum. Ibi Bernardus, quòd oleum lenit, pascit, et vngit. Et ibi bene de hoc. Et de ipso Spiritu et eius effectibus infra proximo. Et istum Spiritum dat pater in nomine filij. Et in hoc pater donationis ordinabilitas, et per ipsum filium omnium bonorum nobis communicabilitas, et illorum salubritas, quia in nomine filij, scilicet saluatoris non datur, nisi quòd est
Ioan. 15. c remedium, vel adiutorium saluatis. Infra proximo: Si
16. 23. quid poscetis patrem in nomine meo dabit vobis.
Aug. tract. 73. in Ioan. post medii. et trac. 102 non longe a princ. to. 9. Ibi Augustinus: Quod non petitur in nomine Saluatoris, petitur contra rationem salutis: vnde in isto nomine sanctificato fit gratuita collatio spiritus et impetratio, vt hic dicitur. Item in nomine isto est omnium vniuersalis saluatio: Non enim est aliud nomen sub
Act. 4. b cælo, in quo oporteat nos saluos fieri. Et: Iustificati
Coloss. 3. a estis in nomine Domini Iesu. Item in nomine isto
1. Reg. 17. a virtuosa fit omnium potestatũ aduersantium triumphalis deuictio ait Dauid: Venio ad te in nomine
Psal. 117. a Domini exercituum, *et cetera*. Et ideo huic nomini
Philip. 2. a est subijciendus omnis spiritus: Vt in nomine Iesu
Rom. 10. c omne genu flectatur. Istud ergo gloriosum nomen in omnibus inuocandum: Quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit. Et iste Spiritus docebit om-
Greg. in Euang. hom. 30. post medium. nia, et hoc virtualiter et velociter, prout ait Gregorius hic. O qualis est artifex iste Spiritus, nulla ad discendum mora agitur, in omne quod voluerit. Mox enim vt tetigerit mentem, docet: Solum tetigisse, docuisse est. Et ibi bene de hoc. Ibi exemplificat
Ibidem. de Prophetis et Apostolis. Et vt ait ibidem: Animum
Sap. 1. b humanum subito vt illustrat, immutat: Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum. Et hoc quod con-
Sap. 1. a tinet omnia scientiam habet vocis. Item docet dulci-
Sap. 1. a ter et suauiter: Benignus est Spiritus sapientiæ. Et:
1. Ioan. 2. d Vnctio docebit vos de omnibus. Item Spiritus docet
Ioan. 16. c inenarrabiliter. Infra: Docebit vos omnem veritatem: Et ibi amplius de hoc.

Collatio Sexagesimæ sexta.

Augusti. de verbis Domini serm. 57. to. 10. Aug. hom. 77. in Ioan. ante med.

PAcem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Vt enim ait Augustinus, loquitur de bono pacis: quòd pax est testamentum filij Dei, et qui testamentum noluerit obseruare, non potest concordiam cum Christo habere, nec poterit ad veritatem Dei peruenire. Et quoniam secundum Augustinum, duplex est pax: vna in præsenti sæculo, alia in futuro: ideo duo hic insinuantur: quorum primum est promissio dimissionis primæ pacis in præsenti, ibi: *Pacem relinquo vobis.* Secundo promissio æternæ pacis in futuro, ibi:
Ibidem. *Pacem meam do vobis.* Vnde Augustinus: Pacem relinquit nobis, in qua manẽtes hostem vincimus: Pacem suam dabit, quando sine hoste regnabimus. Pacem relinquit, vt inuicem diligamus: pacem dabit, vbi numquam dissentire possimus: Et ibi bene de hoc.
Aug. de ciuit. Dei. lib. 19. cap. 11. tom. 5. Est ergo pax in præsenti, de qua Augustinus: Tantum est pacis bonum, vt in rebus terrenis atque mortalibus, nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil melius inueniri. Et ibi bene de
Ibid. c. 13. in princ. hoc. Et consequenter: De multiplici pace, vbi inter alia ait: Pax animæ rationalis est ordinata cogitationis et actionis consensio: Pax hominis mortalis dicitur ordinata in fide sub æterna lege obedientia.

A Pax hominum est ordinata concordia. Et ibi, et de multiplici alia pace bene. Vnde est pax animæ cum suo superiori, scilicet cum Deo: Acquiesce et habebis *Iob. 22. a* pacem. Item est pax hominis in suo interiori. De quo supra Augustinus: Pax Dei quæ exsuperat omnem *Philip. 4. b* sensum. Item est pax hominis cum suo inferiori, scilicet carne subiugando eam per frenum abstinentiæ et continentiæ: Bestiæ terræ erunt tibi pacificæ. Et: *Iob. 5. a* Habitasses in pace super terrã: Vtinam attendisses ad *Baruth. 3. c* mandata mea, et fuisset quasi flumen pax tua. Item *Isai. 48. c* est pax hominis cum suo exteriori, id est proximo: de qua supra similiter Augustinus: Cum placuerint *Prou. 16. f*
B Deo viæ hominis, inimicos eius conuertet ad pacem. Magnum ergo donum Dei, quando dat talem pacem. Et de ista pace Augustinus: Pax est serenitas *Augusti. de* mẽtis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris *verbis Do-* vinculum, consortium charitatis, et sic de alijs quæ *mini serm.* ibi enumerat. Et sequitur: Hanc qui accipit, teneat, *57. tom. 10.* qui perdidit repetat, qui amisit exquirat: quoniam qui in ea non fuerit inuentus, abdicatur a patre, exhereditatur a filio, a Spiritu sancto efficitur alienus. Hæc ille: Statuit ei testamentum pacis. Vnde et *Eccl. 45. a* ad pacem faciendam in terris, et inter nos et Deum venit filius de cælis: Ipse est pax nostra *Eph. 2. c*
C qui fecit vtraque vnum. Et in sua natiuitate pacem nunciauerunt Angeli de cælis: In terra pax *Luc. 2. c* hominibus bonæ voluntatis. Hanc pacem promisit discipulis. Infra: In me pacem habebitis. Et hanc pa- *Ioan. 16. d* cem quasi testamentum reliquit hic discipulis. Et post resurrectionem pacem eis annunciauit. Infra: Et post hanc pacem dabit pacem suam in cælis, sicut *Ioan. 20. a* ait hic: *Pacem meam do vobis*: Quando sine hoste re- *Aug. tract.* gnabimus, ait Augustinus superius: tunc enim veri- *77. in Ioan.* ficatur illud Propheræ: Qui posuit fines tuos pacem. *ante med.* Vt enim ait Anselmus: Concordia est vnum de bonis *tom. 9.* patriæ, quia omnium erit vna voluntas: In lætitia *Psal. 147. a*
D egrediemini, et in pace deducemini. Merito ergo *Anselmus* prima pax est tenenda perfectibiliter, vt ad secun- *in lib. de* dam perueniatur feliciter: Seruabis pacem, pa- *beatitudi-* cem quia in te speramus. Et: Annos vitæ illius *ne.* in pace implebit. *Isai. 55. g* *Isai. 26. e* *Eccli. 25. f*

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Collatio Sexagesimaseptima.

E *EGO sum vitis vera, et pater meus agricola est: qui manet in me*, et cetera. In his verbis spiritualiter tria insinuantur: quorum primum est gratiæ Christi plenitudo siue copiositas, ibi: *Ego sum vitis vera.* Secundum est, deitatis ad colendam Ecclesiam siue membra Iesu Christi dignatiua studiositas, ibi: *Pater meus agricola.* Tertium est, membris Iesu Christi cum ipso indiuisa vnibilitas, et ab ipso viuificabilitas, ibi: *Qui manet in me.* Ait ergo: *Ego sum vitis vera.* Vitis enim dicitur eo quòd vim habeat citius radicandi: vel vites dicuntur, eo quòd inuicem se innectant, ait
F Isidorus: Vnde vitis habet velocis radicationis vir- *Isid. etym.* tuositatem, et mutuæ connexionis natam habili- *lib. 17. c. 5.* tatem, et ad crescendum et ad multiplicandum ramos inclytam virtutem, et fructus siue fertilitatis fructuositatem. Vt enim ait Seneca: Propria *Senec. epist.* virtus in vite est fertilitas. Et quia hoc in Christo *41. post me-* homine plenarie et radicaliter et efficienter respectu suorum membrorum, ideo ipse est vitis, prout *dium.* ait Augustinus, quòd factus est homo, vt in eo *Aug. tract.* esset vitis humana natura. Et de hac vite fructifera: *80. in Ioã.* Ego quasi vitis fructificaui. Et in figura: Vidi coram *circa princ.* me vitem, in qua vidi tres propagines crescere, tuliq. *tom. 9.* vuas et expressi in calicem, *et cet.* Vitis, Iesus Chri- *Eccli. 24. a* stus: tres propagines signant tres naturas in Christo, *Gen. 40. e*

Digitized by Google

ſcilicet naturam diuinam, et naturam humanam rationabilem, ſcilicet animam, et naturam corporalem: quæ ſignantur per tria ſata, quæ miſcuit mulier, vt exponit Bernardus ſuper illud: Ex quibus colligens homo diuinas dulcedines, et cæleſtes, in calice pœnitentiæ inebriatur, id eſt, euertitur ab omni humana conſolatione. De quo calice in pſalmo: Calix meus inebrians quàm præclarus eſt. Iſtius vitis palmites ſunt fideles Chriſto inhærentes, et haurientes humorem gratiæ a Chriſto. Palmes enim vitis eſt materia mollis, quia per nouella brachia immiſſus affert fructum, ſecundum Iſidorum. Palmites ergo ſignant credentes. Vnde Auguſtinus hic: Palmites ita ſunt in vite, vt viti non conferant, ſed inde accipiant vnde viuant; ita vitis eſt in palmitibus, vt vitale alimentum ſubminiſtret eis. Hæc ille. Sicut ergo palmites ex vite procedunt et indiuiſibiliter adhærent, et ex ea hauriunt humorem vitalem, et inde fructificant: ſic eſt de credentibus in Chriſto, quòd ex eo viuunt et ei adhærent, et ex eo humorem gratiæ hauriunt et inde fructificant: Facta eſt vinea et fructificauit in palmites. In pſalmo: Extendit palmites ſuos vſque ad mare: Abſciderunt palmitem cum vua ſua. Quod poteſt exponi, vel de Chriſto homine, vel de quolibet membro eius. Iſtorum palmitum agricola eſt Deus pater. Vt enim ait Auguſtinus: Nos colimus Deum adorando, ipſe colit nos, ſicut agricola agrum, ſcilicet nociua exſtirpando derore cæli, id eſt, de gratia rigando. Palmites ſpirituales mundando et purgando vt dicitur hic, ſuperfluа putando et abſcindendo: Ero quaſi ros Iſrael, germinabit ſicut lilium. Et ſequitur: Germinauit quaſi vinea: Dei agricultura eſtis. Et ſequitur: Neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus. Iſte ergo agricola palmitum eſt arte colendi peritus, eſt poteſtate influendi et viuificandi palmites virtuoſus, eſt ad colendum voluntarius et ſedulus. In figura dixit ad cultorem vineę: Ecce tres anni ſunt. Et ſequitur: Dimitte hoc anno, vſque dum fodiam et mittam ſtercora, *et cet.* Super quod Auguſtinus: Foſſa, locus humilitatis: cophinus ſtercoris, lacrymæ pœnitentium. Fodi parietem: Rigabo meum hortum, *et cetera.* Non ergo mirum ſi prædicta vitis germinet bonum vinum in palmitibus ſuis: Ligans ad vineam pullum ſuum, et ad vitem aſinam ſuam, lauabit in vino ſtolam ſuam, *etcet.* Et eſt figura de Chriſto, qui ligauit credentes ſibi et Eccleſiæ.

Luc. 13. a *Bern. de conſid. li.* 5. *poſt medii.* *Pſal.* 22. b *Iſid. etym. lib.* 17. *c.* 5. *Aug. tract.* 81. *in Ioan. circa princ. tom.* 9. *Ezec.* 17. c *Pſal.* 79. c *Num.* 11. c *Auguſt. de verbis Domini ſerm.* 59. *circa prin. to.* 10. *Oſee.* 14. b *Ibidem.* c 1. *Cor.* 3. c *Luc.* 13. a *Ibidem.* *Auguſt. de verb. Domini ſerm.* 31. *ante med. to.* 10. *Ezech.* 8. b *Eccl.* 24. c *Gen.* 49. a

Collatio Sexageſimaoctaua.

Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. In his verbis tria inſinuantur, quorum primum eſt præcepti dilectionis Deo appropriatiua ſingularitas, ibi: *Hoc eſt præceptum meum.* Secundum eſt rei præceptæ rectitudo ſiue æquitas, ibi: *Vt diligatis inuicem.* Tertium eſt, modi adimplendi præceptum perfectibilitas, ibi: *Sicut dilexi vos.* Ait ergo: *Hoc eſt præceptum meum.* Iſtud præceptum eſt ſinceræ ſuæ præceptionis authenticum. Vnde ait: *Hoc eſt præceptũ meum.* Vnde Gregorius: Quid eſt quòd de dilectione quaſi de ſingulari mandato Dominus dicit: *Hoc eſt præceptum meum*, et cet. Niſi quia omne præceptum de ſola dilectione eſt? Item hoc præceptum eſt continentia omnis præcepti perfectum. Vnde Gregorius: Omne præceptum vnum præceptum ſunt. Et ponit exemplum de radice arboris, et de ramis: Plenitudo enim legis eſt dilectio. Item hoc præceptum eſt dignitate magnum, ait legis doctor: Quod eſt mandatum maximum et primum? Cui reſpondit Ieſus: Diliges Dominum Deum tuũ. Hoc eſt maximum et primum præceptũ. Secundum vero ſimile huic: Diliges proximũ. Et ſecundum hoc, illud eſt magnum: Qui enim diligit proximũ, legem impleuit. Item hoc

Greg. in Euang. hom. 27. *in prin.* *Ibidem.* *Rom.* 13. c *Mat.* 22. a *Ibidem.* *Rom.* 13. b

præceptum eſt efficacia virtuoſum. Suprà: Mandatum nouum do vobis. Ibi Auguſtinus: Ideo mandatum nouum, quia exuto vetere homine, induit nos nouum hominem: vel nouat quippe audientem, vel potius obedientem. Merito ergo adimplendum eſt iſtud præceptum. Vnde Auguſtinus hic: Ibi dictum eſt nouum mandatum, ne in vetuſtate noſtra perſeueremus: hic dictum eſt: *Meum præceptum*, ne contemnendum putaremus. Et ſubditur ſecundum: *Vt diligatis inuicem*, non odiatis deteſtãdo, non contemnatis negligendo, nec timeatis ſolum formidando, ſed diligatis bonum optando et volendo inuicem. Diligatis, inquam, ordinabiliter, diligendo in nomine quod eſt diligendum, et quod eſt diligendum, ſcilicet vnde eſt ad imaginem Dei, non propter voluptatem, quam ex eo capit, ſicut homo diligit auem garrulam: nec propter commoditatem, ſicut homo diligit iumentum: nec propter carnalem cognationem ſolum, nec propter corporis pulcritudinem, ſed vnde eſt homo ad Dei imaginem: ſic enim debet homo diligere ſemetipſum, prout ait Auguſtinus: Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Item vt diligatis inuicem ſalubriter et beneficiẽter, omne malum a proximo amouendo, et omne bonum proprius ſe conferendo. Vt enim ait Auguſtinus: Ad dilectionem proximi pertinet innocentia, qua nulli nocemus, et beneuolentia, qua proſumus, quibus poſſumus. Et ideo ſignanter ait, ſupra: Præceptum nouum do vobis vt diligatis inuicem. Ibi Auguſtinus: Medicus enim recte dicitur ægrotos diligere, quia non diligit in eis, niſi ſalutem quam cupit reuocare, et odit morbũ quem vult expellere. Sic nos debemus inuicem diligere, ſalutem mutuam diligendo, et malum odiendo, *et cet.* Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Item vt diligatis inuicem veraciter non doloſe, vel fallaciter: Non diligamus verbo neque lingua, ſed opere et veritate. Item vt diligatis ordinabiliter, ſcilicet diligẽdo Deum in proximo, et creſcendo in dilectionem Dei ex dilectione proximi. Vt enim ait Hugo: Sic eſt de dilectione Dei et proximi, ſicut de dilectione mellis et faui: quia non diligit homo in fauo niſi mel, ſic non debet homo diligere in homine niſi Deum. Mel enim diligitur propter ſe, fauus propter mel. Et ibi bene de hoc: Si diligamus inuicem Deus in nobis manet. *Sic Deus dilexit nos*, ſcilicet recte ſiue rationabiliter ac beneficienter, veraciter et ordinabiliter: In dilectione et indulgentia ſua redemit nos, *et cetera.* In charitate perpetua dilexi te: Ipſe prior dilexit nos, et miſit filium ſuum. Supra: Sicut dilexit me pater, ita et dilexi vos. Infra eodem: Maiorem charitatem nemo habet. Et: Chriſtus dilexit nos, et tradidit ſemetipſum pro nobis. Præcepti ergo ſumma auctoritas, rei præceptæ iuſta æquitas, modi adimplendi præceptũ perfectibilitas, ad imitationem dignatiæ dilectionis, qua filius Dei dilexit nos.

Ioan. 13. c *Aug. tract.* 65. *in Ioan. poſt medii. tom.* 9. *1. Ioan.* 3. b *Hugo de S. ſacram. fid. lib.* 2. *part.* 13. *c.* 6. *poſt medium.* *1. Ioan.* 4. c *Iſa.* 62. a *Ierem.* 31. b *1. Ioan.* 4. c *Ioan.* 3. c *Eph.* 5. a

Collatio Sexageſimanona.

Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ præcipio vobis. Quoniam vt ait ſapiens, honor eſt in honorante, ſcilicet vanus, felicitas eſt in felicitato. Hoc eſt dictum in poteſtate, hominis honorantis eſt honorare quemlibet pro voluntate, ſed felicitas redditur merito. Et quia amicitia Dei eſt magna felicitas, ideo præſupponit meritum in amico. Et hæc duo in his verbis inſinuantur: quorum primum eſt meriti virtuoſi perfectibilitas, ibi: *Si feceritis quæ præcipio.* Secundum eſt glorioſa bonitas, ibi: *Amici mei eritis.* Ait ergo: *Si feceritis quæ præcipio vobis*, ſcilicet in præmiſſo præcepto de dilectione, in quo præcepto ſunt omnia præcepta, vt ait Gregorius: Præcepta, inquit, Dominica multa ſunt per diuerſitatem operis, et vnum in radice dilectionis. Et ibi bene et multum de hoc. Vnde Auguſtinus: Breue præceptum tibi præcipitur; Dilige

Amicitia Dei magna felicitas.

Greg. in Euang. hom. 27. *in prin.* *Aug. tract.* 7. *in epiſt. Ioan. poſt med. to.* 9.

Digitized by Google

Dilige, et quod vis fac. Siue taceas, dilectione taceas: siue clames, dilectione clames: siue emendes, dilectione emendes: siue parcas, dilectione parcas. Et sic de alijs, quæ ibi enumerat. Radix sit intus dilectionis: non potest de ista radice exire nisi bonũ semen. Hæc ille. Et ibi bene de hoc. Vere ergo adimplens hoc præceptum de dilectione legem impleuit. *Rom. 13. b* Et ibidem: Plenitudo legis est dilectio. Qualiter autem faciendum est hoc præceptum, dictum est in priori collatione: et sic adimplens præceptum erit *Iob 36. d* amicus Dei: Annunciat de eo amico suo. Ibi Gregorius exponens istud ait: quòd amicus veritatis est rectæ amator actionis: sed non est recta comparatio, *Greg. Mor. lib. 27. c. 8. in prin.* nisi exiens de radice charitatis, et informata charitate, et ipsa eadem finaliter ordinata: Si charitatem *1. Cor. 13. d* non habuero, nihil sum. Et huius adimpletionis mandatorum est fructus, assequi amicitiam Dei. Vnde ait: *Vos amici mei*, et cetera: *Si feceritis*. Vt enim ait Gregorius: Quanta est dignitas hominum esse amicos *Greg. in Euãg. ho. 27. ante med.* Dei? Serui digni non sumus, et amici vocamur. Vt enim ait Tullius: Maximum est in amicitia, parem esse inferiori: multo magis summum est Deum con- *Cic. de amic. circ. post med.* descendere, vt sit amicus hominis: amicitia enim est *Ibid. ante med.* rerum humanarum, et diuinarum cum beneuolentia, et charitate consensio, ait ibidem. Et Augustinus idem. Deus enim amicitiæ æquiparat se amico, ait Bernardus. Fiunt autem homines amici Dei, et effi- *Prou. 22. a* ciunt immaculabili sanctimonia: Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum, habebit amicum Regem. Item efficiuntur amici Dei inenarra- *Sap. 8. c* bili sapientia: Amicos Dei, et Prophetas constituit, scilicet sapientia. Item efficiuntur amici Dei præceptorum perfecta obseruantia: prout dicitur hic, et est expositum. Item efficiuntur amici Dei tribula- *Iudith. 8. c* tionum longanimi sufferentia de Abraam: Quòd per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus *Iac. 2. a* est. Et idem. Et hæc amicitia est honorificatiua, et *Eccli. 48. d* exaltatiua eminenter, et perenniter: In amicitia tua *Luc. 14. b* decorati sunt: Amice, ascende superius. Item est de- *Sap. 8. a* lectatiua, et consolatiua: In amicitia illius delectatio bona. Item hæc amicitia est in futuro beatificatiua, quia visionis Dei, et omnium bonorum impetratiua. Vnde ait hic: *Vos dixi amicos, quia omnia nota feci vobis*, ideſt, in futuro faciam, prout exponit Augustinus: *1. Ioan. 3. c* Tunc enim videbimus eum sicuti est. Magnus ergo fructus huius amicitiæ, et modicus labor ad eam im- *Eccls. 6. a* petrandam: Amicus fidelis, medicamentum vitæ, qualis est Christus.

Collatio Septuagesima.

QVia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propter hoc odit vos mundus. In his verbis tria figurantur, siue insinuantur. Quorum primum est, discipulorum Christi ingenua nobilitas, ibi: *Non estis de mundo*. Secundo, eorumdem Deo grata acceptibilitas, ibi: *Sed ego elegi vos*. Tertio, mundanorum in detestando discipulos Christi peruersitas, ibi: *Propterea odit vos mundus*. Ait ergo: *Non estis de mundo*. Nec secundum spiritualem originem, quia discipuli Christi, et membra eius descenderunt de cæ- *Ioan. 3. d* lo. Supra: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit filius hominis, qui est in cælo. Christus *Apoc. 21. a* cum membris suis, secundum Augustinum ibi: Vi- *1. Cor. 15. c* di ciuitatem sanctam Hierusalem de cælo descenden- *Aug. tract. 2. in Ioan. post medii. tem. 9.* tem, *et cetera*, ideſt, Ecclesiam. Primus homo de terra terrenus. Secundus de cælo cælestis. Item discipuli Christi, siue electi non sunt de mundo, secũdum *Mat. 6. c* mansiuam dilectionem. Vt enim ait Augustinus: *Iob 39. d* Amando habitamus: qui diligunt mundum, corde *Greg. Mor. li. 31. c. 19. ante med.* habitant in mundo: qui non carne in mundo, corde versantur in cælo: Vbi est thesaurus tuus, ibi et cor tuum: In arduis ponet nidum. Ibi Gregorius satis de hoc, qualiter est habitatio sanctorum sursum. In arduis, inquit, ponit nidum, quia in superius figit consilium. Et de hoc Seneca bene, loquens de animo *Sen. ep. 41. circa med.* sacro: Maiore, inquit, sui parte est, vnde descendit. Et ponit exemplum: Quemadmodum radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt, vnde mittuntur: sic animus magnus, et sacer hic dimissus conuersatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ, illic pendet, illic spectat, illic nititur. Hæc ille. Confimiliter ait Bernardus, quòd anima est verius vbi amat, quàm vbi animat. Item electi Dei non sunt de mundo per similem conuersationem ipsis mundanis: No- *Philip. 3. d* stra conuersatio est in cælis. Et: Dij similes homini- *Act. 14. c* bus descenderunt ad nos. Vnde in persona mundi: Dissimilis est nobis vita eius. Et ideo non erunt cum *Sap. 2. e* mundo, secundum retributionem: Dum iudicamur *1. Cor. 11. c* a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Electis enim dicetur: Venite benedicti patris *Mat. 25. d* mei. Reprobis: Ite in ignem æternum. Sed hoc non debent sibi attribuere, sed Deo. Ideo sequitur: *Ego vos elegi*, non meritis vestris, quorum nulla bona præcesserunt, sed gratia: non ex operibus, ait hic Augustinus. Ipse enim elegit prædestinationis ele- *Aug. ho. 87* ctione: Elegit nos ante mundi constitutionem: An- *Eph. 1. c* tequam aliquid boni egissent, aut mali, vt secundum *Rom. 9. a* electionem propositum Dei maneret, *et cetera*. Item elegit temporali iustificatione: Quia quos prædestinauit, hos et vocauit: Elegi te, non abieci te. Item ipse *Rom. 8. f* eligit assumptione ad officij dignitatem, supra: Duo- *Isai. 40. c* decim uos elegi. Item eligit finali glorificatione, ut *Ioan. 6. d* ait Propheta in Psalmo: Beatus quem elegisti, et as- *Psal. 64. a* sumpsisti: Ecce puer meus electus quem elegi: Et in *Mat. 2. a* electis meis mitte radices. Et licet discipuli Dei sint *Eccli. 24. a* tales, et grati Deo, tamen mundus eos odit ob suam malignitatem, et peruersitatem, et ob discipulorum Christi perfectibilitatem, ut dictum est in expositione litteræ. Et tales prius sibi nocent, quàm illis, quos odiunt. Vnde Gregorius hic. Si odio habere cœpe- *Greg. in Euãg. ho. 27. ante med.* rimus inimicum, intus est quod perdimus. Et Augustinus: Odium tenere aduersus fratrem, est fontem charitatis obdurare. Et idem: Odiens hominem plus vastat se in imitando, quàm alium persequendo. Sed quia ipsi sunt mali, scilicet amatores mundi, odiunt *Hiero. aduers. Ioui. lib. 2. vers. fin. tom. 2.* Dei electos arguentes uitia eorum. Vnde Hieronymus: Veritas amara est, et qui eam prædicant, replentur amaritudine. Supra: Qui male agit, odit lucem. Ibi de hoc. *Ioan. 3. b*

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Collatio Septuagesimaprima.

CVM venerit ille, scilicet spiritus: *arguet mundum de peccato*, et cetera. In his uerbis tria insinuantur. Quorum primum est, doni Dei euidens pretiositas, siue bonitas, ibi: *Ille*, scilicet spiritus. Secundum est donationis eiusdem mera gratuitas, ibi: *Venerit*. Tertium est ipsius constans uirtuositas, ibi: *Arguet mundum*. Ait ergo: *Ille*, scilicet spiritus dandus, et mittendus a filio Dei, quod est unum eminentia, et preciositate in hac uita summum: O quàm bonus, et suauis est spiritus tuus *Sap. 12. a* in nobis Domine! Bonus, inquam, auferens malum culpæ: suauis, scilicet consolans contra malum pœnæ. Bonus, quia facit hominem bonum etiam de malo: suauis, quia facit hominem consolatum inter malos, et mala. Vnde et dicitur Paraclitus, ideſt, aduocatus, vel consolator, secundum Augustinum: Spi- *Aug. tract. 74. in Ioã. post medii. tom. 9.* ritum bonum dabit petentibus se: Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est. Est *Luc. 11. d* enim Spiritus datum bonum, iustificando incipientes, et est melius amplius operando in proficientibus, *Iac. 1. b* et est optimum sublimando in Deum, et in ipsis perfectis,

Digitized by Google

fectis, siue perducendo ad gloriam, prout ait Prophe-
Psal.142.c ta: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã.
Et iste spiritus talis venit, scilicet gratis a Deo missus,
gratanter, siue ex gratia, non ex operibus debitus, nõ
pretio emptus, nec studio acquisitus, sed pure a Deo
Ioan. 3. a datus et missus. Supra: Spiritus vbi vult spirat, et
Iob 9. a vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo va-
Ezec.37.b dat: Si venerit ad me non uidebo eum: A quattuor
ventis venit spiritus, *et cetera*. Sic veniens arguit mun
dum dans scilicet virtutem, et constantiam pet ipsum
Aug. tract. ad mundum arguendum. Vnde Augustinus hic: Per
95. in Ioã. Spiritum sanctum diffundenda erat charitas in cordi
ante med. bus discipulorum, quæ foras mittit timorem: quo
tom.9. possent impediri, ne auderent mundum arguere.
Ibid. tract. Hoc ille regulariter. Vrait Augustinus, quod ipsi
100. in Io. erant facturi in Spiritu sancto, hoc eumdem Spiritũ
ante med. dicit esse facturum. Spiritus ergo virtuosus, qui sic
Prou.24. c roborat ad arguendum: et sic arguentes sunt laudan-
di: Qui arguunt laudabuntur. Et hoc iuste, quia spi-
ritus iuste arguit de tribus, quæ hic specificantur, sci-
licet de peccato, quod mundus commisit non credẽ-
do in Christum: et ideo merito arguendus, et ob con
temptum summæ potestatis, ob iniuriam læsæ maie-
statis, ob transgressionem diuinæ legis, ob abusionem
creatæ vniuersitatis. Hæc enim sunt in peccato, vt
Eccli.17. e patet consideranti: Quid nequius est, quàm quod co
gitauit caro, et sanguis? Et hoc arguetur. Item arguet
de iustitia, quam mundus noluit apprehendere, nec
Isai. 11. b imitari: Non secundum auditum aurium arguet, sed
iudicabit in iustitia pauperes, et arguet in æquitate,
et cetera. Item arguet de iudicio, quòd mundus non
timuit, nec timuit eum qui principem mundi peccã-
Ierem.20.c tem damnauit: Iudicabit gentes, et arguet multos.
Psal. 49. d Et in Psalmo: Arguam et statuam contra faciem tuã.
Psal. 6. a Et alibi: Domine ne in furore tuo arguas me. Et de
Aug. tract. his Augustinus: Credant homines, ne arguantur de
95. in Ioã. peccato: transeant in numerum fidelium, ne arguan-
prope finẽ. tur de iustitia, quam nolunt imitari: timent iudiciũ,
tom.9. ne cum principe mundi damnentur. Hæc ille. A pec
cato retrahat pudor ob suam ignominiam, ad iusti-
tiam alliciat amor ob suam decentiam, ad cauendum
iudicium inducat timor ob seueram suam sententiã:
Et in arguendo proponit Dominus contra peccatores
peccatorum commissiones: pro minore, assumit pœ-
nitentiæ, et iustitiæ negligentias: in conclusione, iu-
Eccls.11.d dicando infliget damnationes: Tunc enim vanitatis
arguuntur præterita.

Collatio Septuagesimasecunda.

CVm venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Cum ad sufficientiam doctrinæ tria
requirantur, scilicet docentis inenarrabilis sapientia,
et in docendo efficacia, et rei quæ docetur æquitas,
siue iustitia: in his verbis secundum hoc tria insinuan
tur. Quorum primum est docentis inerrata veri-
tas, ibi: *Spiritus veritatis*. Secundum est in docen-
do virtuosa potestas, ibi: *Docebit*. Tertium est rei,
quæ docetur æquitas, et vtilitas, ibi: *Omnem veritatem*. Ait ergo: *Spiritus veritatis*, scilicet originaliter,
Ioan.14. b quia missus a veritate filio Dei, qui est veritas, supra:
Ego sum veritas. Item spiritus veritatis essentialiter,
quia id quod est spiritus, veritas est, siue verum est
Sap. 1. b absque simulatione, et fictione: Spiritus disciplinæ
effugiet fictum. Veritas enim est id quod est, ait Isaac
de definitionibus: siue ueritas est, quę ostẽdit id quod
Auguſt. de est, ait Augustinus. Item est Spiritus ueritatis effectua
vera relig. liter, quia docet veritatem, prout dicitur hic: In hoc
c.30.to.1. cognoscimus spiritum ueritatis, et spiritum erroris.
1.Ioan.4.b Supra: Dabit uobis Spiritum ueritatis. Et iste Spiri-
Ioan.14. b tus ueritatis docet ueram eius scientiam infundendo:
doctrinatio enim est actio scientis in alio, ait Sapiens.
Sed filius Dei suo spiritu infundit scientiam suam:
prout ait Hugo. Ille intelligentiam in corde ponit,
qui intus illuminat, non qui foris sonat: Tu foris lo-
queris, sed intus non ungis: alij magistri adhibent
ministerium, unus est qui præbet sensum. Hæc ille:
Omnium artifex docuit me sapientiam. Docet, in- *Sap. 7. e*
quam, luculenter, siue perspicaciter: Inspiratio Dei *Iob 32. b*
dat intelligentiam: In ipsa est spiritus intelligentiæ. *Sap. 7. d*
Item docet multiformiter, quia multiformem sapien
tiam: Multiformis sapientiæ Dei. Item: Vnctio do- *Eph. 3. c*
cet de omnibus. Item docet salubriter, uel utiliter: *1.Ioan.2. c*
Ego Dominus docens te utilia. Item docet efficaci- *Isai. 48. d*
ter, siue potenter. Solum tetigisse docuisse est, ait
Gregorius. In Psalmo: Beatus homo, quem tu eru- *Greg. in Ex-*
dieris Domine, et de lege tua docueris eum. Saluifi- *uãg. ho. 3.*
ca ergo doctrina spiritus, et artificiosa a parte modi *post mediũ.*
docendi. Sed quid docet sequitur: *Omnem veritatem*. *Psal. 93. b*
Est enim ueritas uitæ: Quo modo ambulaue- *Isai. 38. a*
rim coram te in ueritate. Et est ueritas doctrinæ: *Mat.22. b*
Viam Dei in ueritate doces. Item est ueritas iustitiæ: *Prou.18.a*
Accipere personam non est bonum, ut declines a ue-
ritate iudicij. Et has omnes ueritates docet Spiritus:
quia non est doctor ueri, nisi solus Deus, ait Augu-
stinus, supra: Docebit uos omnia. Vel aliter secun- *Ioan.14. d*
dum Anselmum: Quadruplex est ueritas, scilicet *Anſel. lib.*
enunciationis, cogitationis, uoluntatis, et actionis. Et *de verit.*
has omnes docet Spiritus: docet enim ueritatem Veritas quã-
enunciationis: Non estis, qui loquimini, sed Spiri- druplex.
tus, *et cet.* Item docet ueritatem rectæ cogitationis. *Mat.10. b*
vt: Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex no- *2.Cor.3. b*
bis, *et cet.* Item docet uoluntatis ueritatem, quæ tũc
est uera, quando est recta, et conformis diuinæ uolun
tati: propter quod orat Propheta: Doce me facere *Psal.142.c*
uoluntatem tuam. Item docet ueritatem actionis,
quæ tunc dicitur esse uera, quando est uirtuosa: So- *Sap. 8. b*
brietatem, et sapientiam docet, *et cet.* Sed quos et
quales docet spiritus, sciendum quòd docet rationa-
les, et carnalitatum domitores: Docet enim homi- *Psal. 93. b*
nem scientiam: Quem docebit? Et sequitur: Abla- *Isai. 28. b*
ctatum a lacte, *et cetera*. Et ideo signanter ait hic:
Docebit vos.

Collatio Septuagesimatertia.

MVndus vero gaudebit, vos vero contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. In his uer-
bis tria figurantur. Quorum primum est, mundano-
rum peruersa deordinabilitas, ibi: *Mundus*. Secun-
dum est illecebrosa, et libidinosa uoluptas, ibi: *Gaude-
bit*. Tertium est, discipulorum Christi, siue electo-
rum pœnitentiæ desolatiua anxietas, ibi: *Tristitia ve-
stra*. Quartum est, eorum futura iubilatiua bonitas,
ibi: *Tristitia vestra vertetur in gaudium*. Ait ergo:
Mundus gaudebit, idest, amatores mundi secundum
Augustinum hic, qui mundus est diabolo subiectus. *Aug. tract.*
Supra: Princeps mundi. Et est priuatione ueræ co- *77. in Ioã.*
gnitionis excæcatus. Supra: Mundus eum non co- *prope finẽ.*
gnouit. Et est Deo et electis inimicus, supra proxi- *et trac.101*
mo: Odit uos mundus. Et infra eodem: *In mundo* *ante mediũ*
pressuram habebitis. Item et est finaliter damnandus: *tom.9.*
Ne cum mundo damnemur. Nec mirum, quia totus *Ioan.12. e*
in maligno positus est. Hic, inquam, mundus gau- *Ioan. 1. b*
debit gaudio libidinoso, et pernicioso, et hoc ratio- *Ioan.15. c*
ne fatuantis suæ stultitiæ: Cor enim stultorum, *1.Cor.11.g*
ubi lætitia. Tales enim gaudentes sunt, sicut *1.Ioan.5. d*
phrenetici, qui plangunt, et rident, quia sensum *Eccls.7. a*
rationis non habent, ait Gregorius. Et quasi idem: *Eccls.2. a*
Risum reputaui errorem, et gaudio dixi: Quid fru-
stra deciperis? Item sic gaudet mundus ratione inex-
perientiæ spiritualis gaudij: Esse sub sentibus delicias *Iob 30. b*
computabant. Ibi Gregorius: Si studiose cognosce- *Greg. Mor.*
re quærerent, quàm flenda essent gaudia, quæ appe- *li.20.c.16.*
tunt, uiderent. Et ibi bene de hoc. Et Sapiens: Quàm *circa prin.*
parui ingustabiles sinceræ delectationis, ad corpora-
les delectationes refugiunt. Et ponit exemplum de
pueris quibus sunt pretiosa, et delectabilia, et quæ
non

Digitized by Google

1. Pet. 2. c non sunt simpliciter talia: Voluptates existimant Dei
Thren. 3. c delicias. Et ideo comparantur absynthio, prout ait
Greg. Mor. Gregorius. Item sic gaudet mundus ratione effrena-
li. 20. c. 16. tæ concupiscentiæ, et diffidentiæ de futuro gaudio:
ante med. Exiguum est tempus vitæ nostræ: vbique relinqua-
Sap. 2. d mus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra. Et
istud gaudium est breuitate punctale, et cito defectiuum, et tristitiæ deductiuum: Gaudium hypocritæ
Iob 20. a ad instar puncti. Ibi Gregorius de hoc: Gaudent ad
Greg. Mor. sonitum organi. Et sequitur: In puncto ad inferna
lib. 15. c. 2. descendunt: Extrema gaudij luctus occupat: Defe-
Iob 21. c cit gaudium cordis nostri: Risus vester in luctum
Ibidem. vertetur, et gaudium in mœrorem. Sed discipuli
Prou. 14. b contristabantur, et adhuc electi Dei in hac vita: Cor
Thren. 4. a sapientum vbi tristitia. Et hoc vel ex consideratione
Iac. 4. c propriorum peccatorum, et memoratione: Anima
Eccls. 7. a quæ tristis est super mali magnitudine. Item tristan-
Abac. 2. a tur electi Dei pœnitentiali lamentatione, pro pecca-
2. Cor. 7. f tis seipsos affligendo: Quæ secundum Deum tristitia, pœnitentiam operatur. Item tristantur præ compassione, ex abdicatione omnis mundani gaudij, prout dictum est in litteræ expositione. Secundum Aug. epist. 145. ad Sebast. ante med. to. 2. Greg. Mor. li. 28. c. 24. Eccls. 7. a Eccl. 7. a Prou. 25. a Iob 33. b Greg. Mor. li. 23. c. 13. Prou. 20. d Mat. 5. a 1. Pet. 1. a 2. Cor. 6. c Prou. 12. e Philip. 3. a Abac. vlt. c Mat. 25. d Isa. 35. b Ierem. 32. a Augustinum enim pia est tristitia, et si potest dici beata miseria alienis vitijs tribulari, non implicari, *et cet.* De qua tristitia exponit Gregorius illud: Cor sapientum vbi tristitia. Item tristantur electi in hac uita ad aliorum correctionem, et refrenationem: Per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Et: Ventus Aquilo dissipat pluuiam, et facies tristis linguam detrahentem: Erudiens eos instruit disciplina. Ibi Gregorius de quattuor plagis, siue lamentis compunctionum, quibus animus iusti afficitur, quę sunt considerationes malorum commissorum in præterito, diuinorum iudiciorum in futuro, vel malorum mundi in præsenti, et dilationis bonorum gloriæ, vt ibi exemplificat bene: Plagæ enim in secretioribus ventris: Beati qui lugent. Et horum tristitia vertetur in gaudium. Et ita tristitia talium breuis: Modicum nunc si oporteat contristari. Item est facilis siue leuis ad sustinendum, quia est propter æternum gaudium: Quasi tristes, et ecce gaudentes. Et propter constantiam sustinentis virtuosi: Non contristabit iustum quidquid acciderit. Et merito ex consideratione gaudij, quòd erit magnitudine plenum, prout subiungitur hic: *Vt gaudium vestrum sit plenum*, scilicet spirituale: cui nihil addendum, ait Augustinus. Item erit gaudium eradicate verũ, quia in Deo, et de Deo, et ad Deum: Gaudete in Domino, iterum dico gaudete. Gaudium enim est diffusio animi, vt ait Commentator. Et ita non est verum, nisi ex Deo, quod est maius anima. Ideo: Ego autem in Domino gaudebo. Item erit gaudium multitudine numerosum: Intra in gaudium Domini tui. Item erit gaudium indefectibilitate æternum: Gaudium et lætitiam obtinebunt: Adducam super vos omne gaudium. Quamuis ergo electi Dei habeant tristitiam in tempore, sunt tamen habituri gaudium in æternitate.

Collatio Septuagesimaquarta.

Confidite quia vici mundum. Quoniam magnifici Imperatoris, siue Regis est, milites suos imminentibus bellis confortare, et animare, et victoriam promittere: ideo Saluator, princeps regum terrę, post prænunciationem suæ passionis, et persecutionum imminentium discipulis, confortat eos, suadens eis confidentiam, et recitans suam victoriam, et illam eis promittens. Secundum hoc vero duo hic insinuantur. Quorum primum est ad constantiam, et fiduciã eorum exhortatio, ibi: *Confidite*. Secundum est, suæ triumphalis victoriæ recitatio, ibi: *Ego vici mundum*. Ait ergo: *Confidite*, non in vobis ipsis, nec in humana virtute: Maledictus vir qui confidit in homine. Bernardus: Is est fidelis, qui nec sibi credit, nec in se sperat. Item non est confidendum in humana potestate: Quæ est ista fiducia, qua confidis? Et sequitur: Confide super baculum arundineum, *et cetera*. Item non est confidendum in humanæ sapientiæ sagacitate: Confidis te esse ducem cæcorum, *et cet.* Talis enim confidit in sua stultitia: Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm stulto confidenti sibi in stultitia sua. Item non est confidendum in diuitiarum multitudine. In Psalmo: Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine diuitiarum gloriantur. Omnium enim talium est vacua fiducia. Et de quolibet talium potest verificari illud: Sicut tela araneæ fiducia eius. Ideo: Non in carne fiduciam habentes, sed in Domino est confidendum, ratione inuincibilis suę potestatis, prout ait Propheta: Habe fiduciam in Domino. Ideo in Psalmo: In te confidit anima mea. Item in ipso est confidendum ratione infallibilis veritatis, ac fidelitatis, prout ait Propheta: In te confido, non erubescam: Non est confusio confidentibus in te. Et sic confidens est inuincibilis, et ad persecutiones faciendas aptus: Iustus quasi leo confidens. Et in Psalmo: Qui confidit in Domino sicut mons Sion: Confide in Domino, et mane in loco tuo. Et sic confidentes vincunt in Christo, quoniam ipse vicit mundum, principem eius eijciendo foras, supra. Et uere uicit: victoria enim est subiectio repugnantium, ait Augustinus. Vnde ipse vicit triumphaliter, mundi principem eijciendo foras, ipsum relegando, et captiuos liberando: proprie enim fuit fortis, qui intrauit domum fortis, et eripuit vasa: Apprehendit draconem: Clangor victoriæ Regis in illo. Item ipse vicit ordinabiliter, siue æquiter non potentia solum, sed iustitia, secundum Augustinum: Agnus vicit illos, scilicet in sua passione. Item ipse vicit æternaliter, siue perenniter: Ecce vicit leo de tribu Iuda. Item ipse vicit multipliciter tam per se, quàm per suos electos: quibus dedit virtutem vincendi: Dedit nobis uictoriam per Iesum Christum: omne quod natum est ex Deo, uincit mundum. Et propter hoc ait hic: *Vici mundum*, vt ipsi considerent se victuros in ipso, ut patet ex Glossis.

Bern. ser. 5. in vig. Nat. Domini post med. Isai. 36. d Ibidem. Rom. 2. a Prou. 17. c Psal. 48. a Iob 8. c Philip. 3. a Prou. 3. a Psal. 56. a Psal. 24. a Dan. 4. c Prou. 28. d Psal. 124. a Eccls. 11. c Ioan. 14. d Aug. de Ciuit. Dei. li. 19. cap. 12. circa prin. tom. 5. Mat. 12. c Apoc. 20. a Num. 25. c August. de Trinit. lib. 13. cap. 13. tom. 3. Apoc. 17. d. Apoc. 5. a. 1. Cor. 15. f. 1. Ioan. 5. a

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

Collatio Septuagesimaquinta.

HÆC *est vita æterna, vt cognoscant te, et quem misisti Iesum Christum.* In his uerbis exprimuntur, siue insinuantur quattuor. Quorum primum est, gloriæ ueritas, siue sublimitas, ibi: *Hæc est vita*. Secundum est, inalterabilis æternitas, ibi: *Æterna*. Tertium est, indefectibilis delicios itas, siue delectabilitas, ibi: *Vt cognoscant te solum Deum*. Quartum est, huius delicios itatis extẽsibilitas, siue numerositas, ibi: *Et quem misisti Iesum Christum*. Ait ergo: *Hæc est vita*. Et in hoc exclusio omnis differentiæ mortis, quia uita præsens non est uita pura, sed mixta morti, siue respersa morte, uel corruptibilitate: etenim mors viuentium, siue uita morientiũ, ut ait Augustinus. Et ibidem: Beatam uitam quæritis in regione mortis? non est illic. Quo modo enim beata uita, ubi nec uita est? Et idem Augustinus, quòd hæc uita non est, nisi cursus ad mortem. Sed in regno gloriæ est uita: ut enim dicitur in libro de motu cordis, et in commento libri de causis: Vita est processio procedens ab ente quiete, et sempiterno, et primus motus. Et quia ipsa gloria procedit ab ipso Deo, et ipsa implentur animæ beatæ: Declinabo super eam quasi firmamentum pacis, et quasi torrentem mundantem gloriam. Et in Psalmo: Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Et ideo illorum est uita, et ipsi

Aug. cõfess. li. 4. cap. 9. tom. 1. Ibid. c. 12. Isai. vlt. d Psal. 35. b Psal. 114. c

Digitized by Google

et ipſi ſunt vere viui: Placebo Domino in regione viuorum: Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. *Coloſſ. 3. b* *Ibidem.* Et ſequitur: Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra. *Aug. epiſt. 121. ad Probam. cap. 2. poſt mediū. tom. 2.* Super quod Auguſtinus: Hæc eſt vera vita, et ibi eſt verum ſolatium, quæ nunc eſt appetenda, et tum erit apprehenſa, vbi implebitur: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et alibi: Vnam petij a te. Et hæc vita eſt æterna. Vt enim ait Boetius: Æternitas *Pſal. 16. d* *Pſal. 26. b* eſt interminabilis vitæ poſſeſſio, tota ſimul et perfecta. Vnde niſi vita eſſet æterna, non eſſet beata, ait *Boet. de conſol. Philoſ. lib. 5. proſ. 6. ante med.* Auguſtinus. Ideo præmium plenum eſt vita æterna. In Pſalmo: Hereditas eorum in æternum erit: Ibit homo in domum æternitatis ſuæ: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt: Quaſi ſtellæ in perpetuas *Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 20. c. 2. poſt mediū. tom. 5.* æternitates. Et hæc vita æterna eſt videre Deum. Beata enim vita eſt gaudium de veritate, ait Auguſtinus. Et ideo delicioſiſſima delectabilitas ratione claritatis, et delectabilitatis ipſius Dei viſibilis ratione immediatæ, et plenæ viſionis, ratione puritatis, *Pſal. 36. d* *Eccli. 12. a* *Eccli. 24. c* *Dan. 12. d* et virtutis beatæ animæ videntis, ratione immutationis ipſius videntis a viſibili: Videbit faciem eius in iubilo. Ibi Gregorius bene de his. Tunc, inquit, reſplendente raptim coruſcatione incircumſcripti luminis illuſtratur, ſcilicet anima beata, quo vtcumque *Aug. cõfeſſ. li. 10. c. 23. tom. 1.* conſpecto in gaudio cuiuſdam ſecuritatis abſorbetur. Hæc ille. Et ibi multum de hoc: Inde contemplatur *Iob 33. d* *Greg. Mor. lib. 24. c. 5. ante med.* eſcam. Ibi Gregorius. Sola namque eius viſio erit noſtræ mentis refectio. Et ibi de hoc: Tunc videbis *Iob 39. d* *Greg. Mor. li. 31. c. 19. prope fin.* et affluës. Et: Anima eius videbit, et ſaturabitur. Et hæc viſio implicat fruitionem ſummæ bonitatis. Ibi vacabimus, et videbimus, et amabimus, et laudabimus, *et cetera*. Et non ſolum erit hæc beata viſio ad beatificationem animæ ex viſione diuinitatis, ſed erit viſio humanitatis glorificata Ieſu Chriſti. Propter *Iſai. 60. a* *Iſai. 53. c* quod ait hic: *Et quem miſiſti Ieſum Chriſtum*, vt viſio diuinitatis ſit ad beatitudinem animæ contemplan- *Auguſt. de Ciuit. Dei. li. 22. c. 30. prope finẽ. tom. 5.* tis facie ad faciẽ. Iſta ſpeculatio, ſiue viſio humanitatis Chriſti ad beatificationem ſenſus exterioris, vt ſic ingrediens, et egrediens paſcua inueniat, prout dicitur apud Auguſtinum: In ipſum enim deſiderant angeli proſpicere: Lucernæ enim eius, ideſt, ciuitatis ſupernæ, agnus erit. Multum ergo deſideranda *Auct. deſpi. et ani. c. 9. apud Aug. tom. 3.* futura gloria, quæ eſt vera entitate, ſecura æternitate, delicioſa delectabilitate, multa numeroſitate. Et multa hic ſuſtinenda ſunt, vt de iſta vita, quæ eſt *1. Pet. 1. a* *Apoc. 21. d* *Rom. 8. d* mors, vt tactum eſt, transferamur ad illam vitam: propter quod dicitur: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam.

A plenus. Cuius virtuoſitas patet multipliciter: eſt enim efficax ad ſanandum a morbis peccatorum: Neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed omnipotens ſermo tuus. Item eſt efficax ad purificandum a ſordibus vitiorum. Supra: Mundi eſtis propter ſermonem meum. Item efficax ad conſolandum a triſtitijs interioribus cordium: Conſolarer vos ſermonibus meis. Et: Lætificabitur ſermone bono. Item eſt efficax ad confirmandum: Vacillantes confirmauerunt ſermones tui. Vel aliter: Sermo Dei eſt virtuoſus, et efficax ad illuminandum. Supra: Si manſeritis in ſermone meo, cognoſcetis veritatem. B Item eſt efficax ad inflammandum: Factus eſt in corde meo quaſi ignis æſtuans. Item efficax eſt ad arguendum, et conuincendum: Viuus eſt ſermo Dei, et penetrabilior omni gladio ancipiti. Et ſupra: Sermo quem locutus ſum, iudicabit vos. Item eſt efficax ad defendendum a ſupplicio æterno, et introducendum in regnum. Supra: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Et iſtum ſermonem dedit Chriſtus, ſicut magiſter verus diſcipulis ſuis. Supra: Omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis: Dabo uobis os, et ſapientiam, *et cet.* Quod in aure auditis, prædicate ſuper C tecta. Et ibidem: Non eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus, *et cet.* Iſte ſermo ſic a Deo datus, eſt in ore animæ ſuſcipiendus, et dentibus diſcretionis maſticandus: Inuenti ſunt ſermones tui, et comedi illos. In comeſtione eſt comeſtibilis ſuſceptio, maſticatio, ad intimum tranſmiſſio, et eiuſdem retentio: ſic debet eſſe in ſuſceptione diuini ſermonis. Item eſt inuentre memoriæ ſeruandus, ſupra: Si manſeritis in ſermone meo, diſcipuli mei eritis. Et ſupra: Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit. Item eſt operibus implendus faciendo ea, quæ præcipit, et cauendo ea, quæ diſſuadet. Supra: Si ſermonem D meum ſeruauerint, et ueſtrum ſeruabunt. Item eſt induendus, ſiue aſſumendus in conuerſatione, ut undique ſe homo defendat ſermone diuino: Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt: Singulos eorum armauit, non clypei, uel haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis, *et cet.* Et quamuis talis ſit ſermo diuinus, tamen mundus odit diſcipulos propter talem ſermonem, ideſt, doctrinam Ieſu Chriſti, ſicut et Chriſtum odit. Supra: Me odit, ſcilicet mundus, quia teſtimonium perhibeo, quòd mala ſunt opera eius: Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Et de iſto odio, ſupra: Mundus uos odit.

Eccli. 8. a *Sap. 16. c* *Ioan. 15. a* *Iob 16. d* *Prou. 15. a* *Iob 4. c* *Ioan. 8. a* *Ierem. 20. a* *Hebr. 4. d* *Ioan. 12. g* *Ioan. 8. g* *Ioan. 15. a* *Luc. 21. d* *Ierem. 15. f* *Ioan. 8. b* *Ioan. 14. c* *Ioan. 15. c* *Prou. 30. a* *Mal. 15. c* *Ioan. 7. a* *Prou. 9. d* *Ioan. 15. a*

Collatio Septuageſimaſexta.

E

DEdi eis ſermonem tuum, et mundus eos odio habuit. Filius Dei æternus ipſa veritas, et ipſe ſolus magiſter, q ait ſupra: Doctrina mea nõ eſt mea. Filius Dei *Ioan. 7. b* æternus ipſa veritas, quã dedit diſcipulis ſuis, quibus etiam oſtẽdit mundi malignitatem, in deteſtando eos propter doctrinæ veritatẽ. Vnde tria inſinuantur hic. Quorum primum eſt ſaluificæ doctrinæ ſublimitas, ibi: *Sermonem tuum*. Secundum eſt, collationis eiuſdem doctrinæ ipſis diſcipulis gratuitas, ibi: *Ego dedi eis*. Tertium eſt, malitioſa mundi peruerſitas, ibi: *Et mundus eos odio habuit*. Ait ergo: *Sermonem tuum*, F ideſt, doctrinæ diuinæ veritatem. Infra eodem: *Sermo tuus veritas eſt*. Vnde non dedit ei ſermonem mundanum, vel humanum, vel philoſophicum vanum, ſed ſermonem diuinum, prout ait Paulus in perſona *1. Cor. 2. b* Apoſtolorum: Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non ſæculi huius, neque prin- *Ibidem. a* cipum, *et cetera*. Et ibidem: Neque ſermo meus, neque prædicatio mea in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis. Vnde iſte ſermo eſt origine ſublimis, quia diuinus: prout ait hic. Et eſt entitate verus, quia ipſe ſermo eſt veritas, vt ait infra. Et eſt poteſtate virtuoſus: Sermo enim eius eſt poteſtate

Collatio Septuageſimaſeptima.

EGo in eis et tu in me, vt ſint conſummati in vnum. In his uerbis tria inſinuantur. Quorum primum eſt patris, et filij indiuiſibilitas, ibi: *Tu in me*. Secundum, ipſius filij cum diſcipulis dignatiua unitas, ibi: *Ego in eis*. Tertium, per hoc diſcipulorum, ſiue membrorum Ieſu Chriſti indiuiſa unanimitas, ibi: *Vt ſint conſummati in vnum*. Ait ergo: *Tu*, ſcilicet pater: *In me*, quia ſumus unum, ſupra: In principio *Ioan. 1. a* erat uerbum. Et ſupra: Pater in me manens, facit *Ioan. 10. a* opera. Et ſic loquitur filius de ſe in quantum uerbum æternum, et unigenitum in ſinu patris. Et quia uerbum factum eſt caro, ſupra. Et ita uitis, ſupra: *Ioan. 1. b* ut in ipſo eſſet uitis humana natura, ait ibidem Au- *Ioan. 15. a* guſtinus. Ideo ait hic, quòd ipſe erat in eis, ideſt, *Aug. tract. 80. in Ioã. prope prin. tom. 9.* in diſcipulis dupliciter, ait Auguſtinus. Et ſicut Deus in templo ſuo: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Et ſicut caput idem cum membris: ipſe enim factus homo, nos uero corpus eius, ait Augu- *1. Cor. 3. c* ſtinus: Deus enim charitas eſt. Et qui manet in ea, in Deo manet, et Deus in eo. Supra: Manete in *1. Ioan. 4. d* me, et ego in uobis. Et ibi de hoc. Vnde diſcipuli *Ioan. 15. c* Dei debent prouidere corda ſua, quæ ſunt templa Dei, ut ſint charitate lata, et ſint ſtabilitate firma, et ſint

Digitized by Google

sint puritate munda, vt filius inhabitet. Vnde Aug. cõfess. li. 1. cap. 5. tom. 1. Augustinus loquens ad Deum ait. Angusta est domus animæ meæ, dilatetur abs te: ruinosa est, refice eam: habet, quæ offendunt oculos tuos, sed tibi clamabo: Psal. 18. c Ab occultis meis munda me: Ego sto ad ostium, et Apoc. 3. c pulso, si quis aperuerit mihi intrabo ad illum. Quando autem Christus sic est in electis, tunc sunt consummati in vnum per ipsum filium Dei connectentem, et vnientem. Et de hoc bene Augustinus. Et August. de Trinit. lib. 4. c. 9. to. 8. post vbi ait: quia caput, et corpus, vnus est Christus. Ideo ait, vnum sumus in suo genere, hoc est in eiusdem naturæ consubstantiali parilitate, vult esse suos vnum, sed in ipso: quia in seipsis non possent dissociari ab inuicem per diuersas voluptates, et cupiditates, et immunditias peccatorum: vnde mundantur per mediatorem, vt sint in illo vnum: non tantum per eamdem naturam, qua homines ex hominibus mortalibus æquales angelis fiunt: sed per eamdem charitatem, in eamdem beatitudinem conspirantes concordissima voluntate in vnum spiritum quodammodo igne charitatis conflatam. Hæc ille. Et 1. Cor. 12. c ibi bene de hoc, et multum: In vno Spiritu omnes, Rom. 12. d et cetera. Et: Multi vnum corpus in Christo: Multitudinis credentium erat cor vnum, et anima vna, Act. 4. a et cetera. Et hæc vnitas est electis Dei in remedium, et in tactuum adiutorium, et fomentum. De quibus omnibus: Melius est duos esse, quàm vnum. Et Eccle. 4. c sequitur: Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Et Ibidem. sic de alijs, quæ ibi enumerat. Item prædicta charitatiua vnitas est ad multiplicationem multimodi auxilij, consilij, iuuamenti, et solatij, prout ait Chrysostomus bene. Vult, inquit, vt sint vnum: nihil Chrys. hom. 77. in Ioã. post medi. tom. 3. enim consonantiæ, neque vnanimitatis pars est. Vnus enim multiplex est. Si vnanimes fuerint duo, vel decem, non adhuc vnus est, qui vnus est, sed decies multiplicatus vnusquisque eorum fit, et inuenies Ibidem. in decem vnum, et in vno decem. Et sequitur: Vnusquisque eorum, scilicet decem, si sunt vnum, habent viginti oculos, et viginti manus, et uiginti pedes, non enim suis oculis uider, sed aliorum. Et si inimicum habuerint, qui uni inimicatur, et decem. Inde ergo amoris superabundantiam, qualiter inexpugnabilem facit unum et multiplicem, et quod natura non potest, amor potest. Hæc ille. Et ibi multum et bene de hoc: 1. Cor. 12. a Omnes in unum corpus baptizati sumus. Et sequitur: Si gloriatur unum membrum, congaudent, et cetera. Et de ista charitate sic coniungente in unum et uiuificante Augustinus bene, vbi ait, Act. 2. d quòd Spiritus fuit datus discipulis congregatis in unum. Et sequitur: Accipimus et nos Spiritum sanctum si amamus Ecclesiam, si charitate compaginamur. Et post: Liuor separat, unitas iungit: si amas unitatem, tibi habet quisquis in illa aliquid Rom. 12. c habet. Et ibi bene de hoc: Charitate fraternitatis inuicem diligentes: Ipsa enim est uinculum perfe- Coloss. 3. f ctionis. Et de ista unitate consummata Augustinus: Vnius corporis membra sumus, unũ habemus caput, una perfundimur gratia, una carne uiuamus, una incedamus uia, eadem habitemus domo. Et sequitur: Tam in spiritu quàm in corpore Domini unum 1. Cor. 13. d sumus, ne nihil simus, si ab uno excidimus: Si cha- Psal. 132. a ritatem non habuero, nihil sum. Ideo ait Propheta: Ecce quàm bonum, et quàm iucundum habitare fratres in unum.

Collatio Septuagesimaoctaua.

PAter, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, et illi sint mecum, vt videant claritatem meam. In his uerbis patet Saluatoris immensa charitas erga discipulos, et diligentiæ sedulitas circa illos, et urbana curialitas. Et insinuantur tria. Quorum primũ est, paterna pietas in gratuita uocatione discipulorum, ibi: *Quos dedisti mihi*. Secundum est, gloriæ eiusdem postulatio, siue acceptibilitas a filio, ibi: *Volo vt vbi ego sum, et illi sint*. Tertium est, gaudiosa iucunditas, siue finalis bonitas, ibi: *Vt videant claritatem meam*. Ait ergo: *Quos dedisti mihi*. Patrem dare est ad uitam prædestinare, et gratuito iustificare, et conseruando magnificare: Quos prædestinauit, hos et uocauit, *et cet.* Et Rom. 8. f de hac datione, supra: Omne quod dat mihi pater, Ioan. 6 b ad me ueniet. Et post: Nemo potest uenire ad me, Ibidem. nisi pater traxerit eum. Et ibi de hoc. Et hæc summa bonitas Dei, et pietas, cum omnes sint digni æterna damnatione: aliquos tamen sic prædestinare, et gratuito iustificare, secundum Augustinum: Miserebor, cui misereor, et misericordiam præstabo, Rom. 9. g *et cet.* Pro talibus sic datis a patre, et iustificatis rogat filius, ut sint secum in gloria. Et in hoc patet ipsius filij dignatiua curialitas seruis suis: uult enim, ut sint cum eo in gloria, et cum eo æternaliter. Et in hoc bonorum affluentia, et affluentium indeficientia, et fruentium honorificentia, et honorificatorum plena lætitia. Supra: Qui mihi mini- Ioan. 12. e strat, me sequatur, et ubi ego sum, illic et minister meus erit. Ibi de hoc. Sicut enim miseria hominis est non esse cum illo, prout ait Augustinus: Magna August. de miseria hominis est non esse cum illo, sine quo non Trinit. lib. potest esse. Ita plena beatitudo est esse cum eo, in 14. cap. 12. figura: Beati serui tui, qui stant coram te semper: tom. 3. Ambulabunt mecum in albis. Et: Et sic semper 3. Reg. 10. b cum Domino erimus. Nec mirum, si in hoc sit plena beatitudo, quia cum illo habentur omnia in fi- Apoc. 3. a gura: Omnia simul in te uno habentes, non debui- 1. Thes. 4. c mus te dimittere: Mecum sunt diuitiæ, et gloria. Tob. 10. d Et: Venerunt mihi omnia pariter cum illa. Vnde Prou. 8. d et huius gloriæ magnitudo subditur in hoc, quod se- Sap. 8. f quitur: *Vt videant claritatem meam*. De qua uisione supra eodem: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te, et quem misisti Iesum Christum. Visus enim plures differentias rerum ostendit, ait Sapiens de sensu, et sensato. Item uisus est sensus excellentior, et intellectui uicinior, secundum Augustinum. Aug. ep. 3. Et simul comprehendit res, quòd uidere sit totum ad Volusia. simul. Si enim ita est de sensu uisus in corpore, mul- ante med. to magis de intellectu glorificato, et ita notatur inti- tom. 2. mitas gloriæ: Videbit faciem eius in iubilo. Ibi Gre Iob 33. d gorius bene de hoc: ubi ait, quòd iubilus dicitur, Greg. Mor. quando ineffabile gaudium mente concipitur, ut lib. 24. c. 5. nec abscondi possit, nec sermonibus aperiri: Oculi ante med. tui uidebunt Hierusalem habitationem opulentam. Isai. 34. a Et: Videbis, et affluues: Videbitis, et gaudebit cor Isai. 60. c uestrum. Ipse erit finis desideriorum nostrorum, qui Isai. vlt. g sine fine uidebitur, et sine fastidio amabitur, sine August. de fatigatione laudabitur, *et cetera*. Incogitabilis ergo Ciuit. Dei. gloria erit, uidere gloriam Dei. li. 22. c. 30. ante med. tom. 5.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

Collatio Septuagesimanona.

EGRESSVS *est trans torrentem Cedron, vbi erat hortus in quem introiuit*. In his uerbis figuratur passionis filij Dei acerbitas, siue grauitas, et eiusdem fructuositas, tria. Quorum primum est passionis numerositas, et intimitas, ibi: *Torrentem*. Secundo, figuratur filij Dei in passione uictoriositas, ibi: *Egressus est*. Tertium est, ipsius passionis fructuositas, ibi: *Introiuit in hortum*. Isid. etym. Ait ergo: *Torrentem Cedron*. Torrens enim est aqua li. 13. c. 21. ueniens cum impetu, ut ait Isidorus: Ex aquis enim Greg. Mor. pluuialibus colligitur secundum Gregorium, et prio- lib. 7. c. 10. rem aquam superueniens præcipitat, ut ait Seneca. circa med.

Et signat

Et signat numerositatem passionis Iesu Christi, et intimitatem, et diuturnitatem, siue passionum successionem, in Psalmo: De torrente in via bibet: *Psal.109.b* *Iob 6. d* Fratres mei præterierunt me, sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus. Vt per fratres possint intelligi passiones assumptæ a filio Dei, vel Iudæi inferentes passionem, et præcurrentes ad illam inferendam. Vnde torrens dicitur multipliciter: Est enim torrens affligentis passionis, de quo dictum est, *Psal.17. a* et est torrens fluentis iniquitatis, in Psalmo: Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Et est tor- *Thren.2. f* rens numerosæ contritionis: Deduc quasi torrentem lacrymas. Et est torrens gloriæ affluentis, in *Psal.35. b* Psalmo: Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Istum torrentem egressus est Iesus non a passione victus, nec a morte, sed egressus ipsam mortem vincens, victurus in æternum: Etsi enim crucifixus est ex in- *2.Cor.13.b* firmitate, viuit tamen ex virtute: Quem Deus su- *Act. 2. d* scitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat eum ab illo detineri. Et de hoc in figura *1.Mac.5.e* bene, ait Thimotheus: Si Iudas, et exercitus eius appropinquauerit ad torrentem, et transierit ad nos prior, non poterimus sustinere impetum eius. Iudas fuit figura Christi, cuius exercitus fuit figura martyrum Christum sequentium, qui transiuit torrentem passionis modo dicto. Thimotheus uero figura diaboli, qui non potuit resistere Christo sic tor- *1.Mac.16.a* rentem egredienti. Similiter dicitur: Transfretauit torrentem primus, et viderunt eum viri, et transfretauerunt post eum, *et cetera*. Sic Christus egrediens introiuit in hortum, per quem signatur hortus paradisi secundum Glossam. Per passionem peruenitur ad delicias paradisi. Vnde ait Saluator pe- *Mat.20. c* tenti matri filijs gloriæ honorem: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Super quod Gre- *Greg in Euāg.ho.27. ante med.* gorius: Per calicem peruenitur ad maiestatem: Oportuit enim Christum pati, et ita intrare in gloriam suam. Vnde est hortus gloriæ, cuius iste hor- *Luc.vlt. d* Hortus. tus fuit figura, ait Glossa hic, in quem intratur per passionem, ut dictum est. de quo horto pos- *Isa. 61. d* sit verificari illud: Sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus germinabit iustitiam et laudem coram vniuersis gentibus. Vel per hortum signatur Ecclesia fructificans per passionem Iesu Chri- *Eccli.24. d* sti, qui eam rigauit sanguine suo: Rigabo hortum *Cant. 4. a* plantationum mearum: Hortus conclusus, fons signatus. Vel per hortum signatur anima fructifera, quæ profert fructum suum ex fide, et imitatione passionis Iesus Christi, et mortificatione cum eo. Su- *Ioan.12. d* pra: Nisi granum frumenti mortuum fuerit, ipsum *Isai. 58. d* solum manet: Erit anima eorum quasi hortus irri- *Ierem.31.b* guus. Et idem: Nullus enim fructus in anima nec in Ecclesia per fidem et imitationem Iesu Christi, qua irrigantur. Et ideo vt fructificent, oportet cum *Ierem.31.b* Christo torrentem passionis egredi: Adducam eos per torrentes aquarum in via recta, *et cetera*.

Collatio Octuagesima.

Stabant serui ad prunas, et calefaciebant se, quia frigus erat, et Petrus cum eis, et cetera. Ista verba *Greg. Mor. lib. 2. c. 2. ante med.* exponit Gregorius, vbi ait: A qualitate aeris res sublequens demonstratur: hinc est, quòd negaturo Petro præmittitur, quia frigus erat, et stans ad prunas calefaciebat se, iam namque meritis a charitatis calore torpuerat, et ad amorem præsentis uitæ, quasi ad persecutorum prunas, infirmitate æstuante recalebat. Hæc ille. Et secundum hoc, duo in his verbis figurantur. Primo, peccantium, et etiam peccati contaminatiua qualitas, ibi: *Stabant ad prunas, quia frigus erat*. Secundo, concupiscentiæ ardens appetibilitas, ibi: *Calefaciebant se*. Ait ergo: *Frigus erat*. Per quod culpa signatur: Quibus non est operimentum in frigore, Gregorius: Operimentum ad iustitiam, frigus ad culpam pertinet: et hoc conuenienter. Frigus causatur ex recessu a principio fontano caloris, vel ex interpositione molis inter ipsum principium caloris, et ipsum calefactibile. Vel ex charitate, et irretentibilitate caloris, vt patet de medio in tristitia aeris, quod est frigidum, quia non est retentiuum caloris solaris. Vel ex elongatione ab eo, ad quod calor solaris recipitur. Vt enim patet a Sapiente: Aer propinquus terræ est calidus ob calefactionem terræ a calore solis. Medium uero interstitium aeris est frigidum, tum quia non retinet calorem solis, tum quia elongatur a terra calefacta. Item frigus est priuatio magis, ait Sapiens. Item frigus desiccat, indurat, et constringit, vt patet a Sapiente. Et ita mortificat, et vrit, vt patet ab eodem, libro quarto. Item torpere facit. Vnde et dicitur frigus pigrum, quia homines pigros facit, ait Augustinus. Talis est culpa, siue nequitia spiritualiter a Deo, qui est ignis consumens, vel elongare facit: Elongat et a sanctis eius, quæ eius amore inflammantur, nec eius amorem retinent. Item indurat, et consumit, et torpescere facit. Et ideo conuenienter signatur per frigus: Sicut frigidam fecit cisterna aquam, sic frigidam fecit malitiam suam: Numquid ingressus est thesauros niuis? Ibi Gregorius: In frigore niuis, et in duritia grandinis uita prauorum signatur, quæ tortore frigescit, et per malitiæ duritiam percutit: Tecta perstillantia in die frigoris, et litigiosa mulier comparantur. Per tecta perstillantia, signantur animæ haurientes vanas concupiscentias: Refrigescet charitas multorum. Infrigidati isto frigore ad ignem extrinsecum concupiscentiæ se calefaciunt, qui est ignis obscurus: et ideo per prunas signatur: Non splendebat flamma ignis eius. Ibi Gregorius: Omnis impius habet flammam ignis proprij: Succensa enim quasi ignis impietas: Numquid abscondere potest homo ignem in sinu suo? Et sequitur: Aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Has prunas, ideſt, concupiscentias, sufflat diabolus: Halitus eius prunas ardere facit. Halitus diaboli signat eius tentationem, vt patet ibi a Gregorio. Peccantes ergo, et amantes terrena sunt frigidi priuatione diuini amoris, et ideo inflammant se ardore cupiditatis. Secundum enim ligna siluæ ignis exardescit. Per ligna siluæ: signantur ipsa concupiscibilia, per ignem: ardor cupiditatis qui non extinguitur, sed augetur appositione concupiscibilium.

Iob 24. a *Greg. Mor. li.16.c.22. circa med.* *Arist. metheor. li.4. cap.7. ante med.* *Deut. 4. d* *Ierem.6. b* *Iob 38. c* *Greg. Mor. li.29.c.11. ante med.* *Prou.27. a* *Mat.24. d* *Iob 28. d* *Greg. Mor. lib.14. c.4. ante med.* *Isai. 9. c* *Prou. 6. d* *Ibidem.* *Iob 41. b* *Greg. Mor. li.33.c.28.* *Eccli.28. b*

Collatio Octuagesimaprima.

Regnum meum non est de hoc mundo. In his uerbis duo signantur. Quorum primum est, filij Dei extensa potestas, ibi: *Regnum meum*. Secundum est, regni quod est in sua potestate nobilitas, siue sublimitas, ibi: *Non est de hoc mundo*. Ait ergo: *Regnum meum*, ad differentiam aliorum regnorum: est enim regnum satanicum, in quo regnat diabolus. Vbi enim regnat peccatum, ibi et diabolus: Ipse enim est Rex super omnes filios superbiæ. Ibi Gregorius de hoc regno: Propter quod ait Apostolus: Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Item est regnum mundanum, quod est infimum ordine, quia de hoc mundo, quod est modicum in quantitate, et est imbecille potestate. Vnde Chrysostomus hic exponens illud: *si regnum meum esset de hoc mundo, ministri mei decertarent*. In hoc enim ostendit regni nostri imbecillitatem, quod in ministris habet fortitudinem. Item est breue

Iob 41. g *Greg. Mor. li.34.c.17.* *Rom. 6. d* *Chrys.hom. 82. in Ioā. post medii. tom. 8.*

Digitized by Google

Eccli. 10. *b* est breue durabilitate: Omnis potentatus breuis vita.
Agge. 2 *c* Et de hoc regno: Subuertam regnum eis: Omne re-
Mat. 12. *b* gnum in se diuisum desolabitur. Et est regnum diui-
num, quod est sublime maiestate, quia regnum cælo-
Mat. 4. *b* rum: Appropinquabit regnum cælorum. Et Sapien-
Sap. 10. *b* tia: Ostendit illi regnum Dei. Item est regnum am-
Psal. 102. *d* plum latitudine. In psalmo: Regnum ipsius omnibus
dominabitur. Et est regnum firmum potestate, et per-
Dan. 2. *e* petuum æternitate: Suscitabit Dominus cæli regnum
Dan. 7. *e* quod non dissipabitur. Et: Regnum eius quod non
corrumpetur. Item est regnum magnificum decore:
Sap. 5. *c* Accipient regnum decoris. Item est regnum iucun-
Psal. 144. *b* dum delectabilitate. In psalmo: Gloriam regni tui di-
cent. Et alibi: In regno ipsius omnes dicent gloriam.
Item est regnum ordinatum regimine. In psalmo:
Psal. 44. *b* Virga directionis virga regni tui. Vt enim ait Augu-
stinus: Ciuitas cælestis est, cuius Rex est veritas, cuius
Luc. 22. *d* lex charitas, cuius modus æternitas: Ego disponam
vobis regnum. Magnificum ergo istud regnum. Vnde
Psal. 144. *b* in psalmo: Gloriam magnificentiæ regni tui dicent.
Et istud regnum non est de hoc mundo, scilicet ori-
Aug. tract. ginaliter. Vt enim ait Augustinus: Non ait: Regnum
114. in Ioã. meũ nõ est in hoc mũdo: sed ait: *Non est de hoc mundo*:
ante med. Credentes enim sunt regnum eius, qui non sunt de
tom. 9. hoc mundo. Ipse enim de cælo venit, supra: Qui de
Ioan. 3. *a* cælo venit super omnes est. Et ibi est regnum eius, et
ideo istud regnum est appetendum et quærendum:
Mat. 6. *d* Primum quærite regnum Dei. Ad quod regnum est
Rom. 14. *c* via per iustitiam. Non est regnum Dei esca et potus,
2. *Cor.* 4. *d* sed iustitia, et pax. Et: Non in sermone est verbum
Dei, sed in virtute, *et cetera*. Et vt sit Rex in hoc re-
gno, filius Dei natus est. Et de hoc, scilicet, qualis Rex
Ioan. 12. *a* est ipse, habitum est supra.

Collatio Octuagesimasecunda.

AD hoc veni in mundum, vt testimoniũ perhibeam veritati. In his verbis duo insinuãtur, quorũ primũ est dignatiua filij Dei incarnatio, ibi: *Veni in mundum.* Secundum est, ipsius incarnati perfecta operatio, ibi: *Vt testimonium perhibeam veritati.* Ait ergo: *Veni in mundum*, quod non fuit aliud nisi naturam humanam as-
Ioan. 1. *a* sumere, et verum hominem fieri, supra: In propria
Bern. 3. ser. venit. Et de isto aduentu ibi. Vt enim ait Bernardus:
de aduent. Triplex est aduentus filij Dei: vnus in carnem. In
Domi. ante psalmo: Excita potentiam tuam et veni. Alius in
medium. mentem. Supra: Ad eum veniemus. Tertius in iudi-
Psal. 89. *b* cium: Quemadmodum vidistis eum euntem in cæ-
Ioan. 14. *a* lum, sic veniet. In primo venit in carne et infirmitate.
Act. 1. *b* In secundo venit in spiritu et veritate. Tertio, veniet
in gloria et maiestate. Et ibi bene de hoc Bernardus.
Et sic veniens venit vt verus Saluator ad mundum
Ioan. 3. *e* saluandum. Supra: Non misit Deus filium suum, ut
iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per eum.
Ioan. 12. *d* Et: Non veni, ut iudicem mundum, sed ut saluifi-
cem. Item uenit in mundum ut uerus magister et
Ioan. 8. *b* doctor ad illuminandum. Supra: Ego lux ueni in
mundum. Item uenit in mundum ut uerus domi-
nator ad uincendum mundum. Supra: Ecce Rex
Ioan. 12. *a* tuus uenit tibi. Et: Confidite, quia vici mundum.
Ioan. 16. *a* Vt enim ait Augustinus hic. Superbum mundum
Aug. tract. non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate
116. in Ioã. uincebat. Item uenit uelut iudex siue iudicator ad
non longe a mundum discernendum, testimonium perhibendo
prin. to. 9. ueritati, et damnando falsitatem. Supra: In iudi-
Ioan. 9. *c* cium ueni in mundum, ut non uidentes uideant. Et
Ioan. 7. *d* supra: Me odit mundus, quia testimonium perhi-
beo de illo. Perhibuit ergo testimonium ueritati, tam sibi ipsi, qui est ueritas, tam doctrinæ eius, tam
uitæ sanctorum, qui uiuunt in ueritate. Supra:
Ioan. 8. *b* Si testimonium perhibeo de me, testimonium
meum uerum est, *et cetera*. Et ideo qui est ex ue-
ritate, scilicet secundum gratiam et fidem, audit
uocem eius. Supra: Qui ex Deo est, uerba Dei

A audit. Et ibi de hoc: Erigit mihi aurem, ut audiam eum quasi magistrum, *et cetera*. *Ibidem. c* *Isai.* 50. *d*

CAPVT DECIMVMNONVM.

Collatio Octuagesimatertia.

CRVCIFIGITE eum vos, ego non inuenio in eo causam. In his verbis duo insinuãtur. Primũ generis ipsius mortis, quam sustinuit Deus, designatio, ibi: *Crucifigite*. Secundum est innocentiæ ipsius professio siue ostensio, ibi: *Ego non inuenio in eo causam*. Ait ergo: *Crucifigite*. Hoc enim genere mortis Christus est mortuus propter multas congruitates. Primo propter eorum respondentiam ipsius mortis ad peccatum primi hominis, quod deleuit. Vnde Damascenus, quòd per lignum mors, et oportebat per lignum vitam dari: Benedictum lignum per quod fit iustitia. Item hoc decuit ob triumphalis uictorię de principibus huius aeris euidentem ostensionem. Vnde Chrysostomus: *Baiulans crucem*, et cetera. Trophœum, inquit, scilicet portans crucem aduersus mortis tyrannidem exiuit. Et sicut uictores, ita et ipse in humerum portauit uictoriæ notam, ideſt signum. Supra: Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto. Ibi de hoc. Vnde Chrysostomus, ibi: Sicut aliquis athleta nobilis cum in sublimem rebellem leuans et rescindens, clariorem facit uictoriam: ita et Christus orbe terrarum uniuerso uidente appositas uirtutes submitti scilicet uoluit. Hæc ille: Palam triumphans in semetipso. Item istud genus mortis sustinuit Christus ob uoluntariam durioris mortis perpessionem, exempliq. sustinendi diras mortes martyribus exhibitionem. Vt enim ait Augustinus; Supplicium crucis ideo durius erat, quia diutius cruciabat: crucifixi enim longa morte necabantur, et ideo frangere crura Christi nolebant. Et: Illa morte nihil peius fuit inter genera mortium: mors protendebatur, ne dolor citius finiretur. Et sequitur. Nihil erat tunc in carne intolerabilius, scilicet morte crucis. Vnde quia inobedientia Adæ fuit arrogantissima, ideo Christus uoluit mori opprobrissima morte: Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Vnde Augustinus, ignominiosissimum genus mortis crucem putabant: Crucifixus est. Item sic mori decreuit ad manifestationem saluationis totius mundi per eum. Vt enim ait Augustinus. Partes crucis ad quattuor partes mundi extenduntur. Et Damascenus: Quemadmodum quattuor extremitates crucis per medium centrũ tenentur, constringuntur, ita per uirtutẽ Dei et latitudo, et profundum, et longitudo, et altitudo omnis creaturæ continentur. Cruce cælum apertum est, mundus reparatus est, a dextris infernus, id est lymbus spoliatus, a sinistris diabolus uictus inferius, *et cetera*. Et in huius figura Christus expansis mortuus manibus est. Expandi manus meas. *et cetera*. Et: Extendi manum meam. Ipse enim in cruce mortuus mundum traxit ad seipsum: Cum exaltatus fuero a terra, scilicet in cruce: Omnia traham ad meipsum, *et cetera*. De laude uero crucis huius Chrysostomus, de contumelijs et opprobrijs aggrauantibus pœnam crucis. Bernardus multum. Et Bernardus super illud: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Per fasciculum myrrhæ, aggregatio passionum Christi, scilicet infantilium necessitatum et laborum et uigiliarum, conuitiorum, sputorum, colaphorum et clauorum. Et sic de alijs quæ ibi enumerat. Et idem: Intuere pannis sordidum, plagis liuidum, illitum sputis, pallidum morte, *et cetera*: Desiderabimus eum despectum et

Damas. orthod. fid. li. 4. c. 12. post medium. *Sap.* 14. *a* *Chrys. ho. 84. in Ioan. non longe a princ. to. 9.* *Ioan.* 3. *e* *Chrys. hom. 26. in Ioan. post mediũ. tom. 3.* *Coloss.* 2. *c* *Aug. tract. 31. in Ioã. circa med. tom. 9.* *Ibid. tract. 36. ante medium.* *Philip.* 2. *a* *Aug. tract. 18. in Ioã. post mediũ. tom. 9.* *Damas. orthod. fid. li. 4. cap. 12.* *Isai.* 65. *a* *Prou.* 1. *c* *Ioan.* 3. *e* *Ber. in ser. de pass. ser. 4. hebdom. pœnosa.* *Bern. serm. 43. in Cant. circa med.* *Cant.* 1. *a* *Isai.* 53. *a*

Digitized by Google

nouiſſimum uirorum, uirum dolorum. Et hæc omnia ſuſtinuit purus, et immunis a peccato. Vnde ait Pilatus hic: *Nullam in eo cauſam inuenio*: Qui peccatum non fecit. Ipſe enim fuit agnus, qui tollit peccata mundi, ſupra. Et tamen ſuſtinuit crucem, ſatisfaciens pro peccatis noſtris: Qui peccatum non fecit. Et ſequitur: Qui portauit peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum. Vnde et propter innocentiam per agnum ſignatur. Supra: Ecce agnus Dei. Et ibi de hoc.

Ibidem. c
Ioan. 1. c
1. Pet. 2. c
Ioan. 1. c

A

Collatio Octuageſimaquarta.

B

ERat autem ſcriptum, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, Hebraice, Græce, et Latine*. Vt enim ait Chryſoſtomus hic. Oſtendens ſcilicet Pilatus, quoniam proprio Regi inſurrexerunt, ſicut in trophęo aliquo; ita litteras impoſuit claram emittentes vocem, et victoriam oſtendentes, et regnum præconis annunciantes. Hæc ille. Et per ineffabilem vim diuinæ operationis in cordibus ignorantium Pilatus hæc ſcripſit, ſecundum Auguſtinum. Et ſecundum hoc tria in his uerbis figurantur. Quorum primum eſt, maieſtatiua poteſtas filij Dei, ibi: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Secundum, eiuſdem poteſtatis indelebilis, et indefectibilis durabilitas, ibi: *Scripſit*. Tertium, eiuſdem vniuerſis publica manifeſtabilitas, ibi: *Hebraice, Græce, et Latine*. Ait ergo: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Et exprimitur eius poteſtas in tribus: in magnitudine poteſtatis, et bonitatis, ibi: *Ieſus*, in puritate ſanctitatis, et decore venuſtatis, ibi: *Nazarenus*, in ſublimitate dignitatis, ibi: *Rex Iudæorum*. Erat enim genus humanum morbo peccati languidum, immo mortuum. Ideoq. venit in mundum Ieſus, ſcilicet Saluator. Item erat fœdum, et ſordidum, et ideo venit Nazarenus, ideſt, floridus. Item erat ſub mundi principe captiuum, et ideo venit Rex Iudęorum, ad liberandum. Ait ergo: *Ieſus*, qui interpretatur Saluator, ait Auguſtinus. Ipſe enim venit Saluator ſaluans, afferens antidota gratiarum ad ſaluandum omnes: Spiritus Domini ſuper me. Et ſequitur: Vt mederer contritis corde, *et cetera*: Vnguentarius faciet pigmentum ſuauitatis. Supra: Hic eſt Saluator mundi. Ibi de hoc. Ipſe enim eſt Saluator liberalis, qui ſaluat gratanter ab hoc pretij inquiſitione. Et Saluator deſiderabilis, qui ſaluat ſuauiter ſine doloris inflictione. Item eſt Saluator artificialis, et ſapiens, qui ſaluat ſine fictionis ſimulatione. Et eſt Saluator virtuoſus, qui ſaluat ſine ſalutis defectione: Ecce Saluator meus. Et: Abſque me non eſt Saluator. Et: Aperiatur terra, et germinet Saluatorem: Iuſtus, et Saluator. Et: Saluatorem expectamus. Tali Saluatore indigebat genus humanum languidum, et mortuum. Et iſte fuit Nazarenus, quod interpretatur floridus. In flore enim ſunt tria, ſpes, et ſpecies, et odor. Flore enim fructus promittitur, per ſpeciem fulget, per odorem demulcet, ait Hugo. Flos enim eſt de ſubtili materia: vnde in flore eſt ſinceritas veritatis, venuſtas decoris, et fragrantia odoris, et prænunciatio fructus conſequentis, qualia fuerunt in Chriſto: Flores mei fructus honoris, et honeſtatis. Ipſe enim fuit floridus flore oliuæ per ſuauitatem miſericordiæ, floribus roſæ per virtutem patientiæ, floribus lilij per candorem munditiæ, floribus vineæ per odorem famæ. De ipſo enim in figura: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. Quod exponit Gregorius dicto modo. Ipſe enim flos campi: Flos de radice eius aſcendet. In Pſalmo: Super ipſum efflorebit ſanctificatio mea. Et non ſolum hoc, ſed ipſe Rex Iudæorum, ideſt, omnium credentium,

Chryſ. hom 84. in Ioã. ante med. tom. 3.
Aug. tract. 117. in Io. poſt medium tom. 9.
Hugo de arca Noe. li. 3. cap. 11.
Eccli. 24. c
Gen. 27. d
Greg. in Ezech. lib. 1. hom. 6. ante med.
Cant. 2. b
Iſai. 11. a
Pſal. 131. c

C

D

E

F

ſicut exponit Auguſtinus: Non qui in manifeſto Iudæus eſt, *et cetera*. In hoc enim ipſe eſt natus, ſupra proximo. Et ſupra: Ecce Rex tuus venit tibi. Et ibi de Rege, et de Regis proprietatibus. Et hæc omnia fuerunt ſcripta diuina operatione per Pilatum, ut dictum eſt ab Auguſtino. Et in hoc indelebilis durabilitas, ſiue poteſtatis, et dignitatis regnum: Regnum illius regnum omnium ſæculorum, ait Propheta: Habet ſcriptum in femore ſuo Rex regum, et Dominus dominantium. Et hæc ſcripta ſunt Hebraice, Græce, et Latine, ad configurandum quòd ipſe erat auctor omnis ſanctitatis, et munditiæ, quæ vigebat apud Hebræos, quibus data eſt lex diuina. Item quòd erat auctor omnis veritatis et ſapientiæ, quæ vigebat apud Græcos. Item in figura, quòd erat auctor omnis virtutis et potentiæ, quæ vigebat apud Latinos: Ipſe enim eſt nobis factus ſapientia, iuſtitia, et redemptio, et ſanctificatio. Et hoc, vt in nomine eius omne genu flectatur, et omnis lingua confiteatur.

Rom. 1. b
Ioan. 12. a
Pſal. 144. c
Apoc. 19. e
1. Cor. 2. b
Philip. 2. b

Collatio Octuageſimaquinta.

CONſummatum eſt. Verbum propoſitum apparet quantitate paruum, continentia modicum, exteriori ſuperficie planum, interiori intelligentia paruum: et tamen eſt quantitate virtutis magnum, amplitudine myſteriorum immenſum, altitudine profundum, apprehenſione intelligentiæ inueſtigabile, et ad plenum inueſtigatum. Nec mirum ſi ſit tale, quia propoſitum a verbo conſummato, et abbreuiato: Verbum abbreuiatum, *et cetera*. Et recte ait: *Conſummatum eſt*. Conſummare enim eſt idem, quòd ad finem ducere, ait Papias: Omnis conſummationis vidi finem, ait Propheta, ideſt, perfecte, et vere in ſaluifica immolatione filij Dei fuit conſummatio geſtorum patriarchalium, hoſtiarum legalium, martyriorum prophetalium, et myſteriorum ſcripturarum. Prædictis enim ſcilicet factis patriarchalibus, vt in occiſione Abel, in ligatione Iſaac, in venditione Ioſeph fuit hoſtia, quam obtulit Chriſtus in paſſione figurata. Similiter in hoſtijs legalibus, ſicut in immolatione agni. Et conſequenter in alijs immolationibus. Similiter dictis prophetalibus iſta ſaluifica hoſtia prænunciabatur: Dabo clauem Dauid ſuper humerum. Similiter myſterijs ſcripturarum præſignabatur. Supra: Scrutamini ſcripturas. Merito fuit conſummatio omnium talium figuralium in veritate immolationis Ieſu Chriſti: Ecce dies venient dicit Dominus, et conſummabo ſuper domum Iſrael. Et: Et conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt de filio hominis. Item in hac ſaluifica paſſione fuit conſummatio omnis paſſionis: eo quòd ſua paſſio maior omni paſſione, tum ratione diuturnitatis, quia in laboribus a iuuentute, tum quia ſupplicium crucis, ideo durius erat, quia diutius cruciabat, ut ait Auguſtinus. Item paſſio ſua fuit maior ratione vniuerſalitatis, quia totus in cruce extenſus. Item ratione temperatæ complexionis, et æqualitatis ipſius, et ſanitatis, ac vigoris ipſius patientis. Propter quod potuit dicere illud: Videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Item maior fuit paſſio ratione multiplicis contumelioſitatis antecedentis ipſam paſſionem, et concomitantis, vt patet conſideranti ſeriem paſſionis: Decebat auctorem ſalutis conſummare. Item in hac paſſione fuit conſummatio, ideſt, perfectio omnis ſatisfactionis: Prudentia ſua percuſſit ſuperbum. Ibi Gregorius de congruentia eius ſacræ hoſtiæ pro peccatoribus,

Rom. 9. f
Pſ. 118. m
Exo. 12. e
Iſai. 22. a
Ioan. 6. f
Hebr. 8. b
Luc. 18. e
Aug. tract. 31. in Ioan. ante med. tom. 9.
Thren. 1. d
Hebr. 2. b
Iob 26. c
Greg. Mor. li. 17. c. 18.

Digitized by Google

catoribus, quòd filius Dei factus est homo, vt exhiberet corpus suum sacrificium pro peccatoribus. Et ibi bene de hoc: Dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis: Vna oblatione consummauit sanctificatos, *et cetera*. Item in hac passione fuit consummatio dispensationum, et operum filij Dei in terra, in docendo, in miracula faciendo, et in opere redemptionis complendo. Supra: Opus consummaui, quod dedisti mihi. Et loquitur ibi ponendo præteritum pro futuro, vt expositum est ibi ab Augustino, vt supra: Vt perficiam opus eius, qui misit me. Et ideo conuenienter ait Apostolus: Didicit ex eis, quæ passus est obedientiam, et consummatus. Vere enim ipse est consummator sermonum. Ad huius saluifici exemplaris exemplum nos debemus consummare cursum vitæ nostræ in voluntate ipsius, agendo quæ ei placent, et pro eo sustinendo, et vitam consummando in seruitio eius dicentes quod ait Paulus, scilicet: Cursum consummaui, fidem seruaui. Sed de quibusdam verificatur illud: Cum spiritu cœperitis, carne consummamini.

Eph. 5. d *Hebr. 20. b* *Ioan. 17. c* *Ioan. 7. a* *Hebr. 5. d* *Eccli. 43. e* *2. Tim. 4. b* *Gal. 3. a*

Collatio Octuagesimasexta.

Acceperunt corpus Iesu, et ligauerunt linteis, et aromatibus, et cetera. Sicut series passionis Iesu Christi est mysterium et sacramentum nostræ crucifixionis spiritualis, et resurrectio mysterium resurrectionis: Si complantati facti fuerimus similitudini mortis eius, sic et resurrectionis erimus. Ita sepultura potest esse sacramentum nostræ sepulturæ spiritualis. Et secundum hoc signantur hic spiritualiter quattuor, quæ debent esse in anima consepulta cum Christo. Quorum primum est, puritas munditiæ, quod notatur, ibi: *Linteis*, quæ sunt facta ex linis, et ducũtur ad candorem per multas tunsiones, per quas signatur candor munditiæ. Vnde de muliere forti dicitur: Quæsiuit lanam, et linum. Vnde supra: Cum accepisset linteum præcinxit se. Et sequitur: Cœpit lauare pedes discipulorum, et extergere linteo, *et cetera*. In figura huius munditiæ, siue puritatis a filio Dei faciendæ. Secundo, figuratur censura, vel custodia disciplinæ, ibi: *Ligauerunt*, scilicet præceptis saluificæ disciplinæ: Vincula illius quasi ligatura salutaris. Tertio, figuratur mortificatio carnis, ibi: *Ferens mixturam myrrhæ*. Myrrha enim est arbor Arabiæ quinque cubitorum, et eius gutta amara, et viridis, vnde et arcet putredines, vulnera consolidat, et morticina conseruat, secundum Isidorum. Et dicitur myrrha pigmentum, et vnguentum, ait Papias, et signat pœnitentiam, secundum Gregorium exponentem illud: Ex aromatibus myrrhæ, et thuris. Quarto, figuratur suauitas, vel odor bonæ famæ. Vt enim ait Papias. Aloes in India, et Arabia gignitur, et est odoris suauissimi, qualis debet esse vita iusti, scilicet odorifera: Alij enim sumus odor vitæ in vitam. Et: Cum myrrha, et aloe. Supra: Domus impleta est ex odore vnguenti. Et de his debent esse centum libræ. Per libras, rectitudo iustitiæ signatur. Supra: Accepit libram vnguenti, ibi secundum Augustinum, vt habitum est, per libram, iustitia designatur. Per centum enim, spes æternorũ: Centuplum accipietis. His virtutibus condita anima sancta debet intrare sepulchrum contemplationis: Ingredieris in abundantia sepulchrum. Ibi Gregorius: Sepulchrum, mentis est contemplatio Conditoris, quæ ab hoc mundo mortuos sepelit, dum a terrenis desiderijs susceptos in intimis abscondit. Et ibi bene de hoc. Et: Gaudent vehementer cum inuenerint sepulchrum. Patet ergo de spirituali sepultura animæ contemplatiuæ, et de virtutibus cum quibus debet sepeliri in sepulchro contemplationis.

Rom. 6. a *Prou. vlt. a* *Ioan. 13. c* *Ibidem.* *Eccli. 6. d* *Isid. etym. lib. 17. c. 8.* *Greg. in Ezech. lib. 2. hom. 22. post med.* *Cant. 3. a* *2. Cor. 2. d* *Cant. 4. a* *Ioan. 12. c* *Ibidem. a* *Aug. tract. 50. in Ioã. ante med. tom. 9.* *Mat. 19. d* *Iob 5. f* *Greg. Mor. lib. 6. c. 17.* *Iob 3. d*

A Et nota quòd Christus fuit positus in loco tritici, in præsepio, et in hoc exemplum humilitatis, et paupertatis: Inuenietis infantem positum in præsepio. Item fuit positus in patibulo, supra eodem: *Exiuit in eum locum qui dicitur Caluariæ*, in figura: Posuit me quasi signum ad sagittam. Et hoc in exemplum patientiæ, et sustinendæ passionis pro veritate. Item fuit positus in monumento hic, et hoc in exemplum elongationis a mundo, et mortificationis ipsi mundo, et tranquillæ, et eleuatæ contemplationis, quia per sepulchrum contemplatio signatur: vt dictum est supra.

Luc. 2. a *Thren. 3. b*

B

CAPVT VIGESIMVM.

Collatio Octuagesimaseptima.

C *PORTEBAT eum a mortuis resurgere.* Quoniam hic tractatur de resurrectione, ideo istud verbum exponatur de Christi resurrectione, in quo tria signantur. Quorum primum est, passionis præcedentis magnitudo, ibi: *A mortuis*. Secundum est, consequentis resurrectionis veritas, siue plenitudo, ibi: *Resurgere*. Tertium est vtriusque congrua, siue debita ratio, ibi: *Oportebat, siue oportuerat*. Ait ergo: *A mortuis*. Et in hoc passionis, quam Christus sustinuit magnitudo, siue intentio: non solum enim verbum caro factum est, et filius Dei factus homo, nec solum labores sustinuit, nec passiones corporales, sed etiam mortem perpessus est, quæ quidem mors terribilissimum est, quia terminus passionum, ait Sapiens. Et etiam D mori dignatus est morte pœnalitatibus plena, et amarissima, vt habitum est, supra proximo: Crucifigite eum. Et ibi de hoc. Ideo admirando suam dignationem, ait Apostolus: Humiliauit semetipsum vsque ad mortem. Et admirando suam immensam charitatem, ait idem: Commendat suam charitatem, quoniam adhuc cum peccatores essemus, pro nobis mortuus est. Supra: Maiorem nemo charitatem habuit, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et licet fuerit mortuus, crucifixus ex infirmitate, viuit tamen ex virtute. Ideo ait hic: *Et resurgere*, scilicet: *Oportebat*. Vt enim ait Augustinus: Mors resurgentem tenere non valuit, quoniam victa, et prostrata est: Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni. Iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo: Fui mortuus, et ecce sum viuens. Resurrexit, inquam, potenter, et triumphaliter, scilicet ex sua virtute morte occisa, deuicto mortis principe, liberata captiua plebe, reserata ianua vitæ. In hoc Christus mortuus est, et resurrexit, vt mortuorum, et viuorum dominetur. Item resurrexit veraciter non phantastice, scilicet ad veram vitam: Resurrexit Dominus vere. Item ipse surrexit acceleranter, siue festinanter, non F existens in sepulchro, vltra tres dies etiam dictos per synecdochen. Supra: Soluite templum hoc, et in triduo ædificabo illud. Et: Oportebat Christum pati, et tertia die resurgere. Item resurrexit viuens immortaliter, et glorificabiliter: Christus resurgens a mortuis iam non moritur: Species eius, quasi species aeris. Ibi Gregorius exponens illud de Christo post resurrectionem, qui formam serui accipiens, fragilitatem carnis humanæ per resurrectionis gloriam vertit in æternitatem, vsque ad mortem crucis passus est, de morte cum gloria resurrexit. Hęc ille. Et quoniam resurrectio sua fuit causa nostræ resurrectionis, et in anima, et in corpore, et etiam forma, siue exemplar, vt ait Augustinus: quòd

Rom. 5. a *Ioan. 15. b* *2. Cor. vlt. e* *Aug. hypognost. lib. 1. post mediũ. tom. 7.* *Act. 2. d* *Apoc. 1. d* *Rom. 14. b* *Luc. vlt. g* *Ioan. 2. a* *Luc. vlt. g* *Rom. 6. b* *Ezec. 40. a* *Greg. in Ezech. lib. 2. ho. 13. ante med.*

Digitized by Google

vtrumque mortuum fuerat, scilicet corpus nostrum ex infirmitate, anima ex iniquitate. Resurgit anima ex iniquitate per id quod est Deus, resurgit ex corru-
Rom. 4. d ptione per id quod homo est: Resurrexit propter iustificationem nostram. Ideo resurrectio nostra spiritualis debet esse imitatiue, et spiritualiter talis, qualis fuit resurrectio Christi, scilicet virtuosa, accelera-
Rom. 6. c ta, vera, non ficta, irredibilis ad mortem peccati: Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, si-
Coloss. 3. f militer et resurrectionis erimus: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite. Et Christum sic mori, et resurgere oportebat: mori ad peccatorum nostrorum deletionem, resurgere ad nostrā
Rom. 6. c iustificationem, secundum illud Apostoli, vt supra:
1. Cor. 15. a Traditus est propter delicta nostra, *et cetera*. Et: Per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum.

Collatio Octuagesimaoctaua.

Greg. in Euāg. ho. 25. ante med. *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans*, et cetera. Secundum Gregorium: Maria flebat inquirendo, et amoris sui igne succensa ardebat desiderio, *et cet.* quia perseuerabat Dominum quærens. Vnde moraliter potest istud verbum exponi de anima pœnitente, desiderante videre Deum, in qua figurantur quinque necessaria ad spiritualem Dei visionem. Quorum primum est, animæ pœnitentis multiplex virtuositas, ibi: *Maria*, quæ interpretatur Domina, siue lux, siue stella, siue amarum mare: per quæ signantur quattuor, quæ debent esse in anima pœnitente, scilicet ipsis concupiscentijs dominatio, interna illuminatio, sincera sanctitudo, et contritio-
Ioan. 12. a nis amaritudo, de quibus supra ibi: Maria accepit libram vnguenti. Secundum principale quod est necessarium, donorum supernorum feruida petitio, quod notatur, ibi: *Stabat*. Vt enim ait Gregorius: Ibi stamus, vbi oculos mentis figimus. Ideo ait Elisæus:
4. Reg. 3. e Viuit Dominus in cuius conspectu sto. Ibi enim stabat, vbi fixerat cor. Anima ergo pœnitens, transito-
Eph. 6. c ria calcans, ad superna se erigens stat: Statis succincti lumbos vestros in veritate. Tertium est necessarium ex recogitatione peccatorum flebilis amaritudo, quod figuratur ibi: *Ad monumentum foris plorans*. Monumentum enim dicitur, eo quòd moueat mentem ad memoriam defuncti, secundum Papiam. Per monumentum ergo, quod est receptiuum corporum mortuorum, signatur memoria peccatorum, et status animæ mortuæ in peccatis, ex qua recogitatione debet anima pœnitens iugiter flere.
4. Reg. 10. e Vnde in figura: Conuertit Ezechias faciem suam ad
Isai. 38. f parietem, et fleuit fletu magno. Idem, vbi et sequitur: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Vnde talis fuit Maria Magdalena, de
Luc. 7. a qua, quòd lacrymis rigabat pedes Iesu. Similiter talis erat Petrus, quando fleuit amare. Vt enim ait
Aug. cõfess. lib. 8. c. 12. ante med. tom. 1. Augustinus: Lacrymæ sunt acceptabile sacrificium Deo. Et Chrysost. Lacrymæ sunt ab igne spirituali, et
Chrys. hom. 8. in Matt. post mediū. tom. 2. nihil vnit Deo, vt lacrymę, purgant a peccatis, et sicut cælum purgatur a pluuia, sic lacrymis destruuntur tenebræ peccatorum. Et ibi bene de hoc. Quartum quod est necessarium animæ pœnitenti volenti videre Deum, est vera humiliatio ex peccatorum consideratione suorum. Vnde dicitur hic: *Inclinauit, et prospexit in monumentum*. Per inclinationem animæ
Prou. 2. a humiliatio signatur: Inclina cor meum ad cogno-
Psal. 44. b scendam prudentiam. Et in Psalmo: Audi, et vide, et inclina aurem tuam. Quintum, quod est necessarium ad Deum videndum, est plena conuersio, vn-
Diony. ang. Hierar. c. 1. prope princ. Hugo lib. 2. ante med. in hunc loc. de sequitur: Conuersa est, et vidit Dominum. Viuifica virtus replet, et conuertit. Ibi Hugo: Dissimilitudine sumus auersi, multitudine diuersi, prauitate peruersi: sed virtus viuifica conuertit nos in vnitate. Hæc ille. Vnde et merito in completorio dicitur: Conuerte nos Deus salutaris noster, scilicet vt ipsum videamus: sic enim anima conuersa ad Deum, vt videt Deum. Vnde Zachæus ascendit in
Luc. 19. b arborem sycomorum, vt videret Iesum. Zachæus enim iustus interpretatur, et signat animam iustam auertentem se ab inferioribus, et superius ascendentem, vt videret Deum: Vadam, et videbo hanc vi-
Exod. 3. c sionem. Qui ergo volunt videre Iesum visione spirituali in hac vita, et visione desiderabili in futura, sint imitatores sanctæ mulieris in prædictis.

Psal. 84. a

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

Collatio Octuagesimanona.

VENITE, et prandete, de pisce scilicet prunis superposito, et pane, vt est præmissum. In his verbis spiritualiter intellectis tria insinuantur. Nam in conuiuio regio, vel imperiali tria insinuantur, cibi appositi pretiositas, et charitas ipsius Regis, in inuitando vrbana curialitas, ad conuiuium aduenientium honorifica honestas. Et secundum hoc, ista tria hic insinuantur. Primum, notatur in eo, quod præmissum est: piscem scilicet et panem. Secundum, ibi: *Prandete*. Per piscem ergo prunis superpositum, et per panem signatur Iesus Christus, mediator Dei, et hominum, prout ait Gregorius. Ipse, quasi piscis, dignatus est la-
Greg. in Euāg. ho. 24. post mediū. tere in aquis humani generis, capi voluit laqueo mortis nostræ, assatus est tribulatione tempore passionis, secundum Gregorium, et secundum Augustinum similiter. Et de isto benedicto pisce in figura:
Ibidem. Aug. tract. 123. in Io. ante mediū tom. 9. Exentera hunc piscem, et cor eius, et fel, et iecur re-
Tob. 6. a pone tibi, sunt enim necessaria ad medicamentum vtiliter. In pisce Iesus Christus, vt dictum est, signatur, in corde sui amoris ad genus humanum, in fele amaritudo passionis, in iecore constantia virtutis Iesu Christi, quæ debet quisque reponere in thesauro suæ memoriæ. In pane vero figuratur diuinitas
Greg. in Euāg. ho. 24. post mediū. Iesu Christi, prout ait Gregorius. Et de hoc in figura bene: Partitus est, scilicet Dauid, collyridam pa-
2. Reg. 6. d nis vnam, et assaturam bubulæ carnis vnam: quod hic signatur in assato pisce, idem ibi signatur in illa assatura. Lucas vero, idem in figura: Obtulerunt ei partem piscis assi, et fauum mellis. Per partem piscis assi Christus homo passus. Fauus mellis
Greg. ibid. Christi diuinitas. Vnde Gregorius: Fauus est mel in cera, mel vero in cera est diuinitas in humanitate. Magnificum ergo, et mirificū, rarum, et mellificum, ac saluificum prādium, quod apponit Dominus suis electis, scilicet seipsum verum hominem, et Deum.
Prou. 23. a Ideo dicitur: Quando sederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ sunt appositа ante faciem tuam, *et cet.* Ad istud prandium vrbaniter, et effectualiter inuitat filius Dei. Vnde ait hic: *Prandete*. Prandium enim dictum a paratum, et dicebatur militum cibus ante pugnam, ait Papias. Secundum hoc vero signat spiritualem refectionem, quod apponit Dominus militibus existentibus in stadio huius vitæ. Cena enim signat quietam, et tranquillam, et æternam refectionem in vita futura: Beati
Apoc. 19. b qui ad cenam agni vocati sunt. Et de hoc prandio
Mat. 22. a in figura: Prandium meum paratum est, altilia
Greg. in Euāg. ho. 38. ante med. et tauri mei occisi, et omnia parata. Ibi Gregorius, quòd per nuptias, de quibus loquitur ibi, Ecclesia præsens figuratur. Per tauros occisos, et altilia patres
Ibid. paulo post. vtriusque Testamenti signantur, vt ait ibidem Gregorius. Et ibi bene de hoc. Vnde est prandium piæ sub-
Luc. 14. b uentionis pauperibus: Cum facis prandium voca pauperes. Item est prandium carnalis, vel mundanę
Tob. 2. a delectationis: Relinquens prandium, vt veniret ad corpus.

Digitized by Google

Ibidem. ad corpus. Et sequitur: Manducans panem cum luctu. Et signat eos qui deserunt delectationes transeuntes, et reficiuntur pœnitentiali refectione. Item est prandium internæ refectionis, reficientis hominem in hac vita ne deficiat: *Dan. vlt. g* Fer prandium quod habes Danieli, qui est in lacu leonum. Item est prandium diuinæ satietatis, quod hic figuratur, *3. Reg. 13. b* vt dictũ est, ad quod inuitat filius Dei in figura: *Veni* *Prou. 9. a* mecum vt prandeas, et dabo tibi munera: *Come-* *Cant. 5. a* dite panem meum: Comedite amici, scilicet de prandio prædicto, siue de corpore Iesu Christi: Et bibite, scilicet de sanguine. Et inebriamini, alienando vos ab omni alia delectatione. Ad istud prandium non debent venire nisi qui se præparauerunt: ideo *Ibidem.* ait: Venite, scilicet eleuando vos ab amore inferiorum, et sublimando ad amorem superiorum. Vt *Aug. epist. 52. ad Macedon. post med. to. 2.* enim ait Augustinus: Imus in Deum non ambulando sed amando, quia ad Deum itur non pedibus sed moribus. Illi ergo qui elongant se ab amore inferiorum et eleuant ad amorem supernorum, vt reficiantur diuina refectione in supradicto prandio, *Mat. 11. c* veniunt ad prandendum cum Christo: Venite ad me omnes qui laboratis, et ego reficiam vos. Sic enim venire est præparari, vt venientes sint digni tali prandio deifico: *Apoc. 19. b* Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et ibidem: Vxor eius præparauit se, id est, Ecclesia: Non venienti autem sic parato dicetur illud: *Mat. 22. a* Quo modo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Similiter de non præparantibus *Luc. 14. d* se, vt veniant sic: Homo quidam fecit cenã magnam. Et sequitur, ibi de excusantibus, ne venirent. De *Greg. in Euang. hom. 16.* quibus ibi Gregorius sufficienter. Patet ergo prandij deliciositas, filij Dei inuitantis curialitas, venientium ad prandium debita virtuositas.

Collatio Nonagesima.

Aug. tract. 123. in Ioã. tom. 9. *Simon Ioannis diligis me? Pasce agnos meos.* Quæ verba supplet Augustinus, quasi diceret: si me diligis, non te pascere cogita, sed oues meas. Et secundum hoc tria hic, quæ debent esse in prælatis, quorum primum, vitæ perfectio est et uirtutum multitudo, ibi: *Simon Ioannis*, et hoc in statu. Secundum est, feruidi amoris refectio, ibi: *Diligis me?* Et hoc in affectu. Tertium est, animarum commissarum salubris affectio, ibi: *Pasce agnos meos.* Et hoc in effectu. Per Petrum ergo signatur prælatus in statu perfectus: fuit enim Petrus quadrinominis: dicebatur enim Cephas, eo quòd in capite Apostolorum fuerit constitutus, κεφαλή, caput dicitur. Item dicebatur Simon, quod interpretatur audiens vel obediens. Item dicebatur Petrus, quod interpretatur agnoscens. Et Simon Bariona, quod idem est quòd filius columbæ. Vel idem *Isid. Etym. lib. 7. c. 9.* quod Simon Ioannis secundum alios. Et de his Isi- *1. Reg. 10. c* dorus. Et per istas differentias nominis possunt figu- *1. Reg. 15. c* rari quattuor, quæ debent esse in prælatis, scilicet vitæ eminentia de Saule, quod Saul altior fuit vniuerso populo. Secundum est, humilitas obedientię: Nonne cum paruulus esses, factus es caput in tribubus *Osee. 4. b* Israel. Tertium est, claritas intelligentiæ. Vnde: Quia tu scientiam repulisti, repellam ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Quartum est, simplicitas innocentiæ, *Mat. 10. b* vnde dictum est discipulis: Estote simplices sicut columbæ. Qui enim talis est, est Petrus spiritualiter, et potest esse successor, et talis debet diligere Deum *Aug. tract. 123. in Ioã. post mediũ. tom. 9.* non seipsum. Vnde Augustinus hic. Si diligis me, pasce oues meas, non autem tuas, gloriam meam quære non tuam, lucra mea non tua. Hæc ille. Dilectio enim mea, est voluntas ad fruendum aliquid appetens, siue tenens, ait Augustinus: Amare rem est eam propter se appetere. Et idem Augustinus. Amare Deum gratis, est alia præter ipsum non expectare *Ioan. 14. a* bona. Qualiter autem Deus diligendus, supra: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Vt enim ait

A Dionysius. Est enim extasin faciens diuinus amor non dimittens sui ipsius amatores. Sed amatorum, *Dion. de diuin. nomin. cap. 4.* et quia sic amantium Deum siue diligentium est pascere oues Domini, quas redemit sanguine suo. Ideo sequitur hic: *Pasce agnos meos*, siue oues, id est, si diligis me, pasce illas, sicut ait Augustinus homilia dicta. Et: *Aug. tract. 123. in Ioã. post medii. tom. 9.* Petrus cum se amare respondisset, audiuit: Si diligis me, pasce oues meas: Si ergo est testimonium curæ pastionis, quisquis virtutibus pollens renuit pascere gregem Dei, summum pastorem conuincitur non amare. Hæc Gregorius. Quibus autem sint oues pascendæ, et qualiter, Bernardus bene. Trinitatis sacra- *Ber. in ep.* B mentum de pascendis ouibus est, si pascas verbo, pas- *201. ad Abbatem Baldinum* cas exemplo, pascas et sanctarum fructibus oratio- *verſ. fin.* num. Manent itaque tria hæc: verbum, exemplum, *Bern. super* oratio, sed maior his est oratio. Hæc ille. Specialius *Cãt. ſer. 76.* autem quibus sint pascendæ oues spiritualiter, idem *post medii.* Bernardus. Pastus ouium debet esse in pascuis scripturarum, tamquam in hereditate Domini. Et hoc vt mandata duris et carnalibus animis imponantur, dispensationum onera pusillis, consilia solida et hortamenta fortia sanis. Hæc ille. Et ibi multum de hoc. Vnde et pastor dicitur a pascendo, quia dat pastum ouibus, ait Hugo. Et tales pastores promisit Domi- C nus: Dabo vobis pastores, qui pascent vos scientia et *Ierem. 3. d* doctrina. Ideo in figura antiqui patres custodiebant oues et pascebant. De Iacob: Pascam et custodiam pe- *Gen. 30. d* cora tua. Et de Ioseph: Quod pascebat gregem cum *Gen. 37. a* fratribus suis. Et de Dauid: Reliquus est paruulus et *1. Reg. 16. b* pascit oues. Et ideo de Saluatore supra: Ego sum pa- *Ioan. 10. b* stor bonus, scilicet qui pascebat oues: Pascite qui in *1. Pet. 5. a* vobis est gregem. Sed aliter est de multis, qui pascunt seipsos temporalibus delectationibus, et nõ gregem, et carnalibus voluptatibus, de quibus conqueritur Dominus: Væ pastoribus qui pascebant semetipsos, *Ezec. 34. a* Ideo: Facti sunt principes eius velut arietes, non in- *Thren. 1. b* D uenientes pascua. Propterea merito conqueruntur de eis subditi: Mugierunt greges armenti, quia non est *Ioel. 1. d* pascua eis, *et cetera.*

Collatio Nonagesimaprima.

Thema de beato Francisco.

Cvm autem senueris extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu non vis. Quamuis ista uerba sint dicta de beato Petro, prænũciando ei passionem suam in cruce, et genus etiã mortis, scilicet in cruce, E et vincula quæ passurus erat et ipsam mortem, vt est expositum in littera: Spiritualiter possunt intelligi de beato Francisco, qui spiritualiter cinctus siue præcinctus in vtroque homine fuit, et habuit manus extensas etiam secundum formam habitus suæ sacræ religionis. Et secundum hæc commendatur hic in quattuor. Primo, in vitæ virtuosæ modesta maturitate, ibi: *Cum senueris.* Secundo, in appetituum carnalium siue affectuum mentalium disciplinali cohibitione, ibi: *Alius te cinget.* Tertio, in operum siue orationum plena perfectione: *Extendes manus tuas.* Quarto, in humilis obedientiæ promptitudine, ibi: *Ducet* F *quo tu non vis.* Ait ergo: *Cum senueris*, senectute virtuali scilicet: Aetas enim senectutis vita immaculata. *Sap. 4. b* Sicut enim in senibus est libidinum et voluptatum mitigatio siue extinctio: Vt enim ait Tullius: Præcla- *Cic. de senect. ante medium.* rum munus est senectutis, quod aufert voluptatem, scilicet vitiosissimum in adolescentia. Item est in se- *Ibidem.* nectute prudentiæ discretio. Vnde Tullius: Pruden- *Amb. Hexaem. li. 1. c. 8. post medium. to. 1.* tia maior est in sene. Vnde Ambrosius: Senectus in bonis moribus est dulcior, in consilijs vtilior, ad constantiam subeundæ mortis paratior, ad reprimendas libidines fortior. Hæc ille. Ita in virtuosis sunt consimilia spiritualiter. Et ideo virtuosi dicuntur senes, et virtuositas dicitur senectus: Corona dignitatis *Prou. 16. d* senectus, quæ in vijs iustitiæ reperietur: Corona *Eccli. 29. c*

senum

Digitized by Google

senum multa peritia. Et quia talis fuit beatus Franciscus, ideo merito ipse senuit virtualis senectute. Vt de ipso verificetur illud: Vsque in senectute permansit illi virtus. Et in psalmo; Senectus mea in misericordia vberi. Et istud almum Confessorem sic senem cinxit Dominus cingulo regularis disciplinæ cohibentis et restringentis omnes sensuales appetitus, et etiam mentales affectus. Sibi enim competit illud: Accinge sicut vir lumbos tuos. Ibi Gregorius: Lumbos accingere, est luxuriam in opere vel in cogitatione refrenare. Ipse enim potest signari per similem filio hominis præcinctum ad mammillas zona aurea. Ipse enim fuit similis filio hominis, id est Iesu Christo in medio candelabrorum, idest prælatorum Ecclesiæ præcinctus omni castimonia interiori: fuit enim imitator Heliæ, de quo dicitur, quòd erat zona pellicea accinctus renibus: et imitator beati Ioannis, de quo Matthæus, quòd habebat zonam pelliceam circalumbos, *et cetera*. De ipso enim in figura: Tobias inuenit splendidum, stantem præcinctum, *et cetera*. In figura ipsius potest dici: Accinxit fortitudine lumbos suos. Et in psalmo: Præcinxit me virtute ad bellum. De cingulo multiplici, quo debent fideles esse præcincti, in expositione litteræ. Iste sanctus sic præcinctus extendit manus suas, et hoc vel in cruce pœnitentiæ, quod signat zona, vel forma habitus suæ sacræ religionis. Vnde de ipso verificatur illud: Expandi manus meas tota die ad populum non credentem mihi. Vel manus suas extendit ad Deum in eleuatione orationis. Vt de ipso verificetur illud: Manus meas extendi in altum. Vel extendit manus ad exercitium operationum: Nemo enim mittens manum ad aratrum, et aspiciens retro, est aptus regno Dei: Leuemus corda cum manibus. Super quod Gregorius: Cor cum manibus leuat, qui orationem operibus roborat. Sibi enim competit illud: Manum suam misit ad fortia. Et sic extendens manus suas, fuit ductus semper ab alio, quo non volebat: in quo figuratur obedientiæ perfectio. Vnde, vt dicitur in vita sua, semper voluit habere fratrem supra se, cui obediret, et hoc in aduersis et asperis, quod non volebat sensualitas vel voluntas naturæ: fuit enim imitator Iesu Christi, de quo supra: Descendi non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Repugnante ergo sensualitate, et carne repugnante spiritui, castigabat corpus, et in seruitutem redigebat, exemplo Pauli. Et fuit in omnibus obediens Deo et vicarijs eius: vt de ipso verificetur illud: Vir obediens loquitur victoriam. Verus ergo imitator beati Petri fuit beatus Franciscus in prædictis, et ipsius debent esse imitatores, professores suæ sacræ religionis in eisdem.

Eccli. 40. c — *Psal.* 91. c — *Iob* 38. a — *Greg. Mor. lib.* 28. c. 4. *ante med.* — *Apoc.* 1. c — 4. *Reg.* 1. b — *Mat.* 3. a — *Hebr.* 4. d — *Prou. vlt.* c — *Psal.* 17. c — *Isa.* 65. a — *Eccli.* 51. c — *Luc.* 9. c — *Thren.* 3. a — *Greg. Mor. lib.* 18. c. 5. — *Prou. vlt.* d — *Supra.* 6. a — 1. *Cor.* 9. c — *Prou.* 21. a

Ex his collationibus patent mysteria multa in littera, vt patet conferenti collationes cum ipsa littera: sunt enim de illis quæ dicuntur in littera, in quibus est pondus mysteriorum magnum, vt similiter patet consideranti.

FINIS.

COLLATIONVM IN EVANGELIVM SANCTI IOANNIS
ET TOMI II. OPERVM S. BONAVENTVRÆ.
LAVS DEO VIRGINIQ. MATRI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
RERVM, ET VERBORVM INSIGNIORVM
IN SECVNDVM TOMVM OPERVM
S. BONAVEN. S.R.E. CARD. EPISC. ALBANENSIS,
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS.

Primus numerus paginam indicat, alter columnam; littera vero columnæ partem.

A

ABire a Deo, contingit multipliciter. 376. 1. *f*
Abominatio apud Deũ quid sit, & quid abominet. 215. 1. *b*
Abraham non dubitauit de diuina promissione, quamuis responderit, vnde scire possum, & quare sic petierit signum. 9. 1. *b*
Abundantia vitam non prolongat, sed frequenter abbreuiat. 165. 2. *f*
Accidia denotatur per lectum. 103. 1. *f*
Accusatores multi erunt in iudicio. 366. 2. *d.* & *sequ.*
Achaz petit signum a Domino propter proprij delicti obstinationem. 9. 1. *b*
Actiua vita aliquando est magis necessaria, & eligibilis, quàm contemplatiua. 144. 2. *e*
Actiua vita tria debet cauere. 144. 1. *b.* & *sequ.*
Acetum multiplex, & quid denotet. 453. 2. *a. b.* & *seq.*
Acus foramen aditum regni cælestis designat, & quare. 240. 2. *f*
Adam habuit sapientiam innatam. 23. 1. *c*
Adam interpretatur homo. 45. 1. *c*
Adam vbi fuerit sepultus. 297. 1. *c.* & *sequ.* 451. 1. *b*
Adorans qualis esse debeat. 354. 1. *f*
Adorate quid sit. 475. 2. *f*
Adorator verus qui sit. 475. 2. *f.* & *sequ.*
Adorationis essentiales conditiones, quæ sint, & quæ de bene esse. 354. 1. *d.* & *sequ.*
Aduentus Christi triplex, & qualis fuerit primus. 505. 1. *d.* & *sequ.*
Aduentus Christi duplex, & qualis sit vterque. 169. 1. *b.* & *sequ.* & 345. 2. *d.* & *seqn.*
Aduentus Christi primus fuit misericordiæ, & ideo vocatus fuit Iesus. 131. 1. *d.* 247. 1. *d.* & *sequ.* 366. 1. *f.* 2. *c.* & 506. 1. *d*
Aduentus primus Christi ad quid fuerit. 172. 2. *a.* & *seq.* & 255. 2. *b.* & *sequ.*
Aduentus Christi triplex. 255. 1. *f.* 505. 1. *d.* & *seq.*
Aduersanti aduersari cautela est. 260. 1. *a*
Aegyptus interpretatur tenebræ. 30. 1. *e*
Aetates sunt octo. 29. 1. *e*
Aequa pars est descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, quomodo intelligatur. 160. 2. *b*
Aeternitas est incommutabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio. 242. 1. *e.* 502. 1. *a*
Affectus sunt quattuor, & qui sint, & quomodo boni, vel mali. 33. 1. *e.* & *seq.*
Affectus in omni opere a Deo super omnia pensatur. 269. 2. *a.* & *sequ.*
Agens quando perfectius habet formam, quæ agit, tanto est in agendo potentius. 2. 2. *d*
Agere bene cui contingat. 478. 1. *f.* & *sequ.*
Agnus vnde dicatur, & quæ sint eius proprietates, & quid designet. 470. 1. *b.* & *sequ.*
Alphæus interpretatur fugiens. 74. 1. *d*
Amans est vbi amat. 499. 1. *f*
Amare quid sit. 509. 1. *f*
Amaritudo est maxima pœnitentiæ pars. 290. 2. *d*
Ambrosius, qui dicit Adam sepultum fuisse in monte Caluariæ, non est Ambrosius ille, qui inter Doctores Ecclesiæ numeratur. 297. 1. *d*
Amen quid significet, & quot modis teneatur in Scriptura sacra. 2. 2. *f*
Amen amen est quasi Dei iuratio. 342. 2. *e*
Amen est nomen Hebræum, & manet non interpretatum apud ipsos, & quare. 342. 2. *e*
Amen verum significat. 342. 2. *e*
Amicitia Dei magna felicitas. 498. 2. *f*
Amicitia facit vnumquemque esse tot personas, quot amicos habet. 503. 2. *c.* & *seq.*
Amicitia est eadem velle, & eadem nolle. 474. 1. *c*
Amicitiæ lex est in necessitate amico non deesse. 211. 1. *e*
Amicorum Dei est pati. 402. 2. *f*
Amicos Dei quid nos efficiat. 499. 1. *c.* & *seq.*
Amicum hominẽ esse Dei maxima ipsius dignitas. 499. 1. *b*
Amicus verus, qui sit. 211. 1. *c.* 285. 1. *e*
Amicus quàm sit magnum bonum. 148. 2. *b.* & *sequ.*
Amicus fidelis est Christus. 149. 1. *b*
Amor diuinus qualis. 33. 2. *f*
Amor Dei numquam est otiosus. 14. 2. *d.* 182. 1. *e*
Amor interior non potest latere, quin se manifestet, sed semper prorumpit in opus. 14. 2. *d*
Amor priuati boni maxime in fine mundi vigebit. 231. 1. *d*
Amor Apostolorum erga Christum, quomodo Spiritus sancti aduentum impediebat. 433. 2. & *sequ.*
Amor rerum spiritualium, quomodo ab amore rerum carnalium differat. 362. 2. *d.* & *sequen.*
Amor est gressus spiritualis, quomodo ad Deum perueniatur. 509. 1. *b*
Amor ecstaticus qualis sit. 20. 1. *a*
Amor Dei comparatur igni, & quare. 172. 2. *a.* & *seq.*
Amor doctoris ad discipulum, quomodo præemineat parentum amori ad filios. 104. 2. *a*
Amor magna operatur, si est. 87. 1. *a*
Amor duplex. 355. 2. *b*
Amos interpretatur onerans. 45. 1. *a*
Andreas erat Petro iunior. 333. 1. *b.* & *sequ.*

Digitized by Google

INDEX.

Andreas, virilis interpretatur. 333. 1. c
Andreæ præconia, & laudes. 332. 2. f. & sequ.
Angeli qualiter ministrauerunt Christo tempore Natiuitatis, Crucis, Resurrectionis, & Ascensionis. 335. 2. f
Angeli, nato Domino, quare potius pastoribus apparuerint, quàm alij generi hominum. 26. 1. b
Angeli lucis, & tenebrarum differenter apparent. 26. 2. d
Angeli gaudent de peccatore pœnitente septem de causis. 202. 2. a. & sequ.
Angeli apparitio facta Zachariæ fuit venerabilis, admirabilis, & terribilis. 7. 2. e
Angeli dicuntur Cæli. 1. 1. c
Angeli non fuerunt creati in gratia. 390. 2. a. & sequ.
Angelorum aspectus, quare fuerit in lege veteri terribilis, non autem in noua. 8. 1. a
Anima quomodo spiritualiter cælestem panem comedat, & quæ sint organa, & instrumenta ad huiusmodi actum. 480. 2. d. & sequ.
Anima fidelis quomodo sanetur. 178. 2. f. & seq.
Anima multis modis sumitur. 412. 1. a
Anima rationalis est vltimum, quod Physicus considerat. 11. 1. d
Anima rationalis est capax infiniti, tam quo ad affectum, quàm quo ad cognitionem. 3. 1. b
Anima rationalis tres habet operationes. 21. 2. b
Anima, quæ verum vult Deo sacrificium offerre, qualis esse debet. 33. 2. d
Anima consepulta cum Christo quattuor debet habere. 507. 1. c. & sequ.
Anima, quæ spiritualiter vult videre Deum, quinque debet habere. 508. 1. c. & sequ.
Anima verius est vbi amat, quàm vbi animat. 168. 2. f
Animam esse immortalem probatur ex intellectu, appetitu, & actu virtuoso. 265. 1. d
Animam solus Deus potest implere. 166. 1. c.
Animæ reparationis ordo. 205. 2. d
Animæ nostræ dignitas quanta sit, & quas debeat habere conditiones. 348. 2. c. & sequ.
Animæ aspectus duplex. 16. 1. b
Anna interpretatur gratia. 33. 1. b
Anulus quid denotet, & quid significet ipsum in manu habere. 206. 2. d. & sequ.
Antiochus interpretatur silentium paupertatis. 198. 1. f
Antiquorum opinio de animarum productione, scientiarum obliuione, & corporibus vnione. 33. 1. d
Apex quid sit. 215. 2. f
Apostoli qualiter fuerint missi. 459. 2. a
Apostoli quare in Sabbato spicas vellebant. 69. 1. c. & seq.
Apostoli dicuntur testes Christi, & veræ fidei omni exceptione maiores, & quare. 310. 1. b
Apostoli quare fuerint electi idiotæ, & illitterati. 335. 1. b. & sequen.
Apostoli quare vocati a Galilæa. 334. 1. d. & sequ.
Apostoli quomodo omnem veritatem didicerint. 434. 2. a
Apostolus interpretatur missus. 115. 1. d
Apostolorum prædicatio, quàm fuerit vtilis. 116. 1. f. & seq.
Appetitus similitudinis Creatoris est animæ essentialis, ideo erit in damnatis in inferno. 12. 1. a
Appropinquantium ad Christum triplex inuitatio. 112. 2. d. & sequen.
Apum rex aculeum non habet. 131. 1. f
Aqua significat spiritum, & quomodo extinguat, vel non extinguat sitim, immo potius accendat. 352. 2. e. & seq.
Aqua multa designat. 281. 2. a. & sequ.
Aqua multiplex. 475. 2. b. & sequ.
Aquila appropriatur Ioanni, & ipsum denotat, & quare. 313. 1. a. & sequ. 317. 1. a. & sequ.
Aquila qualis sit auis. 313. 1. d. & sequ.
Aquila designat Christum, & quare. 186. 1. e
Aquilæ transmarina cadauera sentiunt. 232. 1. f
Ara gerit figuram Crucis. 301. 1. f
Arbor qualem significet voluntatem. 84. 1. d
Arca significat Ecclesiam. 228. 2. c. & sequ.
Arguere errantes, quando non sit bonum. 379. 2. f
Argumentum ab auctoritate quare infirmum, & inartificiale appelletur. 2. 1. c
Arimathæa, quæ ciuitas fuerit. 301. 1. a
Arimathæa donationis, vigilia interpretatur. 301. 1. d
Arimathæa erat Ramata ciuitas Elcanæ, & Annæ. 454. 2. f
Ars procedit per modum quæstionis, responsionis, oppositionis, solutionis, diffiniendo, diuidendo, argumentando, & concludendo. 5. 2. d
Ars nihil potest sine natura. 111. 2. c
Ars quid sit. 163. 2. b
Ascensio Christi figuratur. 310. 2. a. & sequ.
Asinus quale animal, & quid denotet. 492. 1. & sequ.
Asinus multa significat. 411. 1. b
Assumpsit Iesus tres discipulos, Petrum, Iacobum, & Ioannem, & quare. 122. 1. c. & sequ.
Auaritia semper iuuenescit in homine, quamuis alia vitia senescant. 178. 2. c
Auarus conuenienter camelo comparatur. 240. 2. f
Auctoritas diuinæ Maiestatis ostenditur. 3. 1. a
Audiendi gradus est triplex. 101. 2. b
Auditus animæ est septuplex. 71. 2. c. & sequ.
Auiditas spiritualis est septiformis, & ex septem causis sumitur. 71. 2. c. & sequ.
Auditores verbi Dei quales esse debeant. 9. 1. b. 10. 1. b. & sequ. 173. 1. c. & sequ.
Auditores verbi diuini sunt in quadruplici differentia. 100. 2. a
Auditores Christi, qui sint. 126. 1. b
Auditores verbi Dei, quales esse debeant. 58. 1. f. & sequ.

B

BAPTISMI sanctitas est Christo tantummodo attribuenda. 331. 1. d
Baptismus a Discipulis Christi ante eius passionem collatus, qualis fuerit, & quantæ fuerit efficaciæ. 347. 1. f. & sequ. 350. 2. c. & sequ.
Baptismus quando fuerit institutus. 344. 1. c
Baptismus multiplex. 40. 2. e
Baptismus quando inceperit esse sub præcepto. 344. 1. d
Baptismus Ioannis qualis erat. 328. 2. e. & sequ.
Barabas interpretatur filius magistri, vel Patris. 448. 2. e
Bartholomæus interpretatur filius suspendẽtis aquas. 74. 1. a
Beati omnes videbunt Deum, non tamen in gloria erunt æquales. 496. 1. a. & seq.
Beati in scriptura qui dicantur. 15. 2. a
Beatus quilibet de alterius beatitudine, sicut de sua gaudebit. 496. 1. b
Beatitudo increata est status omnium bonorum aggregatione perfectus. to. 1. 4. 2. f
Beatitudo creata est motus omnis veri boni consolatione priuatus. to. 1. 4. 2. f
Beatitudo nisi esset æterna, non esset omnino beatitudo. 502. 1. a
Beatitudo nostra in cuius potentiæ actu consistat. 19. 2. d
Beatitudo creata scientiæ ethicæ finis est miserijs plena. 4. 2. f
Beatitudo est gaudium de veritate. 155. 2. d
Beatitudinem, qui consequantur. 155. 2. d

Digitized by Google

INDEX.

Beatitudinis quattuor conditiones. 82. 2. *a. & seq.*
Beatitudines virtutibus Cardinalibus correspondent. 78. 1. *f*
Beelzebub vir muscarum interpretatur. 151. 2. *f*
Bellum triplex cum rege superbiæ, scilicet iustitiæ supernæ prouidentiæ. 197. 1. *e. & sequ.*
Bellum dicto tripliciter committitur. 197. 2. *a*
Benedictio data Virgini ab Elisabeth, qualis fuerit, & in quibus figurata. 14. 2. *f*
Benefacere, & necessaria tribuere debemus omnibus. 80. 1. *a*
Benignitas maxima Dei. 187. 1. *a. & sequ.*
Bethania duplex, & vbi quælibet fuerit. 329. 2. *c*
Bethania domus obedientiæ interpretatur. 252. 2. *d.* 310. 1. *f*
Bethlehem domus panis interpretatur. 25. 1. *b*
Bethphage domus buccæ interpretatur. 252. 2. *d*
Bethsaida interpretatur domus venationis, vel domus frugum. 334. 1. *f*
Blasphemare quid, & quot modis contingat. 64. 1. *c*
Bona priuata diligens odit Christum. 259. 1. *c*
Bona temporalia ad quid dentur. 210. 1. *d*
Bona sunt annuncianda non autem mala. 108. 2. *e*
Bona, quæ desiderantur nobis a falsis amicis, non sunt a nobis expectanda, nec expetenda. 377. 2. *f*
Bona minora sunt maioribus postponenda. 132. 1. *e. f*
Bona mundi triplex interitus tollit. 168. 2. *d*
Boni semper impugnantur a malis, et si non impugnantur, non sunt boni. 272. 2. *c. & sequ*
Boni persecutionem patiuntur a malis, & quare. 272. 2. *f. & sequen.*
Boni multis de causis tristantur, eorum tamen tristitia est breuis. 501. 1. *b. & sequ.*
Boni quare in mundo tribulentur. 438. 1. *a*
Boni quare odio habeantur a malis. 430. 2. *f.* 431. 1. *c. & sequen.*
Bonum commutabile triplex. 102. 2. *c.* 46. 1. *c*
Bonum quomodo eliciatur ex malo. 212. 1. *c*
Bonum triplex. 293. 1. *c*
Bonum æternũ quomodo differat a temporali. 352. 2. *f. & seq.*

C

CADERE *in faciem, est reuereri, & cadere retrorsum est ruere.* 336. 2. *a*
Cados Græce, amphora Latine est mensura continens tres vrnas. 211. 2. *b*
Calceamenta quid significent. 206. 2. *f. & sequ.*
Calceamenta Christi soluere quid sit. 41. 1. *f. & sequ.*
Calceamentum multipliciter accipitur. 329. 1. *f. & sequ.*
Calix gerit figuram tumuli. 301. 1. *f*
Caluariæ locus vbi erat, & quare ita dicebatur. 297. 1. *c. & sequ.* 451. 1. *a*
Caluariæ locus quare sic dicebatur. 451. 1. *a*
Camelus denotat auarum, & quare. 240. 2. *f*
Cana zelus interpretatur. 471. 2. *a*
Canticum Mariæ Virginis, cur decantetur in Vesperis; canticum vero Simeonis in sero, & canticum Zachariæ in mane. 31. 2. *f*
Capharnaum villa pulchritudinis interpretatur. 477. 1. *b*
Capharnaum quare exaltata dicatur. 137. 1. *b*
Captiuitas multiplex. 485. 1. *c. & sequ.*
Carnalia sunt spiritualibus postponenda. 10. 1. *b*
Carnalis assimilatur porco, & quare. 9. 2. *d*
Carnalitas, & cupiditas auertunt hominem a lege Dei, & duos mentis oculos excæcat. 9. 2. *d*
Carnalitas est amor fœdus. ibid.
Gastrimargia nihil turpius. 371. 1. *b*
Causa exemplaris appropriatur Filio. 320. 2. *f*
Causa finalis, et cõseruãs appropriatur Spiritui sancto. 320. 2. *f*
Cælestis regni aditus recte acus foramini cõparatur. 240. 2. *f*
Cælorum regnum a quattuor hominum generibus possidetur. 215. 2. *c. & sequ.*
Cælum quare fuerit apertum in baptismo Christi. 42. 2. *f*
Cælum denotat religionem, & quare. 470. 2. *d. & sequ.*
Cæcitas corporalis oritur ex quattuor causis. 486. 1. *b & seq.*
Cæcitas corporalis tot mala efficit, quot spiritualis cæcitas. 395. 2. *d. & sequ.*
Cæcitas spiritualis ex quibus causis, & quomodo oriatur. 486. 2. *c. & sequ.*
Cæcus multipliciter exponitur. 194. 2. *c. & sequ.*
Cena quid significet. 508. 2. *f*
Cephas interpretatur Caput. 333. 2. *f*
Centenarius numerus denotat perfectionem. 200. 2. *d. & seq.*
Certitudo est quadruplex. 316. 2. *b. & sequ.*
Charitas facit, vt vnusquisque sit tot personæ, quot sunt ei in ipsa coniunctæ. 503. 2. *c. & sequ.*
Charitas quomodo potest esse maior, vel minor. 430. 1. *e. & sequen.*
Charitas denotatur per panem, & quare. 150. 2. *a*
Charitas facit omnia bona communia. 383. 1. *a*
Charitas quid sit. 226. 2. *f*
Charitatis vis, potestas, & laus. 173. 1. *a. & sequ.*
Chorus quid sit, & quid designet. 207. 2. *f*
Christi doctrina fuit humilis, celebris, admirabilis, & sublimis. 53. 1. *b. & sequen.*
Christi passio fuit maxima, & quare. 506. 1. *f*
Christi passio quomodo fuerit consummatio figurarum, operationum, & aliarum rerum. 506. 2. *c. & sequ.*
Christi nomen multa dicit, & includit. 120. 1. *c. & sequ.*
Christi resurrectionem septem media ostendentia. 12. 1. *f*
Christi mors respectu Patris fuit summa charitas, non iniustitia. 427. 1. *f*
Christi natiuitas quomodo fuerit morti proportionata. 348. 2. *a*
Christi prædicatio fuit celebris propter quattuor. 48. 2. *b. & sequen.*
Christi ascensio figuratur. 310. 2. *a. & sequ.*
Christi vehemens desiderium nostræ salutis. 476. 2. *a. & seq.*
Christi partus fuit admirabilis, inauditus, & commendabilis. 24. 2. *c. & sequ.*
Christi ascensus, & descensus multiplex. 473. 2. *b. & sequ.*
Christi spiritum habens, non quæriţ vindictam, sed exhibet patientiam. 131. 1. *d*
Christi seruus debet esse mansuetus. 131. 1. *f*
Christi cibus triplex. 476. 2. *b. & sequ.*
Christi omnis operatio ad quid ordinetur. 252. 2. *e*
Christi doctrina tripliciter ostenditur authentica. 45. 2. *a*
Christi potestas, & virtus miraculorum admirabilis fuit. 53. 2. *b. & sequ.* 55. 2. *b.* 65. 1. *a*
Christi caro quibus rationibus intelligatur per nubem. 125. 1. *d. & sequ.*
Christi perfecta commendatio, & magnificentia in quibus consistat. 31. 2. *f*
Christi vehemens labor, & iter. 475. 1. *b. & sequ.*
Christi paupertas qualis fuerit. 351. 2. *c. & seq.*
Christi opera qualia erant. 180. 1. *b. & sequ.*
Christi dormitio quid significet. 109. 1. *d*
Christi verbi potentia, quàm sit maxima. 108. 2. *a*
Christiana religio est Dei cultura. 487. 1. *d*
Christianæ religionis fundamentum. 268. 1. *a*
Christiani, qui erant Hierosolymis, quomodo excidium ciuitatis, & destructionem euaserint. 274. 2. *e*
Christianus quid debeat velle, & quærere. 12. 2. *a*
Christo quattuor modis fuit mors intẽtata ab iniquis. 52. 2. *f*

Digitized by Google

Christũ esse mediũ septiforme multis figuris ostẽditur. 13.2.b
Christum aliquid discere, quod sciebat, dicitur, quando discit in membris, quæ ipse, qui est membrorum caput, sciebat. 362. 1. a. & sequ.
Christum videre, vel audire Patrem, idem est quod esse a Patre. 361. 1. f
Christum esse pacem nostram, multipliciter ostenditur. 308. d. & sequ.
Christum sequi, est voluntarie pro ipso pati. 196. 1. c
Christum mori fuit conueniens propter multa. 491. 1. d. & & sequen.
Christum figurantes multæ figuræ. 306, 2. f
Christũ pati fuit conueniens propter multa. 306. 2. c. & seq.
Christum sequi, quid sit. 240. 1. e
Christum passum fuisse in Hierusalem, fuit conueniens. 185. 2. a. & sequ. 242. 2. c. & sequ. 252. 1. f
Christum tepide amare, est ab ipso longe esse. 290. 1. b. & seq.
Christum in cælo ministrare, quid sit. 170. 1. b
Christum audire quomodo debeamus. 126. 1. b
Christũ mori in Cruce fuit cõueniens. 414. 1. a. 505. 2. b. et seq.
Christum multi sequebantur ex quadruplici causa. 99. 2. c. 156. 1. b
Christum sequi septem impediunt. 66. 1. f. & sequ.
Christum sequitur, & imitatur, qui tria habet. 121. 1. a
Christus est finis legis. 7. 1. f
Christus est medium septiforme essentiæ, scilicet per æternã generationem: naturæ per incarnationem: distantiæ per passionem: doctrinæ per resurrectionẽ: modestiæ per Ascensionem: iustitiæ per iudicij examen: concordiæ per sempiternam beatitudinem. 7. 1. f. & sequ. 10. 1. e. & sequ.
Christus dicitur caput, & quare. 11. 1. f
Christus dicitur medium, vt sol, & quare. 11. 2. a
Christus ob suam paupertatem, humilitatem, & humanitatem dicitur medium, & centrum, & ideo in quo est nostra salus. 11. 2. c. & sequ.
Christus semper dicitur esse in medio, & quare. 451. 1. c. & sequ. 460. 2. d. & sequ.
Christus fuit triplici gratia plenus. 326. 1. f
Christus habuit gratiam, qua maior excogitari non potest. 326. 1. f
Christus quomodo infundat gratiam in nos. 326. 1. f. & seq.
Christus est caput Ecclesiæ. 326. 1. f
Christus resurrexit, sepulchro clauso, nam post resurrectionẽ lapis fuit reuolutus, & quare. 456. 1. a
Christus post suam resurrectionem apparuit in triplici specie, & quare. 458. 1. f
Christus quare in nuptijs voluerit ita respondere Matri petenti ab ipso, vt vini defectui prouideret, quòd eius responsio quasi dura visa fuerit. 336. 2. a. & sequ.
Christus prima die suæ resurrectionis quinquies apparuit, & ideo quinquies sacerdos in Missa se vertit ad populũ, quarum tertia est cum silẽtio, quæ significat apparitionẽ factam Petro, quam quomodo fuerit non narrant Euangelistæ. 308. 1. b. & sequ.
Christus decies apparuit Discipulis post resurrectionem. 308. 1. a. & sequ.
Christus est in his, qui sunt eius discipuli. 502. 2. f. & seq.
Christus vnde esset, quare nemo scire dicebatur. 380. 2. f
Christus quare fecit, vt in sua transfiguratione essent præsentes Moyses, & Elias. 123. 2. e. & sequ.
Christus resurrexit cum cicatricibus septem de causis. 308. 2. e. & sequ.
Christus post resurrectionem vere edit, non tamen indigentia, sed potentia. 309. 1. b. 463. 2. d. & sequ.
Christus habuit multiplicem perfectionum plenitudinem. 469. 1. e
Christus dicitur medium in sua ascensione, quatenus docet, nos debere imitari ipsum ascendentes de virtute, in virtutem, quod fit per fidem virtutis medium. 12. 2. b. & seq.
Christus simul cum corpore animam curabat. 63. 2. d
Christus multipliciter est vox clamans. 469. 2. d. & sequ.
Christus cuius ætatis fuerit, cum cœpit prædicare. 43. 2. e
Christus est mediator, & qualiter. 328. 1. f
Christus nec eius discipuli calceamenta portauerunt, sed sandalia. 329. 1. a. & sequ.
Christus quem plus amauerit, an Petrum, an Ioannem. 466. 1. c. & sequ.
Christus fuit medium vniens potentiam infinitam cum penuria, immortalitatem vitæ cum vitæ mortalitate, & impassibilitatem cum passibilitate, & concludens impassibilitatem passibilem. 12. 1. b. & seq.
Christus tollit peccata mundi, & quomodo. 330. 1. a
Christus debet esse nostræ locutionis initium, et quare. 10. 1. c
Christus quomodo in ascensione ferebatur in cælum. 310. 1. b
Christus semper benedicebat mensam, quando edere volebat. 307. 1. e
Christus est geminæ substantiæ quantum ad naturam, & geminæ potentiæ quantum ad officium, scilicet Deus, & homo, rex & sacerdos. 8. 2. b
Christus nullo legis scriptæ regimine indigebat. 3. 2. a
Christus etiam secundum quòd homo non poterat peccare, nec quo ad se in bono proficere, cum esset summe perfectus, secundum creaturæ capacitatem. 3. 2. a
Christus quare instante passione voluerit cum illa gloria Hierusalem ingredi. 256. 1. b. & seq.
Christus quater fleuit. 256. 2. d. & sequ.
Christus legis moralia executus est, iudicialia temperauit, cærimonialium veritatem exhibuit, & figuralium veritatem elucidauit. 3. 1. e
Christus quomodo inueniatur. 381. 2. f. & sequ.
Christus cum resurrexerit propter nostrã iustificationẽ, resurgere debemus spiritualiter ipsum imitando. 508. 1. a
Christus Græce est idem, quod Messiah Hebraice, & vnctus Latine. 354. 2. b
Christus multis de causis non respõdit Herodi, ipsum in passione interroganti. 293. b. & sequ.
Christus fuit illusus triplici illusione, & qualis, & a quibus quælibet fuerit. 293. 2. f
Christus a pluribus fuit traditus, ab vnoquoque tamen diuersimode. 280. 2. a
Christus a quibus inueniatur. 27. 2. e. & sequ.
Christus comparatur gallinæ, & quare. 186. 1. d
Christus comparatur Pelicano. 186. 1. d
Christus comparatur Aquilæ, & quare. 186. 1. e
Christus fuit lactatus tantum a Beata Virgine. 155. 1. f
Christus dicitur magister vere, & proprie, & multis rationibus. 494. 1. e. & sequen.
Christus quomodo significetur per piscem. 508. 2. c. & seq.
Christus vicit mundi principem multipliciter. 501. 2. c. & sequen.
Christus sub quibus legibus fuerit factus. 28. 2. f
Christus propter multas causas voluit circumcidi. 29. 1. b
Christus quomodo, & quotupliciter fuerit a Patre glorificatus. 392. 1. b. & sequ. 420. 2. c. & sequ.
Christus venit in mundum hominem minorare, eius videlicet superbiam, & peccatum tollere, & Deum extollere, & excrescere facere, & quomodo. 348. 2. b. & sequ.
Christus demonstratur mediator, eruditor, reparator, & retributor. 49. 1. f. & sequ.
Christus quorum sit cibus, & qua ratione. 25. 1. b.
Christus ter fuit oblatus. 30. 1. b

Digitized by Google

INDEX.

Christus est hominum multipliciter. 492. 1. d
Christus dicitur ostium, pastor, lapis, & petra, & quomodo. 487. 2. b. & sequ.
Christus quare aliquando facto miraculo declinabat. 360. 2. a. & sequen.
Christus triplicem habebat sapientiam, & quid qualibet earum cognoscebat. 23. 1. c. & seq.
Christus habuit triplicem gratiam. 23. 1. f
Christus perfecit triplex opus. 476. 1. f. & seq.
Christus aperte prædicauit tertio anno post Ioannis prædicationem. 9. 1. a
Christus est multiplex lux. 415. 2. c. & seq.
Christus quare nomen suum per dæmones diuulgari prohibebat. 56. 1. c
Christus dicitur panis multis rationibus. 480. 1. e. & seq.
Christus quibus fuerit specialiter promissus, & propter quam rationem. 63. 1. b
Christus vbique, & in omnibus actibus orauit. 42. 2. b. & seq.
Christus quomodo ostenderit diuersis potentijs resurrectionem trium mortuorum ab ipso resuscitatorum. 89. 2. b
Christus dicitur homo per antonomasiam. 180. 2. e
Christus in omnibus admirabilis. 28. 1. d. & sequ.
Christus dicitur via, veritas, & vita, & quare. 423. 2. a
Christus in vltima cena dedit suũ corpus etiam Iudę. 419. 2. e
Christus quomodo spolia diaboli dicatur distribuere. 153. 2. f
Christus quare baptizari voluit. 42. 2. a. & seq.
Christus dicitur Paterfamilias, & quare. 183. 1. f
Christus voluntarie assumpsit passiones. 406. 1. b. 412. 2. c. & sequ. 419. 1. c
Christus multipliciter venit ad nos. 190. 1. c
Christus multipliciter traxit homines. 414. 1. b
Christus in iudicio, secundum diuinitatem videbitur tantum a bonis, secundum vero humanitatem, & a bonis, & a malis. 186. 2. c
Christus in quibus locis inueniatur, vel nõ inueniatur. 35. 1. f
Christus dicitur fons, & lux, & quare. 484. 1. e. & seq.
Christus quare ieiunauerit ante tentationem, & comederit post resurrectionem. 46. 1. a
Christus mendicauit in illo triduo, quando remansit in templo. 158. 1. d
Christus quare loquebatur in parabolis. 200. 1. b. 356. 1. d. & sequen.
Christus quare post suam Resurrectionem, Magdalenæ primo apparuerit. 304. 1. f. & seq.
Christus dicitur porta angusta, & quare. 182. 2. f
Christus nullum habuit proprium habitaculum. 332. 2. a
Christus dicitur lapis angularis, & quare. 363. 2. c. & seq.
Christus qua die, & hora resurrexerit. 303. 1. a. & sequ. 456. 1. b. & sequ.
Christus denotatur per florem, & quare. 506. 1. e. & seq.
Christus quare alibi sit conceptus, alibi natus, & alibi educatus. 24. 1. e
Christus natus habuit septiforme testimonium. 32. 2. f
Christus multipliciter vocatur. 13. 1. b
Christus numquam risisse legitur. 406. 1. e
Christus quomodo ad iudicandum venerit, & manifestus fiet. 228. per totum. 249. per totum.
Christus quare dicatur esse de supernis. 387. 1. a
Christus quare solus videri voluit, post transfigurationem. 126. 1. d
Christus a diuersis diuersimode fuit in passionem traditus. 128. 1. f
Christus quot vicibus pro nobis sanguinem fuderit. 288. 1. f
Christus quare docebat in Sabbato. 178. 1. c. & sequ.
Christus dicitur Sol, & creatura Lucerna, & quare. 364. 2. d
Christus est multipliciter admirabilis. 32. 1. b
Christus dicitur lux, & lumen, & quare. 322. 2. f. & seq.
Christus quare ad conuiuia peccatorum ierit. 67. 1. a
Christus solus potest instituam restituere. 208. 1. d
Christus quare Iudam elegerit. 73. 1. b
Christus fuit figuratus per Noe. 228. 2. b. & sequ.
Christus quomodo sit expectandus. 169. 2. e
Cibi multiplex proprietas. 355. 2. f
Cibus sumptus a Christo post resurrectionem, in quid conuersus fuerit. 463. 2. e
Cibus triplex filij Dei. 476. 2. b. & sequ.
Cibus multiplex. 479. 2. e. & sequ.
Cicatrices septem de causis fuerunt a Christo in resurrectione seruatæ. 308. 2. e. & sequ.
Circumcisio multiplex. 482. 1. b. & sequ.
Cingulum est multiplex. 465. 1. c. & sequ.
Clarificatus fuit filius, & quomodo Pater. 439. 1. d. & seq.
Claritas est dos corporum beatorũ præcipua. 123. 2. a. & seq.
Claudus multipliciter exponitur. 194. 2. c. & seq.
Clericus negotiator est quædam pestis. 472. 2. f
Confracti qui dicantur, & sint reparabiles. 50. 1. a. & seq.
Cogitationes bonæ dicuntur descendere, malæ vero ascendere. 308. 2. b
Cogitationes immittere in hominem, quomodo possit Deus, & etiã Angelus tam bonus, quàm malus. 417. 1. b. & seq.
Cognitio diuina dicitur liber, & est duplex, secundum duplicem cognitionem. 138. 2. d
Cognoscens magis, si transgrediatur, magis peccat. 136. 2. b
Colere Deum quomodo debeamus. 487. 1. b
Columba, in qua apparuit Spiritus sanctus supra Christum baptizatum, an fuerit verum animal, & generatum ab alijs, & quid de ipsa fuerit factum post talem apparitionem. 330. 2. b. & sequ.
Comprehensio dicitur multipliciter. 332. 1. e. & seq.
Communi vtilitati vacare quàm Deo placeat. 269. 2. d
Communia in diuinis, quæ sint. 361. 2. e. & sequ.
Concipere in vtero quid sit. 12. 1. c
Concordantia Euangelistarum de leprosi sanatione. 62. 2. d
Concordantia Euãgelistarum de interrogatione Scribarum, ac Pharisæorum, cum vnus dicat quòd Iesus interrogauit, alter quòd Pharisæi interrogauerunt. 70. 2. f
Concupiscentia est mater perfidiæ. 171. 2. c
Confessio vera tria requirit. 205. 1. d. & sequ.
Confessio Dei multiplex. 138. 2. f. & sequ.
Confidere in alio, quàm in Deo, quàm sit stultorum. 501. 2. a. & sequ.
Congregatio bonorum est triplex. 41. 2. c. & sequ.
Conscientia fidelium est domus Dei, & qualis debeat esse. 473. 1. a. & sequ.
Consecrandi potestas, quando fuerit data. 283. 1. a. & seq.
Consecratio Eucharistiæ, quomodo, & quando fuerit facta, multiplex opinio. 282. 2. e
Consecrationis calicis forma, quæ sit. 283. 1. e. & sequ.
Conseruatio rerum appropriatur Spiritui sancto. 320. 2. f
Consilia Dei non sunt temere discutienda. 139. 1. d
Consummata quæ sint in cruce. 242. 2. f. & sequ.
Contemplationis species sunt tres. 24. 1. d
Contemplationis apex attingitur tribus modis. 122. 2. f
Contemplationis gradus sunt sex. 122. 2. b. & sequen. *secundum alios vero sunt octo.* 122. 2. c. & secundum *alios septem.* 122. 2. e
Contemplationis apex mutos facit. 9. 2. d
Contemplatiua vita, quomodo recipiat Deum differenter ab actiua. 143. 1. d
Contemplatiua vita per se sine querimonia est eligenda, actiua vero propter necessitatem suscipienda. 143. 2. f
Contemplatiuę vitæ super actiuã cõmendatio. 144. 1. d. & seq.

Digitized by Google

Contemplatiua vitæ dignitas, & diuitiæ. 123. 1. f
Contemplatiuæ vitæ otium quale sit. 143. 1. e
Contemplatiuorum lacrymæ quæ sint. 143. 2. a
Contemplatiuus quomodo debeat se sepelire in sepulchro contemplationis. 507. 1. c. & sequ.
Contemplator debet habere tres virtutes. 122. 2. e
Contentio est signum amoris priuati boni. 284. 2. c
Continentiæ status sunt tres. 101. 1. e
Contritionem quæ pariant. 62. 2. a
Conuersare cum pernicioſis valde nocet, & exemplo demonstratur. 222. 1. a
Conuersio perfecta ad Christum, in quibus consistat. 96. 2. b
Conuiuia sunt multiplicia. 191. 1. e. & sequ.
Cor cum manibus eleuare quid sit. 510. 2. a
Cor cum sole maximam habet similitudinem. 11. 1. d. & sequen.
Corbona quid sit, & quid in ipsa ponebatur. 269. 1. e
Corona spinea imposita sanctissimo Christi capiti fuit de iuncis marinis. 449. 1. b
Corporale malum non est timendum. 163. 1. f
Corporale gerit figuram sindonis, & ideo debet esse de lino. 301. 1. f
Corporum resurrectionem futuram quid ostendat. 265. 1. d
Corpus humanum in quanto tempore organizetur. 341. 1. a
Corpus Christi, quando fuerit organizatum. 341. 2. b
Corui non pascunt pullos suos donec videant eos factos nigros. 167. 1. d
Corus est mensura triginta modia continens. 211. 2. c
Creatio est de non esse ad esse deductio. 439. 2. c
Creatura omnis est sensibilis respectu Dei. 106. 1. a
Credere in Deum, & credere Deo differunt, & quomodo. 483. 1. f
Crux quid sit, & quot, & quæ sint eius brachia. 297. 2. a. & sequ. & 298. 2. c
Crucis signo omnia perficiuntur, & ipso vbique nos signare debemus. 196. 1. d. & sequ.
Crucis forma qualis fuerit. 451. 2. d
Crucem sumere quattuor nos inuitant. 120. 1. d. & sequ.
Crucem portare contingit dupliciter. 488. 2. b
Crucem baiulare quid sit. 196. 1. b
Crux Christi habet renouatiuam naturam. 121. 1. a
Cultor Dei debet facere eius voluntatem in opere, & actu quadrupliciter. 487. 1. d. & sequ.
Cultus diuinus non est intermittendus propter parentũ amorem. 35. 1. a
Cultus Dei maxime in oratione reperitur. 146. 1. b
Cupiditas, & carnalitas auertunt hominem a lege Dei, & duos mentis oculos excæcant. 9. 2. d
Cupiditas est amor priuatus. 9. 2. d
Cupiditas est radix malorum. 165. 2. e
Cupiditas assimilatur cani, & quare. 9. 2. d
Curiositas opponitur diuinæ laudi, & quare. 10. 1. a. & seq.
Custodia multiplex. 440. 2. f
Custodiam sui negligere quàm sit malum. 170. 1. f. & sequen.

D

DAMNATI in inferno maxime videbunt eos, quos inutiliter amauerunt, & participes in peccatis fuerunt, & etiam videbunt eos in gloria, quos despexerunt. 220. 1. f. & sequ.
Dare quando sit meritorium. 191. 1. c. & sequ.
Debilis multipliciter exponitur. 194. 2. c. & sequ.
Debitum triplex. 2. 2. a
Debitum quomodo dicatur gratia. 326. 2. b
Debora interpretatur apis habens aculeum. 33. 2. f
Decima drachma, quæ perdita, postea fuit inuenta, significat naturam humanam. 202. 1. a. & sequ.
Decimæ quare fuerint homini præceptæ. 202. 1. a
Defectus quincuplex hominis. 356. 2. a
Defunctorum officiũ quare habeat in inuitatorio Regem cui omnia viuunt, &c. 113. 2. f
Dæmones sunt incorporei. 108. 2. b
Dæmones maxime timent Christianos. 108. 2. b
Dæmones quomodo perdebantur a Christo. 54. 1. b
Dæmonum perditio duplex. 54. 1. a
Dæmonum furor erga hominem maximus. 108. 2. b
Dæmonum arma quæ sint. 153. 2. d
Deum trahere quid sit, & quomodo, & quotupliciter trahat. 373. 1. a. & sequ. 414. 1. b
Deum nos audire debere ipsa natura docet. 485. 2. c. & sequen.
Deum venire quid sit, & ad quid veniat. 496. 2. d. & seq.
Deum esse hominem est miraculum miraculorum. 23. 1. b
Deum adire quomodo contingat. 509. 1. b
Deum perfecte regnare in nobis quid sit. 147. 1. e. & seq.
Deus multipliciter est in rebus, & præsertim in homine. 489. 2. f. & sequen.
Deus multipliciter dicitur esse nobiscum. 489. 2. f. & sequ.
Deus, Angelus, & homo quomodo differenter doceant. 21. 2. d. & sequen.
Deus est creaturarum principium tripliciter. 467. 1. c. & sequen.
Deus multipliciter excitat hominem a somno peccati. 489. 2. b. & sequen.
Deus dicitur esse in rebus quadrupliciter. 330. 2. a. & seq.
Deus in iudicio extremo tranquillus iustis, & iratus iniustis apparebit. 416. 1. c
Deus in tribus excedit auctoritatem cuiuslibet creaturæ. 2. 1. f
Deus habet primitatem inanteibilem, potestatem illimitabilem, & æquitatem inobliquabilem. 2. 1. f. & sequ. & sunt ipsi soli propria. 2. 2. f
Deus est omnibus omnia, & omnia dicuntur de ipso, & nihil digne. 480. 1. e. & sequ.
Deus magnus medicus magnum suscepit ægrotum, genus scilicet humanum. 6. 1. f
Deus est in his, qui sunt eius discipuli, dupliciter. 502. 2. f. & sequen.
Deus an peccatores exaudiat. 395. 1. f. & sequ.
Deus non cognoscit mala notitia approbationis. 183. 2. b
Deus diligit effectu, & non affectu. 426. 1. a
Deus quæritur multipliciter. 381. 2. e. & sequ.
Deus numquam derelinquit creaturam, nisi prius ipsum creatura repellat. 109. 2. b
Deus est nostra beatitudo, & quare. 424. 1. c. & seq.
Deus multipliciter elegit. 499. 2. b. & sequ.
Deus quare puniat peccatores. 321. 1. b
Deus, cum sit lux spiritualis, quare non videtur ab intellectu, quamuis sit præsens. 322. 1. f. & sequ.
Deus qualiter sit adorandus in spiritu, & veritate. 354. 1. f
Deus quomodo dicatur tentare. 367. 2. f
Deus multiplici ratione est pater noster. 146. 1. a
Deus dicitur homo, & quare. 203. 1. a
Deus quorum, & quot modis dicatur pater. 1. 1. c
Dei latitudo, longitudo, sublimitas, & profunditas quid sint. 76. 1. a
Deo conuenit esse secundum rationem triformem. 19. f. & sequen.
Deo soli seruire multipliciter intelligitur. 47. 1. c. & seq.
Deuotio Deo accepta quæ sit. 28. 2. a

Dextra

Digitized by Google

INDEX.

Dextra æqualitatem significat. 391. 2. d
Diabolus dupliciter tentat. 48. 1. f
Diabolus quàm sit malus princeps. 427. 2. b. & seq.
Diabolus quomodo dicatur homicida ab initio. 390. 1. f
Diabolus semper habet nocendi voluntatem. 54. 1. e
Dicere Dei ad hominem quid sit. 166. 2. a
Dicere est verbum mente concipere. 267. 1. f
Dies sex, quibus mundus fuit conditus, quid denotent. 24. 1. b. & sequ.
Dies spiritualis est duplex. 403. 2. b. & sequ.
Dies spiritualis quid sit, & quis sit proprie, & vere. 403. 2. b. & sequ.
Dies Domini quid sit, & quotuplex. 392. 2. d. & sequ.
Dies est latio solis super terram. 403. 2. b
Dies festus fidelium qualis debeat esse. 482. 1. b. & sequ.
Differentia inter homines mundanos, & filios Dei. 471. 2. c. & sequen.
Digiti Dei molem terræ sustinentes qui sint. 400. 2. e
Digitus Dei quid sit, & quotupliciter accipiatur. 385. 1. d
Dijs alienis seruire quid sit. 377. 2. f
Dilectio multiplex. 421. 1. b
Dilectio fraterna, & charitas qualis debeat esse, & quàm magna faciat. 421. 1. & sequ. 430. 1. d
Dilectio duplex, & quæ earum remittat culpam, vel pœnam. 98. 2. f. & sequ.
Dilectio, qua diligimus Deum, quot conditiones habere debeat ad hoc, quòd sit perfecta. 140. 2. a. & sequ.
Dilectio Dei quomodo cadat sub præcepto. 140. 2. d
Dilectio, qua diligitur Deus est duplex. 140. 2. d
Dilectio Dei erga nos qualis sit. 473. 2. f. & sequ.
Dilectio proximi qualis esse debeat. 140. 2. e. & sequ.
Dilectio nascitur ex legis impletione. 9. 2. a
Dilectio numquam male operatur, & est maximum bonum. 499. 1. a
Dilectio proximi, quæ sit meritoria, vel careat merito apud Deum. 80. 2. d
Dilectionis excellentia. 9. 2. a. & sequ.
Diligendi Deum modi tres. 181. 2. d
Diligere proximum quid sit, & quare ipsum diligere debeamus. 498. 2. b. & sequ.
Diligere Deum est donum Dei. 437. 1. f
Diligi a Deo est acceptari a Deo. 426. 1. d
Dimittere debemus offensas, & petenti veniam, & inimico persequenti, sed aliter, & aliter. 223. 1. c. & seq.
Dipondius quid sit. 163. 2. b
Disciplina duplex. 17. 2. b. & sequ.
Discipulus bonus qualis sit. 373. 1. e
Discipulus Christi quæ habere debeat. 72. 2. b
Discipulus Crucifixi non est, qui pauper esse nequit. 198. 1. f
Discipulus Christi perfectus est, quasi sal, & quare. 198. 1. f. & sequ.
Discipulus Christi, qui sit. 495. 2. a. & sequ.
Discipulo Christi quot, & quæ sint necessaria. 465. 2. c
Discipuli, qui interrogauerunt Christũ de destructionis mundi, seu Hierosolymæ tempore, qui fuerint, 271. 1. d
Discipuli Christi quare non erant arctandi ad ieiunia, 68. 1. a. & sequen.
Discipuli fuerunt septuaginta duo, & hoc conuenienter, propter multas rationes, 133. 1. f. & sequ.
Discipuli Christi an ante eius passionem baptizauerint eodem baptismo, quo & Ioannes Baptista baptizabat, an alio. 347. 1. f. & sequ. 350. 2. c. & sequ.
Discipulorum Christi paupertas qualis fuerit. 351. 2. c. & sequen.
Discipulos tres assumpsit Iesus, & quare. 122. 1. c. & seq.
Diuina in principio amara videntur, in fine tamen dulcia esse cognoscuntur; mundana vero e contrario apparent, & sunt. 471. 2. c. & sequ.
Diuina consilia non sunt temere discutienda. 139. 1. d
Diuinis personis quæ sint communia. 361. 2. e. & sequ.
Diuisio est causa interitus. 152. 2. c
Diuites quare difficile salutem consequantur. 57. 1. b
Diuitias esse spernendas maximo demonstratur argumento. 25. 1. f
Diuitias nec habere, nec amare tutissimum est. 240. 2. d
Diuitiæ comparantur spinis, & quare. 102. 2. e
Doctor euangelicæ scripturæ qualis esse debeat, 3. 1. c
Doctoris officium quid reddat perfectum. 93. 2. b
Doctrina Christi tripliciter ostenditur authentica. 45. 2. a
Doctrina omnis est bonorum annunciatiua, tamen hoc specialiter Euangelij est, ideo antonomastice dicitur Euangelium inter omnes scripturas. 315. 1. a. & sequ.
Doctrina Christi fuit humilis, celebris, admirabilis, & sublimis. 53. 1. b. & sequ.
Doctrinam sacram communicare quattuor impellunt. 103. 1. d. & sequ.
Doctrinæ sufficientia tria requirit. 500. 1. e. & sequ.
Dolus quid sit, & quotuplex. 470. 2. b. & sequ.
Dolus est cum aliud agitur, aliud fingitur. 334. 2. f
Dominatio vera, quæ sit. 481. 2. c. & sequ.
Domini multi sunt, quibus seruire homo non potest. 213. 2. b. & sequ.
Domino quomodo famulari debeamus. 31. 1. d
Domino debetur timor, & patri amor. 1. 1. b
Dominus verus qui sit. 481. 2. c. & sequ.
Dominus visitat ad multa. 22. 2. b. & sequ.
Domus, in qua Christus opportune manet, est septiformis. 246. 2. c. & sequ.
Donum intellectus quomodo nobis detur, & quid nos ad ipsum disponat. 20. 2. c. & sequ. 21. 1. a. & sequ.
Donum intellectus quale sit, & an sit multiforme. 20. 2. f. & sequen.
Donum quattuor reddunt excellentius, & gratius. 473. 2. e. & sequen.
Dotes beatorum, tam animæ, quàm corporis quibus virtutibus correspondeant. 15. 2. d
Duodecim Apostoli in multis duodenarijs numeris figurati. 72. 2. c
Duodenarius est primus numerus abundans. 118. 2. f

E

EBRIETAS triplex, & quæ earum sit peccatum mortale. 338. 2. c. & sequ.
Ecclesia est conuocatio rationalium. 9. 1. b. est vnio rationalium. ibid. c
Ecclesia ex gentibus congregata quomodo fuerit curua per multum temporis. 180. 1. c. & sequn.
Ecclesia dicitur hortus, & quare. 180. 2. d. & sequ.
Ecclesia militans denotatur per areolam, & quare. 41. 1. f
Ecclesia triumphans significatur per aream, & quare. 41. 2. a
Ecclesia dicitur columna, & firmamentum, & quare. 9. 1. d
Ecclesia qualis domus Dei sit. 472. 2. d. & sequ.
Ecclesia potest concuti, non tamen naufragium pati. 285. 2. f
Ecclesia quare ter in anno Petri sollemnitatem celebret. 290. 2. a. & sequ.
Ecclesia ordinatur præcipue ad hoc, quòd in ipsa oremus. 258. 1. f
Ecclesia est natio diligens. 9. 2. a

Digitized by Google

INDEX.

Ecclesia significatur per arcam. 228. 2. c. & sequ.
Ecclesia est vna, & quare. 120. 1. a
Ecclesiæ tribulationes principales sunt quattuor, & per quæ designentur. 227. 2. b. & sequ.
Ecclesiæ vera fides numquam deficiet. 120. 1. e
Eclipsis, quæ fuit in passione Christi, non fuit naturalis, vt sanctus Dionysius cognouit. 299. 2. e. & sequ.
Egressus Dei quid sit. 208. 2. c
Electi comparantur tritico. 41. 2. b
Electorum mira dignitas. 441. 2. e. & sequ.
Electos cadere, quare Deus permittat. 446. 2. c. & seq.
Eleemosyna qualis esse debeat. 39. 2. a
Eleemosyna quando sit in præcepto. 39. 2. c
Eleemosyna fructuosa qualis esse debeat. 159. 1. d. & seq.
Eleemosyna quid sit. 159. 1. a
Eleemosynam denegare quàm sit malum. 210. 1. d. & seq.
Eleemosynæ insigne miraculum. 71. 2. f
Eleemosynæ fieri debent omnibus pauperibus fidelibus. 191. 2. f. & sequ.
Eleemosynæ fructus, & effectus multiplex. 159. 1. b. & seq. 168. 2. d. 192. 1. d
Eleemosynæ licite possunt accipi etiam a malis, & a quibus malis. 158. 1. f
Eleemosynæ quibus præsertim sint largiendæ. 212. 2. c
Eleemosynæ affectus magis quàm quantitas a eo pensatur. 269. 2. b
Emaus postea dicta fuit Nicopolis. 305. 1. b
Emaus mater festinans interpretatur. 305. 1. b
Eminentia Iudæorum erat in sanctimonia, Græcorum in sapientia, Romanorum in potentia. 451. 2. b
Enoch interpretatur dedicatio. 45. 1. b
Ephrem fructificatio interpretatur. 408. 2. c
Episcopi quales esse debeant. 73. 2. b. e. & sequ.
Errantes circa mundi creationem, scilicet quòd fuerit æternus, vnde occasionem sumpserint. 10. 2. e
Esus rerum spiritualium quomodo satiet, & simul esuriem causet. 371. 2. d. & sequ.
Esse conuenit Deo, secundum triformem rationem. 10. 1. f. & sequen.
Esuries multiplex. 371. 2. e. & sequ.
Euangelica doctrina est ad fidem inducendam. 316. 1. f
Euangelia Matthæi, & Lucæ, quomodo non contradicant in responsione ipsi Christo a Iudæis data de perditione vineæ colonorum. 262. 2. e. & sequ.
Euangelia inter se non contradicunt. 51. 1. e
Euangelia quare sint quattuor, & signentur per illa animalia Ezechielis. 5. 1. 4. & sequ. 317. 1. a
Euangelij subiectum quomodo sit Christus. 4. 2. c. & seq.
Euangelij Lucæ diuisio. 5. 1. b. & 6. 1. e
Euangelij modus procedendi non debet esse argumentatiuus, sed narratiuus, & quare. 316. 2. a. & sequ.
Euangelij Ioannis quattuor causæ. 314. 1. b. & sequ.
Euangelium totum tractat de Christo, secundum quòd est mediator, prædicator, reparator, & triumphator. 4. 2. c
Euangelium, quod legitur ab Ecclesia Romana in festis Confessorum, quomodo conuenienter sit in talibus festiuitatibus ordinatum. 169. 2. b
Euangelium dicitur vinum bonum seruatum vsque in finem, & quare. 472. 1. d. & sequ.
Euangelium, in quo Ioannes testimonium perhibet de Christo, quare legatur in octaua Epiphaniæ. 329. 2. d
Euangelium quid contineat. 31. 2. f
Euangelium dicitur bona nunciatio. 4. 1. e. 314. 2. d
Euangelium, quod tractat de Zachæo, quare legatur in Ecclesiarum dedicationibus. 246. 2. c. & sequ.
Euangelium de Martha, & Magdalena, quare legatur in Assumptione Beatæ Mariæ Virginis. 144. 2. f. & seq.
Euangelistarum ordo qui sit. 51. 1. b
Eucharistiæ multiplex figura. 282. 2. d. & seq.
Exaltando se homo, se humiliat, & deprimit, & quare. 190. 2. b. & sequ.
Exaltans se a Deo humiliatur. 237. 1. e. & seq.
Exaltatio, & humiliatio semper sunt coniunctæ. 47. 2. d
Excæcatio, & obduratio quomodo sit a Deo. 414. 2. f. & sequen.
Excessus, de quo loquebatur Christus in transfiguratione, quid sit. 124. 1. a. & seq.
Excitat Deus multipliciter hominem a somno peccati. 489. 2. b. & sequ.
Exemplum multiplex dedit nobis Christus. 495. 1. b. & seq.
Exequiarum pompa an liceat. 455. 1. d. & seq.
Exire Christum quid sit. 65. 2. e
Expirãdo clamare est opus miraculosum, & quare. 300. 1. d
Exultare est cum magna alacritate gaudere. 392. 2. f

F

F. in fidei rebus non desunt rationes, sed latent. 2. 1. e
F. in rebus fidei vis auctoritatis ad assentiendum inclinat. 2. 1. d
Facere, loqui, & velle in Deo sunt idem. 13. 1. e
Fauus quid sit, & quid denotet. 508. 2. e
Fenum multipliciter dicitur. 368. 1. f, & sequ.
Febres quæ sint, & a quibus procedant spiritualiter. 358. 2. c. & sequ.
Febris multiplex gradus. 358. 2. d. & sequ.
S. Felicitas fuit plusquam martyr, propter mortem filiorum. 452. 2. b
Felicitas est in habente felicitatem. 498. 2. f
Fermentum multa significat. 181. 1. e. & sequ.
Fermentum aliquando ponitur pro re mala, aliquando pro re bona, & quare. 181. 2. a
Fermentum vetus quid sit. 162. 1. a
Festiuitates aliæ bonæ, aliæ malæ, & quæ sint illæ, & quot. 482. 1. b. & sequ.
Ficus dicitur a fecunditate, & quia si eius folia carnem tangunt, pruritum faciunt. 335. 1. e
Ficus quid denotet. 335. 1. a. & sequ.
Ficus infructuosa quid denotet. 177. 1. f. & seq.
Fidei perfecta notitia in quattuor consistit. 119. 1. e
Fidem modicam habet de regimine diuinæ, & paternæ prouidentiæ, qui timet quotidie mori fame. 167. 2. e
Fides est fundamentum, & medium virtutis. 12. 2. b. & sequen.
Fides est animæ vita. 405. 1. e
Fides multum valet ad misericordiam Dei consequendam, & peccatorum remissionem. 63. 2. d. & seq.
Fides vera in Ecclesia numquam deficiet. 120. 1. e
Fides designatur per granum sinapis, & quare. 223. 2. b. & sequen.
Fides quid sit. 226. 2. f. 244. 2. d. 277. 2. b
Fides denotatur per piscem. 150. 2. b
Fidelis quadruplici morte mori debet. 492. 2. e. & sequ.
Fidelis debet ministrare Deo, & quomodo. 493. 2. c. & seq.
Fideles denotantur per palmites, & quare. 498. 1. a. & sequen.
Fideles denotantur per oues. 400. 1. f. 488. 2. f. & sequ.
Fideles quibus cibis sint pascendi, cum sint Christi oues. 509. 2. b. & sequ.
Fideles sunt filij Dei cibus. 355. 2. f
Figuræ quàm plurimæ explicantur librorum legalium. 7. 2. e. & sequen.

Digitized by Google

INDEX.

Filius Dei dicitur brachium, & manus, & quare. 153. 1. *a.* & *sequen.*
Filius dicitur dupliciter, imitatione videlicet, & natiuitate. 476. 2. *f*
Filius, mercenarius, & seruus differunt. 205. 1. *e*
Filium Dei audire a Patre, quid sit. 349. 1. *b*
Finis, alius operis, alius operantis. 323. 1. *d*
Finis duplex, alius in se, alius in alio. Ibid.
Finis omnis scientiæ est beatitudinis assecutio. 314. 1. *e*
Flere multis de causis contingit. 76. 2. *a.* & *sequ.*
Flere quadrupliciter debet homo. 256. 2. *e*
Flere est quasi lacryma fluere. 435. 1. *a*
Fletus quomodo erit in inferno. 184. 1. *c*
Fleuit Christus in morte Lazari, & quare. 406. 1. *c.* & *seq.*
Flos qualis sit, & quid designet. 506. 1. *e.* & *sequ.*
Fons multiplex. 475. 2. *d.* & *sequ.*
Fortitudo politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris, quæ sit. 12. 2. *f.* & *sequ.* 32. 1. *f.* & *sequ.*
Fraus quid sit. 334. 2. *f*
Frigus quid sit, & quid causet, & quid significet. 504. 2. *b.* & *sequen.*
Frigus vnde causetur. 504. 2. *a*
Fructus digni pœnitentiæ quales sint. 177. 2. *c.* & *seq.*

G

GABRIEL *quid significet, & quare missus fuerit ad Sacerdotem Zachariam.* 9. 1. *f*
Galilæa interpretatur transmigratio. 225. 1. *f*
Gallina designat Christum, & quare. 186. 1. *d*
Gallus secundum suas proprietates designat prædicatorem, & doctorem. 422. 2. *c.* & *sequ.*
Gaudent Angeli septem de causis ob peccatorum pœnitentiam. 202. 2. *a.* & *sequ.*
Gaudium multiplex. 440. 2. *f.* & *sequ.*
Gaudium plenum quid. 441. 1. *b*
Gaudium verum tantum in Deo habemus, & quare. 501. 1. *e*
Gaudiũ quomodo sit maius in cælo super vno peccatore pœnitente, quàm super nonaginta nouẽ iustis. 201. 1. *f.* & *seq.*
Gaudium quid sit. 501. 1. *f*
Gaudium quando sit impletum. 348. 1. *f*
Gaudium Magorum visitantium Christum, quare magnum dictum fuerit, & etiam pastorum. 26. 1. *e*
Gaudium mundi est veluti phreneticorum gaudium. 500. 2. *f.* & *seq.*
Gazophylacium vnde dicatur, & quot modis sumatur. 269. 1. *c.* & *sequ.*
Genealogia mulierum, quare non ponatur in Scriptura sacra. 44. 1. *b.* & *sequ.*
Genealogia Christi, quare differenter a Matthæo, & Luca Euangelistis narretur. 44. 1. *d.* & *sequ.*
Generatio spiritualis, quæ est per Christum, conuenientem habet contrapositionem ad generationem carnalem, quæ est per Adam. 43. 1. *a*
Generationem æternam Filij Dei ostendunt multa exempla. 319. 1. *e.* & *sequ.*
Gentes quare dicantur lapides. 38. 2. *d*
Gentes respectu Iudæorum, quare dicantur pauciores, & a longe venire. 250. 1. *c*
Gentes sunt conuersæ ad Deũ, et Iudæi reiecti. 52. 1. *a.* & *seq.*
Gentilium conuersio per quid insinuetur. 52. 1. *a.* & *sequ.* & 55. 1. *e*
Gerasa est ciuitas Arabiæ, & interpretatur aduena. 106. 2. *c.* & *sequen.*
Gladius multiplex. 444. 1. *d*
Gladius spiritualis duplex, & eorum quilibet est triplex. 32. 2. *c.* & *sequen.*
Gladius triplex debet animam pertransire ex passionis Christi meditatione. 32. 2. *c*
Gloria æterna dicitur regnum Dei. 115. 1. *e*
Gloria quid sit. 366. 1. *d.* 379. 2. *a*
Gloria vera, quæ sit, & in quibus quærenda. 366. 1. *e.* & *sequ.* 379. 2. *b.* & *sequ.*
Gloria Filij Dei, quomodo visa fuerit. 325. 1. *e.* & *sequ.*
Gloriam Dei videre contingit tripliciter. 415. 1. *c.* & *sequ.*
Gloriam quomodo consequamur, & per quæ ad ipsam ducamur. 22. 2. *a*
Gloriæ humanæ appetitus, quare fidem euacuet. 366. 1. *c.* & *sequen.*
Grabatum vnde dicatur. 64. 2. *d*
Granum frumenti denotat animam sanctam, & quare. 492. 2. *b.* & *sequ.*
Granum sinapis quid denotet. 223. 2. *c*
Gratia quàm faciat hominem fortem. 15. 1. *b*
Gratia, alia curans, alia corroborans, alia consummans, & quando quælibet detur, & consummetur, & contra quid sit. 15. 2. *c.* & *sequ.*
Gratia Christi, quomodo fuerit finita, vel infinita. 349. 2. *b.* & *sequen.*
Gratia, alia electionis, alia perfectionis, alia desponsationis. 12. 1. *a*
Gratia denotatur per ignem, & quare. 479. 1. *a*
Gratia Spiritus sancti dicitur regnum Dei. 115. 1. *e*
Gratia magna est, non habere exteriorem gratiam, quæ tentationis est occasio. 138. 1. *d. e*
Gratiam gratum facientem accipiens Deo gratiam reddere teneri optimis exemplis ostenditur. 14. 2. *e.* & *sequ.*
Gratiam volens, Virginem matrem habeat. 14. 1. *c*
Gratiarum copia descendit in nos per Verbum incarnatum, inspiratum, & crucifixum. 14. 1. *a.* & *sequ.*
Gratiæ quis ortus, vsus, & fructus. 13. 2. *f.* & *sequ.* 15. 2. *e.* & *sequ.*
Gratiæ optima descriptio. 15. 2. *f*
Gratiæ Spiritus sancti effectus mirabiles. 324. 1. *d.* & *seq*
Gratitudo hominis erga Deum in quibus consistat. 20. 2. *b*

H

HAMVS *triplex.* 289. 1. *c*
Hebræa lingua dicitur loquela sanctitatis, quia nullum habet vocabulum, quod proprie significet aliquod turpe, sed cum aliquid tale vult exprimere, hoc facit per verba transumpta, & accommodata. 6. 2. *c*
Hæretici intelliguntur per vulpes, & quare. 131. 2. *e*
Herodes in pellibus glorians interpretatur. 185. 1. *a*
Herodes fuit triplex, quilibet impius, & quas impietates patrarit. 6. 2. *f.* 184. 2. *f*
Hierusalem Ecclesiæ, animæ sanctæ, & cælestis regni typum gerit. 242. 2. *d*
Hierusalem visio pacis interpretatur. 22. 2. *a.* 30. 1. *d*
Hierusalem fuit totaliter destructa. 257. 2. *b.* 271. 1. *b*
Hierusalem quare fuerit destructa. 275. 1. *a.* & *sequ.*
Histrionibus dare, est dæmonibus immolare. 80. 1. *a*
Holda interpretatur discretio. 33. 2. *f*
Homines aliqui diabolo peiores ostenduntur. 52. 2. *b.* 53. 2. *f*
Hominis maxima dignitas, amicum esse Dei. 499. 1. *b*
Hominis bonum est esse cum Deo, malum vero sine ipso esse. 503. 2. *c.* & *sequ.*
Hominis maxima dignitas, quòd Filius Dei fieri queat. 485. 1. *b*
Hominis vnius salutem, quàm magni faciat Deus. 108. 2. *b*
Hominis quattuor differentiæ. 240. 2. *d*

Digitized by Google

Hominis ætates ſex, & in quibus Deus fructum requirat. 177. 1. d. *& ſequ.*
Hominis vilitas. 349. 1. d. *& ſequ.*
Hominis defectus quadruplex. 356. 2. *a*
Hominum differentiæ quinque. 251. 2. *f*
Hominum tria genera. 181. 2. *c*
Homo, Angelus, Deus, quomodo differenter doceant. 21. 2. d. *& ſequ.*
Homo nihil habet proprium, niſi peccatum, & mendacium. 469. 1. *f*
Homo duodecim de cauſis perit. 175. 2. *b. & ſequ.*
Homo punitur decem de cauſis. 176. 1. *e. & ſequ.*
Homo eſt ad imaginem Dei, & quomodo ipſa imago ſit naturalis, vel gratuita. 19. 2. *a*
Homo quamdiu viuit poteſt ſaluari. 414. 2. *e. & ſequ.*
Homo fuit Deo reconciliatus eo ordine, quo cecidit. 10. 1. *e*
Homo dicitur tripliciter. 471. 2. d. *& ſequ.*
Homo formidat coram tribus generibus perſonarum. 164. 2. *e. & ſequ.*
Homo denotatur per vnam ouem, & per multas, & quare. 200. 1. *f*
Homo debet omni tempore fructus facere. 38. 2. *f*
Homo qualis ſit naturaliter. 490. 2. *f*
Homo facilius ducitur, quàm trahatur. 58. 1. *b*
Homo proprie eſt, qui alijs proficit, cum non ſit ſibi natus. 338. 1. *e*
Homo quomodo ſit domus Dei, vel diaboli. 173. 2. *e*
Honor eſt pœna, ſecundum honorem non viuenti. 412. 1. *f*
Honor multiplex. 412. 2. *a*
Honor non exhibitus ab amante, non eſt honor, ſed adulatio. 412. 2. *a*
Honor ſummus qualis ſit. 412. 2. *b*
Honor triplex Dei exhibitus, quando Hieroſolymam intrauit ſuper aſinam, & pullum, obuiantibus turbis. 410. 2. *e. & ſequ.*
Honorem eſſe in honorante quid ſit. 498. 2. *f*
Hominem eſſe Deum eſt miraculum miraculorum. 23. 1. *b*
Hortus multa ſignificat. 504. 1. *c. & ſequ.*
Hoſpitalitas eſt opus maxime Deo gratum. 246. 1. d. *& ſeq.* 307. 1. d. *& ſequ.*
Humanæ naturæ dignitas. 427. 1. *a. & ſequ.*
Humano ſpiritu nihil potentius præter Deum. 417. 1. *c*
Humilians ſe a Deo exaltatur. 237. 1. *e. & ſequ.*
Humiliare ſe nimis numquam nocet, optimo exemplo demonſtratur: ſuperbire autem etiam in minimo, ſemper obeſt. 190. 1. *a. & ſequ*
Humiliatio, & exaltatio ſemper ſunt coniunctæ. 47. 2. *d*
Humilis pœnitens, quàm ſit Deo gratus. 236. 1. *f.*
Humilitas facit hominem Chriſto ſimilem, & proximum. 129. 1. *f*
Humilitas exaltat, & quomodo. 190. 2. *b. & ſequ.*
Humilitas eſt neceſſaria præambula ad intelligentiam myſteriorum Dei. 102. 1. *b*
Humilitas miro modo attrahit Chriſtum. 59. 2. *f*
Humilitas eſt totius iuſtitiæ fundamentum. 235. 1. *b*
Humilitas vera, quæ ſit. 13. 2. *b*
Humilitatis virtus, & vtilitas. 11. 2. d. *& ſequ. &* 14. 2. *f*
Hydriæ ſex plenæ aqua, quam Dominus in vinum mutauit, multa denotant, & multipliciter exponuntur. 338. 2. *f. & ſequen.*
Hydropiſis accidentia ſunt ſeptem, quæ denotant ſeptem vitia capitalia. 180. 1. *f. & ſequ.*
Hypocriſis quomodo ſit ſuper omnia vitia vitanda. 163. 1. *a*
Hypocriſis comparatur fermento, & quare. 162. 2. *c*
Hypocriſis eſt vitium pernitioſiſſimum. 162. 2. *b*
Hypocrita eſt, qui præfert minima maximis. 160. 1. *c*
Hypocrita qui ſit, & quàm ſit graue vitium hypocriſis. 84. 1. *a. & ſequen.*
Hypocritarum peccata occulta Deus ſæpe reuelat. 269. 1. *e*

I

IACOBVS *fuit primus Hieroſolymorum Epiſcopus, Petrus vero primus orbis terrarum.* 464. 2. *f*
Iacobus interpretatur luctator. 74. 1. d. 115. 2. *c*
Iairus illuminatus interpretatur. 110. 2. *e*
Ianne interpretatur dextera. 44. 2. *f*
Iericho Luna interpretatur. 243. 2. *f.* 245. 2. *b*
Iezabel interpretatur fluxus ſterquilinij. 74. 1. *e*
Ieſus maximum nomen eſt, & proprium Chriſto. 29. 1. *c. & ſequen.*
Ieſus interpretatur Saluator. 44. 2. *f*
Ignis denotat gratiam, & quare. 479. 1. *a*
Ignis ſignificat ſpiritum. 302. 2. *e. & ſeq.* 478. 2. *f. & ſequen.*
Ignis diuinus quomodo accendatur. 172. 2. *c*
Ignis multiplex acceptio. 41. 1. *d*
Ignorantia duplex, & quæ illarum pro parte excuſet. 172. 1. *b. & ſequ.*
Imagines ſacræ ad quid in templis ponantur. 354. 1. *f*
Imitator Chriſti debet habere tria. 121. 1. *a*
Imperatores a quo, & quare dicantur Cæſares. 23. 2. *b*
Imperatores a quo, & quare dicantur Auguſti. 23. 2. *b*
Imperium Romanorum quare ferreum dictum fuerit. 23. 2. *c*
In diuinis aliqua dicunt actionem puram, aliqua relationem puram, aliqua vtrumque, & aliqua actionem, & ſignificationem, & quæ ſint, vel non ſint communia. 361. 2. *e. & ſequen.*
Inanis gloria quid ſit. 366. 1. d. 379. 2. *a*
Incarnationis opus demonſtrat ſublimem bonitatem, ſapientiam, & iuſtitiam Dei. 27. 1. *b. & & ſequ.*
Induratio quid ſit, & quomodo ſit a Deo. 414. 2. *f. & ſeq.*
Infideles quomodo in iudicio reſurgant. 363. 2. *c. & ſeq.*
Infidelitas eſt origo deſtructionis omnium ſpiritualium ædificiorum. 257. 2. *f*
Infirmitas multiplex. 403. 1. *a. & ſequ.*
Ingeminatio verborum quid denotet in ſcriptura. 144. 1. *b*
Iniurias ſuſtinere patienter, vel vlciſci, qui, & quomodo debeant. 79. 1. d. *& ſequ.*
Intellectus triplex. 22. 1. *a. & ſequ.*
Intellectus noſter, vt eſt ianua ſcientiarum, eſt a tribus. 21. 2. *a. & ſequ.*
Intentio operi nomen imponit. 191. 2. *d*
Intentio oſtendit an opus ſit meritorium, & cuius rei ſit dignum. 191. 2. *b. & ſequ.*
Intentio dicitur oculus ſpiritualis, & lucerna, et quare. 157. 1. *e. et ſequ.*
Interrogatio multiplex. 332. 1. *b. et ſeq.*
Inuenire Deum, quibus contingat. 46. 2. *e*
Inuidia eſt contra pacem, et quare. 10. 1. *a*
Inuidia eſt maxima inter conciues. 51. 2. *b*
Inuidia tollit omnia bona. 383. 1. *a*
Inuidiæ venena poſſunt ſuperari, ſed difficile quieſcunt. 267. 1. *a*
Ioanna interpretatur columba. 333. 2. *f*
Ioannes aquilæ comparatur, et quare. 313. 1. *a. et ſequ.* 317. 1. *a. et ſequ.*
Ioannes Baptiſta quare non fecerit miracula. 401. 2. *f. et ſequen.*
Ioannes quomodo fuerit pluſquam Propheta. 327. 2. *f*
Ioannes maxime meruit actu illo maximæ humilitatis, qua ſe Chriſtum negauit. 328. 1. *b*

Ioannis

Digitized by Google

INDEX.

Ioannis maxima humilitas. 328. 1. *b. et sequ.*
Ioannes quare dicatur Angelus. 93. 2. *e*
Ioannne quomodo nullus sit maior inter natos mulierum. 94. 1. *a*
Ioannes diuinæ sapientiæ terminator. 10. 1. *d*
Ioannes non dubitauit, an Iesus fuerit verus Messias, quamuis ad ipsum discipulos interrogantes miserit. 91. 1. *b*
Ioannes commendatur ex multis virtutibus, prærogatiuis, et donis. 93. 1. *a. et sequ.*
Ioannes Euangelista, quomodo mortuus fuerit. 466. 1. *b. & sequen.*
Ioannes Baptista, quas præparauerit vias. 21. 2. *f*
Ioannes quomodo missus, & ad quid. 468. 1. *d. & sequ.*
Ioannes multiplicem habuit gratiam. 468. 1. *e. sequ.*
Ioannes interpretatur gratia. 73. 2. *f.* 113. 2. *c*
Ioanni Baptistæ fuit tale nomen impositum a Deo, & ab Angelo nunciatum. 322. 2. *e*
Ioannis Baptistæ conformitas cum Hieremia, & Elia. 8. 2. *b. & sequen.*
Ioannis Baptistæ natiuitas fuit maximæ consolationis. 8. 1. *d*
Ioannes Baptista commendatur in vita, gratia, & doctrina. 8. 2. *e.* 327. 2. *a. & sequ.*
Ioannis auctoritas commendatur a tribus. 37. 1. *d. & seq.*
Ioannes quare dicatur vox clamantis. 37. 2. *c. & sequen.* 328. 1. *e. & sequ.*
Ioannis Euangelistæ maxima dignitas, & priuilegium. 453. 1. *a. & sequ.* 465. 2. *b. & sequ.*
Ioannis sermo fuit efficax. 40. 1. *a*
Ioannis Euangelistæ prærogatiua, & sublimitas. 419. 2. *a. & sequ.* 495. 1. *f. & sequ.*
Ioannis Euangelij quattuor causæ. 314. 1. *b. seq.*
Ioannes fuit vox verbi, & præcursor Filij. 323. 1. *f*
Ioannis Baptistæ conceptus mirificus, & parentum laudes, & prærogatiuæ. 6. 1. *f. & sequ.*
Ioannis natiuitas, quomodo fuerit morti proportionata. 348. 2. *a*
Ioannis Euangelium est altius alijs. 317. 1. *b. sequ.*
Ioannis quattuor prærogatiuæ virtutum. 92. 2. *f*
Ioannis Baptistæ præconia, & laudes. 478. 2. *e. & seq.*
Ioannis prudentia, innocentia, & patientia commendantur. 39. 1. *b. et sequ.*
Ioannis Baptistæ officium quale. 8. 2. *f*
Ioannis prædicatio commendatur a tribus. 36. 2. *b. & sequ.*
Iordanis interpretatur riuus iudicij. 402. 2. *c*
Ioseph ab Arimathæa fuit discipulus ex septuaginta, et missus ad prædicandum in maiorem Britanniam. 454. 2. *f. & sequen.*
Ioseph interpretatur augmentum. 45. 1. *a.* 301. 1. *c*
Ira Dei maxima est, hominem in hac vita non castigare. 350. 1. *b. & sequ.*
Ira Dei quadruplex. 350. 1. *b*
Iram Dei quis effugiat. 38. 2. *a*
Iracundia est contra pacem, & quare. 10. 1. *a*
Ischariotes memoria mortalitatis interpretatur. 280. 1. *b*
Israelita interpretatur videns Deum. 334. 2. *f*
Iudas quare fuerit vocatus a Christo ad Apostolatum. 73. 1. *b. & sequ.*
Iudam multi imitantur, & quomodo. 420. 1. *e. sequ.*
Iudas in vltima cena sumpsit sacramentum veri corporis Christi. 419. 2. *e*
Iudas interpretatur confitens: 74. 1. *f*
Iudas Ischariotes interpretatur memoria mortis. 74. 1. *f*
Iudæ maxima iniquitas, & ingratitudo. 516. 2. *f*
Iudæa interpretatur confitens. 350. 2. *f*
Iudæi non occiderunt Christum per ignorantiam, sed ex malitia. 262. 1. *d. & sequ.* 447. 1. *c. et seq.*
Iudæi principaliter occiderunt Christum ob timorem proprium honorem amittendi. 259. 1. *c*
Iudæi quare dicantur vocari de prope, & esse plures, gentes vero de longe, & pauciores. 250. 1. *c*
Iudæis quare fuerit consuetudo liberandi aliquem malefactorem in Paschate. 448. 2. *c*
Iudæorum maiores ex inuidia, & malitia non cognouerunt aperte Iesum Nazarenum esse Deum; minores vero non cognouerunt hoc, & quare. 447. 1. *c. et sequ.*
Iudæorum obstinatio multis modis fuit denotata per lapides. 393. 1. *a. & sequ.*
Iudæorum obstinatio per quid denotetur. 52. 1. *a. & sequ.*
Iudex quomodo debeat iudicare. 17. 1. *c. & sequ.*
Iudex multiplex in iudicio. 363. 2. *a.* 413. 2. *a*
Iudex in iudicando quomodo debeat se habere. 364. 1. *b. & sequen.*
Iudicabuntur in iudicio aliqui, & aliqui non, & quomodo. 346. 1. *a. & sequ.* 363. 2. *a*
Iudicans temere dupliciter peccat. 83. 2. *c*
Iudicare in iudicio vniuersali conuenit hominibus ratione perfectæ humilitatis. 285. 2. *a*
Iudicare apparendo non est Patris, sed Filij. 362. 1. *e*
Iudicari multipliciter contingit. 345. 2. *f. & sequ.* 363. 1. *f*
Iudicare seipsum quàm sit magnum bonum. 402. 2. *c. seq.*
Iudicat homo de altero bene vel male, humiliter vel superbe, secundum quòd ipse est. 259. 2. *e. & seq.*
Iudices quando possint iudicare de peccato, quando & ipsi sunt peccatores. 384. 2. *f*
Iudicij finalis, quomodo incendium Sodomæ fuerit expressa figura. 230. 1. *b. & sequ.*
Iudicij diem quomodo euadere possumus. 230. 2. *d, & sequ.* 232. 1. *d*
Iudicium quale debeat esse. 364. 1. *b. & seq.*
Iudicium quattuor modis peruertitur. 380. 2. *c.* 450. 2. *e*
Iudicium finale quale erit, & quomodo fiet. 228. *per totum.* 249. *per totum.*
Iudicium debet esse cum maturitate, & diligenti inquisitione. 49. 1. *e*
Iudicium quadruplex, & quod sit bonum, vel malũ. 82. 1. *f*
Iudicium vniuersale in quo loco sit futurum. 227. 1. *f. & seq.*
Iudicium finale, quare aliquando dicatur dies, aliquando nox. 231. 2. *e*
Iudicium duplex. 362. 2. *f.* 366. 1. *f.* 395. 2. *f.* 415. 2. *e. & sequen.*
Ius ciuile, secundum legem diuinam regulatur, & ordinatur si sit bonum, & seruandum. 5. 1. *f*
Iusti plus timent in mundo prospera, quàm aduersa. 443. 1. *e*
Iusti omnes sunt vnũ corpus, & vna generatio Dei. 161. 2. *a*
Iusti qui non vocantur a Deo, qui sint. 67. 1. *f. & sequ.* 214. 2. *d*
Iustificare impios est maius, quàm cælum, & terram creare. 460. 1. *a*
Iustificatio est opus summæ sapientiæ, potentiæ, & misericordiæ Dei. 244. 2. *e*
Iustis quibus Deus sit durus. 209. 1. *c.* 214. 2. *d*
Iustitia politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris, quæ sit. 13. 1. *b. & sequ.* 32. 1. *f. & seq.*
Iustitia est rectitudo volũtatis, faciens hominem per rectam incedere viam. 30. 2. *e*
Iustitia est constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. 38. 1. *a*
Iustitia vera compassionem habet, falsa vero indignationem. 128. 1. *b*
Iustitiam esurientes qui sint. 76. 1. *e. & sequ.*
Iustus quilibet, quomodo de cælo descenderit, secundum illa verba, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit.

Digitized by Google

ſcendit. 349. 2. *f. & ſeq.*
Iuſtus denotatur per frumentum, & quare. 492. 2. *b. & ſeq.*
Iuſtus quomodo ſit in Deo. 429. 1. *a*
Iuuentus denotat vitam imperfectam, & quare. 465. 1. *a. & ſequen.*

L

LABOR *manuum tripliciter poteſt eſſe malus, & inordinatus.* 371. 1. *a. & ſeq.*
Lacrymarum differentiæ quattuor. 256. 2. *e*
Lacrymarum virtus, & efficacia. 406. 1. *f*
Lacrymæ Chriſti quare ſanguis dicantur. 454. 1. *d*
Languor eſt prolixa infirmitas. 402. 2. *a*
Largitas vera quæ ſit. 17. 1. *b*
Lauare quæ mẽbra debeamus diuina lotione. 494. 1. *a. & ſeq.*
Lauari a Deo contingit multipliciter. 493. 2. *e. & ſeq.* 494. 2. *b. & ſequ.*
Laudator diuini nominis qualis eſſe debeat. 155. 1. *b. & ſeq.*
Laudes diuinas quis perſoluat. 9. 2. *c*
Laus diuina non eſt, vbi non eſt pax: nec pax eſt, vbi non eſt diuina legis obſeruatio. 9. 1. *c*
Lazarus interpretatur adiutus a Domino. 402. 2. *b*
Lazarus quatriduanus quid denotet. 490. 2. *b. & ſeq.*
Lætitia huius ſæculi non eſt ſine luctu. 411. 1. *b*
Legem quomodo Chriſtus ſeruauerit, temperauerit, adimpleuerit, & elucidauerit. 3. 1. *e. & 2. a. & ſequ.*
Legio quem numerum dicat perſonarum. 107. 2. *d*
Legis perfectæ circumſtantiæ oſtendentes eius excellentiam, & nobilitatem. 1. 1. *b*
Legis præcepta ſunt in triplici differentia. 28. 2. *f*
Legiſlatores, & principes non ſunt legibus proprijs de neceſſitate ſubiecti. 3. 1. *f*
Leo, & alia huiuſmodi quare aliquando ſignificent bonum, aliquando malum. 181. 2. *a.* 194. 1. *f*
Lepra quid ſit, & quid ſpiritualiter ſignificet. 225. 2. *b. & ſequen.*
Lepra quid deſignet. 62. 1. *d. & ſeq.*
Leproſi curati quare miſſi fuerint a Chriſto ad ſacerdotes. 61. 2. *a. & ſeq.*
Lex Scripturæ ſacræ eſt a ſolo Deo inſtituta. 3. 1. *c*
Lex Moſaica fuit a Deo per angelicum miniſterium, quo ad principaliorem partẽ toti populo ſenſibilibus verbis expreſſa. 3. 1. *d*
Lex Scripturæ ſacræ fuit confirmata ſignis legem præcedentibus, concomitantibus, & ſubſequentibus. 3. 1. *d*
Lex omnis ordinata habet Deum cauſam efficiẽtem, & exemplarem. 3. 1. *b*
Lex inferior a ſumma, & æterna lege emanat. 3. 1. *b*
Lex vetus, & eius ſacerdotium non habebant Spiritum ſanctum, niſi ratione noui teſtamenti, quod præfigurabat. 19. 2. *f & 326. 1. b*
Lex dupliciter ſe habet ad gratiam. 13. 2. *e*
Lex Dei quid præcipiat, & a quibus retrahat. 9. 2. *d*
Lex procedit narrando, præcipiendo, prohibendo, comminando, & promittendo. 5. 2. *d*
Lex humana eſt conſtitutio populi, qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt. 3. 1. *c*
Lex quomodo manſerit, fuerit euacuata, & impleta. 216. 1. *b. & ſequ.*
Liber vitæ eſt diuina cognitio approbationis. 138. 2. *d*
Liber triplex. 175. 1. *a*
Liberat Deus a multiplici peccati ſeruitute. 485. 1. *d. & ſequen.*
Libertas quid ſit, quæ ſit perfecta, & vbi habeatur. 485. 1. *e. & ſequ.*
Libertas eſt hominis bonum. *ibid.* 1. *f*
Libertas arbitrij quomodo ſtet cum tractu Dei. 372. 2. *f. & ſequen.*
Liberum arbitrium ad quid, & quantũ ſe extendat. 348. 1. *b*
Lingua maximum peccati inſtrumentum, & multipliciter offendit. 219. 1. *b. & ſequ.*
Loca inaquoſa quæ ſint. 154. 1. *d*
Loquela ad quid ſit homini data. 151. 2. *b. & ſequ.*
Loqui quibus non debemus, ſeu qui ſint diſpoſiti audire diuinum verbum. 9. 2. *d.* 10. 1. *a*
Loqui bene, & male viuere, eſt, ſe ſua lingua damnare. 251. 1. *d*
Loqui quibus debeamus, & vnde incipere, & quo terminare locutionem debeamus. 9. 1. *a.* 10. 1. *b. & ſequ.*
Lot interpretatur declinans. 229. 2. *e*
Lucerna accenſa quid ſit. 202. 1. *c*
Lucerna multipliciter accipitur. 157. 1. *e. & ſequ.* 169. 2. *d*
Lucrum in arca damnum in conſcientia. 121. 1. *e*
Lumbi ſunt tripliciter præcingendi. 169. 2. *c*
Lumen quadruplex. 483. 2. *b. & ſequ.*
Luminaria ſecundum quam rationem ſint ſigna naturalium, & ſupernaturalium rerum. 276. 1. *d. & ſeq.*
Lupus quale ſit animal, & quomodo conuenienter diabolum deſignet. 399. 1. *e. & ſeq.*
Lutum dicitur multipliciter. 394. 1. *a. & ſeq.*
Lux diuina triplici radio lucet. 467. 1. *c*
Lux multiplex. 415. 2. *c. & ſeq.*
Lux diuina multiplex, quos illuminet homines. 468. 2. *b. & ſequen.*

M

MAGISTER *mendax eſt, qui ſuum non exequitur officium.* 344. 1. *d*
Magiſter quotuplex. 344. 2. *c*
Magiſtrum ignorare, quæ ad ſuum pertinent officium, valde turpe eſt. 344. 2. *c*
Magna promittens, & parua faciens, eſt hypocrita, & duplici corde. 131. 2. *c*
Magnificare Dominum vere quid ſit. 15. 2. *d*
Mali quare miſceantur cum bonis in omni ſtatu. 231. 2. *b. & 232. 1. c*
Mali omnes ſunt vnum corpus diaboli. 161. 2. *a*
Malitia confunditur aliquando, ſed numquam corrigitur. 264. 2. *f*
Malorum ſolatium eſt bonorum vitam carpere. 67. 1. *d*
Malorum conſuetudo eſt aliorum laudibus detrahere. 51. 1. *a*
Malum aliud culpæ, aliud miſeriæ, aliud pœnæ æternæ. 2. 2. *e*
Mammona quid ſignificet, & quare dicatur iniquitatis. 212. 1. *e. & ſequ.* 213. 1. *d*
Mammonæ ſeruire quid ſit. 214. 1. *d*
Mandatorum Dei ordinatio, & ſufficientia. 239. 2. *e. & ſeq.*
Mandatum de dilectione, quos, & quantum aſtringat. 79. 1. *b. & ſequ.*
Mandatum de dilectione, quàm ſit attendendum. 498. 1. *f. & ſequen.*
Mandatum de dilectione, quare dicatur nouum. 421. 1. *a. & 498. 2. a*
Manbu interpretatur quid eſt hoc. 189. 1. *e*
Manna quare Angelorum cibus dicatur. 371. 1. *f*
Manna quare dicatur panis de cælo. 371. 1. *e*
Manſuetudine non ſemper vti debemus. 370. 2. *b*
Manus Dei duplex, & quid vtraque efficiat. 400. 2. *c. & ſeq.*
Marcus Euangeliſta fuit Matthæi Euangelij breuiator. 316. 1. *b. & ſequ.*
Mare turbationem ſæculi ſignificat. 367. 1. *f*

Maria

Digitized by Google

INDEX.

Maria interpretatur mare amarum, ſtella, lux, & Domina, & quare. 491. 2. b. & ſequ. 508. 1. c
Maria Virgo nullam habet creaturam ſibi æqualem. 94. 1. b
Maria ſoror Lazari fuit illa, quæ erat in Ciuitate peccatrix. 402. 2. c. & ſequ.
Maria Virgo quare petra dicatur. 154. 1. d
Maria Virgo non erat obnoxia purificationis legi. 29. 2. e
Maria ſtella maris interpretatur. 10. 2. f. 30. 1. c
Maria mater Dei multis figuris figuratur. 11. 1. b
Maria eſt ſtella auxiliatrix, & quomodo. ibid.
Maria interpretatur mare amarum, vel ſtella vel dominiũ, & quomodo iſta denotent triplicem ſtatum ſaluandorum. 11. 1. c. 30. 1. c. 33. 2. e. f.
Maria mater Dei fuit commendabilis propter tria, quæ fuerant deſignata per arcam fœderis, ideo ipſa habuit triplicem excellentiam. 11. 1. e
Maria Virgo audiens Angelum ſalutantem fuit in tali auditu triplici de cauſa commendabilis. 11. 2. c
Maria virgo eſt pluſquam martyr. 32. 2. a. 452. 2. b
Maria Magdalena fuit illa mulier dicta ab Euangeliſta peccatrix. 100. 1. a. & ſequ.
Maria virgo figuratur per ſcalam Iacob. 13. 2. f
Maria virgo quare dicatur domus porta, & ſcala. 14. 1. a
Maria virgo, cum ſit ſummæ miſericordiæ mater, eſt omni cum fiducia adeunda. 15. 1. d
Maria mater Dei ex ſingulari cauſa fuit beata. 15. 2. b. & 16. 1. e
Maria quòd tribus menſibus in domo Eliſabeth manſerit, fuit figuratum, & maxima myſtice denotat. 17. 2. c
Maria virgo fuit perfecta mater Dei, & ipſa ſola lactauit ipſum Deum. 155. 1. f. & ſequ.
Maria virgo eſt omnium aduocata. 337. 1. d
Maria mare amarum interpretatur. 409. 1. f
Mariam habeat, qui gratiam vult nanciſci. 14. 1. c
Mariæ virginis partus ſine virili ſemine, ſine libidine, & ſine dolore, quomodo fuerit figuratus. 12. 2. f
Martha tributum interpretatur. 409. 1. e
Martyr non eſt qui patitur, niſi debita cauſa patiatur. 76. 2. f
Martyrium, & mors ſuſtineri non poteſt propter Deum, ſine ipſius Dei ſpeciali auxilio. 421. 2. f
Martyrium, ſeu mors ſuſtinetur ab hæreticis pro ipſorum erroribus ex ſuperbia, & obſtinatione. 421. 2. f
Matthæus interpretatur donatus. 74. 1. b
Matrimonium quid ſit. 216. 1. b
Medicatio quando ſit vituperabilis. 111. 2. c
Medicus quo honore ſit honorandus. 111. 2. a
Meditatio vulnerum Chriſti mirabilis ad conſcientiæ vulnera ſananda. 454. 1. d. & ſequ.
Medium ſyllogiſmi ob ſuam euidentem conuenientiam cum extremis compellit rationem ad aſſentiendum concluſioni. 11. 2. f
Memoria tenere quæ debeamus. 19. 1. a. & ſequ.
Mendacium multiplex. 390. 2. d. & ſequ.
Mens quomodo purificetur. 338. 1. f. & ſequ.
Merces multiplex. 77. 1. e
Mercenarij, alij boni, alij mali. 204. 2. f. & ſeq.
Meſſias Hebraice, eſt idem quod Chriſtus Græce, & vnctus Latine. 354. 2. b
Meſſis duplex, item triplex. 356. 2. d
Meſſores ſunt in multiplici differentia. 356. 2. d. & ſequ.
Metaphyſicæ ens primum ſubiectũ eſſe non poteſt. to. 1. 1. 2. d
Metaphyſicus cognoſcit Deum, vt principium, & finem, non autem, vt Patrem, & Spiritũ ſanctũ, & etiam, vt cauſam exemplantem, non autem, vt Filiũ. to. 1. 10. 2. a. & ſeq.
Metaphyſicus ſolus cognoſcit Deum, vt cauſam exemplantem quamuis multa alia cognoſcat vna cum alijs ſcientijs. 10. 2. b. & ſequen. tom. 1.
Metaphoris quare vtãtur Scriptores ſacræ Scripturæ. to. 1. 1. 1. c
Metrum eſt liquidorum menſura. 337. 1. f
Militiam exercere, quando, & cui liceat. 40. 1. e. & ſeq.
Miniſtri ſacramentorum malitia, virtuti & efficaciæ ſacramenti non obeſt. 460. 1. d. & ſequ.
Miracula facere eſt diuinæ, & non humanæ virtutis. 336. 1. b. & ſequ.
Miraculorum Chriſti, & Sanctorum, & operum a dæmonibus factorum differentia. 365. 1. a. & ſeq.
Miraculum maximum propter eleemoſynam. 71. 2. f
Miraculum eſt opus ſupra vires naturæ. 91. 2. a
Myrrha qualis arbor ſit. 507. 1. e
Miſericordia eſt dignus tantũ, qui miſericordiã facit. 192. 1. e
Miſericordia ſola eſt defunctorum comes. 166. 2. b
Miſericordiæ viſcera ſunt nimia dilectio, & nimia compaſſio. 22. 1. d
Miſericordiæ veræ qualitas, & fructus. 141. 2. f. & ſequ. 142. 1. f. & ſequ.
Myſteria diuina aliquando ſunt celanda, & quare. 260. 1. f. & ſequen.
Modus ſe præparandi ad iudicium, ad hoc quòd quis Deum ſibi tranquillum videat. 416. 1. c. & ſequ.
Moyſes eſt diuinæ ſapientiæ inchoator. to. 1. 10. 1. d
Mons ſignificat ſublimitatẽ contemplationis. 483. 2. f. & ſeq.
Mons multa ſignificat. 123. 1. a. & ſequ. 384. 1. b. & ſeq.
Monumentum quid innuat. 508. 1. d
Moralis Philoſophus cognoſcit Deum, vt finem. to. 1. 10. 2. b
Morbus ſpiritualis quadruplex, & quas partes inficiat, & quomodo homo ab ipſo ſanetur. to. 1. 33. 2. a. & ſeq.
Mors triplex. 218. 1. e
Mors eſt duplex. 392. 1. a. 405. 1. e. & ſequ.
Mors, luctus, dolor, & huiuſmodi non ſunt ſupplicia, ſed viuendi tributa. 163. 1. d
Mors terribiliſſimum eſt, cum ſit paſſionũ terminus. 507. 2. d
Mortis horam ignorare hominem, quare Deus voluerit. 170. 2. c
Mortui ſunt viui Deo. 113. 2. f. & ſequ.
Mortuos tres Chriſtus reſuſcitauit, & quid ſignificet. 402. 2. f. 490. 2. a
Motiuum ad bonum peragendum quod ſit. 212. 2. b. & ſeq.
Morum ordinatio attenditur circa tria. 34. 1. c
Morus arbor multa deſignat. 223. 2. f. & ſequ.
Mulier pluribus pœnis, quàm vir, ſubiecta. 54. 2. f
Mulier dicitur quaſi miſeria. 385. 1. e
Mulieres peccatrices in quattuor maxime delinquunt. 96. 2. c. & ſequ.
Mulieres quàm ſint fugiendæ. 268. 2. d. & ſequ.
Mulierum Iudaicæ gentis officium erat miniſtrare prædicatoribus, & præceptoribus victum, & veſtitum de earum ſubſtantia. 100. 1. d
Mundari hominem contingit quadrupliciter. 493. 2. d. & ſeq.
Mundi gaudium eſt veluti phreneticorum gaudium. 500. 2. f. & ſequ.
Mundi amor in principio eſt dulcis, ſed finem habet amarũ, amor vero Dei eſt e contra. 471. 2. c. & ſeq.
Mundi ingratitudo triplex. 434. 1. b. & ſequ.
Mundum qui ſequitur eſt immũdus, & de deorſum: qui eum fugit, eſt mundus, & de ſurſum. 387. 1. c. & ſequ.
Mundus accipitur multipliciter. 324. 1. a. 440. 1. c
Mundus quomodo tranſeat. 278. 1. e. & ſequ.
Mundus creatus fuit menſe Martio, & homo redemptus. 10. 1. f
Munera oculos ducum excæcant. 136. 1. f
Munus triplex. 473. 1. a
Murmuratio quid ſit. 199. 1. e

Digitized by Google

Murmuratio vnde dicatur, & vnde procedat. 199. 1. *f. et seq.*
Murmuratio quàm displiceat Deo. 246. 1. *a*
Mutabilia sunt in Deo immutabiliter, & quare. 321. 2. *f. seq.*
Mutuantes pecuniam quare vsuras recipere nequeant. 81. 1. *e*
Mutuare propter spem lucri quomodo liceat, vel non liceat. 81. 2. *b. & sequ.*

N

NAsci *de spiritu quid sit.* 343. 2. *a*
Nathanael nō fuit electus apostolus, et quare. 335. 1. *b*
Natiuitas duplex, & quæ sit quælibet. 343. 1. *e*
Natiuitas Christi perfectè denunciata fuit 25. 2. *b. & seq.*
Natiuitas multiplex. 473. 1. *c. & sequ.*
Natiuitas Christi quare gaudij fuerit. 26. 2. *a*
Natiuitatis Christi tempus idoneum. 23. 2. *a. & seq.*
Natura nihil potest sine potentia diuina. 111. 2. *b*
Naturæ tres in Christo per multa insinuātur. 497. 2. *f. & seq.*
Nauis dicitur multipliciter. 369. 2. *f. & seq.*
Nazareth interpretatur flos. 10. 2. *c.* 334. 2. *b*
Negligens homo intelligitur per ficum infructuosam, et quare. 177. 1. *f. & seq.*
Negligentia quàm sit periculosum vitium. 85. 2. *d. & sequ.*
Negligentia hominis ad Dei gratiam cognoscendam, & suscipiendam est inexcusabilis, & quare. 179. 1. *a*
Negligentes mirabili exemplo increpantur. 163. 1. *e*
Negotiatio triplex, et quæ sit bona, vel mala. 248. 2. *f. et seq.*
Nicodemus interpretatur victoria populi. 342. 2. *a*
Nicopolis ciuitas victoriæ interpretatur. 305. 1. *b*
Nobilitas vera est vna, & quæ sit illa. 389. 2. *b*
Nomen Saluatoris quàm maximum, & admirabile. 497. 1. *b. & sequ.*
Nomen hoc Deus significat currere, vrere, & intueri. 2. 1. *e* to. 1.
Nomē Dei Tetragrāmaton quare ineffabile dicatur. 2. 1. *f* to. 1.
Nomen hoc Deus quare dicatur ineffabile, & quomodo tria comprehēdat, in quibus superexcedens Dei dignitas ostenditur. 2. 1. *e. & sequ.* to. 1.
Nomen Dei triplex, scilicet terribile, admirabile, & laudabile, & quomodo. 1. 2. *d*
Nomen Dei sanctificatur in nobis triplici notitia. 147. 1. *b. seq.*
Nomina quare antiquitus mutabantur, non autem nunc, vt patet de Abraham, Petro, & similibus. 333. 2. *d. & seq.*
Nomina in abstracto essentiam significantia dicunt incompossibilitatem permixtionis oppositorum. to. 1. 2. 2. *e*
Notitia scripturarum grano sinapis comparatur, & quare. 180. 2. *c*
Nominis Christi magnificatio qualis fuerit. 61. 2. *e. & seq.*
Nouenarius numerus competit numero Angelorum, et quare. 200. 2. *a*
Nouum testamentum continetur in veteri, sicut rota in rota, cum nihil aliud sit quàm vetus spiritualiter expositum. 8. 2. *b* to. 1.
Nouum testamentum in quolibet libro tractare de verbo incarnato ostenditur. 8. 2. *b. & sequ.* to. 1.
Nouum testamentum continet libros viginti septem. 8. 2. *c* to. 1.
Nox tam materialis, quàm spiritualis quid sit, & qualis. 404. 1. *b. & sequ.*
Noe interpretatur requiès, vnde nomine, & facto Christum designat. 228. 2. *b. & seq.*
Nox nocti annunciare scientiam quid sit. 420. 1. *c*
Nox multiplex. 420. 2. *b*
Nubes quibus rationibus Christi carnē significet. 125. 1. *d. seq.*
Numeri duodenarij Apostolorum mysterium. 376. 2. *d. & sequ.* 403. 2. *f*
Numeri discipulorum mysteria. 133. 1. *f. & sequ.*
Nuptiæ quadruplices: aliæ videlicet inter diuinam, & humanam naturam: aliæ inter Christum, & Ecclesiam, aliæ inter Christum, & Ecclesiam triumphantem: aliæ inter eundem, et animā fidelem, & de earū figuris. 471. 1. *c. seq.*

O

OBediens *verus qui sit.* 85. 1. *b. & sequ.*
Obedientia ducit ad gloriam. 59. 1. *f*
Obedientia resuscitat mortuos. 402. 2. *b*
Obedientia quid, & quot sint conditiones eam perficientes. 476. 1. *e. & sequ.*
Obedientia vera quæ sit. 224. 2. *f*
Obedientiæ virtus, & efficacia. 254. 1. *a*
Obseruantiæ spirituales sunt spiritualibus, non carnalibus imponendæ. 68. 2. *a*
Obedientiæ fructus. 85. 1. *f. & sequ.*
Obsequium Deo præstare debemus, absque hoc quòd parentes consulamus. 34. 2. *d*
Obseruationi diuinæ legis quid cōtrarietur. to. 1. 9. 2. *c. et seq.*
Occultare quæ debeamus. 114. 2. *b*
Occurrere cum decem millibus ei, qui cum viginti millibus venit, quid sit. 197. 2. *b. & sequ.*
Octonarij numeri tropologica expositio. 29. 1. *f. & sequ.*
Oculus triplex, & quomodo visum amittat, & recipiat. 486. 2. *b. et sequ.*
Odire fratrem est fontem charitatis obturare. 499. 1. *d*
Olera cum charitate data sunt vitulo saginato cum odio dato meliora. 66. 2. *e*
Opera perfecta quæ sint. 365. 1. *c*
Opera Christi qualia erant. 180, 1. *b. & sequ.*
Operari in Sabbato quomodo fuerit prohibitū. 360. 2. *e. seq.*
Operandum est bene cōtinue triplici de causa. 184. 2. *b. et seq.*
Operans quo fine non frustretur. 323. 1. *d*
Osanna quid significet. 255. 2. *d. & sequ.*
Ostium denotat Christum, & quare. 487. 2. *b. et seq.*
Opinionem triplicem de Christo habebant homines, et quare. 116. 2. *f*
Opus pietatis, et misericordiæ semper est vtile faciēti. 135. 1. *a*
Opus bonum dicitur Lucerna, & quare. 169. 1. *e. et seq.*
Opus triplex perfecit Christus. 476. 1. *f. et seq.*
Opus Dei triplex. to. 1. 19. 1. *c. et sequ.*
Orandi forma quæ sit. 145. 2. *d. et seq.* 146. 2. *a.* 287. 1. *f. & sequen.*
Orandum est in omnibus. 42. 2. *d*
Orandum est ad tria. 288. 2. *c. et seq.*
Orare semper quid sit. 232. 2. *f. et seq.*
Orare semper vtile est propter decem. 233. 1. *b. et sequ.*
Orare volens, quomodo ascendere debeat. 235. 1. *e. et seq.*
Oratio quàm sit diligenda. 146. 1. *c*
Oratio quomodo verbo, & exemplo præemineat. 509. 2. *b*
Oratio, quæ exauditur, qualis esse debeat. 111. 1. *b.* 145. 2. *d. & sequ.* 148. 1. *b*
Oratio Dominicalis est priuilegiata in tribus, nempe in dignitate, in breuitate, et in fœcunditate. 1. 1. *a*
Oratio Deo grata qualis esse debeat. 62. 1. *b.* 72. 1. *d. et seq.* 232. 2. *c.* 236. 1. *f.* 2. *d*
Oratio omnis debet offerri per Christum, et quare. 7. 2. *e*
Oratio est ascensus mentis in Deum. 72. 1. *d*
Oratio vocalis est Deo accepta. 146. 1. *d*
Oratio vocalis ad multa valet. 146. 1. *e*
Orationi debet adiungi deuotio, et gratiarum actio. 119. 1. *c*
Orationis locus qui sit conuenientior. 353. 2. *f. et seq.*
Orationis Dominicæ nobilitas, perfectio, sufficientia, et diuisio. 146. 1. *b. & sequ.*

Digitized by Google

INDEX.

Orationis conditiones sunt septem. 287. 1. *f. & sequ.*
Orationis vis, virtus, & efficacia. 233. 1. *f.* 234. 1. *e*
Orationis conditiones quattuor. 436. 2. *b. & seq.*
Orationis dignitas, & vtilitas. 146. 1. *b. & seq.*
Orationis Dominicæ diuisio. 1. 1. *a*
Organizatio corporis Christi facta fuit aliter, qàm corporum nostrorum fiat. 341. 2. *a. & seq.*
Otiosum nihil in natura. to. 1. 32. 2. *f*
Ouis denotat fidelem, & quare. 400. 1. *f.* 488. 2. *c. & seq.*
Ouis quale sit animal, & vnde dicatur. 400. 1. *f*
Oues Christi quibus cibis sint pascendæ. 509. 2. *b. & sequ.*
Ouum denotat spem, & quare. 150. 2. *c*
Oza quare percussus fuerit, cum tetigit arcam Domini. 10. 1. *a*

P

PACEM *nostram esse Christum multipliciter ostenditur.* 308. 1. *d. & sequ.*
Pacem per quem, & cum quibus habeamus. 27. 1. *f*
Pacem Dominus omnibus optat. 112. 2. *b*
Paci quid opponatur. to. 1. 10. 1. *a*
Palmites quales sint, & quid denotent. 498. 1. *a. & sequ.*
Panis cælestis quomodo debeat sumi. 481. 1. *f*
Panis est multiplex. 147. 2. *d. & seq.* 192. 2. *b. & sequ.*
Panis designat Christum multis rationibus. 480. 1. *e. & seq.*
Panis cælestis multiplex fructus. 480. 1. *f. & sequ.* 481. 1. *f. & sequ.*
Panis quotuplex sit, & ad quid. 2. 1. *e. & seq.*
Panis multiplex, & quid denotet. 479. 2. *b. & sequ.*
Panes propositionis quare ita dicebantur. 70. 1. *a*
Panis denotat charitatem, & quare. 150. 2. *a*
Panum multiplicatio quomodo fuerit a Christo facta. 368. 2. *e. & sequ.*
Parabola de villico quàm mira contineat. 209. 2. *e. & seq.*
Parabolice quare Christus loquebatur. 200. 1. *b.* 356. 1. *d. seq.*
Paracletus Latine dicitur aduocatus. 425. 1. *a*
Paradisus multipliciter accipitur. 299. 2. *a. & sequ.*
Paralysis tria mala facit. 64. 2. *d*
Paralysis quid denotet spiritualiter, & curatio ipsius. 65. 1. *e. & sequ.* 359. 2. *f. & sequ.*
Parasceue præparatio interpretatur. 301. 2. *c.* 450. 1. *f. & seq.*
Partus Christi fuit admirabilis, inauditus, & commendabilis. 24. 2. *c. & sequ.*
Pascere oues quid sit, & quotuplici pastura sint pascendæ. 464. 1. *f. & seq.*
Pascha dicitur quadrupliciter. 416. 2. *d*
Pascha dicitur transitus. 416. 2. *e*
Pascha est quadruplex. 416. 2. *f. & sequ.*
Pascua triplicia, & quæ sint. 487. 2. *f. & sequ.*
Passeres morbum caducum habere dicuntur. 163. 2. *d*
Passio Christi dicitur baptismus, & quare. 172. 2. *d. & seq.*
Passio Christi comparatur calici, torculari, & baptismo, & 172. 2. *e. & sequ.*
Passio quomodo fuerit in Christo. 406. 1. *b.* 412. 2. *e. & seq. & 419. 1. c*
Passio Christi fuit volita a multis, sed diuersimode. 284. 1. *c. & sequen.*
Passio Christi fuit maxima, & quare. 506. 1. *f*
Passio Christi quomodo sit flenda. 296. 1. *a. & sequ.*
Passionis Christi meditatio qualis esse debeat. 32. 2. *c*
Passiones sunt via ad cælum perueniendi. 444. 2. *a*
Pastor quis sit, & qualis sit pastor bonus. 488. 1. *d. & seq.*
Pastores quomodo debeãt oues pascere, et quales. 464. 1. *f. seq.*
Pastores exquisierunt Christum natum sollicitudine commendabili. 27. 2. *b. & sequ.*
Pastoris boni officia quotuplicia sint. 397. 2. *c. & sequ.*
Patena gerit figuram lapidis positi supra sepulchrũ. 301. 1. *f*
Patenæ absconsio in missa quid denotet. 287. 2. *e*
Pater dicendo se genuit speciem a se expressam, & totius paternæ scientiæ, & potentiæ expressiuam. to. 1. 10. 2. *c*
Pater quomodo aliquid demonstret Christo. 362. 1. *a. & seq.*
Pati ab amicis, & cõsanguineis est valde graue. 273. 2. *c. seq.*
Pati est amicorum Dei. 402. 2. *f*
Patientiæ bona. 274. 1. *d. & seq.*
Patiẽtia est cõsummatio meriti, et perducit ad fructũ. 103. 1. *a*
Patri debetur amor, & Domino timor. 1. 1. *b*
Patria quæ sit. 378. 1. *d*
Patris vocem audire delectabiliter, & obedienter omnibus fere animalibus est naturale. 485. 2. *c*
Paulus multum lacrymauit, & numquam risit. 406. 1. *e*
Pauper multipliciter exponitur. 194. 2. *c. & sequ.*
Pauperes quare euangelizentur, vt dicit Euangelium, & non alij. 91. 2. *e. & sequ.*
Pauperibus quare promittatur regnum excellentiori modo. 169. 1. *a*
Paupertas Christi, & Discipulorum eius, & eorum mendicitas qualis, & quanta fuerit. 351. 2. *c. & sequ.*
Paupertas est primum Christi documentum. 198. 1. *f*
Paupertas est odibile bonum. 134. 2. *a*
Paupertas est euangelizanda potius, quàm alia, decem rationibus. 92. 1. *a. & sequ.*
Paupertatis præconia. 76. 1. *c. & sequ.*
Pauperum quare sit regnum cælorum. 57. 1. *b*
Pax est testamentum Christi. 497. 1. *e*
Pax maximum bonum. 497. 1. *f*
Pax quid sit, & quotuplex, & quale bonum sit. 497. 1. *e. & sequen.*
Pax peccatorum quæ sit. 153. 2. *a*
Pax non est, vbi nõ est diuinæ legis obseruatio. to. 1. 9. 1. *c.* 2. *a*
Pax multiplex, & quæ sit Christi. 173. 1. *c. & sequ.*
Pax cui conueniat, & quis illam habeat. 27. 1. *d. & sequ.*
Pax, quam habemus in hac vita, non dicitur Dei, & quare. 426. 2. *f*
Peccata spiritualia maxime dissipant animam, & frequenter præcipitant in carnalia. 203. 2. *e. & sequ.*
Peccata quare dicantur remitti, dimitti, mundari, sanari, tegi, & redimi. 63. 2. *f. & sequ.*
Peccata dicuntur stercora. 177. 1. *c*
Peccata ex quattuor causis oriuntur. 225. 2. *c. & seq.*
Peccata occulta hypocritarum Deus sæpe reuelat. 269. 1. *a*
Peccata omnium in iudicio vniuersali erunt omnibus nota. 162. 2. *e*
Peccati seruitus est maxima, & pessima. 484. 2. *e. & seq.*
Peccati multiplex diffinitio. 484. 2. *c. & sequ.*
Peccati seruitus quàm sit mala. 427. 2. *b. & sequ.*
Peccati actualis quinque gradus. 92. 2. *c. & sequ.*
Peccatum iterare, quid sit, & quàm magnum malum. 477. 2. *c. & sequ.*
Peccatum est mors animæ, & quot malas proprietates ipsi conferat. 478. 1. *b. & sequ.* 490. 1. *d*
Peccatum quattuor modis perpetratur, & consummatur. 490. 2. *a. & sequ.*
Peccatum denotatur per somnum, & quare. 489. 1. *e. & seq.*
Peccatum per ignorantiam dicitur esse in filium Dei. 164. 1. *f*
Peccatum ex certa malitia est in Spiritum sanctum. 164. 2. *a*
Peccatum in Spiritum sanctum dicitur irremissibile, & quare. 164. 2. *b. & sequ.*
Peccatum quare puniatur pœna æterna. 82. 2. *d. & sequ.*
Peccatum non potest tantum puniri, quantum meretur. 82. 2. *e. & sequ.*
Peccatum quàm sit graue malum. 490. 2. *b. & sequ.*
Peccatum originale quando perfecte curetur. 92. 2. *b*

Digitized by Google

Peccatum originale est causa quattuor malorum in homine. 92. 2. b
Peccatum est cæcitas spiritualis, & quot mala efficiat. 395. 2. d. & sequ.
Peccatum omne se excusat, & palliat sub specie virtutis, præter carnis peccatum. 194. 1. d
Peccatum accipitur multipliciter, & secundum quam acceptionem sit nihil, nec sit a Deo. 321. 1. d. & seq.
Peccatum habet quattuor. 500. 1. b
Peccatum facere quid sit. 484. 2. c. & sequ.
Peccatum, quod maxime in fine mundi vigebit, erit priuati boni amor. 231. 1. d
Peccatum significatur per frigus, & quare. 504. 2. a. & seq.
Peccator qui exaudiatur a Deo, vel non exaudiatur. 395. 1. f. & sequen.
Peccator cum omne bonũ offẽdat, omni bono deberet priuari, quod esse non potest, ideo nec debite puniri potest. 82. 2. e
Peccator consuetudinarius difficile a peccato surgit. 407. 1. f
Peccator quare seruus sit peccati. 88. 1. c
Peccatores a multis in iudicio accusabantur de eorum peccatis. 366. 2. c. & sequ.
Peccatores quare in hac vita aliquãdo bonis abũdẽt. 219. 2. c
Peccatores, & peccata quare dicantur nihil. 321. 2. c. & seq.
Peccatores omnes sunt vna generatio, vna ciuitas, & vnum corpus diaboli. 161. 2. a
Peccatores sunt filij diaboli. 390. 2. b
Peccatores quare a Deo puniantur. 321. 1. b
Peccatores occulti non sunt vitandi. 158. 1. e
Peccatores gratia Saluatoris tripliciter curantur. 55. 1. a
Peccatores sunt vitandi. 132. 1. e
Peccatrici, cui dixit Christus, Remittuntur tibi peccata, condonata fuit non solum culpa, sed etiam pœna. 99. 1. c
Peccatrix quare vocetur in Euangelio mulier illa, quæ vnxit pedes Iesu. 96. 1. d
Religiosorum votum est triplex, & quare. 121. 1. b
Pelicanus designat Christum, & quare. 186. 1. d
Perfectio animæ deuotæ in quibus consistat. 30. 2. a
Perfectionem attingunt festinantes. 14. 1. f
Perfecti iudicabunt in iudicio generali, & non iudicabuntur. 285. 2. a
Perfectum hominem quæ reddant. 30. 2. c
Perfectum esse, quid sit. 240. 1. b. & sequ.
Perfectus qui sit, & quæ habere debeat. 78. 2. d
Persecutionem quando fugere liceat, & quibus. 377. 2. a
Personæ diuinæ sunt æquales, & quomodo æquæ nobilitatis, sit vni personæ terminare personas, originare, & præsentare. to. 1. 10. 2. a
Petere, quærere, & pulsare quid sit, & quibus conueniat, & quomodo fiat. 149. 2. c. & sequ.
Petitionis, qua a Deo aliquid petimus, tres conditiones necessariæ. 424. 2. f
Petitionum sufficientia, & ordo. 146. 2. b. & sequ.
Petrus quattuor nominibus vocabatur, & quid hoc significet. 509. 1. d. & sequ.
Petrus tripliciter errauit, quãdo se obtulit, cũ Christo in mortem ire; primo præsumendo de proprijs viribus, secundo se alijs præponendo, demũ Christo resistendo. 286. 1. b. & seq.
Petrus tripliciter errabat, dicendo: Domine bonum est nos hic esse. 125. 1. e. & sequ.
Petrus primatum Ecclesiæ habuit. 120. 1. b
Petrus interpretatur agnoscens. 73. 2. c. 113. 2. c. 334. 1. a
Petri negatio ex multis circumstantijs aggrauatur. 445. 1. c. & sequ. 446. 2. a
Petri fides prompta, & etiam charitas. 376. 2. c
Petro secundum Beatum Augustinum primo Christus lauit pedes, secundum vero Ioannem Chrysostomum primo Iudæ, deinde Petro. 417. 2. d. & sequ.
Petro quando fuerit tale nomen impositum. 333. 2. b. & seq.
Petro quare ter commissæ fuerint oues. 117. 2. d
Petrum cadere quare Deus permiserit. 226. 1. c
Pharisæi consilium Dei in semetipsos propter sex rationes preuerunt. 94. 2. d. & sequ.
Pharisæi quare discipulos Christi spicas vellentes arguebant. 69. 2. b. & sequ.
Phase multipliciter accipitur. 280. 2. e
Philippus interpretatur os lampadis. 74. 1. a. 334. 1. f. & 368. 1. a
Philippi laudes, & perfectio. 334. 1. f
Philosophi multa desumpserunt ex Scriptura sacra. to. 1. 5, 2. f. & sequ.
Philosophi quare de Deo tantummodo cognouerunt, quòd ipse incognoscibilis est. 139. 2. a. & sequ.
Physicus cognouit Deum, vt principium. to. 1. 10. 2. b
Physicus, quot, & quæ consideret. to. 1. 11. 1. c. & seq.
Pietas maxima ostenditur in Christo. 95. 2. e. & seq.
Pietas Dei specialiter est ad hominem ratione trium, quæ sunt in homine. 199. 2. f
Pietas attrahit miseros, sicut adamas ferrum. 245. 1. c
Pilatus septem modis videtur mortem Christi subterfugere voluisse. 295. 1. d
Piscina sanandi virtutem a quo habuerit. 359. 1. d. & seq.
Piscinæ tres fuerunt. 359. 1. c
Piscis denotat fidem. 150. 2. b
Piscis quomodo denotet Christum. 508. 2. c. & sequ.
Plorare est cum voce gemere. 435. 1. a
Pœna inferni duplex. 219. 1. a
Pœna æterna pro peccato inflicta quomodo sit ipso peccato maior, æqualis, & minor secundum diuersos respectus, 82. 2. d. & sequ.
Pœna multis de causis a Deo infligitur. 393. 2. e
Pœna non facit martyrem, nisi adsit debita causa. 76. 2. f
Pœnitens tria debet habere. 96. 1. f. & seq. 136. 2. e
Pœnitens sex debet habere. 97. 1. d
Pœnitentia dicitur secunda tabula post naufragium. 369. 2. f
Pœnitentiam tribus de causis amplectimur. 45. 2. f
Pœnitentiæ partes tres per tres mulieres designantur. 112. 2. c. & sequ.
Pœnitentiæ sacramentum quattuor requirit. 62. 2. e
Pœnitentiæ locus, & salutem consequendi, est per totam hominis vitam. 183. 1. f
Pœnitentiæ multiplex fructus, & effectus. 202. 2. a. & seq.
Populi est expectare, & admirari diuina secreta, non autem perscrutari. 9. 2. c
Populus peccator, & indisciplinatus sacerdotem malum, & peccatorem arguit. 258. 2. e
Porta cæli dicitur angusta, & quare. 283. 1. a
Porticus quinque quam varia significent. 359. 2. a. & seq.
Possibilitas, potentia, & potestas quomodo differãt. 324. 1. f
Potentia naturalis quomodo sit qualitas, vel substantia. 19. 1. f. to. 1.
Potentiæ diuinæ laus in quibus sit. 16. 2. e. & sequ.
Potestas humana est quædam villicatio, & œconomia. 210. 1. b
Potestas dæmonũ, quare dicatur potestas tenebrarũ. 289. 2. f
Prandium multiplex. 508. 2. f. & sequ.
Præceptum est triplex. 114. 2. e
Præceptum multiplex. 61. 1. d
Præcognoscenda de subiecto in scientia sunt duo, videlicet quia est, & quid nominis. to. 1. 1. 2. d
Prædicandi forma, quæ sit. 119. 1. a. & seq.
Prædicare est maximum opus. 132. 2. a
Prædicare in qua ætate incipere debemus. 43. 2. e

Digitized by Google

INDEX.

Prædicare nullus debet, nisi missus. 115. 1. c
Prædicare est actus perfectorum. 100. 1. e
Prædicatio non debet intermitti propter parentum affectum, & indigentiam. 104. 2. a
Prædicatio uerbi Dei est melior, quã parentũ affectio. 104. 2. a
Prædicationem debito tempore prætermittere est maius peccatum, quam indigenti eleemosynam denegare. 132. 2. b. 250. 2. c. & sequ. 251. 2. e. & sequ.
Prædicator designatur per gallũ, et quomodo. 422. 2. c. et seq.
Prædicator an sit a Deo missus triplici signo cognoscitur. 115. 1. f. & sequ.
Prædicator soli Deo debet inniti. 115. 2. c
Prædicator quamuis possit accipere stipendium sui laboris, non tamen propter ipsum debet prædicare, sed propter populi salutem. 110. 1. a
Prædicator veritatis debet maxime vitium cupiditatis cauere. 115. 2. e
Prædicator est os Dei, ideo debet honorari, & ipse debet os ab edacitate, & loquacitate custodire. 137. 1. f
Prædicator verbi prius debet vacare proprie perfectioni, quam alienæ ædificationi. 23. 1. d
Prædicator qualis esse debeat. 57. 1. d. 58. 1. e
Prædicatores, & auditores Euangelij, quales esse debent. 3. 1. c. & sequ. 479. 1. c. & sequ.
Prædicatores, & Prælati quando debeant ad templum ascendere, & docere. 379. 1. c. 382. 1. d
Prædicatores aliqui sunt cohibendi, aliqui tantum audiendi, & qui sint illi. 56. 1. d. & sequ.
Prædicatores in manibus gladium portare debere, quid sit. 134. 1. a
Prædicatores sunt in triplici differentia. 130. 1. a. & sequ.
Prædicatori licet pro labore stipendium accipere. 100. 1. d
Prædicatoris officium est clamare. 101. 2. a
Prælati quomodo vigilare debeant. 25. 2. d. & sequ.
Prælati consecrantes ecclesias, quibus induantur, & quare. 294. 1. a
Prælatis Deus multa reuelat, & maxime bonis. 408. 1. f
Prælato sunt tria necessaria ad regendum subditos. 128. 2. c
Prælato maxime conuenit mansuetudo. 131. 1. f
Prælatus qualis esse debeat, ostenditur ab Euangelio, quod recitatur in festis Confessorũ Pontificum. 170. 2. e. & seq.
Prælatus qualis esse debeat. 310. 2. e. 134. 1. e. 430. 2. a. & sequ. 509. 1. d. & sequ.
Prælatus benignum suis ouibus se exhibere debet signo, verbo, & facto. 117. 2. d
Prælatus, & curam habens animarum, pij, & misericordes esse debent. 226. 1. c
Prælatus quomodo subditũ corrigere debeat. 128. 1. a. & seq.
Præmium multiplex secundum diuersitatem, & multiplicitatem meritorum. 77. 1. e. & sequ.
Præsentia Christi est desiderabilis. 110. 2. c. & sequ.
Præsumptio opponitur diuinæ laudi, & quare. 10. 1. a. seq. to. 1.
Præsumptuosus assimilatur vespi, & quare. 10. 1. b. seq. to. 1.
Primogenitus non semper dicit ordinem respectu posterioris. 24. 2. e
Probatica multiplex. 422. 2. f. & sequ.
Processio in die Purificationis, quare fiat. 33. 2. b
Prodigia dicuntur maiora miracula. 358. 1. b
Propheta quare acceptus non sit in patria sua. 51. 2. b
Propheta dicitur multipliciter. 327. 2. f. & sequ.
Proselyti erant, qui ex gentibus Iudæi efficiebantur. 411. 2. c
Prouerbium dicitur quasi pro verbo dictum, aliud in sententia, & aliud in superficie ostendens. 397. 2. a. 437. 1. a
Prouidentia diuina est maxime circa homines intẽta. 162. 2. d
Proximitas penes quid attendatur. 142. 1. d
Proximus septem modis læditur. 223. 1. a
Proximus quomodo sit diligendus. 140. 2. e. & sequ.
Proximus quis sit. 142. 1. e
Prudens quibus debeat sermonem depromere, vnde incipere, & vbi terminare. 9. 1. a
Prudentia politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris quid sit. 32. 1. e. & sequ.
Psalmi centesimi noni dignitas, & excellẽtia. 267. 1. f. & seq.
Psalmus primus potest intelligi de Ioseph ab Arimathæa. 300. 2. f
Pueri esse quomodo prohibeamur, & præcipiamur. 238. 1. d. & sequen.
Pueri materno lacte educati sunt vegetiores, vigoriores, & pulchriores, quam sint alieno lacte nutriti. 481. 1. d
Pulsare: vide Petere.
Puluerem de pedibus excutere quid significet. 116. 1. e. & 136. 1. d. & sequ.
Puluis est multiplex. 136. 1. d. & sequ.
Purificationis festum quare dicatur festum obuiantium, & in illo fiat processio. 33. 2. b
Puteus multiplex, & de multiplici aqua, quæ ex ipsis hauritur. 352. 2. a. & seq.

Q

QVaternarii numeri mysteria. 76. 1. a. & sequ.
Quærere, vide Petere.
Quinquagenarius numerus quid designet. 211. 2. e

R

RECTOR populi debet habere scientiam. 22. 1. b
Redemptionis opus manifestauit misericordiam, potentiam, largitatem, & veritatem. 16. 2. e. & sequ.
Redemptionis opus quomodo homo ignoret, vt cæci illuminatio ostendit. 243. 2. b. & sequ.
Redemptionis opus in sex consistit. 243. 1. e. & seq.
Refectioni corporali adiungitur lectio, & refectio spiritualis, & quare. 191. 1. b
Regia potestas in lege veteri præeminebat sacerdotio, in lege vero noua est econtra. 6. 2. f
Regnum multiplex, & quod sit bonum, & appetendum. 504. 2. f. & sequ.
Regnum Dei quotuplex. 1. 2. a. 2. 1. b. 238. 2. c. & seq.
Regnum Dei est multiplex. 115. 1. d. & sequ. 135. 2. f. 238. 2. e. & sequ. 282. 1. f. & sequ.
Regnum Dei æstati comparatur, & quare. 278. 1. a. & sequ.
Regnum illud tantum est vera cordis possessio, quod cor implet, & auferri non potest. 168. 1. f
Regnum cælorum quantum valeat. 269. 2. b
Regnum cælorum quorum sit. 238. 2. a & sequ.
Regnũ cælorũ quattuor modis possideri potest. 215. 2. c. et seq.
Religio non debet omnes ad religionem admittere, sed tantum idoneos. 110. 1. f
Religio figuratur per cælum, & quare. 470. 1. d. & sequ.
Religio denotatur per desertum, & quare. 56. 2. b
Religionis summa est Deum imitari. 494. 2. f
Religiosi, & viri spirituales quare refectioni corporali lectionem spiritualem adhibeant. 191. 1. b
Religiosi de consanguineorum factis curiosi maxime sunt reprehensione digni. 132. 2. e
Religiositas non est laudabilis sine perseuerantia. 23. 1. c
Religiosus qualiter debeat modo contemplationi, modo actioni vacare. 471. 1. a. & sequ.
Relinquere omnia bona, quare ad perfectionem pertineat. 270. 1. b
Relinquere, & renunciare differunt, & quid sit perfectorum. 198. 1. e

Digitized by Google

INDEX.

Repetere sua contingit tripliciter, & quando, & quomodo liceat, vel non liceat. 80. 1. c. & sequ.
Res omnes sunt in Deo vita, quamuis non in proprio genere. 321. 2. f
Resurrectio Christi fuit suæ potestatis ostensiua. 489. 1. b
Resurrectio Christi est nostra instructio. 508. 1. a
Resurrectio Christi qualis fuerit. 507. 2. e. & sequ.
Resurgent omnes tam boni, quàm mali ad iudicium. 156. 1. f
Resuscitati a Christo tres, scilicet secundum Euangelium, quomodo ostenderint veram ipsorum resurrectionem. 89. 2. b
Resuscitatorum a Deo, quare alius surrexerit, alius prodierit, & alius resederit, vt dicit Euangelium. 114. 1. e. & sequen.
Rete multiplex. 462. 2. e. & sequ.
Reuelationes diuinæ, quibus communicentur. 121. 2. f
Rex verus qui sit. 476. 2. e. & sequ.
Risus spiritualis consistit in iucunditate mentis. 76. 2. d
Rudes quomodo sint tractandi. 68. 2. d

S

In scripturarum fluuio agnus peditat, & elephas natat. 3. 2. e
Sabbata aliqua placent Deo, & aliqua non. 49. 1. a. & seq.
Sabbati præceptum quale sit, & quomodo datum. 360. 2. f
Sabbatis diuinis laudibus, & prædicationibus est intendendum. 53. 1. d. & sequ.
Sabbato a quibus est feriandum. 69. 1. b
Sabbato operari, an aliquando liceret. 360. 2. e. & sequ.
Sabbato quare Christus docebat. 178. 1. e. & sequ.
Sabbatum quadruplex. 482. 2. d. & sequ.
Sabbatum mortis Christi, quare magna dies dicebatur. 301. 2. f. & sequ. 453. 2. f
Sabbatum multipliciter accipitur. 302. 1. b. & sequ.
Sabbatum Christus non violabat, quamuis miracula faciebat. 179. 2. e. & sequ.
Sacerdos quare in oratione Dominica dicat summissa voce Amen. 148. 1. f
Sacerdos quando in parasceue orat pro Iudæis, quare non flectat genua. 449. 1. c
Sacerdotes quales esse debeant. 133. 1. e
Sacerdotum peccata sunt radix perditionis ciuitatis, populi, seu regni. 258. 1. c. & sequ.
Sacramentum altaris, quare sit ex specie panis, & de eius necessitate, & congruitate. 374. 2. f. & seq.
Sacramento altaris decies attribuitur vita, & quid denotet. 374. 2. d. & sequ.
Sacramentum alaris digne sumere, quàm sit vtile: indigne vero sumere quàm sit graue peccatum, & detrimentum afferat. 375. 1. f. & sequ.
Sacrificium Deo offerens qualis esse debeat. 33. 2. d
Sal quid denotet. 198. 1. f. & sequ.
Salim interpretatur pugil. 347. 1. d
Salim multiplex. ibid.
Saluandorum in statu quolibet erunt boni, & mali, & quare. 231. 2. b. & 232. 1. c. & sequ.
Saluandorum numerus. 195. 1. d
Saluandorum status triplex. 231. 2. b
Salus non est sine scientia. 22. 1. b
Salutare per viam quid sit, & quare Dominus prohibuerit. 134. 2. b. & sequ.
Saluti duo sunt necessaria, cognitio scilicet veritatis, & exercitatio virtutis. 137. 2. e
Samaria vnde fuerit sic appellata. 350. 1. d
Samaria interpretatur custodia. 225. 1. e. 350. 2. f
Samaritani curantis seminiuum illum secus viam iacentem spiritualis intellectus. 142. 2. a. & sequ.
Sanatio animæ quomodo contingat, & fiat a Deo. 178. 2. f. & sequen.
Sancti aquilis comparantur. 232. 1. f. & sequ.
Sancti dicuntur Cæli quadrupliciter. 1. 1. d
Sancti omnes iudicabunt, & quomodo. 156. 2. a
Sanctificare nomen Dei quid sit. 147. 1. b. & seq.
Sanctificatio duplex. 441. 1. d
S. Franciscus in multis commendatur. 509. 2. e. & seq.
S. Francisci mundi despectus, & diuinorum desiderium. 474. 1. f. & sequ.
S. Franciscus habuit virtutes purgati animi. 12. 2. e
S. Franciscus hypocrisis inimicus. 116. 1. b
Sanctus est non qui facit miracula, sed qui sentit vera de Deo, & de proximo melius, quàm de se ipso. 402. 1. b. & 421. 1. d
Sanctus est, qui sibi est austerus, & alijs benignus. 160. 2. e
Sanctus ter enunciatus in missa, quare ante canonem dicatur. 255. 2. e
Sandalia, quibus fratres Minores calceabantur tempore sanctorum Francisci, & Bonauenturæ, qualia, & cuius formæ essent. 134. 2. a
Sanguis Christi sub speciebus vini, quare non detur laicis. 375. 1. e
Sanguis Christi interpellat pro nobis. 288. 1. f
Sapientia facit animam deiformem, & domum Dei, illustrat intellectiuam, inflammat affectiuam, & roborat operatiuam potentiam. 13. 2. d. 16. 1. f
Sapientia duplex, & quid sit quælibet, & quæ bona. 16. 1. b. & seqn.
Sapientia domus quæ: & quæ, & quot sint eius columnæ. 16. 2. b. & sequ.
Sapientia diuina quare dicatur mulier. 201. 2. c. & sequ.
Sapientiæ quis sit ortus, porta, domus, & forma. 13. 2. c
Sapientiæ ianua sextuplex. 17. 2. b. & sequ.
Sapientiæ forma mirabilis. 17. 2. f. & sequ.
Sapientiæ diuinæ plenitudinem non consequitur, nisi ille, qui promptus est doctrinam communicare. 104. 1. c
Sapientiæ porta, & modus adipiscendi eam. 17. 1. f. & seq.
Sapientis opus in docendo est duplex. 45. 1. e
Sata tria quomodo multipliciter intelligantur. 181. 2. c. & sequen.
Satanas quomodo in Iudam intrauerit. 280. 1. b
Satisfacere quid sit. 305. 1. f
Satum quod, & quale genus mensuræ sit. 181. 2. b
Scandala euitare est impossibile, de quibus, & quomodo sit verum. 221. 2. a. & sequ.
Scandali ratione, quæ bona sint dimittenda. 221. 2. c. & seq.
Scandalizantes quare grauissime puniantur. 222. 1. b. & sequen.
Scandalum quale sit aliquando contemnendum. 373. 2. a. & sequen.
Scandalum est grauissimum peccatum in Prælatis, clericis, & religiosis. 222. 1. d
Scenophægia quod, & quale festum fuerit. 377. 2. b
Scientia mundana fluuius est torridus exsiccans flumina gratiarum, turbidus obfuscans splendores intellectuum, tepidus tepefaciens amoris affectuum, & turgidus tumefaciens expressiones affatuum. 3. 2. e
Scientia mundana nullam potest animam adimplere, & quare. 5. 1. a
Scientiarum diuinarum, & earum fructus, & dignitas. 4. 2. b. & sequ. to. 1.
Scientia metaphysica, mathematica, de anima, & moralis, qua ratione sint nobiles. 1. 2. e. & sequ.

Scien-

Digitized by Google

INDEX.

Scientiæ finis est beatitudinis consecutio. 314. 1. e
Scientiæ ethicæ finis, qui & qualis sit. 4. 2. f
Scribarum vitia quattuor. 268. 1. c. & sequ.
Scripti in libro vitæ, qui sint, & qui possint deleri, vel non deleri. 138. 2. d
Scriptura sacra præter communem modum tractandi scientialem, habet proprium, & quis sit ille. 6. 2. d. & sequ.
Scriptura sacra non solum dictionem, vel syllabam, sed nec litteram habet superfluam. 7. 1. b
Scriptura sacra quare vtatur metaphoris. 1. 1. c
Scriptura sacra est speciosissima propter pulchritudinem claritatis, quam habet ex eo, quod est infallibilis certitudinis. 1. & sequ. præcipue. 5. 1. a. vsque ad 7. 1. d
Scriptura sacra est communissima propter amplitudinem charitatis, quam habet ex eo, quod mouet nos ad diuinum amorem, & affectum, tamquam ad finem intrinsecum. 1. & sequ.
Scriptura sacra omnes alias scientias in nobilitate cuiuslibet causæ excedit. 1. 2. b
Scriptura sacra peculiari modo est a Deo. 3. 1. b
Scriptura sacra est per verbum increatum edita, & instituta, per verbum inspiratum recitata, per verbum incarnatum consummata, & per verbum authenticatum promulgata. 3. 1. c
Scriptura sacra est perspicuissima propter certitudinem veritatis, quam habet ex eo, quod est diuinitas reuelata, & inspirata. 1. & seq. & præcipue. 5. 1. a. vsque ad 7. 1. d
Scriptura intelligitur per monumentum Christi. 303. 1. f
Scriptura sacra est affluentissima propter plenitudinem bonitatis, quam habet ex eo, quod est de Deo imperscrutabili, & inenarrabili. 1. & sequ. & præcipue. 3. 2. d. vsque ad 5. 1. a
Scriptura sacra non præcipit, nisi charitatem, nec culpat, nisi cupiditatem. 4. 2. f
Scriptura sacra est paradisus. 4. 2. a
Scriptura sacra quare a quibusdam peruersis hominibus iniusta, insipiens, inhoneſta, & superflua fuerit reputata, quorum errores confutantur, & contrarium ostenditur. 5. & sequ.
Scriptura sacra quomodo correspondeat alijs scientijs, & ex ea philosophi multa desumpserint. 5. 2. f
Scriptura sacra continet quidquid perfectionis est in qualibet alia scientia, ita quòd ibi omne noxium damnatur, & omne vtile abundantius ibi inuenitur. 5. 2. a
Scriptura sacra continet collectim omnes perfectiones, quæ sparsim in singulis alijs scientijs reperiuntur. 1. 2. c
Scriptura sacra, cum sit a Spiritu sancto, nihil habet superflui. 358. 2. b
Scriptura est eminentissima propter altitudinem dignitatis, quam habet ex eo, quod est inuiolabilis auctoritatis, cum sit a Deo. 1. & sequ. vsque ad 3. 2. d
Scripturæ sacræ traditionis stylus tepentia corda succendit. 5. 1. b to. 1.
Scriptura sacra est efficacissima propter magnitudinem virtutis, vel potestatis, quam habet ex eo, quod est de fine nobilissimo, valdeq. desiderabili. 1. & sequ.
Scriptura sacra nihil eloquentius, & de qua eloquentia hoc sit verum. 6. 1. c
Scriptura sacra diuiditur in historiam, anagogiam, allegoriam, & tropologiam. 4. 1. a. & 44. 2. a. & sequ.
Scriptura sacra dicitur regnum Dei, & quare. 101. 2. d. & sequ. 115. 1. d
Scriprura sacra est clypeus contra diabolum. 46. 2. b
Scriptura sacra tota est de Deo, seu Verbo incarnando. 7. 2. b
Scripturas scrutari multipliciter contingit, & quando est bonum. 365. 2. e. & sequ.
Scripturæ sacræ laudes insignes, & vtilitates. 3. 2. f. 4. 1. b. & sequ. 7. 1. c. & sequ.
Scripturæ sacræ quot sint verba, tot præmia. 4. 1. a
Scripturæ sacræ historia retrahit animam a terrestribus, anagogia refouet eam in cælestibus, allegoria dirigit ipsam in credendis, tropologia vero eandem ordinat in agendis. 4. 1. a
Scripturæ sacræ modus procedendi, est, procedere narrando, præcipiendo, prohibendo, comminando, & promittendo. 5. 2. d
Scripturæ sacræ traditio, quomodo comparetur crystallo, & conueniat cum suis proprietatibus. 5. 1. b
Scripturæ sacræ lex est a solo Deo instituta. 3. 1. c
Scripturæ sacræ fluuius est voluptuosissimus, luminosissimus, ignitissimus, & impetuosissimus. 3. 2. e
Scripturæ sacræ sex perfectiones insinuantur. 1. 1. c
Scripturæ spiritualis sensus triplex, & quid sit quilibet, & an quilibet adhuc subdiuidatur. 18. 1. f. & sequ. 45. 2. c. & sequen.
Scripturæ sacræ quantum sit necessaria auctoritas summa, & inuiolabilis. 2. 1. b
Scripturæ sacræ causa efficiens triplex. 4. 1. b. & seq.
Scripturæ sacræ causa finalis triplex. 4. 1. d. & sequ.
Secreta diuina sunt celanda. 126. 1. f
Seculares quàm difficile saluentur. 277. 2. f
Sedere est doctorum, & regum. 50. 1. e. 58. 1. b. & sequ.
Semen significat verbum Dei. 102. 1. e
Semen est verbum Dei, & quare. 103. 1. b. & sequ.
Semiuiui secus viam relicti a Samaritano sanati spiritualis inielleclus. 142. 2. a. & seq.
Senarij numeri mysteria. 10. 1. f
Senarius numerus est primus perfectorum. 122. 2. c
Senarius numerus est perfectus. 10. 1. f
Senectus commendatur. 509. 2. f
Septenarij tres. 154. 2. d
Sepulchrum Christi quale fuerit. 301. 2. b. & sequ.
Sepulchum dicitur quasi semi pulchrum. 160. 1. b
Sequentes Christum sunt in multiplici differentia. 370. 1. f. & sequen.
Sequentium Christum præmium, & merces. 412. 1. e. & seq.
Sequi Christum contingit multipliciter, & quid sit ipsum sequi. 400. 2. a. & sequ.
Sequi Christum quid sit, & quomodo debeamus, & quàm sit glorioſum, & vtile. 493. 1. e. & sequ.
Sequi Christum septem impediunt. 66. 1. f. & seq.
Seraphim supremus Angelorum ordo, quare ita nuncupetur. 307. 2. e
Sermo Dei dicitur aduersarius peccatorum. 174. 2. b
Sermo Dei ducit hominem ad Christum triplici via. 174. 2. c. & sequ.
Sermo est incipiendus a Christo, & quare. 10. 1. e
Sermocinatio Christi est cum paruulis, & quare. 58. 1. d
Serui missi a Domino vineæ ad colonos, qui fuerint. 261. per totum.
Seruiendum est Deo, & quomodo. 31. 1. d
Seruiendi modus qualis Deo sit acceptus. 21. 2. a
Seruire quare non possit homo Deo, & Mammonæ. 213. 2. f. & sequen.
Seruire Deo, quomodo debeamus. 21. 2. a
Seruitia coacta Deo non placent. 58. 1. b
Seruitute peccati nil peius, & vilius. 484. 2. e. & seq.
Sicomorus ficus fatua interpretatur. 245. 2. d
Signa multa, & magna Hierosolymorum euersionem præcesserunt. 272. 1. d
Signa dicuntur minora miracula. 358. 1. b

Digitized by Google

INDEX.

Signa quæruntur multis de cauſis. 9. 1. *b*
Signa iudicium finale præcedentia. 277. 1. *b.* & *ſequ.*
Silentium quare a Chriſto fuerit ſpiritibus malis impoſitum. 54. 1. *c.* & *ſequ.*
Siliquæ quid ſint. 204. 2. *b*
Simeon quare benedixerit in præſentatione parentibus Ieſu. 32. 1. *d*
Simon interpretatur obediens. 73. 2. *c.* 74. 1. *e.* 333. 2. *f*
Symphonia quid ſit, & quid deſignet. 207. 2. *f*
Simulatio virtutis cauſatur, vel a timore male humiliante, vel ob amore male accendente. 162. 1. *c*
Simulatio quid ſit. 334. 2. *f*
Sinagoga eſt congregatio gregum, & hominum brutaliter viuentium. to. 1. 9. 1. *b*
Sinus multiplex. 218. 1. *a.* & *ſeq.* 326. 2. *e*
Sinus quid, & quare ſit dictus Abrahæ. 217. 2. *e.* & *ſequ.*
Sitis bona multiplex, & quid habens huiuſmodi ſitim, bibere debet. 483. 1. *a.* & *ſeq.*
Sitis multiplex. 353. 1. *a*
Societas facit poſſeſſionem iucundam. 59. 1. *c*
Sodomiticum vitium punitur igne, & ſulphure, & quare. 230. 1. *a*
Sol cordi comparatur. 11. 1. *d.* & *ſequ.*
Solitudo eſt apta ad philoſophiam. 367. 1. *e*
Sollicitudo curioſa eſt prohibita, non autem ſtudioſa prouidentia. 115. 2. *c*
Somnus denotat peccatum, & quare. 489. 1. *e.* & *ſeq.*
Somnus dicitur multipliciter. 404. 1. *d.* & *ſequ.*
Spelunca deſignat animam peccatricem, & quare. 406. 2. *e.* & *ſequen.*
Spelunca multiplex. 406. 2. *f*
Spes quid ſit. 226. 2. *f*
Spes denotatur per ouum, & quare. 150. 2. *c*
Spinæ quid ſignificent. 102. 2. *c.* & *ſequ.*
Spiritui ſancto quare mundi reprehenſio, & arguitio attribuatur. 434. 1. *c.* & *ſequ.*
Spiritus ſanctus dicitur aduocatus aliter quàm Filius. 426. 2. *b.* & *ſequ.*
Spiritus ſanctus dicitur docere, & quare. 426. 2. *d.* 434. 2. *d*
Spiritus ſanctus quomodo docuerit Apoſtolos omnem veritatem. 434. 2. *a*
Spiritus ſanctus ſub triplici ſpecie fuit datus, & quare. 459. 2. *c.* & *ſequ.*
Spiritus ſanctus Apoſtolis fuit datus, & quare. 459. 2. *e*
Spiritus fuit ter datus Apoſtolis, & ad quid, & quando. 459. 2. *e.* & *ſequ.*
Spiritus ſanctus dicitur digitus Dei, & quare. 153. 1. *b*
Spiritus nequam triplex. 153. 1. *d*
Spiritus diuinus datur ad tria. ibid.
Spiritus ſanctus, quare ſpiritus veritatis dicatur. 500. 1. *e.* & *ſequen.*
Spiritus ſanctus quare apparuerit in ſpecie columbæ. 330. 2. *d.* & 331. 1. *d*
Spiritus ſignificatur per ignem, & aquam, & quomodo. 352. 2. *e.* & *ſequ.* 478. 2. *f.* & *ſequ.*
Spiritus ſanctus quare apparuerit ſuper Chriſtum in columba, & ſuper diſcipulos in igne. 43. 1. *b.* & *ſequ.*
Spiritus ſanctus in triplici ſpecie apparuit. 43. 1. *d*
Spiritus ſancti miſſionem quare Chriſtus tantum diſtulerit. 310. 1. *d.* & *ſequ.*
Spiritus malus dicitur immundus ab effectu. 53. 2. *e*
Spiritus ſanctus datur gratis. 500. 1. *a*
Spiritus datio triplex. 382. 2. *c.* & *ſequ.*
Spiritus veritatis quomodo doceat. 500. 1. *f.* & *ſequ.*
Spiritus dicitur quadrupliciter. 376. 1. *c*
Spiritus ſanctus ſolus replet animæ capacitatem. 8. 2. *b*
Sponſa Chriſti qualis debeat eſſe. 471. 1. *f.* & *ſequ.*
Stare quid ſignificet. 121. 2. *c*
Status iuſtorum eſt triplex. 89. 2. *f*
Status culpæ eſt triplex. 90. 1. *b*
Status omnis debet Deum de incarnatione laudare. 32. 1. *a*
Status perfectionis in quibus conſiſtat. 25. 2. *a*
Stellę quomodo tempore finalis iudicij dicantur de cælo cadere. 276. 1. *d*
Sterilitas in lege veteri erat magni opprobrij. 7. 1. *e.* 10. 1. *d*
Stolæ, quibus induebantur ſcribæ, quid ſint. 268. 1. *f*
Sufficientia multiplex. 424. 1. *e*
Superbi eiiciuntur foras a Deo. 372. 1. *d.* & *ſequ.*
Superbi denotantur per volucres. 131. 2. *e*
Superbia humiliat, & quomodo. 190. 2. *b.* & *ſeq.*
Superbia omnium malorum eſt radix. 366. 1. *b.* 396. 2. *c*
Superbia maxime diſſipat animam. 203. 2. *e*
Superbus Deo, & hominibus eſt odioſus. 132. 1. *a*
Superiorum mandatum numquam contemnendum. 24. 2. *b*
Surgere eſt operatio virtutis. 114. 1. *e*

T

TELONIVM *quid ſit, & ſignificet.* 66. 1. *b*
Temperantia politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris quæ ſit. 13. 1. *a.* & *ſequ.* 32. 1. *f.* & *ſeq.*
Temporalia multipliciter amittuntur. 188. 1. *a.* & *ſeq.*
Temporalia bona quare modica dicantur. 213. 1. *a*
Tempore debito quoties operamur, operari debemus. 336. 2. *e*
Tempus triplex. 336. 1. *f*
Tentare Deum eſt de eius potentia experimentum facere. 48. 1. *b*
Tentatio duplex. 367. 2. *f*
Tentatio Chriſti fuit tantum exterior. 45. 2. *e*
Tentatio triplex. 2. 2. *c*
Tentatio eſt vtilis. 148. 1. *c*
Tentator ex quattuor motiuum ſumpſit Chriſtum tentandi. 45. 1. *b.* & *ſequ.*
Tentator quomodo oſtenderit Chriſto omnia regna mundi. 46. 2. *d.* & *ſequ.*
Teſtamenta duo deſignantur per duos gladios, quos habebant Apoſtoli in paſſione. 287. 1. *d*
Teſtamenti vtriuſque intentio principaliter circa quod verſetur. 267. 2. *e*
Teſtamentum vetus eſt quadripartitum in libros legales, hiſtoriales, vel exemplares, prophetales, & ſapientiales, & quare. 7. 2. *c*
Teſtamentum vetus quomodo diuidatur, quibus appropriatur, & de quo teſtimonium prohibeat. 309. 1. *f*
Teſtamentum nouum eſt præſtantius, nobilius, & magis neceſſarium, quàm vetus multis rationibus. 314. 1. *f.* & *ſeq.*
Teſtamentum vetus fuit ſanctum per figurationem, nouum vero per continentiam. 21. 1. *b.* 326. 1. *b*
Teſtimonia ſeptem Chriſti nati. 32. 2. *f*
Teſtimonia quattuor de Chriſto. 364. 2. *a.* & *ſequ.*
Teſtimonium Ioannis an fuerit maius operum teſtimonio. 364. 2. *f.* & *ſequ.*
Teſtis quando poſſit teſtificari de peccato, quando eſt, & ipſe peccator. 384. 2. *f*
Tetrarcha dicitur a tetra, quod eſt quattuor, & archon, quod eſt princeps. 36. 2. *e*
Thema conueniens pro Concionatoribus in die exaltationis ſanctæ Crucis. 346. 2. *d*
Thema pro Concionatoribus in aduentu Domini. 346. 2. *f*
Thema pro Seraphico Franciſco. 474. 1. *f.* & *ſequ.*
Theſaurus quid ſit, & quare vbi eſt theſaurus ibi ſit cor. 168. 2. *e.* & *ſequ.*

Digitized by Google

Timor duplex. 430. 1. *a*
Titulus, & superscriptio triplex. 298. 2. *e*
Torpor, & tepiditas in amando Christum facit longe ab ipso Christo abesse. 290. 1. *b. & sequ.*
Torrens est aqua veniens cum impetu, & quid denotet. 503. 2. *f. & sequ.*
Torrens multiplex. 504. 1. *b. & sequ.*
Tractus est motus violentus. 373. 1. *a*
Tractus Dei quid dicatur. 373. 1. *b. & sequ.*
Tractus Dei quomodo stet cum libertate arbitrij. 373. 1. *b. & sequen.*
Tractus Dei multiplex. 373. 1. *a. & sequ.* 414. 1. *b*
Transitus mundanorum est triplex. 278. 1. *f. & sequ.*
Transitus bonorum, & eorum, qui mundum non sequuntur, est triplex. 278. 2. *a. & sequ.*
Tribulationes multis de causis a Deo immittuntur. 393. 2. *c*
Tribulationes viros sanctos lauant, & malos conterunt. 285. 2. *d. & sequ.*
Tribunal est sedes Iudicis, & ita appellatur, quòd inde tribuantur præcepta viuendi. 450. 1. *f*
Tridui multiplex litteralis, & spiritualis expositio. 185. 2. *b. & sequ.*
Trina Petri negatio multa insinuat. 290. 2. *a*
Tristitia sæculi quàm sit mala. 240. 1. *f*
Tristitia multiplex. 433. 1. *c. & sequ.*
Tristitia bonorum multiplex. 501. 1. *b. & sequ.*
Turris multiplex. 196. 2. *d. & seq.*
Turtur qualis auis sit, & quid denotet. 18. 2. *e. & sequ.*

V

VANAGLORIA *quàm sit malum, & detrimentum afferat.* 379. 2. *a. & sequ.*
Vanæ gloriæ species quadruplex. 236. 1. *e*
Vanum est, quod non confert ad plenitudinem continenti. 5. 1. *a* *to.* 1.
Vectigalia exigere an liceat. 39. 2. *f*
Veniale peccatum nouem modis remitti potest. 236. 2. *c*
Venientes ad Christum qui sint. 75. 1. *b. & sequ.*
Venter Beatæ Virginis propter tria priuilegia dicitur beatus, siue propter tria miracula. 155. 1. *e. & sequ.*
Vera loqui est verba Dei loqui. 349. 1. *d*
Verbum Dei dicitur regnum Dei. 115. 1. *d*
Verbum dicitur quadrupliciter. 318. 2. *d. & sequ.*
Verbum per prius dicitur de verbo interiori, & mentali, quàm de vocali. 318. 2. *e*
Verbum est proprissimum nomen Filij Dei. 318. 2. *f. & sequen.*
Verbum dicitur medium essentiæ, quia est verbum Patris summa, & prima veritas, & lux ducens nos in cognitionem omnis veritatis. *to.* 1. 10. 2. *c*
Verbum Dei dicitur lignum vitæ plantatum in medio Paradisi, & quare. *to.* 1. 10. 2. *f. & sequ.*
Verbum quare dicatur ipse Dei Filius a Ioanne Euangelista in Euangelio. 318. 2. *a*
Verbum Dei in veteri testamento humanandum præfigurabatur figuris, præmonstrabatur exemplis, promittebatur Patribus, prædocebatur sapientialibus documentis, prophetabatur oraculis. *to.* 1. 7. 2. *c*
Verbum Dei incarnandum, quomodo, & in quibus figuris legalibus præfigurabatur. *to.* 1. 7. 2. *d*
Verbum Dei ducit nos in cognitionem Patris, & quomodo. 11. 1. *b* *to.* 1.
Verbum diuinum quare, & quomodo, & ad quid sit caro factum. 468. 2. *f. & sequ.*
Verbum Dei est hamus. 389. 1. *c*
Verbum Dei, duo sunt, quæ expellunt de corde hominum. 100. 2. *e*
Verbum diuinum quomodo sit suscipiendum. 502. 2. *c. & sequen.*
Verbum Dei dicitur Lucerna. 103. 1. *c*
Verbum est triplex. 349. 1. *b*
Verbi Dei desiderium magni est meriti apud Deum. 57. 2. *b*
Verbi diuini multiplex effectus. 502. 2. *a. & sequ.*
Verbi Dei virtus, & efficacia. 307. 2. *c. & sequ.* 485. 2. *e. & sequen.*
Verbi multa nomina ponuntur. *to.* 1. 10. 2. *c*
Verborum ingeminatio quid denotet in scriptura. 144. 1. *b*
Veritas multiplex. 500. 2. *b. & sequ.*
Veritas quomodo sit in voluntate, & actione. 500. 2. *c*
Veritas sciri non potest, nisi per æternæ veritatis splendentiam, & quare. *to.* 1. 10. 2. *c. & sequ.*
Veritas dicitur dupliciter. 390. 2. *b*
Veritas in scripturarum lectione, & in oratione inuenitur. 35. 1. *f*
Veritas triplex non debet pro scandalo relinqui. 221. 2. *c*
Veritas quid sit. 500. 1. *f*
Veritas potest ad tempus prosterni, sed non penitus deijci. 273. 2. *a*
Veritas melius operãdo, quàm audiẽdo intelligitur. 307. 2. *a*
Veritas est solus Deus, & quare. 213. 1. *e*
Veritatis mira proprietas. 394. 2. *c*
Veritatis studium requirit debitam societatem, & debitum ordinem. 36. 1. *f*
Veritatis contemptus est maxima culpa. 136. 2. *b*
Vestium pretiositas condemnatur. 93. 1. *f.* 216. 2. *d*
Vestibus indui pretiosis est peccatum quattuor de causis. 216. 2. *d. & seq.*
Vestigium Trinitatis, in quibus rebus reperiatur, & ad quam cognitionem nos ducat. *to.* 1. 19. 1. *d. & sequ.*
Veteris testamenti quemlibet librum tractare de verbo incarnando optime ostenditur. *to.* 1. 7. 1. *c. & sequ.*
Via quæ sit. 378. 1. *d*
Via cæli quomodo sit arcta, lata, & ampla. 183. 1. *x. & seq.*
Via ad gloriam quæ sit. 119. 1. *e*
Viæ Domini quæ sint. 469. 2. *f*
Viæ, quas Domino præparare debemus, quæ sint. 21. 2. *f*
Videre volens Deum spiritualiter quinque debet habere. 508. 1. *c. & seq.*
Videre Christum quid sit. 65. 2. *f. & seq.*
Vigilandum est multis de causis. 279. 1. *a. & sequ.*
Vigiliæ noctis quid denotent. 170. 1. *c. & sequ.*
Vindictam quam petant Sancti, & petere liceat. 234. 2. *c*
Vinum multiplex. 471. 2. *e. & sequ.*
Vinum bonum quod sit. 472. 1. *d. & seq.*
Violentia quid sit, & per violentiam cælum rapere. 215. 2. *a. & sequ.*
Viperæ proprietates quæ sint. 38. 1. *e*
Virtutes Cardinales, vnde Cardinales dicantur, & de earum nobilitate, præstantia, conditione, & effectibus. 31. 1. *f. & sequ.* 33. 1. *c* *to.* 1.
Virtutes morales multæ aliæ virtutes sequuntur. *to.* 1. 32. 1. *e. & sequ.*
Virtutes aliæ politicæ, aliæ purgatoriæ, aliæ purgati animi, & quomodo, & vbi Salomon de his tractet. *tom.* 1. 32. 1. *b*
Virtutes Cardinales quid sint, & de earum partibus. *to.* 1. 31. 2. *b. & sequ.*
Virtutis mentalis perfectio in tribus consistit. 34. 1. *e*
Virtus alia politica, alia purgatoria, alia purgati animi, alia exemplaris, & quæ sit quælibet. *to.* 1. 12. 2. *d. & sequ.* 33. 1. *b. & sequ.*

Virtus

Digitized by Google

INDEX.

Virtus eſt robur mentis ad bonum faciendum, & malum euitandum. to. 1. 31. 1. *a*

Virtus vera non eſt, quæ intentionem ad Deum non dirigit. 33. 1. *c* to. 1.

Virtus auctoris, & pondus auctoritatis ſemper æquantur. 3. 1. *a* to. 1.

Virtus quomodo etiam ex peccatis eliciatur. 212. 1. *c*

Virtutum moralium officia. to. 1. 32. 1. *c. & ſequ.*

Virtutum gradus, per quos ad perfectam charitatem, vel pacem, vel ſapientiam perueniatur. 73. 1. *e. & ſequ.*

Viſio Dei quadruplex. 327. 1. *a. & ſequ.*

Viſio humanitatis Chriſti eſt ad corporis beatificationem. 502. 1. *d*

Viſio triplex. to. 1. 23. 2. *f. & ſequ.*

Viſio ſextuplex. to. 1. 24. 1. *a*

Viſitatio Dei eſt ad multa. 22. 2. *b. & ſequ.*

Viſus ſenſus eſt omnium ſenſuum nobiliſſimus. 503. 2. *d*

Viſus, & auditus maximi ad cognoſcendum deſeruiunt. 26. 2. *b*

Vita cognoſcitur per ſpiritum, & motum. 89. 2. *a*

Vita perfecta quæ ſit. 23. 1. *c*

Vita actiua recipit Deum corporaliter, & contemplatiua ſpiritualiter. 143. 1. *d*

Vita actiua intelligitur per Columbam, & eius gemitus actiuis competit. 30. 1. *b. f*

Vita contemplatiua per turturem deſignatur, & eius gemitus contemplatiuis competit. 30. 1. *b. f*

Vita animæ quæ ſit, & qualis. 363. 1. *c.* 478. 1. *b. & ſeq.*

Vita æterna quomodo dicatur gratia. 326. 2. *b*

Vita præſens dicitur dies, cum in ipſa ſit operandum, & operari in die fiat. 414. 2. *a*

Vitam æternam habere contingit dupliciter. 362. 2. *d. & ſequ.* 373. 1. *f*

Vitam æternam in hac vita quis habeat. 362. 2. *f*

Vitæ contemplatiuæ actus quattuor. 126. 2. *f*

Vitæ actiuæ actus quattuor. 126. 2. *f*

Vitæ genus, ſeu viuendi genus triplex. 471. 1. *a*

Vitæ præſentis mala, & bona ſunt momentanea, mala vero, & bona alterius vitæ, quæ ad hanc ſequitur, ſunt maxima, & æterna. 219. 2. *e. & ſequ.*

Vitis quare vita dicatur, & qualis ſit, & quid denotet. 497. 2. *e. & ſequ.*

Vitium quod eſt ſimulata virtus, eſt nequius aperto vitio. 154. 2. *c*

Vitium occultum non eſt publicandum. 284. 2. *a*

Viuendi modi Deo grati ſunt tres. 403. 2. *a*

Viuere perfecte quibus contingat. 23. 1. *c*

Viuere ſecundum carnem quid ſit. 465. 1. *b. & ſeq.*

Vltima tribulatio quare aliquando dicatur dies, aliquando nox. 231. 2. *e*

Vnctio gratiæ diſponit animam ad ſuſcipiendum documenta ab ipſo Deo. 4. 1. *c*

Vnguenta ſpiritualiter accepta ſunt multiplicia, & quomodo conficiantur. 302. 2. *b. & ſequ.*

Vnguentum triplex, & quid ſit quodlibet eorum, & per quid denotetur. 491. 2. *c. & ſequ.*

Vnguentum triplex. 97. 1. *e*

Vnitas eſt cauſa ſaluationis. 152. 2. *a*

Vnum præponitur multis, & quare. 184. 1. *f*

Vocatio Apoſtolorum quamuis in diuerſis locis ſecundum diuerſos Euangeliſtas facta fuerit, nulla tamen inter eos circa ipſam eſt contradictio. 60. 1. *f*

Voluntas Dei eſt ad tria. 2. 1. *c*

Voluntas triplex fuit in Chriſto. 364. 1. *a*

Volucres denotant ſuperbos. 131. 2. *e*

Voluptates comparantur ſpinis, & quare. 102. 2. *e*

Votum eſt triplex, & quare. 56. 2. *b*

Vſura quare prohibeatur. 81. 1. *e*

Vulnus Chriſti fuit principium fontale, vita, & oſtium. 454. 1. *c. & ſequ.*

Vulpes denotant hæreticos, & quare. 131. 2. *e*

Vxor Lot quare ſit in ſtatuam ſalis verſa. 231. 1. *a. & ſeq.*

Z

ZACHARIAS *memor Dei interpretatur.* 18. 2. *f*

Zacharias quare mutus effectus fuerit. 9. 2. *e*

Zachariæ, & Eliſabeth præconia. 6. 2. *e. & ſequ.*

In hunc ſecundi Tomi Indicem quædam irrepſerunt, quæ ad primi Tomi Indicem ſpectabant, & adnotanda curauimus, addita aliquibus in locis hac nota, To. 1.

FINIS.

Digitized by Google

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy.

Omnes ſunt Terniones, præter *, & Vu, quæ ſunt duerniones.

ROMAE,

Ex Typographia APOSTOLICA *Vaticana*.

M. D. XCVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google